# PATROLOGIÆ

## CURSUS COMPLETUS,

SEU

BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRA, UNIFORMIS, COMMODA, OECONOMICA

## OMNIUM SS. PATRUM, DOCTORUM, SCRIPTORUMQUE ECCLESIASTICORUM,

SIVE LATINORUM, SIVE GRÆCORUM,

*QUI AB ÆVO APOSTOLICO AD ÆTATEM INNOCENTII III (ANN. 1216) PRO LATINIS ET AD PHOTII TEMPORA (ANN. 863) PRO GRÆCIS FLORUERUNT :*

RECUSIO CHRONOLOGICA

OMNIUM QUÆ EXSTITERE MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER DUODECIM PRIORA ECCLESIÆ SÆCULA ET AMPLIUS,

JUXTA EDITIONES ACCURATISSIMAS, INTER SE CUMQUE NONNULLIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATAS, PERQUAM DILIGENTER CASTIGATA ;

DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS, VARIISQUE LECTIONIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA ;

OMNIBUS OPERIBUS POST AMPLISSIMAS EDITIONES QUÆ TRIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DEBENTUR ABSOLUTAS DETECTIS AUCTA ;

INDICIBUS PARTICULARIBUS ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TOMOS SIVE AUCTORES ALICUJUS MOMENTI SUBSEQUENTIBUS, DONATA ;

CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET TITULIS SINGULARUM PAGINARUM MARGINEM SUPERIOREM DISTINGUENTIBUS SUBJECTAMQUE MATERIAM SIGNIFICANTIBUS, ADORNATA ;

OPERIBUS CUM DUBIIS, TUM APOCRYPHIS, ALIQUA VERO AUCTORITATE IN ORDINE AD TRADITIONEM ECCLESIASTICAM POLLENTIBUS, AMPLIFICATA ;

INNUMERABILIBUS INDICIBUS LOCUPLETATA ; SED PRÆSERTIM DUOBUS IMMENSIS ET GENERALIBUS, ALTERO SCILICET RERUM, QUO CONSULTO, QUIDQUID NON SOLUM TALIS TALISVE PATER, VERUM AUTEM UNUSQUISQUE PATRUM, ABSQUE ULLA EXCEPTIONE, IN QUODLIBET THEMA SCRIPSERIT, UNO INTUITU CONSPICIATUR ; ALTERO SCRIPTURÆ SACRÆ, EX QUO LECTORI COMPERIRE SIT OBVIUM QUINAM PATRES ET IN QUIBUS OPERUM SUORUM LOCIS SINGULOS SINGULORUM LIBRORUM SCRIPTURÆ VERSUS, A PRIMO GENESEOS USQUE AD NOVISSIMUM APOCALYPSIS, COMMENTATI SINT.

EDITIO ACCURATISSIMA, CÆTERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONENDA, SI PERPENDANTUR CHARACTERUM NITIDITAS, CHARTÆ QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, PERFECTIO CORRECTIONIS, OPERUM RECUSORUM TUM VARIETAS TUM NUMERUS, FORMA VOLUMINUM PERQUAM COMMODA SIBIQUE IN TOTO OPERIS DECURSU CONSTANTER SIMILIS, PRETII EXIGUITAS, PRÆSERTIMQUE ISTA COLLECTIO, UNA, METHODICA ET CHRONOLOGICA, SEXCENTORUM FRAGMENTORUM OPUSCULORUMQUE HACTENUS HIC ILLIC SPARSORUM, PRIMUM AUTEM IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS ET MSS. AD OMNES ÆTATES, LOCOS, LINGUAS FORMASQUE PERTINENTIBUS, COADUNATORUM.

SERIES GRÆCA

IN QUA PRODEUNT PATRES, DOCTORES SCRIPTORESQUE ECCLESIÆ GRÆCÆ A S. BARNABA AD PHOTIUM,

ACCURANTE J.-P. MIGNE,

**Bibliothecæ cleri universæ,**

SIVE

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

---

PATROLOGIA, AD INSTAR IPSIUS ECCLESIÆ, IN DUAS PARTES DIVIDITUR, ALIA NEMPE LATINA, ALIA GRÆCO-LATINA ; LATINA, JAM PENITUS EXARATA, VIGINTI ET DUCENTIS VOLUMINIBUS CONSTAT, CENTUMQUE ET MILLE FRANCIS VENIT. GRÆCA DUPLICI EDITIONE TYPIS MANDATA EST. PRIOR GRÆCUM TEXTUM CUM VERSIONE LATINA LATERALIS COMPLECTITUR, ET FORSAN CENTUM VOLUMINUM EXCEDET NUMERUM. POSTERIOR AUTEM VERSIONEM LATINAM TANTUM EXHIBET IDEOQUE INTRA QUINQUAGINTA CIRCITER VOLUMINA RETINEBITUR. UNUMQUODQUE VOLUMEN GRÆCO-LATINUM OCTO, UNUMQUODQUE MERE LATINUM QUINQUE FRANCIS SOLUMMODO EMITUR : UTROBIQUE VERO, UT PRETII HUJUS BENEFICIO FRUATUR EMPTOR, COLLECTIONEM INTEGRAM GRÆCAM VEL LATINAM CONDUCAT NECESSE ERIT ; SECUS ENIM, CUJUSQUE VOLUMINIS AMPLITUDINEM NECNON ET DIFFICULTATES VARIA PRETIA ÆQUABUNT.

---

*PATROLOGIÆ GRÆCÆ TOMUS I.*

---

S. CLEMENS ROMANUS.

---

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA *D'AMBOISE*, PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM
SEU PETIT-MONTROUGE.

1857

Digitized by Google

BL
60
.M52
v.1
cop.3

Digitized by Google

*SÆCULUM I.*

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

# ΚΛΗΜΕΝΤΟΣ.

ΠΑΠΑ ΡΩΜΗΣ

ΤΑ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΑ ΠΑΝΤΑ

# S. CLEMENTIS I,

PONTIFICIS ROMANI,

# OPERA OMNIA,

*CUM GENUINA, TUM DUBIA ET ALIENA, QUÆ GRÆCE IN PROPRIO IDIOMATE, VEL, DEPERDITO TEXTU GRÆCO, SYRIACE ET LATINE TRANSLATA TANTUM EXSTANT ET EJUS NOMINE CIRCUMFERUNTUR:*

ACCURANTE J.-P. MIGNE,

BIBLIOTHECÆ CLERI UNIVERSÆ

SIVE

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

TOMUS PRIMUS.

VENIT 10 FRANCIS GALLICIS.

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA *D'AMBOISE*, PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM,
SEU PETIT-MONTROUGE.

1857

Digitized by Google

# ELENCHUS

## AUCTORUM ET OPERUM QUI IN HOC TOMO I CONTINENTUR.

### S. CLEMENS I PONTIFEX ROMANUS.


SCRIPTA GENUINA.

Epistola I ad Corinthios. 199

Epistola II. 329

Epistolæ duæ ad virgines (Syriace et Latine), interprete D. Cl. Villecourt, S. R. E. cardinali. 349

SCRIPTA DUBIA.

Constitutiones apostolicæ. 509

Recognitiones. 1157


### LECTORI.

Prodeunt feliciter, erudite Lector, hæc nostri Clementis Opera, sive genuina, sive ipsi supposita, ab omnibus antiquitatis ecclesiasticæ studiosis tanti facienda. Hæc quæ antea, hic illic sparsa, in bibliothecarum angulis delitescebant et pene sigillatim sepulta jacebant, nos primi in unum collegimus et nova luce donavimus. Grandis quidem labor, sed cui, annuente Deo, non impares fuisse confidimus. Hæc nobis sit merces nos de religione Christiana bene meritos fatearis. Vale et nostris conatibus fave.


Ex Typis MIGNE, au Petit-Montrouge.



Digitized by Google

# DISSERTATIO

## DE OMNIBUS GENERATIM

## PRIMI ECCLESIÆ SÆCULI SCRIPTORIBUS.

(D. Le Nourry, *Apparatus ad Bibliothecam maximam*, Parisiis, 1703, in-folio, p. 1.)

### CAPUT PRIMUM.

*Quam pauca supersint scriptorum primi Ecclesiæ sæculi opera; cur Deus plura interire permiserit; et quid in hac dissertatione tractandum sit.*

Plurima quidem veterum primi Ecclesiæ sæculi Patrum exstant opera, in Bibliotheca nostra Lugdunensi promiscue edita; sed nulla sunt, aut certè paucissima, quæ veros genuinosque tantæ antiquitatis characteres præ se ferre invictis argumentis demonstrentur. Septem quippe Ignatii, episcopi Antiocheni et martyris, epistolæ, ab eo, uti ostendemus, dubio procul sunt profectæ; at illæ eædem non ante octavum secundi sæculi annum in lucem prodierunt. Ad primum vero Ecclesiæ sæculum pertinere nobis videntur cum Barnabæ apostoli Epistola, tum etiam tres Pastoris, seu Hermæ libri; veremur tamen ne eæ quibus id assequimur, conjecturæ, quantumvis firmæ sint et solidæ, iis non probentur, qui nec præconceptas opiniones possunt unquam deponere; nec vinci volunt, nisi demonstrationibus invictissimis. Porro autem quamvis omnibus id esset persuasum, duæ tantum nunc superessent scriptorum primi hujus sæculi lucubrationes. His autem quod adjungatur, nihil fere aliud restat, nisi prima ac forsan secunda Clementis Romani Epistola, quæ cum in Bibliotheca nostra Lugdunensi non sint excusæ, nullus de iis erit nobis hoc in opere dicendi locus.

Mirum sane, ac forsitan incredibile nonnullis videbitur, quod tam pauca ad nos pervenerint primæ Christianorum ætatis opera. Extra dubium namque est plures hujusce temporis scriptores varia edidisse opuscula, epistolas, tractatus vel alias hujuscemodi lucubrationes. Qua ergo Dei providentia, inquies, fieri potuit, ut tam pretiosa divinorum hominum monumenta, quæ primi esse debebant traditionis nostræ canales, penitus interierint? Verum his querimoniis cito modum impones, si aliunde damnum illud, quantumvis lugendum, plene resarcitum intelligas. Etenim omnes novi fœderis libri scripti sunt hoc sæculo; atque eo plurimum adulto, et pene labente, Joannes apostolus Evangelium, Apocalypsinque suam publicavit. Quid quod et eadem Dei providentia factum est, ut iis acerbius in nascentem Ecclesiam sævientium persecutionum temporibus, plures cum ex apostolis, tum ex iis, qui cum Christo, carne nostra induto, conversati sunt, longum in tempus vitam produxerint, eosque qui sæculo secundo floruerunt, habuerint discipulos. Hos ergo sacris doctrinæ Christianæ præceptis et dogmatibus, quæ illi a Christo ipso acceperant, potuerunt imbuere : nec aliis Ecclesia indiguit doctoribus, queis, tanquam canalibus, eadem dogmata voce et ore, sine scripto, de manu, ut aiunt, in manum ad nos transmitterentur. Denique hac tot tantique pretii scriptorum jactura docemur, non aliud divinæ Providentiæ fuisse consilium, nisi ut ii sanctissimi scriptores, qui omnes plerique sanguinem pro Christiana fide tuenda, et propaganda fuderunt, illam sanguineis effusi cruoris guttis altius, quam charta, calamo et atramento, animis hominum inscriberent, infigerentque.

Cum autem paucissima sint Patrum primi Ecclesiæ sæculi opera, illa sane eo pluris æstimanda sunt, quo majorem iidem Patres et merito suo, et sua cum Christo ejusque apostolis consuetudine ac familiaritate sibi conciliaverunt auctoritatem. Quapropter ut germana eorum scripta a spuriis et suppositiis queant facile discerni, singula quæque ad severiores criterii regulas, studiose diligenterque in sequentibus dissertationibus examinabimus. Sed prius de iis quæ ad illos scriptores generatim ac universe pertinent, hac in dissertatione disputandum est. Ostendemus itaque quod eorum ingenium, quæ studia, quæ occupationes, quæ occasiones eis ad scribendum fuerint, quos prostraverint Christiani nominis et doctrinæ hostes, ac tandem quæ fuerint scholæ seu loci publici, in quibus ii Christianam didicerint fidem, vel alios ipsimet eam edocuerint.

### CAPUT II.

*Quod fuerit scriptorum primi sæculi ingenium, quæ studia, occupationes et occasiones ad scribendum.*

Extra controversiam est illos eo potissimum omnes ingenii sui nervos contendisse, omneque studium et operam consumpsisse, ut Evangelium Christi omnibus annuntiarent; ac demonstrata Christianæ religionis veritate, iis persuaderent eam solam, cæteris omnibus repudiatis, esse amplexandam. Hinc Judæos variis convincebant argumentis Christum esse illum tandiu, tantoque ardore ab eis exspectatum, Messiam, verumque Deum, et Patris



Digitized by Google

æterni Filium; tunc vero completa, quæ de illo a prophetis prænuntiata fuerant, oracula; ac Moysis legem, cæremonias, et sacrificia ab eo fuisse rescissa et abrogata.

Paganis autem et idolorum cultoribus ibant persuasum fieri non posse, ut plures sint dii, sed unum tantummodo esse Deum cœli et terræ, rerumque omnium creatorem; Christum vero unicum ejus esse Filium, ita a Patre genitum, ut unus idemque cum eo sit Deus. Hunc, ut homines redimeret, humanam assumpsisse carnem, ipsumque, quo magis falsorum numinum cultus infandis sceleribus obscenitatibusque abominandis erat conspurcatus, eo puriores sanctioresque et vitæ instituendæ et adorandæ divinitatis leges hominibus constituisse. Porro autem etsi Christus ab impiis perduellibusque Judæis morti fuerit traditus, scriptores tamen nostri luculentissime ostendebant illius divinitatem innumeris, quæ ipse ediderat, quæque ipso nascente, moriente, atque a mortuis resurgente contigerant, miraculis fuisse perquam invictissime demonstratam. His addebant nos post ipsum a mortuis aliquando esse suscitandos, ac secundum vitæ nostræ opera aut suppliciis æternis afficiendos, aut sempiterna donandos felicitate. Quam quidem doctrinam miraculis, a se quoque editis confirmatam, fuso sanguine plerumque consignabant.

Quos tandem ad Christianam fidem recens adduxerant, hos primis novæ legis præceptis erudiebant, informabantque qua ratione post abjectam Judæorum paganorumve religionem uni Deo serviendum. Tum deinde eos docebant quid singulis quibusque esset præstandum, ut genitalibus baptismi undis Christo consepulti, et cum eo resurgentes, nova gratiæ vita, peccatis amplius non morituri, renascerentur. Post susceptum divinæ regenerationis sacramentum, secretiora fidei nostræ adyta eis reserabant clara et accurata eorum omnium, quæ alios celabant, cum mysteriorum Trinitatis et Incarnationis, tum sacramentorum ac præsertim Eucharistiæ expositione. In primis autem illos hortabantur, ut in tradita fide constantes permanerent, ac pro ea tuenda quælibet perferrent genera tormentorum.

Quibus sane tormentis si vita eis eriperetur, id nonnulli litteris mandabant. Scribebant vero alii aliorum virtute et merito præstantiorum historiam, itinera, pericula, labores, certamina, passiones, supplicia, et omnia eorum martyrii acta. Alii statuta et canones, ab apostolis eorumque successoribus ad doctrinæ explicationem, informationemque morum sancita, scriptis tradebant; alii datis ad quosdam Christianos, aut episcopos, aut Ecclesias litteris, illos accendebant ad tyrannorum persecutiones patientissime tolerandas; vel graviora quorumdam peccata, vel nascentes, jamque irruentes abusus castigatione paterna coercebant, corrigebantque. Alii denique ne simpliciores quorumdam animi corrumperentur, in perversas doctrinas, erroresque nefarios, ac nascentes hæreses stylum verterunt.

## CAPUT III.

*De hæresum primi sæculi ortu, progressu, et interitu, earumque expugnatoribus; ac primum de hæresi Simonis Magi.*

Verum enimvero adversus divinos Christianæ fidei assertores ab ipso orientis Ecclesiæ initio ex erebi faucibus emerserunt stupenda variarum hæresum monstra: atque ut prudenter monet Theodoretus[1]: *Cum diabolus hominum perniciem sitiret, non exspectavit, ut apostolorum prædicatio invalesceret; sed cum primum illi terram colere, et pietatis semina spargere cœperunt, hic interim seminavit zizania*, id est schismata et hæreses. Contra hæc errantium hominum portenta, quæ non minus, quam persecutores, crudele et exitiosum Ecclesiæ bellum intulerunt, quandoque palam et aperte, quandoque tectius, et occultius decertarunt scriptores nostri. Quapropter ut eorum scripta, quibus hæreses satis obscure verbis nonnunquam obscurioribus impugnantur, facilius possint intelligi, earumdem hæreseōv ortus, progressus et interitus breviter, sed clare et accurate explicandi sunt.

Simon Magus primam inter Christianos, ut Irenæus[2], Eusebius[3], Epiphanius[4] et Theodoretus[5] memorant, hæresim excogitavit, disseminavitque: *Ut magnis*, inquit Eusebius[6], *et admirabilibus Servatoris nostri apostolis par adversarius consisteret.* Qua ergo ratione Clemens Alexandrinus[7] hanc hæresim non ante adultum sæculum secundum, et Marcionis ætatem ortum habuisse dixerit, omnino non videmus. Sed de hac Clementis opinione alibi disputabitur.

Is porro Simon Gythis vico Samariæ oriundus, plura quæ miraculis et prodigiis omnino similia videbantur, magicis artibus patrabat. Sed post exstinctum martyrio Stephanum, Philippus Samariam evangelii prædicandi gratia se contulit, ibique non falsa, ut Simon[8], sed vera edidit miracula. Quibus ab eodem Simone Mago cognitis, Christianam religionem ille professus est, vel, ut ait Eusebius[9], simulavit se profiteri. Cum vero in baptizatos sacra Petri et Joannis manuum impositione Spiritum sanctum, omnibus plane aspectabilem, descendere conspexisset, pecuniam iisdem apostolis obtulit, ut eumdem Spiritum sanctum in alios transfundendi sibi facerent potestatem. Verum hac impia oblatione ab apostolis acri magnoque, uti par erat, animo confestim rejecta, Simon in eos debacchatus, rursum magicis artibus, erroribusque suis spargendis eo perniciosiorem dedit operam, quo ea

[1] Præfat. lib. I *Hæret. Fab.* [2] Lib. I *advers. Hæres.* cap. 20. [3] *Hist.* lib. II cap. 13. [4] *Hæres.* 21 [5] *Hæret. Fab.* lib. I, cap. 1. [6] Lib. II *Hist.* cap. 14. [7] Lib. VII *Stromat.* [8] Act. VIII, IX et seq. [9] Locis citat.

Digitized by Google

omnia ficta Christiani nominis specie audacius venditabat.

Qui autem fuerint Simonis errores ab antiquissimis Patribus disces. Primum enim ex Theodoreti post Irenæum testimonio [10] : *Docuit semetipsum esse, qui inter Judæos quidem, quasi Filius apparuerit; in Samaria autem, quasi Pater descenderit, et in reliquis vero gentibus, quasi Spiritus sanctus, adventarit.* Neque his repugnat in nova editione emendata Augustini narratio [11].

Secundo iidem Patres, nec non Philastrius, tradunt Simonem sibi copulasse Helenam seu Silenem : *Quæ initio quidem*, verba sunt Eusebii [12], *apud Tyrum urbem Phœnices publice in lupanari prostiterat.* Idem Simon, teste Irenæo, dicebat : *Hanc esse primam mentis ejus conceptionem, matrem omnium, per quam initio concepit angelos facere et archangelos..... a quibus et mundum factum esse dixit.* Addit Epiphanius : *Se summam esse Dei vim, scortum vero suum Spiritum esse sanctum affirmare ausus est ;* atque eam ipsam esse *propter quam*, ut loquitur Irenæus, *Trojanum contractum est bellum.* Hinc ridiculas anilesque fabulas commentus, asseverabat eos : *Qui in eum et in Helenam spem habebant... secundum ipsius gratiam salvari et non secundum operas justas.* Quod certe sectatoribus suis sic ille tandem persuaserat, ut imaginem ejus ad figuram Jovis, Helenæ vero ad figuram Minervæ promi venerarentur, easdem suffimentis, sacrificiis ac libationibus colere non verentes.

Simon præterea, auctore Epiphanio : *Nomina quædam principatuum et potestatum commentus est cœlestesque globos varios.... nostrum porro hoc sæculum ab nequitiæ principatibus et potestatibus cum defectu conditum.* Se vero, ut subnectit Irenæus, *cum hominibus conversatum aiebat, cum non esset homo; et passum, cum non esset passus.*

Docebat insuper : *Legem Moysis non a Deo*, utimur Epiphanii verbis, *sed a sinistra quadam intelligentia profectam ; uti neque* prophetas a bono Deo, sed ab alia atque alia intelligentia *comparatos fuisse... denique quisquis Veteri Testamento fidem adhibet, incurrere mortem asseverat.* Resurrectionem vero mortuorum, uti refertur apud Augustinum, pernegabat, sinebatque indifferenter uti feminis. His alias ipse, et discipuli ejus adjungebant obscenitates, turpitudinesque æterno damnandas silentio. Illas tamen Eusebius [13] his paucis, nec inhonestis, verbis comprehendit : *Nihil tam impurum aut esse aut excogitari potest, quod flagitiosissima illorum*, Simonis discipulorum, *secta longo intervallo non superet, dum miseris atque omni scelere coopertis mulieribus illudunt.*

Origeni [14] si credideris, Simon : *Quo plures sibi pararet discipulos, sustulit de sua doctrina mortis periculum, quod Christiani docebantur contemnere, dicens indifferentem rem esse idololatriam. Imo nec ulla persecutio contra Simonianos unquam exorta est.* Tertullianus [15] denique testatum facit Simonis sectatores quemdam angelis cultum, superstitione et idololatria infectum exhibuisse : *Simonianæ autem magiæ disciplina*, inquit, *angelis serviens, utique et ipsa inter idololatrias deputabatur, et a Petro apostolo in ipso Simone damnabatur.* Illud tamen Tertulliano, si hæc vera, uti refertur, fuerit ejus mens et sententia, adversari videtur, quod Simon ipse jactitabat se angelos creasse : seque e cœlo delapsum : *Ut angelos, cum male moderarentur mundum, corriperet.* Sed nulli mirum esse debet, si homines a veritatis via perquam longissime aberrantes, secum ipsi aliquando pugnent, et inepte contra se dicant. Et re quidem vera Epiphanius Simonem ideo castigat, quod de angelis quædam secum pugnantia tradiderit : *Quemadmodum vero nugarum suarum oblitus impostor, velut eorum quæ antea tradiderat, ignarus, se ipsum refellit. Nam cum dixisset angelos a se per intelligentiam suam procreatos esse, subjecit postea, ut eosdem illos latere descendendo posset, figuram in unoquoque cœlo mutasse. Igitur latebat ideo, quod eos metueret. Atqui quid eos, quos ipse condiderat, angelos impostor ille metuebat?*

Simon errores suos publicavit primum Samariæ ac in Judæa, deinde aliis in locis, oppidis et civitatibus, ac tandem Romæ ; qua in urbe animos hominum ita sibi devinxit, ut ipsi tanquam supremo Deo summi adorationis honores fuerint decreti, et Claudio imperante, statua eidem erecta *in insula Tiberina inter duos pontes, cum hac inscriptione : Simoni Deo Sancto.* Narrant tamen recentiores quidam scriptores [16] pontificatu Gregorii decimi tertii inventam hujusce statuæ basim lapideam, cui hæc inscriptio incisa erat : *Semoni Sanco Deo Fidio sacrum*, id est ut ipsi aiunt : Herculi, non Simoni. Inde autem concludunt Justinum, primigenium erroris illius fontem, ob Latinæ linguæ imperitiam a Simonianis deceptum, tradidisse hanc fuisse Simonis Magi statuam. Sed scriptoribus illis omnino probandum erat basim illam, quæ his temporibus ultimis inventa est, eamdem ipsam fuisse, ipsique superpositam statuam illam, de qua Justinus aliique Patres antiquissimi mentionem olim fecerunt.

Utut sit, primus ille hæresiarcharum parens Simon Magus, a primo apostolorum principe, Simone Petro, perculsus, victus prostratusque est : *In Judæa*, inquit Eusebius [17], *a Petro apostolo convictus est, omniaque ejus maleficia patefacta, longissime trans mare fugam arripuit.* Hunc autem Romam fugientem apostolus insecutus, ibidem illum

[10] Loc. cit. [11] *Lib. de hær.* cap. 1. [12] Lib. II *Hist.* cap. 13. [13] Lib. II *Hist.* cap. 13. [14] Lib. VI *cont. Cels.* [15] *Lib. de præscript.* cap. 33. [16] Justin. *Apol.* 1, n. 26, et Euseb. lib. II *Hist* cap. 13. [17] Lib. II *Hist.* cap. 14.

Digitized by Google

omnemque ejus potentiam delevit et exstinxit : *Cum Dei doctrina, prosequitur Eusebius, Romanus adventu suo illustravit, Simonis quidem vis et potentia cum quo simul auctore brevi exstincta atque delicta est.* Atque ut Augustini verbis utamur [30] : *In qua urbe apostolus Petrus cum vera virtute Dei omnipotentis evicerit.* Quamvis autem ille sic fracisset ab Apostolo victrias atque oppressus, plures tamen reliquit errorum sectatores atque successores. Nam ex hac amarissima radice, si Theodoretum audias [31], *orti sunt Cleobani, Dositheani, Gorthæi, Masbothæi, Ariomitæ, Eunychitæ*, vel ut apud Clementem Alexandrinum [32] ; *Eutychitæ, Cainitæ* [33]. *Verum si omnes, cum impiæ hæresis primus quondam auctor exstitit assent, non eum secuti sunt, sed perpetuæ et invicti tradidit sunt.* At si Hegesippo fidem habere B *velis, quatuor priores scriptores dixerunt : E septem sectis in Judaico populo præseminatis.* Ex quo Valesius hunc elicuit conclusionem : *Rectius dixisset Theodoretus, eas omnes ex Judaicis sectis fuisse propagatas, maxime vero cum quædam earum hæresim Simonianæ vestigiis esse videantur, scrvi gratia, Gorthæos et Dositheanos.* Sed verear ut hanc Valesiana conclusio, qua ex duabus sectis Simonianæ vestigiis, alias quoque ipsa antiquiores esse infert, omnibus omnino probetur. Porro autem Epiphanius ex Simone Gnosticos ortos esse affirmat [34] : *Atque hinc eorum quos Gnosticos appellamus, origo profluxit.*

Testatur Origenes [35] a suo jam tempore exstir- C *patam Simonianorum hæresim : Nunc magnum gentium exstant Simoniani.* De Dositheanis autem a nobis paulo ante memoratis, hæc subjungit : *Cæterum Dositheani nec unquam fuerunt, et nunc omnino exstincti sunt, ut nomine tantum maneant, inter triginta censeantur.* Sed falsa quadam narratione deceptus est Origenes, aut ex iis, quæ ipse peregraverat, regionibus idem et in omnibus mundi partibus accidisse arbitrabatur. Scribit enim Eusebius [36] quosdam adhuc, dum viveret, exstitisse Simonianæ hæreseos sectatores : *Simon, inquit ille, fidem in Christum simulavit, ut baptismum susciperet. Quod quidem etiamnum fieri ab his qui interrimum ejus sectam profitentur, non sine admiratione cernimus : qui more parasitis aut in Ecclesiam, tanquam pestis aut lepra quædam irrepentes, gravissimum damnum inferunt iis, quibus pessimum illud et immedicabile venenum, quod mentibus occultant, instillare potuerint. Ac plerique jam eorum ab Ecclesia ejecti sunt, cum fraus ipsorum esset detecta.* Et infra [37] : *Unde ad nostrum usque ætatem quicunque ejus sectam profitentur, cum se Christianos recipiamus, plenum malitiæ et sanctitatis, simulaverint, tamen et ad superstitiosum dæmonum A cultum, quem objecere sibi fuerunt, deinceps nihilominus relabuntur.* Exstabant ergo Eusebii tempore quidam hæresis Simonianæ fautores. At cum plerosque, rejectis eorum fraudibus, ex Ecclesia ejectos esse idem Eusebius testificetur, id certe indicio est nec diuturnos nec obscuros, eos tum paucos admodum fuisse, et quidem sub falso Christianorum nomine sese occultantes. Unde concludas necesse est, hæresim illam non diu postea perseverasse, et citius fuisse exstinctam.

## CAPUT IV.

### *De hæresi Menandri.*

[38] Menander Samaritanus genere e vico Capparetæa, Kappareia; seu Kaphar, oriundus, Simonis discipulus, [39] *majorem se antecessore ac præceptore suo jactabat.* Quapropter nonnullis quibusdam erroribus impiæ magistri sui doctrinæ additis vel immutatis, novam condidit sectam, et hæresiarchæ titulum ac nomen promeruit. Is itaque cum Simon dixisset summum se esse Dei virtutem, docuit [40] : *Primum quidem virtutem incognitam omnibus, se autem eum esse, qui missus sit ab invisibilibus, salvatorem pro salute omnium.* His adjecit : *Resurrectionem per id quod est in eum baptisma, accipere ejus discipulos, et ultra non posse mori, sed perseverare non senescentes et immortales.* Cætera, eosdem ac præceptor suus errores et magicas artes consectabatur.

Nonnullis autem explicatu difficile videtur, quo sensu Irenæus primum Menandri errorem esse dixerit, quod se præceptore suo Simone majorem jactaret, cum Simon summa Dei vis ab aliis voluerit audire, nequaquam vero Menander. Attamen si Irenæi verba attente perpendantur, haud ægre solvetur difficultatis hujus nodus. Non alia quippe viri sancti mens esse videtur, nisi Menandrum se magistro suo, non virtute quidem et potentia, sed scientia et missione prædicasse majorem.

Quos Menandriana hæresis adversarios habuerit, accipies a Theodoreto [41], qui eum a Justino martyre, Irenæo, ac Origene scriptis expugnatam esse testatur. Neque ullus certe ibit unquam inficias nonnihil adversus illam a Justino et Irenæo memoriæ fuisse proditum. Verumtamen quem Theo- D doretus scribit in modum, ipsemet procul dubio quædam alia eorum scripta, quibus hæresim illam plenius fusiusque confutabant, ibi indicasse videtur. Porro autem quæ Menander de baptismo suo, quo homines immortales fieri garriebat, adeo temere venditavit, ea Tertullianus egregie refellit, et ridicula esse demonstrat [42]. Neque tamen illud censemus adjiciendum, quod nonnulli Tertullianum rursus de eadem hæresi aliquid in *Libro de præscriptionibus* hæreticis mandasse opinantur. Nihil

[30] *Lib. de hæres.* cap. 1. [31] Lib. I *Hæret. Fab.* cap. 1. [32] Lib. VII *Strom.*, p. 765. [33] Apud Euseb. lib. IV *Hist.*, cap. 2. [34] Hæres. 21, 1. [35] Lib. VI *cont. Cels.* [36] Lib. II *Hist.* cap. 2. [37] Ibid. cap. 13. [38] Theodoret. lib. I *Hæret. Fabul.* cap. 3. [39] Epiphan. Hæres. 22. [40] Iren. *adv. Hæres.* cap. 26. [41] Lib. I *Hæret. Fabul.* cap. 2. [42] *Lib. de anima*, cap. 50.

Digitized by Google

enim ibi de ea reperias, nisi in libri illius capite 45, quod ab impostoribus ibi assutum esse critici peritiores observant.

Non diu stetit illa Menandri hæresis. Justinus siquidem quamvis plures initio a Menandro deceptos esse agnoscat; paucos tamen suo tempore superstites extitisse non obscure declarat [31]: *Menandrum Antiochiæ multos arte magica decepisse scimus... suntque adeo nunc quoque ab eo reliqui nonnulli, qui hoc sic profitentur.* Inde ergo Menandrianam hæresim ante Simonianam excidisse non absurde colliges; nisi eam in Saturnili et Basilidis sectas influxisse dixeris.

## CAPUT V.

### *De hæresi Cerinthi.*

Cerinthus ab ipso apostolorum tempore novæ hæreseos parens, *in Ægypto*, inquit Theodoretus [32], *plurimo tempore versatus, et in philosophicis scientiis eruditus, venit postea in Asiam, et discipulos suos de nomine suo appellavit.* Cui concinit quidem Epiphanius, sed addit eos dictos fuisse Merinthianos: *Utrum vero*, ait ille [33], *Cerinthus ipse Merinthus alio nomine sit dictus, nescire me fateor, an præter hunc alter eo nomine appellatus exstiterit, adjutor illius et socius, id quidem soli Deo compertum est.*

Primum autem, teste Irenæo [34], Cerinthus: *Non a primo Deo factum esse mundum docuit, sed a virtute quadam separata, et distante ab ea principalitate, quæ est super universa, et ignorante eo qui est super omnia Deo.* Christum autem, auctore Theodoreto [35], duas in partes, seu personas a se invicem distinctas, dividebat; tradebatque *Jesum secundum naturam ortum ex Joseph et Maria, temperantia autem, et justitia, et aliis virtutibus excelluisse.* Vel ut ait Irenæus [36]: *Plus potuisse ab omnibus, et post baptismum descendisse in eum Christum ab ea principalitate, quæ est super omnia, figura columbæ, et tunc annuntiasse incognitum Patrem, et virtutes perfecisse; in fine autem revolasse iterum Christum de Jesu, et Jesum passum esse et resurrexisse, Christum autem impassibilem perseverasse, existentem spiritalem.* Contra tamen Epiphanius [37], ac post eum Augustinus [38]: *Dicere*, inquit, *nihil est veritus passum quidem et crucifixum esse Christum, nondum tamen a mortuis excitatum, ac tum demum cum mortui resurgent omnes, excitandum.* Unde merito quidem jure Cerinthianos secum invicem aperte pugnasse concludit.

Nec minus hæresis illa sibi ipsi in eo adversabatur, quod: *Carne circumcidi oportere*, verba sunt Augustini [39], *atque alia hujusmodi legis*, nimirum Mosaicæ, *præcepta servari* juberet. *Nam eum a quo lex tradita sit, bonum negat esse*, ait Epiphanius [40], *cujus tamen legi, tanquam bonæ obtemperare videtur.* Hinc etiam Cerinthiani, ut idem Epiphanius subdit [41]: *Paulum penitus explodunt, propterea quod circumcisionem abdicavit.* Philastrius vero arguit Cerinthum, quod et alios plures novi fœderis libros repudiaverit: *Apostolum Paulum non accipit, Judam proditorem honorat, Evangelium secundum Matthæum solum accipit, tria Evangelia spernit, beatos martyres blasphemat.* Neque tamen ab eo integrum Matthæi Evangelium acceptum fuisse auctor est Epiphanius [42]: *Matthæi Evangelio non integro, sed ex parte duntaxat utuntur, nimirum propter genealogiam, quæ ejus est carnis propria.* Nec mirum; quando quidem ea Christi genealogia omnes errores funditus evertebantur.

Caius autem apud Eusebium Cerintho errorem Chiliastarum tribuit [43]: *Per revelationes a se, tanquam a magno Apostolo conscriptas, portenta quædam, quasi ab angelis sibi ostensa commentus, nobis introducit, affirmans post resurrectionem regnum Christi in terris futurum, ac rursus homines Hierosolymis degentes, cupiditatibus et voluptati corporis obnoxios fore; additque mille annorum spatium in nuptialibus festis transactum iri. Unde etiam Chiliastæ*, inquit Augustinus [44], *sunt appellati.* Id confirmat Eusebius hac Dionysii Alexandrini auctoritate: *Aiunt eum*, Cerinthum, *librum composuisse, indito Joannis nomine, dum auctoritatem figmentis suis ex Joannis nomine mutuari vellet.* Sed de hoc ridiculo Cerinthi commento alibi dabitur fusius disputandi locus.

Visum est nonnullis eos, qui viventes baptismo non fuerunt abluti, post mortem ab iis hæreticis sacramento illo fuisse initiatos. Verum cum ii solo Epiphanii, quem de aliis potius hæreticis ibidem loqui plures existimant, testimonio innitantur, id isti vel negant omnino, vel penitus incertum esse contendunt.

Quanto horrori Cerinthus Joanni evangelistæ fuerit, discimus ex Irenæo [45], qui ab aliis se accepisse testatur, Joannem, *cum lavandi causa balneum Ephesi esset ingressus, viso intus Cerintho, mox illotum ex balneo profugisse, atque in hæc prorupisse verba: Fugiamus hinc, ne forte balneum corruat, in quo est Cerinthus veritatis inimicus.* Epiphanius igitur, qui hæc Ebioni tribuit, memoria procul dubio lapsus est. Neque tamen ad expugnandam Cerinthi hæresim ibi stetit divinus plane Joannis ardor et studium. Ille enim, ut tradit Hieronymus [46]: *Scripsit evangelium, rogatus ab Asiæ episcopis, adversus Cerinthum, aliosque hæreticos.* Epiphanius [47] autem arbitratur Jacobum aliosque apostolos adversus eumdem hæresiarcham litteras in hæc verba Antio-

[31] *Apolog.* 2. [32] Lib. II *Hæret. Fabul.* cap. 3. [33] Hæres. 28. [34] Lib. I *Adv. hæres.* cap. 25. [35] Loc. cit. [36] Loc. cit. [37] *De hæres.* § 8. [38] Loc. cit. § 6. [39] *De hæres.* cap. 8. [40] Loc. cit. [41] *Lib. de hæres.* [42] Loc. cit., § 5. [43] Lib. III *Hist.*, cap. 28. *Vid.* Theodor. loc. cit. et eumdem Euseb. lib. VII *Hist.*, cap. 25. [44] Loco cit. [45] Euseb. lib. III *Histor.* cap. 28, et lib. IV, cap. 14, et ipse Irenæus lib. 3, *adv. Hæres.* cap. 3 et Theod. lib. II. [46] *De script. eccles.*, in *Joan.* [47] Hæres. 28, § 2.

Digitized by Google

chiam direxisse : *Quoniam cognovimus quosdam a nobis ad vos esse profectos*, etc. Nullus quoque dubitat Petrum et Paulum, eodem penitus evertendi erroris amore succensos, contra ipsum inito certamine, hæresim ejus confutasse et profligasse. His Theodoretus adjungit Caium, Dionysium Alexandrinum, Justinum martyrem, Irenæum atque Origenem. Porro autem cum non alios qui contra Cerinthum pugnaverint, commemoret vir ille doctissimus, hinc non leve ducitur argumentum hæresim illam, circa Origenis tempora exstinctam, nullos amplius habuisse fautores. Certum tamen est præcipuos Cerinthi errores ab aliis postea adoptatos fuisse hæreticis, qui nova sectis suis, ut dicemus, nomina imposuerunt.

## CAPUT VI.

### *De hæresi Ebionis.*

Ebion cujus nomen apud Patres doctissimos [48], idem ac *mendicus* sonat, a Mario Mercatore [49] vocatur *philosophus* et *stoicus philosophus*. Eruditus autem scriptor quidam nomen mendici ipsi inditum putat, quod spretis divitiis, voluntariam paupertatem profiteretur. Verum Epiphanio Ebionitæ *se mendicos prædicant, quod apostolorum tempore mos esset bona sua distrahere, et ad illorum pedes abjicere.*

Quo autem loco et tempore orta sit Ebionis hæresis idem Epiphanius his verbis declarat [50] : *Hujus factionis exordium post Hierosolymitanæ urbis excidium cœpit. Quo tempore Christiani omnes cum in Peræa degerent, atque in urbe Pella potissimum, quæ in Decapolitana provincia est... prope Batanæam ac Basanitidem; cum illic, inquam, domicilium collocassent, hinc Ebioni data est propagandi erroris occasio. Qui in pago quodam Cocabe, in regione Carnaimorum, Arnemi, et Astarotharum, et Basanitidis tractu habitare cœpit, quemadmodum vetus ad nos usque fama pertulit.* Postea vero adjicit [51] : *In Asia ac Romæ errorem suum disseminavit.* Cum itaque urbs Hierosolymitana juxta peritiorum chronologiam anno Christi 70 capta fuerit ac diruta, per id ferme tempus Ebion in locis, ab Epiphanio commemoratis, errores suos disseminare cœpit. Nec longe abest ab hac sententia Hieronymus, qui Joannem, consurgente Ebionis hæresi, Evangelium suum scripsisse affirmat [52] : *Scripsit Evangelium adversus Cerinthum..... et maxime nunc Ebionitarum dogma consurgens.*

Errores vero Ebionis iidem propemodum erant, ac Cerinthi; ita ut ille a quibusdam, quod tamen indubitatum omnino non est, ejusdem Cerinthi discipulus fuisse asseratur. Docebat autem Christum merum esse hominem, ex Maria et Joseph humano more procreatum; ipsumque *Filium Dei progressione quadam virtutis*, verba sunt Epiphanii [53], *et conjunctione cum Deo factum :* proindeque adoptivum duntaxat esse Dei Filium, ut eidem Ebioni exprobrat Mercator. Sectatores tamen Ebionis non uno eodemque modo hunc magistri sui errorem secuti sunt : *Alii enimvero ab his eodem nomine nuncupati*, inquit Eusebius [54], *absurdam eorum sententiam rejicientes, Christum quidem ex Virgine et Spiritu sancto genitum esse non negant : sed iidem nihilominus cum Christum, utpote Deum, Verbum, ac sapientiam Patris, ante omnia substitisse minime fateantur, in eamdem cum prioribus sententiam delapsi sunt.* Unde etiam Epiphanius [55] : *Alii aliter de Christo pronuntiant.... Nonnulli enim ex eis Adamum fuisse Christum prædicant.. . Alii e cœlo Christum esse confitentur, sed ante omnia creatum, ac spiritum quemdam esse, angelisque præstare, atque omnium rerum dominatum tenere. Qui cum perpetuam illic habitationem sortitus sit, quoties libuerit, in hæc infima delabitur, quemadmodum in Adamo descendit, et patriarchis corpore circumfusus apparuit, velut cum ad Abrahamum, Isaacum et Jacobum adiit. Idem denique postremis temporibus venit, Adami corpore contectus, et homo visus est, et in crucem sublatus surrexit, et ascendit in cœlum. Rursus ubi libuerit, ita se rem habere negant, in eumque duntaxat sese sanctum infudisse Spiritum, qui est Christus, eumque qui Jesus vocatus est, induisse.* Et infra [56] : *Duos a Deo constitutos esse asserunt, Christum et diabolum, quorum illi futuri, huic præsentis sæculi potestas est commissa : idque adeo omnipotentis illius mandato ad cujusque postulationem esse factum*, etc.

[57] Hanc porro opinionum divisionem et differentiam Elxæo pseudoprophetæ tribuendam esse suspicatur. Quidam vero hunc Elxæum, seu Elceai peculiaris cujusdam hæresis, quæ ab illius nomine Helcesaitarum dicta est, tradunt fuisse auctorem. Illius porro errores ab Eusebio [58] et Theodoreto [59] notantur; sed eam simul natam, simul exstinctam idem Eusebius in ecclesiastica sua Historia testatus est. Citatum a nobis illius locum si adire volueris, lege etiam in eum Valesii notas et animadversiones.

Ebionitæ autem præterea docebant omnes lege Mosaica teneri, servandamque Sabbati celebrationem, quamvis Dominicam quoque diem in Resurrectionis Christi memoriam ipsimet observaverint. Quapropter ii juxta Irenæum [60] : *Paulum recusant, apostatam eum legis dicentes..... solo autem eo quod est secundum Matthæum Evangelio utuntur.* His quæ de Evangelio Matthæi dicuntur, concinit Theodo-

[48] Origen. lib. II *cont. Cels.* et lib. IV *Periarch.*; Euseb. lib. III *Hist.* cap. 37; Epiphan., hæres. 30; Theodor. *Hær. Fabul.* cap. II. [49] Mercat. *Anathem. Nestor.*, 12. [50] *Hæres.* 30, § 1. [51] Ibid. § 18. [52] *De script. eccles.*, in *Joan.*; Tertul. *Lib. de carne Christi*, cap. 18. Origen. homil. 17 *in Luc.*; Hieronym. *De script. eccles.* [53] Hæres. 30, § 18, et Euseb. lib. III *Histor.* cap. 27. [54] Loc. cit. [55] Hæres. 30, § 3. [56] Ibid. § 16. [57] Ibid. § 3. [58] Euseb. lib. VI *Hist.* cap. 30. [59] Theod. lib. II *Hæret. Fab*, cap. 7. [60] Loc. cit.

Digitized by Google

retus; addit tamen Epiphanius [61] : *Quanquam ne integrum quidem habent, sed adulteratum et mutilum; atque iis omnibus, quæ ad genealogiam Christi spectant, inde abrasis, idipsum Hebraicum vocant.* Quid ergo, inquies, Mercatori faciemus, qui de Ebione hæc scribit : *Christum in Dei filium adoptatum ausus est prædicare, asserens se Matthæi, Marci et Lucæ evangelistarum auctoritatem secutum?* Aiebant nonnulli Mercatorem de Ebione, alios vero Patres de ejus loqui discipulis. At id quod vero videtur similius, ii subjungunt, tres illos evangelistas ab Ebione, ut ait Mercator, citatos, non ideo quidem quod admittenda putaret illorum Evangelia, sed ut eorum auctoritatem contra Catholicos, qui eam divinam esse credebant, argumento, ut loquuntur, ad hominem urgeret. Cæterum si quid aliud senserit Mercator, certe opinio illius aliorum Patrum sententiæ præferenda non est.

[62] Prædicabant insuper Ebionitæ *Christum veritatis esse prophetam... Prophetas vero, non veritatis, sed intelligentiæ esse prophetas, proindeque Jesum solum esse prophetam.* Et paulo superius : *Abrahamum, et Isaacum, ac Jacobum, et Moysem, atque Aaronem admittunt, una cum Jesu, qui Moysis duntaxat successor, neque quidquam amplius fuerit. Secundum hos nullum alium ex prophetis asciscunt, sed cum exsecratione proscribunt ac deridenl, puta, Davidem, et Salomonem, atque Isaiam, Jeremiam, Danielem, Ezechielem, quibuscum Eliam atque Eliseum repudiant.* Si quis autem interrogasset : *Unde igitur tenes quæ ad Moysem Abrahamumque pertinent?* respondebant illico *id sibi a Christo patefactum.*

Alios eorum errores enumerando idem Epiphanius [63] dixerat : *Est hoc illis insuper in more positum, ut adolescentulos citra maturam ætatem ad nuptias compellant... neque vero unis duntaxat nuptiis affinitates inter se conjungunt, sed si cui divortium facere libuerit, ac novum inire matrimonium, ad tertias et septimas usque nuptias permittunt.* Superius vero [64] : *Hodie*, inquiebat, *virginitas apud illos et castitas omnino prohibetur... Nam olim de virginitate gloriari solebant, nimirum ob Jacobum fratrem Domini, adeoque libros suos ad seniores et virgines inscribunt.*

Tradit etiam [65] Ebionem discipulosque ejus *ab alimentis omnibus reliquoque, quod carne constet, abstinuisse; quod illa e corporum coitu concubituque gignantur.* Nec pigebit ex eodem Epiphanio [66] observare Ebionitas quotidie lavasse, et quotiescunque aliquid impuri se tetigisse arbitrabantur. Quam consuetudinem ut Petri auctoritate firmarent et exemplo : *Petrus*, inquiebant, *lavabat quotidie, priusquam cibum sumeret.* Pergit idem Epiphanius [67] : *Baptismo quoque præter quotidianum illum initiantur, et ex Christianorum Ecclesiæque imitatione mysteria quædam quotannis celebrant, in quibus panes azymos, et ad alteram mysterii partem meram aquam adhibent.*

Idem adhuc Epiphanius [68] memorat eosdem hæreticos, ut magnum erroribus suis auctoritatis pondus tribuerent, sacra apostolorum nomina quibusdam libris, a se conflctis, præfixisse : *Apostolorum alios Actus circumferunt, in quibus plurima sunt impietatis illorum vestigia, ejusque potissimum auctoritate libri ad oppugnandam veritatem armantur.* Et infra [69] : *Apostolorum nomina, quo facilius sectatores suos pelliciant, per simulationem admittunt, quibus etiam conflctos quosdam a se libros inscribunt, velut a Jacobo, Matthæo, ac reliquis discipulis editos, inter quæ Joannis etiam apostoli nomen admiscent.* Testatum denique facit, librum qui *Circuitus Petri*, et a Clemente conscriptus esse ferebatur, iisdem hæreticis usui fuisse.

Qua cura Epiphanius errores Ebionitarum recenset, eadem plane diligentia eos, a quibus rejecti et destructi sunt, luculenter ostendit : *Porro*, inquit ille, *non Joannes modo, sed et omnes prorsus apostoli Ebionis fidem repudiant, et a suis dogmatibus, atque apostolico illo charactere alienam judicant; id quod unicuique perspicuum est.* Vidimus supra ex Hieronymo Joannem in primis adversus consurgens Ebionis dogma, suum edidisse Evangelium. Nullus porro dubitandi locus est, quin divini illi pugiles plenam perfectamque adversus hos fidei et catholicæ veritatis hostes victoriam reportaverint. Et certe jam monuimus illos a suis primordiis varias in partes scissos fuisse, et inter se divisos. Quid autem aliud ex hac dissensione sequi potuit, quam integra hujus sectæ ruina, excidiumque certum et celerrimum. Non ibimus tamen inficias plures Ebionis errores ab aliis postmodum hæreticis renovatos, sed ii profligatum ab apostolis Ebionitarum nomen, sibi deinceps arrogare non ausi sunt.

## CAPUT VII.

### *De hæresi Nazaræorum.*

Quamvis Nazaræi a quibusdam Christiani hæretici, a nonnullis nec Christiani, nec Judæi, ab aliis denique iisdem ac Ebionæi erroribus implicati dicantur, illi tamen, si Epiphanio [70] fides, meri erant Judæi : *Neque Jessæos se ipsos vocant, neque Judæorum vocabulum retinent, neque se Christianos, sed Nazaræos de illa loci appellatione nuncupant, cum interim meri sint Judæi, neque aliud præterea.* Et sectione nona : *Judæi potius quam cujusvis alterius generis sunt, tametsi Judæis sint inimicissimi; neque enim Judæorum posteri solum capitali illos odio prosequuntur, sed et mane ac meridie et ad vesperam, ter de die, cum in synagogis suis ad orandum conveniunt, diris illos devovent, ac solemni imprecatione proscribunt.* Idem tamen paulo aliter, et planius il-

[61] Epiphan. loc. cit., § 13. [62] Epiphan. loc. cit. § 18. [63] Ibid. [64] Ibid. § 2. [65] Ibid § 15. [66] Ibid. § 2, 15 et 22 [67] Ibid. § 16. [68] Ibid. [69] Ibid. § 23. [70] Hæres. 29 § 7.

Digitized by Google

lud definire videtur his verbis : *Hoc igitur uno tam a Judæis, quam a Christianis differunt : ab illis quidem quod in Christum credant; a Christianis vero quod Judaicis ritibus implicantur.*

Hos autem iisdem propemodum ac Ebionæi erroribus imbutos docet idem Epiphanius [71] : *Ambo collatis inter se capitibus, suam alter cum altero improbitatem ac nequitiam communicavit. Atque etsi quadamtenus a se mutuo dissideant, in excogitando tamen pravissimo dogmate sese invicem expresserunt.* Utrum vero ipsis et cum Cerinthianis eodem modo convenerit, anceps ille est : *De Christo vero*, inquiebat [72], *certo affirmare nequeo, utrum Cerinthi, vel Merinthi impietate illa decepti, simplicem illum hominem asseverent, ac uti sese res habet, per Spiritum sanctum de Maria Virgine genitum esse fateantur.* Theodoretus vero brevius planiusque edisserit, qui fuerint Nazaræi, et quæ eorum hæresis, quo tempore exorta, et a quibus tandem expugnata : *Nazaræi Judæi sunt, Christum honorantes, tanquam hominem justum, et Evangelio utuntur, quod secundum Petrum dicitur. Has hæreses, imperante Domitiano, conflatas auctor est Eusebius. Contra quas scripsit Justinus philosophus et martyr, et Irenæus successor apostolorum, et Origenes.*

Hic autem obiter observa illud difficultate omni non carere, quod ait eos usos Evangelio κατὰ Πέτρον, quandoquidem affirmat Epiphanius illud secundum Matthæum, et Hebraice scriptum fuisse [73] : *Est vero*, infit, *penes illos Evangelium secundum Matthæum Hebraice scriptum, et quidem absolutissimum. Hoc enim certissime, prout Hebraicis litteris initio scriptum est, in hodiernum tempus usque conservant.* Hæc sane assertio tam certa et perspicua scrupulum sane et quamdam dubitationem injicit, num aliquod in textum Theodoreti mendum irrepserit, vel ipse falsus sit, aut memoria lapsus; ac pro κατὰ Πέτρον apud ipsum legi debeat, κατὰ Ματθαῖον. Et certe huic conjecturæ favet Hieronymus, ubi dixit [74] : *In Evangelio quo utuntur Nazaræi, et Ebionitæ, quod nuper in Græcum de Hebræo transtulimus, et quod vocatur a plerisque Matthæi authenticum.* Idem alibi repetit [75], ac tandem docet Evangelium non Matthæi sed Marci Petro fuisse attributum [76] : *Sed et Evangelium secundum Marcum, qui auditor ejus et interpres fuit, hujus*, Petri, *esse dicitur.*

## CAPUT VIII.

### *De hæresi Nicolaitarum.*

Nicolaitæ novam quoque primo sæculo sectam commenti sunt. Errores eorum paucis verbis exposuit Irenæus [77] : *Indiscrete vivunt, nullam differentiam esse dicentes in mœchando, et idolothytum edere.* Augustinus autem paulo dilucidius [78] : *Placet usus indifferens feminarum. Hi nec ab iis, quæ idolis immolantur, cibos suos separant, et alios ritus gentilium superstitionum non aversantur. Narrant alia quædam fabulosa, de mundo, nescio quæ barbara principum nomina miscentes disputationibus suis.* Barbara illa nomina refert quidem Epiphanius, sed eos de iisdem inter se dissentire monet. *Aliqui*, inquit [79], *Barbelonem nescio quam celebrant, cui in octavo cœlo domicilium attribuunt. Hanc a Patre productam affirmant, matremque alii Jaldabaoth, alii Subaoth faciunt.... alii Prunicam quamdam, alii Caulaucauch cuidam eamdem venerationem deferunt, quo nomine unum ex principibus appellant ... Alii dicunt initio tenebras, ac voraginem, et aquam fuisse, quæ a se invicem spiritus secreverit. Verum tenebræ contra spiritum iracundia ac furore percitæ, sursum excurrentes, cum eo congressæ sunt. Inde matrix nescio quæ, genita prodiit, quæ ejusdem spiritus consuetudinem appetiit, ex eaque quatuor æones producti sunt, ab iis quatuor decem alii procreati, item dextra sinistraque, nec non lumen et tenebræ. Secundum hos omnes turpem quemdam æonem editum narrant, eumque cum ea, quam paulo ante diximus, matrice coiisse; et ab utroque deos, atque angelos, et dæmones, ac septem spiritus ortum habuisse.* Subjungit tandem : *Certos libros Jaldabaoth nomine inscriptos, ac commentitios habent.*

Hos hæreticos, si Irenæum [80] et Eusebium [81] audias, Joannes his verbis in Apocalypsi notat [82] : *Sed hoc habes boni, quia odisti facta Nicolaitarum, quæ et ego odi.* A quibus autem sint oppugnati, accipies a Theodoreto [83] : *Contra hos*, inquit, *scripsit Clemens, et Irenæus, et Origenes, et Hippolytus episcopus et martyr.* Quam vero feliciter contra eos pugnaverint, colligas ex victoria ab eis perquam citissime reportata. Etenim hæc hæresis, teste Eusebio [84], *brevissimo temporis spatio permansit.* Ex hoc tamen fonte corruptissimo fluxerunt Gnostici, aliique complures, de quibus Epiphanius [85] : *Ab hoc fonte*, ait, *derivati, ac pessime in mundum introducti sunt hæretici illi, qui eam sibi, quam falso nominant, cognitionem vindicant, cujusmodi sunt Gnostici, Phibionitæ, et quibus ab Epiphane nomen est inditum. Tum etiam Militares, Levitici, aliique complures. Quorum quilibet hæresim propriam, ad animi sui affectiones accommodans, sexcentas nequitiæ vias excogitavit.* Atque inde procul dubio orta est, ea quam supra memoravimus, hos inter hæreticos de barbaris principum nominibus dissensio.

Quis autem hujusce hæreseos auctor fuerit, non ita promptum est definire. Plurimi existimant non alium fuisse quam Nicolaum, unum ex septem illis Ecclesiæ diaconibus, qui ab apostolis electi et inaugurati sunt. Et hæc quidem fuit Irenæi [86], Epipha-

[71] Hæres. 30, § 2. [72] Hæres. 29 § 7. [73] Hæres. 29. § 9. [74] Lib. II *Comment. in Matth.* ad cap. XII. [75] *De scriptor. eccles.*, in *Matth.* [76] Ibid., in *Petr.* [77] Lib. II *Adv. hæres.* cap. 27. [78] *Lib. de hæres.*, § 5. [79] Hæres. 25, § 2, 3 et 5. [80] Loc. cit. [81] Lib. V *Hist.* cap. 29. [82] Apoc. II, 6. [83] Lib. III *Hæret. Fabul.*, cap. 1. [84] Lib. III *Histor.*, cap. 29. [85] Hæres. 25, § 2. [86] Locis citatis.

Digitized by Google

nii et Philastrii opinio, quibus astipulantur Hilarius [87], Hieronymus [88], Isidorus [89], aliique non pauci. In eorum tamen grege Tertullianus non annumerandus est. Nihil enim de Nicolao illo scripsit, nisi in capite 45 *Libri de præscriptionibus* : quod quidem caput eidem libro ab impostore quodam assutum fuisse jam observavimus.

Refragantur autem huic tot tantorumque virorum sententiæ scriptores nonnulli, aiuntque hos hæreticos, ut celeberrimo alicujus auctoris nomine fucum aliis facerent, hunc Nicolaum sibi falso ascivisse sectæ suæ principem. Scimus quidem in Ignatiana quadam epistola illud aperte asseri [90] : *Fugite impuros Nicolaitas, falsum sibi nomen sumentes;* sed cum hæc verba interpolatoris sint, non vero Ignatii, ex iis profecto nihil certi concludi potest. Quapropter opinionis illius fautores et patroni ex Clementis Alexandrini auctoritate validius eruunt argumentum. Is enim Nicolaitas arguit, quod in hæresis suæ confirmationem verba Nicolai pravos in sensus detorquerent : *Tales sunt,* inquiebat ille [91], *qui dicunt se sequi Nicolaum, adducentes ejus viri aliquid litterarum monumentis mandatum, sed ab eis detectum, nempe : Oportere carne uti. Sed ille quidem vir præclarus significabat oportere voluptates arcere et cupiditates, et hac exercitatione marcidas flaccidasque reddere carnis appetitiones et insultus. Qui autem instar hircorum sunt effusi in voluptatem..... decretum ipsius voluptatis, non autem viri apostolici sequuntur.* At Clemens Nicolaum haud dubie virum præclarum et apostolicum non appellasset, si tam pravæ hæreseos parens fuisset et auctor.

Quid plura? Idem Clemens omnem impuri criminis, ab iisdem hæreticis Nicolao inusti, suspicionem egregie depellit [92] : *Cum autem de dicto Nicolao loqueremur, illud prætermisimus. Cum formosam, inquiunt, haberet uxorem, et post Servatoris assumptionem ei fuisset ab apostolis exprobata zelotypia, in medium adducta muliere, permisit cui vellet eam nubere. Aiunt enim hanc vocem illi voci consentaneam, quæ dicit, quod carne uti oporteat, ejusque factum et dictum absolute, et inconsiderate sequentes, qui ejus hæresim persequuntur, impudenter effuseque fornicantur. Ego autem audio Nicolaum nullum unquam alia, quam ea quæ ei nupserat, uxore usum esse, et ex illius liberis filias quidem consenuisse virgines, filium autem permansisse incorruptum. Quæ cum ita se habeant, vitii erat depulsio atque expurgatio in medium apostolorum circumactio uxoris, cujus dicebatur laborare zelotypia; et continentia a voluptatibus quæ magno studio parantur, docebat istud : uti carne, hoc est exercere carnem. Neque enim, ut existimo, volebant convenienter Domini præcepto duobus dominis servire, voluptati et Deo.* Ita ille et verba Nicolai male interpretata, et errores illi falso imputatos esse demonstrat. Clementi astipulatur post Eusebium Theodoretus. Ex allato quippe Clementis testimonio sic ille concludit [93] : *Ex quibus liquido convincitur, falso sibi de hujus appellatione nomen arrogare Nicolaitas.* Eusebius vero [94] : *Hi Nicolaum quemdam unum ex illis, qui ad curam inopum gerendam, una cum Stephano ab apostolis constituti fuerant ministri, sectæ suæ auctorem jactabant.* Quid aliud hoc verbo *jactabant*, innuit Eusebius, quam Nicolaum hujus hæreseos non esse auctorem?

Porro autem quid de hac quæstione, quam tantorum Patrum auctoritas dubiam reddit, statuendum sit, ab aliis lubentius audiemus. Enim vero Irenæus et Clemens, antiquiores et præcipui utriusque opinionis fautores, coævi erant, et a Nicolai temporibus tam parum remoti, ut ab ejusdem Nicolai amicis aut discipulis potuerint facile discere, num ab illo vere profecta sit ea hæresis. Et Clemens quidem se id non indiligenter investigasse significat. Quid vero quod in ejus opinionis firmamentum adduci illud potest, quod hæreticis in more positum sit magnum sibi quemdam hæreseos suæ advocare auctorem? Neque tamen eo repudianda est Irenæi sententia, quia ab uno ex septem primis Ecclesiæ diaconis hæresim illam ortum suum duxisse improbabile videatur. Nam cum Christus ab uno e suis apostolis, ne doctrinam suam propagaret, ad necem sit venditus, potuit et unus ex septem illis diaconis alicujus hæreseos inventor esse ac promulgator.

## CAPUT IX.

### *Quæ ex hac hæreseon descriptione utilitas?*

Quorsum, inquies, illa tot hæreseon descriptio ac historia? Nonne illi humanæ mentis monstrosissimi partus perpetuo silentio sepeliendi erant? Quid vero ex hac odiosa molestaque commemoratione in Ecclesiam emolumenti, et in lectores utilitatis? Non minimum certe. Nam præterquam quod hæreseon cognitione nonnunquam, uti diximus, obscuriores Patrum loci facilius intelliguntur, inde etiam intolerabilis hominum, nova semper molientium, superbia retunditur, ac tandem funesto hæreticorum casu Catholici fiunt cautiores. In primis autem ex hac errantium errorumque historia discunt omnes, quæ fuerit ab Ecclesiæ principio vera et catholica fides ac doctrina. Atque ne extra primum Ecclesiæ sæculum excurrat oratio, ex his quæ a nobis hactenus disputata sunt, liquido colligitur, quid de præcipuis fidei nostræ articulis, quos respuebant hæretici, iis temporibus sit assertum et definitum. Verum enim vero cum Ecclesiæ Patres erroris hæreseosque eos condemnant, qui Christum merum hominem, ex Maria et Joseph, non secus ac cæteros homines, genitum, nec Patri æterno æqualem asserere ausi sunt, inde concludas oportet eosdem Patres fide certissima credidisse Christum esse Fi-

[87] Cap. 25 in *Matth.* [88] Epist. II ad Heliodor. post med., et epist. 48 *ad Sabinian.* cap. 3. [89] Lib. III *Origin.* [90] Epist ad Trallens. [91] Lib. II *Stromat.*, post med. [92] Lib. III *Stromat.*, cage post init. [93] Loc. cit. [94] Lib. III *Histor.*, cap. 2.

Digitized by Google

æterni Filium; tunc vero completa, quæ de illo a prophetis prænuntiata fuerant, oracula; ac Moysis legem, cæremonias, et sacrificia ab eo fuisse rescissa et abrogata.

Paganis autem et idolorum cultoribus ibant persuasum fieri non posse, ut plures sint dii, sed unum tantummodo esse Deum cœli et terræ, rerumque omnium creatorem; Christum vero unicum ejus esse Filium, ita a Patre genitum, ut unus idemque cum eo sit Deus. Hunc, ut homines redimeret, humanam assumpsisse carnem, ipsumque, quo magis falsorum numinum cultus infandis sceleribus obscenitatibusque abominandis erat conspurcatus, eo puriores sanctioresque et vitæ instituendæ et adorandæ divinitatis leges hominibus constituisse. Porro autem etsi Christus ab impiis perduellibusque Judæis morti fuerit traditus, scriptores tamen nostri luculentissime ostendebant illius divinitatem innumeris, quæ ipse ediderat, quæque ipso nascente, moriente, atque a mortuis resurgente contigerant, miraculis fuisse perquam invictissime demonstratam. His addebant nos post ipsum a mortuis aliquando esse suscitandos, ac secundum vitæ nostræ opera aut suppliciis æternis afficiendos, aut sempiterna donandos felicitate. Quam quidem doctrinam miraculis, a se quoque editis confirmatam, fuso sanguine plerumque consignabant.

Quos tandem ad Christianam fidem recens adduxerant, hos primis novæ legis præceptis erudiebant, informabantque qua ratione post abjectam Judæorum paganorumve religionem uni Deo serviendum. Tum deinde eos docebant quid singulis quibusque esset præstandum, ut genitalibus baptismi undis Christo consepulti, et cum eo resurgentes, nova gratiæ vita, peccatis amplius non morituri, renascerentur. Post susceptum divinæ regenerationis sacramentum, secretiora fidei nostræ adyta eis reserabant clara et accurata eorum omnium, quæ alios celabant, cum mysteriorum Trinitatis et Incarnationis, tum sacramentorum ac præsertim Eucharistiæ expositione. In primis autem illos hortabantur, ut in tradita fide constantes permanerent, ac pro ea tuenda quælibet perferrent genera tormentorum.

Quibus sane tormentis si vita eis eriperetur, id nonnulli litteris mandabant. Scribebant vero alii aliorum virtute et merito præstantiorum historiam, itinera, pericula, labores, certamina, passiones, supplicia, et omnia eorum martyrii acta. Alii statuta et canones, ab apostolis eorumque successoribus ad doctrinæ explicationem, informationemque morum sancita, scriptis tradebant; alii datis ad quosdam Christianos, aut episcopos, aut Ecclesias litteris, illos accendebant ad tyrannorum persecutiones patientissime tolerandas; vel graviora quorumdam peccata, vel nascentes, jamque irruentes abusus castigatione paterna coercebant, corrigebantque. Alii denique ne simpliciores quorumdam animi corrumperentur, in perversas doctrinas, erroresque nefarios, ac nascentes hæreses stylum verterunt.

## CAPUT III.

*De hæresum primi sæculi ortu, progressu, et interitu, earumque expugnatoribus; ac primum de hæresi Simonis Magi.*

Verum enimvero adversus divinos Christianæ fidei assertores ab ipso orientis Ecclesiæ initio ex erebi faucibus emerserunt stupenda variarum hæresum monstra: atque ut prudenter monet Theodoretus [1]: *Cum diabolus hominum perniciem sitiret, non expectavit, ut apostolorum prædicatio invalesceret; sed cum primum illi terram colere, et pietatis semina spargere cœperunt, hic interim seminavit zizania*, id est schismata et hæreses. Contra hæc errantium hominum portenta, quæ non minus, quam persecutores, crudele et exitiosum Ecclesiæ bellum intulerunt, quandoque palam et aperte, quandoque tectius, et occultius decertarunt scriptores nostri. Quapropter ut eorum scripta, quibus hæreses satis obscure verbis nonnunquam obscurioribus impugnantur, facilius possint intelligi, earumdem hæreseōn ortus, progressus et interitus breviter, sed clare et accurate explicandi sunt.

Simon Magus primam inter Christianos, ut Irenæus [2], Eusebius [3], Epiphanius [4] et Theodoretus [5] memorant, hæresim excogitavit, disseminavitque: *Ut magnis*, inquit Eusebius [6], *et admirabilibus Servatoris nostri apostolis par adversarius consisteret.* Qua ergo ratione Clemens Alexandrinus [7] hanc hæresim non ante adultum sæculum secundum, et Marcionis ætatem ortum habuisse dixerit, omnino non videmus. Sed de hac Clementis opinione alibi disputabitur.

Is porro Simon Gythis vico Samariæ oriundus, plura quæ miraculis et prodigiis omnino similia videbantur, magicis artibus patrabat. Sed post exstinctum martyrio Stephanum, Philippus Samariam evangelii prædicandi gratia se contulit, ibique non falsa, ut Simon [8], sed vera edidit miracula. Quibus ab eodem Simone Mago cognitis, Christianam religionem ille professus est, vel, ut ait Eusebius [9], simulavit se profiteri. Cum vero in baptizatos sacra Petri et Joannis manuum impositione Spiritum sanctum, omnibus plane aspectabilem, descendere conspexisset, pecuniam iisdem apostolis obtulit, ut eumdem Spiritum sanctum in alios transfundendi sibi facerent potestatem. Verum hac impia oblatione ab apostolis acri magnoque, uti par erat, animo confestim rejecta, Simon in eos debacchatus, rursum magicis artibus, erroribusque suis spargendis eo perniciosiorem dedit operam, quo ea

[1] Præfat. lib. I *Hæret. Fab.* [2] Lib. I *advers. Hæres.* cap. 20. [3] *Hist.* lib. II cap. 13. [4] *Hæres.* 21 [5] *Hæret. Fab.* lib. I, cap. 1. [6] Lib. II *Hist.* cap. 14. [7] Lib. VII *Stromat.* [8] Act. VIII, IX et seq. [9] Locis citat.

Digitized by Google

omnia ficta Christiani nominis specie audacius venditabat.

Qui autem fuerint Simonis errores ab antiquissimis Patribus disces. Primum enim ex Theodoreti post Irenæum testimonio [10] : *Docuit semetipsum esse, qui inter Judæos quidem, quasi Filius apparuerit; in Samaria autem, quasi Pater descenderit, et in reliquis vero gentibus, quasi Spiritus sanctus, adventarit.* Neque his repugnat in nova editione emendata Augustini narratio [11].

Secundo iidem Patres, nec non Philastrius, tradunt Simonem sibi copulasse Helenam seu Silenem : *Quæ initio quidem*, verba sunt Eusebii.[12], *apud Tyrum urbem Phœnices publice in lupanari prostiterat.* Idem Simon, teste Irenæo, dicebat : *Hanc esse primam mentis ejus conceptionem, matrem omnium, per quam initio concepit angelos facere et archangelos..... a quibus et mundum factum esse dixit.* Addit Epiphanius : *Se summam esse Dei vim, scortum vero suum Spiritum esse sanctum affirmare ausus est ;* atque eam ipsam esse *propter quam*, ut loquitur Irenæus, *Trojanum contractum est bellum.* Hinc ridiculas anilesque fabulas commentus, asseverabat eos : *Qui in eum et in Helenam spem habebant... secundum ipsius gratiam salvari et non secundum operas justas.* Quod certe sectatoribus suis sic ille tandem persuaserat, ut imaginem ejus ad figuram Jovis, Helenæ vero ad figuram Minervæ promi venerarentur, easdem suffimentis, sacrificiis ac libationibus colere non verentes.

Simon præterea, auctore Epiphanio : *Nomina quædam principatuum et potestatum commentus est cœlestesque globos varios.... nostrum porro hoc sæculum ab nequitiæ principatibus et potestatibus cum defectu conditum.* Se vero, ut subnectit Irenæus, *cum hominibus conversatum aiebat, cum non esset homo; et passum, cum non esset passus.*

Docebat insuper : *Legem Moysis non a Deo*, utimur Epiphanii verbis, *sed a sinistra quadam intelligentia profectam ; uti neque* prophetas a bono Deo, sed ab alia atque alia intelligentia *comparatos fuisse... denique quisquis Veteri Testamento fidem adhibet, incurrere mortem asseverat.* Resurrectionem vero mortuorum, uti refertur apud Augustinum, pernegabat, sinebatque indifferenter uti feminis. His alias ipse, et discipuli ejus adjungebant obscenitates, turpitudinesque æterno damnandas silentio. Illas tamen Eusebius [13] his paucis, nec inhonestis, verbis comprehendit : *Nihil tam impurum aut esse aut excogitari potest, quod flagitiosissima illorum*, Simonis discipulorum, *secta longo intervallo non superet, dum miseris atque omni scelere coopertis mulieribus illudunt.*

Origeni [14] si credideris, Simon : *Quo plures sibi pararet discipulos, sustulit de sua doctrina mortis periculum, quod Christiani docebantur contemnere, dicens indifferentem rem esse idololatriam. Imo nec ulla persecutio contra Simonianos unquam exorta est.* Tertullianus [15] denique testatum facit Simonis sectatores quemdam angelis cultum, superstitione et idololatria infectum exhibuisse : *Simonianæ autem magiæ disciplina*, inquit, *angelis serviens, utique et ipsa inter idololatrias deputabatur, et a Petro apostolo in ipso Simone damnabatur.* Illud tamen Tertulliano, si hæc vera, uti refertur, fuerit ejus mens et sententia, adversari videtur, quod Simon ipse jactitabat se angelos creasse : seque e cœlo delapsum : *Ut angelos, cum male moderarentur mundum, corriperet.* Sed nulli mirum esse debet, si homines a veritatis via perquam longissime aberrantes, secum ipsi aliquando pugnent, et inepte contra se dicant. Et re quidem vera Epiphanius Simonem ideo castigat, quod de angelis quædam secum pugnantia tradiderit : *Quemadmodum vero nugarum suarum oblitus impostor, velut eorum quæ antea tradiderat, ignarus, se ipsum refellit. Nam cum dixisset angelos a se per intelligentiam suam procreatos esse, subjecit postea, ut eosdem illos latere descendendo posset, figuram in unoquoque cœlo mutasse. Igitur latebat ideo, quod eos metueret. Atqui quid eos, quos ipse condiderat, angelos impostor ille metuebat?*

Simon errores suos publicavit primum Samariæ ac in Judæa, deinde aliis in locis, oppidis et civitatibus, ac tandem Romæ ; qua in urbe animos hominum ita sibi devinxit, ut ipsi tanquam supremo Deo summi adorationis honores fuerint decreti, et Claudio imperante, statua eidem erecta *in insula Tiberina inter duos pontes, cum hac inscriptione : Simoni Deo Sancto.* Narrant tamen recentiores quidam scriptores [16] pontificatu Gregorii decimi tertii inventam hujusce statuæ basim lapideam, cui hæc inscriptio incisa erat : *Semoni Sanco Deo Fidio sacrum*, id est ut ipsi aiunt : Herculi, non Simoni. Inde autem concludunt Justinum, primigenium erroris illius fontem, ob Latinæ linguæ imperitiam a Simonianis deceptum, tradidisse hanc fuisse Simonis Magi statuam. Sed scriptoribus illis omnino probandum erat basim illam, quæ his temporibus ultimis inventa est, eamdem ipsam fuisse, ipsique superpositam statuam illam, de qua Justinus aliique Patres antiquissimi mentionem olim fecerunt.

Utut sit, primus ille hæresiarcharum parens Simon Magus, a primo apostolorum principe, Simone Petro, perculsus, victus prostratusque est : *In Judæa*, inquit Eusebius [17], *a Petro apostolo convictus est, omniaque ejus maleficia patefacta, longissime trans mare fugam arripuit.* Hunc autem Romam fugientem apostolus insecutus, ibidem illum

[10] Loc. cit. [11] *Lib. de hær.* cap. 1. [12] Lib. II *Hist.* cap. 13. [13] Lib. II *Hist.* cap. 13. [14] Lib. VI *cont. Cels.* [15] *Lib. de præscript.* cap. 33. [16] Justin. *Apol.* 1, n. 26, et Euseb. lib. II *Hist* cap. 13. [17] Lib. II *Hist.* cap. 14.

Digitized by Google

omnemque ejus potentiam delevit et exstinxit : *Cum Dei doctrina*, prosequitur Eusebius, *Romanos adventu suo illustrasset, Simonis quidem vis et potentia cum ipso simul auctore brevi exstincta atque deleta est.* Atque ut Augustini verbis utamur [18] : *In qua urbe apostolus Petrus eum vera virtute Dei omnipotentis exstinxit.* Quamvis autem ille sic fuisset ab Apostolo obtritus atque oppressus, plures tamen reliquit errorum scelerumque suorum successores. Nam ex hac amarissima radice, si Theodoretum audias [19], *orti sunt Cleodani, Dositheani, Gortheni, Musbothei, Adrianistæ, Eutychetæ*, vel ut apud Clementem Alexandrinum [20] ; *Eutychitæ, Cainistæ* [21]. *Verum hi omnes, cum impiæ hæresis pravas quasdam mutationes excogitassent, non diu durarunt, sed perpetuæ oblivioni traditi sunt.* At si Hegesippo fidem habere velis, quatuor priores originem duxerunt : *E septem sectis in Judaico populo proseminatis.* Ex quo Valesius hanc elicuit conclusionem : *Rectius dixisset Theodoretus, eas omnes ex Judaicis sectis fuisse propagatas, maxime vero cum quædam illarum hæreseων Simoniana vetustiores esse videantur, verbi gratia, Gorthena et Dositheana.* Sed vereor ut hæc Valesiana conclusio, qua ex duabus sectis Simoniana vetustioribus, alias quoque ipsa antiquiores esse infert, omnibus omnino probetur. Porro autem Epiphanius ex Simone Gnosticos ortos esse affirmat [22] : *Atque hinc eorum quos Gnosticos appellamus, origo profluxit.*

Testatur Origenes [23] a suo jam tempore exstirpatam Simonianorum hæresim : *Nunc nusquam gentium exstant Simoniani.* De Dositheanis autem a nobis paulo ante memoratis, hæc subjungit : *Cæterum Dositheani nec unquam floruerunt, et nunc omnino exstincti sunt, ut nomine tantum manente, inter triginta censeantur.* Sed falsa quadam narratione deceptus est Origenes, aut ex iis, quas ipse peragraverat, regionibus idem et in omnibus mundi partibus accidisse arbitrabatur. Scribit enim Eusebius [24] quosdam adhuc, dum viveret, extitisse Simonianæ hæreseos sectatores : *Simon*, inquit ille, *fidem in Christum simulavit, ut baptismum susciperet. Quod quidem etiamnum fieri ab his qui teterrimam ejus sectam profitentur, non sine admiratione cernimus : qui more parentis sui in Ecclesiam, tanquam pestis aut lepra quædam irrepentes, gravissimum damnum inferunt iis, quibus pessimum illud et immedicabile venenum, quod mentibus occultant, instillare potuerint. Ac plerique jam eorum ab Ecclesia ejecti sunt, cum fraus ipsorum esset detecta.* Et infra [25] : *Unde ad nostram usque ætatem quicunque ejus sectam profitentur, cum se Christianam religionem, plenam molestiæ et sanctitatis, amplecti simulaverint, tamen et ad superstitiosum dæmonum cultum, quem abjicere visi fuerant, deinceps nihilominus relabuntur.* Exstabant ergo Eusebii tempore quidam hæresis Simonianæ fautores. At cum plerosque, retectis eorum fraudibus, ex Ecclesia ejectos esse idem Eusebius testificetur, id certe indicio est nec dubio nec obscuro, eos tum paucos admodum fuisse, et quidem sub falso Christianorum nomine sese occultantes. Unde concludas necesse est, hæresim illam non diu postea perseverasse, et cito fuisse exstinctam.

## CAPUT IV.

### *De hæresi Menandri.*

[26] Menander *Samaritanus genere e vico Caparateia*, Καπαρατείας *seu* Χάβραι, *oriundus*, Simonis discipulus, [27] *majorem se antecessore ac præceptore suo jactabat.* Quapropter nonnullis quibusdam erroribus impiæ magistri sui doctrinæ additis vel immutatis, novam condidit sectam, et hæresiarchæ titulum ac nomen promeruit. Is itaque cum Simon dixisset *summam* se esse *Dei virtutem*, docuit [28] : *Primam quidem virtutem incognitam omnibus, se autem eum esse, qui missus sit ab invisibilibus, salvatorem pro salute omnium.* His adjecit : *Resurrectionem per id quod est in eum baptisma, accipere ejus discipulos, et ultra non posse mori, sed perseverare non senescentes et immortales.* Cætera, eosdem ac præceptor suus errores et magicas artes consectabatur.

Nonnullis autem explicatu difficile videtur, quo sensu Irenæus primum Menandri errorem esse dixerit, quod se præceptore suo Simone majorem jactaret, cum Simon summa Dei vis ab aliis voluerit audire, nequaquam vero Menander. Attamen si Irenæi verba attente perpendantur, haud ægre solvetur difficultatis illius nodus. Non alia quippe viri sancti mens esse videtur, nisi Menandrum se magistro suo, non virtute quidem et potentia, sed scientia et missione prædicasse majorem.

Quos Menandriana hæresis adversarios habuerit, accipies a Theodoreto [29], qui eam a Justino martyre, Irenæo, ac Origene scriptis expugnatam esse testatur. Neque ullus certe ibit unquam inficias nonnihil adversus illam a Justino et Irenæo memoriæ fuisse proditum. Verumtamen quem Theodoretus scribit in modum, ipsemet procul dubio quædam alia eorum scripta, quibus hæresim illam planius fusiusque confutabant, ibi indicasse videtur. Porro autem quæ Menander de baptismo suo, quo homines immortales fieri garriebat, adeo temere venditavit, ea Tertullianus egregie refellit, et ridicula esse demonstrat [30]. Neque tamen illud censemus adjiciendum, quod nonnulli Tertullianum rursus de eadem hæresi aliquid in *Libro de præscriptionibus* litteris mandasse opinantur. Nihil

[18] *Lib. de hæres.* cap. 1. [19] Lib. I *Hæret. Fab.* cap. 1. [20] Lib. VII *Strom.*, p. 765. [21] Apud Euseb. lib. IV *Hist.*, cap. 2. [22] Hæres. 21, 4. [23] Lib. VI *cont. Cels.* [24] Lib. II *Hist.* cap. 2. [25] Ibid. cap. 13. [26] Theodoret. lib. I *Hæret. Fabul.* cap. 5. [27] Epiphan. Hæres. 22. [28] Iren. *adv. Hæres.* cap. 24. [29] Lib. I *Hæret. Fabul.* cap. 2. [30] *Lib. de anima*, cap. 50.

Digitized by Google

enim ibi de ea reperias, nisi in libri illius capite 45, quod ab impostoribus ibi assutum esse critici peritiores observant.

Non diu stetit illa Menandri hæresis. Justinus siquidem quamvis plures initio a Menandro deceptos esse agnoscat; paucos tamen suo tempore superstites extitisse non obscure declarat [31]: *Menandrum Antiochiæ multos arte magica decepisse scimus... suntque adeo nunc quoque ab eo reliqui non nulli, qui hoc sic profitentur.* Inde ergo Menandrianam hæresim ante Simonianam excidisse non absurde colliges; nisi eam in Saturnili et Basilidis sectas influxisse dixeris.

## CAPUT V.

### *De hæresi Cerinthi.*

Cerinthus ab ipso apostolorum tempore novæ hæreseos parens, *in Ægypto*, inquit Theodoretus [32], *plurimo tempore versatus, et in philosophiis scientiis eruditus, venit postea in Asiam, et discipulos suos de nomine suo appellavit.* Cui concinit quidem Epiphanius, sed addit eos dictos fuisse Merinthianos: *Utrum vero*, ait ille [33], *Cerinthus ipse Merinthus alio nomine sit dictus, nescire me fateor, an præter hunc alter eo nomine appellatus exstiterit, adjutor illius et socius, id quidem soli Deo compertum est.*

Primum autem, teste Irenæo [34], Cerinthus: *Non a primo Deo factum esse mundum docuit, sed a virtute quadam separata, et distante ab ea principalitate, quæ est super universa, et ignorante eo qui est super omnia Deo.* Christum autem, auctore Theodoreto [35], duas in partes, seu personas a se invicem distinctas, dividebat; tradebatque *Jesum secundum naturam ortum ex Joseph et Maria, temperantia autem, et justitia, et aliis virtutibus excelluisse.* Vel ut ait Irenæus [36]: *Plus potuisse ab omnibus, et post baptismum descendisse in eum Christum ab ea principalitate, quæ est super omnia, figura columbæ, et tunc annuntiasse incognitum Patrem, et virtutes perfecisse; in fine autem revolasse iterum Christum de Jesu, et Jesum passum esse et resurrexisse, Christum autem impassibilem perseverasse, existentem spiritalem.* Contra tamen Epiphanius [37], ac post eum Augustinus [38]: *Dicere*, inquit, *nihil est veritus passum quidem et crucifixum esse Christum, nondum tamen a mortuis excitatum, ac tum demum cum mortui resurgent omnes, excitandum.* Unde merito quidem jure Cerinthianos secum invicem aperte pugnasse concludit.

Nec minus hæresis illa sibi ipsi in eo adversabatur, quod: *Carne circumcidi oportere*, verba sunt Augustini [39], *atque alia hujusmodi legis*, nimirum Mosaicæ, *præcepta servari* juberet. *Nam eum a quo lex tradita sit, bonum negat esse*, ait Epiphanius [40], *cujus tamen legi, tanquam bonæ obtemperare videtur.* Hinc etiam Cerinthiani, ut idem Epiphanius subdit [41]: *Paulum penitus explodunt, propterea quod circumcisionem abdicavit.* Philastrius vero arguit Cerinthum, quod et alios plures novi fœderis libros repudiaverit: *Apostolum Paulum non accipit, Judam proditorem honorat, Evangelium secundum Matthæum solum accipit, tria Evangelia spernit, beatos martyres blasphemat.* Neque tamen ab eo integrum Matthæi Evangelium acceptum fuisse auctor est Epiphanius [42]: *Matthæi Evangelio non integro, sed ex parte duntaxat utuntur, nimirum propter genealogiam, quæ ejus est carnis propria.* Nec mirum; quando quidem ea Christi genealogia omnes errores funditus evertebantur.

Caius autem apud Eusebium Cerintho errorem Chiliastarum tribuit [43]: *Per revelationes a se, tanquam a magno Apostolo conscriptas, portenta quædam, quasi ab angelis sibi ostensa commentus, nobis introducit, affirmans post resurrectionem regnum Christi in terris futurum, ac rursus homines Hierosolymis degentes, cupiditatibus et voluptati corporis obnoxios fore; additque mille annorum spatium in nuptialibus festis transactum iri. Unde etiam Chiliastæ*, inquit Augustinus [44], *sunt appellati.* Id confirmat Eusebius hac Dionysii Alexandrini auctoritate: *Aiunt eum*, Cerinthum, *librum composuisse, indito Joannis nomine, dum auctoritatem figmentis suis ex Joannis nomine mutuari vellet.* Sed de hoc ridiculo Cerinthi commento alibi dabitur fusius disputandi locus.

Visum est nonnullis eos, qui viventes baptismo non fuerunt abluti, post mortem ab iis hæreticis sacramento illo fuisse initiatos. Verum cum ii solo Epiphanii, quem de aliis potius hæreticis ibidem loqui plures existimant, testimonio innitantur, id isti vel negant omnino, vel penitus incertum esse contendunt.

Quanto horrori Cerinthus Joanni evangelistæ fuerit, discimus ex Irenæo [45], qui ab aliis se accepisse testatur, Joannem, *cum lavandi causa balneum Ephesi esset ingressus, viso intus Cerintho, mox illotum ex balneo profugisse, atque in hæc prorupisse verba: Fugiamus hinc, ne forte balneum corruat, in quo est Cerinthus veritatis inimicus.* Epiphanius igitur, qui hæc Ebioni tribuit, memoria procul dubio lapsus est. Neque tamen ad expugnandam Cerinthi hæresim ibi stetit divinus plane Joannis ardor et studium. Ille enim, ut tradit Hieronymus [46]: *Scripsit evangelium, rogatus ab Asiæ episcopis, adversus Cerinthum, aliosque hæreticos.* Epiphanius [47] autem arbitratur Jacobum aliosque apostolos adversus eumdem hæresiarcham litteras in hæc verba Antio-

[31] *Apolog.* 2. [32] Lib. II *Hæret. Fabul.* cap. 3. [33] Hæres. 28. [34] Lib. I *Adv. hæres.* cap. 25. [35] Loc. cit [36] Loc. cit. [37] *De hæres.* § 8. [38] Loc. cit. § 6. [39] *De hæres.* cap. 8. [40] Loc. cit. [41] *Lib. de hæres.* [42] Loc. cit., § 5. [43] Lib. III *Hist.*, cap. 28. *Vid.* Theodor. loc. cit. et eumdem Euseb. lib. VII *Hist.*, cap. 25. [44] Loco cit. [45] Euseb. lib. III *Histor.* cap. 28, et lib. IV, cap. 14, et ipse Irenæus lib. 3, *adv. Hæres.* cap. 3 et Theod. lib. II. [46] *De script. eccles.*, in *Joan.* [47] Hæres. 28, § 2.

Digitized by Google

chiam direxisse : *Quoniam cognovimus quosdam a nobis ad vos esse profectos*, etc. Nullus quoque dubitat Petrum et Paulum, eodem penitus evertendi erroris amore succensos, contra ipsum inito certamine, hæresim ejus confutasse et profligasse. His Theodoretus adjungit Caium, Dionysium Alexandrinum, Justinum martyrem, Irenæum atque Origenem. Porro autem cum non alios qui contra Cerinthum pugnaverint, commemoret vir ille doctissimus, hinc non leve ducitur argumentum hæresim illam, circa Origenis tempora exstinctam, nullos amplius habuisse fautores. Certum tamen est præcipuos Cerinthi errores ab aliis postea adoptatos fuisse hæreticis, qui nova sectis suis, ut dicemus, nomina imposuerunt.

## CAPUT VI.

### *De hæresi Ebionis.*

Ebion cujus nomen apud Patres doctissimos [48], idem ac *mendicus* sonat, a Mario Mercatore [49] vocatur *philosophus* et *stoicus philosophus*. Eruditus autem scriptor quidam nomen mendici ipsi inditum putat, quod spretis divitiis, voluntariam paupertatem profiteretur. Verum Epiphanio Ebionitæ *se mendicos prædicant, quod apostolorum tempore mos esset bona sua distrahere, et ad illorum pedes abjicere.*

Quo autem loco et tempore orta sit Ebionis hæresis idem Epiphanius his verbis declarat [50] : *Hujus factionis exordium post Hierosolymitanæ urbis excidium cœpit. Quo tempore Christiani omnes cum in Peræa degerent, atque in urbe Pella potissimum, quæ in Decapolitana provincia est... prope Batanæam ac Basanitidem; cum illic, inquam, domicilium collocassent, hinc Ebioni data est propagandi erroris occasio. Qui in pago quodam Cocabe, in regione Carnaimorum, Arnemi, et Astarotharum, et Basanitidis tractu habitare cœpit, quemadmodum vetus ad nos usque fama pertulit.* Postea vero adjicit [51] : *In Asia ac Romæ errorem suum disseminavit.* Cum itaque urbs Hierosolymitana juxta peritiorum chronologiam anno Christi 70 capta fuerit ac diruta, per id ferme tempus Ebion in locis, ab Epiphanio commemoratis, errores suos disseminare cœpit. Nec longe abest ab hac sententia Hieronymus, qui Joannem, consurgente Ebionis hæresi, Evangelium suum scripsisse affirmat [52] : *Scripsit Evangelium adversus Cerinthum..... et maxime nunc Ebionitarum dogma consurgens.*

Errores vero Ebionis iidem propemodum erant, ac Cerinthi; ita ut ille a quibusdam, quod tamen indubitatum omnino non est, ejusdem Cerinthi discipulus fuisse asseratur. Docebat autem Christum merum esse hominem, ex Maria et Joseph humano more procreatum; ipsumque *Filium Dei progressione quadam virtutis*, verba sunt Epiphanii [53], *et conjunctione cum Deo factum* : proindeque adoptivum duntaxat esse Dei Filium, ut eidem Ebioni exprobrat Mercator. Sectatores tamen Ebionis non uno eodemque modo hunc magistri sui errorem secuti sunt : *Alii enimvero ab his eodem nomine nuncupati*, inquit Eusebius [54], *absurdam eorum sententiam rejicientes, Christum quidem ex Virgine et Spiritu sancto genitum esse non negant : sed iidem nihilominus cum Christum, utpote Deum, Verbum, ac sapientiam Patris, ante omnia substitisse minime fateantur, in eamdem cum prioribus sententiam delapsi sunt.* Unde etiam Epiphanius [55] : *Alii aliter de Christo pronuntiant.... Nonnulli enim ex eis Adamum fuisse Christum prædicant.. . Alii e cœlo Christum esse confitentur, sed ante omnia creatum, ac spiritum quemdam esse, angelisque præstare, atque omnium rerum dominatum tenere. Qui cum perpetuam illic habitationem sortitus sit, quoties libuerit, in hæc infima delabitur, quemadmodum in Adamo descendit, et patriarchis corpore circumfusus apparuit, velut cum ad Abrahamum, Isaacum et Jacobum adiit. Idem denique postremis temporibus venit, Adami corpore contectus, et homo visus est, et in crucem sublatus surrexit, et ascendit in cœlum. Rursus ubi libuerit, ita se rem habere negant, in eumque duntaxat sese sanctum infudisse Spiritum, qui est Christus, eumque qui Jesus vocatus est, induisse.* Et infra [56] : *Duos a Deo constitutos esse asserunt, Christum et diabolum, quorum illi futuri, huic præsentis sæculi potestas est commissa : idque adeo omnipotentis illius mandato ad cujusque postulationem esse factum*, etc.

[57] Hanc porro opinionum divisionem et differentiam Elxæo pseudoprophetæ tribuendam esse suspicatur. Quidam vero hunc Elxæum, seu Elceai peculiaris cujusdam hæresis, quæ ab illius nomine Helcesaitarum dicta est, tradunt fuisse auctorem. Illius porro errores ab Eusebio [58] et Theodoreto [59] notantur; sed eam simul natam, simul exstinctam idem Eusebius in ecclesiastica sua Historia testatus est. Citatum a nobis illius locum si adire volueris, lege etiam in eum Valesii notas et animadversiones.

Ebionitæ autem præterea docebant omnes lege Mosaica teneri, servandamque Sabbati celebrationem, quamvis Dominicam quoque diem in Resurrectionis Christi memoriam ipsimet observaverint. Quapropter ii juxta Irenæum [60] : *Paulum recusant, apostatam eum legis dicentes..... solo autem eo quod est secundum Matthæum Evangelio utuntur.* His quæ de Evangelio Matthæi dicuntur, concinit Theodo-

[48] Origen. lib. II *cont. Cels.* et lib. IV *Periarch.*; Euseb. lib. III *Hist.* cap. 37; Epiphan., hæres. 30; Theodor. *Hær. Fabul.* cap. II. [49] Mercat. *Anathem. Nestor.*, 12. [50] *Hæres.* 30, § 1. [51] Ibid. § 18. [52] *De script. eccles.*, in *Joan.*; Tertul. *Lib. de carne Christi*, cap. 18. Origen. homil. 17 *in Luc.*; Hieronym. *De script. eccles.* [53] Hæres. 30, § 18, et Euseb. lib. III *Histor.* cap. 27. [54] Loc. cit. [55] Hæres. 30, § 3. [56] Ibid. § 16. [57] Ibid. § 3. [58] Euseb. lib. VI *Hist.* cap. 30. [59] Theod. lib. II *Hæret. Fab.*, cap. 7. [60] Loc. cit.

Digitized by Google

retus; addit tamen Epiphanius [61] : *Quanquam ne integrum quidem habent, sed adulteratum et mutilum; atque iis omnibus, quæ ad genealogiam Christi spectant, inde abrasis, idipsum Hebraicum vocant.* Quid ergo, inquies, Mercatori faciemus, qui de Ebione hæc scribit : *Christum in Dei filium adoptatum ausus est prædicare, asserens se Matthæi, Marci et Lucæ evangelistarum auctoritatem secutum?* Aiebant nonnulli Mercatorem de Ebione, alios vero Patres de ejus loqui discipulis. At id quod vero videtur similius, ii subjungunt, tres illos evangelistas ab Ebione, ut ait Mercator, citatos, non ideo quidem quod admittenda putaret illorum Evangelia, sed ut eorum auctoritatem contra Catholicos, qui eam divinam esse credebant, argumento, ut loquuntur, ad hominem urgeret. Cæterum si quid aliud senserit Mercator, certe opinio illius aliorum Patrum sententiæ præferenda non est.

[62] Prædicabant insuper Ebionitæ *Christum veritatis esse prophetam... Prophetas vero, non veritatis, sed intelligentiæ esse prophetas, proindeque Jesum solum esse prophetam.* Et paulo superius : *Abrahamum, et Isaacum, ac Jacobum, et Moysem, atque Aaronem admittunt, una cum Jesu, qui Moysis duntaxat successor, neque quidquam amplius fuerit. Secundum hos nullum alium ex prophetis asciscunt, sed cum exsecratione proscribunt ac derident, puta, Davidem, et Salomonem, atque Isaiam, Jeremiam, Danielem, Ezechielem, quibuscum Eliam atque Eliseum repudiant.* Si quis autem interrogasset : *Unde igitur tenes quæ ad Moysem Abrahamumque pertinent?* respondebant illico *id sibi a Christo patefactum.*

Alios eorum errores enumerando idem Epiphanius [63] dixerat : *Est hoc illis insuper in more positum, ut adolescentulos citra maturam ætatem ad nuptias compellant... neque vero unis duntaxat nuptiis affinitates inter se conjungunt, sed si cui divortium facere libuerit, ac novum inire matrimonium, ad tertias et septimas usque nuptias permittunt.* Superius vero [64] : *Hodie*, inquiebat, *virginitas apud illos et castitas omnino prohibetur... Nam olim de virginitate gloriari solebant, nimirum ob Jacobum fratrem Domini, adeoque libros suos ad seniores et virgines inscribunt.*

Tradit etiam [65] Ebionem discipulosque ejus *ab alimentis omnibus reliquoque, quod carne constet, abstinuisse; quod illa e corporum coitu concubituque gignantur.* Nec pigebit ex eodem Epiphanio [66] observare Ebionitas quotidie lavasse, et quotiescunque aliquid impuri se tetigisse arbitrabantur. Quam consuetudinem ut Petri auctoritate firmarent et exemplo : *Petrus*, inquiebant, *lavabat quotidie, priusquam cibum sumeret.* Pergit idem Epiphanius [67] : *Baptismo quoque præter quotidianum illum initiantur, et ex Christianorum Ecclesiæque imitatione mysteria quædam quotannis celebrant, in quibus panes azymos, et ad alteram mysterii partem meram aquam adhibent.*

Idem adhuc Epiphanius [68] memorat eosdem hæreticos, ut magnum erroribus suis auctoritatis pondus tribuerent, sacra apostolorum nomina quibusdam libris, a se conflictis, præfixisse : *Apostolorum alios Actus circumferunt, in quibus plurima sunt impietatis illorum vestigia, ejusque potissimum auctoritate libri ad oppugnandam veritatem armantur.* Et infra [69] : *Apostolorum nomina, quo facilius sectatores suos pelliciant, per simulationem admittunt, quibus etiam conflictos quosdam a se libros inscribunt, velut a Jacobo, Matthæo, ac reliquis discipulis editos, inter quæ Joannis etiam apostoli nomen admiscent.* Testatum denique facit, librum qui *Circuitus Petri*, et a Clemente conscriptus esse ferebatur, iisdem hæreticis usui fuisse.

Qua cura Epiphanius errores Ebionitarum recenset, eadem plane diligentia eos, a quibus rejecti et destructi sunt, luculenter ostendit : *Porro*, inquit ille, *non Joannes modo, sed et omnes prorsus apostoli Ebionis fidem repudiant, et a suis dogmatibus, atque apostolico illo charactere alienam judicant; id quod unicuique perspicuum est.* Vidimus supra ex Hieronymo Joannem in primis adversus consurgens Ebionis dogma, suum edidisse Evangelium. Nullus porro dubitandi locus est, quin divini illi pugiles plenam perfectamque adversus hos fidei et catholicæ veritatis hostes victoriam reportaverint. Et certe jam monuimus illos a suis primordiis varias in partes scissos fuisse, et inter se divisos. Quid autem aliud ex hac dissensione sequi potuit, quam integra hujus sectæ ruina, excidiumque certum et celerrimum. Non ibimus tamen inficias plures Ebionis errores ab aliis postmodum hæreticis renovatos, sed ii profligatum ab apostolis Ebionitarum nomen, sibi deinceps arrogare non ausi sunt.

## CAPUT VII.

### *De hæresi Nazaræorum.*

Quamvis Nazaræi a quibusdam Christiani hæretici, a nonnullis nec Christiani, nec Judæi, ab aliis denique iisdem ac Ebionæi erroribus implicati dicantur, illi tamen, si Epiphanio [70] fides, meri erant Judæi : *Neque Jessæos se ipsos vocant, neque Judæorum vocabulum retinent, neque se Christianos, sed Nazaræos de illa loci appellatione nuncupant, cum interim meri sint Judæi, neque aliud præterea.* Et sectione nona : *Judæi potius quam cujusvis alterius generis sunt, tametsi Judæis sint inimicissimi; neque enim Judæorum posteri solum capitali illos odio prosequuntur, sed et mane ac meridie et ad vesperam, ter de die, cum in synagogis suis ad orandum conveniunt, diris illos devovent, ac solemni imprecatione proscribunt.* Idem tamen paulo aliter, et planius il-

[61] Epiphan. loc. cit., § 13. [62] Epiphan. loc. cit. § 18. [63] Ibid. [64] Ibid. § 2. [65] Ibid § 15. [66] Ibid. § 2, 15 et 22 [67] Ibid. § 16. [68] Ibid. [69] Ibid. § 23. [70] Hæres. 29 § 7.

Digitized by Google

lud definire videtur his verbis : *Hoc igitur uno tam a Judæis, quam a Christianis differunt : ab illis quidem quod in Christum credant; a Christianis vero quod Judaicis ritibus implicantur.*

Hos autem iisdem propemodum ac Ebionæi erroribus imbutos docet idem Epiphanius [71] : *Ambo collatis inter se capitibus, suam alter cum altero improbitatem ac nequitiam communicavit. Atque etsi quadamtenus a se mutuo dissideant, in excogitando tamen pravissimo dogmate sese invicem expresserunt.* Utrum vero ipsis et cum Cerinthianis eodem modo convenerit, anceps ille est : *De Christo vero,* inquiebat [72], *certo affirmare nequeo, utrum Cerinthi, vel Merinthi impietate illa decepti, simplicem illum hominem asseverent, ac uti sese res habet, per Spiritum sanctum de Maria Virgine genitum esse fateantur.* Theodoretus vero brevius planiusque edisserit, qui fuerint Nazaræi, et quæ eorum hæresis, quo tempore exorta, et a quibus tandem expugnata : *Nazaræi Judæi sunt, Christum honorantes, tanquam hominem justum, et Evangelio utuntur, quod secundum Petrum dicitur. Has hæreses, imperante Domitiano, conflatas auctor est Eusebius. Contra quas scripsit Justinus philosophus et martyr, et Irenæus successor apostolorum, et Origenes.*

Hic autem obiter observa illud difficultate omni non carere, quod ait eos usos Evangelio κατὰ Πέτρον, quandoquidem affirmat Epiphanius illud secundum Matthæum, et Hebraice scriptum fuisse [73] : *Est vero,* inflt, *penes illos Evangelium secundum Matthæum Hebraice scriptum, et quidem absolutissimum. Hoc enim certissime, prout Hebraicis litteris initio scriptum est, in hodiernum tempus usque conservant.* Hæc sane assertio tam certa et perspicua scrupulum sane et quamdam dubitationem injicit, num aliquod in textum Theodoreti mendum irrepserit, vel ipse falsus sit, aut memoria lapsus; ac pro κατὰ Πέτρον apud ipsum legi debeat, κατὰ Ματθαῖον. Et certe huic conjecturæ favet Hieronymus, ubi dixit [74] : *In Evangelio quo utuntur Nazaræi, et Ebionitæ, quod nuper in Græcum de Hebræo transtulimus, et quod vocatur a plerisque Matthæi authenticum.* Idem alibi repetit [75], ac tandem docet Evangelium non Matthæi sed Marci Petro fuisse attribu-lum [76] : *Sed et Evangelium secundum Marcum, qui auditor ejus et interpres fuit, hujus,* Petri, *esse dicitur.*

## CAPUT VIII.

### *De hæresi Nicolaitarum.*

Nicolaitæ novam quoque primo sæculo sectam commenti sunt. Errores eorum paucis verbis exposuit Irenæus [77] : *Indiscrete vivunt, nullam differentiam esse dicentes in mœchando, et idolothytum edere.* Augustinus autem paulo dilucidius [78] : *Placet usus indifferens feminarum. Hi nec ab iis, quæ idolis immolantur, cibos suos separant, et alios ritus gentilium superstitionum non aversantur. Narrant alia quædam fabulosa, de mundo, nescio quæ barbara principum nomina miscentes disputationibus suis.* Barbara illa nomina refert quidem Epiphanius, sed eos de iisdem inter se dissentire monet. *Aliqui,* inquit [79], *Barbelonem nescio quam celebrant, cui in octavo cœlo domicilium attribuunt. Hanc a Patre productam affirmant, matremque alii Jaldabaoth, alii Subaoth faciunt.... alii Prunicam quamdam, alii Caulaucauch cuidam eamdem venerationem deferunt, quo nomine unum ex principibus appellant ... Alii dicunt initio tenebras, ac voraginem, et aquam fuisse, quæ a se invicem spiritus secreverit. Verum tenebræ contra spiritum iracundia ac furore percitæ, sursum excurrentes, cum eo congressæ sunt. Inde matrix nescio quæ, genita prodiit, quæ ejusdem spiritus consuetudinem appetiit, ex eaque quatuor æones producti sunt, ab iis quatuor decem alii procreati, item dextra sinistraque, nec non lumen et tenebræ. Secundum hos omnes turpem quemdam æonem editum narrant, eumque cum ea, quam paulo ante diximus, matrice coiisse; et ab utroque deos, atque angelos, et dæmones, ac septem spiritus ortum habuisse.* Subjungit tandem : *Certos libros Jaldabaoth nomine inscriptos, ac commentitios habent.*

Hos hæreticos, si Irenæum [80] et Eusebium [81] audias, Joannes his verbis in Apocalypsi notat [82] : *Sed hoc habes boni, quia odisti facta Nicolaitarum, quæ et ego odi.* A quibus autem sint oppugnati, accipies a Theodoreto [83] : *Contra hos,* inquit, *scripsit Clemens, et Irenæus, et Origenes, et Hippolytus episcopus et martyr.* Quam vero feliciter contra eos pugnaverint, colligas ex victoria ab eis perquam citissime reportata. Etenim hæc hæresis, teste Eusebio [84], *brevissimo temporis spatio permansit.* Ex hoc tamen fonte corruptissimo fluxerunt Gnostici, aliique complures, de quibus Epiphanius [85] : *Ab hoc fonte,* ait, *derivati, ac pessime in mundum introducti sunt hæretici illi, qui eam sibi, quam falso nominant, cognitionem vindicant, cujusmodi sunt Gnostici, Phibionitæ, et quibus ab Epiphane nomen est inditum. Tum etiam Militares, Levitici, aliique complures. Quorum quilibet hæresim propriam, ad animi sui affectiones accommodans, sexcentas nequitiæ vias excogitavit.* Atque inde procul dubio orta est, ea quam supra memoravimus, hos inter hæreticos de barbaris principum nominibus dissensio.

Quis autem hujusce hæreseos auctor fuerit, non ita promptum est definire. Plurimi existimant non alium fuisse quam Nicolaum, unum ex septem illis Ecclesiæ diaconibus, qui ab apostolis electi et inaugurati sunt. Et hæc quidem fuit Irenæi [86], Epipha-

[71] Hæres. 30, § 2. [72] Hæres. 29 § 7. [73] Hæres. 29. § 9. [74] Lib. II *Comment. in Matth.* ad cap. XII. [75] *De scriptor. eccles.*, in *Matth.* [76] Ibid., in *Petr.* [77] Lib. II *Adv. hæres.* cap. 27. [78] *Lib. de hæres.*, § 5. [79] Hæres. 25, § 2, 3 et 5. [80] Loc. cit. [81] Lib. V *Hist.* cap. 29. [82] Apoc. II, 6. [83] Lib. III *Hæret. Fabul.*, cap. 1. [84] Lib. III *Histor.*, cap. 29. [85] Hæres. 25, § 2. [86] Locis citatis.

Digitized by Google

nii et Philastrii opinio, quibus astipulantur Hilarius [87], Hieronymus [88], Isidorus [89], aliique non pauci. In eorum tamen grege Tertullianus non annumerandus est. Nihil enim de Nicolao illo scripsit, nisi in capite 45 *Libri de præscriptionibus* : quod quidem caput eidem libro ab impostore quodam assutum fuisse jam observavimus.

Refragantur autem huic tot tantorumque virorum sententiæ scriptores nonnulli, aiuntque hos hæreticos, ut celeberrimo alicujus auctoris nomine fucum aliis facerent, hunc Nicolaum sibi falso ascivisse sectæ suæ principem. Scimus quidem in Ignatiana quadam epistola illud aperte asseri [90] : *Fugite impuros Nicolaitas, falsum sibi nomen sumentes;* sed cum hæc verba interpolatoris sint, non vero Ignatii, ex iis profecto nihil certi concludi potest. Quapropter opinionis illius fautores et patroni ex Clementis Alexandrini auctoritate validius eruunt argumentum. Is enim Nicolaitas arguit, quod in hæresis suæ confirmationem verba Nicolai pravos in sensus detorquerent : *Tales sunt,* inquiebat ille [91], *qui dicunt se sequi Nicolaum, adducentes ejus viri aliquid litterarum monumentis mandatum, sed ab eis detectum, nempe : Oportere carne uti. Sed ille quidem vir præclarus significabat oportere voluptates arcere et cupiditates, et hac exercitatione marcidas flaccidasque reddere carnis appetitiones et insultus. Qui autem instar hircorum sunt effusi in voluptatem..... decretum ipsius voluptatis, non autem viri apostolici sequuntur.* At Clemens Nicolaum haud dubie virum præclarum et apostolicum non appellasset, si tam pravæ hæreseos parens fuisset et auctor.

Quid plura? Idem Clemens omnem impuri criminis, ab iisdem hæreticis Nicolao inusti, suspicionem egregie depellit [92] : *Cum autem de dicto Nicolao loqueremur, illud prætermisimus. Cum formosam, inquiunt, haberet uxorem, et post Servatoris assumptionem ei fuisset ab apostolis exprobata zelotypia, in medium adducta muliere, permisit cui vellet eam nubere. Aiunt enim hanc vocem illi voci consentaneam, quæ dicit, quod carne uti oporteat, ejusque factum et dictum absolute, et inconsiderate sequentes, qui ejus hæresim persequuntur, impudenter effuseque fornicantur. Ego autem audio Nicolaum nullum unquam alia, quam ea quæ ei nupserat, uxore usum esse, et ex illius liberis filias quidem consenuisse virgines, filium autem permansisse incorruptum. Quæ cum ita se habeant, vitii erat depulsio atque expurgatio in medium apostolorum circumactio uxoris, cujus dicebatur laborare zelotypia; et continentia a voluptatibus quæ magno studio parantur, docebat istud : uti carne, hoc est exercere carnem. Neque enim, ut existimo, volebant convenienter Domini præcepto duobus dominis servire, voluptati et Deo.* Ita ille et verba Nicolai male interpretata, et errores illi falso imputatos esse demonstrat. Clementi astipulatur post Eusebium Theodoretus. Ex allato quippe Clementis testimonio sic ille concludit [93] : *Ex quibus liquido convincitur, falso sibi de hujus appellatione nomen arrogare Nicolaitas.* Eusebius vero [94] : *Hi Nicolaum quemdam unum ex illis, qui ad curam inopum gerendam, una cum Stephano ab apostolis constituti fuerant ministri, sectæ suæ auctorem jactabant.* Quid aliud hoc verbo *jactabant,* innuit Eusebius, quam Nicolaum hujus hæreseos non esse auctorem?

Porro autem quid de hac quæstione, quam tantorum Patrum auctoritas dubiam reddit, statuendum sit, ab aliis lubentius audiemus. Enim vero Irenæus et Clemens, antiquiores et præcipui utriusque opinionis fautores, coævi erant, et a Nicolai temporibus tam parum remoti, ut ab ejusdem Nicolai amicis aut discipulis potuerint facile discere, num ab illo vere profecta sit ea hæresis. Et Clemens quidem se id non indiligenter investigasse significat. Quid vero quod in ejus opinionis firmamentum adduci illud potest, quod hæreticis in more positum sit magnum sibi quemdam hæreseos suæ advocare auctorem? Neque tamen eo repudianda est Irenæi sententia, quia ab uno ex septem primis Ecclesiæ diaconis hæresim illam ortum suum duxisse improbabile videatur. Nam cum Christus ab uno e suis apostolis, ne doctrinam suam propagaret, ad necem sit venditus, potuit et unus ex septem illis diaconis alicujus hæreseos inventor esse ac promulgator.

## CAPUT IX.

### *Quæ ex hac hæreseon descriptione utilitas?*

Quorsum, inquies, illa tot hæreseon descriptio ac historia? Nonne illi humanæ mentis monstrosissimi partus perpetuo silentio sepeliendi erant? Quid vero ex hac odiosa molestaque commemoratione in Ecclesiam emolumenti, et in lectores utilitatis? Non minimum certe. Nam præterquam quod hæreseon cognitione nonnunquam, uti diximus, obscuriores Patrum loci facilius intelliguntur, inde etiam intolerabilis hominum, nova semper molientium, superbia retunditur, ac tandem funesto hæreticorum casu Catholici fiunt cautiores. In primis autem ex hac errantium errorumque historia discunt omnes, quæ fuerit ab Ecclesiæ principio vera et catholica fides ac doctrina. Atque ne extra primum Ecclesiæ sæculum excurrat oratio, ex his quæ a nobis hactenus disputata sunt, liquido colligitur, quid de præcipuis fidei nostræ articulis, quos respuebant hæretici, iis temporibus sit assertum et definitum. Verum enim vero cum Ecclesiæ Patres erroris hæreseosque eos condemnant, qui Christum merum hominem, ex Maria et Joseph, non secus ac cæteros homines, genitum, nec Patri æterno æqualem asserere ausi sunt, inde concludas oportet eosdem Patres fide certissima credidisse Christum esse Fi-

[87] Cap. 25 in *Matth.* [88] Epist. 11 ad Heliodor. post med., et epist. 48 *ad Sabinian.* cap. 3. [89] Lib. III *Origin.* [90] Epist ad Trallens. [91] Lib. II *Stromat.*, post med. [92] Lib. III *Stromat.*, cage post init. [93] Loc. cit. [94] Lib. III *Histor.*, cap. 2.

Digitized by Google

lium Dei, Patri suo æterno æqualem, ex Maria Virgine, sola Spiritus sancti virtute editum. Hinc autem rursus colligas necesse est orthodoxam de Christi divinitate, unaque illius cum Patre substantia, seu consubstantialitate doctrinam a Patribus primi Ecclesiæ sæculi, et longe ante Nicænum concilium fuisse traditam, assertam et propugnatam. dem quilibet et de aliis quibusque erroribus, quos ab hæreticis defensos, a Patribus rejectos esse diximus, judicium ferre debet.

Alia quoque ex iisdem hæreticis inde nata est Ecclesiæ utilitas, quod ii Ecclesiæ Patribus suos adversus hæreses libros et tractatus quos fortassis nunquam edidissent, scribendi dederint occasionem. His ergo hæreticis, licet invitis et sæpius reclamantibus, debemus pretiosa illa tantorum virorum monumenta, ex quibus sacrorum fidei dogmatum traditio ad nos usque deducta est. Neque aliud hac in re magis lugendum, quam quod omnia ejusmodi scripta ad nos non solum non pervenerint, sed nec ulla plurium exstet amplius memoria, nec ullum eorum ullibi nobis vestigium supersit.

## CAPUT X.

*De scholarum Christianarum origine.*

Adversum hæreticos non calamo duntaxat et scriptis, sed viva etiam voce, variisque sermonibus decertabant scriptores nostri, Christianosque cum morum præceptis, tum fidei doctrina erudiebant. Illos autem ea docebant in locis privatis, ac quandoque publicis, quantum pacatiora persecutionum tempora id ferebant, vel eos summus martyrii ardor ad prædicandam fidem impellebat. Ac primum quidem extra controversiam est apostolos, atque eorum discipulos in vicorum urbiumque plateas et compita, in Judæorum synagogas et scholas gentilium sese incredibili prorsus ardore idcirco contulisse, ut Evangelium Christi, et sacram ejus doctrinam annuntiarent, eamque persuaderent omnibus. Et sane Paulus cum Athenas venisset : *Disputabat in Synagoga cum Judæis et colentibus, et in foro per omnes dies ad eos, qui aderant. Quidam autem Epicurei et Stoici philosophi disserebant cum eo*[95], etc. Cum autem Ephesi moraretur : *Introgressus in Synagogam cum fiducia loquebatur per tres menses, disputans et suadens de regno Dei. Cum autem quidam indurarentur et non crederent, maledicentes viam Domini coram multitudine, discedens ab eis, segregavit discipulos, quotidie disputans in schola tyranni cujusdam. Hoc autem factum est per biennium, ita ut omnes qui habitabant in Asia, audirent verbum Domini Judæi atque gentiles*[96]. Nullus autem dubitandi locus est, quin Paulus, aliique apostoli, similes aliis in locis disputationes instituerint.

In privatas vero domos sæpius ii cogebantur, quo sacra mysteriorum nostrorum cognitione eos imbuerent, qui divinis eorum sermonibus ad fidem adducti, Christianam religionem, pristinis erroribus depositis, vel publica sinceraque professione erant amplexati, vel jam jam amplexaturos se esse, certo pollicebantur. His autem, ut plenius fidei Christianæ præceptis et dogmatibus informarentur, quosdam præficiebant, quos Apostolus ipse doctores appellat, et a cæteris fere omnibus Ecclesiæ ministris aperte discernit. De iis quippe hunc in modum ille ad Ephesios scribit : *Et ipse dedit quosdam quidem apostolos, quosdam vero prophetas, alios autem pastores et doctores*[97]. Et ad Corinth. : *Quosdam quidem posuit Deus in Ecclesia, primum apostolos, secundo prophetas, tertio doctores*[98]. Porro autem illud doctoris munus episcopis potissimum delatum esse idem non obscure docet prima ad Timotheum Epistola : *Oportet ergo episcopum irreprehensibilem esse..... hospitalem, doctorem*[99]. Ad Titum vero : *Oportet episcopum sine crimine esse..... amplectentem eum, qui secundum doctrinam est, fidelem sermonem; ut potens sit exhortari in doctrina sacra, et eos qui contradicunt arguere*[100].

Idem tamen doctoris officium aliis, episcopo inferioribus, nonnunquam demandabatur. Rursum enim Paulus ad Timotheum : *Qui bene*, inquit, *præsunt presbyteri, duplici honore digni habeantur, maxime qui laborant in verbo et doctrina*[1]. Quod si ea *presbyteri* voce episcopos ipsos designari pertinacius contendas, et tu ipse fatearis necesse est duplicis generis fuisse episcopos, quorum nonnulli, Paulo teste, *in verbo et doctrina* laborabant. Verumtamen et alios ab episcopis munia doctorum obiisse haud obscure demonstrant ea Actorum verba : *Erant autem in Ecclesia Antiochiæ prophetæ et doctores, in quibus et Barnabas et Simon, qui vocabatur Niger, et Lucius Cyrenensis, et Manahen, qui erat Herodis Tetrarchæ collactaneus, et Saulus*[2]. Hos enim omnes et singulos ad dignitatem episcopalem evectos fuisse quis audeat affirmare?

Ad scholarum porro originem illud magis pertinere forsitan videbitur, quod Timotheo adhuc scribit Paulus : *Quæ audisti a me per multos testes, hæc commenda fidelibus hominibus, qui idonei erunt et alios docere*[3]. Ex his quippe verbis duo, quæ ad institutum nostrum maxime conducunt, non inepte sane colliguntur. Primo quidem Paulus Timotheum doctrina Christiana erudierat, *per multos testes*, id est, coram multis, qui eum et docentem audierant, et traditæ Timotheo doctrinæ locupletissimi testes erant. Atqui si Paulus Timotheum aliosque, qui eum audiendi causa in eumdem locum convenerant, sic doctrina fidei instituit, quis inficiabitur ipsum eodem docendi modo alios quoque discipulos suos iisdem imbuisse institutis? Secundo Paulus Timotheo præcipit alios docere, id est eadem quæ ab ipso audierat, aliis eadem methodo tradere. Quod

[95] Act. xvii, 17. [96] Act. xix, 8 [97] Ephes. iv, 11. [98] I Cor. xii, 28. [99] I Tim. iii, 2. [100] Tit. i, 7, 9.
[1] I Tim. v, 17. [2] Act. xiii, 1. [3] II Tim. ii, 2.

Digitized by Google

quidem et a successoribus ejus diligenter fuisse observatum, nullus, opinor, negaverit. At porro si iis locis, in quibus docentem Paulum tot tantique discipuli audierunt, nomen scholæ deneges, tibi quidem non omnino repugnabimus; modo ad illos primam Christianarum scholarum originem reducendam esse concedas.

Primo tamen Ecclesiæ sæculo, nondum elapso, quasdam Christianorum scholas, proprie dictas, jam institutas fuisse, deducto ex Eusebii *Historia* non levi plane argumento, colligi posse putamus. Ibi enim de Pantæno, Alexandrinæ scholæ præfecto, hæc leguntur[b]: *Per idem tempus*, Commodo nimirum imperante, *fidelium scholæ præerat vir doctrinæ causa celeberrimus, nomine Pantænus; quippe jam inde a priscis temporibus sacrarum litterarum schola, in eadem civitate, Alexandrina, fuerat instituta, quæ quidem nostra ætate adhuc perseverat.* Atqui Commodus ab anno 180 ad annum 193 Romani imperii frena moderabatur. Per hoc ergo tempus Pantænus scholæ Alexandrinæ præfuit. Cum itaque Eusebius eamdem scholam *a priscis temporibus* institutam fuisse asserat, inde profecto non improbabilem ducimus conjecturam, jam a primo Ecclesiæ sæculo jacta fuisse scholæ illius fundamenta, nec eam alium fortasse quam Marcum evangelistam, primum Alexandriæ episcopum, habuisse auctorem.

A Neque vero prima duntaxat hujus scholæ initia indicat Eusebius, verum etiam quid in ea docen tractarique soleret, luculenter tum aperit, cum eam sacrarum litterarum scholam appellat. His siquidem verbis ille nobis aperte declarat sacras litteras, id est, sacros Veteris et Novi Testamenti libros ibi a doctoribus et magistris fuisse explicatos. Nec obscurius paulo post tradit huic sacrarum Scripturarum explicationi adjectam divinorum dogmatum explanationem: *Divinorum*, inquit, *dogmatum thesauros exposuit.*

Qua autem methodo id fieret, sic ipse ibidem docet: *Partim viva voce*, inquit, *partim scriptis.* In hac ergo Alexandrinæ Ecclesiæ schola et sacra Scriptura, et divina fidei Christianæ dogmata, partim viva voce, B partim scriptis explanabantur. At cum Eusebius illud idem *a priscis temporibus* factum esse asseveret, nullus procul dubio negaverit eamdem docendi methodum in antiquioribus ejusdem Ecclesiæ scholis, quidni et in aliis pluribus, fuisse observatam. Porro autem ante et post scriptos atque publicatos novi fœderis codices, apostoli eorumque discipuli Christianis eadem explicabant fidei dogmata, eaque prophetarum oraculis, aliisque Veteris Instrumenti testimoniis, ac tandem non solum divina Christi auctoritate, variisque miraculis, ejus nomine editis, confirmabant, sed sæpissime fuso etiam sanguine consignabant.

Digitized by Google

# S. CLEMENS I

## PONTIFEX ROMANUS.

### NOTITIA EX LIBRO PONTIFICALI DAMASI PAPÆ.

(Mansi, *Concil.*, I, 83.— Cf. variorum notas ad hunc locum Libri Pontificalis, *Patr. Latinæ* t. CXXVII, col. 1079.)

*Clemens natione Romanus, de regione Cœlio monte, ex patre Faustino, sedit annis* 9 [*mens.* II, *d.* X]. *Fuit autem temporibus Galbæ et Vespasiani, a consulatu Tragali* [*Trachalæ*] *et Italici, usque ad Vespasianum nono et Titum. Hic cum multo libros zelo fidei et Christianæ religionis scriberet, martyrio coronatur. Hic fecit* VII *regiones dividi notariis fidelibus Ecclesiæ, qui gesta martyrum sollicite et curiose, unusquisque per regionem suam, perquirerent. Hic fecit duas epistolas, quæ Canonicæ nominantur. Hic ex præcepto B. Petri suscepit Ecclesiæ pontificatum gubernandum, sicut ei fuerat a Domino Jesu Christo cathedra tradita vel commissa. Tamen in Epistola quæ ad Jacobum scripta est, qualiter ei commissa est a B. Petro Ecclesia, reperies. Ideo Linus et Cletus ante eum conscribuntur, quia ab ipso Principe apostolorum, ad ministerium sacerdotale exhibendum sunt episcopi ordinati. Hic fecit ordinationes duas per mensem Decembrem, presbyteros decem, diasonos duos, episcopos per diversa loca quindecim. Obiit martyr anno Trajani tertio. Qui etiam sepultus est in Græcia* IX *Kalend. Decemb. Et cessavit episcopatus dies* XXI.

# VARIORUM PROŒMIA

### HISTORICO-LITTERARIA

## AD EPISTOLAS SANCTI CLEMENTIS I PAPÆ.

## I.

## EX EDITIONE COTELERII.

(*Patres apostolici*, Amstelædami, 1724, in-fol.)

## VETERUM TESTIMONIA

### DE SANCTI CLEMENTIS EPISTOLIS.

I.

S. Irenæus, lib. III, *adversus Hæreses*, cap. 3.

*Interpretatio vetus.* Apud Eusebium *Hist. eccl.* l. V, c. 6. *Interpretatio Valesii.*

Fundantes igitur et instruentes beati apostoli Ecclesiam, Lino episcopatum administrandæ Ecclesiæ tradiderunt. Hujus Lini Paulus in his quæ sunt ad Timotheum Litteris meminit. Succedit autem ei Anacletus. Post eum tertio loco ab apostolis episcopatum

Θεμελιώσαντες οὖν καὶ οἰκοδομήσαντες οἱ μακάριοι ἀπόστολοι τὴν Ἐκκλησίαν, Λίνῳ τὴν τῆς ἐπισκοπῆς λειτουργίαν ἐνεχείρισαν. Τούτου τοῦ Λίνου Παῦλος ἐν ταῖς πρὸς Τιμόθεον Ἐπιστολαῖς μέμνηται· διαδέχεται δὲ αὐτὸν Ἀνέγκλητος· μετὰ τοῦτον δὲ τρίτῳ τόπῳ ἀπὸ τῶν ἀπο-

Fundata jam et ædificata Ecclesia, beatissimi apostoli episcopatus officium Lino tradiderunt. Hujus Lini mentionem facit Paulus in Litteris ad Timotheum. Huic successit Anencletus. Post quem tertio ab apostolis loco pontificatum sortitus est Clemens;

Digitized by Google

S. Irenæus, lib. III *adversus Hæreses*, cap. 3.

*Interpretatio vetus.*

sortitur Clemens; qui et vidit ipsos apostolos, et contulit cum eis; et cum adhuc insonantem prædicationem apostolorum, et traditionem ante oculos haberet, non solus: adhuc enim multi supererant tunc, ab apostolis docti. Sub hoc igitur Clemente, dissensione non modica inter eos qui Corinthi essent fratres facta, scripsit quæ est Romæ Ecclesia potentissimas litteras Corinthiis, ad pacem eos congregans, et reparans fidem eorum, et annuntians quam in recenti ab apostolis acceperat traditionem, annuntiantem unum Deum omnipotentem, factorem cœli et terræ, plasmatorem hominis, qui induxerit cataclysmum, et advocaverit Abraham, qui eduxerit populum de terra Ægypti, qui collocutus sit Moysi, qui legem disposuerit, et prophetas miserit, qui ignem præparaverit diabolo et angelis ejus. Hunc Patrem Domini nostri Jesu Christi ab Ecclesia annuntiari, ex ipsa Scriptura qui velint discere possunt, et apostolicam Ecclesiæ traditionem: cum sit vetustior epistola his qui nunc falso docent, et alterum Deum super Demiurgum et factorem horum omnium quæ sunt, commentiuntur.

Apud Eusebium *Hist. Eccl.* l. v. c. 6.

στόλων τὴν ἐπισκοπὴν κληροῦται Κλήμης· ὁ καὶ ἐωρακὼς τοὺς μακαρίους ἀποστόλους, καὶ συμβεβληκὼς αὐτοῖς· καὶ ἔτι ἐναυλον τὸ κήρυγμα τῶν ἀποστόλων, καὶ τὴν παράδοσιν πρὸ ὀφθαλμῶν ἔχων οὐ μόνος· ἔτι γὰρ πολλοὶ ὑπελείποντο τότε ὑπὸ τῶν ἀποστόλων δεδιδαγμένοι. Ἐπὶ τούτου οὖν τοῦ Κλήμεντος, στάσεως οὐκ ὀλίγης τοῖς ἐν Κορίνθῳ γενομένης ἀδελφοῖς, ἐπέστειλεν ἡ ἐν Ῥώμῃ Ἐκκλησία ἱκανωτάτην γραφὴν τοῖς Κορινθίοις, εἰς εἰρήνην συμβιβάζουσα αὐτοὺς, καὶ ἀνανεοῦσα τὴν πίστιν αὐτῶν, καὶ ἣν νεωστὶ ἀπὸ τῶν ἀποστόλων παράδοσιν εἰλήφει.

*Interpretatio Valesii.*

qui quidem beatissimos apostolos viderat, et cum iisdem familiariter versatus fuerat; et prædicationem apostolorum adhuc auribus suis insonantem, traditionemque præ oculis habebat. Nec vero ipse solus, sed et alii plurimi etiam tum supererant, ab apostolis instituti. Hujus Clementis temporibus cum gravissima dissensio Corinthi exorta esset inter fratres, Ecclesia Romana luculentissimam epistolam Corinthiis scripsit, qua eos ad pacem concordiamque revocaret, et fidem illorum, et quam recens ab apostolis susceperat traditionem renovaret.

II.

Clemens Alexandrinus, *Στρωμ.* lib. I. cap. 7, edit. Oxon., an. 1715, tom. I, p. 339.

Ἐὰν δὲ τὴν βασιλικήν τε καὶ αὐθεντικὴν εἴσοδον ζητῇς, ἀκούσῃ· *Αὕτη ἡ πύλη τοῦ Κυρίου· δίκαιοι εἰσελεύσονται ἐν αὐτῇ*. Πολλῶν τοίνυν ἀνεῳγμένων πυλῶν ἐν δικαιοσύνῃ, αὕτη ἦν ἐν Χριστῷ.

Quod si viam regiam et authenticum ingressum quæris, audies: *Hæc est porta Domini: justi intrabunt in eam* [a]. Cum ergo multæ apertæ sint portæ in justitia, hæc in Christo invenienda est. Clem. epist. 1, cap. 48.

Idem, *ibid.*, lib. et cap. citt.

Αὐτίκα ὁ Κλήμης ἐν τῇ πρὸς Κορινθίους ἐπιστολῇ, κατὰ λέξιν φησὶ, τὰς διαφορὰς ἐκτιθέμενος τῶν κατὰ τὴν Ἐκκλησίαν δοκίμων· *Ἥτω τις πιστός· ἥτω δυνατός τις γνῶσιν ἐξειπεῖν· ἥτω σοφὸς ἐν διακρίσει λόγων· ἥτω γοργὸς ἐν ἔργοις*. Eadem repetit Alexandrinus infra lib. VI, cap. 8, tom. II, p. 773.

Jam Clemens in epistola ad Corinthios his verbis inquit, exponens differentiam eorum qui sunt probati in Ecclesia: *Sit aliquis fidelis, sit potens in explicanda cognitione, sit sapiens in discretione sermonum, sit stupendus in operibus.* Locus exstat in eodem cap. 48, epist. 1.

Idem, *ibid.*, lib. IV, cap. 17, tom. I, pp. 609, 610.

Ναὶ μὴν ἐν τῇ πρὸς Κορινθίους ἐπιστολῇ ὁ ἀπόστολος Κλήμης, καὶ αὐτὸς ἡμῖν τύπον τινὰ τοῦ γνωστικοῦ ὑπογράφων, λέγει· *Τίς γὰρ παρεπιδημήσας πρὸς ὑμᾶς*, κ. τ. λ. Hic Clemens Alex. capita e regione notata excerpsit.

Porro autem Clemens apostolus in epistola ad Corinthios, ipse quoque nobis quamdam Gnostici imaginem describens, dicit: *Quis enim apud vos diversatus*, etc. Epist. 1, capp. 1, 9, 10, 11, 12, 17, 18, 21, 22, 36, 38, 40, 41, 48, 49, 50, 51, 53.

Idem, *ibid.*, lib. V, cap. 12, tom. II, pag. 693.

Ἀλλὰ κἀν τῇ πρὸς Κορινθίους Ῥωμαίων ἐπιστολῇ· *Ὠκεανὸς ἀπέραντος ἀνθρώποις γέγραπται, καὶ οἱ μετ' αὐτὸν κόσμοι*.

Quin etiam in epistola Romanorum ad Corinthios scriptum est: *Oceanus infinitus, et qui sunt post ipsum mundi.* Epist. 1, cap. 20.

Idem, *ibid.*, lib. VI, cap. 8, tom. II, pag. 773.

*Τοσούτῳ γὰρ μᾶλλον ταπεινοφρονεῖν ὀφείλει, ὅσῳ δοκεῖ μᾶλλον μείζων εἶναι*· ὁ Κλήμης, ἐν τῇ πρὸς Κορινθίους φησί.

*Eo enim debet esse humilior, quo videtur esse major*, dicit Clemens in epistola ad Corinthios. Epist 1, cap. 48.

III.

Origenes, *Περὶ ἀρχῶν*, lib. II, cap. 3, num. 6, edit. Paris., 1733, tom. I, pag. 82.

Meminit sane Clemens apostolorum discipulus etiam eorum quos *ἀντίχθονας* Græci nominarunt, atque alias partes orbis terræ ad quas neque nostrorum quisquam accedere potest, neque ex illis qui ibi sunt

[a] Psal. CXVIII, 20.

Digitized by Google

quisquam transire ad nos ; quos et ipsos *mundos* appellavit, cum ait : *Oceanus intransmeabilis est hominibus, et hi qui trans ipsum sunt mundi, qui his eisdem dominatoris Dei dispositionibus gubernantur.* Paucisque interjectis..... Ex his tamen quæ Clemens visus est indicare cum dicit : *Oceanus qui intransmeabilis est hominibus, et hi mundi qui post ipsum sunt :* qui post ipsum sunt mundos pluraliter nominans, quos et eadem Dei providentia agi regique significat, semina quædam nobis hujusmodi intelligentiæ videtur aspergere, quo putetur omnis quidem universitas eorum quæ sunt atque subsistunt, cœlestium et supercœlestium, terrenorum infernorumque, unus et perfectus mundus generaliter dici : intra quem vel a quo (si qui illi sunt) putandi sunt contineri. Epist. 1, cap. 20.

IDEM, *in Ezechiel.*, cap. 8, tom. III, pag. 422, A.

Φησὶ δὲ ὁ Κλήμης· *Ὠκεανὸς ἀπέρατος ἀνθρώποις, καὶ οἱ μετ' αὐτὸν κόσμοι τοσαύταις διαταγαῖς τοῦ Δεσπότου διοικοῦνται.*

Dicit quoque Clemens : *Oceanus impermeabilis hominibus, et qui post eum mundi, tantis Domini ordinationibus gubernantur.* Epist. 1, cap. 20.

IDEM, *in Joan.*, tom. IX. part. II, pag. 143, edit. Huet. Colon., 1685.

Μεμαρτύρηται δὲ καὶ παρὰ τοῖς ἔθνεσιν, ὅτι πολλοί τινες λοιμικῶν ἐνσκηψάντων νοσημάτων ἑαυτοὺς σφάγια ὑπὲρ τοῦ κοινοῦ παραδεδώκασι· καὶ παραδέχεται ταῦθ' οὕτως γεγονέναι οὐκ ἀλόγως πιστεύσας ταῖς ἱστορίαις ὁ πιστὸς Κλήμης, ὑπὸ Παύλου μαρτυρούμενος, λέγοντος· *Μετὰ Κλήμεντος*, κ. τ. λ.

Relatum autem atque testatum apud gentiles est, multos cum pestilentes morbi grassarentur, se ipsos ut victimas pro patria tradidisse : atque hæc ita evenisse admittit non sine causa, historiis credens Clemens ille fidelis, cui testimonium perhibet Paulus dicens : *Cum Clemente*, etc. Epist. 1, cap. 55.

## IV.

*Rufino interprete.*

Hujus Clementis epistola habetur ad Corinthios scripta, præcipua plane et valde mirabilis : quam velut ex persona Romanæ Ecclesiæ dictavit, cum dissensio apud Corinthios fuisset exorta. Quam epistolam in plurimis Ecclesiis publice legi, et veterum et nostris etiam temporibus constat. Verum de seditione facta apud Corinthios ac dissensione plebis, testis valde fidelis Hegesippus indicat.

EUSEBIUS, *Hist. eccl.*, lib. III, cap. 16.

Τούτου δὴ οὖν τοῦ Κλήμεντος ὁμολογουμένη μία ἐπιστολὴ φέρεται, μεγάλη τε καὶ θαυμασία, ἣν ὡς ἀπὸ τῆς Ῥωμαίων Ἐκκλησίας τῇ Κορινθίων διετυπώσατο, στάσεως τηνικάδε κατὰ τὴν Κόρινθον γενομένης. Ταύτην δὲ καὶ ἐν πλείσταις Ἐκκλησίαις ἐπὶ τοῦ κοινοῦ δεδημοσιευμένην πάλαι τε καὶ καθ' ἡμᾶς αὐτοὺς ἔγνωμεν. Καὶ ὅτι γε κατὰ τὸν δηλούμενον, τὰ τῆς Κορινθίων κεκίνητο στάσεως, ἀξιόχρεως μάρτυς ὁ Ἡγήσιππος. Lege NICEPHORUM, lib. III, cap. 16.

*Valesio interprete.*

Hujus igitur Clementis exstat epistola uno consensu recepta, eximia prorsus atque mirabilis, quam nomine Ecclesiæ Romanæ ad Corinthiorum Ecclesiam scripsit, cum apud eos gravis esset exorta dissensio. Hanc in plerisque Ecclesiis et nostra et superiori memoria palam recitari consuevisse comperimus. Porro supradicti Clementis tempore seditionem inter Corinthios esse commotam locupletissimus testis est Hegesippus.

*Rufino interprete.*

Clemens in epistola quam Corinthiis scribit, meminit Epistolæ Pauli ad Hebræos, et utitur ejus testimoniis. Unde constat, quod Apostolus tanquam Hebræis mittendam patrio eam sermone conscripserit, et ut quidam tradunt, Lucam evangelistam, alii autem hunc ipsum Clementem interpretatum esse. Quod et magis verum est, quia et stylus ipse epistolæ Clementis cum hac concordat, et sensus nimirum utriusque Scripturæ plurimam similitudinem ferunt. Dicitur tamen esse et alia Clementis epistola, cujus nos notitiam non accepimus.

IDEM, *ibid.*, lib. III, cap. 38.

Τοῦ Κλήμεντος ἐν τῇ ἀνωμολογημένῃ παρὰ πᾶσιν, ἣν ἐκ προσώπου τῆς Ῥωμαίων Ἐκκλησίας τῇ Κορινθίων διετυπώσατο. Ἐν ᾗ τῆς πρὸς Ἑβραίους πολλὰ νοήματα παραθεὶς, ἤδη δὲ καὶ αὐτολεξεὶ ῥητοῖς τισιν ἐξ αὐτῆς χρησάμενος, σαφέστατα παρίστησιν ὅτι μὴ νέον ὑπάρχει τὸ σύγγραμμα. Ὅθεν εἰκότως ἔδοξεν, αὐτὸ τοῖς λοιποῖς ἐγκαταλεχθῆναι γράμμασι τοῦ Ἀποστόλου. Ἑβραίοις γὰρ διὰ τῆς πατρίου γλώττης ἐγγράφως ὡμιληκότος τοῦ Παύλου, οἱ μὲν τὸν εὐαγγελιστὴν Λουκᾶν, οἱ δὲ τὸν Κλήμεντα τοῦτον αὐτὸν, ἑρμηνεῦσαι λέγουσι τὴν γραφήν. Ὅ καὶ μᾶλλον εἴη ἂν ἀληθὲς, τῷ τὸν ὅμοιον τῆς φράσεως χαρακτῆρα τήν τε τοῦ Κλήμεντος ἐπιστολὴν, καὶ τὴν πρὸς Ἑβραίους

*Valesio interprete.*

Clementis illa (epistola) ab omnibus recepta, quam Ecclesiæ Romanæ nomine ad Corinthiorum Ecclesiam scripsit. In qua cum multas inserat sententias desumptas ex Epistola ad Hebræos, iisdemque interdum verbis utatur, satis indicat opus illud nequaquam recens esse. Quamobrem cum reliquis Apostoli scriptis non sine causa hoc etiam recensitum videtur. Cum enim ad Hebræos patrio sermone scripsisset Paulus, alii Lucam evangelistam, alii hunc de quo loquimur Clementem, Epistolam illam esse interpretatum ferunt. Quod quidem verius videtur, cum præsertim et Clementis, et illa ad Hebræos Epistola eumdem habeant stylum, nec

Digitized by Google

ἀποσώζειν· καὶ τῷ μὴ πόρρω τὰ ἐν ἑκατέροις τοῖς συγγράμμασι νοήματα καθεστάναι. Ἰστέον δὲ ὡς καὶ δευτέρα τις εἶναι λέγεται τοῦ Κλήμεντος ἐπιστολή· οὐ μὴν ἴθ' ὁμοίως τῇ προτέρᾳ καὶ ταύτην γνώριμον ἐπιστάμεθα· ὅτι μηδὲ τοὺς ἀρχαίους αὐτῇ κεχρημένους ἴσμεν. Et infra : Ἡ μὲν οὖν τοῦ Κλήμεντος ὁμολογουμένη γραφή, πρόδηλος. Lege NICEPHORUM, lib. II, cap. 46, et lib. III, cap. 18.

A utriusque scripti sententiæ valde inter se discrepent. Sciendum tamen est alteram quoque Clementis epistolam circumferri. Verum hanc non perinde receptam atque approbatam fuisse, pro certo habemus : quandoquidem vetustiores ejus testimonio nequaquam usos esse comperimus. *Et infra :* Et Clementis quidem quæ genuina et omnium consensu recepta sint scripta, jam satis liquet. Lege MAXIMUM *in prologo ad opera Dionysii.*

*Rufino interprete.*

Simul et de epistola Clementis quædam commemorat (Hegesippus) quæ etiam inserere huic operi nostro necessarium duxi.

EUSEBIUS *Hist. eccl.*, lib. IV, cap. 22.

Ἀκοῦσαί γέ τοι πάρεστι, μετά τινα περὶ τῆς Κλήμεντος πρὸς Κορινθίους ἐπιστολῆς αὐτῷ εἰρημένα, ἐπιλέγοντος ταῦτα. Lege NICEPH., lib. IV, cap. 5.

*Valesio interprete.*

Postquam (Hegesippus) de Clementis ad Corinthios epistola quædam commemoravit, hæc addit, quæ nos, si placet, audiamus.

*Rufino interprete.*

In hac ipsa scriptura meminit etiam (Dionysius) epistolæ Clementis ad Corinthios scriptæ; significans veteri instituto et antiqua consuetudine semper ipsam epistolam lectam esse in Ecclesia. Denique sic dicit : *Beatam*, inquit, *duximus hodiernam Dominicam diem, in qua legimus epistolam vestram, quam et semper ad nostri commonitionem legemus, sicut et illam priorem a Clemente ad nos scriptam.*

IDEM, *ibid.*, lib. IV, cap. 23.

Ἐν αὐτῇ δὲ ταύτῃ καὶ τῆς Κλήμεντος πρὸς Κορινθίους μέμνηται ἐπιστολῆς, δηλῶν ἀνέκαθεν ἐξ ἀρχαίου ἔθους ἐπὶ τῆς Ἐκκλησίας τὴν ἀνάγνωσιν αὐτῆς ποιεῖσθαι. Λέγει γοῦν· *Τὴν σήμερον οὖν Κυριακὴν ἁγίαν ἡμέραν διηγάγομεν, ἐν ᾗ ἀνεγνώκαμεν ὑμῶν τὴν ἐπιστολήν· ἣν ἔξομεν ἀεί ποτε ἀναγινώσκοντες νουθετεῖσθαι, ὡς καὶ τὴν προτέραν ἡμῖν διὰ Κλήμεντος γραφεῖσαν.* Lege NICEPH., lib. IV. cap. 8.

*Valesio interprete.*

In hac ipsa etiam epistola (ad Soterem) meminit (Dionysius Corinthius) Clementis epistolæ ad Corinthios scriptæ, quam ex prisca consuetudine in Ecclesia legi solitam esse testatur his verbis : *Hodie*, inquit, *sacrum diem Dominicum transegimus, in quo epistolam vestram legimus, quam quidem perpetuo deinceps legentes, perinde ac priorem illam nobis a Clemente scriptam epistolam, optimis præceptis ac documentis abundabimus.*

*Rufino interprete.*

Utitur sane exemplis, etiam ex his libris qui a nonnullis minime recipiendi videntur : id est, ex Sapientia quæ dicitur Salomonis, et ex Sapientia Sirach quæ appellatur Ecclesiasticus apud Latinos: sed et de Barnabæ, et Clementis epistola ponit exempla.

IDEM, *ibid.*, lib. IV, cap. 13.

Κέχρηται δ' ἐν αὐτοῖς καὶ ταῖς ἀπὸ τῶν ἀντιλεγομένων Γραφῶν μαρτυρίαις· τῆς τε λεγομένης Σολομῶντος Σοφίας, καὶ τῆς Ἰησοῦ τοῦ Σιρὰχ, καὶ τῆς πρὸς Ἑβραίους Ἐπιστολῆς, τῆς τε Βαρνάβα, καὶ Κλήμεντος, καὶ Ἰούδα. NICEPH., lib. IV, cap. 33.

*Valesio interprete.*

In iisdem libris (Stromateis) affert (Clemens Alexandrinus) testimonia Scripturarum quæ a nonnullis repudiantur : nempe ex Sapientia quæ dicitur Salomonis, et ex Sapientia Jesu filii Sirach; item ex Epistola ad Hebræos, et ex Barnabæ, Clementis, Judæque epistolis.

## V.

CYRILLUS Hierosolymitanus, Cateches. XVIII, cap. 8, edit. Paris., 1720, pag. 288, D.

Ἤδει Θεὸς τῶν ἀνθρώπων τὴν ἀπιστίαν, καὶ δρνεον εἰς τοῦτο κατειργάσατο, φοίνικα οὕτω καλούμενον. Τοῦτο, ὡς γράφει Κλήμης, καὶ ἱστοροῦσι πλείονες, μονογενὲς ὑπάρχον, κατὰ τὴν Αἰγυπτίων χώραν ἐν περιόδοις πεντακοσίων ἐτῶν ἐρχόμενον, δείκνυσι τὴν ἀνάστασιν· οὐκ ἐν ἐρήμοις τόποις, ἵνα μὴ ἀγνοηθῇ τὸ μυστήριον γινόμενον, ἀλλ' ἐν φανερᾷ πόλει παραγενόμενον, ἵνα ψηλαφηθῇ τὸ ἀπιστούμενον. Σηκὸν γὰρ ἑαυτῷ ποιῆσαν ἐκ λιβάνου καὶ σμύρνης, καὶ λοιπῶν ἀρωμάτων, καὶ ἐν τῇ συμπληρώσει τῶν ἐτῶν εἰς τοῦτον εἰσελθόν, τελευτᾷ φανερῶς καὶ σήπεται· εἶτα ἐκ τῆς σαπείσης σαρκὸς τοῦ τελευτήσαντος, σκώληξ τις γεννᾶται· καὶ οὗτος αὐξηθεὶς, εἰς ὄρνεον μορφοῦται. Paucisque interjectis : Εἶτα πτεροφυή-

B Noverat Deus hanc hominum in credendo pervicaciam, atque ad id avem comparavit, phœnicem appellatam. Hæc, ut scribit Clemens, aliique complures narrant, cum sit unigena, in Ægyptiorum regionem quingentis quibusque annis adveniens, resurrectionem ostendit : non in desertis locis, ne res illa mysterium facta, lateret; sed in urbe conspicua præsentem se sistens, ut manu contrectetur quod alioqui fidem non inveniret. Constructo enim sibi ex thure, myrrha cæterisque aromatibus nido, in hunc expleto annorum curriculo ingrediens moritur palam ac putrescit. Deinde ex putrefacta mortuæ avis carne vermis quidam enascitur; hicque augmentum capiens, in volucrem conformatur.

Digitized by Google

σας ὁ προειρημένος φοῖνιξ, καὶ τέλειος οἷος ἦν ὁ πρότερος, φοῖνιξ γενόμενος, ἀνίπταται τοιοῦτος εἰς ἀέρα, οἷος καὶ ἐτετελευτήκει σαφεστάτην νεκρῶν ἀνάστασιν ἀνθρώποις ἐπιδείξας.

A *Paucisque interjectis :* Postea phœnix prædictus plumescit, perfectusque, qualis erat prior, phœnix factus, in aera talis avolat, qualis erat cum moreretur, evidentissimam mortuorum resurrectionem hominibus ostentans. Epist. 1, cap. 25.

## VI.

EPIPHANIUS, *Advers. Carpocrasios*, Hæresi 27, num. 6.

Λέγει γὰρ ἐν μιᾷ τῶν ἐπιστολῶν αὐτοῦ· *Ἀναχωρῶ, ἄπειμι, ἑστάθήτω ὁ λαὸς τοῦ Θεοῦ·* τισὶ τοῦτο συμβουλεύων· εὕρομεν γὰρ ἔν τισιν ὑπομνηματισμοῖς τοῦτο ἐγκείμενον.

Dicit enim (Clemens) in una epistolarum suarum: *Recedo, abeo, instet populus Dei;* nonnullis videlicet hoc modo consulens : nam in quibusdam commentariis ita scriptum reperimus. Epist. 1, cap. 54.

IDEM, *Advers. Ebionæos*, Hæresi 30, num. 15.

Αὐτὸς Κλήμης αὐτοὺς κατὰ πάντα ἐλέγχει ἀφ' ὧν ἔγραψεν ἐπιστολῶν ἐγκυκλίων, τῶν ἐν ταῖς ἁγίαις Ἐκκλησίαις ἀναγινωσκομένων, ὅτι ἄλλον ἔχει χαρακτῆρα ἡ ἑαυτοῦ πίστις καὶ ὁ λόγος, παρὰ τὰ ὑπὸ τούτων εἰς ὄνομα αὐτοῦ ἐν ταῖς *Περιόδοις* νενοθευμένα· αὐτὸς γὰρ παρθενίαν διδάσκει, καὶ αὐτοὶ οὐ δέχονται· αὐτὸς γὰρ ἐγκωμιάζει Ἠλίαν, καὶ Δαβὶδ, καὶ Σαμψὼν, καὶ πάντας τοὺς προφήτας, οὓς οὗτοι βδελύττονται.

B Clemens ipse omnibus illos (Ebionæos) modis redarguit iis epistolis circularibus, quæ ab eo scriptæ in sacrosanctis Ecclesiis leguntur. Ex quibus constat, longe ab iis quæ in *Circuitibus* illis sub ejus nomine adulterina exstant, illius fidem ac sermonem abhorruisse. Etenim virginitatem Clemens edocuit, et isti repudiant : ille Eliam, Davidem et Sampsonem omnesque prophetas commendat, quos hi detestantur.

## VII.

HIERONYMUS, lib. *De viris illustribus*, cap. 15, cum vetere Græco interprete.

Κλήμης, περὶ οὗ Παῦλος ὁ Ἀπόστολος πρὸς Φιλιππησίους γράφων, λέγει· *Μετὰ καὶ Κλήμεντος*, κτλ., τέταρτος μετὰ Πέτρον Ῥώμης ἐπίσκοπος· δεύτερος γὰρ Λῖνος ἐγένετο, τρίτος Ἀνέγκλητος, εἰ καὶ πολλοὶ τῶν Ῥωμαίων ὑπολαμβάνουσι, δεύτερον μετὰ τὸν ἀπόστολον Πέτρον γεγενῆσθαι Κλήμεντα. Ἔγραψεν ἐκ προσώπου τῆς Ἐκκλησίας Ῥώμης πρὸς τὴν ἐν Κορίνθῳ Ἐκκλησίαν ἐπιστολὴν πάνυ θαυμαστὴν, ἥτις ἐν φανεροῖς τόποις δημοσίᾳ ἀναγινώσκεται, τῷ χαρακτῆρι τῆς πρὸς Ἑβραίους Ἐπιστολῆς Παύλου συνᾴδουσα, οὐ μόνον νοήμασιν, ἀλλὰ καὶ λόγοις. Καὶ ἁπλῶς μεγίστη ἐστὶν ἐν ἑκατέρᾳ ὁμοίωσις. Φέρεται καὶ ἑτέρα ἐξ ὀνόματος αὐτοῦ εἶναι ἐπιστολὴ, ἥτις παρὰ πάντων ἀποδοκιμάζεται. Καὶ διάλογος Πέτρου καὶ Ἀπίωνος μακρῷ λόγῳ συνταγεῖσα, ἥντινα Εὐσέβιος εὐθύνει ἐν τῷ τρίτῳ τῆς *Ἐκκλησιαστικῆς ἱστορίας* τεύχει. Τελευτᾷ τῷ τρίτῳ ἐνιαυτῷ Τραϊανοῦ, καὶ τὴν τούτου μνήμην ἄχρι τήμερον ἐν τῇ Ῥώμῃ οἰκοδομηθεῖσα ἐκκλησία φυλάττει.

C Clemens, de quo apostolus Paulus ad Philippenses (IV, 3) scribens ait : *Cum Clemente et cæteris cooperatoribus meis, quorum nomina scripta sunt in libro vitæ :* quartus post Petrum Romæ episcopus ; siquidem secundus Linus fuit, tertius Anacletus ; tametsi plerique Latinorum, secundum post Petrum apostolum putent fuisse Clementem. Scripsit ex persona Romanæ Ecclesiæ ad Ecclesiam Corinthiorum valde utilem epistolam, quæ et in nonnullis locis publice legitur, quæ mihi videtur characteri Epistolæ, quæ sub Pauli nomine ad Hebræos fertur, convenire. Sed et multis de eadem epistola, non solum sensibus, sed juxta verborum quoque ordinem abutitur. Omnino grandis in utraque similitudo est. Fertur et secunda ejus nomine epistola, quæ a veteribus reprobatur. Et disputatio Petri et Apionis longo sermone conscripta, quam Eusebius in tertio *Historiæ ecclesiasticæ* volumine coarguit. Obiit tertio Trajani anno, et nominis ejus memoriam usque hodie Romæ exstructa ecclesia custodit.

IDEM, lib. I *adversus Jovinianum*, cap. 7.

Ad hos (eunuchos) et Clemens successor apostoli Petri, cujus Paulus apostolus meminit (*Philip.* IV, 3) scribit epistolas, omnemque pene sermonem suum de virginitatis puritate contexuit.

IDEM, lib. XIV *Comment. in Isa.* LII, 13.

Clemens vir apostolicus, qui post Petrum rexit Ecclesiam, scribit ad Corinthios : *Sceptrum Dei Dominus Jesus Christus, non venit in jactantia superbiæ, cum possit omnia, sed in humilitate.* Epist. 1, cap. 16.

IDEM, lib. I *Comment. in Epist. ad Ephes.*, II. 2.

Quærimus quoque quid sit : *In quibus aliquando ambulastis secundum sæculum mundi hujus :* utrumnam et aliud sæculum sit, quod non pertineat ad mundum istum, sed ad mundos alios, de quibus et Clemens in Epistola sua scribit : *Oceanus, et mundi qui trans ipsum sunt.* Epist. 1, cap. 20.

IDEM, *ibid.*, lib. II, ad cap. IV, 1.

Cujus rei et Clemens ad Corinthios testis est : *Vinculum charitatis Dei quis poterit enarrare?* Epist. 1, cap. 49.

Digitized by Google

## VIII.

PSEUDO-JUSTINUS, seu auctor *Quæstionum et responsionum ad orthodoxos*, in respons. ad quæst. 74 (inter Opera S. Justini martyris, pag. 469, B, edit. Paris. 1742).

Εἰ τῆς παρούσης καταστάσεως τὸ τέλος ἐστὶν ἡ διὰ τοῦ πυρὸς κρίσις τῶν ἀσεβῶν, καθά φασιν αἱ Γραφαὶ προφητῶν τε καὶ ἀποστόλων, ἔτι δὲ καὶ τῆς Σιβύλλης, καθώς φησιν ὁ μακάριος Κλήμης ἐν τῇ πρὸς Κορινθίους Ἐπιστολῇ. A

Si præsentis rerum status finis est impiorum per ignem judicium, prout testantur Scripturæ prophetarum et apostolorum, atque etiam Sibyllæ, ut ait beatus Clemens in Epistola ad Corinthios.

## IX.

DOROTHEUS Archimandrita, doctrina 23, sub finem.

Ὡς λέγει καὶ ὁ ἅγιος Κλήμης· *Κἂν μὴ στεφανῶταί τις, ἀλλὰ σπουδάσῃ μὴ μακρὰν εὑρεθῆναι τῶν στεφανουμένων.*

Ut enim ait et sanctus Clemens : *Etiam si quis non coronetur, studeat tamen non procul a coronatis inveniri.* Epist. 2, cap. 7.

## X.

GEORGIUS Syncellus, *Chronogr.*, pag. 344, edit. Paris.

Τούτου ἐπιστολὴ ἡ μία γνησία Κορινθίοις φέρεται, ὡς ἀπὸ τῆς Ῥωμαίων Ἐκκλησίας γραφεῖσα, στάσεως B ἐν Κορίνθῳ συμβάσης τότε, ὡς μαρτυρεῖ Ἡγήσιππος, ἥτις καὶ ἐκκλησιάζεται.

Hujus (Clementis) epistola quæ unica genuina est, ad Corinthios fertur, tanquam ab Ecclesia Romana scripta, seditione tunc temporis, ut testatur Hegesippus, Corinthi orta; quæ etiam ab Ecclesia recipitur.

## XI.

PHOTIUS, *Biblioth.*, cod. 113.

Οὗτός ἐστιν ὁ Κλήμης, περὶ οὗ φησιν ὁ θεσπέσιος Παῦλος ἐν τῇ πρὸς Φιλιππησίους Ἐπιστολῇ· *Μετὰ καὶ Κλήμεντος καὶ τῶν λοιπῶν συνεργῶν μου, ὧν τὰ ὀνόματα ἐν βίβλῳ ζωῆς.* Οὗτος καὶ ἐπιστολὴν ἀξιόλογον πρὸς Κορινθίους γράφει, ἥτις παρὰ πολλοῖς ἀποδοχῆς ἠξιώθη, ὡς καὶ δημοσίᾳ ἀναγινώσκεσθαι. Ἡ δὲ λεγομένη δευτέρα πρὸς τοὺς αὐτούς, ὡς νόθος ἀποδοκιμάζεται· ὥσπερ ἐπιγραφόμενος ἐπ' ὀνόματι C αὐτοῦ Πέτρου καὶ Ἀπίωνος πολύστιχος διάλογος. Τοῦτόν φασιν οἱ μὲν δεύτερον μετὰ Πέτρον ἐπισκοπῆσαι Ῥώμης, οἱ δὲ τέταρτον· Λῖνον γὰρ καὶ Ἀνάκλητον μεταξὺ αὐτοῦ καὶ Πέτρου Ῥώμης ἐπισκόπους διαγεγονέναι· τελευτῆσαι δὲ αὐτὸν τρίτῳ ἔτει Τραϊανοῦ.

Hic Clemens ille est, de quo divinus Paulus ad Philippenses ait : *Cum Clemente et cæteris adjutoribus meis quorum nomina sunt in libro vitæ* [a]. Scripsit idem magni faciendam ad Corinthios epistolam, quæ a plerisque tanto in pretio est habita, ut etiam publice legi soleret. At quæ secunda dicitur ad eosdem, ut notha rejicitur, quemadmodum et longa illa disputatio, ipsius Petri et Apionis nomen falso præferens. Hunc secundum a Petro Romæ episcopatum gessisse quidam autumant, alii vero quartum : Linum enim et Anacletum, inter ipsum et Petrum, Romæ episcopos fuisse, ac tertio demum Trajani anno vitam finiisse.

IDEM, *ibid.*, cod. 126.

Ἀνεγνώσθη βιβλιδάριον, ἐν ᾧ Κλήμεντος ἐπιστολαὶ δύο πρὸς Κορινθίους ἐνεφέροντο· ὧν ἡ πρώτη δι' αἰτίας αὐτοὺς ἄγει, στάσεσι καὶ ταραχαῖς καὶ σχίσμασι τὴν πρέπουσαν αὐτοῖς εἰρήνην καὶ ὁμόνοιαν ἐμπολιτεύεσθαι, λύσαντας, καὶ παραινεῖ παύσασθαι τοῦ κακοῦ. Ἁπλοῦς δὲ κατὰ τὴν φράσιν καὶ σαφής ἐστιν, καὶ ἐγγὺς τοῦ ἐκκλησιαστικοῦ καὶ ἀπεριέργου D χαρακτῆρος. Αἰτιάσοιτο δ' ἄν τις αὐτὸν ἐν ταύταις· ὅτι τε τοῦ ὠκεανοῦ ἔξω κόσμους τινὰς ὑποτίθεται εἶναι· καὶ δεύτερον ἴσως, ὅτι ὡς παναληθεστάτῳ τῷ κατὰ τὸν Φοίνικα τὸ ὄρνεον ὑποδείγματι κέχρηται· καὶ τρίτον ὅτι ἀρχιερέα καὶ προστάτην τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν ἐξονομάζων, οὐδὲ τὰς θεοπρεπεῖς καὶ ὑψηλοτέρας ἀφῆκε περὶ αὐτοῦ φωνάς· οὐ μὴν οὐδ' ἀπαρακαλύπτως αὐτὸν οὐδαμῇ ἐν τούτοις βλασφημεῖ. Ἡ δὲ δευτέρα καὶ αὐτὴ νουθεσίαν καὶ παραίνεσιν κρείττονος εἰσάγει βίου, καὶ ἐν ἀρχῇ Χριστὸν τὸν Θεὸν κηρύσσει. Πλὴν ὅτι ῥητά τινα, ὡς ἀπὸ τῆς θείας Γραφῆς, ξενίζοντα παρεισάγει· ὧν

Lectus est libellus, in quo Clementis epistolæ duæ ad Corinthios continebantur : quarum prima ipsos accusat, quod seditionibus, turbis ac dissidiis, pacem et concordiam quæ inter ipsos versari debuerat, solverint; hortaturque ab hoc malo cessare. Est autem dictione simplex ac perspicuus, accedensque ad ecclesiasticam et inelaboratam dicendi formam. Reprehenderit vero in illis quispiam : quod extra oceanum mundos quosdam existere supponit : deinde forte etiam, quod phœnicis avis exemplo tanquam verissimo utitur : tertio quod Pontificem Præsidemque Dominum nostrum Jesum Christum appellans, illas Deo convenientes ac sublimiores de eo voces non protulit; tametsi nec aperte ipsum ullibi in his blasphemet. Secunda vero et ipsa institutionem ac admonitionem melioris vitæ inducit; atque in principio Christum Deum prædicat. Verum dicta quædam peregrina velut e sacra Scriptura subinducit : quibus ne prima qui-

[a] Ephes. IV, 2.



Digitized by Google

οὐδ' ἡ πρώτη ἀπήλλακτο παντελῶς. Καὶ ἑρμηνείας δὲ ῥητῶν τινων ἀλλοκότους ἔχει· ἄλλως τε δὲ καὶ τὰ ἐν αὐταῖς νοήματα ἐῤῥιμμένα πως, καὶ οὐ συνεχῆ τὴν ἀκολουθίαν ὑπῆρχε φυλάττοντα.

A dem epistola omnino vacat. Et interpretationes locorum quorumdam alieniores profert. Alioquin ipsa quæ in his epistolis insunt sensa, nonnihil abjecta sunt, neque continentem seriem ac consequentiam servant.

XII.

ANASTASIUS Bibliothecarius, *Hist. eccles.*, edit. Paris., pag. 17.

Hujus (Clementis) Epistola fertur ad Corinthios missa, quam tota recipit, ut Hegesippus testatur, Ecclesia.

XIII.

NICON monachus, in *Pandect.* serm. 18.

*Κλήμεντος Ῥώμης.* Δίκαιον οὖν καὶ ὅσιον... καὶ στάσεις τοῦ ἀπαλλοτριῶσαι ἡμᾶς τοῦ καλῶς ἔχοντος. Τοίνυν ἀκολουθήσωμεν τοῖς μετ' εὐσεβείας... Πόῤῥω ἀπέχει ἀπ' ἐμοῦ... Κολληθῶμεν οὖν τοῖς ἀθώοις καὶ δικαίοις· εἰσὶ δὲ οὗτοι ἐκλεκτοὶ τοῦ Θεοῦ. Γέγραπται γάῤ· *Κολλᾶσθαι τοῖς ἁγίοις, ὅτι οἱ κολλώμενοι αὐτοῖς, ἁγιασθήσονται.* Καὶ ὁ Κύριος λέγει· *Τὸν ὁμολογήσαντά με... τοῦ Πατρός μου.* Ἐν τίνι δὲ... τῶν ἐντολῶν. Hæc ex codd. Regiis 2418, 2423, 2424, descripsit Cotelerius, ediditque in not. ad epist. Clem. cap. 14, unde huc translata sunt.

*Clementis Romani.* Justum ergo et sanctum... in dissidia et seditiones (homines collimantes) ut nos a recto et honesto avertant. Eos ergo sequamur, B qui cum pietate . . . Procul a me abest . . . Adhæreamus ergo viris honestis et justis: hi vero sunt electi Dei. Scriptum est enim: *Facite ut sanctis adhæreatis, quia qui illis adhærent, sanctificabuntur.* Et Dominus dicit: *Qui me confessus fuerit . . . Patris mei.* In quonam autem . . . mandata illius (non spernendo). Epist. 1, cap. 14, 15 et 46; Epist. 2, cap. 3.

# JUDICIA RECENTIORUM

ET PRIMUM QUIDEM

## PATRICII JUNII PRÆFATIO.

Si plenius de Clemente nostro et ejus scriptis, C ornatissimum et clarissimum virum dominum Thomamice Lector, scire desideras, Gregorium Turonensem *De martyrum gloria*, Simeonem Metaphrastem, Pontificum Romanorum βιογράφους, Baronium, annalium conditorem, Sixtum Senensem, Bellarminum et alios, qui ecclesiasticos scriptores et eorum scripta nobis tradiderunt, per otium potes consulere. Nos nube hac tam illustrium testium, quos in antecessum præmisimus, contenti, oculis tuis et patientia diutius abuti desinimus, et de fide et auctoritate hujus operis γνησίου καὶ ἀναμφιβόλου, plura de nostro adjicere supersedemus, ne soli lucem fenerari, et faculam obscuram meridie accendere velle videamur. Antequam autem ad lectionem divini hujus et plane apostolici scripti te accingas, patere, quæso, ut de antiquitate exemplaris quo D nos usi sumus, et de versione nostra plana et rudi, paucis te moneamus. Cyrillus, qui hodie Constantinopoli patriarchatum obtinet, vir pietate et eruditione insignis, ex Ægypto, cum sedem Alexandrinam relinqueret, magnam librorum supellectilem secum advexit, inter quos codicem omnium vetustissimum et longe pretiosissimum (in quo veteris et novi fœderis libri litteris grandioribus, manu Theclæ nobilis feminæ Ægyptiæ, circa primi concilii Nicæni tempora, bellissime exarati sunt) per mam Roe, equitem auratum, et apud Turcarum impp. serenissimi regis nostri oratorem, cum ex Oriente rediret, dono ad serenissimum regem nostrum transmisit. Ad calcem venerandi hujus codicis et κειμηλίου τιμαλφεστάτου, in membranis laceris, adjecta erat Clementis ad Corinthios Epistola eadem manu scripta, quam nunc bono publico et tuo usui in lucem damus, legis Pythagoricæ non immemores (quæ, ut Synesius in *Dione* auctor est, οὐκ ἐᾷ τοῖς βιβλίοις ἐπιποιεῖν, ἀλλὰ βούλεται μένειν αὐτὰ ἐπὶ τῆς πρώτης χειρὸς, ὅπως ποτὲ ἔσχε τύχης, ἢ τέχνης), nihil dementes, nihil de nostro addentes, non syllabam, non litteram, non apicem aut iota unum, fidelissime quantum potuit fieri expressimus. Voces autem deperditas et litteras vetustate exesas, spatiis et interstitiis accuratissime dimensi, pro ingenioli nostri tenuitate supplevimus et minio rubro (novo hoc et inusitato imprimendi genere), notavimus; quod a nobis consulto factum est, ne rejicientes te sæpius ad notas, molestiam tibi inutilem crearemus, vel oram libri supplementis et emendationibus crebris nimium fœdaremus, denique ne industriis felicioribus et ingeniis στοχαστικωτέροις conjecturam liberam ad judicium liberius præriperemus. In reliquo etiam opere, errata quamplurima expunximus, et us

Digitized by Google

omnia quam emendatissima prodirent, pro facultate nostra et modulo adnisi sumus. Verum hoc sic accipi volumus, non tanquam assecutos nos credamus, sed tanquam assequi laboraverimus, et fortasse non frustra; si modo tu candidum te æstimatorem laborum nostrorum, et diligentiæ qualiscunque benignum interpretem præbueris, stylus auctoris et scribendi genus primævam simplicitatem sapit, et tenera adhuc nascentis Ecclesiæ incunabula, quibus veteres Patres et Ecclesiæ primi nutritii, nihil excelsum aut elatum, nec ad audientiæ popularis illecebras culto sermone fucatum, in medium proferebant; sed ad divinam indulgentiam prædicandam, et gratiam ac salutem auditori procurandam (ut Cyprianus ad Donatum) verbis non disertis sed fortibus, et rudi veritate simplicibus utebantur. Quare si in versione nostra eloquii venustatem aut rhetorici sermonis nitorem exspectas, frustra fueris; fides, non ornatus aut verborum elegantia, nobis præ oculis in hoc negotio erat. Quod reliquum est, conatibus nostris fave, et pleniorem opem huic nostro tribue, aliosque veteres, qui memoriam suam tibi commendant, ab oblivionis injuria assere; quorum immortalitati dum consulis, pariter et tuæ prospicies. Vale, et æternitatem cogita. Oxonii pridie Kal. Nov. 1632.

## EJUSDEM ΠΡΟΣΗΜΕΙΩΣΙΣ.

*Veteres primitivæ Ecclesiæ episcopi, non tantum gregibus sibi commissis, ut monet Paulus, sedulo attendebant, quos verbo et sermone, sanctaque et inculpata conversatione instruebant; verum etiam, ut dilectionem Spiritus, charitatem individuam, unam fidem, unam Ecclesiam, et episcopatum unum ostenderent, curam suam et sollicitudinem ad longe dissitos extendebant, et quos viva voce, propter locorum distantiam, in verbo Domini et vera pietate erudire non poterant, per epistolas monere, consulere, objurgare interdum, et universam fraternitatem (ut Cyprianus de epistolis suis ad clerum Romanum scriptis loquitur) ad deprecandum Dei misericordiam, alloqui et hortari non desinebant: duplicique hac ratione Christi Evangelium prædicabant. Quod Clementi Alexandrino*[1] *est* ἐγγράφως καὶ ἀγράφως τὸν λόγον κηρύττειν, *voce scilicet et scripto; ubi probat* ἐπιστήμην τὴν διὰ τῆς χειρὸς, *quam vocat* ἀγγελικὴν, *non minus commodi et utilitatis Ecclesiæ Dei afferre, quam illam alteram, quæ* διὰ τῆς γλώττης *est, et* κηρυκικὴ *appellatur. Hinc est, quod inter Cypriani, et aliorum Patrum scripta, frequentes epistolæ ad clerum et plebem diversarum Ecclesiarum, reperiantur, hujusque generis sunt quæ Encyclicæ nominantur, qualis et hæc, quæ in manibus est, non immerito censenda est, cum publice in omnibus ecclesiis primitus legeretur, licet ad unam scripta, ac hoc nomine ab Epiphanio etiam insigniatur. Magnam autem olim inter Ecclesiam Romanam et Corinthiacam necessitudinem, et animorum conjunctionem fuisse, præter hanc responsoriam Clementis, testantur etiam epistolæ Dionysii Corinthiorum episcopi, quarum mentionem facit Eusebius Historiæ suæ* lib. IV, cap. 22, *quippe quæ eosdem apostolos Petrum et Paulum, primos fundatores haberent, et in eadem fide conspirantes, doctrinæ consanguinitate (ut verbis Tertulliani utar), pacis communicatione, fraternitatis appellatione, et hospitalitatis contesseratione, tanquam firmissimo glutino, inter se invicem copularentur. Ecclesiæ autem Romanæ non suum nomen fronti præfixit; ut modestiæ et humilitatis posteris ætatibus exemplar imitandum proponeret: et Corinthios, quos ad fraternam concordiam et humilitatem tota hac epistola hortatur, non tantum scripto, sed exemplo etiam suo, veram et non fucatam* ταπεινοφροσύνην *doceret, quæ, Basilio teste,* τῶν ἄλλων ἀρετῶν θησαυροφυλάκιον *est. Quo anno autem episcopatus ejus missa sit hæc epistola, et an Romæ esset Clemens cum hanc scriberet, apud antiquos nullum vestigium: probabile est non prius scriptam fuisse quam in exsilium relegaretur, quod factum est biennio antequam martyrio vitam finiret; quod ex ipsius verbis non obscure colligi potest, ubi de Pauli laboribus, de mortis genere, et martyrii loco disserens, ait, eum in finibus Occidentis passum esse. Verisimile est, si in urbe tum fuisset,* ἐν ταύτῃ τῇ βασιλίδι πόλει, *vel aliquid ejusmodi, voluisse illum scribere. Adde quod statim in initio, cum tarditatem suam in rescribendo excusat, calamitatum suarum et* περιπτώσεων *mentionem faciat:* ἀλλ' ἐπέχω καὶ οὐδὲν ὁρίζω, *et ex via hac* ἀδάτῳ, *quam nemo ante calcavit, pedem refero. Post salutationem, quæ verbis Paulinis concipitur, Corinthios propter constantis fidei sinceritatem, propter morum probitatem, et insignem in omnibus* εὐκοσμίαν καὶ εὐταξίαν, *vehementer laudat, et in hoc etiam Pauli discipulum se probat, qui Epistolas suas a laudibus ordiri amat. Sic enim ad Romanos:* Ἡ πίστις ὑμῶν καταγγέλλεται ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ, *sic ad Corinthios:* Ἐπλουτίσθητε ἐν αὐτῷ, ἐν παντὶ λόγῳ καὶ πάσῃ γνώσει, ὥστε ὑμᾶς μὴ ὑστερεῖσθαι ἐν μηδενὶ χαρίσματι. *Sed non est propositum nostrum accuratam analysin, aut longiores commentarios scribere: neque operæ typographicæ, quæ connatas has et congenitas stricturas præcipiti festinatione extrudunt, immaturum fetum teneriore cura lambere, et paterni affectus* γνωρίσματα *simul exponere, patiuntur. Quare præter illa quæ magis obvia erant, et supra a nobis suis locis in margine emendata sunt, quædam inpræsentiarum, quæ medicam manum desiderant, vel notatu digniora videbuntur, observabimus, reliqua cum Græcia aut Ægyptus exemplar emaculatius et perfectius nobis subministrarint, vel in Hieronymi versionem Latinam incidere*

[1] Lib. I *Strom.*

Digitized by Google

*contigerit, quam in bibliothecis alicubi latere, spem nobis facit catalogus codicum fratrum Lobiensium, quem domi habemus scriptum ante 400 annos, ad calcem Operum Fulgentii; atque utinam id aliquando evenial, et spes nostræ non inanes deprehendantur!*

## Ex epistola Gallica V. A. Hieronymi Bignonii ad Hugonem Grotium, data Lutetiæ a. d. 7 Augusti 1633.

Velim scire quodnam sit tuum judicium de epistola Clementis nuper in Anglia edita. Fides codicis manuscripti, qui ex Oriente advectus dicitur et M. Britanniæ regi donatus, sinceritas Patricii Junii, qui eam edidit, testimonia a veteribus ex ea epistola deprompta, quæ in hac etiamnum leguntur, primum veram ut crederem Clementis epistolam me adduxerunt. Postea styli quædam ratio et spiritus, ut ita dicam, sæculi ita ei inesse videbantur, ut vix dubitandi esset locus. Attamen, dum eam lego, fateor mihi quædam in ea occurrere a stylo apostolico aliena. Insunt frequentiora epitheta, amplificandique formulæ, quæ ævum posterius, Liturgiasque et Euchologia Græcorum sapere videntur. Argumentum e phœnice ductum, ejusque descriptio aliena, meo quidem judicio, sunt a Clemente, proximo apostolorum discipulo; quamvis qui eum secuti sunt, eo argumento usi sint, sed contra ethnicos et philosophos, inque scriptis alius generis, quam est epistola ad Ecclesiam apostolicam data, quæque aliquandiu pro canonica habita est. Occurrit etiam locus, in quo oblationes vult loco, tempore et horis certis offerri, pag. 52 et 53, ubi etiam legitur vocula *laicus*, quæ mihi suspecta est. Pagina etiam 62 Ecclesiam Corinthiam ἀρχαίαν vocat, quod vix Clementi convenire queat. Denique, cum scriptum genuinum censeam, crediderim tamen plures clausulas et voces ei additas ab iis a quibus postea exscripta est; quod etiam aliis ejusdem antiquitatis scriptis, ipsique adeo Clementi contigit. Libenter audiverim quid de re sentias tu, cui non facile, ad talia egregie sapienti, imponi queat.

## Hugo Grotius epistol. ad Gallos CLIV, ad amplissimum virum Hieronymum Bignonium, in supremo Senatu Parisiensi Advocatum Regium.

Epistolam quæ Clementis ad Corinthios inscribitur, vir amplissime, ab Anglis promissam mihi jam pridem, cum Hamburgi frustra diu exspectassem, nunc demum, postquam Francofurtum veni, viri maximi, Suecorum regii cancellarii vocatu, a familia Anglicani legati accipio. Nolui vero ad moram hanc, sine mea culpa natam, aliam adjungere, quamvis nec litteræ tuæ quibus responsum tam diu debeo, essent ad manum, neque librorum, quos inspectos vellem, copia. Quod unum potui, epistolam illam legi relegique aliquoties, et omnibus quantum mearum est virium expensis, aliter existimare non potui, quin hæc sit eadem quam legit Photius, cujus tempore cum exstiterit, non mirum est, si ad nostra tempora in sanctioribus libris servata fuerit. Neque vero causæ quidquam video, cur aut illa quam Photius legit, non eadem sit cum ea quam Hieronymus et ante eum Clemens Alexandrinus, propiusque Clementis Romani tempora Irenæus, habuerunt: aut cur illi alius dandus sit scriptor, quam is ipse Clemens Romanus, quod tanto consensu ab omnibus proditum est. Non loca tantum omnia, quæ ab antiquis adducuntur, hic apparent, sed et res ipsæ, quas observat Photius, et quod maximum, character Hieronymo dictus, ad illum qui est in Epistola ad Hebræos accedere. Cujus causa non alia est, quam quod hic Clemens, ut et Lucas, et quisquis ille est scriptor ad Hebræos Epistolæ, antequam Christiani fierent, Græcum sermonem ex eruditis auctoribus hauserant, cujus nitor, ubi non aliena dicta, aut ex sacris litteris deprompta verba suis inserunt, sed liberiori dictione utuntur, facile cognoscitur. Hinc illæ voces, μεγαλοπρεπές, ἀπροσωπολήπτως ῥιψοκινδύνους, αὐτεπαίνετος, ἐργοπαρέκτης, ἀξιαγάπητος, μωμοσκοπεῖσθαι, ἑτεροκλινές, ἑτερογνώμων, et, quo Lucas utitur, ἀντοφθαλμεῖν, aliaque similia. Et ipse sermo, non ut ἑδραζουσιν in minutias concisus, sed largius fluens. Nam et lectum ab illo Euripidem et Sophoclem ostendunt sententiæ ex illius *Phœnissis*, hujus *Ajace* translatæ. Accedunt indicia non simulatæ vetustatis: Quod de Christo semper loquitur, non ut posteriores πλατωνικώτερον, sed simpliciter plane, et ut Paulus apostolus solet. Alia quoque dogmata postea subtilius explicata tractat ἀφελέστερον, et vocibus κλήσεως, κλητῶν, ἐκλεκτῶν, sensu plane Paulino utitur; quod in Veteris Instrumenti locis purissimam neque adhuc interpolatam sequitur Septuaginta senum versionem. Sed nec illos spernit Hebræorum libros, qui secundum Vetus Instrumentum apud Christianorum antiquissimos auctoritatem habuere; quod verbis rebusque utitur desumptis ex iis quæ Paulus, Petrus et alii ad Hebræos scripsere, non etiam ex illis libris quæ Evangelia nos vocamus, quæque post Epistolas prodierunt; quod dicta quædam usurpat non scripta, sed ut memoria recente per manus tradita; quod nusquam meminit exsortis illius episcoporum auctoritatis, quæ Ecclesiæ consuetudine, post Marci mortem, Alexandriæ, atque eo exemplo alibi, introduci cœpit, sed plane ut Paulus apostolus, ostendit ecclesias communi presbyterorum, qui iidem omnes et episcopi ipsi Paulo dicuntur, consilio fuisse gubernatas. Nam quod ἀρχιερέα, λευίτας et λαϊκοὺς nominat, omnia ista nomina non ad Ecclesiam, sed ad templum Hierosolymiticum pertinent; unde in-

Digitized by Google

fert omnia certo ordine agenda, si Judæis, tanto magis Christianis. Tempus ipsum quo scripta est hæc epistola, ego ad finem Neronis, aut certe ad eos annos qui Vespasiani imperium antecesserunt, referam. Nam oblationum meminit, quæ in templo ex lege fierent, sicut et ad Hebræos scriptor, post cujus epistolam hanc credo scriptam : eoque fieri ut aliqua inde sumpta suæ intexuerit epistolæ Clemens. Mirum videri possit dissidia ista Corinthiorum Christianorum ad vim usque, et ut loquitur, bellum, id est, rixam, progressa, nisi et de aliis ex Hebræa gente Christianis similia commemoraret in Epistola Jacobus. Ex iis autem, quorum ad vim usque progressa erat animi impotentia, quosdam a magistratibus in carcerem datos, non est quod miremur. Neque enim de nihilo est, quod Ponticis Christianis scribens Petrus [7] tam sollicite eos monet, μὴ γάρ τις ὑμῶν πασχέτω ὡς φονεὺς, ἢ κλέπτης, ἢ κακοποιός. Hæ sunt causæ, cur ego hanc epistolam non modo genuinam arbitrer, sed et nulla in ea manus adulteræ vestigia agnoscam. Alteram epistolam, cujus fragmentum additum est, quanquam Clementis et ipsa in libris nonnullis nomen prætulit, non esse tamen ei tribuendam, etiam veteres judicarunt : quorum auctoritati accedit characteris diversitas. Neque tamen dubito, quin primi sæculi sit opus, scriptum ante constitutum ecclesiarum consensu canonem, et forte alterius alicujus Clementis. Hæc quæ mihi visa, eadem libertate qua colloqui tecum mihi concesseras, ad exactissimum de rebus omnibus judicium tuum, vir omni ex parte incomparabilis, defero, etc. Francofurti 17 Julii 1634.

A

B

## Ex alia epistola ejusdem Bignonii, a. d. 28 Augusti 1634 data.

Gratias tibi ago, eruditi et solidi tui judicii, de Clemente, causa. Solus hodie horæ momento ejusmodi res dirimere potes, idque cuivis sæculo et scriptori, quod ei debetur, reddere, et fructum, qui ex eo capi possit, ostendere. Rationibus tuis nihil est quod objiciatur, judiciique tui auctoritatem irrefragabilem esse par est. Genuinum quidem omnino monumentum hoc esse putaveram, sed suspicabar ei periodos aut voces aliquot a librariis assutas. Tu vero dubitatione illa me levas, nisi quod narratio de phœnice me etiamnum nonnihil offendit; quippe quæ copiosior est et σοφιστικωτέρα, quam stylus apostolicus patiatur. Ea fabula, quamvis a scriptoribus Christianis postea adhibita, scriptis primi successoris apostolorum Principis non sat digna videtur, præsertim tot verbis exposita. Alioqui mirum videri non possit eum esse usum opinione tunc temporis recepta, ut ethnicos ad veritatem doctrinæ Christianæ plenius admittendam invitaret; quomodo et Paulus usus est inscriptione *Dei ignoti* [8], quamvis sententia diversa ab opinione vulgari atque inscriptionis basi aræ insculptæ. Putabam ergo descriptionem phœnicis adjectam ab alio fuisse nudæ ejus mentioni, a Clemente obiter injectæ; sed in meliore tua sententia acquiesco, nec meum est tecum contendere.

C

*(Excerpta hæc sunt e testimoniis de Bignonio, quæ alteri editioni Parisinæ Formularum Marculfi anni 1663 sunt præfixa.)*

# HERMANNUS CONRINGIUS

## JOACHIMO JOANNI MADERO, VIRO DOCTISSIMO S. P. D.

Præclare de publico mereris, doctissime Madere, illas horas, quas succidere tibi licet ordinario muneri, in id impendens, ut hominibus nostris exhibeas primæ illius aureæ tempestatis quæ superant monumenta. Etsi enim [9] *perfectus sit* divinarum *Scripturarum canon*, et jamdudum cum S. Augustino [10] *didicerimus, solis illis libris hunc honorem timoremque deferre, ut nullum eorum scribendo aliquid errasse, firmissime credamus :* per tamen simul est jucundum atque utile, apostolorum quoque discipulos auditoresque consulere, quid illi scilicet a tantis magistris acceperint, aut certe quanta fide doctrinam acceptam servarint, qui non dubitavere sanguinem suum profundere in Christi testimonium, *induti* jam proinde *stolis candidis, et ante thronum Dei constituti serviunt illi die ac nocte in templo ejus, illo qui sedet in throno habitante super illos* [11], quo elogio martyres Spiritus sanctus prosecutus est. Saltem illa nefas est contemnere, quæ publica auditione ipsa vetus et sancta Ecclesia dignata est : ut Polycarpi epistolam *in Asiæ conventibus, Clementis in nonnullis locis* publice lectitatam esse, et Eusebii et S. Hieronymi testimonio novimus [12]. Hanc certe utramque Epistolam magni facere par est, vel ideo quoniam ad utramque, ceu ad secundarium quemdam sinceræ fidei canonem, jam tum olim adversus hæreses sui sæculi provocaverit sanctissimus martyr Irenæus [13]. In utraque

D

[7] I Petr. IV, 15. [8] Act. XVII, 23. [9] Vinc. Lirinens. [10] Epist. XIX, ad Hier. [11] Apoc. VII, 15 [12] Lib. III *Histor.*; *Lib. de scriptor. eccles.* [13] Lib. III, c. 3.

Digitized by Google

autem illa publicanda hactenus tuam operam collocasti, primum Polycarpi, nunc et Clementis sanctas illas litteras edens.

Neque vero quidquam video causæ, cur suspicemur alias esse illas nostras ab iis quas tanto in pretio prisca Ecclesia habuit. In Polycarpi sane epistola deprehendere est ipsam illam de Deo et Domino nostro Jesu Christo sanam doctrinam, cujus nomine refellendis sui sæculi hæresibus, ἱκανωτάτην illam pronuntiavit commendavitque S. Irenæus : deprehendere est locum integrum unum alterumque, quem adducit Eusebius[14], et post illum Nicephorus Callistus, et quidem ita ut liquido appareat, fraude nulla insertos esse : deprehendere est ex prima Petri Epistola deprompta haud pauca, quæ idem Eusebius notaverat : deprehendere denique est illud omne, quod Photius, accuratissimus librorum censor, in lecta Polycarpi epistola animadverterat, *multis nimirum refertam admonitionibus*, μετὰ σαφηνείας καὶ ἁπλότητος κατὰ τὸν ἐκκλησιαστικὸν τῆς ἑρμηνείας τύπον, quodque in ea dicat auctor *se Ignatii epistolas ad Philippenses misisse, petereque ab illis edoceri si quid de eo inaudiant.* Horum, inquam, omnium desideratur nihil. Ad hoc, ipsum Epistolæ exordium ostendit, scriptam illam, quo tempore non unius exsortis episcopi in manu Ecclesiæ erat administratio, sed communi presbyterorum consilio et auctoritate omnia regerentur : quod non diu post Polycarpum mutavit. Sed et videre est damnata placita Marcionis de carne et passione Christi, resurrectione item et judicio mortuorum, illamque adeo solemnem et uni illi martyri propriam detestationem, qua obviam sibi Romæ factum Marcionem excepisse Polycarpum, πρωτοτόκου scilicet τοῦ Σατανᾶ, memorat Irenæus[15]. Ex adverso, quibus Flacius, eumque secuti alii, dubiam reddere Epistolam illam tentavere, talia sunt ut in commodum συλλογισμὸν referre nequeas, quamvis coneris. Simplicitas certe dictionis et inelaboratus sermo, quæ illi causantur, arguunt potius apostolicam ætatem scriptionemque, ut quæ uni illi tempestati et solis apostolis, eorumque discipulis familiaria fuerint.

Par ratio est Clementinæ illius Epistolæ ad Corinthios, quam ex vetustissimo Alexandrino codice nobis non adeo pridem Patricius Junius vir clariss. communicavit, et tu hodie ex Londinensi exprimis. Etiam hic enim invenire est, quæ cum de illa, tum ex illa veteres omnes prodiderunt. Observamus sane et στάσιν οὐκ ὀλίγην Corinthi ortam inter fratres, progressam nimirum ad vim et bellum, sive duella : et Romanæ Ecclesiæ, non autem unius Clementis nomine exaratas litteras; easque ad pacem et concordiam Corinthios flectentes, memorantesque eorum fidem, quam recenter ab apostolis acceperant, plane quemadmodum Epistolam illam laudavit S. Irenæus[16]. Quæ Clemens Alexandrinus et Origenes[17] ex illa Epistola proferunt, verbis totidem in nostra reperiuntur, et quidem ita ut ibi nata dixeris, non autem dolosa manu inducta. Eusebius[18] quoque prodit, dissidio apud Corinthios orto, scriptam a Clemente nostro Epistolam ὡς ἀπὸ τῆς Ῥωμαίων Ἐκκλησίας, aut ut alibi loquitur, ἐκ προσώπου τῆς Ῥωμαίων Ἐκκλησίας, eamque dictionis charactere et sententiis cum Epistola ad Hebræos plurimum convenire : quæ omnia hic luculentissime apparent. Qualem vero Epistolam illam Eusebius, talem et S. Hieronymus[19] eam nobis descripsit : ut proinde nostra hæc ab illa quæ Hieronymo ad manum fuit, nihil abeat. Sed et quæ idem S. Hieronymus[20] semel iterumque ex Epistola illa in medium affert, haud in nostra desiderantur : perinde ut hic reperitur etiam illa phœnicis commemoratio, quam ex Clementis epistola producit Cyrillus Hierosolymitanus[21]. Omni ex parte quoque nostra hæc respondet illi descriptioni quam Photius in *Bibliotheca* habet, argumento videlicet, dictione et doctrina de mundis trans oceanum, de Phœnice et de Christi persona. Tantum deest fortassis quod S. Justinus martyr[22], sive quis alius auctor *Responsion. ad orthodox.* ex Epistola illa refert, quodque ceu Clementi dictum laudat Basilius ad Amphilochium. Verum non est quod propterea sequius suspicemur, cum quatuor integra folia nobis deesse testetur is cui editionem primam debemus, Patricius Junius : et Basilius (sive alius libri illius scriptor) illa sua ex hac Epistola forte non prompserit. Nihil sane ex omni antiquitate produxeris de Clementis illa germana Epistola, quod merito quem fecerit de nostra dubitare.

Jam vero cum cura nostram hanc legenti nihil occurrit fucati aut subdoli; et tamen omnia referunt plane apostolica tempora, charactere scribendi, et doctrina ipsa. Quod firmo est argumento, saltem ex illo ævo ad nos Epistolam illam pervenisse, etsi de auctore forte non constaret. Sermo sane is est, qualem summus criticus Photius judicavit, ἁπλοῦς κατὰ τὴν φράσιν καὶ σαφὴς, καὶ ἐγγὺς τοῦ ἐκκλησιαστικοῦ χαρακτῆρος; extra autem primum illud Ecclesiæ ævum frustra formam illam scribendi quæsieris. Sic quod epistola Romanæ Ecclesiæ, non vero episcopi et presbyterorum aut episcopi solius nomine exarata est, alteri ætati quam soli apostolicæ non convenit : paulatim crescente auctoritate primum collegii presbyteralis, inde unius episcopi, et sensim a curatione sacrarum rerum remoto populo. Sequens etiam ævum longe aliter de persona Christi locutum est : cum hic non fere alia reperias, quam illa quibus S. Paulus est usus. Videre etiam hic est in ordine hierar

[14] Lib. III *Hist.*, c. 36; l. IV, c. 14. [15] Loc. citat. [16] Lib. III, c. 13. [17] Lib. IV *Strom.*; lib. II *Περὶ ἀρχῶν*. [18] Lib. III *Hist.* c. 12 et 32. [19] *De scriptor.* [20] In cap. LII Isai. et cap. IV Ephes. [21] Catech. 18. [22] Resp. 74 Basil., c. 29.

Digitized by Google

chico numerari non alios quam episcopos et diaconos, episcopi nomine omnes presbyteros comprehendente : secus quam infra apostolica et apostolicis viciniora tempora obtinuit. Huic uni ætati etiam congrua est sacrificiorum celebratio in Hierosolymitano templo, cujus hæc Epistola meminit. Multa alia non simulatæ vetustatis indicia congessit Hugo Grotius, vir summus, epistola quadam ad Hieronymum Bignonium, quæ in libro *Epistolar. ad Gallos* est CLIV : quæ non possum non probare : nisi in eo erraverit ille ὁ πάνυ, quod neget Clementem aliquid ex Evangeliis, quæ appellamus, adduxisse, cum tamen ex S. Lucæ cap. VI verba Domini nostri sint repetita. Satis vero vel illa a nobis allata sunt paria vindicandæ suæ dignitati illi nostræ epistolæ : eoque nihil attinet plura in confirmationem nunc producere. Et sane tibi quidem, mi Madere, fortasse satis est id, quod nemine adversante omnes omnino, penes quos hodie criticæ regnum est, Epistolam hanc ut germanam admittant. Quidni enim tuto sequaris hac in re Grotios, Salmasios, Calixtos, Horneios, Vossios, Rivetos, Blondellos, Seldenos, Petavios, Patricios, aliosque censores librorum exactissimos? Præsertim si nemo doctior dissentiat, ut hic dissentit, quod sciam, nemo.

Loquor vero, uti novisti, tantum de Epistola illa prolixiore ad Corinthios, non de altera ista, cujus fragmentum itidem publicavit Patricius ille Junius. Quanquam et hanc existimem esse illam Photio lectam, imo illam cujus Eusebius, Hieronymus, et alii meminerunt, ut Clementi quidem auctori tributæ, sed perperam. Utique enim in hoc ipso fragmento deprehendas quod Photius notavit, nempe νοθεσίαν καὶ παραίνεσιν χρείττονος βίου, καὶ ἐν ἀρχῇ τὸ κήρυγμα Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ. Solam, nimirum, illam primam cum omni antiquitate germanam agnosco : alteram non item, etsi sit vetusta, et longe melioris notæ, atque sunt illæ quæ vulgo apud Latinos Clementis nomine circumferuntur. Et vero nonnisi unicam a Clemente epistolam profectam esse, reliqua vero omnia, quæ sive Constitutionum apostolicarum, sive Recognitionum, sive Epistolarum nomine veniunt, mentiri auctorem, vel illud unum pro sufficiente est argumento, quod S. Irenæus nonnisi unicam illam laudet in veritatis catholicæ testimonium, dum studiose oppugnat hæreses, episcoporum Romanorum consensu. Imo tanti est roboris illa Irenæi commendatio, ut par sit reliquorum etiam episcoporum Romanorum ejus ævi epistolis, quas Isidorus Mercator edidit, falsi convincendis. Quod ulcus tangere non est hujus instituti.

Ut redeam igitur ad epistolæ hujus meæ initium, laudabilem profecto operam præstas bono publico, vir doctissime, aurea illa primitivæ Ecclesiæ monumenta, rariora inventu hisce in oris et paucis lecta, nostris typis publicans. Non possum sane ego non tibi auctor esse, in illo instituto strenue pergendi. Ejusmodi utique scripta volvere, longe præstabilius utiliusque est, quam rixosis, imo contumeliosis libellis legendis tempus terere, quales hæc nostra ætas æterna cum infamia edit passim plurimos.

Vale, mi Madere, et salve plurimum. Helmestadii in Acad. Julia 1654, VI Kal. Decembr.

---

# JOACHIMI JOANNIS MADERI

## AD LECTOREM PRÆFATIO.

Properat ad te, Lector benevole, hæc Clementis ad Corinthios epistola ἱκανωτάτη καὶ θαυμασία, juxta Irenæum et Eusebium, multis jam sæculis desiderata. Luci illam non ita pridem donavit rursum vir clarissimus Patricius Junius, serenissimi, heu quondam! Britanniarum regis bibliothecarius, cui propterea maximas certe gratias debemus. Quantæ vero apud veteres fuerit auctoritatis, tot tibi illorum, quos deinceps exhibemus, suggerunt testimonia; quæ una cum aliis propheticis apostolicisque scriptis legi olim in quibusdam Ecclesiis solitam, fidem faciunt, itidemque de causa scriptionis et styli genere te certiorem reddunt. Non ergo erat, quo te amplius morarer, quandoquidem nunquam satis laudatus Patricius sua ad Lectorem præfatione veterum testimoniis supra subnexa, in reliquis tibi poterat satisfacere : ni fuisset qui tantam lucem nebula nuper voluisset obducere, et hujus scripti γνησιότητα temere nimis atque inconsiderate negare. Sane in verminoso libro suo quem interim, dum de hac editione cogito, in vulgus emisit, tam audacter famam ejus arrodit, ut ne tineis quidem trucibusque blattis, quæ damnum ipsi jam ante summum intulerant, mordacitate cedat. Nec tamen virum istum alias magnum, vel hanc epistolam, vel loca auctorum a quibus testimonia sumit, attente unquam reor legisse et probe examinasse, sed fucum potius simplicioribus parum ab antiquitate instructis facere voluisse. Ut enim silentio involvam frivola ista de minio rubro, quo lacunæ in superiore editione magna diligentia sunt notatæ, et quæ præterea de styli simplicitate et incondita ejus connexione profert, ut jamdudum ipsi Photio observata · primum imprudenter satis consarcinato-

Digitized by Google

rem epistolæ (ita namque ejus sonant Germanica) multa omisisse ait, quæ sub Clementis Romani nomine ab aliis Patribus citentur, velut Hieronymi locum in cap. II ad Ephesios : *Oceanus et mundi qui trans ipsum sunt;* et in quartum ejusdem : *Vinculum charitatis Dei quis potest enarrare?* quasi non utrumque, illud scilicet pag. 29 sub finem, hoc pag. 63 clare inveniatur scriptum. His subnectit, etiam centuriatores Magdeb., centur. I, lib. 2, X, observasse illud quod Basilius Magnus cap. 29 libri *De Spiritu S.* ex hoc Clemente citat in hæc verba scriptum : *Sed et Clemens Romanus :* « *Venit, inquit, Deus Dominus Jesus Christus et Spiritus sanctus,* » in ea quæ tum exstabat editione non potuisse reperiri. Mallem vero ostenderet aliquam, quæ tum exstiterit, hujus epistolæ editionem. Ipsi centuriatores paulo ante eodem illo capite : *Meminerunt*, inquiunt, *epistolæ cujusdam ejus ad Corinthios Irenæus, Eusebius et Hieronymus, quæ hodie nusquam exstat.* Num ergo deinceps sibi ipsis contradicunt? Non sane : sed longe illis mens alia verbis a paulo ante productis : *Incertum*, aiunt, *utrum ex ea Epistola, an ex alio aliquo Clementis scripto, Basilius in libro* De Spiritu S. *cap.* 29, *hæc verba protulerit in enumeratione testimoniorum doctorum veterum de Trinitate; sed et Clemens Rom.*, etc. Ex quibus paucis, amice Lector, judicare posses quam, scilicet, in reliquis oratio ejus mereatur fidem, adeoque quod proverbio dicitur, ἐκ τοῦ κρασπέδου τὸ ὕφασμα γινώσκειν, ni longe turpius sese in sequentibus daret ille ab affectibus excæcatus judex. Cum primis, inquit, illud de phœnice commentum prodit auctorem hujus epistolæ, non esse eum adjutorem S. Pauli, ad Philippenses IV, quod pag. 34 et 35 est reperire. Ubi Clemens ille personatus it probatum (quod minime verum est) resurrectionem carnis quotidie fieri, quemadmodum nox cubat, exsurgit dies, abit dies, nox ingruit et insequitur, etc. Hic principio non contentus vocem *carnis*, quæ nusquam in contextu comparet, causæ suæ probandæ gratia, inseruisse; præterea magna iterum cum impudentia hæreseos eum audet insimulare, quasi affine quippiam senserit, errori Hymenæi et Phileti, quorum dogma hoc fuerit, quod resurrectionem eodem modo, quemadmodum hic Clemens explicarint; nempe, unum hominem perire, alterum huic similem renasci; idque ad finem usque mundi duraturum. Sicuti hic Clemens asserat, quando parentes liberos gignunt, hoc vocari resurrectionem mortuorum. Pervolvas vero totam, quæso, epistolam, videasque num vel sensum solum, ne dicam verba postrema, exinde possis exsculpere. Argumentatur Clemens hoc modo : Si diem noctemque videant abire et redire; si semina in terram jacta computrescere, et nihilominus deinde fructus ferre : si phœnicem credant sepulcro sibi exstructo mori et ex seipso renasci; *an magnum et mirabile sit censendum, si rerum omnium opifex*, ut ipse loquitur, *resurgere eos faciat, qui in bonæ fidei conscientia illi inservierunt.* Ita D. Paulus jam ante satæ frugis argumento resurrectionem in priore sua ad Corinthios Epistola, cap. XV, evicerat, utunturque eadem probandi ratione tot deinceps sequentium sæculorum Patres. Cum primis illa naturæ dormientis et resurgentis exempla Septimiani styli diligentia ingeniose admodum auget et illustrat, plane ac si hunc ipsum Clementis locum de industria sibi sumpsisset exornandum. *Aspice*, inquit, *ad ipsa quoque exempla divinæ potestatis. Dies moritur in noctem, et tenebris usquequaque sepelitur. Funestatur mundi honor, omnis substantia denigratur. Sordent, silent, stupent cuncta : ubique justitium est. Ita lux amissa lugetur, et tamen rursus cum suo cultu, cum dote, cum sole, eadem et integra et tota universo orbi reviviscit; interficiens mortem suam, noctem, rescindens sepulturam suam, tenebras; hæres sibimet existens, donec et nox reviviscat, cum suo illo suggestu. Redaccenduntur enim et stellarum radii, quos matutina succensio exstinxerat, reducuntur et siderum absentiæ, quas temporalis distinctio exemerat; redornantur et specula lunæ, quæ menstruus numerus attriverat; revolvuntur hiemes et æstates, verna et autumna, suis viribus, moribus, fructibus.* Et paulo post de phœnice : *Si parum universitas resurrectionem figurat; si nihil tale conditio signat, quia singula ejus non tam moris quam desinere dicantur; nec redanimari, sed reformari existimentur, accipe plenissimum atque firmissimum hujus spei specimen. Siquidem animalis est res et vitæ obnoxia et morti; illum dico alitem Orientis peculiarem, de singularitate famosum, de posteritate monstruosum, qui semetipsum lubenter funerans renovat, natali fine decedens atque succedens; iterum phœnix, ubi jam nemo; iterum ipse, qui non jam; alius idem. Quid expressius atque signatius in hanc causam? aut cui alii rei tale documentum? Deus etiam Scripturis suis :* « *Et florebit enim, inquit, velut phœnix;* » *id est de morte, de funere; uti credas de ignibus quoque substantiam corporis exigi posse. Multis passeribus nos antistare Dominus pronuntiavit; si non et phœnicibus, nihil magnum. Sed homines semel interibunt, avibus Arabiæ de resurrectione securis?* Sic quam elegantissime Tertullianus sæculo post natum Christum tertio, libri *De resurrect. carnis* cap. 12 et 13, ne solum Clementem ejusmodi argumentis usum existimes. Nam et Epiphanius, Constantiæ Cypri episcopus, in *Ancorato* suo sive fidei Christianæ expositione, et Cyrillus Hierosolymitanus, *Catechesi* XVIII, tum Dracontius in *Hexaemero* in eamdem scribunt sententiam, ut alios omittam qui de phœnice tanquam resurrectionis signo singulariter loquuntur. De ea namque in ore olim atque in sermone omnium erat fabula : *Jam ad aures multorum pervenit credentium et non credentium*, inquit Epiphanius dicto loco; unde et tam frequens ejus cum apud gentiles, tum Christianos mentio, licet in illorum narrationibus non parva reperiatur varietas. Videatur ex illis Herodotus lib.

Digitized by Google

II, cap. 73; Ovid., XV *Metamorph.* vers. 392; Plinius, lib. X *Histor. naturalis* cap. 2; Mela, lib. III; Solinus Polyhist., cap. XLVI; Aristides in *Palinodia de Smyrna restaurata*, tom. I, p. 470; Ælianus lib. VI *Histor. animal.*, cap. 58; Lucianus, Dialogo περὶ τοῦ Περεγρίνου τελευτῆς; Claudianus, *Eidyllion* primo. Ex Christianis vero, una cum superius memoratis, et quos doctissimus Weitzius ad Dracontium, Juniusque in notis huic epistolæ subjectis citat, Eusebius, IV *De vita Constantini*, cap. 72, Suidas in Φοῖνιξ. Non ergo mirum erat, si Christianismi doctores ad rem vulgo creditam provocarent; quandoquidem et Dio asserere audet lib. LVIII, Sexto Papinio et Q. Plautio coss. paulo ante Tiberii obitum in Ægypto phœnicem apparuisse, id quod etiam Plinius memorato loco ex Cornelio Valeriano refert. Tacitus vero, VI *Annal.*, 28, idem ad Pauli Fabii, et L. Vitellii tempora reducit, quorum consulatus juxta Onuphrii *Fastos* in annum U. C. DCCLXXXVII, Christi 35 incidit : quæ fama nostri Clementis tempore adhuc erat recens, utpote qui juxta Anastasium Bibliothecarium anno ejus sæculi 93, secundum alios vero citius, episcopatui Romano præesse cœpit. Quid quod Christianos illis temporibus phœnicem resurrectionis symbolum cœmeterialibus tumulis inter alia insculpsisse, ex *B. Cæciliæ Actis* discas : quæ idipsum B. Maximi martyris sarcophago curavit insculpendum. Verba *Actorum*, ut ex cod. ms. Vatic. Vallic. in *Roma subterranea novissima* Aringhius citat, hæc sunt : *Quem*, Maximum scilicet, *S. Cæcilia virgo sepelivit in novo sarcophago, et jussit ut in sarcophago ejus sculperetur phœnix, ad indicium fidei ejus, qui resurrectionem se inventurum exemplo phœnicis ex toto corde suscepit.* Vides ergo, quam juste in hæc tandem verba erumpat χριτὴς ille egregius : Estne hic (Clemens, scilicet) bonus, fideque dignus apostolus et adjutor S. Pauli, qui resurrectionem carnis fabulis tam bellis potest astruere? et annon multo rectius judicarit illud Belgii sidus, Hugo Grotius, falso itidem illo ipso scripto verbis mox subsequentibus, ut rei absurdæ auctor, sugillatus, epistola quadam ad Bignonium hactenus inedita : *De phœnice rem fuisse eo tempore eruditis creditam, nec eo argumento uti Clementem ut probet* τῶν νεκρῶν ἀνάστασιν, *sed ut ostendat ex re credita non esse eam* τῶν ἀδυνάτων. Inscitia profecto summa est, illi propterea hanc epistolam abjudicare, præcipue cum jam suis temporibus Cyrillus Hierosolymitanus, Photiusque Constantinopolitanus, hic sæculo nono, ille quarto, commentum illud in eadem legerint, et exinde in scriptis suis citarint, ut ex illorum testimoniis superius manifestum fuit. Nec minoris est audaciæ, persuadere velle eruditis, Scultetum, Cocum, Blondellum, Rivetum, Voetium. partibus reformatorum, ut jam vulgo dici amant, una addictos doctores, ex hac fabula arripuisse ansam a Patricio dissentiendi, totamque epistolam rejiciendi; cum nec Scultetus, nec Cocus, unquam eamdem, ut nondum a Patricio forte visam, nedum evulgatam, viderint, adeoque de re ignota judicium suum non potuerint interponere. Ipsemet hoc testatur Abrahamus Scultetus, quondam professor Heidelbergensis *Medullæ* suæ [23] pag. 371 et 372, de hujus Clementis scriptis inter alia inquiens : *Epistolam hic quondam ad Corinthios scripsit, cujus meminit Dionysius Corinthius apud Euseb.* (lib. IV, cap. 23; lib. III, cap. 38.) *Periit celebris ista epistola, sed in locum ejus substitutæ sunt quinque aliæ, et* Recognitionum *libri decem, qui hodie Clementis nomine circumferuntur. Epistolæ exstant tomo primo* Conciliorum, *quæ singulis fere lineis Clementem adulterinum loquuntur.* Earumdem quinque *Clementinarum*, quæ *Decretales* vulgo, non vero hujus ad Corinthios, examen instituit Robertus Cocus Anglus in sua *Censura* [24] pag. 41 et seqq. Blondellus item singulari libro adversus Isidori Mercatoris figmenta, Genevæ an. Christi 1628 excuso, ubi simul ostendit ex quibus centonibus eæ consutæ fuerint et confectæ. Quanto vero in pretio hanc ipsam habuerit Epistolam, *Apologia* ejus pererudita *pro Hieronymi sententia de episcopis et presbyteris* probat, in qua non veretur B. Patris sententiam testimoniis ex ea desumptis confirmare et asserere. Quemadmodum etiam ex Voetio et Riveto, qui cum Blondello eam et viderunt et legerunt, haud facile queas perspicere et dijudicare, num vel recipientium, vel respuentium sequantur partes : hujus namque ex editione ultima Genevensi anni 1652, hæc sunt verba : *Scripsit Clemens, teste Hieronymo in Catalogo, ex persona Ecclesiæ Romanæ ad Ecclesiam Corinthi valde utilem Epistolam, quæ nonnullis in locis publice tum legebatur. — Hanc autem desideratam Patricius Junius vir clarissimus, regis magnæ Britanniæ bibliothecarius, ex laceris reliquiis vetustissimi exemplaris regii eruit, lacunas explevit, Latine vertit, et brevibus notis illustravit, eamque edidit, cum fragmento secundæ epistolæ ad eosdem, Oxoniæ anno 1633. In ea reperiuntur quæ a nonnullis veteribus citantur, ut in notis suis, ex collatione, ostendit eruditissimus editor, qui veram et genuinam esse Clementis Epistolam existimat, non obstante fabula de phœnice, quam ad illustrationem doctrinæ de resurrectione adducit. Quod postea fecerunt alii plures ex veteribus. Argumenta viri doctissimi expendere poterit lector eruditus. Epistola tota alioqui satis refert simplicitatem primævam, et quæ in ea leguntur ad argumentum quod in ea tractatur, satis sunt accommodata. Id sane notandum quod pag. 41 de justificatione scribitur : Nos ex voluntate Dei in Christo Jesu vocatos*, etc. Gisbertus Voetius vero theologiæ in academia Ultrajectina prof., in *Disputt. selectis theologicis*, pag. 103 partis primæ, cum quæstionem attulisset hanc : *Quid de epistola Clementis ad*

[23] Edit. Francofurt. 1634. [24] Edit. Helmstad., anno 1641.

Digitized by Google

*Corinthios nuper evulgata, sed non sine multis maximisque lacunis ?* dubie pariter respondet : *Admiramur singularem divinam Providentiam, quæ curavit ut ab apostolorum discipulis virisque apostolicis et apostolorum sæculo proximis, aut nihil scriberetur, aut nihil conservaretur et ad posteros manaret ; aut saltem nihil ab initio Ecclesiæ usque in hunc diem superesset, de quo non dubitaretur, aut quod per tineas blattasque, aut alium quemvis Dei exercitum mutilatum non esset : ut soli Scripturæ tanto evidentius sua constaret auctoritas, illique soli esset propria incorruptibilitas et æternitas.* Quod si igitur ille ἐπιχρίσεως auctor saltem per transennam, quod aiunt, eos quos adducit scriptores inspexisset, non potuisset ignorare omnia illa testimonia, quæ contra hanc Epistolam producit, potius adversari sibi, quam prodesse. Nec enim ulterius eum quidquam juvat Eusebius, quem fingit lib. VI, c. 13 scribere, jam suo tempore, circa annum videlicet 324, Clementis Epistolam non pro genuina amplius habitam, etiamsi lib. III, c. 16 ipse fuerat testatus, adjutorem Pauli Clementem Epistolam ad Corinthios scripsisse, quæ etiam in quibusdam ecclesiis sit lecta. Nam ista quoque verba eo modo apud Eusebium non leguntur, sed cum toto 12 et 13 capite illius libri de Clemente Alexandrino et ejus scriptis agat : *Hunc uti*, ait, *in illis etiam earum Scripturarum testimoniis quibus contradicitur, et ejus quæ est Jesu Sirach, et Epistolæ ad Hebræos, denique et Barnabæ et Clementis et Judæ ;* uti verba sonant juxta edit. Latinam Grynæi. Ut vero Rufinus vertit, apud quem est alia capitum divisio : *Utitur*, inquit cap. 2, *exemplis etiam ex his libris, quæ a nonnullis minime recipiendi videntur, id est, ex Sapientia quæ dicitur Salomonis, et ex Sapientia Sirach, quæ appellatur Ecclesiasticus apud Latinos. Sed et de Barnabæ et Clementis Epistola ponit Romanis exempla, et de Epistola Judæ.* Quæ verba, si τὸ *contradici*, vel *non recipi*, etiam ad Clementis Epistolam restringenda putes, non de omni contradictione sive non receptione simpliciter, sed tantum de non receptione in canonem Scripturarum loquuntur : eademque ratione multis aliis qua Veteris, qua N. T. libris contradictum est, aliis alios nunc probantibus, nunc reprobantibus. Interim posterius hoc non tollit prius, *legi eam in quibusdam ecclesiis solitam ;* cum in primitiva Ecclesia Christianis non tantum canonici stricte ita appellati, sed etiam alii libri ab antiquitate sua et utilitate commendati, *ad ædificationem plebis, non vero ad auctoritatem ecclesiasticorum dogmatum confirmandam*, prælegerentur : qua in re licet similiter discrepare possent inter se ecclesiæ, et aliæ aliorum lectionem præferre, tamen illa particularis reprobatio ab Ecclesia quadam aut ejus doctore facta, non statim poterat ipsi scripto omni ex parte derogare, aut ejus fidem infringere. Demum crassa est ignorantia, inque theologiæ doctore, et quidem tanto, non ferenda, hanc scilicet Epistolam, cum istis, de quibus supra mentio injecta est, decretalibus confundere : quod ipsum cum non uno loco in ista ἐπιχρίσει sua facit, tum evidenter in sequentibus verbis, quibus quasi hactenus de Clemente dictis colophonem addit : Et quod magis est, inquiens, cum nuperus episcopus Yprensis Cornelius Jansenius *Augustini* sui tom. III, lib. VI, cap. 12, ex Clementis epistola testimonium citasset, deridet eum Jesuita Aurelianensis Dionysius Petavius tom. III *De Eccles. dogm.* lib. III, *De Opific.* cap. 8, num. 5, quod non distinguat inter sinceros et supposititios scriptores. Dignum sane patella operculum, de quo tamen ægre

*Spectatum admissi, risum teneatis, amici.*

Ecquis enim nescire potest, ipsemet cum Jansenii, tum Petavii verba inspiciens, de longe alia epistola, et quidem ipsa tertia decretali, quæ tomo I *Conciliorum* Surii pag. 148, in Blondelli vero *Censura* pag. 72 exstat, *et ad omnes coepiscopos, presbyteros, diaconos, ac reliquos clericos, et cunctos principes majores minoresve*, titulum mentitur, utrumque locutum. *Post S. Dionysium*, inquit Jansenius, *Clemens papa, in epistola tertia ; ubi primo dicit, quod Augustinus toties tradidit, nos esse liberi arbitrii, quia velle et nolle habemus in potestate.* Ad hæc Dionysius Petavius : *Hoc sensu*, ait, *vim accepit auctor ille, qui sub Clementis nomine epistolam tertiam concinnavit ex libris* Recognitionum. *Qua ex epistola novæ sectæ patronus testimonium secundum posuit, adeo in testium delectu incuriosus, ut promiscue sinceros ac supposititicios habeat.* Unde cum nullo pacto adducar ut credam magnum aliquem theologum in ejusmodi minutiis tantum ex ignorantia errare errorem ; viderit ille, quo animo, qua conscientia id fecerit. Ego hoc, Deo teste, pro certo affirmare queo, me nullius partis studio, sed solius veritatis amore ductum hoc qualecunque ejus ἐπιχρίσεως examen instituisse, ne scilicet incautioribus sub veri nomine posset imponere, eosque ab utilissima hujus Epistolæ lectione absterrere. Tum ut B. præceptorem meum ab injuria vindicarem : quem idem ille, ob Clementem hunc Apostoli cooperatorem pronuntiatum, imprudentiæ arguit, ipse potius ita fortassis coarguendus. Opto vero, ut uniuscujusque Christiani menti firmiter inhæreat illud Clementis nostri, auro quovis pretiosius, monitum : *Cur inter nos sint contentiones, iræ, simultates, schismata et bellum ? Nonne unum Deum et unum Christum habemus ? nonne unus est Spiritus gratiæ, qui super nos effusus est, et una vocatio in Christo ? Cur Christi membra divellimus et discerpimus, et contra proprium corpus seditionem movemus, eoque vesaniæ devenimus, ut aliorum nos membra esse oblivioni tradamus.* Quod superest, Lector benevole, hanc Epistolam, ea qua potuimus fide et diligentia curavimus exprimendam, ut nihil amplius fere hic desiderare possis, quam quod lacunæ non minio rubro, ut in editione Anglicana factum, sed minoribus litteris sint notatæ. Neque enim, etiamsi illud nobis non

Digitized by Google

liceret, voluimus propterea totum intermittere, sed vel eo modo textum genuinum a supplemento distinguere, quo et tuæ, si ita videretur, industriæ relinqueretur palæstra vel ad conjectandum, vel ad judicandum. Alias testimonia passim a nobis aucta sunt, addita etiam Græcis versione Latina; tum loca et variantes lectiones apud Clementem Alexandrinum reportæ, suis quæque pagellis, ex editione Parisiensi a. Chr. 1641 novissima indicatæ. In omnibus si non omnia forte palato tuo respondeant, id partim scholasticis occupationibus meis, partim absentiæ meæ ab operibus typographicis tribues, et quod in simili genere optares, æqui bonique facies. Salve, ac bene vale.

# GODEFREDI VENDELINI

## DE CLEMENTIS ET EJUS EPISTOLARUM TEMPORE DIVINATIO.

Clemens Romanus, Faustini filius (quem apostolus Paulus, ad Philippenses scribens, suum vocat cooperatorem inter cæteros, quorum nomina scripta sunt in libro vitæ) Petri apostoli successor, apostolus idem ipse vocatur a Clemente Alexandrino lib. IV *Stromatum:* quomodo et Barnabas aliique magnorum apostolorum comites et discipuli pari nomine apostoli (minores tamen) habiti fuerunt et appellati. Clemens hic post Petrum Romanam rexit Ecclesiam, vixitque ad tempora Trajani; cujus anno tertio, qui fuit epochæ nostræ centesimus, Joannis quoque evangelistæ morte nobilis, Chersonæ in Ponto, post exsilii sui quinquennium, occiditur. Is erat annus post Christi Ascensionem sexagesimus et octavus, prout habemus traditum. Quot vero tunc annos habuerit Clemens, etsi non legimus proditum, constat tamen non multo minorem fuisse centenario, valde senem utique fuisse oportet, si (quod habent *Recognitionum* libri, non in totum dramatici) ad primam famam Christi jam in cœlum recepti, vivente adhuc Tiberio, juvenis fuit florentis ætatis, judicii limati, doctrinarumque sublimiorum avidi; plane ut annos facile viginti quinque excesserit, vel ad trigesimum propius accesserit, natusque videatur per initia circiter nostræ epochæ, Joanni evangelistæ quasi coætaneus ac plane coævus.

Intra hoc primum sæculum pontificatum Romanum gessit episcopus Clemens, annis (ut inter omnes, quamvis diversissima tradentes, consentitur) novem cum mensibus et diebus aliquot. Intra idem sæculum episcopi Romani recensentur Linus, Cletus et Anacletus; quanquam Græci ferme ex Cleto et Anacleto unum eumdemque videantur intelligere, nimis oscitanter, propter affinitatem nominum, socordes.

Quis vero vel ante hos, vel inter illos, vel post hos, Clementi locus, quod tempus debeatur, scriptores certant, jam ab antiquo proximoque illis sæculo. Itaque et in Breviariis nostris priorum editionum a posterioribus discordia est, et ἀπορίαν suam in omnibus, usque ad annum 179, profitetur Baronius identidem, donec ita fidem suam liberat: *Si quis certiorem de annis invenerit chronographiam, qua tamen non rejiciatur e numero pontificum Romanorum Cletus, nec martyrum Lugdunensium sincerum testimonium condemnetur, haud inviti assentiemur.* Ego itaque multa curiosaque indagine, postquam rationes omnes variorum scriptorum diligenter excussi, videor mihi veri fidem deprehendisse hanc certissimam.

Anno epochæ nostræ 41, die 23 Januarii, occiso Caio, successit in imperium Claudius, qui Herodem Agrippam statim dimisit in suum regnum, isque magna celeritate reversus est in Judæam per mensem (fac) Februarium totum, vel initia Martii. Exceptus a suis popularibus honorifice; quibus demerendis (ut se gratiosum ac popularem præberet) odiosam illis Christianorum, nimis invalentium, multitudinem opprimere, hominesque illos novos, seditiosos, nefariæ impietatis in Deum, legesque Mosaicas insimulatos ad supplicia rapere aggressus est, a præcipuis eorum capitibus apostolis grassandi facto initio. Itaque *occidit Jacobum, fratrem Joannis, gladio* [25].

Hanc mortem habemus adnotatam Kalendis Aprilis, quæ hoc anno 41 inciderunt in Sabbatum; ut videatur Jacobus, de occasione ipsius Sabbati, quasi facto, dictove aliquo violati tumultuose correptus a furentibus, statimque (ut fit in delictis flagrantibus) plexus capite, saltem post occasum solis; quo momento Judaicum Sabbatum, diesque Kalend. Aprilis desinebat, inibatque prima Sabbati; eadem Aprilis mensis illis numerabatur secunda. Atque hoc est quod Hieronymus *in Ezech.* cap. XLIII, traditum a majoribus non satis intellexit; dum scribit immolatum Jacobum, die secunda Paschatis; quod constare haud posse Baronius quoque pervidit. Et certe Pascha Judaicum isto anno incidit in diem quartam Aprilis, ad vesperam. Non ergo die secunda Paschatis occisus est Jacobus, sed secunda mensis, in quam Pascha illo anno incidit.

Post occisum ergo, seu ipsis adhuc Kalendis Aprilibus, seu postridie mane, Jacobum, videns Herodes hoc placuisse Judæis, apposuit apprehendere et Petrum; non quidem eodem, credo, die,

[25] Act. XII, 2.

Digitized by Google

sed uno saltem alterove interposito, quibus populi applausum explorare ac persentiscere potuit, et Petrus inveniri; qui proin raptus fuerit in carcerem, ipso die Azymorum, sanctissimo securitatis asylo, et propter publicam lætitiam ad tam tristia inopinabili. Sed Herodem nec Sabbata in Jacobo, nec Azyma in Petro remorata sunt, quominus saltem comprehenderentur, dilato interim supplicio, quod Petro meditabatur post Pascha, diesque Azymorum omnes transactos. Is ergo custodiebatur in carcere, ex quo per angelum liberatus est, pridie destinati supplicii, nocte scilicet, inter duodecimam et decimam tertiam Aprilis.

Liberatus tanto miraculo Petrus, relicta Judæa, contulit se in alia loca, peragratisque regionibus variis, ecclesiisque confirmatis, pervenit tandem Romam, cœptante anno Claudii secundo, ipso secundum et Largo consulibus, qui fuit annus æræ nostræ 42, fixitque illic sedem pontificiam, cujus cathedræ natalis celebratur, decima octava Januarii. A qua die ad ejus mortem numerantur anni 25, menses 5, dies 12, si numeres a die XV Kal. Febr. ad III Kal. Julias anni nostri 67, quo crucifixus animam Deo reddidit.

Medio isto tempore, cum Claudius imperator edicto Judæos Roma expulisset, ipse quoque Petrus cedere coactus est; reversusque in Judæam concilium habuit illud primum apostolorum, anno nostro 50, Claudio dein sublato, a. d. III Idus Octobris, anno nostro 54, successit Nero, primo imperii sui quinquennio clementissimus princeps. Sub quo Petrus reversus Romam, non illic sedentariam vitam transegit, sed gnaviter atque impigre alias quoque orbis Romani provincias circumiit, ac denique in Britannias penetravit. Dum vero abest, ne Roma sine capite interim ageret, Linum [16] illi constituit episcopum, consulatu Neronis et Veteris, anno nostro 55. Is vero sedit annos 12 (inchoatos interpretor) hoc est, undecim exactos cum mensibus quatuor, diebus duodecim, quotidem menses ac dies habent membranæ Bucherianæ. Desiit ergo vivere anno nostro 66, omnino, vivente adhuc Petro; quod luculente confirmat scriptor anonymus *De certaminibus, peregrinationibus, vita et morte Petri et Pauli;* quem Arundellæ comitis Sacellanus (*Pertæus*) e Græcia secum advexit in Angliam, ex quo Patricius Junius illustrem hunc locum citat, Græce quidem, sed quem ego sic Latine repræsento: *Moratus Petrus in Britannia dies aliquot, cum multos illuminasset verbo gratiæ, ecclesiasque constituisset, postquam episcopos quoque et presbyteros ac diaconos ordinasset, impositis manibus duodecimo Neronis anno* (is fuit noster 66, jam indicatus) *iterum Romam rediit; ubi Linum jam mortuum invenit, Clementem loco illius ordinavit invitum, dignitatemque istam recusantem. Quem idoneis rationibus persuasum* [17], *ac confidere admonitum in cathedram divinorum eloquiorum (quam ille obtinuerat) sublimavit.* Profectionem hanc in Britanniam aliunde vidit etiam Baronius, et est luculenter adstructa, non ita pridem. Sed pergit, post pauca, anonymus: *Igitur confestim milites, comprehensis omnibus qui Christo nomen dederant, in condemnatorum eos deduxerunt locum. Et Clementi quidem, ut pote de cognatione Cæsaris, pepercerunt, Herodionem vero et Olympam* [18] *cum reliqua multitudine, gladio percusserunt. Petrum autem, magnum illum Domini apostolum situ* [19] *inverso suspenderunt in cruce; in qua vulnerum dolores instar Christi ac Dei nostri perpessus, puram suam atque incontaminatam animam in Dei manus obtulit. Clemens vero discipulus ejus et episcopus pretiosum ejus corpus magnifice in loco illustri tumulavit.*

Ecce ut, vivente adhuc Petro, Linus sederit episcopus quem propterea chorepiscopum Marianus aliique scripserunt, inter quos Leo II, successor Agathonis: *Petrus,* inquit, *adjutores sibi accivit Linum et Cletum; non tamen pontificii potestatem eis tradidit, sed Clementi.* Tam certum semper fuit una cum Petro Linum præfuisse fidelibus Romanis, et ab eodem Petro traditum pontificatum Clementi. Sic ergo liquidior incipit fluere hæc Chronologia, in hunc modum:

Anno nostro 66 Linus postremum vixit, mortuus vigesima tertia Septembris, anno 12 Neronis, quo Petrus ex Britannia reversus Romam Linum invenit jam mortuum. Ipse mox, cum Paulo, conjectus est in carcerem Mamertinum, in quo detenti fuerunt menses octo, usque ad finem Junii sequentis.

Anno nostro 67, Petrus in carcere constitutus persuasit Clementi, ut episcopatum vellet suscipere et Lino succedere. Is ergo ex hujus anni circiter Paschate sedit annos 9, menses 11, dies 12, ut habet Indiculus, juxta quem occisi Petri pretiosum corpus magnifice sepelivit, insigni in loco, ut vidimus.

Anno ergo 77, cum Romæ inter fideles orta esset (qualis postea Corinthi) magna dissensio super honore pontificatus, ne quasi ex testamento Petri successisse videretur Clemens, ac ne posteris hæc principatus ambitio perniciosi exempli haberetur, ultro se pontificatu abdicavit, usus istis verbis, quæ in altera epistola Corinthiis proposuit imitanda: *Si propter me seditio, contentio et schismata orta sunt, emigrabo, abibo quocunque volueritis.* Epiphanius, in hæresi Carpocratianorum, hanc Clementis abdicationem hoc epiphonemate innuit

[16] *Cletum* addit Damasus in *Gestis pontificum* mss. Hoc enim in editis non comparet. Sic etiam Marianus Scotus. [17] Quæ Clementi dixerit Petrus, cum eum consecravit, ex Anastasio ms. leges apud Salmasium, in *Eucharistico.* Jac. Sirmondo. p. 664. Hæc enim ab Anastasii editoribus expuncta sunt. [18] Rom. XVI, 11, 15. [19] Theodoretum vide *Περὶ ἀγάπης.*

Digitized by Google

conclusam : *Secedo, abeo, bene stabiliatur populus Dei;* addens, se id in commentariis quibusdam sic invenisse. Abdicaverit ergo die 12 Februarii, quæ tunc fuit feria quarta Cinerum. Ita post quatuor dies Cletus, et re et nomine electus, sedere cœpit ex die 16 Februarii, Dominica ipsa Quadragesimæ, tenuitque pontificatum, vivo Clemente, annis sex, mensibus duobus, diebus decem, quos Indiculus repræsentat exserte : *A consulatu*, inquit, *Vespasiani* VIII *et Domitiani* V, qui est annus mihi jam indicatus 77, planissime.

Anno igitur nostro 83, Domitiano IX et Rufo consulibus, obierit Cletus, die 26 Aprilis, ut est in Hemerologio, intervallum illud a creatione illius, ad unguem confirmante. Vacasse traditur sedes diebus 15. Ergo ex die undecima Maii, quæ tunc fuit Pentecoste, rursum electus Anacletus sedit annos 12, menses 2 (non 10) dies 3, usque ad annum nostrum 95, diemque Hemerologio agnitum decimum tertium Julii, Domitiano XVII et Flavio Clemente consulibus, quos etiam agnoscit Indiculus, mira in his constantia et veri fide.

Erat hic annus Domitiani tyranni 14, quo persecutionem suscitavit in Christianos, cujus causam Clemens, in Epistola illa luculenta (quam ex persona non sua, sed Ecclesiæ Romanæ scripsit ad Corinthios adversus episcopum suum seditiosos) refert ad dissidia illa Christianorum, adversus se invicem consurgentium ; quale quid etiam Romæ factum innuit ; suum ipsius certamen ante annos octodecim tacite innuens.

Interim autem, sive occiso jam Anacleto, sive conjecto in vincula, Evaristus successor designatus est, cui membranæ tribuunt annos 13, menses 7, dies 2, usque ad Gallum et Braduam, consules anni nostri 108, ut omnino cœperit ex anno illo jam dicto 95. Quia vero Clemens jam decrepitus obierat anno, sicut diximus, nostro 100, die 23 Novembris ; neque mors ejus ex Ponto Romam perferri potuit, nisi post dies saltem triginta, hinc factum est ut abinde, numerato altero velut initio, Evaristus sedisse scribatur annos 7, menses 10, dies 2, usque ad diem vicesimam sextam Octobris anni 108, utque in Græcis legamus, post electionem Evaristi pontificis, successisse Alexandrum anno 12 Trajani.

Alexander ergo sedere cœpit ex anno 108 jam dicto, seditque annos 10, menses 5, dies 21. Conjectus in carcerem anno nostro 116, octavo sui pontificatus, Æliano et Vetere consulibus, vivente adhuc Trajano, ut habent Acta ; in quo carcere duos annos egit, usque ad tertium Adriani, nostrum 119, Adriano III et Rustico consulibus, quando ad diem tertiam Maii occisus est, et vacavit sedes diebus 25, usque ad vicesimam nonam Maii Dominicam, qua successit Xystus. Post quem anno 128 Telesphorus, 138 Hyginus, 142 Pius, sub quo Marcion hæreticus exortus est, annis 115 post duos geminos consules, hoc est, anno nostro 145, docente hoc Tertulliano.

Sic ergo specimine saltem præbito restituendæ, quod pollicebar, chronologiæ pontificiæ, intellectoque tempore, quo episcopatum gessit Clemens, quoque post abdicatum pontificatum tandem occisus est, videamus nunc et de vero epistolarum illius tempore, istius maxime [30] quam nunc damus. Nam illa præclara omnibusque antiquis Patribus laudata, et in Ecclesiis, instar apostolicarum, recitari solita, quæ data est sub persona non abdicati Clementis, sed potius Romanæ Ecclesiæ (post Anacletum sine episcopo degentis scilicet) ad Ecclesiam Corinthiam, satis jam suam occasionem annumque indicavit, nostrum 95, fervente persecutione Domitiani quam maxime, perscripta ; eodem admodum stylo, quo idem Romanus clerus ad Cyprianum utitur. At character nostræ hujus homiliæ similior, quam epistolæ, et ab altero diversissimus, privatum scriptorem arguit. Tempus quoque insinuat pacatissimum, nullis in Ecclesiam procellis turbidum ; tantoque magis ad charitatem mutuam fovendamque pacem hortatoriam Ad quam obtinendam non oporteat inveniri hominem [31] qui eam largiatur, sed Deum scilicet. Quibus verbis vel ego fallor, vel innuitur Vespasianus imperator, qui anno nostro 75, sexto suo consulatu, templum Pacis Æternæ omnium toto orbe pulcherrimum dedicavit ; semet existimans illum principem pacis, patrem futuri sæculi prænuntiati apud Isaiam, cujus imperii non foret finis. Non hunc ergo mortalem hominem, sed Deum inveniri debere monet Clemens, qui æternam pacem suis largiturus sit. Tanto ergo Epistola hæc prior illa, quæ post 20 demum annos missa fuit Corinthum. Idque subindicat apud Eusebium, lib. IV, cap. 23, Dionysius Corinthiorum episcopus, in epistola dicata Soteri papæ circa annum nostrum 167, in qua Romanos alloquitur, his verbis : *Hodie Dominicam sacram diem peregimus, in qua legimus vestram* [32] *epistolam, quam semper ad nostram instructionem legemus, sicut et priorem nobis a Clemente scriptam.* De quibus verbis quod volui conficio, Clementis ipsius esse hanc epistolam ; illam vero alteram, non tam decrepiti Clementis, quam etiam Romani cleri.

[30] Intellige secundam. [31] Hæc legas sect. XI. [32] Quæ Clementi Alexandrino, *Strom.* lib. V, p. 786, ἡ πρὸς Κορινθίους Ῥωμαίων ἐπιστολή.

Digitized by Google

## LECTORI.

Hactenus Vendelinus, cujus verba ex editione Pauli Colomesii descripsimus. Cæterum qui annos, quibus sedit Clemens, multo certius rescire avebit, is adeat oportet eruditissimas *Dissertationes* Joannis Pearsonii et Henrici Dodwelli, *de successione primorum Romanæ urbis episcoporum;* qui viri totam chronologiam pontificiam feliciter illustrarunt, quamvis per omnia non consentiant.

Pearsonius vult Clementem sedisse ab anno 69 ad 83. Dodwellus vero ab anno 64, vel 65 ad 81. Hic etiam cap. 11 *Diss. de success. pontificum Rom.* contendit incertum esse, an epistola Clementis prior ab eo jam episcopo scripta sit; at certe non debuisse episcopi nomine scribi, quamvis episcopum jam Clementem fuisse testari videantur Hegesippus atque Irenæus. Digna sunt lectu quæ hanc in rem habet, sed prolixiora, quam quæ huc transferantur. Idem in *Dissertationum Irenaicarum* prima, § 28, suspicatur non immerito, alteram, quæ dicitur, Clementis epistolam, esse potius διδαχὴν ejus seu ejus doctrinam, ab alio scriptis mandatam, atque ex ejus concionantis ore exceptam, vel ex auditorum ab eo memoria exaratam. Eum, Lector, adito, quo rebus ecclesiasticis antiquissimi ævi nemo facem hactenus intulit fulgentiorem.

—

# J. B. COTELERII

## JUDICIUM DE PRIORE EPISTOLA S. CLEMENTIS.

Cum quæcunque de Epistola a B. Clemente, Romanæ Ecclesiæ nomine ad Corinthiorum Ecclesiam scripta, proferri potuissent, fere omnia partim ab antiquis tradita, partim a recentioribus occupata fuerint, vice præfationis, pauca duntaxat adnotabimus ad ea veterum testimonia, quæ nonnihil scrupuli legentibus forte injicerent, nisi exponerentur; ac deinde quæremus quando stylum acuerit Κλήμης, τὸ τοῦ Χριστοῦ κλῆμα. Equidem ab Eusebio lib. III, cap. 16 et 38, epistola vocatur ὁμολογουμένη, ἀνωμολογημένη παρὰ πᾶσιν, *ab omnibus uno consensu recepta.* Ille tamen historicus lib. VI, cap. 13, refert Clementem Alexandrinum in libris *Στρωματέων* uti testimoniis Scripturarum a quibusdam repudiatarum, nempe Sapientiæ Salomonis, Sapientiæ Siracidis, Epistolæ ad Hebræos, Epistolarumque Barnabæ, Clementis et Judæ. Quo modo volumen ab omnibus admissum, a quibusdam rejicitur? Eam repugnantiam tolles, si dixeris cunctos quidem opus agnovisse pro genuino Pontificis fœtu, sed non omnes habuisse pro scripto canonico: de primo, nullam motam antiquitus controversiam; de secundo, motam, aliis extra canonem ponentibus, quæ sententia obtinuit, aliis intra, ut auctor *Canonum apostolicorum*, canone ultimo, proindeque forsan et qui eos canones in numero sacrarum Scripturarum collocat Joannes Damascenus, quique eosdem admittunt Trullani episcopi. Atque hujus postremæ opinionis documentum præbet antiquissimus codex bibliorum manu Theclæ exaratus, ex quo duæ istæ epistolæ prodierunt; quandoquidem eas cum libris Novi Testamenti conjunctas exhibet. Neque vero quidquam causæ est, cur alias quaspiam suspiceris apostolorum Canonis Clementinas epistolas; quæ apud Græcos aut nullæ fuerunt, aut non seorsum lectæ, sed initio *Recognitionum*, *Actuum Petri*, *Clementinorum*, similisque farinæ apocryphorum.

Ad ejusdem Eusebii observationem, imitatum esse Clementem Epistolam ad Hebræos, addi potest consimilis, de imitatione aliorum Novi Testamenti librorum, præsertimque Epistolarum ad Corinthios et Epistolarum Petri: utriusque enim apostoli erat discipulus. Nec mirum, quod Dominicæ ac apostolicæ sententiæ et dictiones in ore fuerint hominum apostolicorum, atque in usu primorum Christianorum.

Photius *Bibliothecæ* codice CXXVI videtur scripsisse: Αἰτιάσοιτο δ' ἄν τις αὐτὸν ἐν τούτοις, non autem ἐν ταύταις. *Reprehenderit vero eum quispiam in his.*

In *Libro pontificali*, ubi de Clementis vita, necnon in ejus Operis exscriptoribus, memorantur duæ Clementis epistolæ, eæque canonicæ et catholicæ. Quod ita acceptum ab auctore libri *De gestis Romanorum pontificum*, credito Luitprando, quasi ageretur de duabus primis Clementis Decretalibus ad Jacobum. Gravi, ut equidem sentio, errore. Nam si *Decretales* in animo habuisset scriptor *Pontificalis libri*, non solum duas dixisset, verum quinque. Quemadmodum βιογράφος ille, qui mira supinitate, postquam de duabus epistolis catholicis a Clemente ad Jacobum datis retulit, subjungit quænam contineantur in illis duabus, et in reliquis tribus. Adde quod in Pontificali opere sejungi videtur epistola ad Jacobum a duabus canonicis epistolis. *Hic fecit duas epistolas, quæ canonicæ nominantur.* Et infra:

Digitized by Google

*Tamen in Epistola, quæ ad Jacobum scripta est.*

Circa tempus quo Romani litteras ad Corinthios dederunt, non una est criticorum opinio. Alii assignant finem Neronis, aut certe eos annos qui Vespasiani imperium excidiumque Hierosolymitanum antecesserunt. Hos refellit epistola, tum cap. 47, cum velut antiquæ meminit Corinthiorum primæ dissensionis, sub Apollo excitatæ, qui teste Hieronymo circa finem Commentariorum in Epistolam ad Titum, Corinthi fuit episcopus; tum Corinthiacam Ecclesiam, veterem appellat : dumque cap. 1, 5 et 6 subindicat persecutionem aliam ab illa prima Neronis. Post Neronem autem Domitianus primus Christianos persecutus est, jam eversa Hierosolyma. Sed Clemens, inquiunt viri doctissimi, meminit, cap. 41, oblationum in templo. Quidni meminisset? cum nunc quoque, tot elapsis sæculis, par mentio idemque sermo haberi queat; quemadmodum legenti patebit. Alii suspicantur a Clemente exsule factas litteras, sub finem vitæ : quia cap. 5 dicit Paulum in finibus Occidentis passum esse, nec urbis Romæ facit commemorationem; et quia in initio calamitates adversitatesque suas proponit. Verum quis credat Romanis aditam Chersonesum, ut ad Corinthios scriberent? A Et vero eum qui nomine Ecclesiæ Romanæ scribebat, illa eloqui decuit quæ Urbi, non quæ sibi convenirent, ut certe Urbi conveniunt. Unde evanescit quidquid objicitur. Alii epistolam missam volunt anno Domini 95, fervente persecutione Domitiani. Rectius tamen quam fervens, desinens notaretur persecutio, quam nimirum innuit epistolæ principium, quæque aptior fuit ad destinandos cum litteris quinque legatos, nominatos in fine epistolæ.

Cæterum spes Patricii Junii de Hieronymiana Clementinæ epistolæ interpretatione, mihi pertenuis aut nulla est, librariorum dolos consideranti, et quo pacto, ut vendibiliorem mercem haberent, odiosum Rufini nomen e principio ac fine interpretationis Explanationum Origenis in Epistolam ad Ro- B manos sustulerint (quod tamen retinet codex Thuanæ bibliothecæ) ac favorabile Hieronymi intruserint. Quocirca suspicio tenet me, idem scelus hic perpetratum, ac versionem Clementinæ epistolæ ad Jacobum a Rufino factam, Hieronymi titulo fuisse honestatam.

Denique monendus es, Lector, uncis per totum opus inspersis includi ea quæ in ms. deleta aut amissa, per conjecturam suppleta, in editione Anglicana miniatis litteris impressa sunt.

—

# J. B. COTELERII

## JUDICIUM DE POSTERIORE EPISTOLA S. CLEMENTIS.

Exstat de hac Epistola judicium magni critici Eusebii, *Historiæ ecclesiasticæ* lib. III, cap. 38, hisce verbis expressum : Ἰστέον δ' ὡς καὶ δευτέρα τις εἶναι λέγεται τοῦ Κλήμεντος ἐπιστολή· οὐ μὴν ἔθ' ὁμοίως τῇ προτέρᾳ καὶ ταύτην γνώριμον ἐπιστάμεθα, ὅτι μηδὲ τοὺς ἀρχαίους αὐτῇ κεχρημένους ἴσμεν. Quæ a Rufino, uti solet indiligenter redduntur sic : *Dicitur tamen esse et alia Clementis epistola, cujus nos notitiam non accepimus.* Nec magis accurate Hieronymus, libro *De viris illustribus : Fertur et secunda esse ex ejus nomine epistola, quæ a veteribus reprobatur.* Et Photius *Μυριοβίβλου* cod. 112, 113, ἡ δὲ λεγομένη δευτέρα πρὸς τοὺς αὐτοὺς, ὡς νόθος ἀποδοκιμάζεται. Neque enim dicit Eusebius secundam Clementis epistolam notham esse, et ab antiquis reprobatam; dicit solummodo ignoratam fuisse, in citationibus a veteribus prætermissam, in dubium vocatam; unde eodem loci et alibi priorem nuncupat ὁμολογουμένην, ἀνωμολογημένην παρὰ πᾶσιν. Itaque rectius in Nicephoro lib. III, c. 18 habetur: Καὶ ἄλλη δὲ αὐτοῦ φέρεται ἐπιστολή, τῆς προτέρας κατὰ πολὺ ἀποδέουσα· περὶ ἧς ὁ αὐτός φησιν Εὐσέβιος, μὴ ἐν ἐπιστήμῃ ταύτης τοὺς ἀρχαίους εἶναι. Maximus in Prologo ad Dionysii opera, agens de Eusebio, καὶ μὴν οὔτε Πανταίνου τοὺς πόνους ἀνέ- C γραψεν, οὔτε τοῦ Ῥωμαίου Κλήμεντος, πλὴν δύο καὶ μόνων ἐπιστολῶν. Et vero quemadmodum Cæsariensi episcopo credimus, dubitatum fuisse de auctore nostræ epistolæ; quemadmodum non possumus nunc, post deperditos tot primorum Patrum libros, memoriam illius accusare, quæ tamen non semper fida exstitit; ita negamus inde consequi, pro pseudepigrapha necessario habendam epistolam : cum fieri quiverit, ut opus genuinum in controversiam venerit, et a primis Ecclesiæ scriptoribus non fuerit celebratum. Certe ea dubitatio, ea omissio, non deterruerunt auctorem *Canonum apostolicorum*, can. ult., Epiphanium hæresi 37, c. 6, hæresi 30, c. 15, et eum qui *Librum pontificalem* composuit, quo minus de Clementinis epistolis, perinde ac nihil intercederet inter illas discriminis, loquerentur. Mitto enim Niconem, de quo ad superioris Epistolæ caput 14. Imo quod admodum mirere, id ab ipsis Hieronymo ac Photio designatum, quando suam non Eusebii proponunt opinionem; ille in volumine 1 adversus Jovinianum cap. 7, hic in *Myriobibli* cap. 126. Quinetiam utramque inter sacras Scripturæ libros collocasse videntur Ecclesiæ illæ, quæ canonibus apostolicis regebantur, quique eos canones in Novi Testamenti voluminibus recenset Joan-

Digitized by Google

nes Damascenus lib. IV *Orthodoxæ fidei* cap. 18, et quotquot Bibliorum codicibus utebantur similibus illi Theclæ, e quo duæ istæ epistolæ prodierunt. Accedit huc quod eædem utrobique apparent antiquitatis notæ, eadem interdum verba usurpantur; nec tantam diversitatem habet stylus, quin ab eodem scriptore variis temporibus diversisque pro causis oriri potuerit. Dionysius autem Corinthius scribens ad Romanos apud Eusebium lib. IV, c. 23, ideo unius tantum epistolæ Clementis mentionem facit, quia loquitur de litteris Romanorum nomine datis ad Corinthios; at posterior Clementis, etsi, teste Photio, ad Corinthios quoque esset scripta, non tamen sicut prior, Ecclesiæ Romanæ nomen, sed Romani Pontificis præferebat. Indicatur id appellatione, ἀδελφοί μου, quam in secunda non semel positam invenies, nusquam in priore.

Objicit Jacobus Usserius, dissertatione de scriptis Ignatii, etc., cap. 10 ad hunc modum: Epistola titulo Clementis ad Corinthios ornata, proferebat (quemadmodum *ex Quæstionibus ad orthodoxos*, Justino Martyri tributis, Resp. ad quæst. 74 intelligimus) carmina Sibyllina, quæ Clementis temporibus posteriora fuerunt; unde colligitur eam citationem cum in priore Clementis epistola nusquam compareat, ad alteram referri debere, quæ ejusdem nomine falso inscribatur. Infirmum plane argumentum. Audi verba pseudo-Justini: Εἰ τῆς παρούσης καταστάσεως τὸ τέλος ἐστὶν ἡ διὰ τοῦ πυρὸς κρίσις τῶν ἀσεβῶν, καθά φασιν αἱ γραφαὶ προφητῶν τε καὶ ἀποστόλων, ἔτι δὲ καὶ τῆς Σιβύλλης, καθώς φησιν ὁ μακάριος Κλήμης ἐν τῇ πρὸς Κορινθίους ἐπιστολῇ, etc. *Si præsentis rerum status finis est impiorum per ignem judicium, prout testantur prophetarum et apostolorum scripta, atque insuper Sibyllæ ipsius, quemadmodum ait beatus Clemens in Epistola ad Corinthios*, etc. Quæ in Gallicam linguam ita vertit David Blondellus libro primo De Sibyllis, cap. 20, ac si legisset, ἐν τῇ πρώτῃ πρὸς Κορινθίους ἐπιστολῇ. Sed erratum est properantis hominis, nimiumque memoria fidentis. Itaque cum pseudo-Justinus generatim de epistolis loquatur, neutra autem ad nos integra pervenerit, temere ab Usserio asseveratur res, quam nullo modo potuit rescire. Quinimo si divinationibus indulgere liceat, crediderim in primæ epistolæ lacuna ad c. 57 factam Sibyllæ mentionem. Atque conjecturæ fundum et auctorem do S. Irenæum lib. III *Adversus hæreses*, cap. 3, ubi hoc pacto disserit: *Sub hoc igitur Clemente, dissensione non modica inter eos qui Corinthi essent fratres facta, scripsit quæ est Romæ Ecclesia potentissimas litteras Corinthiis, ad pacem eos congregans, et reparans fidem eorum, et annuntians* (*annuntians* omittitur in Græco apud Eusebium lib. V, cap. 6; et Nicephorum lib. IV, cap. 15, forte ob similitudinem participiorum ἀνανεοῦσα et ἀναγγέλλουσα. Nam Rufinus videtur hoc quoque in Eusebio legisse, dum interpretatur *exprimens*) *quam in recenti ab apostolis receperant* (ex Eusebio, Rufino, Nicephoro, atque ex sensu scribendum *receperat*) *traditionem, annuntiantem unum Deum omnipotentem, factorem cœli et terræ, plasmatorem hominis; qui induxerit cataclysmum, et advocaverit Abraham, qui eduxerit populum de terra Ægypti, qui collocutus sit Moysi, qui legem disposuerit, et prophetas miserit, qui ignem præparaverit diabolo et angelis ejus.* Brevem enumerationem capitum, in hac Ecclesiæ Romanæ epistola contentorum, sanctus martyr instituit. Ea autem omnia adhuc legere est, excepto ultimo, quod dubio procul lacuna illa circa finem interjecta complectebatur. Quis porro non videt, ubi ignis diabolo et angelis ejus præparatus memorabatur, ibi commode potuisse agi de mundi fine, ac de impiorum per ignem judicio tunc futuro; ideoque et Sibyllæ mentio fieri?

Ait tamen vir perdoctus non licuisse per tempora Clementi ex Sibyllinis carminibus, utpote ipso posterioribus, testimonium petere. Hoc probandum erat, non modo dicendum: quod si constaret, requirerem prædictarum Quæstionum codices mss. num pro καθώς haberent καὶ ὡς aut καὶ καθώς. Verum super Sibyllinis versibus exploratum non habetur, quando cœperint apud Christianos evulgari. Sub apostolis rem contigisse persuaderet, quod a multis refertur, Clementem Alexandrinum in VI Stromateo (p. 636) recitare verba Pauli apostoli, Græcos seu gentiles ad Sibyllæ oracula amandantis; nisi aut Clemens fabulam a quodam apocrypho sumpsisse dici posset; aut potius illius sensum viderentur non attigisse homines docti; quæ quidem mea est opinio. Eo quippe loci postquam ex *Petri prædicatione*, libro extra canonem posito, affirmavit ὁ Στρωματεύς, Græcis, ut Deum colerent et gloria afficerent, concessam fuisse philosophiam, quemadmodum eam dem ob causam utrumque Testamentum Judæis et Christianis; ista paulo obscuriora subjicit: Ἐπεὶ ὅτι καθάπερ Ἰουδαίους σώζεσθαι ἐβούλετο ὁ Θεὸς, τοὺς προφήτας διδοὺς, οὕτως καὶ Ἑλλήνων τοὺς δοκιμωτάτους, οἰκείους αὐτῶν τῇ διαλέκτῳ προφήτας ἀναστήσας, ὡς οἷοί τε ἦσαν δέχεσθαι τὴν παρὰ Θεοῦ εὐεργεσίαν, τῶν ἰουδαίων ἀνθρώπων διέκρινεν, δηλώσει πρὸς τῷ *Πέτρου κηρύγματι*, ὁ ἀπόστολος λέγων Παῦλος. Λάβετε καὶ τὰς Ἑλληνικὰς βίβλους, ἐπίγνωτε Σίβυλλαν, ὡς δηλοῖ ἕνα Θεὸν καὶ τὰ μέλλοντα ἔσεσθαι· καὶ τὸν Ὑστάσπην λαβόντες ἀνάγνωτε, καὶ εὑρήσετε πολλῷ τηλαυγέστερον καὶ σαφέστερον γεγραμμένον τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, καὶ καθὼς παράταξιν ποιήσουσι τῷ Χριστῷ πολλοὶ βασιλεῖς μισοῦντες αὐτὸν, καὶ τοὺς φοροῦντας τὸ ὄνομα αὐτοῦ, καὶ τοὺς πιστοὺς αὐτοῦ, καὶ τὴν ὑπομονὴν, καὶ τὴν παρουσίαν αὐτοῦ. Εἶτα ἐνὶ λόγῳ πυνθάνεται ἡμῶν· Ὅλος δὲ ὁ κόσμος καὶ τὰ ἐν τῷ κόσμῳ, τίνος; οὐχὶ τοῦ Θεοῦ; Quæ verba sic accipiunt, quasi λάβετε, etc., sit Apostoli exhortatio. At ego illa, ὁ ἀπόστολος λέγων Παῦλος, non refero ad consequentia λάβετε, etc., sed ad præcedentia, οἰκείους αὐτῶν τῇ διαλέκτῳ προφήτας, seu ad versiculum 12 capitis I Epistolæ ad Titum, εἰπέ

Digitized by Google

τις ἐξ αὐτῶν ἴδιος αὐτῶν προφήτης; et λάβετε, etc., Clementis esse arbitror, non Pauli: tum quod in fine dicitur, εἶτα ἑνὶ λόγῳ, etc. *Prædicationi Petri* tribuo, cum cujus ultimo sermone paulo ante per Clementem laudato convenit optime. Quocirca verto: *Quandoquidem quod sicut Judæos Deus salvos esse voluit, dans eis prophetas, ita etiam Græcorum probatissimos, proprios suæ linguæ prophetas excitans, prout poterant capere Dei beneficentiam, a vilibus vulgaribusque hominibus secreverit, declarabit, præter* Petri prædicationem, *qui hoc dicit apostolus Paulus. Libros quoque Græcos sumite; agnoscite Sibyllam, quo modo unum Deum manifestet, et ea quæ futura sunt: sumptum etiam Hystaspem legite, et invenietis Dei Filium multo clarius apertiusque esse scriptum, utque multi reges adversus Christum aciem instruent, odio habentes tum illum, tum eos qui nomen ejus gestant, et ejus fideles, illiusque tolerantiam atque adventum. Deinde uno verbo* (seu *una ratione*) *nos interrogat: Totus autem mundus, et quæ sunt in mundo, cujus sunt? Nonne Dei?* Sic pulchre omnia sibi constant, aliter impeditiora. Adde quod vix in toto Clemente invenias aliquid apocryphi prolatum, nomine duntaxat, auctoris, non præmisso operis titulo, non adjecta dictione, quæ quale sit scriptum declaret. Legatur tota Alexandrini disputatio; conferatur cum iis quæ in Stromateo I edisserit de Græcorum sapientibus, præsertim pag. 299, ubi locum Epistolæ ad Titum adducit: Confido fore ut mea non improbetur interpretatio. Nihil ergo adjuvamur hoc testimonio, ad investigandum quod quærimus tempus.

Jam vero si agatur de Sibyllinorum carminum sylloge qua hodie utimur, pro certo haberi debet, quod a multis evidenter fuit probatum, eam multo post apostolica tempora lucem vidisse. Nonnulli sane in ea versus leguntur, ætate posteriores scriptis Patrum Sibyllina oracula citantibus: quales bi duo:

Οὐκέτι γὰρ παρὰ σεῖο τὸ τῆς φιλοθρέμμονος ὕλης
Παρθενικαὶ κοῦραι πῦρ ἔνθεον εὑρήσουσιν,

in Ῥαψῳδίᾳ nostra lib. v post medium; sunt enim de incenso Vestæ templo sub finem imperii Commodi, proindeque cum jam Justinus, Athenagoras, et Theophilus Antiochenus Sibyllina in testimonium pro fide Christiana advocassent. Ac Origenioni cujusdam manum redolet libri II finis, ad quem scholiastes Græcus sic adnotabat:

Ψεύδῃ προφανῶς· οὐδὲ γὰρ λήξει ποτέ
Τὸ πῦρ κολάζον τοὺς κατακεκριμένους.
Κἀγὼ γὰρ ἂν εὔξαιμι τοῦθ' οὕτως ἔχειν,
Οὐλαῖς μεγίσταις σφαλμάτων ἐστιγμένος,
Αἱ μείζονος χρῄζουσι φιλανθρωπίας.
Ἀλλ' αἰσχυνέσθω φληναφῶν Ὠριγένης,
Πέρας γενέσθαι τῶν κολάσεων λέγων.

Recteque observat qui nostra ætate plurimos judicio superavit Gerardus Vossius *De poetis Græcis* cap. 1, non exstitisse temporibus Justini martyris, Tatiani, Clementis Alexandrini, Eusebii, aliorum-

que multorum, versus Sibyllinæ Collectionis lib. I, et lib. III de Sibylla Noe coætanea; quandoquidem ex illorum Patrum professione, nulla e Sibyllis Mosem antiquitate superavit. Ex quibus intelligitur non unum poetam Sibyllam se esse finxisse, sed plures, diverso tempore, quorum versus disjectos, unum in corpus consarcinator incertus multo post denatos apostolos compegerit.

Quod autem a pluribus existimatur, primo sæculo ac principio secundi Sibyllam a Christianis scriptoribus citari nequivisse, id vero ego inficior, rationibus adductus non paucis. Quoniam, scilicet, gratis ac sine fundamento illud asseritur. Deinde quia viventibus apostolis, ac Luca scribente Evangelium, multa apocrypha et pseudepigrapha otiosi temerariique homines edebant, inquit Origenes, homil. 1 *in Lucam*, eumque sæpissime sequens Hieronymus, Prœmio Commentariorum super Matthæum, nec non Titus, Ambrosius, Beda, Euthymius, Theophylactus, ad primum versum Evangelii Lucæ: quidni et in illis quædam Sibyllino nomine? Ad hæc certum est ex Varrone, Cicerone, Tacito, Suetonio, Plutarcho, multa vana et supposititia inter paganos quasi Sibyllina fuisse circumlata, ante et statim post primordia nostræ religionis: hoc exemplo cur non idem evenerit apud nos? Adjice his testimonium Hermæ lib. I, vis. 2, cap. 4, quæque ibi adnotabam de insigni isto loco Josephi *Antiquit. Judaic.*, lib. I, cap. 5: Περὶ δὲ τοῦ πύργου τούτου καὶ τῆς ἀλλοφωνίας τῶν ἀνθρώπων, μέμνηται καὶ Σίβυλλα, λέγουσα οὕτως· Πάντων ὁμοφώνων ὄντων τῶν ἀνθρώπων, πύργον ὠκοδόμησάν τινες ὑψηλότατον, ὡς ἐπὶ τὸν οὐρανὸν ἀναβησόμενοι δι' αὐτοῦ. Οἱ δὲ θεοὶ, ἀνέμους ἐπιπέμψαντες, ἀνέτρεψαν τὸν πύργον, καὶ ἰδίαν ἑκάστῳ φωνὴν ἔδωκαν· καὶ διὰ τοῦτο Βαβυλῶνα συνέβη κληθῆναι τὴν πόλιν· qui locus respondet his Sibyllinis lib. III, circa initium:

Ἀλλ' ὁπόταν μεγάλοιο θεοῦ πελάσωσιν ἀπειλαί, etc.

Concludo nihil vetare quin vero Clementi laudata fuerit Sibylla, in re præsertim ethnicis non ignota, mundi videlicet fine, ac impiorum per ignem judicio: de qua consule præcipue Justinum Martyrem *Apologetico* II, p. 66, et *Sibyllina* nostra *Oracula* lib. II et III. Ac forsan Clemens exemplaria viderat antequam a Christianis (ut conqueritur Celsus apud Origenem lib. VII, contra eum) fuissent interjectis pluribus interpolata.

Cæterum videtur hæc secunda epistola ante primam esse scripta. Quandoquidem innuit fragmentum illius pacifica tempora; et ex Photii codice 126 colligimus dissidii Corinthiaci in ea factam non fuisse mentionem: at si data esset post priorem, hoc est post finem persecutionis Domitiani, tempore pacis, atque ante persecutionem sub Trajano redintegratam, non prætermisisset discordiam aut reconciliationem Corinthiorum, cum utrumque tempus solummodo annus sejungat. Quare missam ar-



Digitized by Google

bitror inter duas primas persecutiones, Neronis ac Domitiani, et ante seditionem Corinthi excitatam.

Omittebam hic, ut in veterum testimoniis, duo quæ postea occurrerunt loca. Primus locus est præfationis concilii Nicæni, Latinæ ex Arabico per Abrahamum Ecchellensem factæ; in quo dicitur Clementem epistola 2 mentionem fecisse sectarum 70. Verum illa epistola, si eadem est ac nostra, nec est plane apocrypha, nequaquam retulit 70 hæreses, retulit forsan 7. Alterum locum deprompsi ex optimis membranis codicis admodum antiqui in bibliotheca PP. Soc. Jesu, copiam faciente Gabriele Cossartio, viro cum insignis doctrinæ, tum prolixæ humanitatis. Est autem S. Damasceni *Eclogarum sacrarum* cap. Περὶ τῶν προσκαίρων καὶ τῶν αἰωνίων ἀγαθῶν, καὶ ὅτι χρὴ τῶν παρόντων τὰ μέλλοντα προτιμᾶν, quod respondet capiti 20 libri II *Parallelorum* editorum.

A Τοῦ ἁγίου Κλήμεντος ἐκ τῆς πρὸς Κορινθίους β'.

Ὁ τῶν παρόντων αἰσθητικὸς συνίησιν ὡς οὔτε ἃ λογίζονταί τινες εἶναι τερπνὰ, ξένα καὶ μακράν ἐστι τῶν ἀπεχθῶν. Ἀλλὰ καὶ πλοῦτος πολλάκις μᾶλλον πενίας ἔβλιψε, καὶ ὑγεία πλέον ἠνίασε νόσου. Καὶ καθόλου τῶν λυπηρῶν καὶ φευκτῶν πάντων ὑπόθεσις καὶ ὕλη, ἡ τῶν ἀσπαστῶν καὶ μετ' εὐχὴν B περιβολὴ γίνεται.

*S. Clementis ex Epistola II ad Corinthios.*

*Qui res præsentis vitæ agnoscit, intelligit neque ea quæ nonnulli jucunda reputant, aliena esse aut procul dissita ab iis quæ odio habentur. Quinetiam divitiæ sæpenumero magis quam paupertas læserunt, et sanitas plus morbo afflixit. In summa, gratarum rerum ac optatarum affluentia evadit in causam et materiam omnium tristium atque detestatarum.*

# II.

# EX EDITIONE PETRI COUSTANTII.

(*Epp. Rom. Pont.* t. I, Paris. 1721, in-fol.)

## EPISTOLÆ S. CLEMENTIS I PAPÆ.

### Quando et quam diu sederit.

1. Clemens veterum testimonio ut apostolorum æ- C qualis celebratur. Quamobrem non alius creditur ab eo, cujus Paulus Philip. IV, 3, meminit. Licet hunc, uti jam præmonuimus, a Petro episcopum ordinatum Tertullianus *Lib. de præscript.*, c. 32, tradat, atque ævo Hieronymi, ipso Hieronymo teste, *plerique Latinorum secundum post Petrum apostolum putarent fuisse;* idem tamen Hieronymus, necnon Epiphanius, Augustinus, Optatus, Eusebius, scriptor poematis adversus Marcionem, Tertulliano olim tributi, et Irenæus, sicut et veteres Romanorum pontificum catalogi, proximum Petri successorem non Clementem, sed Linum designant. Ita ille intelligi potest a Petro ordinatus episcopus ad episcopalia, seu apostolica munia obeunda, ut nulli tum ecclesiæ esset alligatus, sed post mortem Lini D et Cleti a Romanis in episcopum proprium cooptatus fuerit. Epiphanii ea de re conjecturam superius, ubi de Lino disseruimus, relatis ipsius verbis exposuimus.

2. Anno Christi 91, Clemens in Cleti locum suffectus creditur. Romanam sedem in Bucheriano quidem catalogo annis IX, mensibus XI, diebus XII, in Corbeiensi autem annis IX, mensibus X, die I obtinuisse memoratur. Eum, anno Trajani imperatoris tertio, hoc est Christi centesimo, *cum totos novem annos prædicationem verbi divini procurasset*, e vita abiisse Eusebius lib. III *Hist.*, c. 34, scribit. Hinc valde sublestæ est fidei, quod solus Prædestinatus a Sirmondo vulgatus cap. 12, narrat, quemdam videlicet Marcum, qui carnis negabat resurrectionem, ideoque Christum non vere passum, sed putative, conabatur astruere, a Clemente Romano episcopo ut dignissimo Christi martyre fixis et integris assertionibus confutatum, et coram plebe in ecclesia detectum, æterna damnatione punitum fuisse. Nam et Irenæus lib. I, c. 9, circa annum 180, aut etiam 190, Marci commenta confutans, de eo ut adhuc superstite loquitur: et Eusebius lib. IV, c. 11, postquam Valentinum aliosque hæreticos Hygino pontifice Romam venisse, atque ad Anicetum usque permansisse enarravit, adjungit et hunc Marcum *eodem tempore* exstitisse. Quod indicio est hunc hæreticum ante Hygini tempora fuisse ignotum.

Digitized by Google

## ADMONITIO IN EPISTOLAM PRIMAM.

I. Elapso sæculo Cyrillus Lucaris primum Alexandrinus, ac deinde Constantinopolitanus patriarcha Carolo I, Anglorum regi, insignem dono misit codicem Alexandrinum, grandioribus litteris manu Theclæ nobilis feminæ Ægyptiæ, circa Nicæni I concilii, ut fertur, tempora exaratum, in quo Veteris et Novi Testamenti libris duæ Clementis epistolæ subjiciuntur. Harum prima valde celebris apud veteres fuit. Hanc quippe laudant Irenæus lib. III, c. 3; et apud Eusebium lib. V, c. 6, Clemens Alexandrinus *Stromatum* lib. I, IV, V et VI; Origenes lib. II *De principiis*, cap. 3, et *in Joan.* I, 29; Hegesippus apud Eusebium lib. IV, c. 22; Eusebius ipse lib. III *Hist. eccl.*, c. 16; scriptor quæstionum Justini nomine vulgatarum, c. 74; Epiphanius hær. 27, n. 6, et hær. 30, n. 15; Hieronymus, *Lib. de vir. illustr.* c. 25, lib. XIV, *in Isaiæ* LII, 13, et Comment. in Ephes. IV, 1; Photius cod. 113 et 126, ut alios taceam. Etiamsi autem a plerisque Clementis, a nonnullis tamen Romanorum, quia videlicet eorum nomine a Clemente conscripta est, epistola nuncupatur. Nominatim vero Clemens Alexandrinus, lib. V *Strom.* pag. 584, verba numeri 20 sic laudat: Ἀλλὰ κἀν τῇ πρὸς Κορινθίους Ῥωμαίων ἐπιστολῇ ὠκεανὸς ἀπέραντος ἀνθρώποις γέγραπται, καὶ οἱ μετ' αὐτὸν κόσμοι. *Quin etiam in epistola Romanorum ad Corinthios scriptum est: Oceanus*, etc.

II. Epistolam illam publice olim plurimis in ecclesiis lectam fuisse Eusebius *Hist. eccl.* lib. III, c. 16, tradit, et Epiphanius hær. 30, n. 15, atque Hieronymus lib. *De viris illustr.* confirmant. Hoc certe Corinthi ex prisca consuetudine factum esse Dionysius Alexandrinus apud Eusebium lib. IV, c. 23, locupletissimus testis est. Ex eo etiam loco, quem in laudato codice Alexandrino obtinet, conjectare est ei a nonnullis vel parem sacris libris, vel proximam post illos tributam esse auctoritatem. Cui conjecturæ favet ultimus Apostolorum canon, in quo inter Novi Testamenti libros duæ Clementis epistolæ recensentur. Et Clemens quidem Alexandrinus lib. IV *Strom.*, dum hanc ut Clementis apostoli laudat, inter apostolicas Scripturas videtur ei locum dare. Imo non alia de causa Eusebius lib. VI, c. 13, Clementem Alexandrinum Scripturarum ab aliis repudiatarum, nominatimque epistolarum Barnabæ, Clementis et Judæ testimoniis uti notat, nisi quia pro sacra Scriptura hanc Clementis epistolam habebat. Eo pacto quamdam pugnæ speciem, quæ in Eusebii *Historia* occurrit, dum Clementis epistolam loco mox laudato ab aliis repudiatam, et lib. III, cap. 16 et 38, ab omnibus uno consensu receptam scribit, componi posse Cotelerius observat. Quamvis enim ab omnibus inter ecclesiasticas, non item ab omnibus inter sacras Scripturas est recepta, sed a plerisque e divinorum librorum canone rejecta fuit.

III. Non desunt, qui cum Clementis nostri sententias apud Clementem Alex. lib. IV, pag. 516, paucioribus perstrictas, et contra pag. 517 pluribus explicatas offendant, epistolam hanc non sinceram, sed aliis locis truncatam et aliis interpolatam ad nos pervenisse suspicentur. Sed Clementis Romani Alexandrinum interpolatorem esse non ambiget, qui verba addita ad institutum ipsius Alexandrini, quo de Gnosi tractare sibi proposuerat, accommodata esse compererit. Qui autem Clementis nostri sententias nonnullis in locis interpolare sibi licere existimavit, in aliis eadem licentia ad eas contrahendas uti potuisse non dubitatur. Præterea Joan. Clericus *Artis criticæ* part. III, sect. 2, c. 5, n. 12, observat, ex duorum locorum capitis 46 epistolæ nostræ cum verbis Clementis Alexandrini cognatione nonnullos moveri, ut hæc duo loca ex Alexandrino ascita opinentur. Ipsius Alexandrini verba ad prædictum caput 46 referemus et expendemus.

IV. Præclaram hanc epistolam primus Patricius Junius Latine conversam ac notis illustratam Oxonii anno 1633 edidit. Eamdem cum insigni præfatione anno 1654 Helmestadii recudi curavit Joachimus Joannes Maderus. Mitto et quam Bartonius anno 1647, ac subinde Godefridus Vendelinus et Joannes Fell. Oxoniensis antistes aliique subinde in eam navarunt operam. Postmodum et Joannes-Baptista Cotelerius anno 1672 illam nova interpretatione novisque notis adornatam Parisiis in lucem emisit. Eam demum recensuit ac notarum spicilegium collegit Paulus Colomesius, cujus novissima editio Londini anno 1694 prodiit. Cotelerii interpretationem, ut litteræ tenaciorem, verbis nonnullis identidem mutatis, retinendam duxi.

V. De tempore quo scripta est, nondum inter eruditos convenit. Ac licet prima illius verba de persecutione dicta esse plerique omnes consentiant, ea tamen alii de Neronis, alii de Domitiani persecutione interpretantur. Et hanc quidem alii ferventem, alii desinentem intelligunt. Hinc circa tempus, quo epistola ista scripta est, triplex maxime existit opinio: prima Joannis Ernesti Grabii, qui *Spicileg. Patr.* t. I, p. 254 et 255, eam Neronis persecutione desinente, proxime post apostolorum Petri et Pauli martyrium, hoc est anno Christi 68 vel etiam 65 exeunte scriptam esse contendit; altera Godefridi Vendelini eamdem anno Christi 95, fervente Domitiani persecutione illigantis; postrema Cotelerii atque Tillemontii, qui illam desinente ejusdem imperatoris persecutione, circa annum Christi 97 scriptam arbitrantur. Quartam vir clarissimus Claudius Fleury, t. I *Hist. eccl.*, pag. 248, excogitavit, quæ ad Grabii sententiam propius accedat. Nempe ad id tempus, quod Neronis interitum excepit, et Jerosolymitanum antecessit excidium, referri posse opinatur; et casus adversos, in epistolæ principio memoratos, de bello civili, quod Neronis mors excitavit, interpretatur.

Digitized by Google

VI. Obscurum non est, Clementem ibi de ærumnis, quibus oppressa erat Romana Ecclesia cum Corinthiorum epistolam accepit, sed a quibus respirabat cum hanc rescripsit, habere sermonem, adeoque Vendelini de persecutione fervente sententiam minime probandam esse. Neque minus certo ex eodem exordio conficitur, ærumnas illas de Neronis persecutione interpretari non licere. Nihil enim erat, cur in litterarum tarditate Corinthiis excusanda hoc taceretur, Petrum videlicet, cujus erat ipsorum satisfacere quæstionibus, iis acceptis detentum, cæsum et e vivis fuisse sublatum. Deinde in toto epistolæ contextu illud innuitur, eum ipsum qui nunc rescribit, prius Corinthiorum scripta accepisse. Quocirca ad litteram intelligendi sunt tum Irenæus lib. III, *Adv. hæres.* c. 3, et apud Eusebium *Hist. eccl.*, lib. V, cap. 6; tum Hegesippus apud eumdem Eusebium lib. IV, c. 22, cum dissensionem, quam sedare nunc conatur Clemens, non sub Petro, sed sub Clemente ortam esse testantur. Præterea cum idem Irenæus, apostolicorum temporum tam vicinus, Clementem tertio loco ab apostolis post Linum et Cletum, seu ut vocat, Anacletum, Romæ episcopatum sortitum esse scribat, reliquum est ut eum pluribus post Neronem annis Romanæ Ecclesiæ administrationem suscepisse crediderit. Hunc autem ea in re falsum esse quis sibi persuadeat? Eidem suffragantur et plerique Patres, qui Romanorum Pontificum seriem texunt, atque ipsi veteres catalogi, in quibus Petro Linus, Lino Cletus, huic Clemens successisse legitur. Ipsa quoque Clementis verba num. 44 qui expenderit, ubi laudata apostolorum providentia subdit: *Qui igitur ab illis, aut deinceps ab aliis viris eximiis constituti sunt... ac longo tempore præclarum ab omnibus testimonium reportarunt, hos censemus officio injuste dejici;* hæc, inquam, qui expenderit, is persuasum habebit epistolam istam tunc temporis conscriptam esse, cum ab officio suo remoti fuissent presbyteri, qui non solum ab apostolis, sed etiam *ab aliis deinceps*, hoc est ab eorum successoribus ordinati, munus suum *longo tempore* obierant. Standum igitur est sententiæ Eusebii, in cujus *Chronico* cap. 15, pontificatus Clementis initia ad postremos Domitiani imperatoris annos referuntur. Unde nihil rationi magis consentaneum occurrit, quam ut Corinthiorum epistolam sæviente Domitiani persecutione Romam pervenisse, atque illis eadem persecutione desinente a Clemente circa annum Christi 97, rescriptum esse censeamus.

VII. Neque his adversatur illud, num. 41: *Non ubique, fratres, offeruntur sacrificia jugia, vel votiva, vel pro peccato et delicto, sed Jerosolymis tantum*, licet Grabius hinc certo constare sibi dicat, templum Jerosolymitanum tum stetisse, atque excidium illius, quod in annum 70 incidit, necdum contigisse; alioqui non *offeruntur* in præsenti, sed *olim offerebantur* fuisse dicendum. Verum non satis attendit vir eruditus sermonis usum, quo res præteritas veluti præsentes ob oculos ponere et per præsens tempus enuntiare narranti licet. Quid enim in hac epistola sibi vult, *Sacrificia non in omni loco, sed Jerosolymis tantum offeruntur*, nisi illud, Ex præscripto legis sacrificia Jerosolymis *tantum offeruntur?* Quod quidem præscriptum cum etiamnum in lege maneat, ipsa Clementis verba etiam nobis efferre non inepte nunc liceret. Nempe Clemens comparatione ac more Judæorum, quibus sacrificiorum leges a Moyse præscribuntur, Christianis auctor est, ut et ipsi statutum ab apostolis oblationum et officiorum ordinem reverenter accipiant ac servent. Hoc autem, ut ipse v. cl. Claud. Fleury fatetur, in exponendis comparationibus usuvenit, ut res præteritæ perinde ac si præsentes adessent, ob oculos ponantur.

VIII. Frustra etiam Clementem proxime post Petri ac Pauli martyrium scripsisse ex eo colligitur, quod num. 4 Abelis, Jacob, Moysis ac Davidis, qui per æmulationem et invidiam multa passi sunt, præmissis exemplis, num. 5 initio subjicit, *sed missis veteribus exemplis, veniamus ad proximos athletas, et ætatis nostræ generosa exempla sumamus*, ac deinde Petri et Pauli martyrium enarrat. Nemo enim non videt quam recte Clemens circa annum Christi 97, Petri ac Pauli martyrium, cum temporibus Davidis, Moysis, Jacob et Abelis comparatum, *proximum ac vicinum ætatis nostræ* dixerit. Imo neque proximum ab eo dicitur diebus quibus scribit, sed ætati, γενεᾷ quam agit, seu in qua degit. Demum num. 47 ubi ad evangelica tempora animum refert, eaque cum illo confert quo scribit, Corinthiorum Ecclesiam antiquam vocare, et primum eorum dissidium, de quo Paulus I Cor. I, loquitur, ut *in principio Evangelii* ortum memorare, ipsamque apostoli hujus epistolam, tametsi quatuordecim tantum annis excidium Jerosolym. præcesserit, *in principio Evangelii scriptam* dicere non dubitat. Quod sane evidenti argumento est eum, cum ita scriberet, longius ab eodem principio recessisse; nec ab hinc recessisse longius videretur, si, ut vult Grabius, prædicta Pauli Epistola hæc Clementis novem duntaxat vel ad summum duodecim annis posterior foret.

IX. Ex venerando illo sacræ antiquitatis monumento, quod summam primorum Christianorum simplicitatem sapit, duo inprimis maximi momenti documenta fideles percipiunt. Primum enim ubi in primaria Ecclesia, tot Spiritus sancti donis ornata, ac maximis apostolorum sudoribus exculta, spinas dissensionum exortas vident, minus jam mirantur, si inter Christianas societates, quæ recte compositæ audiunt, hujusmodi scandala oboriri contigerit. Nunquam nimirum quiescit antiquus zizaniorum seminator, et agrum Domini infaustis seminibus fœdare non cessat. Sed quamvis antiquum sit hoc malum, non ideo tamen minus lugendum; sed nullum esse, cui remedium citius adhibendum sit, item ex hoc scripto, ut ex Pauli Epistola, docemur. Nempe tenui discordiarum flamma, nisi quam primum exstinguatur, brevi ingens incendium concitari apprime callebant.

Digitized by Google

## ADMONITIO IN EPISTOLAM SECUNDAM.

I. Ex eodem codice Alexandrino, ex quo superior, prodiit subsequens epistola. De hac Eusebius lib. III *Hist. eccl.* c. 38: Ἰστέον δ' ὡς καὶ δευτέρα τις εἶναι λέγεται τοῦ Κλήμεντος ἐπιστολή, οὐ μὴν ἴσθ' ὁμοίως τῇ προτέρᾳ καὶ ταύτην γνώριμον ἐπιστάμεθα, ὅτι δὲ μὴ τοὺς ἀρχαίους αὐτῇ κεχρημένους ἴσμεν. *Sciendum autem est quod et secunda quædam Clementis epistola esse dicatur: eam autem non similiter ac priorem notam esse comperimus; quoniam nec veteres ea usos esse novimus.* Observat Cotelerius hæc Eusebii verba indiligenter a Rufino sic reddita: *Dicitur tamen esse et alia Clementis epistola, cujus nos notitiam non accepimus;* neque magis accurate ab Hieronymo *Lib. de vir. illustr.* (si tamen ibi ad Eusebii verba respicit) expressa fuisse in hunc modum: *Fertur et secunda esse ex ejus nomine epistola, quæ a veteribus reprobatur;* Photium denique cod. 113 Hieronymi sententiam sequi, ubi ait: *Quæ secunda ad eosdem* (Corinthios) *dicitur, ut notha rejicitur;* certe hanc secundam epistolam minime ab Eusebio dici notham et adulterinam, aut a veteribus reprobatam, sed prima minus notam atque in citationibus a veteribus prætermissam. Ab Eusebii mente nonnihil etiam recessit Nicephorus Callisti lib. III, c. 18, ubi de eadem sic loquitur: Καὶ ἄλλη δὲ αὐτοῦ φέρεται ἐπιστολὴ τῆς προτέρας κατὰ πολὺ ἀποδέουσα· περὶ ἧς ὁ αὐτός φησιν Εὐσέβιος, μὴ ἐν ἐπιστήμῃ ταύτης τοὺς ἀρχαίους εἶναι. *Fertur et alia ejus epistola multo inferior prima, de qua dicit idem Eusebius, veteres ejus notitiam non habere.* Ait quippe Eusebius eam veteribus minus notam prima, sed non eis prorsus ignotam scribit.

II. Hic notandum, ex omnibus scriptoribus mox citatis, nullum esse, qui duabus litteris plures Clementi Romano attribuat aut attributas agnoscat. Ex quo colligere est, Epiphanium cum hæres. 27, n. 6, Clementem in una epistolarum suarum citat, aut cum hær. 30, n. 15, laudat *Epistolas circulares quas* (idem pontifex) *scripsit, quæque in sanctis Ecclesiis leguntur*, et in quibus *virginitatem* docet, non alias vel a præmissa vel a sequente memorare. Et hoc quidem eo est probabilius, quod cum Hieronymus *Lib. de script. eccl.* tantum duas Clementis epistolas recenseat, eas ipsas, quas Epiphanius proxime laudavit, lib. I *Adversus Jovinianum* commendare non dubitatur his verbis: *Ad hos* (eunuchos) *et Clemens successor apostoli Petri, cujus Paulus apostolus meminit, scribit epistolas, omnemque sermonem suum de virginitatis puritate contexuit.* Et vero quis credat Hieronymum anno 392 in *Libro de script. eccl.* in quo data opera virorum insignium scripta recenset, tantum duarum epistolarum Clementis mentionem fuisse facturum, si ab anno 384 contra Helvidium scribens alias ab his duabus jam nosset. Quod si nullas alias novit, ubi Clementem dicit omnem sermonem suum de *virginitatis puritate* contexuisse, hyperbolico quidem, sed tamen familiari more intelligendus est loqui. Ubi enim aliqua de re quis identidem locutus est, is omnem de ea orationem contexuisse satis familiariter dicitur. Clemens vero cum epist. 1, n. 21, 29, 30, 38, 45, 48, 58, tum epist. 2, n. 8, 9 ac 12, ut taceam quæ forte in foliis avulsis ea de re disserebantur, *puritatem, continentiam, castitatemque* commendat. Hinc et illud consequens ut, si Epiphanius atque Hieronymus non in epistola, sed in epistolis Clementis *puritatem virginitatis* doceri prædicantes, utramque indicare voluerint, parem simul auctoritatem habuisse, ut ejusdem parentis, tribuerint auctoritatem. Ipse etiam locus, quem in codice Alexandrino obtinet, in quo cum sacris utriusque fœderis libris nullum aliud opus præter hanc et superiorem Clementis epistolam continetur, utramque nonnullis in Ecclesiis inter sacras Scripturas admissam fuisse indicio est: idque confirmat 84 seu ultimus apostolorum canon, qui quidem in catalogo librorum Novi Testamenti duas Clementis epistolas ponit.

III. In omnibus quidem editionibus, una Patricii Junii excepta, δευτέρα πρὸς Κορινθίους ἐπιστολὴ inscribitur: sed hæc inscriptio ad Corinthios num genuina aut Alexandrini codicis auctoritate fulta sit, nonnulli dubitant; maxime cum in Juniana editione, in qua primum Græce prodiit, hunc unum præ se ferat titulum, *Fragmentum epistolæ secundæ ex eodem ms.*, nec Eusebius, Rufinus, Hieronymus ac Nicephorus Callisti de altera loquentes Clementis epistola, ad quos scripta sit indicent. Verum hic scrupulus, ex indiligentia ejus injectus, qui primæ Clementis epistolæ a Junio editæ alteram hanc omisso ejus titulo subnexuit, facile eximitur. Nam cum Alexandrinus codex omnium scriptorum, quæ in eo continentur, generalem præ se ferat indicem eadem manu, qua totus codex scriptus est, exaratum; hæc altera epistola non solum in hoc indice, sed etiam in ipsius fronte ἐπιστολὴ πρὸς Κορινθίους prænotatur. Neque codici huic refragantur Eusebius, Rufinus, Hieronymus aut Nicephorus. Dum enim, memorata Clementis ad Corinthios epistola prima, proxime subjiciunt: *Fertur et altera*, nec ad alios hanc alteram scriptam esse designant, et hanc ad eosdem scriptam censentur intelligere. Aut certe, si ad alios scriptam nossent, hæc illorum reticentia merito negligentiæ culparetur. Sed et Photius, qui aliquod saltem epistolæ hujus exemplar penes se habuit, et Damascenus, qui unum et alterum nobis fragmentum illius transmisit, dum eam ad Corinthios scriptam disertis verbis tradunt, id quod per se innuunt Eusebii, Rufini, etc., verba, confirmant.

IV. Eam nihilominus nonnulli suppositionis suspectam habent, idque nominatim Joan. Ern. Grabius *Spicil. Patr.* t. I, pag. 265, confici putat ex verbis Dionysii Corinthiorum episcopi apud Eusebium lib. IV, c. 23, ad Romanam Ecclesiam sic re-

Digitized by Google

scribentis : *Hodie sacrum diem Dominicum transegimus, in quo epistolam vestram legimus; quam quidem perpetuo deinceps legentes, perinde atque priorem illam nobis a Clemente scriptam, optimis præceptis ac documentis abundabimus.* Quomodo tamen ex his verbis id quod vult conficiatur, non est exploratum. Hoc unum ex iis conficitur, primam videlicet Clementis epistolam, non item hanc alteram, Corinthi publice legi consuevisse : at ut hæc altera falsa sit, inde non est consequens. An id moris tunc erat, ut omnes non apostolorum tantum, sed et apostolicorum virorum epistolæ in publicis Ecclesiarum conventibus legerentur; ideoque falsi arguenda sit altera Clementis epistola, quod in illis conventibus minime lecta fuerit? Certe si valeret hujusmodi argumentum, vix ambigendum videtur, quin eo Eusebius, Hieronymus ac Photius ad epistolam istam rejiciendam usi essent. Certius autem ex hac disparitate, qua primam in ecclesiis lectam, alteram non lectam docemur, percipitur ratio cur prima notior ac celebrior altera evaserit.

V. Addit Grabius suppositionis sibi suspicionem augeri ex loco cujusdam libri apocryphi, qui cum epist. 1, n 23, sit laudatus, in hac epistola n. 11, iterum citatur; quasi repetita ejusdem sententiæ citatio idonea sit falsi suspicandi causa. Sed unum eumdemque locum, ubi sese offert occasio, ab eodem scriptore in eodem opere, quanto magis in diversis, iterato citari quid mirum? Quo etiam singularior est sententia iterum prolata, eo aptior est ad persuadendum, epistolas in quibus pariter laudatur, ab uno auctore proficisci. Aut si hæc sententia, quia ex libro aliquo apocrypho excerpta est, suspectam reddit secundam; cur non reddat et primam?

VI. Idem dicendum et de censura Photii, qui quidem ubi præmisit, *Lectus est libellus, in quo Clementis epistolæ duæ ad Corinthios continebantur*, ac de prima quid sentiret ubi exposuit, subjicit de altera : *Secunda vero et ipsa admonitionem melioris vitæ inducit, atque in principio Christum Deum prædicat. Verum dicta quædam peregrina velut e sacra Scriptura subinducit, quibus ne prima quidem epistola omnino vacat. Et interpretationes quorumdam locorum alieniores profert.* Ac demum de utraque concludit : *Alioquin ipsa, quæ in his epistolis insunt sensa, nonnihil abjecta sunt, nec continentem seriem ac consequentiam servant.* Nam nihil in hac secunda reprehendit, quod non primæ cum ea commune esse fateatur : eoque pacto singularem notat utriusque consensionem, unde ad utramque suscipiendam jure inducamur.

VII. Neque efficacius veritatem epistolæ nostræ impugnat illud pseudo-Justini respons. ad quæst. 74 : *Si præsentis rerum status finis est impiorum per ignem judicium, prout testantur prophetarum et apostolorum scripta, atque insuper Sibyllæ vaticinia, quemadmodum ait B. Clemens in sua ad Corinthios epistola.* Primo enim in hoc libro ipsa tacentur Clementis verba, quæ prius essent expendenda, ut sanum de illis judicium ferri posset. Deinde primane an secunda Clementis epistola ibi laudetur, non constat. Usserius quidem dissert. de scriptis Ignatii cap. 10, pseudo-Justini verbis secundam epistolam memorari putat; sed Blondellus lib. 1 *De Sibyllis*, c. 20, sic eadem Gallice vertit, quasi primam in eis citatam legisset. Tertio nec deest conjectura, locum illum, quem pseudo-Justinus perstringit, ad eum pertinere, quem Irenæus lib. III *Adv. hær.*, c. 3, velut ex prima epistola citat, ubi Clementem de *igne, quem Deus diabolo et angelis ejus præparavit*, sermonem habuisse testatur. Quod si ita est, nihil officit epistolæ secundæ veritati. Denique argumentum ex Sibyllæ mentione petitum, valde infirmum esse Cotelerius erudite ostendit.

VIII. Item vir clarissimus nihil obstare censet, quominus et hæc secunda epistola pro genuino Clementis fetu habeatur. Illam primæ subnexam et Clementis nomine insignitam exhibet pervetustus codex Alexandrinus, in quo nulla Clemente posteriora scripta continentur. Eidem suffragantur non modo Photius, qui similem penes se habuit, sed et ultimus apostolorum canon, qui secundam illam epistolam non secus ac primam proxime post sacros libros recenset. Utriusque etiam cognationem probant peculiares quidam loci ex apocryphis, ut videtur, expressi. Alios mitto scriptores, qui eam Clementis nomine laudarunt. Tantum observo, apud Dorotheum abbatem, qui inter illos merito propter testimonium ex ea prolatum ac Doctrinæ 23 insertum appellandus erat, in *Biblioth. Patrum* Climaci loco Clementis nomen per oscitantiam librariorum irrepsisse. Ad nos quod attinet, epistolam tanto temporum tractu cum prima conjunctam separare, aut nomen quod ex omni hominum memoria præ se fert, ei abjudicare religioni nobis est. Illam piam, utilem et Clemente non indignam esse neque ipsi, qui eam suppositionis suspicantur, negant. Desiderandum esset, ut integrior ad nos pervenisset.

IX. Nec morari nos debet opinio eorum, quibus Grabius incunctanter subscribit, qui, propter exordium, in quo salutatio cum prece conjuncta contra apostolorum atque ipsius Clementis morem deest, id quod etiamnum habemus, homiliæ potius quam epistolæ partem judicant. Non enim tanta est illa ratio, ut veterum, qui epistolam nuncupant, summo consensui non dicam anteferri, sed vel conferri ullo modo valeat. Neque etiam in inquisitione temporis, quo scripta est, nos opus est diutius distineri. Ut enim illud certo dignoscatur non admodum interest, cum nullum in ea factum explicetur. Observant tamen eruditi, eam redolere tempus, quo ecclesiæ pace fruebantur. Primum anno 1633, Græce tantum ad calcem epistolæ I, a Patricio Junio editæ adjuncta Oxonii prodiit. Eam postea Latinitate donarunt Joann. Bapt. Cotelerius et Gottifredus Vendelinus, exindeque Græce et Latine sæpius recusa est. Cotelerii interpretationi, ea qua in prima usi sumus libertate, adhæremus.

Digitized by Google

# III.

# EX EDITIONE GALLANDI.

(*Vet. Patr.* t. I, Venet. 1765, in-fol., p. XI.)

## SYNOPSIS DISSERTATIONIS.

### SECTIO I.

I. *Nonnulla de Clemente R. cujus quatuor supersunt epistolæ. Et primum quidem de duabus ad Corinthios. Studium in iis hic iterum evulgatis, adhibitum.*

II. *Prioris epistolæ Corinthiacæ præstantia et integritas asserta. Conjecturæ de illius interpolatione, explosæ.*

III. *Posterioris item sinceritas astruitur et confirmatur.*

IV. *Adversariorum objectiones tolluntur : quarum prima e dissimilitudine styli desumpta.*

V. *Falso existimatur illa fuisse a sanctis Patribus reprobata. Suspecta fides Eusebii. Dionysii Corinthiorum episcopi locus discussus.*

VI. *Ejusdem epistolæ cum priore consensus, judice vel ipso Photio.*

VII. *Pseudo-Justini locus immerito objectus.*

VIII. *Solvuntur argumenta, quibus notham suspicatur epistolam Hermannus Venema. Clemens origine gentilis, non Judæus. Christianismus, ejus ætate, longe lateque propagatus. Epistolæ 1 locus insignis de Christi divinitate propugnatus.*

IX. *Tempus quo utraque epistola scripta fuerit, inquiritur.*

### SECTIO II.

X. *Ejusdem Clementis Epistolæ 2 ad Virgines, nuper editæ. Nova recensione hic denuo typis excusæ.*

XI. *Argumenta quibus harum epistolarum ingenuitas confirmatur, alia externa, interna alia. Epiphanii testimonium excutitur ac defenditur.*

XII. *Testimonium item Hieronymi expensum, illustratum assertumque. Aliis etiam nonnullis Patribus antiquioribus eædem epistolæ haud incompertæ.*

XIII. *Characteres interni propositi. Aliquot sententiæ Syriacarum epistolarum, in Corinthiacis quoque occurrunt. Eadem utrobique scribendi et ratiocinandi methodus. Mores denique vere apostolici.*

XIV. *Diluitur de Grapte cujus mentio apud Hermam, Clementis Romani uxore, lepidum Hermanni Venemæ commentum. Duo epistolæ 1 ad Corinthios loca vindicata. Quæ vero Virginibus inscribuntur, Græcis litteris fuisse primum exaratæ perhibentur, Ecclesia in pace constituta.*

## SECTIO I.

### DE DUABUS EPISTOLIS AD CORINTHIOS.

I. Clemens Romanus, sanctorum Patrum quotquot exstant vetustissimus, neque uno nomine primus, chorum ducit : vir plane apostolicus, ab ipsis nempe apostolis institutus, Petri quoque discipulus et Pauli συνεργός ; cui proinde ab iisdem apostolorum principibus evangelium ipsorum sanguine recens signatum, concreditum fuisse perhibetur ; cujus scripta tantum non θεόπνευστα ; cujus denique nomen, dum adhuc in terris ageret, Spiritu sancto testante [22], *scriptum erat in libro vitæ*. Hic igitur summus Ecclesiæ universæ pontifex, pastor et doctor egregius, plura sane perscripserit apostolicæ doctrinæ monumenta, quibus Christianam religionem illustraret confirmaretque : verum ex his nihil ferme aliud est reliqui nisi quatuor Epistolæ, quibus fidei ac pietatis institutionem quam ab A apostolis hauserat, sancte custoditam et religiose servatam, fideliter ad nos usque transmisit. Harum duæ priores Corinthiis inscriptæ, circa elapsi sæculi medium ; duæ vero posteriores de virginitate pertractantes, nuper demum e bibliothecarum tenebris erutæ, in lucem prodierunt. De utrisque nobis agendum. Nunc vero de duabus epistolis Corinthiacis.

Has itaque anno 1633, e vetustissimo ms. codice Alexandrino edidit Oxonii primus omnium Patricius Junius : priorem quidem, addita Latina versione notisque illustratam ; posterioris vero reliquias Græce tantum ad calcem rejectas. Quo vero suum pensum rite absolveret editor, voces deperditas, ut ipsemet in præfatione testatur, et litteras vetustate exesas, spatiis et interstitiis accuratis-

[22] Philipp. IV, 3.

Digitized by Google

sime dimensis, supplevit et minio rubro notavit ; eo nimirum consilio, ut quæ in laceris membranis temporis injuria consumpta desiderabantur, ab iis quæ addita vel suppleta fuerint lectores facilius secernerent. Quæ quidem supplementa Juniana posteriores editores, ut uncinulis clausa typis imprimerentur, diligenter curarunt. Magna enimvero et laudanda Junii solertia, si fides ipsi adhibenda. Verum secus sentiunt de eo deque ejus labore in describendo ms. Alexandrino viri longe doctissimi, Wottonus (1) in primis, Millius (2) et Grabius (3) : ut proinde minus recte censuerit Fellus (4), « actum scilicet irrito conatu acturum fuisse illum, qui post Junium ad exemplar Alexandrinum omnia denuo exegisset : siquidem, subdit, ea habetur de eruditione, industria et fide D. Junii apud omnes fama, ut eamdem suspicione aliqua labefactare, non incivile modo, sed iniquum prorsus videatur. »

At pretium fuerit operæ hic in medium proferre, quæ de Juniana Clementinarum Epistolarum editione fuere ab ipso Grabio adnotata. Sic autem se habent (5) : « Quæ ex collatione (ms. codicis Alexandrini) emendationem præbent, ad hæc fere capita reducuntur. I. Nonnulla in editis omittuntur quæ in prototypo exstant, ut ex versione Latina constat. II. Haud pauca vocabula litteris miniatis eduntur, quæ in codice exstant ; quod factum esse a typothetis verisimile est. III. Sunt haud pauca, quæ non recte exscripsit editor. IV. Nonnulla aliter scripta sunt, quam editor repræsentavit ex singulari quadam ejus opinione ; qua adduci non potuit, ut scriptionem veterem aliter exhiberet, quam secundum vulgarem scribendi morem. V. Sæpe cum ipse male exscripserit, correctionem ex conjectura addit ad marginem ; quæ correctio in ipso codice reperitur. » Hactenus Grabius. Quibus ergo vitiis laborant editiones ferme omnes, utpote quæ fuere ad Junianam exactæ : quod quidem liquido patet ex Wottoniana, omnium emendatissima.

Hæc igitur Cantabrigiensis satis luculenta ἔκδοσις in vulgus prodiit anno 1718, summa cura Henrici Wottoni elaborata. Eam enim haud semel exigens V. C. ad fidem ms. codicis Alexandrini, adhibito etiam Junii edito cum eodem codice a Millio atque a Grabio collato, Junianum textum quem cæteri editores sunt secuti, octogies emendavit supplevitque ; quæ vero aberant a ms. exemplari, atque a Junio litteris miniatis designabantur, minutioribus typis imprimenda curavit. Sed præstat Wottonum ipsum audire, qui consilium studiumque suum in hac editione adornanda hisce verbis exponit (6) : « Cum primum mecum decrevissem editionem S. Clementis in me suscipere, Grabii Milliique exemplaria quæ eorum uterque cum ms. codice quam accurate contulerat, mihi comparavi, atque illorum collationes et emendationes diligenter ad oram libri mei adnotavi. Quod cum egissem, ms. codicem quanta fieri potuit diligentia plus quam semel de novo contuli ; quem, cum unicus sit, usque ad litteram secutus sum, præterquam in abbreviationibus, quas hoc in loco potius adnotandas duxi. Hujusmodi sunt : $\overline{\Theta\Sigma}$ pro Θεὸς, $\overline{K\Sigma}$ pro Κύριος, $\overline{I\Sigma}$ pro Ἰησοῦς, $\overline{X\Sigma}$ pro Χριστός, $\overline{\Pi NA}$ et $\overline{\Pi N\Sigma}$ pro Πνεῦμα et Πνεύματος, $\overline{OYNO\Sigma}$ pro οὐρανός, $\overline{A\Pi O\Sigma}$ pro ἄνθρωπος, $\overline{I\Sigma\Lambda}$ et $\overline{IH\Lambda}$ pro Ἰσραήλ, $\overline{IAM}$ pro Ἱερουσαλήμ, $\overline{\Pi PA}$ pro πατέρα. Ubi vero codex ms. discedit a vulgari scribendi ratione, vel parum recte se habet, veram ac usitatiorem scribendi rationem, ut et lectiones, emendationes et conjecturas Junii, Boisii, Cotelerii, Felli, Colomesii ac Clerici, inter variantes lectiones posui. Plurimis etiam in locis textum emendavi et suæ integritati restitui, ubi parum recte a Junio describebatur. — Quæ me ad hanc editionem suscipiendam præcipue impulerunt, hæc fuerunt : ne deesset emendatior Græci textus editio, etc » Hanc autem Wottonianam editionem, omnium licet accuratissimam, qui deinceps epistolas Clementinas typis excuderunt viri eruditi, si Richardum Russelium excipias, præteriere inconsultam. Quod quidem mirum, sin minus de reliquis, at saltem de Clerico qui eamdem præ manibus habuit : ex ea enim selectiores Boisii adnotationes a Wottono tum primum editas descripsit, quas in secundam Amstælodamensem Patrum apostolicorum editionem Cotelerianam transtulit. At eo in primis nomine illam insuper habuisse videtur Clericus, quod editor Cantabrigiensis tum Eduardi Bernardi notulas quibus Epistolæ 1 αὐθεντίαν elevare conatus est exsufflarit, tum ipsummet Clericum identidem haud immerito castigarit.

Quandoquidem vero Russelii mentio incidit, illud interest adnotare, industrium hunc editorem in suis *Patrum apostolicorum operibus genuinis*, Londini anno 1746 evulgatis, Wottonianam editionem præ cæteris sibi sequendam jure censuisse. Qui et ad calcem secundæ partis voluminis 1 laudabili consilio pleraque subjecit adnotata, ex Joannis Millii apographo accurate ad ms. codicis Alexandrini fidem exacto descripta : quæ quidem adnotata Wottonum prætermisisse, quamvis et ipse apographum Millianum sibi comparasse asseveret, miror enimvero ; eo vel maxime quod nonnulla in iis reperiantur, quibus ex eodem ms. vetustissimo codicum editorum lectio passim exactior redditur.

Neque porro illud prætermittendum, V. C. Joanni Ludovico Frey, qui anno 1742 *Epistolas Patrum*

(1) Prolegom. ad Bibl. polyglott., sect. IX, § 34.

(2) Apud Russel., edit. PP. Apost., tom. I, part. II, p. 256.

(3) Prolegom. ad vers. LXX, cap. II, § 1.

(4) Præfat. ad epist. 1 Clem., edit. Oxon., 1669.

(5) Apud Wottonum ad calcem epist. Clem., pag. 102.

(6) Præfat., p. CCVII.

Digitized by Google

*epostolicorum* typis Basileensibus consignavit, Wottonianum exemplar, quod quidem exoptabat, videre tum demum licuisse, cum jam epistola 1 Clementis e prelo evasisset : ut proinde posteriorem tantummodo paulo emendatiorem exhibuerit. Qualemcunque tamen hujus editionis Freyanæ, alioqui satis nitidæ, defectum supplere adnisus est vir eruditus Antonius Birrius in *publico Specimine*, itidem Basileæ anno 1744 edito, atque conjecturis haud pœnitendis ad textum Clementinum editionis Wottonianæ ulterius adhuc detergendum referto. Hujus autem Speciminis Birriani exemplar cum frustra diu conquisivissem, summo licet studio expetitum, voti tandem compotem me fecit vir liberaliter eruditus Gaspar Hagenbuchius, a quo una cum litteris humanitatis et officii plenissimis Turico Helvetiorum dono illud accepi : quo quidem nomine viro optimo gratias ago et habeo.

His itaque aliisque subsidiis instructus, ad eam quam hic profero editionem parandam elaborandamque me contuli : quo quidem in opere quantum industriæ ac studii adhibuerim, aliorum esto judicium. Illud sane affirmare ausim, Clementis Epistolas ad Corinthios nunc demum prodire multo castigatiores, quam hactenus fuere in vulgus emissæ : tot enim loca sunt restituta, tot menda sublata ; ut perpauca, si qua sunt, adhuc emendanda superesse videantur. Cum vero in textu Græco emaculando summa cum laude præ omnibus versatus fuisse videatur Henricus Wottonus, solertem hunc editorem ferme ubique sum assectatus : ea tamen adhibita ratione, ut nonnulla quandoque in notis subjecerim ex Millii præsertim apographo, quæ vel ipsum editorem Cantabrigiensem fugerunt, ut modo prænonui ; quin et in medium protulerim aliquot virorum eruditorum conjecturas, Birrianas in primis, quæ ad veram lectionem eruendam, ubi textus defecit, propius accessisse visæ sunt. Interpretationem Cotelerii a Coutantio recensitam retinui, nisi aliter suaserit exactior codicis Alexandrini collatio, a Wottono et Millio instituta ; sicubi enim ex fide ms. lectio vulgata reformanda fuit, interpretatio quoque ut ad textum Græcum exigeretur oportuit. Adhæc, Veterum testimonia præmisi ex Coteleriana editione desumpta ; quibus tamen alia nonnulla intexui, cæteris aut prætermissa aut invisa. Fragmenta item Clementina adjeci, ex iis potissimum petita quæ Coutantius congessit : at locum Irenaicum ab ipso recitatum omisi, quem potius inter testimonia referendum censui ; in eo namque non aliquid novi, sed tantum Epistolæ I synopsin Irenæus exhibuisse perhibetur, ut cuilibet diligenter attendenti compertum fiet : quod quidem magno Ecclesiæ annalium parenti jampridem suboluit (7), cum adhuc Clementis textus in bibliothecarum latebris delitesceret. Summaria denique capita e Coutantiana et Freyana editionibus contexta subjecimus.

II. Jam vero, ut de harum epistolarum præstantia et sinceritate disseramus, celeberrima est, quod omnes eruditi norunt, quæ prior Corinthiis inscribitur : Ἰκανωτάτη γραφή dicta S. Irenæo, Ἐπιστολὴ μεγάλη τε καὶ θαυμασία Eusebio : atque adeo tantum non canonica, eam apud omnes auctoritatem obtinuit, ut perinde ac reliquæ apostolorum Epistolæ, publice aliquibus in ecclesiis lecta fuerit : quod quidem præter Eusebium, Hieronymum aliosque veteres scriptores, testatur antiquior Dionysius Corinthiorum episcopus (8). Hæc sane priscum Evangelii vigorem spirat : stylus quam proxime ad Novum Testamentum accedit : res verbaque ipsa desumpta in primis ex Epistolis Paulinis : denique nihil fere in ea reperiri contingit, quod primæva nascentis Ecclesiæ incunabula non referat, nihilque quod virum plane apostolicum non maxime deceat.

At quamvis hujusmodi venerandum sacræ antiquitatis monumentum a plerisque vetustis locupletissimis testibus quos eidem præmisimus, usquequaque astruatur ; atque, simul ac ex antiquissimo ms. codice Alexandrino illud in lucem fuit editum, summo eruditorum ferme omnium consensu, sincerum omnino quantumcunque est, agnitum fuerit, receptum comprobatumque : non defuere tamen hoc et superiore sæculo, qui vitiatum idem mireque interpolatum obfirmate contenderint. Eos inter primas tenet Eduardus Bernardus, cujus notulæ in utraque Amstælodamensi Coteleriana Patrum apostolicorum editione comparent : quibus nimirum in id operis potissimum omni adhibito conatu incumbit vir κριτικώτατος, quo hanc epistolam a plano improbo misere fœdatam suadeat, qui Clementi Romano innumeras Clementis Alexandrini lacinias adsuerit. Severioris autem hujus critici placita Joanni Clerico plerumque probantur, qui ea primus in vulgus emisit. Utrumque porro, sed Bernardum præsertim, solide refutavit laudatus Henricus Wottonus in notis ad Clementinas epistolas, quarum editionem eo potissimum nomine a se adornatam profitetur (9). Verum haud pigeat ipsummet accuratissimum editorem hac de re disserentem audire (10) : « Irriti sunt, inquit, hujus (Bernardi) conatus ; qui enim hoc modo ex Clemente Alexandrino arguit, aut eum non probe novit, aut mala fide agit : eadem enim ratione actum erit de authentia et fide eorum omnium, qui a Clemente Alexandrino usquam citantur, scriptorum. Nemo enim Patrum majori licentia est usus in citandis auctoribus, sive sacris sive ethnicis ; cum ei in more sit, non integra auctorum verba semper

(7) Baron., ad ann. 95, num. 2.

(8) Dionys. Corinth. apud Euseb. *Hist. eccl.* lib. IV, c. 23.

(9) Præfat. ad Clement. Epist., p. 207.

(10) In not. ad Clem. Epist. 1, cap. 9, p 40.

Digitized by Google

recitare, sed pro arbitrio suo nunc contrahere, nunc de suo inserere, alia omittere, alia variis modis mutare. — Si ad hæc sedulo attendas, agnosces, pie Lector, mecum, ex Alexandrino non interpolatam fuisse, toties ab Ecclesia primæva celebratam laudibus, imo et cum sacris Scripturis publice lectam Romani Clementis Epistolam.» Hæc Wottonus ; cui tamen præiverat Joannes Potterus vir clar. in animadversionibus ad Clementem Alexandrinum (11), ubi summatim quidem, sed acriter, Bernardi conjectationes elisit.

Hujus vero critici Angli vestigia presso pede persequitur Joannes Laurentius Moshemius (12), quem si audias, Clementis epistola 1 quarta sui parte mulctanda tibi erit hinc et illinc, a capite 9 ad 55. Sed non priora quidem decem capita, eo judice, ab interpolatione sunt prorsus immunia. At inania esse ac futilia Moshemii argumenta in oculis posuit Joannes Ludovicus Frey (13) : siquidem invicte vir eruditus evincit cum ex antiquitate codicis Alexandrini ex quo descriptum est pretiosum illud κειμήλιον, tum ex veterum Patrum testimoniis, nos eamdem omnino epistolam habere, quam habuit vetusta Ecclesia ; quam audierunt in sacris cœtibus primævi Christiani, dum adhuc ejus lectionis usus vigeret ; quam denique legerunt Dionysius Corinthius, Clemens Alexandrinus, Cyrillus Hierosolymitanus, Hieronymus, et cæteri.

Verum si altius adhuc assurrexisset vir clar., vetustis illis Ecclesiæ scriptoribus vetustiorem etiam addere poterat Polycarpum, sanctissimum Smyrnensem episcopum et martyrem, qui eamdem Clementinam Epistolam manu versasse, quin et nonnulla ex ea pene verbo tenus excerpta in suam ad Philippenses Epistolam transtulisse perhibetur. Neque fortasse otiosum fuerit, quæ viris eruditis nobisque observata de Polycarpiana lectione occurrunt, in unum congesta atque invicem comparata in medium proferre. En itaque locorum aliquot parallelismum institutum.

*Epist. 1 Clementis ad Corinthios.*

Cap. I. Γυναιξίν τε — παρηγγέλλετε, στεργούσας καθηκόντως τοὺς ἄνδρας ἑαυτῶν — πάνυ σωφρονούσας.

Cap. V. Πέτρος — οὕτω μαρτυρήσας ἐπορεύθη εἰς τὸν ὀφειλόμενον τόπον τῆς δόξης.

Cap. VII. Διὸ ἀπολείπωμεν τὰς κενὰς καὶ ματαίας φροντίδας, καὶ ἔλθωμεν ἐπὶ τὸν εὐκλεῆ καὶ σεμνὸν τῆς ἁγίας κλήσεως ἡμῶν κανόνα.

Cap. IX. Διὸ ὑπακούσωμεν τῇ μεγαλοπρεπεῖ καὶ ἐνδόξῳ βουλήσει αὐτοῦ [Θεοῦ] — ἀπολιπόντες τὴν ματαιοπονίαν, τήν τε ἔριν, κ. τ. λ.

Cap. XIII. Μεμνημένοι τῶν λόγων τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ, οὓς ἐλάλησεν διδάσκων· — *ᾧ μέτρῳ μετρεῖτε, ἐν αὐτῷ μετρηθήσεται ὑμῖν.*

Cap. XXI. Ἴδωμεν πῶς ἐγγύς ἐστιν [ὁ Κύριος] καὶ ὅτι οὐδὲν λέληθεν αὐτὸν τῶν ἐννοιῶν ἡμῶν, οὐδὲ τῶν διαλογισμῶν ὧν ποιούμεθα· — ἐρευνητὴς γάρ ἐστιν ἐννοιῶν καὶ ἐνθυμήσεων.

Ibid. Τοὺς νεοὺς παιδεύσωμεν τὴν παιδείαν τοῦ φόβου τοῦ Θεοῦ· τὰς γυναῖκας ἡμῶν ἐπὶ τὸ ἀγαθὸν διορθωσώμεθα· τὸ ἀξιαγάπητον τῆς ἁγνείας ἦθος ἐνδειξάσθωσαν· — τὴν ἀγάπην αὐτῶν μὴ κατὰ προσκλίσεις, ἀλλὰ πᾶσιν τοῖς φοβουμένοις τὸν Θεὸν ὁσίως, ἴσην παρεχέτωσαν.

*Epist. Polycarpi ad Philipp.*

Cap. IV. Διδάξωμεν — τὰς γυναῖκας ὑμῶν — στεργούσας τοὺς ἑαυτῶν ἄνδρας ἐν πάσῃ ἀληθείᾳ καὶ — ἐν πάσῃ ἐγκρατείᾳ.

Cap. IX. Πέτρος καὶ Παῦλος — οὗτοι πάντες — εἰς τὸν ὀφειλόμενον αὐτοῖς τόπον εἰσὶ παρὰ τῷ Κυρίῳ.

Cap. VII. Διὸ ἀπολιπόντες τὴν ματαιότητα τῶν πολλῶν — ἐπὶ τὸν ἐξ ἀρχῆς ἡμῖν παραδοθέντα λόγον ἐπιστρέψωμεν.

Cap. II. Διὸ ἀναζωσάμενοι τὰς ὀσφύας, δουλεύσατε τῷ Θεῷ ἐν φόβῳ καὶ ἀληθείᾳ, ἀπολιπόντες τὴν κενὴν ματαιολογίαν, καὶ τὴν τῶν πολλῶν πλάνην.

Cap. II. Μνημονεύσαντες δὲ ὧν εἶπεν ὁ Κύριος διδάσκων· — *ἐν ᾧ μέτρῳ μετρεῖτε, ἀντιμετρηθήσεται ὑμῖν.*

Cap. IV. Γινώσκ. — ὅτι [ὁ Θεὸς] πάντα ἡμῶν σκοπεῖται, καὶ λέληθεν αὐτὸν οὐδέν, οὔτε λογισμῶν, οὔτε ἐννοιῶν, οὔτε τι τῶν κρυπτῶν τῆς καρδίας.

Ibid. Διδάξωμεν — τὰς γυναῖκας ὑμῶν [πορεύεσθαι] ἐν τῇ δοθείσῃ αὐταῖς πίστει καὶ ἀγάπῃ καὶ ἁγνείᾳ — καὶ ἀγαπώσας πάντας ἐξ ἴσου ἐν πάσῃ ἐγκρατείᾳ· καὶ τὰ τέκνα παιδεύειν τὴν παιδείαν τοῦ φόβου τοῦ Θεοῦ.

Ex hactenus allatis collatisque locis manifeste liquet, ut quidem arbitror, ab ultima usque antiquitate Polycarpo, Joannis evangelistæ discipulo, fuisse perlectam Clementis Romani Epistolam qua de agimus, eamque præ oculis habuisse sanctum Smyrnensem antistitem, dum suam scriberet ad Philippenses : unde orta similitudo illa, quæ non solum eumdem stylum ubique, sed eadem quoque pene verba referre haud semel videtur. Cum itaque in Polycarpiana perbrevi Epistola tot apparent Clementinæ vestigia ; hanc unam ob causam, Bernardi, Clerici ac Moshemii conjectationes de hujus laciniis ex Clemente Alexandrino desumptis, omnino evanescant oportet.

Neque alii profecto desunt, qui ejusdem Epistolæ sinceritatem in dubium revocent ; quod nimirum nonnulla fabulosa præ se ferat ; quod aliqua in ea desiderantur a vetustis Patribus allegata, etc. Sed hos morosiores criticos missos facimus : tum quod eorum objectiones fluxo adeo talo nitantur, ut pe-

(11) Potter. ad Clem. Alex. *Strom.* lib. IV, cap. 18, p. 610, not. 4.

(12) *Instit. hist. Christ. major. sæc.* I, p. 212-215.

(13) Præfat. ad Epist. SS. PP. apostol. circa med.

Digitized by Google

dem cum singulis conferre haud expediat, tum in primis quod a plerisque viris eruditis res abunde satis fuerit pertractata. Firmum igitur ratumque sit, germanam omnino esse priorem Clementis epistolam, quæ utinam ad nos integra pervenisset! quidquid enim in ea continetur, tempora plane apostolica refert; neque ullum ex omni retro antiquitate quispiam testem produxerit, qui homines cordatos de illius sinceritate merito ancipites reddere valeat.

III. Posterioris item ad Corinthios Epistolæ Clementinæ, sunt qui non solum veritatem, verum etiam antiquitatem impugnant. His nuper etiam accessit haud incelebris criticus Hermannus Venema in Epistolis Harlingæ evulgatis, eo potissimum nomine, quo epistolarum Clementis a clar. Wetstenio haud ita pridem editarum integritatem everteret: qua de re mox inferius. Ne itaque officio nostro deesse videamur, Cotelerium, Bullum, Coutantium aliosque viros doctos assectati, adversariorum objectationibus facere satis operæ pretium existimamus.

Observandum itaque primum Epistolam utramque ex uno superstite vetustissimo codice Alexandrino in lucem prodiisse. Scilicet, codex iste quatuor voluminibus constans, præfixum habet indiculum librorum utriusque Fœderis, ab ejusdem librarii manu characteribus uncialibus exaratum: quem integrum exhibet Beveregius (14), et quidem summa fide descriptum, adeo ut ne lacunas quidem suppleverit, sed ubi litteræ quævis erant vetustate abrasæ, ibi interstitia accurate dimensa reliquerit: quod itidem præstitit ex Beveregio Humfredus Hodius (15); et deinceps, at non pari religione, Joannes Ernestus Grabius (16). In hoc igitur indiculo sub finem, litteris grandioribus absque accentibus et spiritibus quibus caret, sic legitur:

ΚΛΗΜΕΝΤΟΣ Ε. . . . . ΑΗ Ā
. . . . . ΕΝΤΟΣ Ε. . . . . ΑΗ B̄

Quas autem præ se fert hic indiculus duas Clementis Epistolas, eas exhibet ad calcem ejusdem ms. codicis volumen quartum: priorem quidem sic inscriptam, ΚΛΗΜΕΝΤΟΣ ΠΡΟΣ ΚΟΡΙΝΘΙΟΥΣ ΕΠΙΣΤΟΛΗ Α; posteriorem vero sic, ΚΛΗΜΕΝΤΟΣ ΕΠΙΣΤΟΛΗ Β: ut videre est apud Wottonum, solertissimum laudati codicis exscriptorem. Ex hoc igitur Alexandrino exemplari compertum est, primo, duas Epistolas Clementem scripsisse; deinde utramque fuisse Corinthiis inscriptam. Licet enim posterior, ex librariorum fortasse incuria, prænotata πρὸς Κορινθίους haud compareat; quidni et eam ad Corinthios missam existimemus, cum prioris inscriptio hac de re satis superque indubios nos reddat? Enimvero neque prior legitur in indiculo fuisse ad Corinthios perscripta. Quis porro ne illam quidem Corinthiorum nomine signatam ex ejusdem indiculi silentio jure arguat?

Neque item silentium nos moveat Eusebii, et qui eum secuti sunt, Hieronymi atque Rufini; qui dum Epistolæ secundæ meminerunt, Ecclesiæ Corinthiacæ fuisse illam inscriptam non perhibent. Cum enim laudati scriptores, ut recte Coutantius, memorata priore Clementis *ad Corinthios* Epistola, statim subdant: *Fertur et altera*, neque ad alios hanc alteram scriptam esse designent, eam quoque ad eosdem scriptam intelligere merito existimantur: alioquin, si ad alios missam nossent, neque id innuissent, hæc ipsorum reticentia jure ac merito negligentiæ culpanda videretur. Quid quod Dorotheus archimandrita, Joannes Damascenus et Nicon monachus *secundam* Clementis Epistolam, et quidem *ad Corinthios* scriptam, legerunt, ejusque unum alterumve fragmentum apud illos servatum etiamnum reperimus? Quid quod vel ipse Photius semel iterumque palam testatur, sibi *lectum libellum in quo Clementis Epistolæ duæ ad Corinthios* continebantur, ejusque de utraque judicium mire consonat cum iis quæ adhuc supersunt? Consulesis infra veterum testimonia Epistolis Clementinis præmissa, fragmentaque iisdem subjecta. Si quid ergo negotii facessant antiquiorum Eusebii, Hieronymi ac Rufini loca haud satis aperta, quod tamen vix admiserim, hinc procul dubio difficultas omnis tollatur oportet; cum diserta posteriorum scriptorum verba, priorum et sententiam explanent et testimonia confirment.

Ex his itaque compertum habemus, ut equidem existimo, haud parum ponderis ad asserendam Clementi Romano hanc secundam Epistolam, habere auctoritatem codicis Alexandrini, proximo ut videtur sæculo post concilium Nicænum ex antiquiore profecto exemplari descripti. Ex eo enim liquet utramque Clementinam Epistolam non solum inter canonicas Scripturas perinde recensitam fuisse, ac si utraque vere canonica esset, verum etiam ambas propterea in sacrorum Librorum censu locum habuisse, unaque cum aliis canonicis libris fuisse compactas, quod utraque tunc temporis in cœtibus ecclesiasticis vel legi soleret, vel saltem sacræ publicæ lectioni destinaretur. Quod quidem magis adhuc confirmatur ex canonibus apostolicis, circa sæculi III medium collectis: in horum enim canonum ultimo, sacrarum Scripturarum recensionem proferente, post enumeratas apostolorum Epistolas statim subjiciuntur Κλήμεντος ἐπιστολαὶ δύο: quæ profecto eædem fuisse videntur cum iis quas Alexandrini codicis indiculus exhibet; eo vel maxime quod eodem plane ordine quo laudatus indiculus, canon iste apostolicus illas digerat: ut proinde nulla subsit dubitatio, quominus utriusque

(14) *Cod. can. Eccl. prim.*, lib. II, cap. 9.
(15) *De Bibl. text. orig.*, lib. IV, cap. 4, p. 649.
(16) Prolegom. ad vers. LXX, tom. I, cap. I, § 2.

Digitized by Google

recensionis locus sit accipiendus de duabus Epistolis Corinthiacis, quorum auctor fuerit Clemens Romanus.

Hinc itaque meritissimo exploditur a viris doctis Vendelini et Dodwelli (17) opinio, quæ Grabio (18) quoque aliisque probatur : homiliæ scilicet partem esse, quæ inscribitur secunda Epistola ; illiusque fragmentum satis longum quod etiamnum superest, ad veterem διδαχήν Clementinam esse omnino amandandum : quin et eo processit ipse Dodwellus intemperantioris critices sectator studiosissimus, ut loca nonnulla ejusdem Epistolæ stylum eclogarium hypotyposeon Clementis Alexandrini referre professus fuerit, adeoque immistos invicem duos illos fuisse Clementes conjecerit. Sed censores istiusmodi mittamus, qui a veritate longe aberrare noscuntur. Quam enim canones apostolici, quam pervetustus codex Alexandrinus, quam denique Eusebius, Hieronymus, Dorotheus, Damascenus, Photius, et cæteri summo consensu *Epistolam* nuncupant, eam vero nonnisi conjectando in *Homiliarum* censum referre atque inter supposititia *Clementina* collocare : id tum demum est hominum otio abutentium, qui non rationem in disputando sequantur, sed sive contentionis sive novitatis studio se abripi sinant : ut propterea eorum opinio veterum sententiæ non solum non præferenda, sed ne conferenda quidem cum illa videatur.

IV. Neque demum singillatim acceptæ adversariorum objectationes tanti sunt ponderis, ut hanc Epistolam suppositionis suspectam reddere valeant. Joannes Morinus, vir cætera doctus, eamdem a sanctis Patribus adulterinam fuisse habitam secum reputans, sed immerito ut mox patebit, quo id magis adhuc astruat, ab ipsius Epistolæ stylo argumentum desumit, et quidem acrius fortasse quam decebat. « Illius stylus, inquit (19), ut prioris non est simplex, sed argutulus ; non sponte fluens, sed pro auctoris captu studiose elaboratus ; non ἀπεριοδικὸς et nonnunquam ἀναντιπόδοτος sed verborum ambitum, antitheses earumque redditionem ambitiose affectat. » Hæc Morinus, cujus sententia Richardo quoque Simonio probari videtur (20). Inficiari equidem nolim haud leve aliquando argumentum ex dissimilitudine styli suppetere, quo alicui scriptori opus abjudicetur, aliique addicatur ; dummodo tamen reliqua rite cohæreant. Verum hunc canonem criticum non esse nimium urgendum, nemo non videt : siquidem, ut optime Cotelerius quem sequitur et Grabius (21), styli dissimilitudo ab eodem scriptore pro varietate temporum et causarum oriri potuit.

Neque desunt exempla, quibus hujusmodi assertum comprobetur. Ut autem unum vel alterum proponamus, *Epistolam ad Hebræos* non esse apostoli Pauli, sed vel Barnabæ vel Lucæ vel nostri Clementis, e styli charactere veterum nonnulli existimarunt, Origenes (22), Eusebius, Hieronymus, aliique antiquiores. Attamen quam fluxa sit hæc sententia, cum ex *Epistola II* Petri, tum in primis ex ipsius *Epistolæ ad Hebræos* contextu satis liquet, ut præ cæteris nervose rem astruit Joannes Millius (23). Idem judicium latum olim fuisse de Petri *Epistola II* testantur iidem scriptores quorum modo meminimus (24). Verum et hic frustra censitum ex dissimilitudine styli, eas Epistolas duos scriptores prodere, quas unius Petri esse luculenter aliunde constat. De auctore itidem *Apocalypseos*, aliis quidem nominibus, at præsertim e styli ratione antiquitus dubitatum, utrum fuerit Joannes apostolus. Dionysium Alexandrinum apud Eusebium (25) si audiamus, *Evangelium* Joannis et ejusdem *Epistola I* sibi mutuo cohærent ; atque in omnibus, si recte perpenderis, unum idemque utriusque scriptionis genus evidenter apparet ; Apocalypsis vero ab utroque illo scripto aliena est et extranea. At quam parum hac in re tribuendum sit Dionysii Alexandrini auctoritati, norunt eruditi, ut abunde satis ante oculos posuit vir doctus modo laudatus (26).

Ex hactenus allatis exemplis manifeste liquet, mea quidem sententia, quam tenui tibicine fultum sit argumentum e styli dissimilitudine sumptum, quo *Epistola II* abjudicetur Clementi. Jam cætera prosequamur.

V. Morinum modo audivimus, nullo teste adhibito, asseruisse hanc epistolam a sanctis Patribus tanquam adulterinam fuisse habitam : quæ quidem sententia nonnullis quoque aliis probatur. Jurene, an secus, videamus. De hac ipsa epistola Eusebii testimonium hujusmodi habemus (27) : Ἰστέον δ' ὡς καὶ δευτέρα τις εἶναι λέγεται τοῦ Κλήμεντος ἐπιστολή· οὐ μὴν ἴθ' ὁμοίως τῇ προτέρᾳ καὶ ταύτην γνώριμον ἐπιστάμεθα, ὅτι μηδὲ τοὺς ἀρχαίους αὐτῇ κεχρημένους ἴσμεν. « Sciendum est autem, quod ea secunda quædam Clementis epistola esse dicatur : verum hanc non perinde ac priorem notam esse comperimus ; quoniam nec veteres ea usos esse novimus. » Quem locum Rufinus indiligenter pro more suo ita interpretatur : *Dicitur tamen esse et alia Clementis epistola, cujus nos notitiam non accepimus.* Neque magis accurate Hieronymus : *Fertur secunda esse ex ejus nomine epistola, quæ a veteribus reprobatur.* Photius autem ad Hieronymi sententiam accedens, hæc habet (28) : Ἡ δὲ λεγομένη δευτέρα πρὸς

(17) Dodw., *Dissert. in Iren.* § XXIX, p. 53.
(18) *Spicil.*, tom. I, p. 268.
(19) *Exercit. biblic.*, lib. I, exerc. IX, cap. 4, § IX.
(20) *Bibl. chois.*, t. I, chap. 28, p. 282.
(21) *Spicil.*, tom. I, p. 268.
(22) Origen., apud Euseb., *Hist. eccl.*, lib. VI, cap. 25.
(23) Prolegom. ad N. T., n. 85. seqq.
(24) Origen., *Comment. in Joan.*, tom. V. p. 88 ; Euseb., l. c. ; Hieron., *De vir. illustr.*, cap. 1.
(25) *Hist. eccl.*, lib. VII, cap. 30.
(26) Mill., l. c. num. 176, seqq.
(27) *Hist. eccl.*, lib. III, cap. 38.
(28) Bibl. cod. CXIII.

Digitized by Google

τοὺς αὐτοὺς, ὡς νόθος ἀποδοκιμάζεται. « Quæ autem secunda ad eosdem (Corinthios) dicitur, ut notha rejicitur. » At rectius ad mentem Eusebii Nicephorus (29) : Καὶ ἄλλη δὲ αὐτοῦ φέρεται ἐπιστολὴ, τῆς πρωτέρας κατὰ πολὺ ἀποδέουσα· περὶ ἧς ὁ αὐτός φησιν Εὐσέβιος, μὴ ἐν ἐπιστήμῃ ταύτης τοὺς ἀρχαίους εἶναι. « Fertur et alia ejus (Clementis) epistola, priore longe inferior; de qua dicit idem Eusebius, veteres ejus notitiam non habere. » Ex his itaque testibus uni Eusebio standum, nemo non videt : fides enim penes auctorem, non autem penes interpretes aut exscriptores. Photius vero minime audiendus, qui multo recentior est quam ut ipsi assensum præbeamus : neque enim ullius testis antiquioris auctoritatem adducit. Quid igitur Eusebius? Neque *a veteribus reprobatam* dicit posteriorem *epistolam*, neque prodit *veteres ejus notitiam non habuisse*, neque illam scribit *inter adulterina rejectam*; sed tantum « *priore minus notam* fuisse, neque *a veteribus usurpatam.* » Cedo, num inde consequitur epistolam nostram fuisse reprobatam, ignotam, postulatamque νοθείας? Aliud enimvero est minus cognitum, aliud ignotum omnino; atque aliud est non uti, aliud reprobare atque inter supposititia referre. « Quemadmodum igitur, verbis utor cl. Cotelerii, non possumus nunc, post deperditos tot primorum Patrum libros, memoriam Eusebii accusare, quæ tamen non semper fida exstitit; ita negamus inde consequi pro pseudepigrapha necessario habendam epistolam : cum fieri quiverit ut opus genuinum in controversiam venerit, et a primis Ecclesiæ scriptoribus non fuerit celebratum. »

Quid vero, si Eusebius Arii placitis impense addictus, de secunda Clementis epistola sic abjecte sensisset scripsissetque; propterea nimirum quod in ea sanctus Pater illustrissimum de Christi divinitate testimonium ediderit (30)? Illud sane viris doctis cum veteribus tum recentioribus observatum, Cæsariensem episcopum æstu partium haud semel abreptum, in sua Historia sive non satis aperte tradidisse, sive pleraque dissimulasse, sive silentio penitus præteriisse, quæ suis opinionibus novisset incommoda. Qua de re Photium (31), Baronium (32) et Montfauconium (33) consulere præstat. Verum quidquid demum senserit de secunda Clementis epistola Cæsariensis episcopus, satis compertum est nihil ex ejus verbis exsculpere posse adversarios, quo illam suppositionis merito suspectam reddere possint.

At enim Dionysius Corinthiorum episcopus apud Eusebium (34), ad Soterem papam rescribens, unius epistolæ Clementis, et quidem prioris, meminit hisce verbis : Τὴν σήμερον οὖν Κυριακὴν ἁγίαν ἡμέραν διηγάγομεν, ἐν ᾗ ἀνεγνώκαμεν ὑμῶν τὴν ἐπιστολήν, ἣν ἔξομεν ἀεί ποτε ἀναγινώσκοντες νουθετεῖσθαι, ὡς καὶ τὴν προτέραν ἡμῖν διὰ Κλήμεντος γραφεῖσαν. « Hodie sanctum diem Dominicum transegimus, in quo vestram legimus epistolam, quam quidem perpetuo deinceps legentes, perinde ac priorem illam a Clemente scriptam, unde optimis monitis instruamur habebimus. » Hinc infert Grabius (35), unam a Clemente scriptam ad Corinthios epistolam; quam τὴν προτέραν διὰ Κλήμεντος γραφεῖσαν Dionysius appellat, quod scilicet ad Ecclesiam Corinthiacam prius ea missa fuerit, quam Soter suam deinceps eidem inscripserit. Esto : meminerit hic Dionysius prioris tantum Clementis epistolæ : neque enim placet Beveregii sententia (36), conjicientis episcopum Corinthiorum, omissa Soteris epistola, de utraque Clementina verba fecisse. Minus item nobis probatur quod alii arbitrantur, Dionysium nempe illam Clementis epistolam, quæ publice legebatur, ideo fortasse πρωτέραν vocasse, ut eam ab altera Soteris ad Corinthios pariter scripta distingueret. At his missis, num propterea rite cum Grabio colligas, post ævum demum Dionysii vertente sæculo II ita scribentis, Clementinam secundam fuisse confictam? Hoc unum scilicet ex iis confici posse videtur, fuisse in more positum institutoque Corinthiorum Ecclesiæ, priorem quidem Clementis epistolam legi, posteriorem vero non item. Numquid demum tunc temporis erant legendæ in publicis Ecclesiarum conventibus omnes non apostolorum modo, sed etiam apostolicorum virorum epistolæ; ut proinde posterior Clementina censenda sit pseudepigrapha eo nomine, quod de illius lectione in conventu Corinthiaco nullam injiciat mentionem Dionysius? Cum itaque priorem quidem, minime vero posteriorem, in cœtu ecclesiastico perlegi consuevisse ab episcopo Corinthiorum ediscamus; hinc sane perspicimus, cur priorem *eximiam prorsus atque mirabilem* appellarit episcopus Cæsariensis; de posteriore vero scripserit, illam *minus notam fuisse neque a veteribus usurpatam*. Sic ferme argumentatur Coutantius, a quo pedem non discedit nuperus dissertator Romanus.

VI. Pergamus porro. Subdit præterea vir eruditus, suppositionis suspicionem sibi injicere sententiam e libro quodam apocrypho acceptam, quæ in hujus epistolæ capite 11 exstat, cum jam et in prioris capite 23 paucis mutatis occurrat. Eamdem objectionem deinceps repetiit Hermannus Venema in epistolis, quas Clementinarum epistolarum editioni Wetstenianæ nuper opposuit (37). Hinc enim judicium sumi posse satis apertum existimat, quo epistolæ secundæ alius a Clemente scriptor statuatur.

(29) *Hist.*, lib. III, cap. 18.
(30) Clem., Epist. II, cap. 1.
(31) Bibl. cod. CXXVII.
(32) Ad ann. 318, §§ XC, XCV.
(33) *Opp. Athan.*, tom. I, part. I, pag. 243.
(34) *Hist. eccl.*, lib. IV, cap. 23.
(35) *Spicil.*, tom. I, pag. 266.
(36) Cod. can. lib. II, cap. 9, § X, pag. 115.
(37) Venem., Epist. 2, § XXI, pag. 78.

Digitized by Google

Itane censes? Quasi vero, ut cum viro docto respondeam (38), justam suspicionis ansam ejusdem sententiæ repetitio præbeat. Quod si res ita se haberet, actum profecto esset de pluribus veterum indubiis monumentis, in quibus passim unus idemque auctor, sive in ipso opere, sive etiam in variis, eadem Scripturarum loca easdemque sententias pro re nata sibi repetenda esse duxit. Cujus quidem rei exemplum quod mihi nunc succurrit, apud Justinum Martyrem cum in utraque *Apologia* tum in *Dialogo cum Tryphone*, luculentum satis habetur. Quid porro vetat, quo minus pro temporis institutique ratione unam eamdemque sententiam in eodem opere, adeoque magis si diversa illa sint, recitet iterum idem auctor? Imo vero, quo singularius est efflatum rursus in medium adductum, eo conducibilius evadit ad suadendum unum esse auctorem epistolæ utriusque, in quibus relatum pariter comperitur.

At enim sententiam illam de qua disputamus, ex opere aliquo pseudepigrapho exceptam novimus. Quasi vero alicujus operis auctoritas propterea minuatur, quod illius scriptor quædam vere dicta et argumento quod jam tractat apprime congrua, ex libro non canonico forte adduxerit. Viri eruditissimi verbis utor (39). Næ, si contra secundam epistolam hæc ratio vim habeat, jam de primæ quoque integritate conclamatum est. Quid quod Photii censura epistolæ utriusque consensionem, ad loca quædam apocrypha quod attinet, confirmans, utriusque item unum eumdemque auctorem agnoscit? En peracre de his Clementinis epistolis critici hujus judicium (40) : *Secunda*, inquit, *dicta quædam peregrina velut e sacra Scriptura subinducit, quibus ne epistola quidem prima omnino vacat. Et interpretationes quorumdam locorum alieniores profert.* Hinc de utraque ita demum concludit : *Alioquin ipsa quæ in his epistolis insunt sensa, nonnihil abjecta sunt, nec continentem seriem ac consequentiam servant.* Videsne nihil in posteriore notare Photium, quod non et priori cum ea esse commune pronuntiet? Photius igitur, ut jure arguit Coutantius, utriusque hac in re consensum indigitans, ad utramque pariter suscipiendam nos quodammodo inducit, hortatur, perurget.

Hactenus cum Grabio sumus in primis congressi; qui tamen deinceps animum mutasse perhibetur : siquidem alibi (41) locum ex Epistola II, et quidem tanquam Clementinum acceptum, contra Lucæ Mellierii Artemonii seu Samuelis Crellii cavillationes acriter propugnat : adeo ut sive Grabianæ sententiæ patronis, sive vel ipsi Grabio nihil reliqui esse videatur.

VII. Sunt insuper, qui secundæ hujus Epistolæ veritati locum objiciant e pseudo-Justino desumptum, qui sic se habet (42): Ἐπὶ τῆς παρούσης καταστάσεως τὸ τέλος ἐστὶν, ἡ διὰ τοῦ πυρὸς κρίσις τῶν ἀσεβῶν, καθά φασιν αἱ γραφαὶ προφητῶν τε καὶ ἀποστόλων, ἔτι δὲ καὶ τῆς Σιβύλλης, καθὼς φησὶν ὁ μακάριος Κλήμης ἐν τῇ πρὸς Κορινθίους ἐπιστολῇ, κ. τ. λ. « Si præsentis rerum status finis, est impiorum per ignem judicium, prout testantur Scripturæ prophetarum et apostolorum, atque insuper Sibyllæ, ut ait beatus Clemens in Epistola ad Corinthios, » etc. Ad quæ quidem verba plura erudite observat Cotelerius, atque ex eo Coutantius aliique. Verum, iis missis, in medium proferre libet, quæ ad hunc pseudo-Justini locum adnotavit nuperus operum S. Justini editor Parisiensis : « Cum Sibyllini versus, inquit, referantur in *Constitut. apostol.* lib. v, quod opus sub nomine Clementis ferebatur, conjici posset nostrum hunc scriptorem, memoria effluente existimasse, hoc Sibyllæ testimonium quod in *Constitutionibus apostolicis* legerat, in Epistola ad Corinthios exstare. Si minus placeat hæc conjectura, illud saltem cum doctissimis viris asseverare non dubitabo, nostrum scriptorem minime cum eis facere, qui ejus testimonio utuntur, ut Epistolam S. Clementis secundam minime genuinam esse probent, sed hominis fetum cui noti erant Sibyllini de extremo judicio versus, multo recentioris S. Clemente. Ut omittam pseudo-Justinum in ambiguo reliquisse, utrum S. Clementis Epistolam citaverit; quis ignorat multa Sibyllis oracula, propheticis sententiis consentanea, attribui solita fuisse, antequam prodirent carmina illa Sibyllina? Quorum artifex non videtur facinus suscepturus, aut saltem optatos fraudis exitus habiturus, nisi jam tum animis insedisset anticipata de Sibyllinis prædictionibus opinio. » Hactenus vir ille doctus. Qui autem hac de re plura scire gestiunt, eos ad scriptores modo laudatos remittimus.

VIII. Reliquum est ut alius adversarii neque incelebris neque indocti, Hermanni Venemæ, objectationibus occurramus, quibus hujus Epistolæ qua de agimus, integritas vehementius impetitur. Et in prima quidem Epistolarum suarum (43) quarum modo meminimus, in eo totus est vir clar. quo probet, non tantum Hieronymum doctorem maximum ad secundam Epistolam Clementinam respexisse, dum nos edocuit S. Clementem *ad spirituales et evangelicos eunuchos* scripsisse, *omnemque pene sermonem suum de virginitatis puritate contexuisse*, verum etiam S. Epiphanium in eamdem oculos habuisse intentos, dum de ipsius Clementis *Epistolis encyclicis* sermonem habuit. Nec ita multo post, sui penitus oblitus vir eruditus, quod profecto mirari subit, plura congerit (44) quibus evincat, alium om-

(38) Coutant., *Epist. Rom. Pontif.*, pag. 39, § v.
(39) Mill., Prolegom. ad N. T., n. 147.
(40) Bibl. cod. CXXVI.
(41) Annot. ad G. Bulli defens. fid. Nic., sect. II, cap. 5, § 5. pag. 62.
(42) *Quæst. ad orthod.* Respons. ad quæst. LXXIV, inter. Opp. S. Just. M.
(43) Epist. I, ad cel. P. Wesseling, § 10, p. 15.
(44) Epist. II, ad cl. T. Hemsterus., § 20, p. 76.

Digitized by Google

nino esse a Clemente nec eo paulo recentiorem, cui hæc ipsa Epistola referatur accepta. Nollem factum enimvero : quid loquar ? An longa illa disputatione quam primum contexuit H. Venema, nos ludere voluit ? An vero Hieronymum et Epiphanium ita bardos existimavit, ut pro fetu Clementino Epistolam reciperent supposititiam ? Nimirum vir criticus ad subruendam Clementinarum Epistolarum *De virginitate* integritatem, telaque clar. Wetstenii editoris declinanda, primum quidem ad posteriorem Clementis Corinthiacam Epistolam velut ad asylum confugit, nullumque non movet lapidem quo hanc Epistolam demonstret illam ipsissimam esse in quam digitum intenderunt veteres, Hieronymus in primis atque Epiphanius : postmodum autem, perinde ac de triumpho securus, in eamdem consurgit secundam Corinthiacam Epistolam, quam commentitiam esse nobis persuadere conatur ; nihilque pensi habet, dummodo unius prioris ad Corinthios Epistolæ auctor Clemens esse videatur. Age nunc, illa discutiamus potiora, quæ ad ejus suppositionem evincendam vir doctus adducit.

Primum igitur argumentum ex eo petit H. Venema (45), quod auctor Epistolæ posterioris sese origine gentilem aperte prodat (46), cum contra natione Judæum fuisse Clementem clamare censeatur locus ille prioris Epistolæ, ubi Jacobum *patrem nostrum* appellat (47). Perbelle sane. Neque super demum exorta est de Judaismo Clementis opinio. Primus, quod quidem sciam, qui eam invexit, fuit Tillemontius (48). Exinde vero idem visum Coutantio (49), licet postea sententiam mutarit (50). Accessit demum Ceillierius, qui fidenter nimis id asserere non dubitavit (51). At elumbe profecto habendum argumentum istiusmodi, quo Corinthiacæ posterioris Epistolæ tollatur integritas. Quidni sodes Clemens Pauli συνεργὸς, Jacobum *patrem nostrum* eo sensu vocare potuerit, quo idem Apostolus promissionis filios in semine Abrahæ et Israel computari docet, ut recte Coutantius melius consultus ? *Non enim*, inquit divinus præco [25], *omnes qui ex Israel sunt, ii sunt Israelitæ : neque qui semen sunt Abrahæ, omnes filii : sed in Isaac vocabitur tibi semen : id est, non qui filii carnis, hi filii Dei, sed qui filii sunt promissionis, æstimantur in semine.* Hinc alibi [26] etiam ipsemet Apostolus *Israel Dei* vocat eosdem promissionis filios, sive ex circumcisione sive ex præputio vocatos. Hanc igitur doctri-

A nam institutionemque primum quidem assecutus a Paulo Clemens Romanus, deinceps vero volens et ipse iisdem apostolicis præceptis imbuere Corinthios, Jacobum *patrem nostrum* vocavit : quemadmodum etiam ibidem nonnullis interjectis (52), *patrem nostrum* appellavit Abrahamum. Quam quidem doctrinam cum deinde accepisset Ecclesia Romana sive ab Apostolo sive etiam ab ipso Clemente, sanctam inter actionem precationem hujusmodi sacris ministris recitandam indixit (53) : *Deus, fidelium pater summe, qui in toto orbe terrarum promissionis tuæ filios diffusa adoptionis gratia multiplicas, et per paschale sacramentum, Abraham puerum tuum universarum, sicut jurasti, gentium efficis patrem*, etc. Alibi quoque clarius adhuc (54) : *Pater fidei nostræ Abraham summus, obtulit holocaustum super altare pro filio.*

Quid quod Theophilus in suis ad Autolycum libris (55), quod pene exciderat, Davidem *patrem* seu *progenitorem nostrum* appellat ? Ἔπειτα Δαυὶδ ὁ πρόγονος ἡμῶν (ἐβασίλευσεν) ἔτη μ'. « Deinde David *pater noster* regnavit annos quadraginta. » Nunquid ideo Hebræus, episcopus iste Antiochenus ?

Verum, ut ad ea verba, *Jacobum patrem nostrum*, apertius enucleanda simulque propugnanda redeamus, quo deinceps ex eorum ambiguitate omnis objiciendi præcidatur occasio : Patrum quoque antiquissimi eodem plane sensu cum Clemente perhibentur esse locuti : Justinus martyr (56), Clemens Alexandrinus (57), Tertullianus (58), auctor *Expositionis in Evangelium Lucæ* quæ sub Titi Bostrensis nomine circumfertur (59), et Augustinus (60). Hinc ergo Venemiana objectio evanescit : quo enim sensu locutus est apostolus Paulus, quo Ecclesia Romana ab ipso edocta, quo Patres antiquiores, eo item Clemens noster locutus esse dicendus, et quidem ad Corinthios Romanæ Ecclesiæ nomine scribens : ut propterea non suo tantum, sed et Romanorum atque Corinthiorum nomine, Abrahamum et Jacobum *patres nostros*, fidei scilicet nostræ patres, ipsemet appellasse putandus.

Instat porro vir criticus, atque ex his verbis ejusdem Epistolæ (61) : *Plures facti sumus iis qui Deum habere censentur* (Judæis), colligit auctorem eo demum tempore vixisse, quo Christianismus inter gentes numerosissimus erat supra Judæos : quod quidem, inquit, rectius quam in Clementis, quadrat in Trajani et sequentium imperatorum tempora, quibus Ecclesia gentium longe lateque

[25] Rom. IX, 6-8. [26] Galat. VI, 15, 16.

(45) Epist. II, l. c
(46) Clem., Epist. II ad Cor., capp. 1 et 2.
(47) Id., Epist. I, cap. 4.
(48) *Mem. Hist. eccl.*, t. II, p. 149.
(49) *Epist. Rom. Pontif.*, p. 11.
(50) *Ibid.*, p. 41.
(51) *Hist. gener.*, tom. I, p. 508.
(52) Epist. I, cap. 31.
(53) *Missal. Rom.* in Sabb. sanct. ad prophet. IV
(54) *Brev. Rom.* Sabb. ante Quinq. ad *Magnificat.*
(55) Lib. III, ad *Autolyc.*, § 25
(56) *Dial. cum Tryph.*, § 134.
(57) Clem. Alex., *Strom.* lib. VI, cap. 7, p. 770.
(58) *Adv. Marcion.*, lib. IV, cap. 24.
(59) *In cap.* I *Evang. Luc.* Bibl. PP. edit. Paris, tom. XIII, p. 767.
(60) Serm. V, § 4; Opp. tom. V, p. 30.
(61) Epist. II, cap. 2.

Digitized by Google

propagata est. Quid multis opus est? Nonne Paulus ad Romanos scribens [36], gratias Deo agebat, quod fides eorum annuntiabatur *in universo mundo?* Nonne dicebat [37], *in omnem terram* exiisse sonum apostolorum, *et in fines orbis terræ* verba eorum? Nonne Deum glorificabat [38], quod mysterium temporibus æternis tacitum, patefactum esset *ad obeditionem fidei in cunctis gentibus?* Eodem loquendi genere alibi quoque utitur idem Apostolus. Ad Colossenses [39] : *In verbo veritatis Evangelii, quod in universo mundo est, et fructificat, et crescit.* Et iterum : *Evangelium.... prædicatum est in universa creatura quæ sub cœlo est.* Ad Timotheum item [40]: *Magnum est pietatis sacramentum, quod... prædicatum est GENTIBUS, creditum est in MUNDO.* Nec mirum sane : ut enim alios prætereamus apostolos, unus magnus Paulus, teste nostro Clemente (62), *Præco factus in oriente et occidente.... cum universum mundum docuisset justitiam, et ad occidentis terminum venisset, ac sub præfectis martyrium passus esset, ita e mundo migravit.* Quæ cum ita sint, quidni ergo vere scripserit in posteriore Epistola Clemens Romanus : *Plures facti sumus* Judæis, *qui Deum habere censentur?*

Verum ad nodum graviorem solvendum studiose properemus. Statuit nimirum vir clar. (63) : « Epistolæ secundæ auctorem se a Clemente diversum eo ipso profiteri, quod Christi divinitatem expresse inculcet, et Domini non tantum, sed et Dei titulum ei dandum esse contendat (64); cum verus Clemens nusquam id data opera fecerit, nec alio ac Domini titulo eum ornaverit, licet hic illic se divinitatem Christi agnoscere insinuet. » Quid quæris? Locus ex Epistola I, in medium proferatur, quo uno tota eliditur Venemæ objectio. Sic autem se habet (65) : Τοῖς ἐφοδίοις τοῦ Θεοῦ ἀρκούμενοι καὶ προσέχοντες τοὺς λόγους αὐτοῦ ἐπιμελῶς, ἐστερνισμένοι ἦτε τοῖς σπλάγχνοις, καὶ τὰ παθήματα αὐτοῦ ἦν πρὸ ὀφθαλμῶν ὑμῶν. Hoc est : « Dei viatico contenti, et sermonibus illius diligenter attendentes, dilatati eratis in visceribus, et passiones ejus præ oculis vobis erant. » Ubi primum observandum, relativum αὐτοῦ respicere procul dubio proxime antecedens Θεοῦ. Cum autem παθήματα nullo pacto Deo Patri attribui possint, reliquum est ut hic Jesum Christum, Deum, Filium Dei, Deum de Deo, Deum verum de Deo vero intellexerit S. Clemens. Qui quidem passiones Christi *passiones* Dei appellat, sic nempe ab apostolo Paulo institutus, cujus erat συνεργός ; qui eodem plane sensu Christi Ecclesiam appellavit [41] τὴν Ἐκκλησίαν, τοῦ Θεοῦ ἣν περιεποιήσατο διὰ τοῦ ἰδίου αἵματος, « Ecclesiam Dei quam acquisivit sanguine suo. » Nec dubito quin hisce verbis, καὶ τὰ παθήματα αὐτοῦ ἦν πρὸ ὀφθαλμῶν ὑμῶν, respexerit S. Pater ad illud ejusdem Apostoli, Galatas ita objurgantis [42] : Ὦ ἀνόητοι Γαλάται, — οἷς κατ' ὀφθαλμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς προεγράφη, ἐν ὑμῖν ἐσταυρωμένος : « O insensati Galatæ...., ante quorum oculos Jesus Christus præscriptus est, in vobis crucifixus. » Nimirum Clemens, ut assolet, Paulum imitatus, in memoriam redigit Corinthiis, quomodo ante motus in eorum Ecclesia nuper exortos, omni virtutum genere florerent, atque *Dei passiones* semper ante oculos ipsis obversarentur. Divinæ igitur naturæ majestatem cum carnis humilitate crucisque ignominia hoc loci conjungit sanctissimus Pater : duas item naturas agnoscit in Christo : unam Verbi Personam, quæ carne passa est : ac *Dei passiones* Ecclesiæ Corinthiacæ proponit velut longe maximum mysterium, unde vitæ sanctioris præcepta institutaque omnia ducantur. Ex quibus ergo liquido patet, non solum quid S. Clemens, sed etiam quid Romani, quid Corinthii, quid demum cæteri Christiani, sæculo I apostolico de Deo in carne passo senserint atque crediderint. Quæ quidem contra Socinianos valide urget vir doctus Maranus (66) : idemque argumentum jam pridem pluribus fuerat persecutus Grabius (67) ; qui aliorum S. Patris nostri locorum parallelismo instituto, hunc ipsum de quo agimus strenue vindicavit, atque Christi deitatis hostibus fidenter objecit.

Haud me latet enimvero, in eo Clementino loco quem modo protulimus, Junium conjectasse pro παθήματα forte legendum μαθήματα. Sed plane respuendum cum Grabio, Wottono aliisque viris doctis inane commentum, quod textum citra ullam necessitatem, neque ullius ms. codicis auctoritate sollicitare comperitur. Et jure quidem : etenim nonne demum apte cohærent omnia, si *verba Dei* mentis *attentioni*, ejusque *passiones* cordis *oculis* proponantur? Quod ubi diligenter attendo, mirari subit, clar. Fleuryum vitiosam Junii conjecturam sequi maluisse, quam sinceram textus lectionem; qui Gallice non *passiones*, sed *doctrinam* reddiderit (68).

Hæc autem fusius pertractasse libuit, tum ut insigne Clementinum de Christi divinitate testimonium vindicarem, tum vero in primis ut Venemæ objectionem diluerem : qui virorum doctissimorum in hunc locum adnotata præterire maluit, quam Photii judicium minus caute prolatum deserere aut benignius accipere ; eo scilicet nomine, quo præconceptam opinionem de epistolæ secundæ suppositione celebris illius critici calculo comprobaret confirmaretque.

[36] Rom. I, 8. [37] Rom. X, 18. [38] Rom. XVI, 25, 26. [39] Coloss. I, 6, 23. [40] 1 Tim. III, 16. [41] Act. XX, 28. [42] Gal. III, 1.

(62) Epist. I, cap. 5.
(63) Venem., Epist., II, § 20, p. 77
(64) Epist. II, cap. 1-3.
(65) Epist. I, cap. 2.
(66) *Divinit. D. N. J.-C. manif.*, lib. IV, cap. 3. p. 377.
(67) In Annotat. ad Bulli defens. fid. Nic., p. 60.
(68) *Hist. eccl.*, tom. I, p. 242, edit. in-4.

Digitized by Google

IX. Superest nunc tempus inquirendum, quo utraque epistola fuerit Corinthiis inscripta. Et de priore quidem, magna inter viros eruditos controversia. Sed rationibus utrimque allatis pro viribus excussis, eorum demum sententiæ nobis accedendum existimamus, qui Neroniana persecutione desinente, stanteque adhuc templo Hierosolymitano, nempe circa æræ vulgaris annum 68 eam fuisse a Clemente scriptam censuerunt. In quam sane sententiam præ cæteris concessisse novimus duumviros doctissimos, Pagium (69) ac nuper purpuratum Patrem cui acceptam referimus *Historiam ecclesiasticam* eleganter Italicis litteris traditam (70). Quo autem utcunque pateat quam firmis rationibus innitatur sententia hujusmodi, præcipua saltem ex ipsa Epistola argumenta paucis contrahamus. Sic itaque scribit Clemens sub initium (71) : *Propter subitas ac sibi invicem succedentes calamitates et casus adversos qui nobis acciderunt, tardius, fratres, nosmetipsos convertisse agnoscimus ad ea quæ a vobis quæsita fuerunt.* Quibus verbis, primum quidem persecutionem quæ jam deferbuerit, vel potius quæ nuper desierit, designari; deinde vero vel Neronis vel Domitiani persecutionem hic innui, nemo est sane qui non perspiciat. Verum, quæ paulo post subdit Clemens, Neronianam scilicet indicare perhibentur. De beatis enim apostolis Petro et Paulo, ceu non ita pridem martyrio consummatis, hæc habet (72) : Ἔλθωμεν ἐπὶ τοὺς ἐγγιστα γενομένους ἀθλητάς· λάβωμεν τῆς γενεᾶς ἡμῶν τὰ γενναῖα ὑποδείγματα. — Λάβωμεν πρὸ ὀφθαλμῶν ἡμῶν τοὺς ἀγαθοὺς ἀποστόλους, h. e. « Veniamus ad *proximos* athletas, et sæculi nostri generosa exempla sumamus. — Ponamus nobis ante oculos bonos Apostolos. » Ubi probe notanda cum Dodwello (73) aliisque, Clementis verba, quibus gloriosa Petri et Pauli certamina describens, illos ἐγγιστα γενομένους ἀθλητάς, *nuperrimos athletas*, appellat, seu *quam proxime* sublatos e medio fuisse testatur, atque τῇ γενεᾷ ἡμῶν, *hac nostra ætate* floruisse. Eamdem porro persecutionem magis adhuc inculcare videntur, quæ paucis interjectis occurrunt (74) : Τούτοις τοῖς ἀνδράσιν ὁσίως πολιτευσαμένοις συνηθροίσθη πολὺ πλῆθος ἐκλεκτῶν. « Viris istis qui vitam sancte instituerunt, magna electorum multitudo aggregata est. » Ubi videas neminem, si Petrum ac Paulum excipias, a Clemente laudari, non Flavium Clementem, non Acilium Glabrionem, non Flaviam Domitillam, nullum denique tot illustrium martyrum qui sub Domitiano passi sunt; quorum aliquem saltem memorasset S. Pater, si post Domitianeam persecutionem scripsisset, ut auctor eminentissimus optime arguit (75). Quid quod Clementinis pene consona de Neronis persecutione scripsisse Tacitus comperitur (76)? *Videbatur Nero*, inquit, *condendæ urbis novæ, et cognomento suo appellandæ, gloriam quærere. — Sed non ope humana, non largitionibus principis, aut deum placamentis decedebat infamia, quin jussum incendium crederetur. Ergo abolendo rumori Nero subdidit reos, et quæsitissimis pœnis affecit, quos per flagitia invisos, vulgus* Christianos *appellabat. — Igitur primo correpti qui fatebantur : deinde indicio eorum* multitudo ingens (eadem sane phrasi, qua utitur S. Pater, πολὺ πλῆθος) *haud perinde in crimine incendii, quam odio humani generis convicti sunt. Et pereuntibus addita ludibria, ut ferarum tergis contecti, laniatu canum interirent, aut crucibus affixi, aut flammandi : atque ubi defecisset dies, in usum nocturni luminis urerentur.* Non adeo tamen sæviebat Domitianus, Tertulliano teste, qui ejus persecutionem ita describit (77): *Tentaverat et Domitianus, portio Neronis de crudelitate; sed qua et homo facile cœptum repressit, restitutis etiam quos relegaverat :* ut propterea nullum dubium superesse videatur, quin verba illa Clementis quæ sub initium hujus § recitavimus, de Neronis potius quam Domitiani persecutione sint accipienda. Deferbuit autem, imo vero et desiit ea persecutio, sublato Nerone, quem 9 Junii anno æræ vulgaris 68 periisse compertum. Eodem igitur anno currente vel saltem desinente, Romana Ecclesia in pace utcunque constituta, scripserit S. Pater. Plura in hanc sententiam videsis apud scriptores modo laudatos, quibus addas velim Wottonum (78), ut alios prætereamus.

Huic item anno 68 esse illigandam hanc ad Corinthios priorem epistolam, suadet cultus Judaici mentio in templo Hierosolymitano tunc adhuc stante vigentis, quæ in eadem epistola hisce conceptis verbis occurrit (79) : *Summo quippe sacerdoti sua munia tributa sunt; et sacerdotibus locus proprius assignatus est; et levitis sua ministeria incumbunt. — Non ubique, fratres, offeruntur sacrificia jugia, vel pro peccato et delicto, sed Hierosolymis tantum : neque illic in quovis loco fit oblatio, sed ante templum ad altare, prius facta a summo sacerdote et prædictis ministris, oblati inspectione et probatione. Qui ergo præter id quod voluntati ejus consentaneum est, aliquid faciunt, morte multantur.* Neque aliter sane loquitur Clemens, ac Paulus ad Hebræos scribens; quem ubique fere sectatur S. Pater, ejus συνεργός. In ea enim Epistola meminit Apostolus [43]

[43] Hebr. IX, 25.

(69) Pagi *Crit.*, ad ann. 78, § 3.
(70) Orsi, *Istor. eccl.* lib. II, § 33, t. I, p. 411, edit. Rom. in-8°.
(71) Epist. I *ad Cor.* cap. I.
(72) *Ibid.*, cap. 5.
(73) *Addit. ad Pears. Opp.*, post p. 219.
(74) *Ibid.*, cap. 6.
(75) Orsi, *Istor. eccl.*, t. I, p. 412.
(76) *Annal.* lib. XV, capp. 41-44.
(77) *Apologet.* cap. 5.
(78) Præfat. ad Clem. epist., 203 seqq.
(79) Epist. I, capp. 40-41.



Digitized by Google

pontificis, qui *intrat* in sancta per singulos annos in sanguine alieno : meminit item[44] sacerdotis, qui *præsto est* quotidie ministrare, ac hostiarum quas indesinenter *offerunt* ministri. Quæ quidem, ut alia in eamdem sententiam dicta omittamus, cum tempore præsenti apud Clementem, haud secus ac apud Paulum efferantur, tunc adhuc templum stetisse, cultumque viguisse Judaicum videtur. Quin et nondum obsessam, sed pacatam potius vel ipsam urbem Hierosolymitanam Clementina verba insinuare comperiuntur; aut saltem rumorem de illius obsidione Romam nondum fuisse perlatum satis aperte declarant. Anno autem Christi 68, Vespasianus, plerisque Judææ urbibus occupatis, ipsam Hierosolymorum metropolim circumsidere molitus est : quam deinde Titus, a Vespasiano patre ad consequendum bellum in Judæa relictus, post quatuor mensium obsidionem in paschate inchoatam, anno demum 70 cepit atque cum templo diruit : ut proinde priorem ad Corinthios epistolam circa annum 68 scripserit S. Clemens.

Hactenus vero dictis unum adhuc addere placet. Nimirum, sub finem ejusdem epistolæ (80) inter nuntios a Clemente ad Ecclesiam Corinthiacam missos recensetur Fortunatus, ipsemet ille ut videtur, qui aliquot ab hinc annis ab iisdem Corinthiis cum Stephana et Achaico, ad Paulum dum ageret Ephesi, fuerat ablegatus. Ejus cum laude meminit Apostolus in priore ad Corinthios Epistola[45], quæ scripta fertur circa annum 57. Hic igitur cum in cœtu Corinthiorum valde emineret, ab eo missus Romam venit, quo sibi diro schismate laboranti opem ferret Romana Ecclesia. Exinde vero eumdem legatum illuc cum epistola Clemens remittit, postulatque ut cum nuntio concordiæ initæ brevi ad se redeat. Quis porro facile sibi persuadeat, ut præeunte Dodwello (81) arguit vir eruditus (82), eumdem Fortunatum post tantum temporis intervallum, quantum ab anno 57 ad finem sæculi elapsum est, potuisse aut voluisse ætate jam valde provectum, adeo longum iter suscipere? At omnia demum rite cohærere noscuntur, si Clementina epistola circa annum Christi 68 scripta censeatur. Neque alia profecto desunt argumenta, quibus sententia isthæc magis magisque firmetur; quæ tamen brevitatis ergo consulto prætermimus.

De temporis autem notatione quo scripta fuerit posterior Clementis epistola, nihil quidem certi ex ea elicere possumus, cum mutila ad nos pervenerit, unde illud statuatur. Qui eam integram legisse putatur Photius, in ejus recensione nullam facit dissidii Corinthiaci mentionem; sed ipsam tantummodo *institutionem et admonitionem melioris vitæ inducere* scribit (83). Hinc facile quis colligat, Corintho Romam reduce Fortunato cum aliis sociis, schismate jam sublato et quieti ecclesia illa restituta, hanc deinde fuisse a Clemente perscriptam epistolam, anno forte insequente 69, quo in pace magis adhuc firmarentur Corinthii.

## SECTIO II.

### DE DUABUS EPISTOLIS AD VIRGINES.

X. Nunc autem sermo instituendus de duabus epistolis, quas *De virginitate* seu *ad virgines* scripsit S. Clemens. Eas primum evulgavit Lugduni Batavorum anno 1752 e ms. codice Novi Testamenti Syriaci, cum versione Latina, Joannes Jacobus Wetstenius; exstantque ad calcem voluminis II Nov. Test. Græci, ab eodem typis Amstælodamensibus excusi. Ad exemplar Wetstenianum nostram editionem exegimus, suis quibusque locis ea restituentes, quæ doctissimus editor prolegomenis subjecta sive addenda sive emendanda monuerat. In textu item Syriaco sectiones seu capita distinximus, ordinem secuti quem ipsemet interpres in sua versione retinendum censuit. Sacræ Scripturæ verba quorum haud pauca Wetstenium fugerant, charactere Italico describenda curavimus, locis insuper ad oram indicatis unde illa desumpsit S. Pater, ab editore omnino prætermissis. Quin etiam, ut exactior adhuc editio nostra prodiret, Wetstenianam sive in textu sive in versione a nobis rogatus recensuit R. P. Bonifacius Finetti Ord. Prædic., vir in linguis exoticis excolendis studiosissimus : cujus proinde conjecturas in lectionem Syriacam et castigationes in Wetstenii versionem, ipsius nomine signatas in limbum conjecimus. Cum autem hac in urbe typi Syriaci quotquot erant necessarii haud præsto essent, Patavium contendimus; votisque nostris quibus expetebamus ut eædem epistolæ Syriace ac Latine in seminario Patavino excuderentur, eminentissimus princeps, nunc vero SS. D. N. Clemens XIII perhumaniter annuit. Impressionis curam sibi suscepit libens Antonius Zanolinus, celebris linguarum orientalium in eodem seminario professor : quibus quidem nominibus duumviris do-

[44] Hebr. x, 3, 11. [45] I Cor. xvi, 15, 17.

(80) Epist. 1, cap. 68.
(81) *Addit. ad Pears. Opp.*, post p. 221.
(82) Frey., not. ad cap. 2 epist. 1 Clem., p. 113.
(83) *Bibl.* cod. CXXVI.

Digitized by Google

etis, in primis autem sanctissimo Patri Pontifici Maximo nosmetipsos summopere obstrictos palam profitemur.

XI. Jam vero disquirendum, num demum Clementi Romano utraque epistola jure sit adscribenda. Eas enimvero velut sinceros Clementis fetus agnovit cl. editor, ac pro viribus eidem asserere aggressus est. Verum duos præ cæteris viros haud incelebres nactus est adversarios : alterum quidem Nathanaelem Lardnerum, qui anno 1753 dissertationem 70 paginarum in-8° Anglice Londini edidit ; pluribusque in contrariam sententiam adductis, in eam tandem cogitationem devenit, has nimirum epistolas circa medium sæculi III ab episcopo Ecclesiæ orientalis fuisse perscriptas (84) : alterum vero Hermannum Venema, qui anno insequente 1754, Harlingæ vulgatis tribus epistolis, VV. CC. Wesselingio, Hemsterhusio et Cannegietero inscriptis, easdem epistolas Clementinas supposititias esse omni studio contendit evincere : in iis enim inter alia Hieronymi stylum sibi suboluisse innuit (85); et quamvis de auctore ac tempore quo vixerit nihil definiat, eum tamen fuisse orientalem, non Romanum, et Origene quoque posteriorem arguit (86). Utrique statim respondit Wetstenius, iterumque quas edidit epistolas, magis magisque Clementi Romano vindicavit : Lardnero quidem in Diario litterario Gallice inscripto *Bibliothèque raisonnée* (87) : Venemæ autem, epistola eo ipso anno 1754 Amstælodamensibus typis consignata, quam epistolæ Venemianæ opposuit. Utinam vero duabus quoque reliquis respondere valuisset vir doctus ! At lethali morbo decumbebat Wetstenius, dum primam exaravit epistolam V Kal. Martii 1754 menseque sequente diem supremum obiit IX Kal. Aprilis, annum agens LXI. Quæ vero hactenus recensui opuscula, ea dono accepi ab eruditissimo Jacobo Krighout ; qui datis quoque humanissimis litteris una cum sermone funebri, quem ipsemet habuit in obitum laudati Wetstenii decessoris sui, munera mihi pergrata large cumulavit : quo nomine mihi temperare haud possum, quin V. C. comitatem adeo singularem quam maxime testatam faciam.

Verum ut ad rem propius accedamus, harum epistolarum auctorem fuisse Clementem Romanum, duplici argumentorum genere demonstrandum suscipimus. Primum quidem petimus ab *externis*, sive antiquorum scriptorum testimoniis quibus illas fuisse a Clemente perscriptas astruitur, sive Patrum vetustissimorum operibus unde ab iisdem eas fuisse perlectas colligitur. Alterum vero, *internum* scilicet, ex ipsis epistolis sumimus. In his autem argumentis digerendis Wetstenium potissimum assectamur : ea tamen ratione, ut nonnulla utrobique a nobis in medium proferantur, Wetstenio prætermissa; eaque in primis quæ ex harum epistolarum instituta collatione cum duabus reliquis Corinthiacis, ad rem magis pertinere nobis visa sunt.

Testis itaque antiquior Epiphanius, qui adversus Ebionæos hæc habet (87*) : Αὐτὸς Κλήμης αὐτοὺς κατὰ πάντα ἐλέγχει ἀφ' ὧν ἔγραψεν ἐπιστολῶν ἐγκυκλίων, τῶν ἐν ταῖς ἁγίαις ἐκκλησίαις ἀναγινωσκομένων· ὅτι ἄλλον ἔχει χαρακτῆρα ἡ ἑαυτοῦ πίστις καὶ ὁ λόγος, παρὰ τὰ ὑπὸ τούτων εἰς ὄνομα αὐτοῦ ἐν ταῖς *Περιόδοις* νενοθευμένα. Αὐτὸς γὰρ παρθενίαν διδάσκει, καὶ αὐτοὶ οὐ δέχονται· αὐτὸς γὰρ ἐγκωμιάζει Ἠλίαν, καὶ Δαβὶδ, καὶ Σαμψών, καὶ πάντας τοὺς προφήτας, οὓς οὗτοι βδελύττονται. Id est : « Clemens ipse omnibus illos (Ebionæos) modis redarguit iis epistolis circularibus, quæ in sacrosanctis ecclesiis leguntur ; ex quibus constat, longe ab iis quæ in *Circuitibus* illis (*Petri*) sub ejus nomine adulterina exstant, illius fidem ac sermonem abhorruisse. Etenim Virginitatem ipse (Clemens) edocet ; et isti (Ebionæi) repudiant : ille Eliam, Davidem et Samsonem omnesque prophetas commendat ; quos hi detestantur. » Quæ profecto Epiphaniana duabus hisce Clementinis epistolis mirum in modum congruere noscuntur. Primum itaque in iis, Epiphanio teste, S. Clemens *virginitatem edocet* : harum enim epistolarum pars minima, ut recte advertit Wetstenius (88), in extollenda quidem virginitate versatur ; at longe maxima, imo tota epistola secunda, in virginibus officii admonendis occupatur, seu de virginitate pie ac rite servanda pertractat : ut propterea S. Pater in his epistolis *virginitatem* potius *edocere*, quam *commendare*, jure ab Epiphanio dicatur.

Jam cætera prosequamur. *Eliam*, inquit, *laudat Clemens*. Et quidem his verbis (89) : *Certe etiam Eliæ et Elisæ, et multorum aliorum sanctorum reperimus conversationem fuisse sanctam et sine macula. Tum vero*, ait, *Davidem commendat.* Id quoque sic præstitum a Clemente (90) : *Nonne docet te illud Davidis, quem invenit Deus virum secundum cor suum, hominem fidelem, perfectum, sanctum, verum? Deinde Samsonem extollit*, subjungit Epiphanius. En Clementinum locum (91) : *Non audivisti de Samsone Naziræo, cum quo fuit Spiritus Dei, viro forti? Is vir Nazitæus fuit, et sanctus Dei, et fuit in fortitudine et robore.* Denique, subdit, *omnes prophetas laudibus effert.* Scilicet in hanc sententiam (92) : *Porro etiam Elisam et Gehasi et filios prophetarum reperimus habitasse in*

(84) Lardner, *A dissertation upon the two Epistles ascribed to Clement of Rome*, p. 37, 54, 57.
(85) Epist. 2, § 27, p. 89.
(86) Epist. 3, § 16 seqq., p. 129.
(87) Tom. I, part. II, art. 8, p. 363 et suiv.
(87*) Hær. XXX, § 15, Opp. tom. I, p. 139.
(88) Epist. ad H. Venem., p. 24.
(89) *De virg.* epist. 1, cap. 6.
(90) Epist. 2, cap. 9.
(91) *Ibid.*, cap. 9.
(92) *Ibid.*, cap. 14.

Digitized by Google

*timore Dei; et hospita non fuit eis. Micham et prophetas omnes pariter sic reperimus habitasse in timore Domini.* Hactenus Clemens; cujus verbis enimvero ad Epiphanii testimonium comprobandum nihil clarius esse aut luculentius videtur; seu potius ad nostras Clementi asserendas epistolas, nihil aptius hujusmodi Epiphanii testimonio, validius nihil proferri posse liquet.

Quænam vero hactenus observatis objiciantur, inspiciamus. Haud ita pridem V. C. « Nihil moror, inquit, S. Epiphanii testimonium; nam illud expetitum est ex epistolis Clementis, quæ tunc *legebantur in ecclesiis.* Profecto ex testimonio S. Hieronymi discimus, nullas alias Clementis Epistolas ætate illa in Ecclesiis legi consuevisse, nisi ad Corinthios *geminas.* » Nolim enimvero viro eruditissimo hæc excidisse. Testatur quidem S. Hieronymus (93), Clementis priorem ad Ecclesiam Corinthiorum Epistolam in nonnullis cœtibus ecclesiasticis lectam fuisse; at *secundam a veteribus reprobatam* asserit; tantum abest, ut in ecclesiis tunc legi consuevisse *geminas* ad Corinthios epistolas, ex ejus testimonio discamus. Quod autem hac de re doctor maximus, idem quoque ante ipsum Dionysius Corinthius, idem etiam Eusebius Cæsariensis, idem reliqui antiquiores profitentur. Cum itaque certo constet ex veterum testimoniis, unam, et quidem priorem, Corinthiis inscriptam epistolam publice fuisse lectitatam, id ipsum profecto Epiphanius item novisse jure existimandus : adeoque, ubi non unam Clementis epistolam, sed ejus *Epistolas circulares* in ecclesiis fuisse perlectas affirmat, de Corinthiacis epistolis ipsius verba nullo pacto accipienda esse videntur. Quid quod Epiphanianum testimonium alias omnino ab epistolis ad Corinthios respicere perhibetur? In Corinthiacis enim nulla *Samsonis* mentio, neque uspiam *omnium prophetarum* encomium occurrit; ut reliqua prætereamus : quæ sane in epistolis Clementinis extitisse, S. Epiphanius luculenter testatur.

At inquies cum Lardnero (94), Epiphanium quidem epistolas Clementis una plures agnoscere, atque in iis non solum de Virginitate scripsisse Clementem, sed etiam Samsonem laudasse, ipsum profiteri : quod utrumque in epistolis Syriacis conspicitur, desideratur autem in Græcis. Hinc tamen nemo jure colligat, judice Lardnero, Epiphanium de prioribus statim intelligendum : cum enim neutra Corinthiaca epistola integra ad nos pervenerit, fieri potest, ut Samsonis mentio inter ea quæ in iisdem epistolis desunt, maxime vero in secunda, occurrerit. Næ, qui rationes suas ita subducit, operam ludit. Quid quæris? nullus conjecturis locus, ubi res ipsa clamat. Quæcunque de Clementis epistolis refert Epiphanius, in primis autem Samsonis elogium, ea demum omnia in nostris Syriacis comparent; frustra vero in Græcis requiras : ut propterea nullum amplius dubium superesse merito videatur, quin de prioribus tantum, non autem de posterioribus, Epiphanii testimonium sit accipiendum.

Lardnerum secutus alia plura congerit Hermannus Venema, quibus Epiphanianum locum enervet, atque in sententiam suam pertrahat. Et primo quidem negotium facessit viro critico (95), quod S. Epiphanius ἐγκυκλίους, *circulares*, epistolas nostras appellet; verumtamen animum ab hoc scrupulo parumper avertens, nondumque deposita omni cunctatione, *elucescere* ait, S. Patrem *hoc addito criterio vulgatissimas* tantum Corinthiis inscriptas *in oculis habuisse.* Vereor equidem ne dictis Venemianis calculum non adjiciant viri docti, ut quæ minus recte sibi cohærere videntur. Utcunque autem res se habeat, nihil sane prohibet, quominus vel existimemus, Epiphanii ætate apud nonnullas ecclesias in more fuisse positum epistolas *De virginitate* publice legi; vel cum Wetstenio (96) censeamus « Epiphanium ut Ebionæos, non Clementis solum, sed etiam Ecclesiæ auctoritate premeret, encomium priori Corinthiacæ Epistolæ tributum, in utramque *ad virgines* transtulisse. » Quidni autem id rite fecerit S. Pater? ratus nimirum episcopi Romani epistolas ad Ecclesiæ universæ institutionem pertinere, quemadmodum et de priore ad Corinthios factitatum noverat. Porro ad reliqua Epiphaniana extenuanda, plura congerit idem vir eruditus; quæ tamen omnia expendit ac diluit cl. editor : adeo ut constet, sanctum episcopum Constantiensem, dum verba superius recitata perscriberet, in has epistolas Syriacas oculos intendisse.

XII. Epiphanio Hieronymus accedat doctor maximus, testis alter locupletissimus. Sic igitur ille adversus Jovinianum (97) : *Hi sunt eunuchi, — quos castravit non necessitas, sed voluntas. — Ad hos et Clemens successor apostoli Petri, cujus Paulus apostolus meminit, scribit epistolas omnemque pene sermonem suum de virginitatis puritate contexuit.* Agesis nunc, hujusmodi testimonium expendamus. Tria in eo sunt probe notanda. I. Ad *eunuchos spirituales* et evangelicos scripsisse Clementem asserit sanctus doctor. II. Non epistolam, sed *epistolas* iisdem inscriptas ipsum exarasse testatur. III. In his epistolis *omnem pene sermonem suum de virginitatis puritate* illum *contexuisse* tradit. Quæ quidem adeo sunt manifesta, ut nullum supersit dubium quin de nostris epistolis sint accipienda. Quid vero ad hæc eruditi viri modo laudati? Existimant nempe Hieronymum hic animum intendisse in secundam ad Corinthios epistolam, ubi forte de virginitate Clemens prolixius egerit

(93) *De vir. illustr.*, cap. 15.
(94) Lardner, *A dissert. upon the two Epist.*, p. 24.
(95) Epist. 1, pag. 6.
(96) Epist. ad H. Venem., p. 22.
(97) Lib. 1, § 12.

Digitized by Google

iis in locis quæ nunc desiderantur; neque enim integra ad nos pervenit. Quid loquar? Quovis equidem pignore contendere ausim, ex tribus notis in testimonio Hieronymiano observatis, nullam omnino posteriori epistolæ Corinthiacæ; at contra epistolis nostris ad unam omnes rite congruere. Primum enim hæ *virginibus fratribus* et *virginibus sororibus*, id est eunuchis spiritualibus quos castravit voluntas, inscriptæ feruntur. Deinde, non unam, sed *duas epistolas* ad illos misit S. Clemens. Denique in iisdem *omnem pene sermonem de virginitatis puritate contexuit*. Ubi advertendum, perquam apposite fuisse locutum sanctum Hieronymum : *vigilanti* siquidem *verbo* usus, ut phrasi Augustiniana loquar (98), atque restrictionis vocula *pene* usurpans, non *omnem* absolute dixit, sed *omnem pene* sermonem de virginitate a Clemente fuisse contextum : propterea scilicet, ut optime Wetstenius (99), quod in prima epistola cap. 14, agitur de visitandis ægrotis, et cap. 15, de aliis officiis, quæ non magis ad virgines quam ad conjuges pertinent; in secunda vero proponuntur exempla Mosis, Aaronis et Josuæ, qui certe in conjugio vixerunt.

At enim Hieronymus in disputationibus cum adversariis, ac præsertim eo in libro *contra Jovinianum*, omnia exaggerat atque hyperbolice loquitur : ut proinde haud miretur quispiam, si secundam tantummodo epistolam Corinthiacam respiciens, *epistolas* fuisse a Clemente perscriptas testetur : quæ est primum Grabii, deinde Lardneri et Venemæ sententia. Esto : consueverit aliquando in disputationis æstu exaggerare Hieronymus; non est tamen cur hic ipsum non humane, non proprie locutum existimemus. Præterea, epistolas ad *eunuchos* evangelicos dedisse Clementem perhibet S. Pater. Num ergo et hic illum hyperbole fuisse usum; aut ad eos *quos castravit non necessitas, sed voluntas*, missam putabimus quæ est posterior ad Corinthios? Quid quod Hieronymo consentiens Epiphanius, testatur *circulares epistolas* eumdem missitasse Clementem, in quibus *virginitatem* edocet? An vero sanctus quoque Constantiensis episcopus exaggerasse dicendus? Fac denique in reliquis quæ exciderunt posterioris Epistolæ Corinthiacæ, fuisse de Virginitate locutum Clementem : at quomodo, sodes, in ea quæ supersunt quadrent Hieronymi verba, quibus affirmat in illis Clementinis Epistolis *omnem pene sermonem fuisse de virginitatis puritate contextum?* Ibi namque potissimum pleraque occurrunt de Christo Deo, de vocationis Christianæ præstantia, de mundi contemptu, de certamine spirituali, de carnis resurrectione, de bonis promissis, etc., paucissima vero de *castitate in genere*, omnibus etiam conjugatis, servanda. His denique cum Wetstenio (100) addas velim, epistolas quidem Syriacas pro Hieronymo et contra Jovinianum maxime facere : in iis enim statuit Clemens (1), *virginibus sanctis excellentiorem in cœlis locum datum iri, quam conjugibus sanctis :* quæ est ipsissima sententia Hieronymi. Verum ex Epistolis Græcis nullum suæ causæ præsidium quærere potuisset sanctus doctor, ubi nullum de virginitate colenda vestigium. Quæ cum ita se habeant, nonnisi de nostris *ad virgines* epistolis Hieronymi verba intelligenda esse noscuntur.

Sed ecce tibi rursus vir ille doctissimus, cujus paulo ante meminimus, qui ex Hieronymi silentio in libro *De viris illustribus*, harum Epistolarum suppositionem evincere existimat. « Hieronymus, inquit, in Catalogo scriptorum ecclesiasticorum Clementem non negligit, laudatque ejus epistolam primam ad Corinthios : meminit et secundæ, quam tamen non ab omnibus admitti affirmat. Profecto non siluisset et geminas alias, si nosset. » Ilias utique non omisisset sanctus doctor, si nosset quo tempore librum *De viris illustribus* edidit. Hincne vero earum integritatem suspectam reddere liceat? Cedo, quo demum anno confecti fuere sive Catalogus ille Hieronymianus ubi nulla nostrarum epistolarum mentio, sive libri duo *contra Jovinianum* in quibus eædem ex nostra sententia laudantur? Scilicet ex ipso Hieronymo discimus (2), librum *De viris illustribus* fuisse absolutum *anno Theodosii principis* XIV, hoc est anno Christi 392. Patet præterea ex eodem sancto doctore, libros adversus Jovinianum post hunc ipsum annum prodiisse : siquidem in eorum primo, num. 26 operis *De viris illustribus* meminit. Quare, anno minimum 393, aut serius fortasse, contra Jovinianum scripserit S. doctor. Nihil igitur mirum, si de quibus loquitur Clementinis epistolis in iis libris, eas in Catalogo præterierit. Cur ita demum, inquies? quia videlicet in prologo ad eumdem Catalogum queritur ipsemet Hieronymus, pleraque tunc sibi fuisse incomperta. *Neque enim*, ait, *de his quæ non legi, nosse potui; et quod aliis forsitan sit notum, mihi in hoc terrarum angulo fuerit ignotum.* Quid porro, si sanctissimus doctor in subsecutis libris plura memoret tractatorum ecclesiasticorum opera, quæ dum eorumdem reliqua in Catalogo recenseret, omisit? An vero fictitia reputanda opera illa, eo quod eadem in Catalogo prætermisisset doctor maximus? Imo vero nemo jure non dixerit cum ipso Hieronymo, illum nempe *quæ* tunc *non legerat, nosse non potuisse, quodque in illo terrarum angulo*, in solitudine Bethleemitica, *ei* antea *fuerat ignotum*, postea comperisse. Agedum, uno vel altero exemplo rem adstruamus. 1. Memorat Hieronymus in epistola 71, ad

(98) Aug., *in Joan.* tract. 120, § 2, Opp. t. III, part. II, col. 804.
(99) L. c., pag. 40.
(100) Epist., pag. 34.
(1) Clem., epist. I *De virgin.*, cap. 4.
(2) *De vir. illustr.*, in prolog. et cap. 135.

Digitized by Google

Lucinium n. 4, Hippolyti Portuensis opusculum *Contra Gentes*, cujus nulla mentio in Catalogo cap. 61. Haud equidem miror: in eo enim recenset S. doctor Hippolyti libros quos *reperit*, ut ipse testatur: ab eo autem postea repertum opus illud apologeticum, indicat annus 397, quo scripta fertur eadem epistola. II. In præfatione ad librum XVIII, in Isaiam, Dionysium Alexandrinum librum composuisse tradit contra Irenæum Lugdunensem episcopum, chiliastici regni assertorem; quem tamen omittit in Catalogo cap. 69, licet ibi ejusdem Dionysii operum recensionem longe accuratam instituat. Cujus silentii ratio ea demum est, quod commentaria illa quinque post annos fuerint elucubrata. Neque enim assentiri possum Valesio viro doctissimo, censenti (3) S. doctorem minus recte in Irenæum transferre, quæ adversus Nepotem episcopum Ægyptium Dionysius litteris tradidit. Siquidem in Catalogo diserte perhibet Hieronymus, sicuti ante ipsum et Eusebius, *duos libros* edidisse Dionysium adversus Nepotem: in præfatione autem ad Isaiam l. c. eumdem Dionysium *librum* evulgasse adversus Irenæum asseverat. III. De Pierio, Ecclesiæ Alexandrinæ presbytero, verba faciens in Catalogo cap. 76, S. Pater, ejus tractatum de propheta Osee tantummodo nominat: in epistola vero 49, num. 3, sub finem anni 393, Pammachio inscripta, ejusdem Pierii amplissimum commentarium in Epistolam I ad Corinthios collaudat. IV. Prætermittit in Catalogo, cap. 129, Didymi Commentarium in Psalmos; cujus tamen meminit in Epistola 112, n. 20, anno 404, ad Augustinum missa. Dies me deficiet, si omnia recensere velim quæ veterum scriptorum opera prius omissa in libro *De viris illustribus*, in aliis postea lucubrationibus Hieronymianis enuntiantur. Verum satis hæc sunto: ex quibus lis omnis dirempta esse videtur.

Ne quis autem putet his duobus tantummodo antiquis Patribus Epistolas de quibus agimus fuisse perspectas: siquidem et alios vetustiores illas haud ignorasse comperimus ex plerisque locis parallelis Justini martyris, Clementis Alexandrini, Cypriani atque insuper ejusdem Hieronymi, quæ diligenter conquisita exegit ad Clementina laudatus Wetstenius (4). Et ea quidem hic describere libuisset. Verum pro instituti nostri ratione satius duximus illa prætermittere, ne longius quam par sit excurrat oratio.

XIII. Quandoquidem vero præter argumenta *externa* e veterum testimoniis usurpata quæ ab objectionibus hactenus pro viribus vindicavimus, præsto sunt quoque *interna* quibus earumdem epistolarum integritas magis magisque confirmatur; ea nunc strictim saltem proponere, nostra interesse existimamus.

Primum igitur in his epistolis Syriacis nonnullas sententias perspicimus, quas pæne αὐτολεξεὶ Græcæ pariter exhibent. Unum alterumve specimen accipe. I. Legimus in Epist. 1 *ad Corinth.* cap. 27: *Hac igitur* spe *animi nostri ad eum adstringantur*, qui fidelis est in promissionibus. — *Qui ne mentiamur præcepit, multo magis* ipse non mentietur: *nihil quippe* Deo impossibile, *præterquam* mentiri. Sic plane in epist. 1 *ad virgines*, cap. 4: Desiderat spem promissam *et præparatam et* positam *in cœlis a* Deo, qui promisit ore et non mentitur. Utrobique scilicet Paulum apostolum, ut assolet, imitatur Clemens; apud quem eadem phrasis occurrit [46]: *Ut per duas res immobiles, in quibus* impossibile est mentiri Deum, *fortissimum solatium habeamus*, qui confugimus ad tenendam propositam spem. II. In Epist. 1 *ad Corinth.*, cap. 4, ita scribit S. Pater: *Æmulatio effecit*, ut Joseph ad mortem usque persecutionem sustineret, et in servitutem addiceretur. Eadem loquendi ratio in epist. 2 *ad virgin.*, cap. 8: *Nonne pulchritudinem hujus casti et recti* (*Joseph*) *concupivit mulier? ut in concupiscentia cum non se subjiceret et inclinaret ut faceret libidinem et voluntatem ejus*, in omnem afflictionem et in omnem cruciatum conjiceret virum justum usque ad mortem. III. In epist. 1 *ad virgin.* laudat Clemens *operarios imitantes* Patrem et Filium et Spiritum sanctum. Quibus affinia ex alio ejusdem Clementis loco profert S. Basilius, sic inquiens (5): Ὁ Κλήμης ἀρχαϊκώτερον· « Ζῇ, φησὶν, ὁ Θεὸς, καὶ ὁ Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. » *Clemens simplicius*: « *Vivit, inquit, Deus, et Dominus Jesus Christus, et Spiritus sanctus.* » Alia ejusmodi haud pauca in promptu erunt Epistolas Corinthiacas ac Syriacas attente legenti, easque sedulo invicem conferenti; quibus proinde referendis supersedemus. Hic tamen illud solummodo rursum subjicere placet, quod ex viro doctissimo (6) superius protulimus: « Quo singularior, ait, est sententia iterum prolata, eo aptior est ad persuadendum, epistolas in quibus pariter laudatur, ab uno auctore proficisci. Unum enim eumdemque locum, ubi sese offert occasio, ab eodem scriptore in eodem opere, quanto magis in diversis, iterato citari quid mirum? »

Deinde scribendi, exempla in medium producendi, et ratiocinandi methodus, eadem omnino utrobique perhibetur. Verbi causa, in epist. 1 *ad Corinth.*, capp. 4-12 et alibi passim: *Recurramus*, inquit, *ad omnes generationes.* — *Fixis oculis eos intueamur, qui magnificæ ejus gloriæ perfecte servierunt. Sumamus Enoch*, etc. — *Sed ut vetera*

[46] Hebr. VI, 18.

(3) Ad Euseb. *H. E.*, lib. VII, cap. 24.
(4) Wetsten., Epist. ad H. Venem., pagg. 10 seq. et *Biblioth. raison.*, tom. I, art. 8, p. 365.
(5) *De Spir. sanct.*, cap. 29, § 72.
(6) Coutant., *Epist. Rom. pontif.*, pag. 39, § 5.

Digitized by Google

*exempla relinquamus, veniamus ad proximos athletas, et sæculi nostri generosa exempla proponamus.* Habes autem simillima et maxime gemina in Epist. 2 *ad virgin.* capp. 7-15 : *Consideremus igitur, fratres, et videamus quomodo conversati fuerint omnes patres justi toto tempore habitationis vitæ suæ : inquiramus et scrutemur a Lege ad Novum Testamentum. — Et ne nimis longum faciamus sermonem nostrum, quid dictum est de Domino Jesu Christo? Ipse Dominus cum duodecim discipulis*, etc. Scilicet, mos erat Clementi, sacrarum Scripturarum studiosissimo, ex utriusque Fœderis paginis pleraque exempla desumere, quæ instituto suo summe congruentia perspiceret : quod quidem in utroque Epistolarum pari, eodem plane tenore, satis aperte facitatum cernimus. Et hic quoque, ut sæpe alias, apostolo Paulo constanter adhæret : qui primum [67] patriarcharum et prophetarum gesta Hebræis ante oculos ponens, eos ad fidem retinendam adhortatur; deinde propositis Christi et sanctorum exemplis, ad tolerandas passiones, ad pacem, concordiam et sanctitatem servandam illos allicere studet, ita demum orationem concludens : *Ideoque et nos tantam habentes impositam nubem testium, deponentes omne pondus, et circumstans nos peccatum, per patientiam curramus ad propositum nobis certamen.*

Neque etiam omittendum putamus unum vel alterum styli indicium, haud quidem exiguum, quo magis adhuc id quod intendimus, confirmatur. En illud ex epist. 1 *ad Corinth.* cap. 3 : *Hinc*, inquit, *æmulatio, invidia, contentio, seditio, persecutio, commotio, bellum et captivitas manarunt.* Et cap. 35 : *Nos igitur summo studio contendamus in numero exspectantium eum reperiri, — abjicientes a nobis omnem injustitiam et iniquitatem, avaritiam, contentiones, malignitates et fraudes, susurros et obtrectationes, odium Dei, superbiam et ostentationem, inanem gloriam atque amorem vanitatis.* Confer ista, si placet, cum his quæ leguntur in Epist. 1 *ad virgin.* cap. 8 : *Qui vere fideles sunt*, ait, *et spiritus Christi habitat in ipsis, in illis non potest esse cogitatio carnis ; quæ est scortatio, impudicitia, impuritas, idololatria, veneficium, inimicitia, invidia, contentio, ira, rixa, divisio, zelus*, etc. Nonne Clemens utrobique se ipsum prodit? quippe Clemens, inquam, scriptionis Paulinæ characterem ubique fere imitatus, cum hic tum illic respexisse videtur *Rom.* I, 29-31 ; *Gal.* V, 19-21 ; *I Tim.* VI, 4-5 et *II Tim.* III, 2-5.

His addas velim δοξολογίαν, mediam inter epistolam, more itidem Paulino, usurpatam : verborum copiam ex divinis Litteris passim derivatam : aliaque plura, quæ in solertis lectoris oculos gemina prorsus sive in Corinthiacis sive in Syriacis incurrunt. Ad hæc, mores vere apostolici, simplicitas, modestia, frugalitas, benignitas, et cætera. Uno verbo, utrumque epistolarum par vivam Clementis imaginem referre, ac tantum non spirare comperitur.

XIV. Superest ut illud quoque diluamus quod vir eruditus sæpe laudatus ingerere haud veretur. Nimirum, inquit (7), « auctor se ipse virginibus fratribus adnumerat (8), et suum exemplum illis in omni conversatione imitandum proponit. Quod quidem factum historicum, si censorem hunc audias, a Clementis persona esse videtur alienum : quin et cum ipsius Clementis confessione consistere nequit ; si quæ in prima persona in epistola ejus ad Corinthios efferuntur, ad ipsum quoque referre, ut oportet si nihil obstet, liceat. Loquitur autem, subdit vir criticus, *de uxoribus et liberis nostris*, cum dicit (9) : *Uxores nostras ad id quod bonum est corrigamus ; — liberi nostri disciplinæ Christi participes sint*, etc. Cui nescio, tandem concludit, num quid roboris addat, quod Clementi adjungatur Grapte apud Hermam (10). Cujus rei melior reddi vix posse videtur ratio, quam quod *Grapte* fuerit *Clementis uxor.* » Hactenus eruditus Venema : et quidem satis belle.

Nolim equidem virum clar. in cælibatum ecclesiasticum iniquum suspicari. At illud ipsi condonandum minime reor, quod suæ sententiæ vim addere cupiens, nobis obtrudat velut Clementis Romani lectionem, quæ Alexandrino erat adscribenda. Rem paucis attingimus infra (11) ; quam tamen hic pertractandam, commentum Venemianum flagitat, non postulat Sic igitur S. Clemens (12) : Τὰς γυναῖκας ἡμῶν ἐπὶ τὸ ἀγαθὸν διορθωσώμεθα. — Τὰ τέκνα ὑμῶν τῆς ἐν Χριστῷ παιδείας μεταλαμβανέτωσαν. Id est : *Uxores nostras ad id quod bonum est corrigamus.—Filii vestri disciplinæ Christi participes sint.* Ita constanter codex ms. ex quo uno Clementina epistola fuit desumpta. Haud sane me fugit, apud Clementem Alexandrinum (13) qui ex Romano integrum pæne caput illud 21 exscripsit, legi τὰ τέκνα ἡμῶν. Sed non est demum cur Clementem Romanum ex Alexandrino emendemus, vimque inferamus codicis ms. lectioni cum clar. editore Pottero, ac Davisio ipsum secuto : eo vel maxime quod nemo nesciat in more positum fuisse Clementi Alexandrino, in auctorum locis describendis alia contrahere, alia tollere, alia interponere atque pro arbitrio mutare, omnia uno verbo sibi permittere : quod et hoc ipso in capite licenter nimis exsequitur, ut apud Wottonum videre est.

[67] Hebr. XI et XII.

(7) Venem., epist. 2, pag. 87.
(8) Clem., epist. 2 *ad Virg.*, cap. 16.
(9) Epist. 1 *ad Cor.*, cap. 21.
(10) *Past.* lib. I, vis. 2, cap. 4.
(11) Vid. not. in cap. 21 epist. 1 *ad Corinth.*
(12) L. c.
(13) *Strom.*, lib. IV, cap. 16, p. 612, edit. Oxon.

Digitized by Google

Quid quæris, inquies? Esto : scripserit Clemens τὰ τέκνα ὑμῶν : at ipsum τὰς γυναῖκας ἡμῶν scripsisse liquet : quod utique ad Venemæ sententiam confirmandam satis est. Næ, qui sic sentiat, minus attente Clementem legerit. Siquidem, quod scripserit S. Pater τὰς γυναῖκας ἡμῶν, in causa fuit verbum διορθωσώμεθα ; ut sermoni paulo ante in prima persona instituto, ἐντραπῶμεν, αἰδεσθῶμεν, τιμήσωμεν, παιδεύσωμεν, sententia congrueret. Cum autem mox aliud loquendi genus usurpet, scripsisse omnino censendus est τὰ τέκνα ὑμῶν : perinde ac si ab orationis cursu abreptus, quod modo scripserat minus sibi consentanee, *uxores nostras corrigamus*, emendare voluerit; adeoque stylum statim castigatius exacuens, docentisque dignitati prospiciens, orationem permutat, atque, *filii vestri suscipiant*, convenientius rescribit. Retinenda igitur proba lectio ms. codicis Alexandrini, ac procul amandanda de Grapte Clementis uxore hinc eruta conjectura viri eruditi ; qui Cotelerianam versionem a Clerico recensitam sive mendosam sive infidam exscribere maluit, quam textum ipsum consulere.

Sed nondum dimittendus Hermannus Venema. Pergit vir criticus ! et, quo probet allata verba esse accipienda velut a Clemente de se ipso prolata, hæc subdit : « Licet nomine Ecclesiæ Romanæ, ipse tamen epistolam scripsit, et ad se subinde expresse digitum intendit, uti in verbis (14) : *Si propter me seditio, et discordia, et schismata, discedo, abeo :* fieri, Epiphanius statuit (15).» Operam ludit censor iste. Et ægre quidem ferendum, quod non perspexerit vir oculeus totus, Epiphanium Clementis sententiam non ex ipsius epistola, sed ex quibusdam commentariis in quibus dictum illud invenerat, descripsisse. Sic enim ille l. c. : Λέγει γὰρ ἐν μιᾷ τῶν ἐπιστολῶν αὐτοῦ· Ἀναχωρῶ, ἄπειμι. .... εὑρομεν γὰρ ἔν τισιν ὑπομνηματισμοῖς τοῦτο ἐγκείμενον. « Dicit enim (Clemens) in una Epistolarum suarum: Recedo,abeo:...nam in quibusdam commentariis ita scriptum reperimus.» Quid quod ipsemet Epiphanius luculenter testatur, quod Clemens illa proferens, *nonnullis hoc modo consulebat ?* τισὶ τοῦτο συμβουλεύων : tantum abest, ut sanctus Constantiensis episcopus memoriæ tradiderit, Clementem eo loci ad se digitum expresse intendisse, quemadmodum præposcere contendit vir clar. Verumtamen Clementem ipsum ita loquentem audiamus : Τίς οὖν ἐν ἡμῖν γενναῖος ; τίς εὔσπλαγχνος ; τίς πεπληροφορημένος ἀγάπης ; εἰπάτω· εἰ δι' ἐμὲ στάσις, καὶ ἔρις, καὶ σχίσματα, ἐκχωρῶ, ἄπειμι, οὗ ἐὰν βούλησθε. — Τοῦτο ὁ ποιήσας, ἑαυτῷ μέγα κλέος ἐν Κυρίῳ περιποιήσεται, καὶ πᾶς τόπος δέξεται αὐτόν. « Quis ergo inter vos generosus? quis misericors? quis charitatis plenus? dicat : Si propter me seditio, et discordia, et schismata ; discedo, abeo quocunque volueritis... Qui hoc fecerit, sibi magnum decus in Domino comparabit, omnisque locus eum suscipiet. » Quibus sane verbis nemo non videt, hortari Clementem Corinthios, ut etiamsi justus quis inter eos fuerit, atque immunis a schismate, quin et omni virtutum genere ornatus ; juri tamen suo cedat, ut Ecclesiæ Corinthiacæ tranquillitas inde consurgat. An non igitur Clementi mire conciuit Epiphanius, dum ait ipsum ita fuisse locutum, τισὶ τοῦτο συμβουλεύοντα ? Hinc immerito insimulant sanctum illum Constantiensem episcopum Thorndicius (16) et Burtonus (17), quod Clementinam sententiam haud sit assecutus. Immerito item ex ejusdem S. Patris verbis, Clementis abdicationem confirmare nituntur alii magni nominis viri.

At potiori jure notandus H. Venema, qui eo potissimum nomine Epiphanii auctoritate abutitur, quo nimirum commento suo de Grapte Clementis uxore fundamentum præjaciat, nullo innixus veterum testimonio, quin e contra obnitente scriptorum antiquorum fide. Nam, ut Ignatii Epistolarum interpolatorem omittamus (18), quem unum novit hic censor, vetustiorem adhuc habemus *Recognitionum* scriptorem, sæculo II desinente, cujus hæc sunt verba (19) : *Ego Clemens in urbe Roma natus, ex prima ætate pudicitiæ studium gessi.* Quæ postea tum *Clementinorum* (20), tum *Epitomes* (21) auctores exscripsere. His accedit Althelmus, qui Clementis virginitatem sive prosa sive carmine celebrasse comperitur (22). Clemens itaque virgo, si fides his auctoribus. Et quidni fides? ait doctissimus Cotelerius (23).

Verum, quid porro de Grapte dicendum ? Si Hermæ quidem verba penitus introspicias, sentias utique cum viris eruditis (24) oportet, ipsam fuisse feminam spectatæ pietatis, forsitan diaconissam, sive Ecclesiæ Romanæ πρεσβύτιδα, viduam scilicet, cui reliquas *viduas* juniores atque *orphanos* sub viduarum cura positos, optimis præceptis institutisque imbuendi munus commissum fuerit. Cum igitur sive ex verbis Clementis, sive ex Epiphanii auctoritate, suæ causæ præsidium frustra quærat eruditus Venema, quin et ipsi obstent tum Ecclesiæ scriptorum vetustissimi, tum recentiorum doctissimi ; neque ullum omnino vadem ipsemet pro sua sententia in medium adducat : in nihilum abeat necesse est Grapte Clementis uxor, quam comminiscitur ; cumque istiusmodi figmento evanescit

(14) Epist. 1 *ad Corinth.*, cap. 54.
(15) Hæres. XXXVIII, § 6.
(16) *Origin. eccles.*, pag. 386.
(17) In not. ad Clem. *l. c.*
(18) Ignat. *Epist. ad Philadelph.* interpol. cap. 4.
(19) Auct. *Recognit.* lib. I, cap. 1.
(20) Auct. *Clement.* hom. I, cap. 1.
(21) Auct. *Epitom.* cap. 1.
(22) *De laud. virg. et de laudib. virginit.* cap. 22.
(23) Cotel. in not ad Clem. epist. 1, cap. 38.
(24) Cotel. et Fell., ad Herm. vis. 2, cap. 4, ac Dodw. in addit. ad Pearson. opp. posthum., p. 196, et ibid., in dissert. singul. p. 158.

Digitized by Google

quoque illud argumentum hinc desumptum, quo epistolarum *ad virgines* sinceritatem oppugnare aggressus est. At de his satis.

Cæterum easdem Epistolas Græce primitus exaratas fuisse colligit cl. Wetstenius tum ex vocibus, εὐχαριστία, ἀσωτία, κίνδυνος, τάξις, σχῆμα, διαθήκη, ἀγών, αὐτολεξεί occurrentibus; tum ex indiciis haud obscuris verborum φιλαδελφία, φιλοξενία, φιλαργυρία, φιλοπρωτεία, παραιτεῖσθαι, etc. Et scriptæ quidem fortasse fuerint non longe a Neronis obitu, dum Ecclesia tranquilla pace frueretur: in iis enim nullius calamitatis aut vexationis Christianorum mentio.

# IV.

# EX P. LUMPERI HISTORIA.

(*Historia theologico-critica de vita, scriptis atque doctrina SS. Patrum*, etc.; t. I, Aug. Vindelic., 1783, in octavo.)

## CAPUT PRIMUM.

### ARTICULUS UNICUS. — VITÆ S. CLEMENTIS HISTORIA.

*S. Clementis patria et generis nobilitas.* — Clemens Romanus sanctorum Patrum, quotquot exstant vetustissimus, neque uno nomine primus, Roma e senatorio genere (25) ortus est. Græca S. Petri apud Henschenium acta etiam Augustis cognatum fuisse, Neronemque, dum Christianos persequebatur, ab illo eapropter abstinuisse testantur.

*Annus nativitatis, et ejus conversio.* — Quo anno primam lucem aspexerit, nemo, quod sciam, prodidit; si tamen conjectare liceat, Christo in terris adhuc degente natus e reliqua vitæ serie censeri potest. Sanctus Paulus in ea, quam ad Philippenses dedit, epistola laudat Clementem nostrum ceu apostolatus sui socium et coadjutorem [48-100]; in libris vero Recognitionum, qui sub Clementis hujus nomine circumferuntur, a divo Petro apostolorum principe ad Christum conversus esse, eique postea comes fidelis adhæsisse narratur. Quorum librorum etsi non admodum firma sit auctoritas, hac tamen ex parte nil magnopere se offert, cur rejicienda videatur.

*A divo Petro episcopus designatur.* — Cum utroque certe apostolorum principe Clementem diu et familiariter egisse, a Petro autem etiam successorem in pascendo grege Domini designatum fuisse, plerique fatentur (26).

*Cleto in pontificatu succedit, anno Christi* 91. — Quotus ordine Romanam cathedram insederit, vetus et adhuc sub judice lis est; non sedisse tamen ante

[48-100] Ad Philipp., cap. IV, v. 3 et seq.

(25) Recentiores critici, levissima ducti conjectura, non Romanum et præclarissimo natum genere, sed ex stirpe Judaica procreatum censent. Primus qui eam invexit novitatem fuit Tillemontius in suis *Monumentis historiæ ecclesiasticæ*, tomo II, pag. 149. Exinde vero idem visum Coutantio nostro in celeberrimo suo opere Epistolarum Romanorum pontificum, tomo I, pag. 11, licet postea suam mutarit sententiam loco citato, pag. 41. Accessit demum reverendissimus dominus Remigius Ceillierius noster, qui fidenter nimis id asserere non dubitavit in *Historia generali auctorum sacrorum et ecclesiasticorum*, tomo I, pag. 598. Colligi id posse ex ejusdem sancti Clementis ad Corinthios epistola capite IV arbitrabatur, ubi ait: *Propter æmulationem Pater noster Jacob aufugit a facie Esau fratris sui.* Verum hæc verba nequeunt vetustam opinionem elidere. Sane illam auctor *Libri pontificalis* secutus ait: *Clemens natione Romanus de regione Cœlio monte ex patre Faustino.* Similia habentur in Catalogis Romanorum Pontificum vetustioribus: consentitque Breviarium Romanum ad diem 23 Novembris; de illo item sanctus Eucherius Lugdunensis in epistola ad Valerium: *Clemens vetusta prosapia senatorum, atque etiam stirpe Cæsarum, omni scientia refertus, omniumque liberalium artium peritissimus ad hanc justorum viam transiit; itaque in ea excellenter floruit, ut Principis quoque apostolorum successor exsisterit.* His fidem minime derogamus, cum ipsius Clementis in contrarium producta intelligi possint de fidei gratia, propter quam, ut inquit ad Galatas cap. VI Paulus apostolus, *Filii promissionis computantur in semine.* Quid quod Theophilus in suis ad Autolycum libris, lib. III, sect. 25, Davidem *patrem* seu *progenitorem* nostrum appellat? Ἔπειτα Δαβὶδ ὁ πρόγονος ἡμῶν (ἐβασίλευσεν) ἔτη μ'· *Deinde David pater noster regnavit annos quadraginta.* Nunquid ideo Hebræus episcopus iste Antiochenus? Eodem plane sensu cum Clemente locuti sunt Patrum antiquissimi Justinus M. (*Dialogo cum Tryphone*, sect. 134); Clemens Alexandrinus (*Stromatum* lib. VI, c. 7); Tertullianus *adversus Marcionem*, lib. IV, c. 24; auctor Expositionis in Evang. Luc. quæ sub Titi Bostrensis nomine circumfertur (Tit. Bost. in cap. I Lucæ) *Bibliot. PP.*, edit. Paris., tom. XIII, pag. 767; Aug. serm. 5, § 4, Opp. tom. V, pag. 30.

(26) Vide Irenæum, l. III, c. 3; Zozim. apud Baron. ad ann. 417, num. 20.

Digitized by Google

Linum, quod divus Hieronymus in caput LII Isaiæ innuit, pro certo jam habetur (27). Quamvis enim a sancto Petro in episcopum sacratus, et successor designatus fuerit, honorem nihilominus et tunc modeste recusasse, et post S. Jacobi obitum S. Lino ultro cessisse, traditur a Baronio, cujus sententiam comprobant Natalis Alexander (28), Bollandus, Cotelerius et Tillemontius. Quod, ut Natalis Alexander ait loco citato, « *pessimum* posteris exemplum præberi animadverteret, si ex vi ordinationis et designationis, de se factæ a S. Petro (quantumvis justa esset) exerceret pontificium; quia futurum prævidebat, ut si pontifici liceret sibi designare successorem, plures in cathedram Petri subvecti, sed Petri vestigia non secuti, relationem carnis et sanguinis, non Spiritus sancti afflatum attenderent.... sicque summum Ecclesiæ sacerdotium ab ordine Melchisedech in ordinem Aaronis decideret, nec dignatio cœlestis gratiæ, sed carnalis successio generaret Sacerdotem. »

Sanctus Irenæus (29) enumerans Romanos pontifices qui ad sua tempora floruerunt, tertio post sanctum Petrum loco Clementem ponit.

Pariter Eusebius (30) et Epiphanius (31) sentiunt: ex adverso sanctus Augustinus (32) Clementem Lino immediate successisse testatur : quem ordinem in numerandis Petri successoribus tenent etiam sanctus Optatus Milevitanus (33), Chronicon quod Damaso vulgo tribuitur, et catalogus vetus Rom. pontificum e ms. codice reginæ Sueciæ ab hagiographis Belgis in Maii Propylæo excusus.

Præter pugnantia adeo testimonia, non desunt suæ utrique ex his opinionibus difficultates; posterior inde tamen gravissime premitur, quod fasti Ecclesiæ, vetus Romanorum traditio, et plerique catalogi Rom. pontif. sanctum Clementem martyrio coronatum asserant imperante Trajano, atque adeo sub initio sæculi II; quamvis neque Linum plus quam XII, neque Clementem ultra decem annos sedisse quisquam testetur, a Petri autem martyrio usque ad Trajani imperium XXX ut minimum, annos fluxisse constet. Difficultate hac ut se expedirent, aliqui ferunt (34) eum ad schisma evitandum, Pontificia dignitate se abdicasse, et longe post obiisse; verum id omni penitus dubitatione non vacat. Quid autem in re adeo obscura tricisque chronologicis implexa vero propius accedat, lectoris arbitrium esto : mihi animus inclinat, ut S. Irenæo ceu testi omnium antiquissimo, nec longe a Romanis posito, quin in Urbe ipsa versato, subscribam, et Clementem, non ante, quam post Linum et Cletum, vel ut Irenæus habet, Anacletum sedisse censeam.

*Res ab eo in pontificatu gestæ.* — Quo tempore Ecclesiæ præerat, duo potissimum egisse memoratur. Laborante diro schismate Corinthiorum Ecclesia, scripsit egregiam hodie adhuc superstitem epistolam, qua laicis in presbyteros etiam sanctissimos insurgentibus suasit pacem, mutuamque concordiam. Negotium istud ex sententia perfecit sanctus Pontifex. Alterum, quod septem urbis regiones in notarios totidem partitus sit, qui in gesta SS. martyrum inquirerent, illaque ad posteros scriptis commendarent (35) : hinc etiam percipimus, quantam diligentiam ab ipsis incunabulis Rom. Ecclesia adhibuerit in colligendis martyrum fastis. Ingente Christianæ rei detrimento acta hæc sub Diocletiano, e fundo religionem Christianam convellere laborante, flammis perierunt, ita ut paucula hodie genuina venerandæ antiquitatis monumenta reliqua sint. Promeruit et ipse Clemens eisdem fastis adscribi.

*Martyrium sancti Clementis, ejusque obitus.* — Etenim in Chersonesum Tauricam relegatus (Tartariam minorem vulgo appellant) cum doctrina et miraculis omnes incolas convertisset ad Christum, jubente Trajano in mare demersus fuit anno J. Ch. 100, Trajani III. Hæc ex actis, quæ in manibus versantur hodie, eruta sunt; merito tamen a viris gravissimis, Pearsonio præcipue, in dubium revocantur, quemadmodum inferius singulari articulo ostendemus. Sunt, qui minime violenta morte decessisse divum Clementem autumant. Sic Eusebius (36) et sanctus Hieronymus ejus mortem nulla de martyrio mentione instituta commemorant. San-

(27) Et Clemens vir apostolicus, qui post Petrum Rom. Ecclesiam rexit, scribit ad Corinthios, etc., opp. D. Hieron. noviss. edit. Venet., tom. IV, p. 1, col. 612.

(28) In *Hist. eccl.* sæculi I, dissert. 13, pag. mihi 344.

(29) Fundantes igitur et instruentes beati apostoli Ecclesiam, Lino episcopatum administrandæ Ecclesiæ tradiderunt. Succedit autem ei Anacletus; post eum tertio ab apostolis episcopatum sortitur Clemens. S. Irenæus l. III *Adv. hæres.*, cap. 3, pag. mihi 176, edit. noviss. Venetæ de anno 1734.

(30) *Hist. eccl.*, l. III, c. 15, ait : *Anacletus exactis in episcopatu annis* XII *successorem reliquit Clementem.* Vide etiam ejusdem libri c. 4 et 21, editionem Valesii Taurinensem pag. 82, 95 et 98.

(31) *Romæ primi omnium Petrus et Paulus apostoli pariter atque episcopi fuerunt, inde Linus, tum Cletus, post hunc Clemens.* Epiphan. hæres. 27, c. 6, pag. 107, edit. Lipsiensis Petavii, vulgo Coloniensis.

(32) *Petro successit Linus, Lino Clemens, Clementi Anacletus, Anacleto Evaristus.* S. Aug., ep. 53 *ad Generosum.*

(33) *Cathedra una est, sedit prior Petrus, cui successit Linus, Lino Clemens, Clementi Anacletus.* D. Optatus, lib. II.

(34) D. Epiphanius hæres. 27, c. 6. Henschenius et Papebrochius in Maii Propylæo.

(35) Guilelmus Burius in sua Rom. pontif. notitia adjicit, illum insuper vestes in missa adhibendas sacerdotibus præscripsisse, et ut mappæ lineæ, quas corporalia vocamus, in peculiari vase lavarentur, statuisse; sed id e commentitia Clementis ad Jacobum Epistola Burius deprompsit. Consecravit hic sanctus Pontifex, geminis mense Decembri ordinationibus, diaconos duos, presbyteros decem et episcopos quindecim.

(36) Eusebius, *H. E.*, l. III, c. 34; Hieron. in Catalog. c. 15.

Digitized by Google

etus Irenæus (37) vero Pontifices usque ad Eleutherium recensens, eorum quemquam martyrium passum præter Telesphorum haud significat. Rufinus (38) tantum sanctum Clementem martyrem appellat, aitque de eo Zozimus (39) Pontifex, tantos eum in veritate noscenda progressus fecisse, ut fidem a sancto Petro acceptam et populo traditam martyrio consignaverit.

A Observandum autem est cum Cl. Remigio Ceillierio (40), martyris appellationem sæpe iis tributam fuisse, qui aliquid pro Christo passi fuerunt, licet cruciatibus interempti non fuissent; atque hæc fuisse ratio videtur, qua Rufinus et Zozimus sanctum martyrem appellarunt, qui, cum Ecclesiam sæviente Domitiani persecutione moderatus fuisset, ab ea immunis omnino non fuerit.

# CAPUT II.

## DE SCRIPTIS S. CLEMENTIS PRIMI ROMANI PONTIFICIS.

### ARTICULUS I.

#### DE PRIMA EJUS AD CORINTHIOS PERSCRIPTA EPISTOLA.

*Sanctus Clemens Romanæ Ecclesiæ nomine scripsit.* — Inter multa, quæ Clementi nostro tribui solent opuscula, una est Ecclesiæ Romanæ nomine ab eo ad Corinthios epistola, quæ pro genuino illius fetu certo laudari possit. Illam commendant Irenæus (41), Dionysius sæculo secundo Corinthiorum episcopus in sua ad Soterem epistola (42), Eusebius (43), Cyrillus Hierosolymitanus (44), Epiphanius (45) aliique complures (46). Scriptam Epistolam illam nomine Romanæ Ecclesiæ docet divus Hieronymus (47). Ea siquidem ætate episcopi nihil inconsulta Ecclesia sua aggrediebantur. Præterea cum schisma, quod Corinthiorum Ecclesiam exagitabat, tollere consilium esset, universa Romana C Ecclesia majus pondus, quam solus Episcopus apud eos habitura esse videbatur.

*Quæ ejus scribendæ occasio?* — Epistola hæc, ut est a nobis admonitum, occasione schismatis, quod per ea tempora Corinthiorum Ecclesiam vexabat; conscripta fuit. Schisma vero illud ex invidia quorumdam in eos qui dignitates et munera obtinebant, conflatum fuit; unde infidelibus Jesu Christi religionem blasphemandi ansa data est. At cum Corinthios ipsos schismatis sui puderet, ad Roma- B nam Ecclesiam scripsere, quasdam quæstiones proponentes. S. Clementis animum schisma istud affligebat plurimum, cupiebatque tanto malo obviam ire: verum cum Romani ipsi aliis malis jactarentur, promptam illis opem ferre nequivit. Domitiano autem exstincto anno 95 rebusque Romanis majori in tranquillitate collocatis, sanctus Clemens tempore usus, Corinthiis tandem rescripsit.

*De hac epistola judicium.* — Celeberrima est, quod omnes norunt eruditi, quæ prior Corinthiis inscribitur, *epistola:* ἱκανωτάτη γραφή, *potentissima*, seu ut Valesius vertit, *luculentissima scriptura*, dicta a S. Irenæo (48); ἐπιστολὴ μεγάλη τε καὶ θαυμασία, *magna et admirabilis*, ab Eusebio (49), atque adeo tantum non canonica. Eam apud omnes auctoritatem obtinuit, ut perinde ac reliquæ apostolorum epistolæ publice aliquibus in ecclesiis lecta fuerit: quod quidem præter Eusebium, Hieronymum, aliosque veteres scriptores, testatur antiquior Dionysius Corinthiorum episcopus (50). Hæc sane priscum Evangelii vigorem spirat: stylus quam proxime ad Novum Testamentum accedit: res verbaque ipsa desumpta in primis ex Epistolis Paulinis (51). Denique nihil fere in ea reperiri contingit, quod primæva nascentis Ecclesiæ incunabula

(37) L. III, c. 3.

(38) *De orig.*, tom. I, pag. 778.

(39) Tom. IV *Concil.* Mansi, col. 350.

(40) Tom. I des *Auteurs ecclésiastiques*, pag. 599. D

(41) *Sub hoc ergo Clemente dissensione non modica inter eos, qui Corinthi essent, fratres facta, scripsit, quæ est Romæ, Ecclesia luculentissimam epistolam.* Irenæus, l. III, c. 3, n. 3.

(42) *Hodie sacrum diem Dominicum transeginus, in quo epistolam vestram legimus. quam quidem perpetuo deinceps legentes, perinde ac priorem illam nobis a Clemente scriptam Epistolam, optimis præceptis ac documentis abundabimus.* Apud Euseb., *H. E.* l. IV, c. 23.

(43) *Hujus igitur Clementis exstat Epistola uno consensu recepta, eximia prorsus, atque mirabilis; quam nomine Ecclesiæ Romanæ ad Corinthiorum Ecclesiam scripsit. Hanc in plerisque ecclesiis et nostra, et superiori memoria palam recitari consuevisse comperimus.* Euseb., *H. E.*, l. III, c. 16, 38: l. IV, c. 23.

(44) Catechesi 18, c. 8.

(45) Hæresi 30, n. 15, pag. 139; et hæres. 27, n. 6, pag. 107, edit. Petavii.

(46) Vide Origenem, tom. I, edit. Paris., 1733, pag. 82; tom. III, pag. 422; et tom. IX, part. II, pag. 143, edit. Huetii Coloniæ, 1685. Clem. Alexand., l. I *Strom.*, c. 7, tom. I, pag. 339, edit. Oxoniens. 1715; et l. IV, c. 1, tom. I, pag. 609; Hieron. *De viris illustr.*, c. 15; tom. II, part. II, pag. 8503, edit. noviss. Venetæ de anno 1767.

(47) Idem l. c. Vide etiam Irenæum lib. III, cap. 3.

(48) Lib. III, cap. 3, n. 3.

(49) *H. E.*, lib. III, cap. 16, pag. 95, edit. Taurinensis.

(50) Apud Euseb., *H. E.*, l. IV, c. 23.

(51) Hæc ipsa similitudo, teste D. Hieronymo (in catal. c. 15), in causa fuit, cur quidam S. Clementem Epistolæ ad Hebræos interpretem, atque etiam auctorem esse existimarint.

Digitized by Google

non referat; nihilque, quod virum plane apostolicum non maxime deceat.

*Dubitationes, quæ de hac epistola moventur.* — At quamvis hujusmodi venerandum sacræ antiquitatis monumentum a plerisque vetustis locupletissimis testibus, usquequaque astruatur; atque simul ac ex antiquissimo ms. codice Alexandrino istud in lucem fuit editum, summo eruditorum fere omnium consensu, sincerum omnino, quantumcunque est, agnitum fuerit, receptum, comprobatumque : non defuere tamen hoc et superiore sæculo, qui vitiatum idem, mireque interpolatum obfirmate contenderint. Eos inter primas tenet Gisbertus Voetius theologiæ professor in Academia Ultrajectina, qui varias (52) adversus hanc epistolam movit objectiones, sed plane frivolas, et supinam redolentes negligentiam; uti clare ostendit Joachimus Maderus in præfatione ad lectorem, Helmenstadiensi editioni Epistolæ Clementis præmissa. Ast nihil mirum, virum istum, multæ alioquin lectionis in recentioribus, epistolam sancti Clementis, aliaque ejusmodi ob vetustatem veneranda monumenta in dubium vocasse; cum ipse, ex male præconcepta opinione ac odio adversus antiquam catholicæ Ecclesiæ traditionem, optaverit, nullum plane virorum apostolicorum scriptum superesse, ut illo ipso loco indicat sequentibus verbis : *Admiramur singularem Dei providentiam, quæ curavit ut ab apostolorum discipulis, virisque apostolorum sæculo proximis, aut nihil scriberetur, aut nihil conservaretur, et ad posteros manaret, aut saltem nihil ab initio Ecclesiæ usque in hunc diem superesset, de quo non dubitaretur; aut quod per tineas blattasque, aut alium quemvis Dei exercitum mutilatum non esset: ut soli Scripturæ tanto evidentius sua constaret auctoritas, illique soli esset propria incorruptibilitas et æternitas.* Verum alii, melioris in his rebus judicii, talibus directe contradicentes, mirantur potius, ac merito deprædicant (judice viro clarissimo Grabio (53), singularem divinam Providentiam, « quæ curavit, ut a sanctorum apostolorum discipulis, virisque apostolicis, et apostolorum sæculo proximis, plura scriberentur, eorumque aliqua sancte asservata ab initio Ecclesiæ in hunc usque diem superessent, nec a blattis tineisque, aliove ejusmodi exercitu, sed strenuis in ordinata Dei acie *prostatis* vel *parastatis* ederentur, deque iis nullus dubitandi locus relictus esset; ut nimirum Scripturæ tanto evidentius sua constaret auctoritas, ac canonica Evangelia, aliaque scripta sanctorum apostolorum et discipulorum a falsis, quæ illorum nominibus supposita sunt, discernerentur, (id quod absque catholicorum Patrum traditione, apostolicæ ætati vicinorum vix, ac ne vix quidem fieri potest), denique ut sacer codex a corruptione ac injuria non tam temporum, quam malorum ingeniorum, vindicaretur, et genuinus ejus sensus in aliquibus locis quodammodo obscurus, magisque ab hæreticis obscuratus, egregie illustraretur; sicque propria verbi divini veritas contra falsas quorumdam hominum opiniones, heri natas, cras vero interituras, firmaretur, in æternum duratura. » Hactenus vir gravissimus Grabius.

Voetium presso pede sequentes Eduardus Bernardus, atque Joannes Clericus (54) hanc epistolam a plane improbo, qui Clementi Romano innumeras Clementis Alexandrini lacinias adsuerit, misere fœdatam suadere conati. Utrumque porro solide refutavit Cl. Henricus Wottonus (55). Juvat ipsummet hunc doctissimum virum hac de re disserentem audire : « Irriti sunt, inquit, hujus (Bernardi) conatus : qui enim hoc modo ex Clemente Alexandrino arguit, aut eum non probe novit, aut mala fide agit; eadem enim ratione actum erit de authentia et fide eorum, qui a Clemente Alexandrino usquam citantur, scriptorum. Nemo enim Patrum majore licentia est usus in citandis auctoribus, sive sacris, sive ethnicis : cum ei in more sit, non integra auctorum verba semper recitare, sed pro arbitrio suo nunc contrahere, nunc de suo inserere, alia omittere, alia variis modis mutare. »

« Si ad hæc sedulo attendas, agnosces, pie Lector, mecum, ex Alexandrino non interpolatam fuisse, toties ab Ecclesia primæva celebratam laudibus, imo et cum sacris Scripturis publice lectam Rom. Clementis epistolam. » Hæc Wottonus cui tamen præiverat Joannes Potterus vir cl. in animadversionibus ad Clementem Alexandr. (56) ubi summatim quidem, sed acriter Bernardi conjectationes elisit.

Longius adhuc progressus est Joannes Moshemius (57) qui Clementis epistolam primam quarta sui parte mulctandam censet, a capite nimirum 9 ad 55; sed ne priora quidem decem capita eo judice ab interpolatione sunt prorsus immunia. At inania esse, ac futilia Moshemii argumenta in oculis posuit Joannes Ludovicus Frey (58). Siquidem invicte vir eruditus evincit, cum ex antiquitate codicis Alexandrini, tum ex veterum Patrum testimoniis, nos eamdem omnino epistolam habere, quam habuit vetusta Ecclesia, quam audierunt in sacris cœtibus primævi Christiani, dum adhuc ejus lectionis usus vigeret; quam legerunt Dionysius Corinthius, Clemens Alexandrinus, Cyrillus Hierosolymitanus, Hieronymus, cæterique; quam denique Polycarpum Smyrnensem episcopum et mar-

(52) Part. I *Selectar. disputat.*, pag. 103.
(53) *Spicileg. SS. Patrum*, tom. I, pag. 260, 261.
(54) In notis edit. PP. apostolic. Cotelerianæ Amstælodam., anni 1724.
(55) In notis ad Clem. Epist. 1, cap. 9, pag. 40.
(56) Potter. ad Clem. Alexand. *Strom.* l. IV, c. 18, pag. 610, nota 4.
(57) *Instit. hist. Christ. majores sæc.* I, p. 212 usque 215.
(58) Præfat. ad epist. SS. PP. apostolic., circa medium.

Digitized by Google

tyrem manu versasse; quin et nonnulla ex ea verbotenus excerpta in suam ad Philippenses Epistolam transtulisse, suadent loca ex Clementina et Polycarpiana epistola desumpta, in medium prolata, atque invicem collata (59). Hanc unam ob causam, Bernardi, Clerici ac Moshemii, conjectationes de hujus laciniis ex Clemente Alexandrino desumptis omnino evanescant oportet.

Neque alii profecto desunt, qui ejusdem epistolæ sinceritatem in dubium revocant, quod nimirum nonnulla fabulosa præ se ferat; quod aliqua in ea desiderentur a vetustis Patribus allegata, etc. Sed hos morosiores criticos missos facimus: tum quod eorum objectiones fluxo adeo talo nitantur, ut pedem cum singulis conferre haud expediat, tum inprimis, quod a plerisque viris eruditis res abunde satis fuerit pertractata. Firmum igitur, ratumque fit, germanam omnino priorem esse Clementis epistolam: quidquid enim in ea continetur, tempora plane apostolica refert; neque ullum ex omni retro antiquitate quispiam testem produxerit, qui homines cordatos de illius sinceritate merito ancipites reddere valeat.

## ARTICULUS II.

### DE SECUNDA AD CORINTHIOS EPISTOLA.

*Dubitationes veterum de altera sancti Clementis epistola.* — Præter sancti Clementis ad Corinthios epistolam, de qua hactenus egimus, altera eidem ab Eusebii (60) ætate tribuitur, quæ tamen, ut est ab eo adnotatum, adeo celebris ut prior non erat, neque a veteribus recitabatur. Imo sanctus Hieronymus veteres eam rejecisse refert (61); Photius (62) vero ætate sua pro supposititia habitam fuisse testatur.

Queritur hic præterea (63) humiles sententias, neque satis apte invicem nexas in ea exstare, atque alieniores interpretationes Scripturæ, et Jesu Christi verba, quæ in Evangelio non leguntur, proferre, quorum aliqua ex apocrypho Ægyptiorum Evangelio petita sunt (64).

His vero posthabitis contendunt Cotelerius (65), Coutantius (66), Gallandius (67), et Bullus (68), et alii, epistolam hanc revera sancti Clementis esse. Cernimus enim eam (69) postremo apostolorum canone non modo sancto Clementi tributam esse, verum etiam prioris instar inter Scripturas sacras recenseri. Sanctus Epiphanius (70) eam quoque S. Clementis nomine recitat, cui et a sancto Hieronymo (71) atque etiam a Photio (72) tribuitur. Quibus fit, ut, cum eam tanquam supposititiam habitam dixerunt, non ex sua, sed aliorum sententia locuti fuerint. Eusebius vero inter eos, qui epistolam hanc ut suppositititiam duxerunt, minime est numerandus, cum nihil de ea pronuntiet, nisi (73) eam non adeo ut priorem celebrem, atque a veteribus memoratam fuisse. Id autem mirum videri non debet, cum non, ut prior, Romanæ Ecclesiæ, sed pontificis tantum nomine scripta, neque publice in Ecclesia lecta fuerit: unde factum, ut conjectat Bullus (74) ut quod paulatim, quasi Clementis revera non esset, neglectui habita fuerit; quam etiam ob causam aliæ Clementis epistolæ (nam et alias scripsisse virum sanctum mihi indubium est) prorsus interciderunt. Cæterum in exiguis illis hujus epistolæ reliquiis multa cum priore similitudo elucet: idem quoque vetustatis color, eædem dicendi formæ et plures loci (75) ex apocryphis libris prolati in utraque spectantur.

*Corinthiis inscripta fuit.* — Eusebius, ad quos data sit hæc epistola, non commemorat; Photius vero aperte ait (76), eam ad Corinthios datam fuisse, quod ex Dorothei Archimandritæ Niconis monachi atque ex Parallelorum auctoris testimonio (77) inter sancti

(59) Confer caput 1 epistolæ S. Clem. ad Corinth. cum cap. 4 epist. Polycarpi ad Philipp.; cap. 5 cum cap. 9; cap. 7 cum cap. 7; cap. 9 cum cap. 2; cap. 13 cum cap. 2; cap. 21 cum cap. 4.

(60) *Sciendum autem est alteram quoque sancti Clementis epistolam circumferri; verum hanc non perinde cognitam fuisse, ac primam, pro certo habemus; quandoquidem vetustiores illa nequaquam usos esse comperimus.* Eusebius, *H. E.* l. III, c. 38, pag. 117.

(61) *Fertur et secunda ejus nomine epistola, quæ a veteribus reprobatur.* Hieron., in Catalog., c. 15.

(62) *Quæ secunda ad eosdem dicitur, ut notha rejicitur.* Phot. cod. CXIII.

(63) *Secunda vero epistola et ipsa institutionem ac admonitionem melioris vitæ inducit, atque in principio Christum Deum prædicat. Verum dicta quædam peregrina, velut e sancta Scriptura subinducit, quibus ne prima quidem epistola vacat, et interpretationes locorum quorumdam alieniores profert: alioquin ipsa, quæ in his epistolis insunt, sensa non nihil abjecta sunt, nec continentem seriem, ac consequentiam servant.* Cod. 126, Photius.

(64) Clemens epist. 2 ad Corinth., n. 4, 5, 12.

(65) T. I *PP. apostolicorum*, pag. 182.

(66) *Epistol. Rom. pontif.*, pag. 34.

(67) *In Biblioth. PP. noviss.* Græco-Latina, t. I, pag. 14. prolegom.

(68) *Defensio fidei Nicæn.*, pag. 49 et 50.

(69) *Sint autem vobis libri venerabiles et sancti Veteris Testamenti Moysis quinque... libri vero nostri, hoc est Novi Testamenti Evangelia quatuor... Clementis epistolæ duæ.* Can. apost. 85.

(70) *Dicit Clemens in una epistolarum suarum*, etc. Epiphan. hæres. 77, n. 6. *Ipse Clemens omnibus illos (Ebionitas) modis redarguit in Epistolis circularibus, quas scripsit, quæque in Ecclesiis leguntur.* Idem hæres. 30, n. 15.

(71) *Ad hos (eunuchos) et Clemens successor apostoli Petri, cujus Paulus apostolus meminit, scribit epistolas, omnemque fere sermonem suum de virginitatis puritate contexuit.* Hieron., l. I *advers. Jovin.*, cap. 7.

(72) Photius, cod. CXXVI.

(73) Eusebius, ut supra.

(74) Est id a Photio observatum codice 125. *Verum dicta quædam peregrina*, inquit hic criticus, *velut e Scriptura sacra subinducit, quibus ne prima quidem epistola omnino vacat.* Vide num. 23 prioris, et 12 ac 13 numeros posterioris Clementis epistolæ.

(75) *Defensio fidei Nicænæ*, pag. 50.

(76) *Lectus est libellus, in quo Clementis epistolæ duæ ad Corinthios continebantur.* Photius, ibid.

(77) Ut enim ait S. Clemens: *Etiamsi quis non coronetur, studeat tamen non procul a coronatis inveniri.* Epist. 2, c. 7.

Digitized by Google

Joannis Damasceni opera intelligitur; atque ex ms. codice, quo Junius ad eam in publicum edendam usus est, quem a primi usque Nicæni concilii temporibus exaratum (78) fuisse existimat. Prior quidem epistola in laudato codice ad calcem sic inscripta legitur : Κλήμεντος πρὸς Κορινθίους ἐπιστολὴ Α'; posterior vero sic : Κλήμεντος ἐπιστολὴ Β';licet autem posterior ex librariorum forte incuria,prænotata πρὸς Κορινθίους haud compareat; quidni et eam ad Corinthios missam existimemus, cum prioris inscriptio hac de re satis superque indubios nos reddat? Enimvero neque prior legitur in indiculo fuisse ad Corinthios perscripta. Quis porro ne illam quidem Corinthiorum nomine signatam ex ejusdem Indiculi silentio jure arguat? Neque item silentium nos moveat Eusebii, et qui eum secuti sunt, Hieronymi atque Rufini, qui, dum epistolæ secundæ meminerunt, Ecclesiæ Corinthiacæ fuisse illam inscriptam non perhibent. Cum enim laudati scriptores, ut recte Coutantius, memorata priore Clementis epistola ad Corinthios statim subdant: *fertur et altera*, neque ad alios hanc alteram scriptam designent; eam quoque ad eosdem scriptam intelligere merito existimantur: alioquin si ad alios missam nossent, neque id innuissent, hæc ipsorum reticentia jure ac merito negligentiæ culpanda videretur.

*Objectio prima contra authentiam hujus Epistolæ Clementinæ.* — Joannes Morinus hanc epistolam suppositionis suspectam habet eo argumento, quod nimirum illius stylus, non ut prioris, sit simplex, sed argutulus (79), non sponte fluens, sed pro auctoris captu studiose elaboratus; non ἀπεριοδικὸς et nonnunquam ἀναντιπόδοτος, sed verborum ambitum, antitheses, earumque repetitiones ambitiose affectet. Idem quoque argumentum urget Richardus Simonius (80).

Inficiari equidem nolim, haud leve aliquando argumentum ex dissimilitudine styli suppetere, quo alicui scriptori opus abjudicetur, aliique addicatur; dummodo tamen reliqua rite cohæreant. Verum nunc canonem criticum non esse nimium urgendum, nemo non videt; siquidem, ut optime Cotelerius, quem sequitur et Grabius (81),styli dissimilitudo ab eodem scriptore pro varietate temporum et causarum oriri potuit.

*Objectio secunda ex Dionysio Corinthiorum episcopo desumpta.*—Vir. cl. Joannes Grabius (82) ex verbis Dionysii Corinthiorum episcopi apud Eusebium (83) confici putat, unam duntaxat a D. Clemente epistolam esse scriptam, quam τὴν πρωτέραν διὰ Κλήμεντος γραφεῖσαν Dionysius appellat, quod scilicet ad Ecclesiam Corinthiacam prius ea missa fuerit, quam Soter suam deinceps eidem inscripserit.

*Responsio.* — Verum esto, meminerit hic Dionysius prioris tantum Clementis epistolæ: neque placet enim Beveregii sententia (84), conjicientis, episcopum Corinthiorum omissa Soteris epistola de utraque Clementina verba fecisse. Minus item nobis probatur, quod alii arbitrantur, Dionysium nempe illam Clementis epistolam, quæ publice legebatur, ideo fortasse πρωτέραν vocasse, ut eam ab altera Soteris ad Corinthios pariter scripta distingueret. At his missis, num propterea rite cum Grabio colligas, post ævum demum Dionysii vertente sæculo II ita scribentis, Clementinam secundam fuisse confictam? Hoc unum scilicet ex iis, observante Coutantio nostro, confici posse videtur, fuisse in more positum, institutoque Ecclesiæ Corinthiorum, priorem quidem Clementis epistolam legi, posteriorem non item. Nunquid demum tunc temporis erant legendæ in publicis ecclesiarum conventibus omnes non apostolorum modo, sed etiam apostolicorum virorum epistolæ; ut proinde posterior Clementis censenda sit pseudepigrapha eo nomine, quod de illius lectione in conventu Corinthiaco nullam injiciat mentionem Dionysius? Cum itaque priorem quidem minime vero posteriorem in cœtu ecclesiastico perlegi consuevisse ab episcopo Corinthiorum addiscamus; hinc sane perspicimus, cur priorem *eximiam prorsus atque mirabilem* appellarit episcopus Cæsareensis; de posteriore vero scripserit: *Illam minus notam fuisse, neque a veteribus usurpatam.*

*Occurritur tertiæ objectioni. Responsio.* — Nec dicat vir eruditus, suppositionis suspicionem sibi injicere sententiam e libro quodam apocrypho acceptam, quæ in hujus epistolæ capite 11 exstat, cum jam et in prioris capite 23, paucis mutatis, occurrat. Si enim contra secundam epistolam hæc ratio vim haberet, jam de primæ quoque integritate conclamatum foret. Adde, quod repetita ejusdem sententiæ citatio nullatenus idonea sit falsi suspicandi causa, ita censente viro in re critica peritissimo Coutantio.

*Objectio quarta, et responsio.* — Sunt insuper, qui secundæ hujus epistolæ veritati locum objiciant a pseudo-Justino desumptum, qui sic se habet: *Si præsentis rerum status finis est impiorum per ignem judicium, prout testantur Scripturæ prophetarum et apostolorum, atque insuper sibyllæ, ut ait B. Clemens in epistola ad Corinthios*, ad quæ quidem verba plura erudite observat Cotelerius, atque ex eo

(78) S. Clementis ex epist. 2 ad Corinth.: «Qui res præsentis vitæ cognoscit, intelligit, neque ea, quæ nonnulli jucunda reputant, aliena esse, aut procul dissita ab iis, quæ odio habentur,» l. II *Parallelorum*, cap. 20. Junius præfat. in Clem. epist., tom. I *Patrum apostolicorum*, pag. 132.

(79) *Exercitat. Biblic.*, l. I, cap. 4, 5, 9, exercitat. 9.

(80) *Bibl. Chois.*, t. I, c. 38, pag. 282.

(81) *Spicileg.* t. I, pag. 268.

(82) Ibid., pag. 266.

(83) *Hodie S. diem Dominicum transegimus, in quo vestram legimus epistolam : quam quidem perpetuo deinceps legentes, perinde ac priorem illam a Clemente scriptam, unde optimis monitis instruamur, habemus.* Euseb., *H. E.*, l. IV, c. 23.

(84) *Cod. canon.*, l. II, cap. 9, § 10, pag. 115.

Digitized by Google

Coutantius aliique. Verum iis missis, conjici primo posset, nimirum hunc scriptorem memoria effluente existimasse, hoc sibyllæ testimonium, quod in *Constitutionibus apostolicis* legerat, in epistola ad Corinthios exstare. Si minus placeat hæc conjectura, illud saltem cum doctissimis viris asseverare non dubitabo, nostrum scriptorem minime cum iis facere, qui ejus testimonio utuntur, ut epistolam S. Clementis secundam minime genuinam esse probent, sed hominis fetum, cui noti erant sibyllini de extremo judicio versus, multo recentioris sancto Clemente; ut omittam pseudo-Justinum in ambiguo reliquisse, utram sancti Clementis epistolam citaverit. Ita fere disserit vir doctissimus Prudentius noster Maran (85).

*Objectio quinta diluitur.* — Hermannus Venema argumentum contra authentiam secundæ epistolæ eo ducit, quod auctor epistolæ posterioris sese origine gentilem aperte prodat (86), cum e contra natione Judæum fuisse Clementem clamare censeatur locus ille prioris epistolæ, ubi Jacob *patrem nostrum* appellat (87). At elumbe profecto argumentum istiusmodi, quo Corinthiacæ posterioris epistolæ tollatur integritas. Quidni sodes Clemens Pauli συνεργός, Jacob *patrem nostrum* eo sensu vocare potuerit, quo idem Apostolus promissionis filios in semine Abrahæ et Israel computari docet, ut recte Coutantius (88) noster observat? *Non enim*, inquit divinus præco, *omnes, qui ex Israel sunt, ii sunt Israelitæ; neque qui semen Abrahæ sunt, omnes filii; sed in Isaac vocabitur tibi semen; id est, non qui filii carnis, hi filii Dei; sed qui filii sunt promissionis, æstimantur in semine* [1-9]: *hinc alibi* [10] *etiam ipsemet Apostolus Israel Dei vocat eosdem promissionis filios, sive ex circumcisione sive ex præputio vocatos.* Hanc igitur doctrinam institutionemque primum quidem assecutus a Paulo Clemens Romanus, deinceps vero volens et ipse iisdem apostolicis imbuere præceptis Corinthios, Jacobum *patrem nostrum* vocavit; quemadmodum etiam ibidem, nonnullis interjectis, *patrem nostrum* appellavit Abrahamum (89). Quam quidem doctrinam cum deinde accepisset Ecclesia Romana sive ab Apostolo, sive ab ipso etiam Clemente, sanctam inter actionem precationem hujusmodi sacris ministris recitandam indixit (90): *Deus fidelium Pater summe, qui in toto orbe terrarum promissionis filios diffusa adoptionis gratia multiplicas, et per Paschale sacramentum Abraham puerum tuum universarum, sicut jurasti, gentium efficis Patrem*, etc.; alibi quoque clarius adhuc (91): *Pater fidei nostræ Abraham summus, obtulit holocaustum super altare pro filio.*

*Objectio sexta, et responsio.* — Instat porro vir criticus, atque ex his verbis ejusdem epistolæ (92): *Plures facti sumus iis, qui Deum habere censentur* (Judæis scil.), colligit, auctorem eo demum tempore vixisse, quo Christianismus inter gentes numerosissimus erat supra Judæos, quod quidem, inquit, rectius, quam in Clementis, quadrat in Trajani, et sequentium imperatorum tempora, quibus Ecclesia gentium longe lateque propagata est.

Quid multis opus est? nonne Paulus ad Rom. scribens gratias Deo agebat, quod fides eorum annuntiaretur in universo mundo [11]? Nonne dicebat *in omnem terram exiisse verba eorum* [12]? Nonne Deum glorificabat *quod mysterium temporibus æternis tacitum, patefactum esset ad obeditionem fidei in cunctis gentibus* [13]? Eodem loquendi genere alibi quoque utitur idem Apostolus ad Colossenses: *In verbo veritatis Evangelii, quod.... in universo mundo est, et fructificat et crescit* [14]. Et iterum: *Evangelium.... prædicatum est in universa creatura, quæ sub cælo est* [15], ad Timotheum item: *Quod prædicatum est gentibus, creditum est in mundo* [16] (*magnum* scilicet *pietatis sacramentum*). Nec mirum sane; ut enim alios prætereamus apostolos, unus magnus Paulus, teste nostro Clemente (93), præco factus in Oriente et Occidente.... *cum universum mundum docuisset justitiam, et ad Occidentis terminum venisset, ac sub præfectis martyrium passus esset, ita e mundo emigravit.* Cum hæc ita sint, quidni ergo vere scripserit in posteriore epistola Clemens Romanus: *Plures facti sumus Judæis, qui Deum habere censentur?*

*Diluitur objectio septima.* — Verum ad nodum graviorem solvendum studiose properemus; statuit enim vir cl. Venema (94) epistolæ secundæ auctorem se a Clemente diversum eo ipso profiteri, quod Christi divinitatem expresse inculcet, et Domini non tantum, sed Dei etiam titulum ei dandum esse contendat; cum verus Clemens (95) id nusquam data opera fecerit, nec alio ac Domini titulo eum ornaverit, licet hic illic se Christi divinitatem agnoscere insinuet. Verum unico ex epistola prima prolato loco tota eliditur Venemæ objectio. Sic autem se habet: Τοῖς ἐφοδίοις τοῦ Θεοῦ ἀρκούμενοι καὶ προσέχοντες τοὺς λόγους αὐτοῦ ἐπιμελῶς, ἐστερνισμένοι ἦτε τοῖς σπλάγχνοις, καὶ τὰ παθήματα αὐτοῦ ἦν πρὸ ὀφθαλμῶν ὑμῶν. Hoc est: *Dei viatico contenti et sermonibus illius diligenter attendentes, dilatati eratis in visceribus, et passiones ejus præ oculis vobis erant.*

Ubi primum observandum, relativum αὐτοῦ respicere procul dubio proxime antecedens Θεοῦ. Cum

[1-9] Rom. IX, 6, 8. [10] Galat. VI, 15, 16. [11] Rom. I, 8. [12] Rom. X, 18. [13] Rom. XVI, 25, 26. [14] Coloss. I, 6. [15] ibid., 23. [16] I Tim. III, 16.

(85) In noviss. Opp. edit. S. Justin. M., adnot. ad hunc locum.
(86) Clemens, epist. 2 ad Corinth., cap. 1 et 2.
(87) Idem, epist. 1, cap. 4.
(88) *Epist. Rom. pontif.*, pag. 41.
(89) Clemens, ep. 1, cap. 31.
(90) *Missal. Rom.*, Sabbato sancto, ad prophet. 4.
(91) *Breviarium Rom.*, Sabbato ante Quinquagesimam, ad *Magnificat*.
(92) Clem., epist. 2, cap. 2.
(93) Epist. 1, cap. 5.
(94) Epist. 2, § 20, pag. 77.
(95) Epist. 2, cap. 1 et 3.

Digitized by Google

autem παθήματα nullo pacto Deo Patri attribui [possint, reliquum est ut hic Jesum Christum Filium Dei, Deum de Deo, Deum verum de Deo vero intellexerit sanctus Clemens.

## ARTICULUS III.

### DE TEMPORE QUO UTRAQUE EPISTOLA CORINTHIIS SCRIPTA FUIT.

*De tempore, quo prima fuit exarata, opiniones diversæ.* — Superest nunc tempus inquirendum, quo utraque epistola sancti Clementis fuerit Corinthiis scripta. Et de priore quidem magna inter eruditos viros controversia est. Ac licet prima illius verba de persecutione dicta esse plerique omnes consentiant, ea tamen alii de Neronis, alii de Domitiani persecutione interpretantur. Et hanc quidem alii ferventem, alii desinentem intelligunt; hinc circa tempus, quo epistola illa exarata est, triplex maxime existit opinio. Prima est Joannis Ernesti Grabii (96), Pagii (97), Orsi (98), et Gallandii (99), qui eam Neronis persecutione desinente, proxime post apostolorum Petri et Pauli martyrium, hoc est, anno Christi 68 vel etiam 65 exeunte, scriptam esse contendunt; altera Godefridi Vendelini, eamdem anno Christi 95 fervente Domitiani persecutione alligantis. Postrema Cotelerii atque Tillemontii, qui illam desinente ejusdem imperatoris persecutione circa annum Christi 97 scriptam arbitrantur. Quartam vir clarissimus Claudius Fleury (100) excogitavit, quæ ad Grabii sententiam propius accedit. Nempe ad id tempus, quod Neronis interitum excepit, et Jerosolymitanum antecessit excidium, referri posse opinatur, et casus adversos, in epistolæ principio memoratos, de bello civili, quod Neronis mors excitavit, interpretatur.

*Circa annum Christi* 97, *probabiliter scripta dicitur.* — Obscurum non est, Clementem ibi de ærumnis, quibus oppressa erat Romana Ecclesia, cum Corinthiorum epistolam accepit, sed a quibus respirabat, cum hanc rescripsit, habere sermonem, adeoque Vendelini de persecutione fervente sententiam minime probandam esse. Neque minus certum ex eodem exordio conficitur, ærumnas illas de persecutione Neronis interpretari non licere. Nihil enim erat, cur in litterarum tarditate Corinthiis excusanda hoc taceretur, Petrum videlicet, cujus erat ipsorum satisfacere quæstionibus, iis acceptis detentum, cæsum, et e vivis fuisse sublatum. Deinde in toto Epistolæ contextu illud innuitur, eum ipsum, qui nunc rescribit, prius Corinthiorum scripta accepisse. Quocirca ad litteram intelligendi sunt tum Irenæus (1), tum Hegesippus (2), cum dissensionem, quam sedare nunc conatur Clemens, non sub Petro, sed sub Clemente ortam esse testantur. Præterea cum idem Irenæus apostolorum temporibus tam vicinus Clementem tertio loco ab apostolis post Linum et Cletum, seu, ut vocat, Anacletum, Romæ episcopatum sortitum esse scribat, reliquum est, ut eum pluribus post Neronem annis Romanæ Ecclesiæ administrationem suscepisse crediderit. Hunc autem ea in re falsum esse, quis sibi persuadeat? Eidem suffragantur et plerique Patres, qui Romanorum pontificum seriem texunt, atque ipsi veteres catalogi, in quibus Petro Linus, Lino Cletus, huic Clemens successisse legitur. Ipsa quoque Clementis verba capite 44 hujus epistolæ occurrentia qui expenderit, ubi laudata apostolorum providentia subdit: Qui *igitur ab illis, aut deinceps ab aliis viris eximiis constituti sunt.... ac longo tempore præclarum ab omnibus testimonium reportarunt, hos censemus officio injuste dejici.* Hæc, inquam, qui expenderit, persuasum sibi habebit, epistolam istam tunc temporis conscriptam esse, cum ab officio suo remoti fuissent presbyteri; qui non solum ab apostolis, sed etiam ab aliis deinceps, hoc est ab eorum successoribus ordinati, munus suum longo tempore obierant. Standum igitur est sententiæ Eusebii, in cujus Chronico (3) pontificatus Clementis initia ad postremos Domitiani imperatoris annos referuntur. Unde nihil rationi magis consentaneum occurrit, quam ut Corinthiorum epistolam sæviente Domitiani persecutione Romam pervenisse, atque illis eadem persecutione desinente a Clemente circa annum Christi 97 rescriptum esse censeamus.

*Jerosolymitanum templum stetisse ex ea minime conficitur.* — Neque his adversatur illud Clementis nostri (4): *Non ubique, fratres, offeruntur sacrificia jugia, vel votiva, vel pro peccato et delicto, sed Jerosolymis tantum.* Licet Grabius hinc certo sibi constare dicat, templum Jerosolymitanum tunc stetisse, atque excidium illius, quod in annum 70 incidit, necdum contigisse; alioquin non *offeruntur*, in præsenti, sed olim *offerebantur*, fuisset dicendum.

Verum non satis attendit vir eruditus sermonis usum, quo res præteritas veluti præsentes ob oculos ponere, et per præsens tempus enuntiare narranti licet. Quid enim in hac epistola sibi vult, *sacrificia non in omni loco, sed Jerosolymis tantum offeruntur*, nisi illud, ex præscripto legis sacrificia Jerosolymis *tantum offeruntur?* quod quidem præscriptum cum etiamnum in lege maneat, ipsa Clementis verba etiam nobis efferre non inepte nunc liceret. Nempe Clemens comparatione ac more Judæorum, quibus sacrificiorum leges a Moyse præscribuntur, Christianis auctor est, ut et ipsi statutum ab apostolis oblationum et officiorum ordinem reverenter accipiant ac servent. Hoc autem, ut ipse

(96) *Spicileg. Patrum.*, tom. I, pag. 254 et 255.
(97) *In crit. Baronii*, ad ann. 78, § 3.
(98) *Histor. eccl.*, lib. II, § 32, tom. I, pag. 411, edit. Rom.
(99) *In noviss. Biblioth. PP.*, tom. I, in proleg., pag. 19, num. 9.
(100) Tom. I *Eccl. hist.*, pag. 265, edit. Latin.
(1) Lib. III *Advers. hæres.*, cap. 3, et apud Eusebium, *H.E.*, lib. V, c. 6.
(2) Apud Euseb., lib. IV, cap. 22.
(3) Cap. 15.
(4) Epist. 1 Clem., cap. 41.

Digitized by Google

vir celeberrimus Claudius Fleury fatetur (5), in exponendis comparationibus usu venit, ut res præteritæ perinde ac si præsentes adessent, ob oculos ponantur.

*Nec sequitur ex ea, ut Petri et Pauli martyrium proxime exceperit.*—Frustra etiam Clementem proxime post Petri et Pauli martyrium scripsisse ex eo colligitur, quod capite 4 (6), Abelis, Jacob, Moysis et Davidis, qui per æmulationem ac invidiam multa passi sunt, *promissis exemplis, capitis* 5 *initio subjicit:* « *Sed missis veteribus exemplis veniamus ad* proximos athletas *et ætatis nostræ generosa exempla sumamus* (7), » ac deinde Petri et Pauli martyrium enarrat. Nemo enim non videt, quam recte Clemens circa annum Christi 97 Petri ac Pauli martyrium, cum temporibus Davidis, Moysis, Jacob et Abelis comparatum, *proximum ac vicinum ætatis nostræ* dixerit. Imo neque proximum ab eo dicitur diebus, quibus scribit, sed ætati (γενεᾷ) quam agit, seu in qua degit. Demum capite quadragesimo septimo, ubi ad evangelica tempora animum refert, eaque cum illo temporis spatio confert, quo scribit, Corinthiorum Ecclesiam *antiquam* vocare, et primum eorum dissidium, de quo Paulus loquitur [17], ut *in principio Evangelii ortum* memorare, ipsamque apostoli hujus epistolam, tametsi quatuordecim tantum annis excidium Jerosolymitanum præcesserit, *in principio Evangelii scriptam* dicere non dubitat. Quod sane evidenti argumento est, eum, cum ita scriberet, longius ab eodem principio recessisse : nec abhinc recessisse longius videretur, si, ut vult Grabius, prædicta Pauli epistola hac Clementis novem duntaxat, vel ad summum duodecim annis posterior foret.

*De tempore, quo altera epistola scripta.* — De temporis autem notatione, quo scripta fuerit posterior Clementis epistola, nihil quidem certi ex ea elicere possumus, cum mutila ad nos pervenerit, unde illud statuatur. Qui eam integram legisse putatur Photius, in ejus recensione nullam facit dissidii Corinthiaci mentionem ; sed ipsam tantummodo institutionem, et admonitionem melioris vitæ inducere scribit (8). Hinc facile quis colligat. Corintho Romam reduce Fortunato, cum aliis sociis, schismate jam sublato, et quieti Ecclesia illa restituta, hanc deinde fuisse a Clemente perscriptam epistolam anno forte 98 insequente, quo in pace magis adhuc firmarentur Corinthii.

*Num altera Clementis epistola sit homiliæ pars.* — Viris quibusdam doctis, præsertim Vendelino atque Blondello, visum fuit, secundam Clementis ad Corinthios epistolam homiliæ potius partem esse, cui opinioni Grabius quoque incunctanter subscripsit, qui propter exordium, in quo salutatio cum prece conjuncta, contra apostolorum atque ipsius Clementis morem, deest, eam in homiliarum censum referendam esse judicavit. Verum non tanta est hæc ratio, ut veterum, qui *epistolam* nuncupant, summo consensui non dicam anteferri, sed vel conferri ullo modo valeat. Longius adhuc processit Dodwellus, intemperantioris critices sectator studiosissimus, qui asserere non dubitavit, loca nonnulla ejusdem epistolæ stylum eclogarium Hypotyposeon Clementis Alexandrini referre, adeoque immistos invicem duos illos fuisse Clementes. Sed censores istiusmodi mittamus, qui a veritate longe aberrare noscuntur.

*Duo maximi momenti documenta pro fidelibus.* — Ex venerando hoc sacræ antiquitatis monumento, quod summam primorum Christianorum simplicitatem sapit, duo in primis maximi momenti documenta fideles percipiunt. Primum enim, ubi in primaria Ecclesia, tot Spiritus sancti donis ornata, ac maximis apostolorum sudoribus exculta, spinas dissensionum exortas vident, minus jam mirantur, si inter Christianas societates, quæ recte compositæ audiunt, hujusmodi scandala oboriri contigerit. Nunquam nimirum quiescit antiquus zizaniorum seminator et agrum Domini infaustis seminibus fœdare non cessat. Sed quamvis antiquum sit hoc malum, non ideo tamen minus lugendum ; sed nullum esse, cui remedium citius adhibendum sit, item ex hoc scripto, ut ex Pauli Epistola, docemur ; nempe tenui discordiarum flamma, nisi quam primum exstinguatur, brevi ingens incendium concitari, apprime callebant.

## ARTICULUS IV.

### UTRIUSQUE EPISTOLÆ BREVIS ANALYSIS.

### *Primæ ad Corinthios divi Clementis epistolæ analysis.*

Sanctus Clemens, postquam Corinthiis, eodem fere pacto quo divus Paulus Epistolas suas exorditur, salutem dixisset, purgat se apud eos, quod propositis dubitationibus tardius rescribat. Eorum deinde virtutes extollit, fidei præcipue constantiam, pietatis excellentiam, hospitalitatis magnificentiam, scientiam absolutissimam, sincerum in pastores obsequium, Dei verbi studium, egregium pro sua aliorumque salute animi candorem, atque in Domini legibus servandis fidelitatem, commendat. Ad schisma deinde transiens, quo tot virtutes obscurabantur : *Omnis gloria*, inquit, *et copia vobis data erat, atque in vobis illud Scripturæ impletum est :* « *Edit, et bibit, et dilatatus est, ac incrassatus : et recalcitravit dilectus* [18]. » *Hinc æmulatio et discordia, et seditio. Sic insurrexerunt inhonorati contra honora-*

[17] I Cor. I. [18] Deut. XXXII, 15.

(5) Ad annum 69, tom. I, pag. 284.
(6) Clem. epist. 1, num. 4.
(7) Clem., epist. 1, num. 5.
(8) Photius, codice CXXVI.



Digitized by Google

*tos, inglorii contra gloriosos; insipientes contra sapientes, juvenes adversus seniores. Ideo procul absunt justitia et pax; dum unusquisque timorem Dei deserit, et in fide illius cæcutit, nec in institutis præceptorum ejus ambulat, nec Christo decenter conversatur; sed unusquisque secundum pravas cupiditates suas incedit, invidiam iniquam et impiam assumendo, per quam et mors intravit in mundum.*

Pluribus deinde Veteris Testamenti exemplis, quæ incommoda ex invidia oriantur, ostendit; inter cætera vero Caini, Mariæ sororis Moysis et Aaron, Dathan et Abiron exempla recenset; atque ut novo invidiæ exemplo Corinthios acrius commoveat: *Propter iniquam æmulationem*, inquit, *apostoli Petrus et Paulus martyrium passi sunt. Propter æmulationem quoque Danaides et Dirce* (9) *fortissimæ illæ mulieres, cum gravia et nefanda supplicia sustinuissent, cursum suum fide invicta perfecerunt.* Quo vero eos ad vocationis suæ officia atque ad pœnitentiam hortaretur, vocationis ipsorum sanctitatem, pretiosum Christi sanguinem pro nostra salute effusum (10), Ninivitarum pœnitentiam, Henoch, Noe, Abrahami fidelitatem, cæterasque patriarcharum virtutes, Jesu Christi humilitatem, ejus, a quo creati sumus, bonitatem atque miserationem; pacis et humilitatis commoda, inanimatarum creaturarum, solis, lunæ, stellarum, maris et abyssorum impenetrabilium in Dei leges sibi impositas obsequium, postremo Domini erga res omnes creatas beneficia, præcipue vero in Christianos, ob oculos proponit. Quibus hæc superaddit: *Æquum igitur est, ut ab ejus voluntate non simus transfugæ: homines stultos, insipientes, elatos, et gloriantes in sermonis sui jactantia offendamus potius, quam Deum. Dominum Jesum Christum, cujus sanguis pro nobis datus est, veneremur. Præpositos nostros revereamur; seniores nostros honoremus; juvenes doceamus disciplinam timoris Dei; liberi nostri discant quid charitas apud Deum possit.*

Hortatur deinde sanctus Clemens Corinthios, ut Dominum timeant, atque in ejus bonitate sperent, tum ob resurrectionis fiduciam, cujus exempla aliquot profert, a rebus naturalibus petita, cujusmodi est illud phœnicis (11), tum ob Dei in promissis servandis fidem, et quod impossibile sit peccatoribus, ejus oculos effugere. Addit, cum miserationum ille parens divinæ electionis suæ participes nos effecerit, et sancti populi membra reddiderit, nihil nobis superesse, nisi ut omnigena recta opera maximo cum animi ardore consectemur ad Patrum nostrorum Abrahami, Isaaci et Jacob exemplum, quorum fides, obedientia atque humilitas tam grandibus præmiis affectæ fuere. *Sit ergo omnis gloriatio nostra et fiducia in ipso: voluntati ejus subjiciamur: et nos concorditer cum angelis coram ipso* Sanctus, sanctus, sanctus *clamantibus, communi consensu, et tanquam uno ore clamemus, ut participes fiamus magnarum et inclytarum promissionum ejus*, quarum excellentiam et quantitatem ipse tantum cognoscit.

Ordinis vero, et inter præpositos atque subditos discrimlnis necessitatem in ecclesiastico ministerio demonstraturus, militiæ exemplum proponit. *Neque enim ibi omnes præfecti sunt, neque tribuni, neque centuriones, sed unusquisque in suo ordine ab imperatore et ducibus mandata peragit. Cuncta* itaque *ordine debemus facere, quæ nos Dominus jussit peragere. Oblationes et officia non temere vel inordinate fieri præcepit, sed præfinitis temporibus ac horis; quo etiam loco, et a quibus celebrari velit, ipse excelsissima sua voluntate definivit, ut pure et sancte omnia facta juxta ejus beneplacitum, accepta essent voluntati ejus. Qui ergo assignatis temporibus oblationes suas faciunt, accepti et beati sunt; nam qui sequuntur leges Domini, non aberrant. Summo quippe sacerdoti sua munia tributa sunt; et sacerdotibus locus proprius assignatus est; et levitis sua ministeria incumbunt; homo laicus præceptis laicis constringitur. Unusquisque vestrum, fratres, in suo statu gratias Deo habeat, in bona conscientia degens, non transgrediens præscriptum muneris regulam. Non ubique, fratres, offeruntur sacrificia jugia, sed Hierosolymis tantum* (12) *atque illic non in omni loco fit oblatio, sed ante templum ad altare.*

Ostendit subin sanctus Clemens, Deum ipsum ecclesiasticæ hierarchiæ auctorem esse; *Jesum Christum a Deo, apostolos a Jesu Christo missos fuisse; eos in fide per Spiritum sanctum confirmatos, regnum Dei adventurum esse ubique annuntiasse, atque primitias eorum, quos ad fidem converterant, in episcopos et diaconos eorum, qui crediturl erant, constituisse. Neque hoc novum: a multis enim temporibus de episcopis et diaconis in Scriptura men-*

(9) Duæ hæ mulieres Neroniana persecutione sæviente passæ creduntur. Ruinart., *Act. martyr.*, pag. 2, aut illa, quæ sub Domitiano excitata fuit. Tillemont., tom. II, pag. 55, et not. 7 sur S. Clément pape, pag. 264 dans *l'Hist. ecclés.*

(10) Primo igitur jam sæculo credidit Ecclesia, Christi sanguinem pro totius mundi salute effusum esse.

(11) Tacitus, lib. VI *Annalium* phœnicis historiam citra jocum commemorat. Eadem a Tertulliano, *Lib. de resurrect. carnis*, cap. 12; a S. Epiphanio, in *Ancorato*; ab Origene, lib. IV *contra Celsum*; a S. Cyrillo cateches. 18, memoratur, adeo ut hæc opinio communis esset, atque nulla disquisitione instituta ex quorumdam tantum rerum naturalium gentilium scriptorum fide recepta. Quia vero Græca vox φοῖνιξ, ut observavit Cotelerius, Latine et *unigenam avem*, et *palmam* significat, locos sacræ Scripturæ in quibus φοῖνιξ Græce de *palma* dicitur, de *alite* interpretantes, quod de phœnice ave narratur, etiam Scripturarum auctoritate niti facile sibi persuaserunt sancti Patres.

(12) *Sanctus Clemens, templum Hierosolymitanum, cum epistolam istam scriberet, adhuc superstes fuisse significare videtur; licet id necessario ex ejus verbis non consequatur, cum tota ejus oratio comparatio tantum sit. Solemus autem in comparationibus res præteritas tanquam præsentes proponere.* Fleury, *Hist. eccl.*, tom. I, in Clem. lib. II, § 35.

Digitized by Google

*tionem factam fuisse.* Mox contentiones ob Aaronis sacerdotium Moysis ætate exortas describit, et Corinthios injuste episcopatu privavisse eos, qui ab apostolorum successoribus constituti fuerant, et munere suo inculpate et præclare fungebantur. *Schisma vestrum*, inquit, *multos pervertit; multos in animi dejectionem, multos in vacillationem, omnes nos in tristitiam conjecit. Turpia sunt, dilecti, et valde turpia, et Christiana conversatione indigna, audiri, firmissimam et antiquam Corinthiorum Ecclesiam propter unum aut alterum hominem contra presbyteros seditionem movere. Atque is rumor non tantum ad nos pervenit; sed ad eos quoque, qui a nobis alieni sunt animo et sententia; adeo ut propter vestram insipientiam, etiam blasphemiæ et convicia nomini Domini inferantur. Auferamus igitur celeriter hoc scandalum, et Domino occidamus et plangamus, orantes eum ut, propitius factus, reconcilietur nobis atque in decoram et castam fraterni amoris viam nos reducat et restituat.*

Charitatis deinde laudes persequitur, eam Moysis ad instar commendans, qui e libro vitæ deleri cupiebat, si populo suo veniam non impetrasset; docetque, qua ratione inter ipsos servari possit; quibus gentilium ipsorum exemplum superaddit, qui ob publicam utilitatem mortem atque exsilium subiere. Fraternæ etiam correctionis utilitatem commemorat, subditque: *Vos ergo, qui seditionis fundamenta jecistis, subditi estote presbyteris et in pœnitentiam corripimini: melius siquidem vobis est in ovili Christi parvos et probatos inveniri, quam altum sapientes e spe illius ejici.* Claudit epistolam, Deum orans, ut per D. N. J. Christum illis det fidem, timorem, pacem, patientiam, cæterasque virtutes, petitque ut Claudium, Ephebum, Valesium et Fortunatum, epistolæ hujus tabellarios, brevi et cum gaudio remittant, ut citius, inquit, optabilem nobisque desideratissimam pacem ac concordiam annuntient.

*Analysis epistolæ secundæ D. Clementis ad Corinthios.*

In altera ad Corinthios epistola, sibi proposuisse videtur sanctus Clemens, ut Corinthios ad vitam ipsorum vocatione dignam ducendam hortaretur. Quare sub ipsum initium docet, eos de Christo, tanquam de Deo sentire æquum esse, et quanta eidem debeant, atque quam gratos se illi exhibere oporteat, quod eos ad Evangelii lucem vocarit, gratum vero animum non solam divinitatis ejus professionem palam edendo probari ait, sed potius præceptorum ejus viam ingrediendo. Subdit, hominis vitam in duo tempora, sive sæcula inter se diversa divisam esse, præsens unum, futurum alterum, quæ quasdam veluti inimicitias invicem exercent; prius scelera atque flagitia prædicare; posterius his omnibus nuntium remittere; præsens sæculum pœnitentiæ destinatum, atque Dei iræ et futuri sæculi suppliciis effugiendis aptum esse, cujus diem atque tempus penitus ignoramus.

# CAPUT III.

## S. CLEMENTIS ROMANI OPERA DUBIA.

ARTICULUS UNICUS. — *Quid de duabus Clementis ad virgines epistolis sit sentiendum.*

*Quis primus has epistolas detexerit.* — Nuperrime v. cl. Joannes Jacobus Wetstenius (13) duas alias produxit sancti Clementis Romani epistolas, hactenus omnibus incognitas, quas velut sinceros D. Clementis fetus agnovit cl. editor, ac pro viribus eidem asserere est aggressus. Verum duos præ cæteris viros haud incelebres nactus est adversarios: alterum quidem Nathanaelem Lardnerum, qui anno 1753 dissertationem 60 paginarum in-8° Anglice Londini edidit; pluribusque in contrariam sententiam adductis, in eam tandem cogitationem devenit, has nimirum epistolas circa medium sæculi tertii ab episcopo Orientalis Ecclesiæ fuisse perscriptas (14); alterum vero Hermannum Venema, qui anno insequente 1754, Harlingæ vulgatis tribus epistolis, viris clarissimis Wesselingio, Hemsterhusio, et Cannegietero inscriptis, easdem epistolas Clementinas suppositicias esse omni studio contendit evincere; in iis enim inter alia D. Hieronymi stylum sibi suboluisse innuit (15). Et quamvis de auctore ac tempore, quo vixerit, nihil definiat; eum tamen fuisse Orientalem, non Romanum, et Origene quoque posteriorem arguit (16). Utrique statim respondit Wetstenius, iterumque, quas edidit epistolas, magis magisque Clementi Romano vindicavit: Lardnero quidem in Diario lit-

(13) In Novo Testamento Græco cum lectionibus variantibus, commentario pleniore ex scriptoribus Hebræis, Græcis et Latinis, Amstælodami 1751 edito.

(14) Lardner, *A dissertation upon the two Epistles ascribed to Clement of Rome*, 37, 54 et 57.

(15) Venema, epist. 2, § 27, § 89.

(16) Idem, ep. 3, § 16 et seqq., pag. 129.

Digitized by Google

terario Gallice inscripto *Bibliothèque raisonnée* (17) Venemæ autem, epistola eo ipso anno 1754 Amstælodamensibus typis consignata, quam epistolæ primæ Venemianæ opposuit. Ulteriores vindicias pro his Clementinis epistolis demum v. c. Andreas Gallandius (18) exaravit. Verum argumentis cum intrinsecis tum extrinsecis in utramque partem sine præjudicio expensis eas positive dubias esse; neque aliquid pro vel contra authentiam earumdem certo statui posse, cum v. cl. Joa. Mansi (19) existimo.

*Argumentum pro authentia primum.* — Argumentum primum pro authentia harum D. Clementis epistolarum petunt præfati auctores ex testimoniis sanctorum Hieronymi et Epiphanii, quorum primus hujus Clementis epistolas a frequenti virginitatis commendatione laudat (20), alter vero ait, a sancto Clemente laudibus efferri Eliam, Davidem et Samsonem (21). Utraque hæc sicut nuspiam in duabus leguntur vulgatis divi Clementis ad Corinthios epistolis, ita vicissim perspicue in utraque hac apparent.

*Secundum argumentum.* — Secundo probant authentiam Clementinarum ex conformitate styli harum epistolarum cum duabus ad Corinthios datis: observant passim easdem sententias, eamdem scribendi, exemplaque in medium producendi et ratiocinandi methodum. Ad hæc mores vere apostolici, simplicitas, modestia, frugalitas, benignitas eadem insunt, etc.; uno verbo, utrumque epistolarum par vivam Clementis imaginem referre, ac tantum non spirare arbitrantur. Demum in utraque hac epistola nihil occurrere oppositum moribus Ecclesiæ Christianæ prioris sæculi, quo Clemens floruit, Wetstenius, aliique persuadere conantur.

*Argumenta contra authentiam.* — At vero criticis morosioribus arduum videtur admittere, et pro sinceris agnoscere epistolas tota plane antiquitate, et ad hoc usque sæculum ignotas. Neque facile concedunt, divum Hieronymum sermonem de illis habuisse in fragmento a Wetstenio ejusque sectatoribus producto, quod hoc argumento evinci posse existimant. Hieronymus in catalogo *De viris illustribus* Clementem non negligit, laudatque ejus epistolam primam ad Corinthios; meminit et secundæ, quam tamen non ab omnibus admitti affirmat. Profecto non siluisset et geminas alias, si nosset (22). Quo ergo spectavit in testimonio ille ex libro *contra Jovinianum* producto? arbitror præ oculis habuisse epistolam ad Corinthios secundam, in qua forte de virginitate prolixior sermo habebatur; quanquam enim is modo non legatur, non est cur quispiam miretur; neque enim integra ad nos pervenit, ut eruditis omnibus exploratum est. Nec multum Epiphanii testimonium nos morari debet; siquidem illud expeditum est ex epistolis Clementis, quæ tunc *legebantur in Ecclesiis*. Profecto ex testimonio sancti Hieronymi discimus, nullas alias Clementis epistolas ætate illa in Ecclesia legi consuevisse, nisi ad Corinthios geminas. Accedit quod, observante v. cl. Lardnero (23), neutra Corinthiacarum epistola integra ad nos pervenerit, atque inde facile fieri potuit, ut Samsonis mentio inter ea, quæ in iisdem epistolis desunt, maxime vero in secunda, occurrerit.

*An nihil moribus primi sæculi contrarium occurrat?* —Quod vero ait Wetstenius, nihil in utraque littera hac occurrere a moribus ætatis illius abhorrens, usque adeo verum haud judicat illustrissimus D. Mansi (24); ex earum enim lectione deprehendisse sibi visus est, nescio quæ vestigia monachatus, nempe cœtus hominum, qui morum sanctimoniam singularem elegerint, quod permaxime elucet illis verbis: « Id quod non decet fideles, illos præcipue, qui elegerunt sanctitatem. » Monachorum autem a consortio fidelium secessus recentior est, quam ut cum ætate Clementis componi possit (25). Cæterum styli similitudo, sententiarum æqualitas non semper eumdem probat operis auctorem. Tandem vix probabile est, Clementem Romanum Syriace scripsisse.

Aliis insuper argumentis Semlerus has epistolas oppugnat, sed quæ mihi præjudicia potius, quam rationes esse videntur. Talia certe sunt, quod Ignatius (26) Clementi pudicitiam, non virginitatem, concedat, et quod doctrina de fugiendis omnimode, etiam quoad locum, mulieribus, non sapiat genium

(17) Tom. L, parte II, art. 8, pag. 363.

(18) *Bibl. Vet. PP.* tom. I, in prolegom., pag. 20 et seqq.

(19) Tom. I *Concil.*, col. 144 et seqq.

(20) *Illi sunt eunuchi, quos castravit non necessitas, sed voluntas propter regnum cœlorum. Ad hos et Clemens successor apostoli Petri, cujus Paulus apostolus meminit, scribit epistolas, omnemque pene sermonem suum de virginitatis puritate contexuit.* S. Hieron., lib. I *contra Jovinianum.*

(21) *Clemens ipse omnibus illos (Ebionæos) modis redarguit iis epistolis circularibus, quæ in sacrosanctis Ecclesiis leguntur: ex quibus constat, longe ab iis, quæ in Circuitibus illis (Petri) sub ejus nomine adulterina exstant, illius fidem ac sermonem abhorruisse. Etenim virginitatem ipse (Clemens) docet, et isti (Ebionitæ) repudiant: ille Eliam, Davidem, et Samsonem omnesque prophetas commendat; quos hi detestantur.* Epiph., hær. 30, § 15, Opp. t. I, p. 139.

(22) At pace adversariorum dixerim, hoc argumentum nimium probare, consequenter nihil inde evinci. Plurima enim veterum scriptorum opera abs D. Hieronymo in *Libro de viris illustribus* prius omissa in aliis postea lucubrationibus Hieronymianis enuntiata observant viri eruditi. Adde quod librum *De viris illustribus* anno Christi 392 absolverit, primumque subsequente anno libros adversus Jovinianum evulgarit, quemadmodum ex eodem sancto doctore constat

(23) *A dissertat. upon the two Epist.*, pag. 24.

(24) Tom. I *Conciliorum*, col. 157.

(25) Neque hæc crisis sat firmo innititur talo. *Quis enim ignorat, jam a tempore apostolorum exstitisse ascetas, qui inter Christianos strictius quoddam, ac severius vitæ genus amplexi sunt?* Vide Montfauconium, dissert. *De Philonis Therapeutis.*

(26) S. Ignatius, *Epistola ad Philadelph.*, cap. 4.

Digitized by Google

apostolicum, sed monasticum. Econtra Wetstenius hoc ipsum argumentum pro astruenda γνησιότητι adhibet, qui hanc ipsam severitatem in causa ponit, cur refrigerato cœlibatus studio, immissaque inter clericos quoque luxuria, tandiu epistolæ illæ delituerint.

Ambæ hæ epistolæ argumenti sunt ascetici nec multum, quod ad doctrinæ, aut historiæ, aut disciplinæ quoque ecclesiasticæ rationem accuratius percipiendam magnopere facit, complectuntur. Prima continet laudem castitatis, scilicet virginitatis, veramque rationem, cum virtute conjunctam; altera eamdem pluribus illustrat exemplis, maxime ipsius auctoris, aliorumque ipsi similium, quorum fuga et abstinentia a feminis magna sane et sollicita describitur, nullo ut loco morentur aut diversentur, ubi aut nulli viri, aut femina unica sit, eaque abstinentia prophetarum pæne omnium exemplis commendatur. Monentur etiam, ad quos scribit, ne Paganis sacra prælegant aut exponant, ludibrii vitandi causa.

*Earum primitiva lingua.* — Versio illarum simplex est et fidelis, neque tamen Syriaco idiomati ita similis, ut aut perspicuitas, aut linguæ Latinæ puritas laboret : quod tamen magis in altera epistola, nescimus quo casu, factum, ut ad verbum translata omnia, Schmidianæ Bibliorum versioni essent simillima; quod tamen crebris illis ad Scripturæ sacræ loca allusionibus datum videtur. Cæterum, Græce scriptas primitus quod epistolas putat Wetstenius, e Græcis vocabulis, quæ ibi crebra leguntur; Latine scriptas cur dicere non possemus? cum Latinum vocabulum seligo, sæculum initio epistolæ primæ invenerimus. Nam complura e Græco in hanc linguam transiisse, vel ex Novo Testamento apparet. Exaratas quidem fortasse fuisse non longe a Neronis obitu, dum Ecclesia tranquilla pace frueretur, censet Gallandius (27).

# CAPUT IV.

## DE SUPPOSITITIIS S. CLEMENTIS NOMEN PRÆFERENTIBUS SCRIPTIS.

Præter laudatas hactenus epistolas, multa alia sub Clementis Romani nomine circumferuntur opera: nempe quinque ad diversos epistolæ, homiliæ novemdecim, decem libri *Recognitionum*, octo *Constitutionum apostolicarum*, *Liturgia* et *Canones apostolorum*; quæ omnia collegit Joannes Baptista Cotelerius, Sorbonæ doctor, et adnotationibus illustrata Græce et Latine inter Patres apostolicos anno 1672 edidit.

### ARTICULUS I.

#### DE QUINQUE PSEUDO-CLEMENTINIS EPISTOLIS.

Mirum est viris doctissimis Turriano, Binio et quibusdam aliis in tantæ eruditionis ecclesiasticæ luce probari potuisse has quinque epistolas decretales Clementi Romano suppositas. Adeo enim perspicacibus viris deformes videntur hoc saltem tempore, ut nulla arte, nulla cerussa, aut purpurisso fucari possint. Prima ad Jacobum fratrem Domini et Hierosolymorum antistitem data, quanquam satis antiqua, quippe jam a Rufino sæculi quarti scriptore in Latinum translata, et nonnullis etiam antiquis canonum collectionibus, nominatimque codicis a Paschasio Quesnello vulgati quibusdam exemplaribus inserta (28), spuria tamen a modernis criticis pæne omnibus agnoscitur. Inde autem certa et explorata est epistolæ hujus falsitas, quod eam D. Clemens post passionem Petri ad Jacobum scribere fingitur; quem ante Petrum obiisse indubitatis monumentis notum habetur. Nam Jacobum anno Christi 62 a Judæis occisum esse, omnes conveniunt : Petrum autem aliqui anno 65, plures anno 66, alii autem 68 aut 67, nulli sane ante 65 annum passum existimant.

Secunda eumdem sanctum Jacobum de sacramentis, vestibus et vasis sacris instruit; quod verum Clementem sibi arrogasse in apostolum, quis credat? Tertia inter alios etiam principibus majoribus et minoribus, ceu jam Christo aggregatis, inscribitur, qui ævo Clementis inter fideles adhuc nulli erant. Quarta ad Julium et Julianum discipulos data, purificationes seu ablutiones Judaicas suadet, et pro certo ponit, eum, qui has negligit, nec de interna animæ puritate cogitare. Quinta denique fratribus et condiscipulis Jerosolymæ cum Jacobo habitantibus inscripta, narrat Clementem adfuisse, dum Ananias et Saphira conjuges coram Petro mortui conciderunt, quod nullam verisimilitudinem habere videtur : et quis credat sanctum (quemadmodum in hac epistola legitur) docuisse, rerum omnium communem usum, ipsarumque adeo uxorum, intercedere debere.

(27) *Biblioth. PP.*, tom. I, prolegom. 1, pag. 25.

(28) Unde mirum non est hanc epistolam anno 442 a concilio Valensi I, canone 16, ac subinde a Nicolao I, Joanne VIII pontificibus, aliisque nomine Clementis fuisse laudatam.

Digitized by Google

## ARTICULUS II.

### DE RECOGNITIONUM LIBRIS, LITURGIA CLEMENTINA, ALIISQUE SUPPOSITITIIS OPERIBUS.

Testatur Photius (29) duo volumina a se perlecta fuisse, quæ scripta complura sub sancti Clementis nomine complectebantur. Priori apostolicæ constitutiones, opus apud universam antiquitatem celeberrimum, continebantur; quod tamen doctorum virorum judicio longe post sancti hujus Pontificis tempora conscriptum fuit (30), altero sancti Petri res gestæ, ejusque cum Simone Mago colloquia describuntur, et qua ratione sancti Clementis ipse parentem, atque fratres suos recognoverit, unde *Recognitionum* appellatio syntagmati huic indita est. Solet et *Itinera*, aut *Itinerarium* vel *Circuitus S. Petri*, atque *Acta D. Petri* appellari. Fuere et qui opus istud cum illa, quæ fertur sancti Petri cum Apione, disputatione confuderint. At Photius (31) opera hæc inter se diversa esse contendit.

*Veterum quidam eos sancto Clementi tribuerunt.* — Origenes (32) sancti Clementis nomine loca complura recitat, quæ hodie in *Recognitionum* libris leguntur. Origene igitur opus istud antiquius est, atque ejus ætate, ut suppositititium ab universis non habebatur. Idem quoque ut sancti Clementis Romani scriptum a D. Epiphanio et Rufino (33) laudatur; uterque vero conqueritur, ab hæreticis, Ebionitis præsertim, corruptum atque interpolatum fuisse, erroresque suos undique eos illi inspersisse. Addit sanctus Epiphanius, nihil integrum ab illis relictum fuisse. Sanctus Hieronymus (34) idipsum S. Clementis nomine recitat. Rufinus (35) ad sancti Gaudentii preces Latine opus istud reddidit, neque quidquam a se resectum præter loca nonnulla vires suas, atque captum exsuperantia commemorat. Attamen præter Ebionitarum, Eunomianorum præterea, atque complurium aliorum errores, qui ab Ecclesia damnati fuere, eo contentos animadvertit (36).

*Supposititi sunt.* — Eadem vero in hoc opere Eusebii (37) ætate legebantur, cum a scriptore isto non ideo tantum rejiciatur, quod veterum testimoniis firmatum non sit, verum etiam, quod apostolicæ fidei normam non servaret. Rejectum quoque fuit ab auctore synopseos sancti Athanasii (38) nomen præferentis, a Gelasio papa (39). Sanctus Hieronymus (40) vero qui id sancti Clementis nomine laudat, idem tamen tanquam apocryphum rejici monet. Est enim commentitiis historiis refertum, nullam veritatis speciem habentibus. Imo et blasphemæ voces (41) in Dei Filium, atque ineptiæ indignæ, quæ sub tanto nomine lucem viderent, ibidem occurrunt. Opus vero istud suppositititium esse vel ipsa epistola, quæ in ejus antecessum legitur, argumento est; nuntiat enim sancti Petri mortem sancto Jacobo Hierosolymitano episcopo (42) qui pluribus annis ante apostolorum principem obierat. Epistola hæc Photii (43) ætate in omnibus *Recognitionum* exemplaribus non exstabat. Observat autem idem criticus, eam aliquando sancti Clementis, quemadmodum hodie ex Rufini interpretatione legitur, alias vero sancti Petri nomine inscriptam fuisse, atque duo hæc exemplaria eventus toto cœlo diversos retulisse. Conjecturam vero inde sumit, duas operis hujus editiones invicem valde diversas exstitisse, unam sub sancti Petri, alteram sub sancti Clementis nomine, quæ a Rufino reddita fuit. Nec injuria: videmus enim ea, quæ sanctus Epiphanius et sanctus Hieronymus ex *Recognitionibus* laudarunt, in iis, quæ supersunt, aut penitus non exstare, aut longe alia ratione legi.

*Circa tertium sæculum scripti fuere.* — *Recognitionum* auctoris ætatem accurate designare non valemus; at si opus istud idem, atque sancti Petri cum Apione disputatio foret, quæ fuit Cotelerii (44) et insignium quorumdam criticorum sententia, altero tantum sæculo exeunte, aut tertio ineunte paulo ante Origenem scriptum fuisse censendum esset. Ait enim Eusebius (45) haud dudum spissa quædam opera sancti Clementis nomine prolata

(29) Codice CXIII, in sua *Bibliotheca*.

(30) Invicti argumenti loco sit D. Hieronymi silentium, qui ut peritissimus antiquitatis scrutator in catalogo scriptorum ecclesiasticorum mentionem certe eam injecisset, si se vivente constitutiones D. Clementis nomen præferentes in Catholicorum manibus versatæ fuissent. Quid quod liber hic ab apostolico sæculo abhorrentia complectatur? Petrus enim Saturninum et Basilidem absurdorum dogmatum auctores dicit, qui Petro tamen posteriores erant. Lib. II, c. 29 decernitur decimas et primitias pendendas episcopis, quas profecto nascens Ecclesia ignoravit. L. VI, c. 15 baptismum ab hæreticis collatum iterari jubent. In octavo *Constitutionum* libro continetur etiam liturgia seu Missæ dicendæ ratio a capite quinto usque ad 15, in fine autem ejusdem libri in editione Conciliorum v. cl. Mansi col. 595, t. I, subjunguntur canones 84 ceu ab apostolis sanciti, ac a B. Clemente collecti. Verum de his alio loco et tempore, in quo nos demonstraturos confidimus, scripta hæc primum sæculo tertio adornata fuisse.

(31) Codice 113.

(32) Origenes, t. III *Comment. in Genes.* cap. XXII, *Philocal.*, et in cap. XXVI *Matth.*

(33) Epiphan., hæres. 30, n. 15; Rufinus, *De adulterat. libr. Origenis.*

(34) Hieronym., in *Ep. ad Galat.*

(35) Ruf., prolog. in lib. *Recognit.*

(36) Idem, *De adulterat., lib. Orig.*

(37) Euseb., l. III, c. 38, *H. E.*

(38) Pag. 154.

(39) In *decreto*.

(40) In Catalog. c. 15.

(41) *Referum autem est hoc opus absurdis nugis, non sine plurimis ex Arii opinione in Filium blasphemis.* Photius, cod. CXIII.

(42) *Notum tibi facio, Domine, quia Simon Petrus pro pietate pati volens, præsentem vitam finivit.* Ep. Clem. ad Jacob., n. 1.

(43) Photius, cod. 113.

(44) Cotelerius, t. I *Patrum apostol.*, pag. 490.

(45) *Quidam porro alia etiam opera prolixa et copiosa sub ejus nomine heri ac nudius tertius in lucem protulerunt: puta Petri et Apionis disputationes, quarum apud antiquos nulla omnino exstat mentio; neque enim sincera rectæ fidei ab apostolis traditæ nota illis expressa reperitur.* Euseb. l. III, c. 38, *H. E.*

Digitized by Google

fuisse, quæ sancti Petri cum Apione dialogos complectebantur. Photius tamen opera hæc invicem diversa fuisse existimat (46). Exstant in *Recognitionibus* capita undecim de fato ex opere quodam a Bardesane circa annum 170 conscripto petita. Minime tamen inde consequitur, eum *Recognitionum* auctorem esse, cum ejus errores de duobus principiis pluribus locis ibidem refutentur. Satius vero est existimare, eum qui opus istud conscripserit, eorum partem, quæ Bardesanes de fato dixerit, inseruisse, quod et Eusebius in suis Præparationis evangelicæ libris præstitit, ubi eumdem locum legimus, quem *Recognitionum* auctor a Bardesane mutuum acceperat.

*In quot libros totum opus distributum sit. Quid de illo sentiendum.*— Refert auctor tertio *Recognitionum* libro, se decem alios sancti Petri sermonum libros, quos Cæsareæ habuerat, ad sanctum Jacobum misisse. Ii vero unquamne in vulgus editi fuerint? ignoramus; hodie autem nullum eorum vestigium superest. *Recognitiones* in decem libros distributæ sunt. Priori inducitur sanctus Clemens rationem narrans, qua sancti Barnabæ prædicationibus ad fidem traductus, atque in ea a sancto Petro institutus fuerit. Alter sancti Petri cum Simone Mago sermonem complectitur. Tertio iidem de natura liberi arbitrii colloquuntur, quo sanctus Petrus potestatem animi nostri esse definit, *id, quod libet, agendi*. Quartus, quæ a sancto Petro in itinere Tripoli Cæsaream suscepto gesta sunt, edisserit, et plurimos sancti Petri hortationibus ad fidem traductos refert. Quintus paræneticus sermo est, quo sanctus Petrus inscientiam seu ignorantiam peccatorum omnium originem esse, idolorum cultus falsitatem, atque Dei unitatem demonstrat. Sexto baptismi necessitatem probat, explicatque, quomodo ad eum accessurus comparatus esse debeat. Septimo sanctus Clemens varios eventus narrat, qui matri et fratribus suis contigerunt, et quo pacto in eos rursum in Palæstina inciderit. Sequentes duo dialogi sunt, quibus sanctus Petrus, Aquila, Nicetas, et sanctus Clemens seni cuidam, quem sancti Clementis patrem esse postea agnoverunt, ostendunt, fateri nos omnino debere, cuncta divinæ Providentiæ imperio, non casu geri. Decimus ac postremus liber dialogus quoque est inter sanctum Clementem, eumdemque senem de boni et mali natura. Ad finem libri de Simone Mago mentio instituitur, atque de ea, quæ ibi fertur, senis hujus in Simonis Magi vultum metamorphosi. Hæc sunt, quæ de decem *Recognitionum* libris hodie exstantibus lectoribus leviter delibanda proposuimus, ut eos inutilia fere scripta legendi A labore levaremus. Recte de iis pronuntiavit Photius (47) stylum atque eruditionem in iis conspicuam merito esse commendandam; auctorem vero theologiæ, atque ecclesiasticæ doctrinæ admodum peritum non fuisse et fabellarum inventoribus accensendum.

## ARTICULUS III.

### DE CLEMENTINIS ET NONNULLIS ALIIS SCRIPTIS SUPPOSITITIIS EJUS NOMINE INSCRIPTIS.

*Clementinæ sancti Clementis nomen falso præferunt.*— Præter decem *Recognitionum* libros exstant sub sancti Clementis nomine novem et decem homiliæ, quæ plerumque Clementinæ appellari solent. Existimat Cotelerius (48) eas alteram fortassis *Recognitionum* editionem esse sancti Petri nomen præferentem; illud sane constat, complura *in homiliis* istis exstare, quæ in *Recognitionibus* etiam leguntur, easdem fabulas, eosdemque errores utrinque occurrere; eamdemque utriusque operis distributionem videri. Stylo sunt valde eleganti, præbetque auctor plurimæ eruditionis specimen; commentitium autem se esse, multis notis prodit.

*Epitome sancti Petri vitæ supposititia quoque est.*— Est etiam a Cotelerio edita (49) sancti Clementis historia, quæ *Epitome sancti Petri vitæ* inscribitur. Scriptum hoc ad sanctum Jacobum Hierosolymitanum episcopum datum esse fingitur, atque præter res a sancto Petro gestas, sancti Clementis etiam vitæ historiam complectitur. Istud vero nihil nisi *Recognitionum*, Clementinorum, Actorum martyrii sancti Clementis, atque historiæ de Ephraim summa est. Hujus collectionis auctor, qui Metaphrastes (50) esse creditur, ea, quæ in scriptis, unde hæc excerpsit, redundare, aut falsa perniciosaque esse sibi visa sunt, amputavit.

*Alia supposititia sancti Clementis nomen præferentia scripta.* — Fuit jam a nobis superius adnotatum, *Recognitionum* auctorem affirmare, decem sancti Petri sermonum Cæsareæ habitorum libros sancto Jacobo a se missos fuisse. Decem illi libri, ut jam semel monuimus, ad nos non pervenerunt; attamen pseudo-Clemens operam dedit, ut quid illis contineretur, penitus non ignoraremus. Ex illis quidam (51) de veri prophetæ notis, atque de legis intellectu agebat. Anastasius (52) Antiochenus laudat præterea sancti Clementis nomine orationem quamdam *de Providentia, atque de justitia Dei*. Inde vero fortasse fragmenta a Cotelerio edita (53) petita sunt, quibus Trinitatis mysterium probe explicatur. Veteres sancti Clementis scripta eorum appellatione non addita sæpe laudarunt, inter cæteros sanctus Basilius (54) pseudo-Dionysius Areopagita, auctor disputationis contra Arium inter opera sancti Athanasii, Anastasius Sinaita, Nice-

(46) Photius, codice CXIII.
(47) Loco citato.
(48) Coteler., t. I, pag. 607.
(49) Ibid. pag. 655.
(50) Id., *ibid.*
(51) Lib. I *Recognition.*, n. 17.
(52) Anast., quæst. 96, pag. 526.

(53) Coteler., not. ad lib. I *Recognit.*, n. 24; et inter testimon. veterum de Clementin.
(54) Basilius, lib. I *De Spiritu sancto*, cap. 29; Dionys., *De divin. nominibus*, c. 6; Anastasius in *Odego* cap. 2; Nicephor., l. III *Hist.*, c. 11. Videndus quoque Grabe, tom. II *Spicileg.*, pag. 189 et seqq.

Digitized by Google

phorus Callistus, atque nonnulli alii. De liturgia sancti Clementis, atque de collectione, quam ab eo institutam ferunt, sancti Petri revelationum, idem ferendum est judicium.

## ARTICULUS IV.

### DE ACTIS MARTYRII SANCTI CLEMENTIS.

Acta martyrii sancti Clementis tam admirandis narrationibus tota conflata sunt, ut ægre legenti supposititia videri non possint. Constant autem mera miraculorum narratione; quæ licet stylo valde gravi conscripta sit, nativus tamen ille antiquitatis color, qui in genuinis ejus ætatis scriptis conspicuus est, ibidem non spectatur. Refert primum, Sisinnium, quod Theodora uxor Christianam religionem professa fuisset, valde indignatum, rationem, qua factum hoc ulcisci posset, quæsivisse; cum vero Theodora quadam die ad ecclesiam ivisset, Sisinnium quoque eo contendisse, at per aliam portam subiisse, cunctaque, quæ in Christianorum mysteriis gerebantur, curiose admodum perlustrasse. Precibus autem a sancto Clemente absolutis et populo *Amen* respondente Sisinnium curiositatis suæ pœnas dedisse, et lingua, auribusque illico captum fuisse. Eum vero tam celeris ultionis eventu perculsum erroris sui pœnituisse, et cum baptismo corporis, animæ quoque salutem consecutum fuisse. Publium Tarquinianum sacrorum officiorum comitem, cum Christianam religionem tantos in urbe progressus facere cerneret, data regionum præfectis pecunia, auctorem illis fuisse ut in Christianos populum concitarent. Clementem igitur primum adorti sunt, eum de sacrilegio, de impietate, atque de violatis Augustorum edictis accusantes. Trajanus his omnibus a Mamertino urbis præfecto acceptis sanctum Pontificem in Chersonesum ultra Pontum Euxinum relegavit. Invenit vero ibi ultro duo millia Christianorum jam diu ad cædendi marmoris opus damnatorum. Inter maxima autem horum fidelium incommoda illud erat, quod sexto milliario aquam humeris suis deportare deberent. Pontifex autem eorum miseratione tactus, cum agni cujusdam ductu, ubi fons esset, cognovisset, eam, ut effoderent, Christianis ostendit. Quibus nequidquam laborantibus sanctus Clemens eum locum ipse levi ictu percussit, et fons illico exsiliit. Ad miraculi hujus famam tota provincia accurrente, cunctisque ad fidem traductis et baptizatis intra anni spatium septuaginta ecclesiæ constructæ, idola omnia confracta, templa circumjacentis regionis diruta, omnesque luci usque ad trecenta milliaria in circuitu concisi fuere. Trajanus vero, ut tantum rei Christianæ progressum sisteret, Clementem anchora ad collum ligata in mare demergi mandavit. At mari usque ad locum, quo Pontificis corpus jacebat, recedente, illud tumulo saxeo in templo quodam marmoreo conditum Christiani invenerunt.

Multa autem disquisitione opus non est, ad historiæ hujus falsitatem demonstrandam; cum lector facile percipere possit, fabellam sapere, quæ de Sisinnio referuntur. Quis enim credat ætate illa, qua pagani Christianorum cultui vetando plurimum invigilabant, ecclesias vulgo adeo notas, tantamque eas subeundi licentiam fuisse, ut paganis ipsis aditus ad eas pateret, et Domini ministris nil prohibentibus, quæ in sacrorum mysteriorum celebratione gerebantur, perlustrare valerent? illud quoque verosimile non fit, Trajani ætate præfectum ullum tanta audacia fuisse, qui seditiones in urbe vel contra Christianos excitare auderet. Ad hæc sacrorum officiorum comitis appellatio Publio tributa sancti Clementis ævo cognita adhuc non erat; sed Constantino primum imperante usurpatam fuisse, ex historia discimus. Fidem etiam superat, sanctum Clementem illos, qui ad mortem eum conquirebant, *canes in homines latrantes* vocavisse; quod tamen ab eo pronuntiatum in ejus actis legimus.

Ingens Christianorum in Chersonesum deportatorum numerus sub sancti Clementis adventum argumento etiam est horum actorum falsitatis. Neque enim tempus, quo illuc deportari potuerint, perspicimus. Etenim si sub Domitiano damnatos dicamus, reponi potest, eos altero Trajani anno, quo sanctus Clemens eo relegatus fertur, illic amplius non exstitisse; cum Nerva Domitiani successor et proximus Trajani decessor (55) omnes a Domitiano relegatos tam Christianos, quam alterius cujuscunque generis revocaverit, quomodo sancti Joannis exemplo docemur. Sed neque sub Trajani imperii exordium illi damnati fuere, cum is decimo tantum imperii sui anno quæstiones in Christianos habere cœperit, quemadmodum ab Eusebio in Chronico docemur.

Fabulis quoque est annumerandum, quod in actis istis refertur, intra anni unius spatium septuaginta ecclesias in Chersoneso conditas fuisse. Neque enim inscio Cæsare construi potuissent. Quod si Trajanus id rescisset, cum Christianis esset iniquior, quod sane acta hæc sincera esse affirmantes fateantur necesse est, eas tanto numero ædificari passus non fuisset. Accedit, compertum nos habere, Christianos ad tertii tantum sæculi initium ecclesias, ad quas palam convenirent, habuisse. Aufidianus præses, qui a Trajano ad Christianæ pietatis augmentum prohibendum in Chersonesum missus fertur, solius sancti Clementis morte contentus non fuisset, sed eum pro sua in deos pietate suoque in Cæsaris jussa obsequio quamplurimos ex rebellibus illis Cæsaris mandatis parere renuentibus, idolorumque cultus hostibus, plectere utique debuisset.

Quod de mirifico illo fonte acta ista memorant, qui ad sancti Clementis preces emanavit, prætereundum nobis esse censemus; singulæ enim narra-

(55) Dio, libro LXVIII, pag. 769.

Digitized by Google

tionis hujus partes se ipsas falsitatis coarguunt. Eidem sentiendum est de iis, quæ acta ista addunt, cum discipuli paucis post sancti Clementis martyrium diebus ad locum, quo ille in aquas demersus fuerat, accessissent, tribus scilicet a littore milliaribus mare recessisse, atque eos sancti martyris reliquias tumulo lapideo conditas in marmoreo templo invenisse. Qui enim fieri posset, ut res adeo admirandæ universæ antiquitati ignotæ, atque ab omnibus ecclesiasticæ historiæ scriptoribus altissimo silentio sepultæ fuerint? haud diffitemur quidem, ejus rei in opusculo quodam (56) Ephraim Chersonis episcopo tributo mentionem fieri: verum scriptum illud levioris ponderis esse videtur. Ex ipso enim stylo dignoscimus, illud Græci cujusdam medii ævi opus esse. Eumdem æque, ac actorum martyrii sancti Clementis auctorem fabellis delectari inde intelligimus, quod singula ab eo relata a veteri quodam episcopo Constantino appellato, cujus acta a Bollando edita sunt, falsi redarguantur. Is enim cum circa annum 850 Chersonem profectus esset, incolas diligenter sciscitatus est, constaretne sibi, quæ ferebatur, fama, sancti Clementis corpus marmoreo monumento in templo ab angelis condito repertum fuisse, et mare quotannis die sancto Clementi sacra ad tria millia passuum recedere? Quibus universi reposuere, hæc sibi hactenus incomperta fuisse (57).

Obscurior præterea, aut potius tanquam apocrypha et commentitia a D. Gregorii M. usque ætate historia hæc habita fuit; cum sancto Eulogio episcopo Alexandrino martyrum acta ab Eusebio Cæsareensi collecta expetenti Pontifex ille doctissimus responderit: « Præter illa, quæ in ejusdem Eusebii libris de Gestis sanctorum martyrum continentur, nulla in Archivo hujus nostræ Ecclesiæ vel in Romanæ urbis bibliothecis esse cognovi, nisi pauca quædam in unius codicis volumine collecta. Nos autem pæne omnium martyrum distinctis per dies singulos passionibus collecta in uno codice nomina habemus, atque quotidianis diebus in eorum veneratione Missarum solemnia agimus. Non tamen in eodem volumine, quis, qualiter sit passus indicatur, sed tantummodo nomen, locus, et dies passionis ponitur. » Hæc sane sanctus Gregorius (58) scripturus non fuisset, si acta, quæ hodie sub sancti Clementis nomine exstant, novisset, ubi non dies modo et locus passionis ejus legitur, sed complura alia, quæ circa ejus mortem evenere, singillatim describuntur.

# CAPUT V.

## DOCTRINA SANCTI CLEMENTIS.

### ARTICULUS I.

OBSERVATIONES DOGMATICÆ IN DIVI CLEMENTIS ROMANI EPISTOLAS GENUINAS.

§ I. *De sancta Scriptura et traditione.*

Ex prima divi Clementis ad Corinthios epistola utilissimum eruimus in favorem sacrarum litterarum testimonium; has siquidem Spiritus sancti oracula vocat: *Diligenter*, legitur ibi, *inspicite Scripturas, Spiritus sancti vera oracula:* Τὰς ἀληθεῖς ῥήσεις Πνεύματος τοῦ ἁγίου (59). Ait etiam sanctus Pontifex: *Nostis enim, et probe nostis Scripturas sacras, dilecti, et penitus in divina eloquia,* Τὰ λόγια τοῦ Θεοῦ, *introspexistis.* Quid aptius ad SS. Scripturarum cum inspirationem, tum divinitatem comprobandam proferri potest? Non solum autem SS. litterarum divinitatem ex divo Clemente ostendimus, sed eumdem sanctum pontificem tanquam testem non contemnendum apostolicæ Evangeliorum originis cum viro doctissimo (60) contra Freretum (61) in aciem producimus; in utraque enim sua epistola verbis evangelistarum frequenter utitur. Quinimo ex ipsius scriptis demonstrare possumus contra antiquos et recentiores bibliomachos, non paucos sanctæ Scripturæ libros habere auctoritatem canonicam. Siquidem ait: *Præcipue memores sermonum Domini Jesu, quos locutus est docens mansuetudinem et æquanimitatem. Sic enim dixit:* « *Estote misericordes, ut misericordiam consequamini; dimittite, ut dimittatur vobis* (62). » E libris canonicis ad Evangelia Matthæi ac Lucæ respexit. Et dum dicit capite secundo prioris epistolæ: *Omnes autem humili animo eratis, nullatenus super-*

(56) Tom. I Operum Cotelerii, pag. 815.

(57) *Acta sancti Constantini* apud Bolland., 9 Martii.

(58) S. Gregor. M., lib. VIII Epistol., indictione I, epistola 29, *Ad Eulogium Alexandr.*

(59) S. Clemens Rom., ep. I ad Corinth., cap. 45.

(60) Vincentius Fassinius in libro singulari adversus Freretum *De apostolica Evangeliorum origine*, Liburni edito 1775, in-4°.

(61) *L'Examen critique des apologistes de la religion chrétienne.*

(62) D. Clemens, ep. I ad Cor., cap. 13: Μάλιστα μεμνημένοι τῶν λόγων τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ, οὓς ἐλάλησε διδάσκων ἐπιείκειαν καὶ μακροθυμίαν. Οὕτως γὰρ εἶπεν· Ἐλεεῖτε, ἵνα ἐλεηθῆτε, ἀφίετε, ἵνα ἀφεθῇ ὑμῖν· ὡς ποιεῖτε, οὕτω ποιηθήσεται ὑμῖν· ὡς δίδοτε, οὕτω δοθήσεται ὑμῖν· ὡς κρίνετε, οὕτω κριθήσεται ὑμῖν· ὡς χρηστεύεσθε, οὕτως χρηστευθήσεται ὑμῖν· ᾧ μέτρῳ μετρεῖτε, ἐν αὐτῷ μετρηθήσεται ὑμῖν. Conf. Luc. VI, 36, 38; et Matth. VII, 1. Taceo plura alia loca, quæ in secunda Clementis epistola ex evangelistis relata conspiciuntur.

Digitized by Google

*bientes, magis subjecti, quam subjicientes, dantes lubentius, quam accipientes*, Acta apostolorum præ oculis habuit (63). Refert insuper integras sententias ac loquendi phrases in D. Pauli, Petri et Jacobi Epistolis obvias. Sic capite 35 epistolæ primæ ad Corinthios, dum ait : *Si secuti fuerimus viam veritatis, abjicientes a nobis omnem injustitiam et iniquitatem, avaritiam, contentiones, malignitates, et fraudes, susurros et obtrectationes, odium Dei, superbiam, et jactantiam, inanem gloriam atque amorem vanitatis* (64). *Qui enim hæc faciunt Deo odiosi sunt; neque solum qui faciunt, sed et qui consentiunt eis.* En integras sententias ex Epistola sancti Pauli ad Romanos.

Sic capite 47, in prima sua Epistola, recitat sanctus Pontifex integram fere historiam de dissensione in Ecclesia Corinthiorum exorta temporibus sancti Pauli apostoli, ex Epistola gentium Doctoris prima ad Corinthios perscripta. *Sumite Epistolam*, ait, *beati Pauli apostoli. Quid primum vobis in principio Evangelii scripsit? Profecto in Spiritu ad vos litteras dedit de se ipso et Cepha, et Apollo, quia etiam tum diversa in studia scissi eratis* (65).

Eadem in Epistola sanctus Clemens tribus vicibus alludit ad quædam divi Pauli in secunda ad Corinthios Epistola ; primo dum ait : *Per hunc* (Jesum Christum) *in altitudines cœlorum oculos defigemus. Per hunc speculabimur expertem labis ac supremum illius vultum* (66) ; secundo dum scribit : *Et nos igitur oremus pro eis, qui in aliquod peccatum lapsi sunt, ut detur illis moderatio et humilitas, quo* A *non nobis, sed Dei voluntati cedant* (67) ; tertio cum inquit : *Laus nostra in Deo sit, et non nobis ipsis* (68). Sic sensum verborum divi Pauli ad Colossenses enarrat, capite 21 suæ 1 Epistolæ sanctus Papa dum scribit : *Nisi digne illo viventes bona et beneplacita in conspectu ejus cum concordia fecerimus* (69).

Sic phrasin Paulinam ad Thessalonicenses hisce verbis exprimit : *Hæc omnia igitur ab eo habentes, in omnibus ipsi gratias agere debemus, cui gloria in sæcula sæculorum. Amen.* Et dum ait : *Servetur itaque totum corpus in Christo Jesu* (70). Sic binis vicibus alludit (71) ad Epistolam primam divi Pauli ad Timotheum ; primo cum ait : *Accedamus ergo ad* B *eum in sanctitate animæ, castas et impollutas manus elevantes ad illum, diligentes benignum et misericordem Patrem nostrum.* Secundo dum dicit : *Videamus quid bonum, quid gratum, acceptumque sit apud eum, qui fecit nos* (72). Et quando scribit : *Veniamus ad gloriosam et venerabilem vocationis nostræ regulam*, divi Pauli ad Timotheum Epistolæ secundæ imitatur expressionem (73). Alibi etiam eadem prorsus verba recitat, quæ in Epistola B. Pauli ad Titum habentur (74). Sæpissime quoque usurpat sententias, quæ cum Epistola Doctoris gentium ad Hebræos conspirant (75) ; atque propterea etiam a non paucis Græcis Patribus, ac orientis Ecclesiis ejusdem Epistolæ auctor credebatur. De Jacobi Epistola catholica, quam olim Lutherus velut stramineam rejecit, non pauca in rem suam assumpsit C sanctus Clemens (76). Tandem utriusque divi Pe-

(63) Clemens Rom., ep. 1, c. 2 : Ἥδιον διδόντες ἢ λαμβάνοντες, conf. Act. xx, 35.

(64) D. Clem., c. 35 : Καὶ ἀκολουθήσωμεν τῇ ὁδῷ τῆς ἀληθείας, ἀπορρίψαντες ἀφ' ἑαυτῶν πᾶσαν ἀδικίαν καὶ ἀνομίαν, πλεονεξίαν, ἔρεις, κακοηθείας τε καὶ δόλους, ψιθυρισμούς τε καὶ καταλαλιάς, θεοστυγίαν, ὑπερηφανίαν τε καὶ ἀλαζονείαν, κενοδοξίαν τε καὶ φιλοξενίαν. Ταῦτα γὰρ οἱ πράσσοντες, στυγητοὶ τῷ Θεῷ ὑπάρχουσιν· οὐ μόνον δὲ οἱ πράσσοντες αὐτά, ἀλλὰ καὶ οἱ συνευδοκοῦντες αὐτοῖς. Collect. Rom. 1, 29. Idem, c. 32 : Ἐξ αὐτοῦ ὁ Κύριος Ἰησοῦς τὸ κατὰ σάρκα.

(65) Ἀναλάβετε τὴν Ἐπιστολὴν τοῦ μακαρίου Παύλου τοῦ Ἀποστόλου· τί πρῶτον ὑμῖν ἐν ἀρχῇ τοῦ Εὐαγγελίου ἔγραψεν ; ἐπ' ἀληθείας πνευματικῶς ἐπέστειλεν ὑμῖν, περὶ αὐτοῦ τε, καὶ Κηφᾶ, καὶ Ἀπολλὼ διὰ τὸ καὶ τότε προσκλίσεις ὑμᾶς πεποιῆσθαι. Coll. I Cor. 1, 12. — Idem, c. 48 : Καὶ ζητεῖν τὸ κοινωφελὲς πᾶσιν, καὶ μὴ τὸ ἑαυτοῦ. Coll. I Cor. x, 24. — Idem, c. 37, longa allusione respicit ad I Cor. xii, 12. — Idem, c. 49 : Ἡ ἀγάπη πάντα ἀνέχεται, πάντα μακροθυμεῖ· οὐδὲν βάναυσον ἐν ἀγάπῃ, οὐδὲν ὑπερήφανον· ἀγάπη σχίσμα οὐκ ἔχει, ἀγάπη οὐ στασιάζει, ἀγάπη πάντα ποιεῖ ἐν ὁμονοίᾳ. Ἐν ἀγάπῃ ἐτελειώθησαν πάντες οἱ ἐκλεκτοὶ τοῦ Θεοῦ. Δίχα ἀγάπης οὐδὲν εὐάρεστόν ἐστι τῷ Θεῷ. Conf. I Cor. xiii, 4, 7.—Idem, c. 24 : Κατανοήσωμεν, ἀγαπητοί, πῶς ὁ Δεσπότης ἐπιδείκνυται διηνεκῶς ἡμῖν τὴν μέλλουσαν ἀνάστασιν ἔσεσθαι, ἧς τὴν ἀπαρχὴν ἐποιήσατο τὸν Κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, ἐκ νεκρῶν ἀναστήσας. Conf. I Cor. xv, 20.

(66) Idem, c. 36 : Διὰ τούτου ἀτενίσωμεν εἰς τὰ ὕψη τῶν οὐρανῶν, διὰ τούτου ἐνοπτριζόμεθα τὴν ἄμωμον καὶ ὑπερτάτην ὄψιν αὐτοῦ. Coll. II Cor. iii, 18.

(67) Idem, c. 56 : Καὶ ἡμεῖς οὖν ἐντύχωμεν περὶ τῶν ἔν τινι παραπτώματι ὑπαρχόντων, ὅπως δοθῇ αὐτοῖς ἐπιείκεια καὶ ταπεινοφροσύνη, εἰς τὸ εἶξαι αὐτοὺς μὴ ἡμῖν, ἀλλὰ τῷ θελήματι τοῦ Θεοῦ. Coll. II Cor. viii, 5.

(68) Idem, c. 30 : Ὁ ἔπαινος ἡμῶν ἔστω ἐν Θεῷ, καὶ μὴ ἐξ αὐτῶν. II Cor. x, 17, 18 ; et Rom. ii, 29.

(69) Idem, c. 21 : Ἐὰν μὴ ἀξίως αὐτοῦ πολιτευόμενοι, τὰ καλὰ καὶ εὐάρεστα ἐνώπιον αὐτοῦ ποιῶμεν μεθ' ὁμονοίας. Coll. Col. i, 10.

(70) Idem, c. 38 : Ταῦτα οὖν πάντα ἐξ αὐτοῦ ἔχοντες, ὀφείλομεν κατὰ πάντα εὐχαριστεῖν αὐτῷ ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν. Coll. I Thess. v, 18. — Idem, c. 38 : Σωζέσθω οὖν ἡμῶν D ὅλον τὸ σῶμα ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. Coll. I Thess. v, 23.

(71) Idem, c. 29 : Προσέλθωμεν οὖν αὐτῷ ἐν ὁσιότητι ψυχῆς, ἁγνὰς καὶ ἀμιάντους χεῖρας αἴροντες πρὸς αὐτόν. I Tim. ii, 8.

(72) Idem, c. 7 : Βλέπωμεν τί καλὸν, καὶ τί τερπνὸν, καὶ προσδεκτὸν ἐνώπιον τοῦ ποιήσαντος ἡμᾶς. Coll. I Tim. v, 4.

(73) Idem, c. 7 : Ἔλθωμεν ἐπὶ τὸν εὐκλεῆ καὶ σεμνὸν τῆς ἁγίας κλήσεως ἡμῶν κανόνα. Coll. II Tim. i, 9.

(74) Idem, c. 2 : Ἕτοιμοι εἰς πᾶν ἔργον ἀγαθόν. *Parati ad omne opus bonum.* Coll. Tit. iii, 1.

(75) Vide cap. 2 epist. 1 Clem., c. 7, 9, 12, 17, 23, c. 26 et c. 43, coll. cum cap. viii, v. 12, Epist. ad Hebr. Idem c. xi, v. 7, v. 31, v. 37, cap. iii, v. 2. — 5. c. 10, v. 39, c. 1, v. 3, 5, 7, 13. Consule observationes viri clar. Schmidii sup. Epist. D. Pauli ad Hebræos ; proleg. c. 2, pag. 13, 14.

(76) Ἀβραὰμ ὁ φίλος προσαγορευθείς, *Abraham*

Digitized by Google

tri Epistolæ sententias non raro imitatur; primæ quidem, cum inquit : *Charitas operit multitudinem peccatorum* (77); et : *Unusquisque subjiciatur proximo suo* (78). *Omnes humili autem animo eratis, nullatenus superbientes, magis subjecti, quam subjicientes* (79). Secundæ vero dum scribit : *Noe pœnitentiam prædicavit; et qui obedierunt, servati sunt* (80). *Propter hospitalitatem et pietatem Lot e Sodomis salvus evasit, cum tota regio circumjacens igne et sulphure damnata esset. Palam fecit Deus, quod sperantes in se non derelinquit, eos vero, qui in contraria declinant, punitione ac supplicio afficit* (81).

Hæ autem allegationes divi Clementis eo majus habere nobis videntur pondus, quod in prima sua epistola nullum apocryphum opus memoret; locus enim ille capitis vicesimi tertii (*miseri sunt, qui animo sunt duplices*) nequaquam, ut Grabius (82) arbitratus est, e scriptura apocrypha desumptus est, sed, ut bene notavit Gallandius (83), ibidem D. Pontifex alludit ad versum octavum capitis I Epistolæ divi Jacobi, atque ad versus tertium ac quartum capitis III secundæ D. Petri Epistolæ.

In altera quidem sancti Clementis ad Corinthios Epistola duplicem offendunt critici locum ex scripto apocrypho prolatum. Primus sic se habet; ait quippe Dominus in Evangelio : *Si parvum non servastis, quis magnum dabit vobis? dico enim vobis : Qui fidelis est in minimo, et in majori fidelis est* [19]. Locum autem hunc a sancto Patre velut ex Evangelio descriptum recitat quoque S. Irenæus (84), ubi Grabius conjicit (85), hæc ex Evangelio secundum Ægyptios fuisse deprompta. Sed nobis videtur non nisi allusio ad versus decimum et undecimum capitis XVI Evangelii secundum Lucam. Alter locus, quem etiam doctissimus Lardnerus (86) ex Evangelio Ægyptiorum desumptum censet, consentientibus fere omnibus criticis, in fine hujus epistolæ legitur hoc modo : *Interrogatus enim ipse Dominus a quodam, quando venturum esset regnum ejus, dixit : Cum duo erunt unum, et quod foris, ut quod intus, et masculum cum femina, neque mas, neque femina.* Verum non video, qui fieri possit, ut propterea hujus sancti pontificis testimonium quoad genuina sanctorum apostolorum scripta repudiandum sit omnino.

Historiam etiam Judith divus Clemens suæ inseruit epistolæ numero seu capite quinquagesimo quinto; cumque eidem statim subjungat facta Estheris, non inverosimili consequentia exinde deducitur, eum tanti æstimasse librum *Judith*, quanti librum *Estheris*. Verum librum *Esther* ex divinarum Scripturarum albo excludere nunc nemo Christianorum, excepto solo hypercritico Semlero (87), audet; eumque ceu divinum librum a nascente jam Ecclesia agnitum fuisse, omnes fere uno ore profitentur eruditi : cur non quoque librum *Judith* a divo Clemente inter sacras Scripturas relatum fuisse concludere possimus?

Est præter hucusque adnotata alius sanctorum præcipue ævi apostolici Patrum usus in illustrando, confirmandoque textu sacro, cujus rei jam specimina quædam damus. Modos loquendi e sacris libris ductos divus Clemens, alios inter plures, sequentes usurpavit : primo a Clemente nostro κανόνα (88) de finibus muneris et provinciæ dici, clarum est per phrasin, idque habet ex II Corinth. c. x, v. 13 : Μὴ παρεκβαίνων ὡρισμένον τῆς λειτουργίας αὐτοῦ κανόνα. *Non transgrediens præscriptam muneris sui regulam.* Secundo explicat sequentibus verbis sententiam Pauli ad Philippenses c. II, v. 6 et 7 : Ἰησοῦς οὐκ ἦλθεν ἐν κόμπῳ ἀλαζονείας, οὐδὲ ὑπερηφανίας, καίπερ δυνάμενος, ἀλλὰ ταπεινοφρονῶν (89). Cyrill. Hieros. Cat. II, p. m. 222 extr.: Τί ἐστιν ἕτερον γινῶσκον τὰ βάθη τοῦ Θεοῦ; I Cor. II, 10; unde patet, in verbo ἐρευνᾷν nullam emphasim esse ab eo quæsitam, quæ nec ibi est : pro eoque Clemens (90) : Ἐγκύπτειν, ἐγκεκυφότες εἰς τὰ βάθη τῆς θείας τῆς γνώσεως, unde et patet, τὰ

[19] Luc. XVI, 10.

*amicus vocatus.* Clem. epist. 1, cap. 10 et 17. Coll. cum Jacob. Epist. c. II, v. 23. Ταλαίπωροί εἰσιν, οἱ δίψυχοι, οἱ διστάζοντες τὴν ψυχήν. *Miseri sunt, qui animo sunt duplices et incerti.* Clem. ep. 1, c. 23. Coll. cum Jac. c. I, v. 8. Θεὸς γάρ, φησὶν, ὑπερηφάνοις ἀντιτάσσεται, ταπεινοῖς δὲ δίδωσι χάριν. *Deus enim, inquit, superbis resistit, humilibus autem dat gratiam.* Clem. Epist. 1, c. 30. Coll. cum Jac. Ep. c. IV, v. 6, item confer. cap. 30, ep. 1 Clem. cum cap. 2, v. 21 Ep. Jacobi et c. 49 Clem. ep. cum cap. 5, v. 20 Ep. S. Jacobi.

(77) Ἀγάπη καλύπτει πλῆθος ἁμαρτιῶν. Clem. Ep. I, c. 49. Coll. I Pet. IV, 8.

(78) Idem, c. 38 : Ὑποτασσέσθω ἕκαστος τῷ πλησίον αὐτοῦ. Col. I Pet. V, 5.

(79) Idem, c. 2 : Πάντες τε ἐταπεινοφρονεῖτε, μηδὲν ἀλαζονευόμενοι, ὑποτασσόμενοι μᾶλλον ἢ ὑποτάσσοντες. Coll. I Pet. V. 8.

(80) Id. c. 7 : Νῶε ἐκήρυξεν μετάνοιαν καὶ οἱ ὑπακούσαντες ἐσώθησαν. Coll. II Pet. II, 5.

(81) Id. c. 11, Διὰ φιλοξενίαν καὶ εὐσέβειαν Λὼτ ἐσώθη ἐκ Σοδόμων, τῆς περιχώρου πάσης κριθείσης διὰ πυρὸς καὶ θείου· πρόδηλον ποιήσας ὁ Δεσπότης, ὅτι τοὺς ἐλπίζοντας ἐπ' αὐτὸν οὐκ ἐγκαταλείπει, τοὺς δὲ ἑτεροκλινεῖς ὑπάρχοντας εἰς κόλασιν, καὶ αἰκισμὸν τίθησι. Coll. II Pet. II, 6, 9 et Judæ 7.

(82) *Spicileg. SS. Patrum*, tom. I, p. 268.

(83) *Biblioth. SS. Patr.*, tom. I, in hunc locum.

(84) *Similiter Dominus dixit ingratis in eum existentibus : Si in modico fideles non fuistis, quod magnum est quis dabit vobis?* S. Irenæus, lib. II, cap. 64.

(85) Grabius, *Spicileg. SS. Patrum*, tom. I, pag. 35.

(86) In der *Glaubwürdigkeit der evangelischen Geschichte*, part. II, tom. I, pag. 74.

(87) *Libro de canone*, parte II, pag. 561 et seq.

(88) Clemens Rom., epistola 1, c. 41.

(89) *Jesus Christus non venit in jactantia arrogantiæ, neque superbiæ, etiamsi potens sit; sed in humilitate.* Clem. ep. I, c. 16.

(90) *In divinæ cognitionis profunda introspicientes.* Idem, ep. 1, cap. 40.

Digitized by Google

βάθη τῆς θείας accepta esse de Evangelio, in quo est μυστήριον Θεοῦ, arcana olim voluntas Dei de salute hominum; bene idem sanctus Cyrillus Catechesi XVI, pag. 429, συγκρίνειν pro *interpretari* ex I Corinth. cap. II, v. 13. Curiosus atque studiosus lector, qui plura hac de materia desiderat, consulat v. cl. Fromanni observationes ad Novum Testamentum e Clemente Romano.

*De traditione. Controversiæ non sola Scriptura duce, sed et per traditionem decidendæ.* — Sanctus Clemens Romanus in prima sua ad Corinthios epistola ad controversias in Corinthiorum Ecclesia excitatas dijudicandas, finiendasque non divinarum solum Scripturarum, verum traditionis etiam utitur auctoritate. Vult enim Corinthiis ad ea suis in disceptationibus esse respiciendum, quæ post Jesum Christum usque ad eam diem in Ecclesia tradita et servata fuerant. *Apostoli nobis*, inquit (91), *evangelizarunt a Domino Jesu Christo missi, Jesus Christus a Deo..... Et apostoli nostri cognoverunt per D. N. J. Christum, quod futura esset contentio de nomine episcopatus; ob eam ergo causam constituerunt supradictos* (scilicet episcopos et diaconos) *et deinceps futuræ successionis regulam tradiderunt.*

### § II. *De SS. Trinitatis mysterio, Filio Dei Jesu Christo, ejusque gratia.*

*De Trinitate.* — In fragmento VII divi Clementis ex Basilio *Lib. de Spiritu sancto* c. 29, quod Coutantius, Gallandius ac Grabius epistolis sancti hujus pontificis adjungunt, expressa habetur trium divinarum Personarum a sancto Clemente professio (92). Nonnulli viri eruditi insuper arbitrantur referente Coutantio (93) a sancto Clemente specialem de Spiritu sancto habitum fuisse sermonem, idque fragmento VIII, in quo de Spiritu sancto disseritur, confirmant; sed rem non evincunt; cum etiam in epistolis de Spiritu sancto hæc disserere licuerit, ac certum sit mutilas esse epistolas ad Corinthios. In laudato hoc fragmento VIII, perspicue sanctus hic papa tradit doctrinam de Spiritu sancto (94).

*Divinitas Dei Filii Jesu Christi.* — Attenta consideratione dignæ sunt sententiæ quas circa divinitatem Jesu Christi in utraque epistola divi Clementis habemus. *Omnes autem*, ait sanctus Clemens (95), *humili animo eratis.... Dei viatico contenti.... et accurate attendentes sermonibus ejus..... Passiones illius* (Dei) *præ oculis vestris erant:* Τὰ παθήματα αὐτοῦ (Θεοῦ) ἦν πρὸ ὀφθαλμῶν ὑμῶν (96). Hoc in loco divus Clemens passiones Christi passiones Dei appellat, sic nempe ab apostolo Paulo institutus, cujus erat συνεργός (*cooperator*), qui eodem plane sensu Christi Ecclesiam appellavit [20]: Ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ ἣν περιεποιήσατο διὰ τοῦ ἰδίου αἵματος. — *Ecclesiam Dei, quam acquisivit sanguine suo.* Nec dubito, quin hisce verbis : Καὶ τὰ παθήματα αὐτοῦ ἦν πρὸ ὀφθαλμῶν ὑμῶν, repexerit sanctus Pater ad illud ejusdem Apostoli, Galatas ita objurgantis [21] : *O insensati Galatæ..... ante quorum oculos Christus præscriptus est, in vobis crucifixus.* Nimirum Clemens, ut assolet, Paulum imitatus, in memoriam redegit Corinthiis, quomodo ante motus in eorum Ecclesia nuper exortos, omni virtutum genere florerent, atque Dei passiones semper ante oculos ipsis obversarentur.

*Duæ in Christo naturæ; una divina, altera humana; et una Persona.* —Divinæ igitur naturæ majestatem cum carnis humilitate, crucisque ignominia hoc loco conjungit sanctus Pater; duas item naturas agnoscit in Christo : unam Verbi Personam, quæ carne passa est, ac Dei *passiones* Ecclesiæ Corinthiacæ proponit velut longe maximum mysterium, unde vitæ sanctioris præcepta institutaque omnia deducantur. Ex quibus ergo liquido patet, non solum quid sanctus Clemens, sed etiam quid Romani, quid Corinthii, quid demum cæteri Christiani sæculo I apostolico de Deo in carne passo senserint, atque crediderint. Quæ quidem non solum contra Arianismum ac hæresin Nestorianam multum valent, sed etiam valde contra Socinianos urget vir doctus noster Maranus (97) : idemque argumentum jam pridem pluribus fuerat persecutus Grabius (98) qui aliorum sancti Patris nostri locorum parallelismo instituto, hunc ipsum, de quo agimus, strenue vindicavit, atque Christi Deitatis

[20] Act. XX, 28. [21] Gal. III, 1.

(91) Clem. Rom., 1, cap. 44.

(92) « Sed et antiquior Clemens: *Vivit, Deus, Dominus Jesus Christus, et Spiritus sanctus.* Nemo non videt *Dei* nomine Personam Patris intelligi. Id enim antiquis moris esse nullus ignorat, nisi qui in ipsorum scriptis peregrinus est, ut cum Deum simpliciter sine adjuncto in Scripturis legunt, vel ipsi enuntiant, Patrem hoc nomine expressum interpretentur, atque ipsi exprimant.

(93) Apud Mansi, t. I *Concil.*, col. 234, in nota 2.

(94) *Beatus vir* (inquit sanctus Clemens) *qui cognoscit Patris donum per processionem sanctissimi Spiritus. Beatus vir, qui agnoscit et comprehendit Spiritum sanctum esse donum illius, ab eo in figura columbæ traditum*, etc., etc.

(95) Epistola 1, cap. 2.

(96) Haud me latet in eo Clementino loco Junium conjectasse pro παθήματα legendum forte μαθήματα. Sed plane respuendum cum Grabio, Wottono aliisque viris doctis inane commentum, quod textum citra ullam necessitatem, neque ullius ms. codicis auctoritate sollicitare comperitur. Et jure quidem: etenim nonne demum apte cohærent omnia, si *verba Dei* mentis *attentioni*, ejusque *passiones* cordis *oculis* proponantur? quod ubi diligenter attendo, mirari subit, cl. Fleurium in sua *Historia ecclesiastica*, tom. I, pag. 277, edit. Lat. in-8° vitiosam Junii conjecturam sequi maluisse, quam sinceram textus lectionem, qui Gallice non *passiones*, sed *doctrinam* reddiderit.

(97) *Divinitas D. N. J. Christi manifest.*, lib. IV, cap. 3, p. 377.

(98) In adnotat. ad Bulli defens. fid. Nic., pag. 60.

Digitized by Google

hostibus fidenter objecit (99). In secunda epistola (100) auctor iste nos docet, ut sentiamus de Jesu Christo tanquam de Deo, et tanquam de judice vivorum et mortuorum : *Fratres*, ait ipse initio illius epistolæ, *ita sentire nos oportet de Jesu Christo tanquam de Deo* (ὡς περὶ Θεοῦ), *tanquam de judice vivorum et mortuorum*; — et numero 36, ep. 1 aperte dicit Jesum Christum a Deo esse *secundum carnem*: Ἐξ αὐτοῦ ὁ Κύριος Ἰησοῦς τὸ κατὰ σάρκα.

Nescio an clarius possit quis de divinitate Jesu Christi testimonium proferre. Expresse alibi declarat, Jesum Christum *spiritum* fuisse, priusquam caro fieret : *Jesus Christus* (1) *Dominus.... cum primum esset spiritus caro factus est* (2). Ex quo deducitur adversus quosdam nostrorum temporum Arianos, Filium Dei exstitisse ante suam incarnationem.

*Beneficia Verbi incarnati circa homines.* — Nihil movendis animis aptius dici potest iis, quæ tradit sanctus Clemens in utraque epistola circa beneficia, quæ pro hominibus ex incarnatione Verbi sunt consecuta. Ait enim in prima, nos in Jesu Christo salutare nostrum adinvenisse; ipsum esse *oblationum nostrarum supremum Pontificem; infirmitatis nostræ esse patronum et auxiliatorem* (3). *Per hunc*, pergit sanctus iste pontifex, *in cœlorum altitudines oculos defigemus; per hunc immaculatum et supremum illius vultum speculabimur; per hunc oculi cordis nostri aperti sunt; per hunc insipiens et obscurata mens nostra in admirabilem ejus lucem repullulat; per hunc voluit Dominus, ut immortalem cognitionem gustaremus. Qui cum sit* (addit insuper) *splendor majestatis ejus, tanto major est angelis, quanto excellentius nomen sortitus est.* Quod quasi de verbo ad verbum ex Epistola ad Hebræos excerptum est, in qua Apostolus iisdem ferme verbis elogium Jesu Christi efformat. Hinc Eusebius (4) advertit, in prima hac sancti Clementis epistola *haberi nonnullas sententias Epistolæ divi Pauli ad Hebræos et quandoque etiam expositas iisdem verbis, quibus utitur Apostolus : quod quidem ostendit*, pergit Eusebius, *Epistolam ad Hebræos nequaquam esse opus recens, et jure meritoque aliis istius apostoli epistolis adjungi.*

In secunda epistola non minus urget ingentes utilitates incarnationis. Vetat primo loco *humilia sentire de nostra salute, et de illo, qui hujus salutis est auctor.* Docet insuper nos peccare, *si nescimus unde et quomodo vocati sumus, et a quo, et in quem locum; et quanta sustinuit Jesus Christus pati propter nos.* En maxima beneficia, quæ a divino hoc Salvatore, ut tradit sanctus Clemens, recepimus! *Lucem nobis largitus est : tanquam pater filios nos appellavit; pereuntes nos servavit. Miseratus est nos, et visceribus commotus, salvos fecit, cum in nobis multum errorem ac interitum spectasset; nec habere nos ullam spem salutis, nisi eam, quæ ab ipso. Vocavit enim nos, qui non eramus, et voluit, a nihilo esse nos.* Hic aperte tradit Clemens, quod Augustinus postea frequens docuit, vocatos nos a Deo, cum nulla in nobis merita, imo et multa demerita conspexisset.

*Miseria hominis ante incarnationem.* — Verba hæc mirifice ostendunt maximam hominis miseriam ante incarnationem, extremamque, qua detinebatur, necessitatem medicinalis gratiæ Salvatoris (5); tradit etiam paulo inferius, gentiles ante incarnationem Jesu Christi ita mente captos fuisse, ut adorarent *lapides, lignum, aurum, argentum, atque æs, opera hominum;* insuper quod *tota* eorum *vita nil aliud erat quam mors : et tenebris, et caligine obvolvebantur;* quod Ecclesia paucis constabat fidelibus, ac populo circumdabatur ingrato, et beneficiorum Dei immemori. Quæ quidem de idolorum cultoribus intelligenda sunt; quippe ante incarnationem ad Ecclesiam non spectabant, et Deum ignorabant. *Quod dixit* (Scriptura), ait Pater iste (6), *lætare, quæ non paris, nos dixit : Sterilis quippe erat Ecclesia nostra, antequam dati essent liberi.* Igitur inferri nequit, ante incarnationem neminem justum adfuisse. *Sic et Christus*, egregie concludit ipse, *voluit servare pereuntia, et multos servavit, dum venit, dumque nos jam pereuntes vocavit* (7).

Animadvertere hic oportet cum nostro pio auctore, debere nos veros, germanosque grati animi sensus erga Salvatorem enutrire. *Confitebimur autem illum faciendo, quæ dicit, et mandata illius non spernendo; nec solum labiis eum honorando, sed ex toto corde, ex tota mente. Non modo igitur*, ait sanctus hic pontifex (8), *ipsum vocemus Dominum, id enim non salvabit nos; sed in operibus ipsum confiteamur; in diligendo alii alios, in non adulterando,*

(99) Notandum hic obiter gravissimo in errore versari Photium, dum asserere non erubescit, in sancto Clemente nihil adinveniri ad Salvatoris divinitatem comprobandam. Ita sane nunquam locutus fuisset, si verba attendisset, modo a nobis allata, in quibus sanctus Pontifex tanquam certum ratumque constituit, in Jesu Christo una simul cum humanitate divinitatem inhabitare.

(100) Epistola 2, cap. 1.

(1) Ibid., cap. 9.

(2) Hoc est, cum esset Deus. Spiritus enim vocabulum sæpe apud antiquos divinam naturam sonare præfatione generali in novissimam operum S. Hilarii Pictav. editionem num. 62 et 63 pluribus exemplis demonstratum est a Coutantio nostro; unde illud Augustini epist. 140, n. 11, ad Clementis mentem magis accommodatum exscribimus : *Verbum caro factum est, et habitavit in nobis; reddite vicem, et efficimini Spiritus et habitate in illo :* quasi diceret, *Verbum* cum esset spiritus, seu Deus, *caro factum est*, naturam suscipiendo humanam; *reddite vicem*, et qui caro estis, *efficimini* quodam modo *Spiritus* ac Deus, naturam induendo divinam, *et habitate in Deo.*

(3) *Salutare nostrum invenimus Jesum Christum, Pontificem oblationum nostrarum, infirmitatis nostræ patronum et auxiliatorem.* Epist. 1 Clem., cap. 36.

(4) Lib. III *Hist. eccles.*, cap. 38.

(5) Epist. 2, cap. 1.

(6) Epist. 2, cap. 2.

(7) Clem. Rom., ep. 2, cap. 2.

(8) Idem, *ibid.*, cap. 3.

Digitized by Google

*neque obtrectando invizem, neque æmulando; sed videndo in continentia, misericordia, et bonitate*, etc. (9) *Hæc agendo acceptorum beneficiorum memores erimus vere, sicuti Christianos decet.*

*Jesus Christus non fuit homo phantasticus, sed verus, quamvis non purus.* — In prima sua epistola sanctus Clemens Jesu Christo carnem, sanguinem, et animam manifeste attribuit. *In charitate*, inquit (10), *assumpsit nos Dominus Deus noster ex voluntate Dei, sanguinem suum pro nobis tradidit, et carnem pro carne nostra, et animam pro animabus nostris.*

*Christus pro omnibus mortuus.* — Sanguinem Christi pro totius mundi salute effusum esse, quin ab hac gratia mortalium ullus excipiatur, sanctus hic pontifex diserte affirmat (11): *Fixis oculis, respiciamus in sanguinem Christi, cernamusque, quam pretiosus sit ejus sanguis, qui propter nostram salutem effusus toti mundo pœnitentiæ gratiam attulit.*

*Jesus Christus judex vivorum et mortuorum. Æternitas suppliciorum et præmiorum. Meritum et necessitas bonarum actionum.* — Sanctus Clemens Jesum Christum appellat quoque *judicem vivorum et mortuorum* (12), item pœnarum æternitatem clarissimo testimonio affirmat, dum ad Corinthios scribit (13) : *Facientes enim Christi voluntatem, requiem inveniemus. Sin minus : nihil nos ab æterno supplicio eripiet, si mandata illius contemnamus ;... quid vobis videtur? qui incorruptionis certamen corruperit, quid patietur? De iis enim, qui sigillum non servaverunt*, ait : *Vermis eorum non exstinguetur* [21]. *Itaque fratres mei*, alibi scribit (14), *omnino ne vacillemus, sed sperantes sustineamus, ut et mercedem reportemus. Fidelis enim est, qui pollicitus est, se unicuique retributurum operum retributiones. Si ergo fecerimus justitiam coram Deo, in regnum ingrediemur, et accipiemus promissiones, quas « auris non audivit, nec oculus vidit, quæque in cor hominis non ascenderunt* [22]. »

Verba faciens sanctus Clemens de gratiis quas veteres patriarchæ consecuti sunt, aperte docet, has omnes Deum gratis largitum fuisse, et horum virorum meritis, ac bonis operibus tribui non posse. *Ii ergo omnes*, ait ille (15), *gloriam et amplitudinem consecuti sunt, non per se ipsos, aut opera sua, aut justas actiones, quas fecerunt, sed per voluntatem ejus.* Ex quibus præmissis hanc infert illationem (16) : *Et nos igitur ex voluntate illius*, scil. Dei, *in Christo Jesu vocati, non per nosmetipsos justi efficimur; neque per sapientiam nostram, aut intelligentiam, aut pietatem, aut opera, quæ in cordis sanctitate operati sumus; sed per fidem, per* A *quam omnes, qui unquam justi fuerunt, justificavit.* Sanctus Pater tradit hic conjunctim egregias tres veritates; primo nostram vocationem ad fidem esse gratuitam ex parte Dei, cum sit effectus bonæ voluntatis suæ, ac misericordiæ erga nos : Καὶ ἡμεῖς οὖν διὰ θελήματος αὐτοῦ κληθέντες.

Secundo omnes conatus humanos, et ipsa etiam pietatis opera, si in se ipsis spectentur, et sejuncta a fide, per quam vivificantur, nequaquam sufficere ad justificationem promerendam : Οὐ δι' ἑαυτῶν δικαιούμεθα, οὐδὲ διὰ τῆς ἡμετέρας σοφίας, ἢ συνέσεως, ἢ εὐσεβείας, ἢ ἔργων ὧν κατειργασάμεθα ἐν ὁσιότητι καρδίας.

Tertio per fidem nos justos effici, et fidem hanc omni tempore ad salutem necessariam fuisse; B quippe per hanc Deus justificavit cunctos qui unquam justi fuerunt : Ἀλλὰ διὰ τῆς πίστεως, δι' ἧς πάντας τοὺς ἀπ' αἰῶνος ὁ παντοκράτωρ Θεὸς ἐδικαίωσεν.

Fatendum nihilominus est, in allato textu nonnulla verba haberi, quæ possent lectorem morari, nisi perfecte calleat vera sancti Clementis principia. Hæc autem verba haud ita perspicua sunt, quæ sequuntur : *Opera, quæ in cordis sanctitate* (ἐν ὁσιότητι τῆς καρδίας) *operati sumus!* Ex quibus inferre quis potest, sanctum hunc pontificem rejicere meritum bonorum operum. Immerito autem hanc illationem quis inferret ; et hoc esset recedere a mente sancti Pontificis, qui non in uno loco et meritum et necessitatem bonorum operum fatetur. C *Quid igitur faciemus, fratres?* sanctus ait ille post allata superius verba (17); *cessabimus a bonis operibus, et charitatem derelinquemus? Neutiquam hoc a nobis fieri permittat Dominus; sed cum diligentia et alacritate festinemus omne opus perficere..... videamus, quod in bonis operibus ornati fuerint omnes justi. Et ipse ergo Dominus, cum se operibus decoraset, gavisus est. Habentes itaque hoc exemplar, impigre ad voluntatem ejus accedamus; ex totis viribus nostris operemur opus justitiæ.* Et paucis interjectis, sic concludit (18) : *Oportet ergo nos* ad bonum faciendum *prompto animo esse : ex hoc enim omnia constant.* Sufficiant hæc, ut omnibus innotescat, quid sanctus Clemens senserit de merito et necessitate bonorum operum. Cæterum quando dicit, D nos per bona opera non venire ad justificationem, id unice intendit, bona pietatis opera in se ipsis accepta, et fidei spiritu destituta, sicuti superius diximus, operari non posse nostram justificationem, et ex sola fide, qua opera nostra vivificantur, effectum hunc posse exspectari. Hoc pacto sanctus Pontifex satis superque comprobat excellentiam, et efficaciam fidei Christianæ.

[21] Isai. LXVI. 24. [22] Isai. LXIV, 4; et I Cor. II, 9.

(9) Clem. Rom., epist. 2, cap. 4.
(10) Idem, ep. 1, cap. 49.
(11) Idem, *ibid.*, cap. 7.
(12) Epist. 2, cap. 1.
(13) Ibid., cap. 6 et 7.
(14) Epist. 2, cap. 11.
(15) Epist. 1, cap. 32.
(16) Ibid.
(17) Ibid., cap. 33.
(18) Ibid., cap. 34.

Digitized by Google

§ III. *De resurrectione.*

***Resurrectio carnis.*** — De resurrectione corporum expressis terminis loquitur sanctus Clemens. Ut possimus facile veritati huic fidem præstare, utitur sanctus hic pontifex in epistola prima aliquibus similitudinibus, quæ humiles sunt, et minus peritorum captum non superant. Primo id probat ex ipsa resurrectione Salvatoris, ac dicit Jesum Christum ostendisse nobis in sua resurrectione primitias resurrectionis nostræ. Secundo probat hoc ducta paritate a nocte et die sibi invicem succedentibus (19); tertio ex quotidiana experientia, qua conspicimus arida, et nuda semina in terram jacta, magna providentiæ Domini virtute exsurgere, ac fructum proferre.

***Fabulosa historia phœnicis.***—Quarto ex fabulosa historia phœnicis (20). In orientalibus locis, scilicet in Arabia, tradit sanctus Clemens, est avis ista, quæ vocatur phœnix, quæ singularis et unigena existens annos vivit quingentos. Cum jam morte dissolvenda est, loculum sibi conficit e thure, myrrha et reliquis aromatibus, quem loculum completo tempore ingreditur et obit. Ex carne ejus putrefacta vermis nascitur quidam, qui animalis defuncti humore nutritus plumescit, et alia phœnix omnium oculis apparet. Nonnullas alias miras circumstantias recitat de phœnice sanctus Clemens, quæ sicuti modo allatæ commentitiæ sunt. Erravit ergo Pontifex, dum hujusmodi historiæ plenam fidem adhibuit; cæterum erravit cum plerisque spectatissimis auctoribus vetustis, Christianis æque ac gentilibus (21).

Quinto tandem sanctus Pontifex probat resurrectionem mortuorum iis Scripturæ locis, in quibus sermo est de hac veritate, iisque utitur aptissime ad fidem et spem super hunc articulum in nobis excitandum. *Deus, qui ne mentiamur præcepit*, egregie ait ille (22), *multo magis non mentitur. Nihil quippe Deo impossibile, præterquam mentiri. Exsuscitetur itaque in nobis fides ejus*, concludit ipse, *et cogitemus quod omnia ipsi propinqua sint. In verbo magnificentiæ suæ constituit omnia, et in verbo potest illa evertere. Cum voluit, atque ut voluit, omnia condidit* (23): *neque quidquam ab eo decretum præteribit : universa coram ipso sunt, nihilque consilium ejus latet.* Hac doctrina, veritas de qua agimus, mea opinione evidentissime comprobata est. Impossibile est hujus argumenti vim non sentire; Deus in Scripturis suis corporum resurrectionem spondet; sed Deus mentiri nequit, quia ipse Veritas est ex una parte; ex altera vero omnipotens est, ut quæ promisit, adimpleat : ergo absque ulla controversia corpora nostra resurgent. Argumentum hoc, dicam iterum, cujusque increduli pervicaciam expugnat.

***In propria carne mortui resurgent.***—In secunda vero (24) epistola expresse asserit, quod in propria carne nostra resurgemus, proprio nostro corpore bonorum operum mercedem recipiemus. *Nos in hac carne*, ἐν ταύτῃ τῇ σαρκί, *mercedem recipiemus.* Summa in parvo hoc textu præcisio reperitur, et nulli tergiversationi locus remanet.

§ IV. *De hierarchia ecclesiastica.*

Plurima haud levis momenti tradit vetustus hic Pater circa ecclesiasticum ordinem. Primo vult omnia in Ecclesia ordinate fieri. *Cuncta*, inquit ille (25), *ordine debemus facere, quæ nos Dominus jussit peragere : statutis temporibus oblationes et officia perfici, neque temere vel inordinate fieri præcepit, sed præfinitis temporibus et horis : ubi etiam et a quibus celebrari vult, ipse sua excellentissima voluntate definivit, ut pure et sancte omnia facta in beneplacito, accepta essent voluntati ejus.* Semper igitur in Ecclesia pro celebratione divini sacrificii assignata fuerunt loca, tempora ac personæ.

Magis autem instat, quoad ecclesiasticam subordinationem : *Summo* quippe *sacerdoti*, ait ille (26), *sua munia tributa sunt, et sacerdotibus locus proprius assignatus est, et levitis sua ministeria incumbunt; homo laicus*, λαϊκὸς ἄνθρωπος, *præceptis laicis constringitur.* Ex quibus concludit (27) : *Unusquisque vestrum, fratres, in statu suo gratias Deo habeat, in bona conscientia degens, non transgrediens præscriptam muneris sui regulam, in honestate. Consideremus eos*, habet ipse alibi (28). *qui sub ducibus nostris merent, quam ordinate, quam strenue, quam submisse imperata exsequantur. Non omnes sunt præfecti, neque tribuni, neque centuriones, neque quinquaginta militum præfecti, neque consequentium graduum; sed unusquisque in suo ordine ab imperatore et ducibus mandata peragit.* Hinc conjicimus qualis esset primis Ecclesiæ temporibus subordinatio, in ministerio et ecclesiasticis dignitatibus; episcopi scilicet eminebant super simplices sacerdotes, sacerdotes vero super diaconos, et generatim clerici super laicos.

***Missio apostolorum et episcoporum, qui in illorum locum suffecti sunt.*** — Quoniam de ecclesiastico ordine loquimur, id in medium afferre possumus, quod docet sanctus Clemens circa missionem apo-

(19) *Dies et nox nobis resurrectionem declarant : cubat nox? exsurgit dies; dies abit? nox advenit. Videamus fruges : seminatio grani quomodo fiat. Exiit seminator, et jecit semen in terram, jactisque seminibus, quæ arida et nuda ceciderunt in terram, dissolvuntur; deinde ea ex dissolutione, magna Domini providentiæ potestas resuscitat; atque ex uno fructum pluribus auctum profert.* Epist. 1, cap. 24.

(20) Ibid., cap. 25.

(21) Tillemont, tom. II, *Mémoires pour servir à l'Histoire ecclés*, pag. 117, observat, S. Cyrillum Hierosolymitanum inter cæteros hoc usum fuisse divi Clementis loco; absque eo, quod illum erroris insimulet : quod quidem peregit in sua Cathes. 18.

(22) Epist. 1 Clement. cap. 27.

(23) *Quando vult et quomodo vult, omnia faciet.*

(24) Epist. 2, cap. 9.

(25) Epist. 1, cap. 40.

(26) Ibid.

(27) Ibid., cap. 41.

(28) Ibid., cap. 37.

Digitized by Google

stolorum et episcoporum, qui ipsos sunt subsecuti. Dicit ergo *quod apostoli nobis evangelizaverant a Domino Jesu Christo missi, et Jesus Christus a Deo missus; ideoque est missus Jesus Christus a Deo, et apostoli a Christo; utraque autem missio facta est ordinatim ex voluntate Dei.* Insuper quod *apostoli acceptis mandatis, et certo persuasi per resurrectionem Domini nostri Jesu Christi, et in fide confirmati per verbum Dei, cum sancti Spiritus plenitudine ac securitate egressi sunt, annuntiantes adventurum esse regnum Dei : prædicantes igitur*, tandem concludit, *per regiones et urbes, primitias earum spiritu cum probassent, in episcopos et diaconos eorum qui crediturі erant, constituerunt. Neque hoc novum*, addit sanctus pontifex : *a multis enim temporibus de episcopis et diaconis scriptum fuerat; sic enim alicubi dicit Scriptura : Constituam episcopos eorum in justitia et diaconos eorum in fide* (29). Ex Isaiæ cap. LX, versu 17, videtur textus iste excerptus, ubi quid simile legitur ; alii autem illum ex aliquo apocrypho libro exscriptum putant.

Paucis interjectis de injustis bonorum pastorum depositionibus addit sanctus Pontifex, *quod apostoli cognoscentes per Dominum nostrum Jesum Christum, quod temporis decursu esset contentio de nomine episcopatus; ob eam causam accepta perfecta cognitione successores sibi constituerunt, et deinceps futuræ successionis regulam tradiderunt* (30) *ut cum illi decessissent, ministerium eorum ac munus alii viri probati exciperent* (31). *Constitutos itaque ab illis* (prosequitur sanctus Pontifex) *vel deinceps ab aliis viris eximiis, consentiente ac comprobante universa Ecclesia; qui inculpate ovili Christi ministraverunt cum humilitate, quiete, nec illiberaliter, quique longo tempore ab omnibus testimonium præclarum reportarunt, hos putamus officio injuste dejici : neque enim leve erit peccatum, si eos qui citra querelam et sancte offerunt dona, episcopatu privaverimus.* Habes modo quæ in sancto Clemente memoratu mihi visa fuerunt digna, quoad ordinem sive ecclesiasticam hierarchiam.

*Instructio adversus schismaticos.* — Antequam ad morum veritates, quas tradit sanctus Clemens, gradum faciamus, nonnulla, quæ schisma respiciunt, sunt hic asserenda. *Utquid*, scribit ille ad Corinthios [25], *inter nos sunt contentiones, iræ, dissensiones, schismata et bellum? nonne unum Deum habemus et unum Christum? atque unus est Spiritus gratiæ, qui effusus est super nos* (en explicita confessio SS. Trinitatis, et trium in una natura distinctarum Personarum fides) *et una vocatio in Christo? cur diducimus et distrahimus membra Christi, et contra proprium corpus seditionem facimus, eoque vesaniæ devenimus, ut alios aliorum membra esse obliviscamur? Recordamini verborum Domini nostri Jesu; dixit enim : « Væ homini illi per quem scandalum venit [26] ! bonum erat ei, si natus non fuisset [27], quam ut unum ex electis meis scandalizaret : melius erat ut ei mola circumponeretur et in mare demergeretur, quam ut unum de pusillis meis scandalizaret [27]. » Schisma vestrum multos pervertit; multos in animi dejectionem, omnes nos in tristitiam conjecit* (32). *Turpia sunt, dilecti*, prosequitur sanctus Clemens, *ac valde turpia, et Christiana conversatione indigna, audiri firmissimam et antiquam Corinthiorum Ecclesiam propter unum aut alterum hominem contra presbyteros seditionem movere. Atque is rumor non tantum ad nos pervenit, sed ad eos quoque qui a nobis alieni sunt animo et sententia, adeo ut propter vestram insipientiam etiam blasphemiæ et convicia nomini Domini inferantur. « Vobis autem periculum creatur, occasionem hisce blasphemiis præbendo. »* Hæc est imago quam de schismate, et de malis quæ inde consequuntur, sanctus iste pontifex depingit. Videamus modo quænam remedia Corinthiis præscribat ut a spirituali hac contagione liberentur.

*Remedia contra schisma.* Hortatur illos, ut *Domino accidant et plangant, orantes eum, ut propitius factus reconcilietur illis, atque in decoram et castam fraterni amoris viam illos reducat* (33). Vult igitur *ut humiles se ipsos præbeant non solum Deo, sed et toti terrarum orbi, ut publicam utilitatem peculiaribus eorum commodis præferant, ac charitatem diligant*, divinam scilicet virtutem illam, quæ essentialiter est inimica schismati. *Vos igitur*, dicit insuper, *qui seditionis fundamenta jecistis, subditi estote presbyteris, et in pœnitentiam corrigimini, flectentes genua cordis vestri; discite subjici, deponentes arrogantem et superbam linguæ vestræ jactantiam; melius siquidem vobis est, in ovili Christi parvos, et probatos inveniri, quam altum sapientes e spe illius dejici.* Utinam gravis hæc veritas vim haberet super illorum animum, qui se ab Ecclesia separant! Cæterum ex hisce eruitur, schismaticos ab Ecclesiæ corpore esse divisos, omni adempta salutis spe, quandiu in damnabili hac divisione perstiterint.

### § V. *De pœnitentia atque observatione mandatorum. De confessione peccatorum ac eorumdem remissione.*

Pœnitentiæ agendæ et confessionis peccatorum faciendæ quoque mentionem habet D. Clemens, non uno quidem, sed pluribus locis, potissimum autem numeris 51 et 52 ep. 1 (34), hancque confessionem Dominum Deum exigere probat ex adductis quibus-

[25] I Cor. XII, 20. [26] Matth. XVIII, 7. [27] Matth. XXVI, 24. [27] Luc. XVII, 2.

(29) Ibid., cap. 42.

(30) Ibid., cap. 44.

(31) Videtur hic S. Clemens innuere ab apostolis ipsis traditam fuisse eam successionis in episcopatu normam, quæ prioribus sæculis servabatur, ut scilicet per clerum fieret electio præsentibus ejusdem provinciæ episcopis, qui, populo consentiente, illam confirmarent, et electum metropolitanus consecraret. Id tamen non officit, quo minus lapsu temporum mutari hæc norma potuerit : cum ea quæ ad disciplinam Ecclesiæ pertinent, citra fidei periculum mutationi obnoxia esse satis constet.

(32) Clem. Rom., ep. 1, cap. 43.

(33) Epist. 1, cap. 37.

(34) *Quotquot igitur per quemdam adversarii illapsum deliquimus, veniam postulemus; illi vero qui*

Digitized by Google

dam sacræ Scripturæ locis : correptionem quoque aut potius correctionem fraternam a ministris Ecclesiæ suscipiendam docet. Ast nonne idem etiam docet concilium Tridentinum sessione 14, cap. 5 et canone 6?

Confessionem autem faciendam esse presbyteris ex Clementis epistolæ capite 57 constat, ubi ait : *Subditi estote presbyteris, et correptionem suscipite in pœnitentiam; flectentes genua cordis vestri, discite subjici, deponentes arrogantem et superbam linguæ vestræ jactantiam....*

Tradit quoque universalem esse peccatorum remissionem, et nullum esse peccatum, quod post seriam pœnitentiam per Christi meritum non remittatur (35).

Alibi etiam docet (36) ad justificationem nostram ac remissionem peccatorum nostrorum non fidem tantum, sed et charitatem requiri.

Multis insuper sanctus Clemens declarat præcepta Dei omnia et nos posse servare, et a nobis necessario servanda esse. *Cum diligentia et alacritate*, ait ipse (37), *festinemus omne opus bonum perficere..... Ex totis viribus operemur opus justitiæ.*

§ VI. *De auctoritate Ecclesiæ Romanæ.*

De dogmate quidem catholico, quod ex præscripto concilii Tridentini etiam publice profitemur : sanctam nimirum catholicam et apostolicam Ecclesiam Romanam esse omnium Ecclesiarum matrem et magistram, in epistola sua nullibi explicitam mentionem facit divus Clemens. Verum si potissimum scopum, aliaque hujus epistolæ accidentia rite perpendamus, sat clare præfatum dogma inde colligitur, deduxitque vir clarissimus Pater Conradus Ebert Benedictinus sacrosanctæ theologiæ professor Fuldensis in hunc fere modum. En ipsius verba : « Enimvero si perscrutemur, quinam illi fuerint, qui vel litteris ante datis, vel ut saltem probabilissimum videtur, legatione missa a Romana Ecclesia post ortas inter se contentionis turbas auxilium petierunt, si tempus, quo, si, ad quos confugerit Ecclesia Corinthiorum, si ea, quæ post scriptam hanc epistolam evenerint, rite examinemus, plura certe occurrent, quæ celeberrimum hoc Ecclesiæ catholicæ dogma quam maxime illustrant et confirmant.

« Ecclesia Corinthia a celeberrimo gentium Apostolo fundata, ad quam rite instituendam idem D. Paulus binas dederat Epistolas afflante Spiritu divino scriptas, quæ eodem fere tempore fidem Christi ab apostolis edocta fuerat, quo Ecclesia Romana; aut quæ majori forte gloriari poterat antiquitate; in qua adeo divites et nobiles versabantur Christiani, ut suas eleemosynas exteris quoque Ecclesiis transmitterent; Ecclesia, inquam, Corinthia, orta quadam seditione, ad Ecclesiam Romanam confugit, et ab ea auxilium petit.

« Advertamus pariter ad tempus, quo seditio hæc in Ecclesia Corinthia orta est, nempe, quo Ecclesia Romana sat gravem exantlabat persecutionem; quo quidem adhuc vivebant apostoli; discipuli vero Christi et apostolorum quamplurimi, viri autem apostolico spiritu ducti vere innumeri; quo in Asia multo magis, ut saltem ominari licet, vigebat Christiana religio, ac in ipsa urbe Romana, ubi superstitio gentilis fere omnis sua templa, suos cultores habebat; quo Ecclesiæ columnæ, divi nempe apostoli Petrus et Paulus jam defuncti erant, quo autem vivebat adhuc, ut ex Eusebio discimus, dilectus Christi discipulus divus apostolus et evangelista Joannes, vel in insula Patmos, vel Ephesi degens.

*De Ecclesia Romana.*—« Quinam porro erant Romani, ad quos Ecclesia Corinthia confugit? Nonne in ipsa Ecclesia Romana viventibus adhuc apostolis Petro et Paulo contentiones ortæ erant inter eos, qui ex Synagoga, et inter eos, qui ex gentibus ad Jesu Christi fidem vocati erant, ut Epistola divi Pauli ad Romanos sat clare docet. Nonne jam bina vice gravem persecutionem perpessa fuerat, aut adhuc tunc exantlabat Ecclesia Christianorum Romana? nonne nulla ei ab imperatoribus totius fere orbis dominis salus, nullum eidem a senatu, populoque Romano auxilium? nonne vel ipsi nobiliores Ecclesiæ Romanæ, vel in exsilium missi erant Christiani, aut in angulis delitescebant? ad hanc igitur Ecclesiam celeberrima Corinthiorum Ecclesia confugit.

« Et quæ demum eveniunt post obtentam a divo Clemente, nomine Ecclesiæ Romanæ, epistolam in Ecclesia Corinthiorum? cessat seditio, redit serenitas pacis, ut ex Irenæo discimus. Epistola hæc tanto applausu ibidem suscipitur, ut porro per plura

*seditionis ac dissensionis duces et principes fuerunt, debent communem spem contemplari..... Melius est homini confiteri de lapsibus et peccatis* (ἐξομολογεῖσθαι περὶ τῶν παραπτωμάτων) *quam indurare cor suum, prout induratum est cor eorum qui contra famulum Dei Moysen seditionem fecerunt....* Clemens, epist. 1, cap. 51 et capite 52, ait : *Nullius rei, fratres, indigus est Dominus omnium, nec quidquam desiderat, præterquam ut ei fiat confessio. Ait enim electus David : « Confitebor Domino, et placebit ei super vitulum novellum, cornua producentem et ungulas. Videant pauperes et lætentur. » Et iterum : « Immola Deo sacrificium laudis. Nam sacrificium Deo spiritus contribulatus. »*

(35) *Animam intendamus in sanguinem Christi, cernamusque quam pretiosus Deo sit ejus sanguis, qui propter nostram salutem effusus, toti mundo pœnitentiæ gratias obtulit. Recurramus ad omnes generationes, discamusque quod in generatione et generatione pœnitentiæ locum Dominus dedit volentibus ad ipsum converti,* capite 7 et capite 8. *Ministri divinæ gratiæ per Spiritum sanctum de pœnitentia locuti : ipseque omnium Dominus de pœnitentia locutus est cum juramento : « Vivo enim ego, dicit Dominus, nolo mortem peccatoris, sed ut convertatur. »*

(36) *Beati simus, dilecti, si præcepta Domini in charitatis concordia fecerimus, ut per charitatem remittantur nobis peccata, scriptum quippe est : « Beati quorum remissæ sunt iniquitates, et quorum tecta sunt peccata. »* Clemens, epistola 1, capite 50.

(37) Clemens, epistola 1, capite 34.



Digitized by Google

sæcula certo tempore in publicis conventibus Christianorum lecta fuerit, prout ex Dionysio Corinthio enarrat Eusebius, et suo adhuc tempore factum esse divus Hieronymus testatur : spectabant nempe Corinthii hanc epistolam tanquam fortissimum antidotum adversus futuras seditiones; deprehendebant plura in ea sacræ Scripturæ loca clarius exposita, et moribus emendandis feliciter adhibita : inveniebant apostolicas traditiones a celeberrimo apostolorum discipulo sibi conscriptas; legebant in eadem leges disciplinæ jam ab ævo apostolico introductas; atque sat clare ex eadem Romanæ Ecclesiæ supra cæteras colligebant principalitatem. Cur enim Ecclesia Corinthia ad Romanam confugit Ecclesiam; nisi in hac ipsa superius quoddam magisterium, aut eminentiorem quamdam auctoritatem agnovisset? Nonne aderant complures longe viciniores Ecclesiæ pariter ab apostolis fundatæ, ad quas confugere longe facilius potuisset, si agnovisset in eis æqualem omnino cum Romana auctoritatem? Nonne illo tempore, quo Ecclesia Corinthia ad Romanam confugit, ad imperii clavum sedebat Domitianus, persequens crudeliter Christianos, in urbe Romana potissimum dominans et Christianos ibidem exagitans, ut ex Eusebio discimus? Cur cum tanto periculo illuc legatos aut saltem epistolam mittit, nisi Ecclesiam Romanam, reliquarum magistram fuisset venerata? Nonne hoc ipso tempore florebant varii adhuc apostolici viri, et plures Christi et apostolorum discipuli? ad quos longe facilius potuisset accedere? cur ab hisce non potius auxilium petit? nisi vel hi ipsi a Romana Ecclesia quamdam dependentiam fuissent professi; nonne ille ipse, in quem fundaverat suam Ecclesiam Salvator noster Jesus Christus, quoad personam suam jam defunctus erat cum divo Paulo zelosissimo gentium apostolo? et nihilominus ab eadem Ecclesia, in qua crudeli persecutione vitam posuerant ambo apostoli, subsidium et instructionem tempore seditionis et contentionis inter ipsos Christianos exortæ petit Ecclesia Corinthia! et cur illud, nisi in ipsa Ecclesia Romana potestatem divi Petri adhuc tum vigere novisset? et demum, unde, quæso, tantus huic epistolæ Clementis, aut Romanorum effectus, ut in Ecclesia Corinthia contentiones cessent, seditionis ignis exstinguatur, pax redeat? cur divi Clementis epistola tanta veneratione suscipitur, ut quantocius cuncti eidem obediant? cur tanta eidem tribuitur reverentia, ut post plura sæcula eam in conventibus publicis legant, nisi divum Clementem ceu sancti Petri apostolorum Principis successorem fuissent venerati, nisi præ reliquis etiam sanctissimis viris majorem quamdam auctoritatem eidem tribuissent? Hoc ipso sane tempore, ut ex Eusebio discimus, vivebat adhuc Ephesi divus Joannes apostolus et evangelista, dilectus Christi discipulus, qui (ut phrasi Ecclesiæ loquar) *fluenta Evangelii de ipso sacro Dominici pectoris fonte potavit*, qui porro testante divo Hieronymo (38) totas Asiæ fundavit, rexitque Ecclesias : Romæ autem jam martyrio affectos esse divos apostolos Petrum et Paulum, id certe Ecclesiam Corinthiam minime latebat. Et nihilominus non legationem ad divum Joannem, sed ad Ecclesiam Romanam et ad ejusdem Præsulem destinant Corinthii. Quis ex hoc non colligat, Corinthios divum Clementem ceu totius Ecclesiæ caput, et omnium Christianorum patrem et doctorem fuisse veneratos? et per hanc ipsam in re ardua cessionem ac obedientiam, ubi zelus invidiæ jam exarserat ante, fuisse confessos, quod ipsi divo *Clementi in beato Petro pascendi, et regendi* (quod spiritualia attinet) *et gubernandi universalem Ecclesiam plena potestas sit tradita?* » Hactenus clarissimus Fuldensis theologus.

## ARTICULUS II.

### OBSERVATIONES MORALES.

### § I. *De humilitate, et charitate, vitioque eidem opposito, æmulatione.*

*Humilitas. Exemplum humilitatis in sancta Persona Salvatoris.* — Quoad moralem sancti Clementis doctrinam, en pulchriora loca, quæ ex duabus epistolis excerpta eam respiciunt. Loquitur primo de humilitate Christiana, ejusque praxim sanctus hic pontifex fidelibus commendat; exhibet exemplum ipsiusmet Jesu Christi, de quo hæc habet (39) : *Sceptrum majestatis Dei, Dominus noster Jesus Christus, non venit in jactantia arrogantiæ, neque superbiæ, cum potens sit ; sed in humilitate, quemadmodum Spiritus sanctus de ipso locutus est.* Deinceps post adducta illa prophetæ Isaiæ loca, in quibus de tormentis et abjectionibus Salvatoris est sermo, ita concludit, ad Corinthios sermonem convertens : *Cernitis, viri chari, quod exemplar nobis datum sit? nam si Dominus adeo humiliter se gessit, quid faciemus nos, qui sub jugum gratiæ ejus per ipsum venimus?*

*Alia exempla humilitatis in patriarchis et prophetis.* — Post divinum hoc humilitatis, abjectionisque exemplar, sanctus Pontifex nobis ob oculos ponit perfectam humilitatem sanctorum prophetarum Eliæ, Elisæi et Ezechielis. Abrahæ humilitatem commendat (40) in istis ejusdem patriarchæ verbis : *Ego autem sum terra et cinis* [38]; humilitatem Job in verissima hac, quam tradit, veritate : *Nemo mundus a sorde, et si unius diei sit vita ejus* [39]; humilitatem Moysis in aversione, quam Deo testatus est, a sumendo regimine populi Israelitici [40]: humilitatem Davidis, quæ maxime in psalmo L reperitur, ubi verus hic pœnitens humilitatem cordis sui manifestat (41).

[38] Gen. XVIII, 27. [39] Job XIV, 4. [40] Exod. III, 11.

(38) D. Hieronym. *De script. eccles.* in Catalogo.
(39) Epist. 1, cap. 16.
(40) Ibid., cap. 17.
(41) Ep. 1, cap. 18.

Digitized by Google

*Pulchræ sententiæ de humilitate.* — Splendidissimis hisce humilitatis Christianæ exemplis adjungit sanctus Clemens nonnullas breves sententias circa hanc eamdem virtutem. *Laus nostra*, inquit, *in Deo sit, et non a nobis ipsis* (42). *Etenim*, addit ipse, *Deus odit eos qui semetipsos prædicant. Testimonium omni operis nostri ab aliis tribuatur nobis, sicuti exhibitum est Patribus nostris. Temeritas, arrogantia et audacia, maledictis a Deo; moderatio autem et humilitas et mansuetudo apud illos, qui a Deo benedicti sunt . . . Unusquisque*, habet alibi (43), *proximo suo subjiciatur . . . humilis non sibi testimonium ferat, sed sinat, ut alter ipsi perhibeat testimonium : qui carne castus est, ne insolescat, sciens alium esse, qui ei continentiam donat. Reputemus ergo, fratres, ex qua materia creati simus; qui, et quales in mundum ingressi simus, tanquam e sepulcro et tenebris; auctor et opifex noster in mundum suum nos introduxit, præparatis, antequam nasceremur, beneficiis suis. Sit aliquis fidelis, sit potens in enarranda cognitione . . . tanto humilior esse debet, quo major esse videtur* (44); *quia*, ut alio loco dicit (45), *quo majori cognitione digni summus habiti, eo periculo graviori obnoxii sumus.*

*De charitate. Characteres charitatis.* — Quod de charitate docet sanctus Pontifex, et ad pietatem allicit, et omnem nostram promeretur attentionem. Divinæ hujus virtutis characteres sunt sequentes : *Charitas nos Deo agglutinat, « charitas operit multitudinem peccatorum* [31] *: charitas omnia tolerat* [32]*, » omnia æquo fert animo ; in charitate nihil sordidum, nihil superbum, videlicet moderationem in omnibus servat, charitas schisma non habet, charitas seditionem non concitat, charitas omnia facit in concordia : in charitate omnes Dei electi perfecti sunt. Sine charitate nihil acceptum est Deo* (46).

Pulcherrimo huic charitatis elogio, ejusdem virtutis exemplum addit sanctus Pontifex, illudque considerandum proponit in Moyse, qui olim suas ad Deum fudit preces, ut aut dimitteret peccatum populi sui, aut deleret eum de libro viventium [33]. *Quis ergo inter vos generosus?* concludit sanctus Clemens (47), *quis misericors? quis charitate plenus? dicat : Si propter me seditio orta est, et discordia, et schismata, discedo, abeo quocunque volueritis; et facio quæ a plebe mandantur; solum ovile Christi in pace degat, cum constitutis presbyteris.* Hæc sane est perfecta charitas, quæ nullo privatæ utilitatis studio ducitur; ejusque ductum secuti sunt nonnulli sancti episcopi, quando dissensiones, ac schismata eorum causa excitari deprehenderunt. Dicamus etiam, omnes ministros Domini idipsum in iisdem circumstantiis peragere debere; fidelibus enim præbere tenentur exempla charitatis, quæ purissima sit, et commoda non quærat. *Ne vereantur igitur id agendo necessaria amittere : Qui enim hoc fecerit...* peroptime ait sanctus Pontifex (48), *omnis locus eum suscipiet : Domini enim est terra, et plenitudo ejus.*

Ut ostendat sanctus Clemens, impossibile haudquaquam esse, quod superius docuit, exempla profert gentium, ac narrat, multos reges ac principes exstitisse ex gentibus, qui se ipsos morti tradiderunt, ut cives suo sanguine liberarent. Ait insuper (49) : *Multos inter nos cognovimus, qui seipsos in vincula conjecerunt, ut alios redimerent. Multi se ipsos in servitutem dederunt, et accepto pretio sui, alios cibarunt.* Egregia hæc perfectæ charitatis exempla præ oculis habeant Ecclesiæ ministri, ac attente considerent.

*De æmulatione. Effectus æmulationis.* — Tertius articulus quoad mores, quem in sancto Clemente observat cl. Marechal O. S. B., est circa invidiam, seu æmulationem. Demonstrat Corinthiis, quod, postquam huic passioni se toto animo dediderunt, procul absit justitia et pax : *Unusquisque timorem Dei deserit, et in fide illius cæcutit, nec in institutis præceptorum ejus ambulat, nec Christo decenter conversatur; sed unusquisque secundum pravas cupiditates suas incedit.* Deinde nonnulla ex Scripturis exempla affert, quibus morum depravationem omni tempore in hominibus inductam ostendit ex hoc vitio : *Quod propter æmulationem*, ait hic sanctus Pater (50), *fratricidium* [34] *commissum sit propter æmulationem Pater noster Jacob a facie fratris Esau aufugit* [35]*; æmulatio effecit, ut Joseph ad mortem usque persecutionem sustineret* [36] *et in servitutem addiceretur. Æmulatio Moysem a facie Pharaonis regis Ægypti fugere compulit cum popularem suum dicentem audiret : Quis te constituit principem et judicem super nos? nunquid tu vis me occidere, quemadmodum occidisti heri Ægyptium* [37] *? Propter æmulationem Aaron et Maria* [38] *extra castra segregati habitarunt. Æmulatio Dathan et Abiron* [39] *vivos ad inferos detrusit, quod cum Moyse Dei famulo seditione contenderent. Ob æmulationem David non tantum alienigenis invisus, sed etiam a Saul rege Israel* [40] *fuit vexatus. Sed ut vetera exempla relinquamus*, prosequitur sanctus Pontifex (51), *veniamus ad proximos athletas, et sæculi nostri generosa exempla pro-*

[31] Jac. v, 20; I Petr. iv, 8. [32] I Cor. xiii, 4. [33] Exod. xxxii, 32. [34] Gen. iv, 3-8. [35] Gen. xxvii, 41. [36] Gen. xxxvii. [37] Exod. ii, 14. [38] Num. xii, 4. [39] Num. xvi, 33. [40] I Reg. xviii, 8.

(42) Ep. 1, cap. 30.
(43) Ibid., cap. 38.
(44) Ibid., cap 48.
(45) Ibid., cap. 41.
(46) Ibid., cap. 49.
(47) Epist. 1, cap. 54.
(48) Id., *ibid.*
(49) Ibid., cap. 55.
(50) Ibid., cap. 4.
(51) Epist. 1, c. 5.

Digitized by Google

*ponamus. Propter æmulationem et invidiam, qui Ecclesiæ erant fideles et justissimæ columnæ, ad mortem usque acerbam persecutionem passi sunt. Ponamus nobis ante oculos sanctos apostolos. Propter æmulationem iniquam Petrus non unum aut alterum, sed plures labores sustulit, atque ita martyrium passus in debitum gloriæ locum ascendit. Propter æmulationem Paulus patientiæ præmium obtinuit, cum catenas septies portasset, vapulasset, lapidatus esset: præco factus in Oriente . . . totum mundum docens justitiam, et ad Occidentis terminum veniens, et sub principibus martyrium passus, ita e mundo migravit, atque in locum sanctum abiit, patientiæ magnum exemplar factus.* Locus iste attenta consideratione dignus est; primo enim expressum, et omni exceptione majus continet testimonium martyrii duorum principum apostolorum, SS. sc. Petri et Pauli. Secundo tradit, postremum hunc apostolum ad fines usque Occidentis migrasse; quibus verbis, ut animadvertit abbas Fleury, et post eum reverendissimus Ceillier, designari posset sancti hujus apostoli iter in Hispaniam. De hoc autem judicium apud criticos esto: id enim perpendere in finem nobis isto in opere propositum non tendit.

§ II. *De officiis Christianorum*, etc.

*De sæculo præsenti et futuro. Contemptus hujus sæculi, et amor futuri. Non possumus amborum esse amici.* — En aliqua loca in secunda epistola ad Corinthios, quæ ad mores pertinent. Auctor hic hortatur Corinthios, ut terrena omnia despiciant, et cœlestia solummodo concupiscant; validissima, quam affert, ratio, ut illos ad id peragendum moveat, est: *quia dum illa possidere concupiscimus* (terrena scilicet), *excidimus a via justa* (52); inde vero infert, quod *præsens sæculum et futurum sunt duo inimici;* quia *sæculum præsens prædicat adulterium, corruptelam, avaritiam et fraudem; futurum* vero *istis renuntiat. Porro hoc sæculum et futurum sunt duo inimici... Non ergo possumus*, concludit ipse, *amborum amici esse. Oportet autem, ut valedicentes illi, hoc utamur* (53). Veritas hæc satis firma est ac gravissima; et si probationibus indigeret, unum sufficeret in medium afferre Salvatoris oraculum: *Nemo potest duobus dominis servire* [61]. Quoad futurum sæculum auctor iste tradit id, quo deberemus vehementissime commoveri, scilicet, quod *non intrabimus in regnum Dei, nisi purum et immaculatum servaverimus nostrum baptisma*, hoc est, nisi nostram baptismi innocentiam servaverimus, aut nisi per pœnitentiam impetraverimus remissionem lethalium, quibus eam maculavimus: *Nos, nisi baptisma purum et immaculatum servaverimus, qua confidentia intrabimus in regiam Dei* (54)?

A terribili hac veritate, quæ evidenter probat necessitatem perseverandi in Christiana justitia, sumpta occasione stimulos nobis addit, ut certamen ineamus cum hostibus nostræ salutis. *Nos igitur certemus*, ait ille (55), *ut omnes coronam reportemus... et si non possumus omnes coronari, saltem prope coronam simus.* Postrema hæc verba maximam afferre debent consolationem iis haud satis firmis Christianis, qui perfectam nequeunt de vehementibus passionibus victoriam reportare, licet omni conatu in id tendant.

*Post hanc vitam nullum pœnitentiæ tempus.* — Ut autem efficacius ad hoc certamen nos moveat, tradit, quod Deus concedat nobis temporalis hujus vitæ tempus, ut pœnitentia ducamur. Quippe *postquam e mundo exivimus*, ait ipse (56), *non amplius possumus ibi confiteri, aut pœnitentiam adhuc agere.* Vult ergo, ut quandiu id nobis Deus tribuerit, totis viribus conemur nostri baptismi munditiem servare, aut maculas per peccata inductas detergere.

Christianorum officia sanctus Pontifex paucis complexus est omnia, dum ait Corinthiosque admonet (57), *ut Dominum Jesum Christum venerentur, præpositos revereantur, seniores honorent, juvenes doceant disciplinam timoris Dei: uxores suas ad id quod bonum est inducant; amabiles castitatis mores ostendant, simplicem ac sinceram mansuetudinis suæ voluntatem demonstrent, moderationem linguæ suæ silentio manifestam faciant; charitatem suam non secundum animi propensiones, sed omnibus Deum sancte timentibus æqualem præbeant. Liberi nostri disciplinæ Christi participes sint, discant quid humilitas apud Deum valeat, quid casta charitas apud Deum possit, quomodo timor ejus* (Domini) *bonus est ac magnus et servans omnes qui in ipso versantur in pura mente.*

## ARTICULUS III.

### DE ERRATIS VERIS VEL FALSIS S. CLEMENTIS.

*Quid Photius in divo Clemente reprehendat.* — Tria in priori ad Corinthios epistola Photius (58) reprehendit. Primum, quod auctor mundos alios ultra oceanum esse existimare videatur. Deinde quod ad corporum resurrectionem probandam phœnicis comparatione utatur, quasi avis illa revera existeret, et ea, quæ de illa feruntur, vera omnino forent. Postremo, quod, ubi de Jesu Christo agit,

[61] Matth. VI, 24.

(52) Epist. 2, cap. 5.
(53) Ibid., cap. 6.
(54) Ibid.
(55) Ibid., cap. 7.
(56) S. Clem. Rom., ep. 2 ad Corinth., num. 8. Hinc prævertitur Origenis error, ejusque sequacium modernorum theistarum, quo, ut loquitur Justinianus, tom. V *Concil.* Lab. 666, omnium impiorum hominum et præterea dæmonum pœnam finem habituram esse, restitutumque iri tum impios homines tum dæmones in pristinum ordinem suum censuit. Hæc enim sine prævia pœnitentia admitti nequeunt. Rursumque dum numero sequenti docemur, nullum post hanc vitam superesse tempus, in quo sanari valeamus, illa in pristinum ordinem suum revertendi spes impiis prorsus aufertur.
(57) S. Clemens Rom., ep. 1 ad Cor., num. 21.
(58) Photius, codice CXXVI.

Digitized by Google

voces ejus tantum humanitatem designantes adhibeat, cum summum Pontificem et caput nostrum appellans; nihil vero eximium atque sublime habeat, quo ejus divinitas significetur. At secundam ac tertiam reprehensionem jam superius diluimus (59); ad primam vero respondet Cl. V. Remi Ceillier (60), mundos illos, quos sanctus Clemens ultra oceanum esse ait, antipodas esse, quos revera existere omnes hodie fatentur; qua de re Photii ætate fortassis non liquebat (61). Quia tamen remotas ac prius incognitas mundi partes, puta Britannicas Insulas, Julio Cæsari, Virgilio, aliisque a Cotelerio relatis, *novos orbes* nuncupare solemne est, ambigere licet num Clemens Romanus Pontifex de remotis mundi partibus ultra oceanum, non tamen in adversa nobis parte sitis loquatur. Viderit etiam quisque, num subscribendum putet Origeni (62) atque divo Hieronymo (63) qui plures mundos a divo Clemente hic asseri arbitrantur. Mihi vero longe probabilissimum videtur, cognitas orbis partes, quæ prius latebant, extra oceanum *mundos* ab eo appellari, eamque locutionem antiquis usitatam fuisse Julii Cæsaris, Virgilii, Senecæ aliorumve testimonia a viro doctissimo Joanne Baptista Cotelerio (64) relata probant.

*Num S. Clemens hierarchiam ex episcopis, presbyteris, ac ministris constantem crediderit?* — Fuere nonnulli critici, qui ex epistola priori sancti Pontificis nostri conficere putant, duos tantum in clero ordines, episcopos scilicet et diaconos a Clemente agnosci; quia ait ab apostolis episcopos et diaconos ordinatos fuisse, nulla de presbyteris adjecta mentione (65). Sed pluribus revincit eos v. cl. Cotelerius. Superius quippe numero 40, præter sacerdotes et levitas summum sacerdotem prædicat (66), et inferius numero 44, cum Corinthiis expostulat, quod dejecti ab iis sint presbyteri, quos apostoli aliive eximii viri ordinassent (67), forte etiam episcopos tantum ac diaconos hic recenset, propter Isaiæ locum mox ab eo citatum, in quo episcopi et diaconi nominatim memorantur (68). Accedit quod numero 21 epistolæ 1, aperte presbyteros ab episcopis discernat; ait enim: *Presbyteros nostros revereamur; seniores nostros honoremus.* Græce: Τοὺς προηγουμένους ἡμῶν αἰδεσθῶμεν, τοὺς πρεσβυτέρους ἡμῶν τιμήσωμεν. Quis autem ignorat, episcopos frequenter appellatos fuisse προηγουμένους? Vide Cl. Binghamum, *Originum eccles.* t. I, c. 2, § 5.

Illud certo constat, sanctum Clementem loca quædam laudare, quæ in Scriptura iisdem verbis non exstant; eorum tamen aliqua quoad sententiam ibidem leguntur. Sic verba hæc refert (69) quasi in Scripturis essent: *Miseri sunt, qui animo sunt duplices et incerti, qui dicunt: Hæc audivimus etiam a patribus nostris, et ecce consenuimus et nihil horum nobis accidit.* Eumdem locum altera quoque epistola recitat (70); licet nullibi in Bibliis ita legatur. Quod si loca plura variis Scripturæ libris (71) dispersa colligamus, sententiam eamdem deprehendemus. Alium etiam locum sanctus Clemens altera epistola recitat, quem Clemens Alexandrinus (72) ex Evangelio secundum Ægyptios acceptum esse, ait. Est autem hujusmodi: *Cum duo erunt unum, et quod foris ut quod intus, et masculum cum femina, neque mas neque femina* (73).

(59) Vid. cap. 2, art. 2, num. 11, et in analysi notam inferius positam. Quibus adde, quod si S. Clemens de Christi humanitate frequentius disserat, in eo apostolorum sectatur methodum, qui, ut est a S. Athanasio (Athanas. *De Dionysiis*, pag. 553) animadversum, sæpius de Servatoris humanitate quam divinitate agebant, idque propter hæreticos, qui primis illis temporibus Deum hominem factum esse negabant.

(60) *Histoire générale des auteurs eccl.*, tom. I, chap. 10, art. 3, § 4, n. 2.

(61) Plinius in libro sexto, cap. 65 testatur, ea de re insignem olim vulgus inter ac litteratos viros pugnam fuisse.

(62) Origenes, lib. II *Periarchon.*, cap. 3.

(63) D. Hieronym., *in Ephes. Ep.* cap. II, 2.

(64) Consule Cotelerii notas in caput 20 epistolæ 1 D. Clementis I Rom. pontif.

(65) *Prædicantes* (apostoli) *igitur per regiones et urbes, primitias earum spiritu cum probassent, in episcopos et diaconos eorum, qui crediturі erant, constituerunt.* Clem., ep. 1, n. 42.

(66) *Summo quippe sacerdoti sua munia tributa sunt: et sacerdotibus locus proprius præstitutus est: levitis quoque sua ministeria incumbunt: homo laicus præceptis laicis constringitur.* Idem, n. 40.

(67) *Non enim leve erit peccatum, si eos, qui citra querelam, et sancte offerunt dona, ab episcopatu removerimus. Beati presbyteri, qui viam prius emensi, fructuosam ac perfectam consecuti sunt dissolutionem.* Idem, n. 44. Notat in hunc Clementis locum v. cl. *Epp. Rom. pontif.* Coustantius: Dum paulo inferius præmittit Clemens, *si eos ab episcopatu removerimus*, ac deinde proxime subjicit, *Beati presbyteri*, etc. sibi non secus, atque Irenæo, presbyteri atque episcopi nomina synonyma esse, eaque ad eamdem rem enuntiandam, promiscue hoc loco usurpare se, indicat.

(68) *Neque hoc nove; a multis enim temporibus de episcopis et diaconis scriptum fuerat. Sic enim Scriptura alicubi Isaiæ* LX, 17, *dicit:* « *Constituam episcopos eorum in justitia, et diaconos eorum in fide.* » Similis est Chrysostomi libro *Quod Christus sit Deus*, tom. V, c. 7, p. 737, hujusmodi observatio: *Et neque ipsum sacerdotum nomen, episcoporum nomen dico, obticuit* (vetus lex); « *Constituam enim principes tuos in pace* » *dicit*, « *et episcopos tuos in justitia.* » Nimirum Græce apud Isaiam legerat: Καταστήσω γὰρ τοὺς ἄρχοντάς σου ἐν εἰρήνῃ, καὶ τοὺς ἐπισκόπους σου ἐν δικαιοσύνῃ. Pro verbo καταστήσω, exstat apud LXX καὶ δώσω; quos secutus Irenæus, lib. IV, c. 44, scribit: *Tales presbyteros nutrit Ecclesia, de quibus et propheta ait:* « *Et dabo principes tuos in pace, et episcopos tuos in justitia.* » Quo in loco Irenæus presbyteri episcopique vocabula promiscue accipit, ac synonyma habet.

(69) Clem. Rom., ep. 1, n. 23.

(70) Idem, ep. 2, n. 11.

(71) Consule Isaiæ V, 19; Eccles. V, 1 et seq.; Jac. I, 8, et IV, 8; II Petri III, 3, 4.

(72) Clemens Alexandrin., lib. III *Strom.*, sub finem.

(73) S. Clem. Rom., ep. 2, n. 12, in fine.

Digitized by Google

*Usus fuit versione LXX interpretum.* — Sanctus Clemens Septuaginta Interpretum versione in epistolis suis utitur; verum plerumque sententiam potius, quam verba ipsa repræsentat. Invidiam vero commemorans in Aaronem ob sacerdotium concitatam, complura refert, quæ in Numerorum libro non leguntur. Itaque e Judæorum traditione ab eo accepta fuisse existimamus; quemadmodum et quod de Rahab habet, eam de exploratorum via (74) interrogatam, longe aliam demonstrasse ab ea, qua illi redituri erant; quod in libro *Josue*, ubi historia hæc describitur, minime occurrit. Hactenus v. cl. Remi Ceillier. Verum quod de via contraria exploratoribus a Rahab demonstrata, ex erronea Junii lectione hujus Clementini loci deprompsit; Junius enim quod hic in archetypo desideratur, studens supplere, ediderat (ὁδὸν) ὑποδεικνύουσα αὐτοῖς ἐ(ναντίαν), et Latine : *viam ostendens eis contrariam*. Quod cum Cotelerius animadverteret repugnare Historiæ sacræ, quæ exploratores e domo Rahab tum nondum exiisse, sed in ea adhuc latitare docet; οὐχ pro ὁδὸν, ἐ(χείνους) pro ἐ(ναντίαν) substituit. Nec dubium, quin ejus correctio Junianæ sit præferenda lectioni : maxime cum hanc ad exploratores Josue, quibus unis Rahab viam contrariam ostendisse memoratur, referri orationis series non sinat. Antea etiam forte legendum καὶ ποῦ πορεύονται, οὐκ οἶδα, *et quo pergant nescio*, conjectat v. cl. Coutantius, at perperam; nam hujus supplementi capax non est manuscripti lacuna.

A

B

C

## ARTICULUS IV.

### VARIÆ EDITIONES EPISTOLARUM S. CLEMENTIS ROM. PONTIFICIS.

Clementis Romani ad Corinthios epistolæ, quanto reliquis sub ejus nomine vulgatis sinceriores sunt, et a primæva simplicitate minus alienæ, tanto plus operæ iisdem edendis, in alias linguas transferendis, et illustrandis impenderunt viri antiquitatis ecclesiasticæ studiosi. Laudatur hoc nomine in Gallandi Prolegomenis Patritius Junius Scotus (75), heterodoxus quidem, ast eruditus, et antiquitatum scrutator indefessus; qui insigne hoc ætatis apostolicæ monumentum diu tenebris consepultum, e vetustissimo ms. codice Alexandrino, quem manu Theclæ nobilis feminæ Ægyptiæ circa concilii Nicæni I tempora exaratum, Cyrillus Lucaris, ex Alexandrino Constantinopolitanus patriarcha, per Thomam Rowæum ex Oriente reducem, Carolo I, Angliæ regi dono miserat, anno 1633, Oxonii primus edidit in-4° Græce ac Latine : priorem quidem epistolam addita Latina versione, notisque illustratam; posterioris vero reliquias Græce tantum ad calcem rejectas. Quo vero suum pensum rite absolveret editor, voces deperditas, ut ipsemet fatetur in præfatione, et litteras vetustate exesas, spatiis et interstitiis accuratissime dimensis supplevit, et minio rubro notavit; eo nimirum consilio, ut quæ in laceris membranis temporis injuria consumpta desiderabantur, ab iis, quæ addita, vel suppleta fuerint, lectores facilius secernerent. Quæ quidem supplementa Juniana posteriores editores, ut uncinulis clausa typis imprimerentur, diligenter curarunt. Magna enimvero, et laudanda Junii solertia, si fides ipsi adhibenda. Verum secus sentiunt de eo, deque ejus labore in describendo ms. Alexandrino viri longe doctissimi Wottonus in primis, Millius et Grabius (76), ut proinde minus recte censuerit Fellus (77) : « Actum, scilicet, irrito conatu acturum fuisse illum, qui post Junium ad exemplar Alexandrinum omnia denique exegisset : siquidem, subdit, ea habetur de eruditione, industria et fide D. Junii apud omnes fama, ut eamdem suspicione aliqua labefactare non incivile modo, sed iniquum prorsus videatur. »

D

At pretium fuerit operæ hic in medium proferre quæ in Juniana Clementinarum epistolarum editione fuere ab ipso Grabio (78-100) adnotata : sic autem se habent : « Quæ ex collatione ms. codicis Alexandrini emendationem præbent, ad hæc fere capita reducuntur. Primo nonnulla in editis omittuntur, quæ in prototypo exstant, ut ex versione Latina constat; secundo haud pauca vocabula litteris miniatis eduntur, quæ in codice exstant, quod factum esse a typothetis verisimile est; tertio sunt haud pauca, quæ non recte exscripsit editor; quarto nonnulla aliter scripta sunt, quam editor repræsentavit ex singulari quadam ejus opinione; qua adduci non potuit, ut scriptionem veterem aliter exhiberet, quam secundum vulgarem scribendi morem; quinto sæpe cum ipse male exscripserit, correctionem ex conjectura addit ad marginem; quæ correctio in ipso codice reperitur. » Hactenus Grabius. Quibus ergo vitiis laborant editiones fere omnes, utpote quæ fuere ad Junianam exactæ. Eamdem Junianam editionem Helmstadiensibus typis exprimi curavit Joachimus Joannes Maderus anno 1654, et nova præfatione addita genuinum esse hunc Clementis fetum, contra quemdam Lutheranæ communionis theologum demonstravit. Joannes Fellus Oxoniensium antistes anno 1669 Oxonii et 1687 Londini in-8° utramque Clementis ad Corinthios epistolam, minori quidem forma, sed notis non minus doctis conspicuam repræsentavit. Prior ad Corinthios epistola Latine duntaxat inter Francisci Rous *Mella Patrum* Londini in-8° 1650 conspicitur. Anno 1672, has epistolas nova interpretatione novisque notis adornatas Paris. in-fol. in lucem emisit Joan. Cotelerius doctor Sorbonæ in opere

(74) S. Clemens Rom., ep. 1, num. 12.

(75) Tom. I *Bibl. SS. Patrum*, pag. 11.

(76) Walton., Prolegom. ad Bibl. polyglott., sect. 9, § 34; Millius apud Ruffel., edit. *PP. apostol.*, t. I, part. II, pag. 256; Grabe, Prolegom. ad versionem LXX seniorum, cap. 2, § 1.

(77) Præfat. ad epistolam 1 Clem., edit. Oxon., 1669.

(78-100) Grabius, apud Wottonum, ad calcem Epistolæ Clement., p. 101.

Digitized by Google

celeberrimo de Patribus apostolicis. Eas quoque recensuit ac notarum spicilegium collegit Paulus Colomesius anno 1687 Londini in-8°, quæ editio iterata ac emendata prodiit denuo 1694 ibidem. Cotelerii interpretationem adjectis suis notulis evulgavit Clericus Antwerpiæ seu verius Amstælodami anno 1698 in collectione Patrum apostolicorum, et auctius adhuc anno 1724 ibidem in-fol. Collectioni insuper conciliorum cum Labbeanæ tum Mansianæ, ac primo volumini *Epistolarum Romanorum pontificum* Coutantii epistolæ præfatæ insertæ sunt. Anno 1718, Cantabrigiensis satis luculenta harum epistolarum editio in vulgus prodiit summa cura Henrici Wottoni elaborata; eam enim haud semel exigens v. cl. ad fidem ms. codicis Alexandrini, adhibito etiam Junii edito cum eodem codice a Millio atque Grabio collato, Junianum textum, quem cæteri editores sunt secuti, octogies emendavit supplevitque; quæ vero aberant a ms. exemplari atque a Junio litteris miniatis designabantur, minutioribus typis imprimenda curavit, lectiones et conjecturas, Junii, Boisii, Cotelerii, Felli, Colomesii ac Clerici inter variantes lectiones posuit. Hanc autem Wottonianam editionem licet omnium accuratissimam, qui deinceps epistolas Clementinas typis excuderunt, viri eruditi, si Richardum Russelium et Gallandium excipias, præteriere inconsultam. Quod quidem mirum, sin minus de reliquis, saltem de Clerico, qui eamdem præ manibus habuit; ex ea enim selectiores Boisii adnotationes a Wottono tum primum editas descripsit, quas in secundam Amstælodamensem Patrum apostolicorum editionem Cotelerianam transtulit. At eo in primis nomine illam insuper habuisse videtur Clericus, quod editor Cantabrigiensis tum Eduardi Bernardi notulas, quibus epistolæ primæ αὐθεντίαν elevare conatus est, exsufflarit, tum ipsummet Clericum identidem haud immerito castigarit. Anno 1742, Joan. Ludovicus Frey epistolas Patrum apostolicorum typis Basileensibus consignavit, Wottonianum exemplar, quod quidem exoptabat, primum obtinuit, cum jam epistola 1 Clementis e prelo evasisset; ut proinde posteriorem tantummodo paulo emendatiorem exhibuerit. Qualemcunque tamen hujus editionis Freyanæ, alioquin satis nitidæ, defectum supplere annisus est vir eruditus Antonius Birrius in *Publico specimine* itidem Basileæ anno 1744 edito, atque conjecturis haud pœnitendis ad textum Clementinum editionis Wottonianæ ulterius adhuc detergendum referto. Russelius in suis Patrum apostolicorum operibus genuinis Londini anno 1746 evulgatis, Wottonianam editionem præ cæteris sibi sequendam jure censuit; qui et ad calcem secundæ partis voluminis primi laudabili consilio pleraque subjecit adnotata ex Joa. Millii apographo accurate ad ms. codicis Alexan. fidem exacto descripta; quæ quidem adnotata Wottonus prætermisit, quamvis et ipse apographum Millianum sibi comparasse asseveret, et passim ex eo accuratior reddi editio potuerit, teste Gallandio.

Nuper tandem v. cl. Andreas Gallandius presbyter congregationis Oratorii S. Philippi Nerii, antecedentium omnium editionum subsidio instructus, emendatissimas et castigatissimas edere omni studio ac opere adnisus est hasce Clementis epistolas in sua *Bibliotheca veterum Patrum* opere uti excellentissimo, et utilitatis, quam scientiarum ecclesiasticarum studiosis omnibus afferat cumulatissimam, laude præstantissimo; ita sumptuoso, chartæ insuper nitore et characterum venustate undique expolito ex typographia Joa. Albrizii Venetiis 1765. Quantum vero laboris ac diligentiæ in adornanda hac editione impenderit, pluribus exponit in Prolegomenis, atque simul ibidem epistolarum istarum præstantiam, integritatem, ac sinceritatem invictis argumentis tuetur, ac vindicat; cujus labore nos quoque plurimum usos fuisse, in signum gratitudinis palam fatemur.

Anglice Clementis Romani epistolæ ad Corinthios per Guil. Burtonium, cum notis copiosis ac Guil. Cavei judicio Londini 1647, atque iterum Guil. Wakæo interprete, una cum Barnabæ, Ignatii, Polycarpi epistolis atque Hermæ *Pastore* itidem in sermonem Anglicum conversis sub titulo: « Epistolæ genuinæ Patrum apostolicorum in Anglicum sermonem translatæ Londini 1693, » in-8°; et iterum ibidem 1710 prodierunt. In Gallicam linguam ambæ a Gratio Oratorii sodale, conversæ fuere, et quarto Gallicorum Bibliorum tomo, anno 1717 infol. Parisiis insertæ. Easdem in idioma Germanorum transtulit Jo. Otto Glüsing Hamburgi 1723, in-8°, cum epistolis et scriptis virorum apostolicorum. Antiquior adhuc habetur conversio in Bibliis Germanicis Hamburgi editis anno 1710. Nostra ætate utramque edidit Germanice Simon Grynæus Basileæ 1782 in-8° cum aliis Patrum apostolicorum monumentis, appositis quibusdam notulis dubiæ fidei: inde factum, ut P. Vitalis Moesl monachus Ord. S. Benedicti Salisburgi ad S. Petrum, quo faciliorem atque securiorem Catholicis etiam Patrum apostolicorum lectionem redderet, eamdem, paucis contra fidem catholicam militantibus, immutatis, Augustæ Vindelicorum 1774 denuo procudendam curarit.

*Recognitionum* libri a Rufino Latine redditi Basileæ cum pseudo-decretalibus anno 1526, in-fol., et subin Parisiis 1541 et 1568, Coloniæ 1569. Lugduni in *PP. Bibliotheca* anno 1677 sunt evulgati. Coloniensis editio præter *Recognitionum* libros Clementina quoque, et S. Petri gestorum summam a Perionio conversam cum notis Venradii complectitur.

Primus Turnebus eamdem Græce et Latine edidit Parisiis anno 1554 in-4°. *Clementina* et *Epitome* illa exstant etiam in Coteleriana collectione; de qua superius mentio a nobis instituta est, cum suppositiis sancti Clementis litteris ad sanctum Jacobum episcopum Hierosolymitanum.

Digitized by Google

# DE DUABUS EPISTOLIS CLEMENTIS ROMANI.

(Hefele, *Patrum apostolicorum Opera*, Tubingæ, 1842, in-8°.)

1. Clementem Romanum eumdem esse cum eo, quem S. Paulus in Ep. ad Philipp. IV, 3, laudibus effert (1), jam Origenes (2), Eusebius (3), Epiphanius (4), Hieronymus (5) et alii veterum affirmarunt. Quod si res ita se habet, facile apparet, Clementem S. Pauli, Philippis in Macedonia secundo itinere apostolico a. 53-55 (cfr. Act. XVI) Evangelium prædicantis, socium ac coadjutorem optime meritum fuisse.

Chrysostomus in Commentario ad I Timoth. suspicatur, Clementem, pariter ac Lucam et Timotheum, perpetuum itineris comitem divi Pauli fuisse.

Mihi autem Clemens *civis urbis Philippensium* fuisse videtur, qui a Paulo, Philippis morante, conversus, ipse præconem Evangelii in opere apostolico optime adjuvit, Paulo autem abeunte, domi remansit, inter suos Christi causam agens.

Pluribus conjectura nostra probari potest.

a) Cum Paulus Philippos properaret, neminem nisi Silam, Timotheum et Lucam comitem habuisse videtur. Cfr. Act. XVI.

b) Nullibi sacra Scriptura Clementis meminit, apostolum Paulum in itineribus comitantis.

c) Ex Philipp. IV, 3, clare apparet, tempore primæ Pauli captivitatis Romanæ Clementem Philippis degisse.

d) Philipp. IV, 3, Clementis non aliter fit mentio, ac eorum, qui cives Philippenses absque dubio fuerunt.

Quando, ubi et quonam genere ortus fuerit Clemens noster, nescimus. *Liber pontificalis*, catalogi Romanorum pontificum, S. Eucherius Lugdunensis et *Breviarium Romanum* ex *Recognitionibus* et homiliis pseudoclementinis fabulosam illam receperunt narrationem, quæ Clementi genus Romæ senatorium, patremque Faustinum ex stirpe Cæsarum vindicat. Talia refutatione non indigent.

Tillemontius (*Mémoires* II, p. 149) ex prima Clementis epistola, cap. 4 (πατὴρ ἡμῶν Ἰακώβ) collegit, virum nostrum apostolicum ex stirpe *Judaica* esse editum. Ipsi primum accessit Coutantius in celeberrima sua editione *Epistolarum Romanorum pontificum*, t. I, p. 11; postea vero (l. c. p. 41) vir doctissimus suam mutavit sententiam. Tillemontii sententiam amplexus est Herm. Venema, ut exinde argumentum deduceret contra epistolam posteriorem, cujus scriptor origine gentilem aperte se prodit.

Tillemontius addere poterat, Clementem non solum cap. 4, sed et cap. 31 (ὁ πατὴρ ἡμῶν Ἀβραάμ) patriarcham Judæorum *patrem nostrum* appellare.

Præterea Clemens c. 55 de amore erga patriam disputans, exemplis *gentium* prolatis, ad exempla eorum procedit, quos, ut dicit, *inter nos* cognovimus. Quibus cum *judaicas* mulieres, Judith et Esther, ascribere videatur, ipse in ortus judaici suspicionem incurrit.

Sed non valde gravia hæc sunt argumenta. Notum enim est, et alios Patres, quos e gentibus ortos esse nemo nescit, justas Veteris Testamenti personas suis ascribere majoribus. E. g. Theophilus lib. III ad Autol., n. 24, scribit : Ἀβραὰμ ὁ πατριάρχης ἡμῶν, n. 27 : Ἀβραὰμ τοῦ προπάτορος ἡμῶν, et n. 94 : Δαβὶδ ὁ πρόγονος ἡμῶν.

Quod autem memorata capitis 55 exempla attinet, monendum præterea, Clementem fortasse primum e gentibus, tum e Christianis, denique e Judæis exempla amoris patriæ protulisse.

Clementem, apostolorum discipulum, a Clemente Alexandrino *Apostoli* nomine insignitum (6), *Romanæ Ecclesiæ fuisse episcopum*, unanimes tradunt veteres; sed quotus ordine Romanam insederit cathedram, vetus et adhuc sub judice lis est.

1. Clementem immediatum Petri successorem fuisse, plerique Latinorum priscis jam temporibus, teste Hieronymo (7), affirmarunt.

Eum a Petro ipso fuisse ordinatum, Tertullianus addit (8). Hieronymus ipse, quamvis in Catalogo Clementem Lino et Anacleto postposuerit, postea sententiam mutasse, cæterisque Latinis accessisse

(1) Καὶ ἐρωτῶ καὶ σὲ, σύζυγε γνήσιε· συλλαμβάνου αὐταῖς, αἵτινες ἐν τῷ εὐαγγελίῳ συνήθλησάν μοι, μετὰ καὶ Κλήμεντος καὶ τῶν λοιπῶν συνεργῶν μου, ὧν τὰ ὀνόματα ἐν βίβλῳ ζωῆς.

(2) In Joan. I, 29, Opp. t. IV, p. 153, ed. BB.

(3) *H. E.* III, 15.

(4) Hæres. 26, n. 6.

(5) *Catal. script. eccl.*, c. 15. Opinionem hanc impugnant Gieseler, Lehrb. d. Kirchengesch. I, 121, Guerike, Handb. d. K. G. I, 167 et alii, ad quorum augendam dubitationem magnum Jacobsonus accedere putat pondus ex eo, quod Irenæus, qui omni laude Clementem nostrum cumulat, de tali ac tanto testimonio (Philipp. IV, 3) ne verbum quidem habeat.

(6) Strom. IV. 17, p. 609, ed. Pott.

(7) *Catal. scipt. eccl.*, c. 15 : *Clemens... quartus post Petrum Romæ episcopus; siquidem secundus Linus fuit, tertius Anacletus, tametsi plerique Latinorum secundum post Petrum apostolum putent fuisse Clementem.*

(8) *De præscript. hær.*, c. 32 : *Romanorum* (Ecclesia) *Clementem a Petro ordinatum edit.*

Digitized by Google

videtur, scribens : *Et Clemens, vir apostolicus, qui post Petrum Romanam Ecclesiam rexit, scribit ad Corinthios* (9).

2. Clementem nostrum Lino demum successisse censent Augustinus (10), Optatus Milevitanus (11), *Constitutiones apostolorum* (12) et Catalogus Romanorum pontificum, a Bollandistis in Propylæo mensis Maii evulgatus.

3. Denique non Linum solum, sed et Cletum seu Anacletum ante Clementem nostrum Romanæ Ecclesiæ gubernacula tenuisse, Irenæus (13) contendit: Θεμελιώσαντες οὖν καὶ οἰκοδομήσαντες οἱ μακάριοι Ἀπόστολοι τὴν Ἐκκλησίαν, Λίνῳ τὴν τῆς ἐπισκοπῆς λειτουργίαν ἐνεχείρισαν. Τούτου τοῦ Λίνου Παῦλος ἐν ταῖς πρὸς Τιμόθεον Ἐπιστολαῖς μέμνηται· διαδέχεται δὲ αὐτὸν Ἀνέγκλητος· μετὰ τοῦτον δὲ τρίτῳ τόπῳ ἀπὸ τῶν Ἀποστόλων τὴν ἐπισκοπὴν κληροῦται Κλήμης, ὁ καὶ ἑωρακὼς τοὺς μακαρίους Ἀποστόλους, καὶ συμβεβληκὼς αὐτοῖς, καὶ ἔτι ἐναύλον τὸ κήρυγμα τῶν Ἀποστόλων, καὶ τὴν παράδοσιν πρὸ ὀφθαλμῶν ἔχων κ. τ. λ.

Cum Irenæo stat Eusebius (*H. E.* III, 13, 15, 34), docens, Linum ab anno 68 usque ad an. 80, Anencletum 80-92, Clementem 92-101 p. Ch. n. sedem Romanam tenuisse.

Eamdem sententiam Hieronymus in *Catalogo scriptorum ecclesiasticorum* c. 15 tuebatur, ut supra vidimus (14).

4. Varias has sententias ita componebant viri docti et priscorum et recentiorum temporum, ut conjicerent, Linum et Cletum viventibus adhuc apostolis Paulo et Petro Romanorum fidelium fuisse antistites ; Clementem autem, illis fortasse defunctis, seu sub Nerone martyrio coronatis (15), a Petro, ad mortem properante, Romanæ Ecclesiæ episcopum esse ordinatum.

Hanc sententiam tuiti sunt

α) Rufinus (Præf. in S. Clementis *Recognit.*) : *Cujus rei hanc accepimus esse rationem, quod Linus et Cletus fuerunt quidem ante Clementem episcopi in urbe Roma, sed superstite Petro, videlicet, ut illi episcopatus curam gererent, ipse vero apostolatus impleret officium. Sicut invenitur etiam apud Cæsaream fecisse; ubi cum ipse esset præsens, Zachæum tamen a se ordinatum habebat episcopum. Et hoc modo utrumque verum videbitur : ut et illi ante Clementem numerentur episcopi, et Clemens tamen post obitum Petri docendi susceperit sedem.*

β) Chronicon Damasi : *Nisi tempora pontificatus Lini atque Cleti sub spatio præsulatus B. Petri comprehenderis, non sibi consono respondebunt anni pontificum Romanorum annis imperatorum.*

γ) Beda venerabilis, Rabanus, Haymo et alii. Cfr. Coteler. ed. *PP. apost.*, t. I, p. 492 et p. 387.

Conjecturæ huic Eusebius obstat, docens, Clementem anno demum 92 sedem episcopalem ascendisse, 24 annis a morte S. Petri præterlapsis, quorum 12 Lino, et pariter 12 Anencleto assignantur. Sed vix credam, Eusebium id, documentis fultum, scripsisse. Fortasse per traditionem ipsi innotuerat, Linum et Anencletum 12 annos Romanam rexisse Ecclesiam. Cum autem ipsum lateret, illos conjunctos, *una cum vivente adhuc Petro*, gubernacula tenuisse; fieri poterat, ut, Catalogum Irenæi respiciens, summa fiducia suam nobis proponeret computationem.

5. Nec de Epiphanii conjectura taceamus, qui I Clem., c. 54, male interpretatus, Clementem, a Petro ordinatum, pacis causa cessisse Lino autumat; Lino autem successisse Cletum, Cleto Clementem resumpto pontificatu, arbitratur (16). Nos hanc quæstionem iterum attingemus, de tempore, quo I Clementis epistola scripta fuerit, disputantes.

Jam de *morte* Clementis verba faciamus. Eusebius contendit, Clementem *novem* annos munere episcopali functum, tertio Trajani anno (101 p. Ch.) mortem obiisse. Ad ea autem, quæ supra diximus, et infra dicemus, attendentes, *novem* quidem regiminis annos Clementi tribuimus (a. 68-77) cum Caveo, Dodwello, Fleurio et aliis; eum autem jam sub Vespasiano defunctum esse putamus. Qui vero Eusebio fidem habere velit, cum ipso credat oportet, brevi tempore, a. 101-153, non minus quam septem seu octo pontifices sedem Romanam ascendisse, quamvis una tantum persecutio hoc temporis spatium perturbasset.

Eusebius et Hieronymus (l. l. c. c.) mortem Clementis nulla de martyrio mentione instituta commemorant. Irenæus quoque (III, 3), pontifices usque ad Eleutherium recensens, eorum quemquam martyrium passum præter Telesphorum haud significat. A Rufino vero et Zosimo Clemens noster martyr appellatur (17).

Ex Actis martyrii, sine dubio suppositiis, Lumperus historiam martyrii S. Clementis his verbis refert : « Clementem, a Mamertino, urbis præfecto, fidei causa accusatum, Trajanus in Chersonesum ultra Pontum Euxinum relegavit. Invenit vero ibi

(9) In Isai. c. LII.

(10) Ep. 53 ad Generos. : *Petro successit Linus, Lino Clemens, Clementi Anacletus.*

(11) Lib. II : *Cathedra una est; sedit prior Petrus, cui successit Linus, Lino Clemens, Clementi Anacletus.*

(12) Lib. VII, c. 46 : Τῆς δὲ Ῥωμαίων Ἐκκλησίας Λίνος μὲν ὁ Κλαυδίας πρῶτος ὑπὸ Παύλου, Κλήμης δὲ μετὰ τὸν Λίνου θάνατον ὑπ' ἐμοῦ Πέτρου δεύτερος κεχειροτόνηται.

(13) *Adv. hær.*, l. III, c. 3, apud Euseb. *H. E.* V, 6.

(14) Cfr. supra not. (7).

(15) Indiculus Rom. Pontif. supra memoratus, *Linum* Capitone et Rufo coss. (i. e. a. 67, p. Ch.) e vivis decessisse annotat.

(16) Hæres. XXVII, n. 6.

(17) Lumper, *Historia theologico-critica*, t. I, p. 16.

Digitized by Google

ultra duo millia Christianorum, jam diu ad cædendi marmoris opus damnatorum. Inter maxima autem horum fidelium incommoda illud erat, quod sexto milliario aquam humeris suis deportare deberent. Pontifex autem eorum miseratione tactus, cum agni cujusdam ductu, ubi fons esset, cognovisset, eam, ut effoderent, Christianis ostendit. Quibus nequidquam laborantibus S. Clemens ipse eum locum levi ictu percussit, et fons illico exsiliit. Ad miraculi hujus famam tota provincia accurrente, cunctisque ad fidem traductis et baptizatis, intra anni spatium septuaginta ecclesiæ constructæ, idola omnia confracta, templa circumjacentis regionis diruta, omnesque luci usque ad trecenta milliaria in circuitu concisi fuere. Trajanus vero, ut tantum rei Christianæ progressum sisteret, Clementem anchorâ ad collum ligata in mare demergi mandavit. At mari usque ad locum, quo Pontificis corpus jacebat, recedente, illud tumulo saxeo in templo quodam marmoreo conditum Christiani invenerunt (18). »

II. Clementis temporibus cum gravissima dissensio Corinthi exorta esset inter fratres (19), Ecclesia Romana luculentissimam epistolam Corinthiis scripsit, qua eos ad pacem concordiamque revocaret, et fidem illorum, et quam recens ab apostolis susceperant traditionem renovarent. Ita Irenæus (20). Hanc epistolam nomine Ecclesiæ Romanæ Clementem nostrum scripsisse refert Eusebius (21); multique alii veterum hujus epistolæ meminerunt. Sed ante sæc. XVII omnes medii et inferioris ævi theologi hanc Patris apostolici epistolam deperditam lugebant.

Anno autem 1632 Cyrillus Lucaris, patriarcha Constantinopolitanus, Anglorum regi Carolo I antiquissimum V. et N. T. codicem dono misit; et ecce, ad calcem præstantissimi hujus codicis Alexandrini epistola illa Clementis, dudum desiderata, inveniebatur (22) cum fragmento alterius libri, quem catalogus codici prælixus his litteris signat : ....εντος ἐ....λη B. (23) id est Κλήμεντος ἐπιστολὴ β'.

Utramque hanc Clementis epistolam ex vetustissimo illo codice primus omnium Oxonii 1633 edidit Patricius Junius, regis Anglorum bibliothecarius; voces deperditas et litteras vetustate exesas, spatiis et interstitiis accurate, ut putabat, dimensis, supplevit et minio notavit. Sed ipsius editio, et omnes, ad Junianam exactæ, vitiis laborant non paucis. Quo factum est, ut Henricus Wottonus, e Coll. S. Joan. Evang. A. M. codicem mstum de novo accurate inspiceret, et textum Junianum octogies emendaret et suppleret. Sic prodiit 1718 Cantabrigiæ editio Wottoniana, in qua, quæ aberant a msto exemplari, minutioribus typis impressa invenis. Hanc editionem Gallandius sibi sequendam summo jure censuit, qui insuper notis et conjecturis aliorum virorum eruditorum, Millii, Birii, Freyii, etc., in elaboranda sua editione est usus. Denique a. 1839 Oxonii e typographeo academico prodiit editio elegantissima Guilielmi Jacobsoni, qui codicem Alexandrinum iterum evolvit, textum passim emendavit, conjecturas doctas proposuit, et annotationibus aliorum suas adjecit (24).

Nos cum Gallandio et Jacobsono, ea, quæ apud Wottonum, msto codici plane adhærentem, vitioso vel obsoleto more scripta inveniebantur, mutavimus; voces et litteras, quæ in codice desunt, uncis inclusimus, et Jacobsonum aliosque viros doctos duces habuimus.

III. Clementem Romanum ad Corinthios scripsisse, nemo negabit. Fuere tamen, qui epistolam nostram non *genuinam* putarent nec illam censerent, quam antiqui Patres laudarunt et allegarunt. Præsertim Jo. Tolandus (25), Christ. Aug. Salig (26) et Gisbertus Voetius, theol. professor in Academia Ultrajectina (27) authentiam epistolæ nostræ negarunt, illi imperiose nulla afferentes argumenta, hic hallucinationem potius, quam demonstrationem proferens. Quam male præconcepta opinione ductus id egerit, audi. *Admiramur*, inquit, *singularem divinam providentiam, quæ curavit, ut ab apostolorum discipulis, virisque apostolicis, et apostolorum sæculo proximis, aut nihil scriberetur, aut nihil conservaretur et ad posteros manaret, aut saltem nihil ab initio Ecclesiæ usque in hunc diem superesset, de quo non dubitaretur, aut quod per tineas blattasque, aut alium quemvis Dei exercitum mutilatum non esset : ut soli Scripturæ tanto evidentius sua constaret auctoritas, illique soli esset propria incorruptibilitas et æternitas.*

Nos eamdem, quam Clemens scripserit, habere epistolam, exinde satis probatur, quia ea, quæ ve-

(18) *Historia theol. erit.*, t. I, p. 52 sq.

(19) Seditio mota fuerat contra presbyteros (c. 47), qui injuste muneribus suis dejiciebantur (c. 44). Schenkelius (in *Ullmanni Stud. et Krit.* 1841, Fasc. I, p. 53 sqq.) autumat, factionem illam, quæ Christi esse gloriabatur, revixisse, et sicut auctoritatem apostolorum, ita et auctoritatem presbyterorum, qui ab apostolis fuerant instituti, sprevisse ac rejecisse. Sed Clemens ipse recentiorem Corinthiorum seditionem ab illa priori bene distinguit, c. 47.

(20) *Adv. hær.* III, 3. Apud Euseb., *Hist. eccl.*, V, 6.

(21) *H. E.* III, 16 et 38.

(22) Codex ms. epigraphen præstat : Κλήμεντος πρὸς Κορινθίους ἐπιστολή. Cfr. Jacobson, *Patres apost.*, t. I, p. 203.

(23) Cfr. Jacobson l. c., p. XI. Inscriptionis in fronte epistolæ ipsius ne litteram quidem integram præbet Cod. mstus Jacobson, l. c. p. 214.

(24) S. Clementis Romani, S. Ignatii et S. Polycarpi Patrum apostolicorum, quæ supersunt. Accedunt S. Ignatii et S. Polycarpi martyria. Ad fidem codicum recensuit, adnotationibus variorum et suis illustravit, indicibus instruxit Guilielmus Jacobson A. M., aulæ B. Mariæ Magdalenæ vice-principalis, collegii Exoniensis nuper socius. II tomi.

(25) In Catalogo librorum Christo et apostolis ascriptorum c. 18. T. I Opp., p. 392.

(26) *De diptychis veterum*, c. 3, § 4, p. 39. Cfr. Mosheim. *Instit. majores*, p. 213.

(27) *Select. disput.*, p. I, p. 103. Cfr. Grabii *Spicileg.*, t. I, p. 260.

Digitized by Google

teres Ecclesiæ Patres ex dicta epistola allegarunt, in nostra reperiuntur.

(a) Jam S. Polycarpus, ut Gallandius monuit, eamdem Clementinam epistolam manu versavit, et nonnulla ex ea pene verbotenus in suam ad Philippenses epistolam transtulit.

| Epist. I Clem. | Epist. Polyc. |
|---|---|
| C. 1. Γυναιξίν τε... παρηγγέλετε, στεργούσας καθηκόντως τοὺς ἄνδρας ἑαυτῶν.... πάνυ σωφρονούσας. | C. 4. Διδάξωμεν... τὰς γυναῖκας ὑμῶν... στεργούσας τοὺς ἑαυτῶν ἄνδρας ἐν πάσῃ ἀληθείᾳ καὶ... ἐν πάσῃ ἐγκρατείᾳ. |
| C. 5. Πέτρος... οὕτω μαρτυρήσας ἐπορεύθη εἰς τὸν ὀφειλόμενον τόπον τῆς δόξης. | C. 9. Πέτρος καὶ Παῦλος... εἰς τὸν ὀφειλόμενον αὐτοῖς τόπον εἰσὶ παρὰ τῷ Κυρίῳ. |
| C. 7. Διὸ ἀπολείπωμεν τὰς κενὰς καὶ ματαίας φροντίδας, καὶ ἔλθωμεν ἐπὶ τὸν εὐκλεῆ καὶ σεμνὸν τῆς ἁγίας κλήσεως ἡμῶν κανόνα. | C. 7. Διὸ ἀπολιπόντες τὴν ματαιότητα τῶν πολλῶν. . ἐπὶ τὸν ἐξ ἀρχῆς ἡμῖν παραδοθέντα λόγον ἐπιστρέψωμεν. |
| C. 9. Διὸ ὑπακούσωμεν τῇ μεγαλοπρεπεῖ καὶ ἐνδόξῳ βουλήσει αὐτοῦ (Θεοῦ)... ἀπολιπόντες τὴν ματαιοπονίαν, τὴν τε ἔριν, κ. τ. λ. | C. 2. Διὸ ἀναζωσάμενοι τὰς ὀσφύας, δουλεύσατε τῷ Θεῷ ἐν φόβῳ καὶ ἀληθείᾳ, ἀπολιπόντες τὴν κενὴν ματαιολογίαν, καὶ τὴν τῶν πολλῶν πλάνην. |
| C. 13. Μεμνημένοι τῶν λόγων τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ, οὓς ἐλάλησεν διδάσκων·. . ᾧ μέτρῳ μετρεῖτε, ἐν αὐτῷ μετρηθήσεται ὑμῖν. | C. 2. Μνημονεύσαντες δὲ ὧν εἶπεν ὁ Κύριος διδάσκων· ..... ἐν ᾧ μέτρῳ μετρεῖτε, ἀντιμετρηθήσεται ὑμῖν. |
| C. 21. Ἴδωμεν, πῶς ἐγγύς ἐστιν (ὁ Κύριος), καὶ ὅτι οὐδὲν λέληθεν αὐτὸν τῶν ἐννοιῶν ἡμῶν, οὐδὲ τῶν διαλογισμῶν, ὧν ποιούμεθα. Ἐρευνητὴς γάρ ἐστιν ἐννοιῶν καὶ ἐνθυμήσεων. | C. 4. Γινώσκ.... ὅτι (ὁ Θεὸς) πάντα ἡμῶν σκοπεῖται, καὶ λέληθεν αὐτὸν οὐδέν, οὔτε λογισμῶν, οὔτε ἐννοιῶν, οὔτε τι τῶν κρυπτῶν τῆς καρδίας. |
| Ibid. Τοὺς νέους παιδεύσωμεν τὴν παιδείαν τοῦ φόβου τοῦ Θεοῦ, τὰς γυναῖκας ἡμῶν ἐπὶ τὸ ἀγαθὸν διορθωσώμεθα. Τὸ ἀξιαγάπητον τῆς ἁγνείας ἦθος ἐνδειξάσθωσαν· ..... τὴν ἀγάπην αὐτῶν μὴ κατὰ προσκλίσεις, ἀλλὰ πᾶσιν τοῖς φοβουμένους τὸν Θεὸν ὁσίως, ἴσην παρεχέτωσαν. | Ibid. Διδάξωμεν... τὰς γυναῖκας ὑμῶν (πορεύεσθαι) ἐν τῇ δοθείσῃ αὐταῖς πίστει καὶ ἀγάπῃ καὶ ἁγνείᾳ... καὶ ἀγαπώσας πάντας ἐξ ἴσου ἐν πάσῃ ἐγκρατείᾳ· καὶ τὰ τέκνα παιδεύειν τὴν παιδείαν τοῦ φόβου τοῦ Θεοῦ. |

(b) Quæ Irenæus de epistola Romanæ Ecclesiæ ad Corinthios refert, optime respondent indoli nostræ epistolæ. En verba ejus: Ἐπὶ τούτου οὖν τοῦ Κλήμεντος, στάσεως οὐκ ὀλίγης τοῖς ἐν Κορίνθῳ γενομένης ἀδελφοῖς, ἐπέστειλεν ἡ ἐν Ῥώμῃ Ἐκκλησία ἱκανωτάτην γραφὴν τοῖς Κορινθίοις, *εἰς εἰρήνην συμβιβάζουσα αὐτούς, καὶ ἀνανεοῦσα τὴν πίστιν αὐτῶν, καὶ ἣν νεωστὶ ἀπὸ τῶν Ἀποστόλων παράδοσιν εἰλήφει.*

(c) Clemens Alexandrinus multos epistolæ Clementinæ locos laudat, qui adhuc in epistola nostra reperiuntur.

Strom. I, c. 7, p. 339: Αὐτίκα ὁ Κλήμης ἐν τῇ πρὸς Κορινθίους ἐπιστολῇ κατὰ λέξιν φησὶ, τὰς διαφορὰς ἐκτιθέμενος τῶν κατὰ τὴν Ἐκκλησίαν δοκίμων· *Ἥτω τις πιστὸς, ἥτω δυνατός τις γνῶσιν ἐξειπεῖν, ἥτω σοφὸς ἐν διακρίσει λόγων, ἥτω ἁγνὸς ἐν ἔργοις.* Eadem verba, ex I Clem. c. 48 desumpta, repetit Alexandrinus Strom. VI, c. 8, p. 773.

Strom. IV, c. 17, p. 609, 610: Ναὶ μὴν ἐν τῇ πρὸς Κορινθίους ἐπιστολῇ ὁ ἀπόστολος Κλήμης, καὶ αὐτὸς ἡμῖν τύπον τινὰ τοῦ γνωστικοῦ ὑπογράφων λέγει· *Τίς γὰρ παρεπιδημήσας πρὸς ὑμᾶς*, κ. τ. λ. Hic Alexandrinus epistolæ nostræ capita 1, 9, 10, 11, 12, 17, 18, 21, 22, 36, 38, 40, 41, 48, 49, 50, 51, 53, excerpsit.

Strom. V, c. 12, p. 693: Ἀλλὰ κἀν τῇ πρὸς Κορινθίους Ῥωμαίων ἐπιστολῇ· *Ὠκεανὸς ἀπέραντος ἀνθρώποις γέγραπται, καὶ οἱ μετ' αὐτὸν κόσμοι.* Cfr. I Clem. c. 20.

Strom. VI, c. 8, p. 773: *Τοσούτῳ γὰρ μᾶλλον ταπεινοφρονεῖν ὀφείλει, ὅσῳ δυκεῖ μᾶλλον μείζων εἶναι*, ὁ Κλήμης ἐν τῇ πρὸς Κορινθίους φησί. Cfr. I Clem., c. 48.

Strom. I, c. 7, p. 339: Ἐὰν δὲ τὴν βασιλικήν τε καὶ αὐθεντικὴν εἴσοδον ζητῇς, ἀκούσῃ· *Αὕτη ἡ πύλη τοῦ Κυρίου, δίκαιοι εἰσελεύσονται ἐν αὐτῇ. Πολλῶν τοίνυν ἀνεῳγμένων πυλῶν ἐν δικαιοσύνῃ, αὕτη ἦν ἐν Χριστῷ.* Cfr. I Clem., c. 48.

(d) Origenes, *De principiis*, II, c. 3, n. 6, t. I, p. 82, ed. BB.: *Meminit sane Clemens apostolorum discipulus etiam eorum, quos ἀντίχθονας Græci nominarunt, atque alias partes orbis terræ, ad quas neque nostrorum quisquam accedere potest, neque ex illis, qui ibi sunt, quisquam transire ad nos; quos et ipsos mundos appellavit, cum ait: « Oceanus intransmeabilis est hominibus, et hi, « qui trans ipsum sunt mundi, qui his eisdem « dominatoris Dei dispositionibus gubernantur. »* Cfr. I Clem. c. 20.

Orig. in Ezech. c. 8, t. III, p. 422: Φησὶ δὲ ὁ Κλήμης· *Ὠκεανὸς ἀπέραντος ἀνθρώποις, καὶ οἱ μετ' αὐτὸν κόσμοι τοσαύταις διαταγῆς τοῦ Δεσπότου διοικοῦνται.* Cfr. I Clem. c. 20.

Idem in Joann. I, 29, t. IV, p. 153: Μεμαρτύρηται δὲ καὶ παρὰ τοῖς ἔθνεσιν, ὅτι πολλοί τινες λαμ-

Digitized by Google

πῶν ἐνσκῆψάντων νοσημάτων ἑαυτοὺς σφάγια ὑπὲρ τοῦ κοινοῦ παραδεδώκασι· καὶ παραδέχεται ταῦθ' οὕτως γεγονέναι οὐκ ἀλόγως πιστεύσας ταῖς ἱστορίαις ὁ πιστὸς Κλήμης, ὑπὸ Παύλου μαρτυρούμενος, λέγοντος· *Μετὰ Κλήμεντος*, κ. τ. λ. Cfr. I Clem. c. 55.

(e) *Eusebium* eamdem quæ nunc exstat, Clementis epistolam ante oculos habuisse, verba ejus satis demonstrant:

Hist. eccl. III, 16 : Τούτου δὴ οὖν τοῦ Κλήμεντος ὁμολογουμένη μία ἐπιστολὴ φέρεται, μεγάλη τε καὶ θαυμασία, ἣν ὡς ἀπὸ τῆς Ῥωμαίων Ἐκκλησίας τῇ Κορινθίων διετυπώσατο, στάσεως τηνικάδε κατὰ τὴν Κόρινθον γενομένης.

Ibid. III, 38 : Τοῦ Κλήμεντος ἐν τῇ ἀνωμολογημένῃ παρὰ πᾶσιν, ἣν ἐκ προσώπου τῆς Ῥωμαίων Ἐκκλησίας τῇ Κορινθίων διετυπώσατο. Ἐν ᾗ τῆς πρὸς Ἑβραίους πολλὰ νοήματα παραθεὶς, ἤδη δὲ καὶ αὐτολεξεὶ ῥητοῖς ἐξ αὐτῆς χρησάμενος, κ. τ. λ.

Epistolam nostram sæpe iisdem verbis uti, quæ in Epistola ad Hebræos inveniuntur, nemo nescit (28).

(f) *Cyrillus Hierosolymitanus*, Catech. 18. c. 8, fabulam de phœnice (I Clem. 25), ut ipse testatur, ex epistola Clementis profert.

(g) Epiphanius hær. 27, n. 6 : Λέγει γὰρ (Clemens) *ἐν μιᾷ τῶν ἐπιστολῶν αὐτοῦ* · « *Ἀναχωρῶ, ἄπειμι, ἐνσταθήτω ὁ λαὸς τοῦ Θεοῦ.* » Cfr. I Clem., c. 54.

(h) Hieronymus *Catal. script. eccl.* c. 15 : *Scripsit* (Clemens) *ex persona Romanæ Ecclesiæ ad Ecclesiam Corinthiorum valde utilem epistolam, quæ et in nonnullis locis publice legitur, quæ mihi videtur characteri epistolæ, quæ sub Pauli nomine ad Hebræos fertur, convenire. Sed et multis de eadem epistola, non solum sensibus, sed juxta verborum quoque ordinem abutitur.*

Idem lib. XIV Comment. in Isai., c. LII, 13 : *Clemens, vir apostolicus, qui post Petrum rexit Ecclesiam, scribit ad Corinthios :* « *Sceptrum Dei, Dominus Jesus Christus, non venit in jactantia superbiæ, cum possit omnia, sed in humilitate.* » Cfr. I Clem., c. 16.

Idem lib. I Comment. in *Ep. ad Eph.*, c. II, 2 : *Clemens, in epistola sua scribit : Oceanus et mundi, qui trans ipsum sunt.* Cfr. I Clem. c. 20.

Idem ibid. lib. II, ad c. IV, 1 : *Cujus rei et Clemens ad Corinthios testis est :* « *Vinculum charitatis Dei quis poterit enarrare?* » Cfr. I Clem. c. 49.

Testimonia posteriorum taceamus.

IV. Nonnulli veterum locos epistolæ Clementinæ laudant, qui in nostris exemplaribus non leguntur. E. g. *Basilius*, lib. de Spiritu sancto c. 29, n. 72, t. III, p. 61, ed. B. B. scribit : Ἀλλὰ καὶ ὁ Κλήμης ἀρχαϊκώτερον (f. ἀρχαϊκώτερος) · *Ζῇ*, φησὶν, *ὁ Θεὸς, καὶ ὁ Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον* (29).

Sed futiles sunt illorum rationes, qui hanc ob causam authentiam epistolæ nostræ impugnarunt; fortasse enim omnes hi loci, quorum parvus est numerus, olim post caput 57 legebantur, ubi folium integrum excidit. Certe *ῥῆσις* illa Basilii, ut Freyius monuit, peropportune illi loco convenit, et accommodari potest in epistola ad finem decurrente.

V. Jam de *integritate* dicendum est.

(a) Eodem anno 1633, quo primum epistola nostra typis vulgabatur, Hieron. Bignonius, Jctus Parisinus, integritatem ejus in dubium vocavit, plures clausulas et voces epistolæ genuinæ additas esse putans. Præsertim viro doctissimo displicebat

(α) narratio de phœnice c. 23.

(β) frequentia epithetorum.

(γ) vox λαϊκός c. 40 et

(δ) locus capitis 47 : ubi Ecclesia Corinthiorum ἀρχαία vocatur.

Ipsi respondit Hugo Grotius, (30), inter alia monens Clementem sine dubio æque ac auctorem Epistolæ ad Hebræos Græcum sermonem ex eruditis auctoribus hausisse, ideoque liberiori dictione, non, ut ἑβραΐζουσιν, in minutias concisa, sed largius fluenti, usum esse.

Quod narrationem de phœnice attinet, alii quoque veterum, e. g. Tacitus (*Annal.* VI, 28) et Plinius (*H. N.* VII, 49 ; XIII, 9 ; XXIX, 9) eidem fabulæ fidem habebant.

Ecclesiam Corinthiorum jam a Clemente, respectu aliarum Ecclesiarum, ἀρχαίαν appellari potuisse, nemo negabit.

Denique de voce *λαϊκός* quæ dicenda sunt, in notis ad c. 40 reperies.

(b) Supra jam diximus, Clementem Alexandrinum multa epistolæ nostræ capita (1. 9—12. 17. 18. 21. 22. 36. 38. 40. 41. 48. 49. 50. 51. 53.), tecto Romani Clementis nomine, excerpsisse, et abbreviata libro quarto Stromatum intexuisse (31). Eduardus vero Bernardus et Clericus in utraque Amstælodamensi Coteleriana editione Patrum apostolicorum, suspicabantur omnes hos locos Alexandrinum ipsum habere auctorem, e cujus libro interpolatam esse nostram epistolam contendunt.

Illis accessit Laurentius Mosheim V. C. (32). Ipsi

(28) Multi autumarunt, aut Clementem ipsum epistolam ad Hebræos scripsisse, aut certe eam in sua scribenda ante oculos habuisse. Longe aliter conjicit Dr. Mack (*Tubing. theol. Quartalschrift* 1838, fasc. III, p. 385 sqq.), id agens, ut nobis ostendat, epistolam Clementis Epistola ad Hebræos fuisse priorem, et hanc ad Clementis epistolam bene apud Corinthios introducendam confectam, et una cum Clementis epistola datam esse ad Corinthios. Mackium impugnavit W. F. Rinck in *Ullmanni Stud. et Krit.* 1839, fasc. IV, p. 1002 sq.

(29) Reliquos locos reperies in Galland. *Bibl.* t. I, p. 44 sq.

(30) Vide supra, col. 47.

(31) Cfr. Not. 2 ad c. 9.

(32) *Instit. hist. chr. majores*, p. 214. sq.

Digitized by Google

enim in epistola nostra multa proferri videntur, quorum nulla est cum consilio, Corinthios ad concordiam vocandi, cognatio. *Priora*, inquit, *decem capita quædam habent vestigia manus fallacis, sed non ita multa : persequitur auctor constanter consilium suum. At capite XI et XII ad fidem et hospitalitatem commendandam accedit, in quo nulla plane apparet cohærentia cum præcedentibus. Quocirca parum abest, quin hæc capita existimem intrusa esse. Redit ad institutum Clemens capite XIII, et in eo pergit ad c. XXII. Hoc vero capite repente, nulla ipsum ratione invitante, ad argumentum longe aliud properat, ad resurrectionem corporum mortuorum, de qua ad caput usque XXVIII disserit. Capite XXVIII instituti sui recordari videtur iterum; atque hujus capitis initium bene concinit fini capitis XXI, difficillime vero cum exitu capitis XXVII jungi potest. Quapropter quæ de cadaverum in vitam reditu præcipiuntur sex capitibus, subjecta videntur esse Clementi... Neque melius existimo de capitibus XL — XLV et de capite LV quibus ea legas, quæ nulli potuerunt in mentem venire nisi homini, rei quam agit, prorsus immemori.*

Quod Bernardi et Clerici attinet argumentationem, bene *Wottonus* (33) ita disserit : *Irriti tamen sunt hujus conatus. Qui enim hoc modo ex Clemente Alexandrino arguit, aut eum non probe novit, aut mala fide agit. Eadem enim ratione actum erit de authentia et fide eorum omnium, qui a Clemente Alexandrino usquam citantur, scriptorum. Nemo enim Patrum majore licentia usus est in citandis auctoribus, sive sacris, sive ethnicis; cum ei in more sit, non integra auctorum verba semper recitare, sed pro arbitrio suo nunc contrahere, nunc de suo inserere, alia omittere, alia variis modis mutare.*

Mosbemio denique ita respondeamus :

(α) Capp. XI et XII epistolæ nostræ cum antecedentibus bene cohærent, quippe quæ eamdem cum his materiam tractent, *invidiæ* Corinthiorum exempla *hospitalitatis*, pietatis et fidei opponant, simulque pœnas *dissensionis* (c. XI) ostendant.

(β) Nec capita XXIII—XXVIII a consilio Clementis remota sunt. Resurrectionis enim Clemens aut ideo meminit, quia teste I Cor. 15, 12, nonnulli Corinthiorum resurrectionem mortuorum negabant; aut ideo, ut ea, quæ Noster c. 21 et 22 de pœnis improborum dixerat, probarentur.

(γ) Capita XL—XLV aperte id agunt, ut Corinthios, contra clerum rebellantes, ad concordiam et subjectionem revocarent. Optime igitur consilio Clementis respondent, simulque arctissime cum capitibus 37 et 38 cohærent.

(δ) Caput denique LV nil nisi exempla ejus charitatis profert, de qua capite antecedenti verba fiebant.

(ε) Porro nonnulla capita, Mosbemio displicentia, jam a Veteribus laudantur et citantur, e. g. c. LIV ab Origene in Joann. I, 29; c. XXV a Cyrillo Hieros. Catech. 18, 8.

(ζ) Omnia capita in dubium vocata in antiquissimo illo codice Alexandrino reperiuntur.

(η) Quum epistola Clementis publice in Ecclesiis prælegeretur, vix fieri poterat, ut ab homine improbo fœdaretur.

(θ) Styli ac orationis diversitas nullibi in epistola nostra est reperienda.

VI. Recentiorum temporum viri docti et *authentiam* et *integritatem* primæ Clementis epistolæ ad unum omnes agnoscunt, et nulla jam gravior dubitatio hac de re movetur. Quem enim lateat primæva simplicitas, qua ornatur, evangelica sapientia, qua excellit, apostolica prædicatio, quam sonat hæc Clementis epistola? Nonne viro apostolico ea se præbet dignissimam? Omnia sane ei authentiæ indicia adsunt. Audi Wottonum (34) : *In illa*, inquit, *non violatur temporis ratio, nihil contra* (antiquam) *Ecclesiæ disciplinam instituitur; nihil contra doctrinam Christianam præcipitur; stylus ac dicendi methodus proxime accedunt ad Novum Testamentum, neque aliquid, quod non est maxime viro apostolico dignum, in ea reperitur.* Et alio loco (35) : *Illa vis et ἐνέργεια divina ubique in eo* (Clemente) *refulget, quæ suo fulgore percellit animum legentis; adeo, ut pæne dicam, Spiritum Dei, non hominem in eo loquentem sentias.*

Hugo Grotius (36) non simulatæ vetustatis indicia in epistola nostra reperiri contendit : *De Christo semper loquitur, non ut posteriores πλατωνικώτερον, sed simpliciter plane, et ut Paulus Apostolus solet. Alia quoque dogmata, postea subtilius explicata, tractat ἀφελέστερον, et vocibus κλήσεως, κλητῶν, ἐκλεκτῶν, sensu plane Paulino utitur.*

VII. Magna fuit apud veteres epistolæ nostræ auctoritas, quam Irenæus ἱκανωτάτην γραφήν (37), Eusebius μεγάλην τε καὶ θαυμασίαν (38) appellat. Publice eam, præsertim diebus Dominicis, in nonnullis Ecclesiis fuisse prælectam, Dionysius Corinthius (39), Eusebius (40), Hieronymus (41), et Photius (42) testantur.

Minoris eam Photius ipse æstimabat, quod Clemens mundos trans oceanum existere supponeret (c. 20), phœnicis avis exemplo tanquam verissimo uteretur (c. 25), quodque Pontificem Præsidemque

(33) In Notis ad I Clem., c. 9.
(34) Præf. p. CCVI.
(35) In Dedicat.
(36) In Epist. ad Bignonium, apud Coteler., ed. *Patr. apost.*, t. I, p. 134. (Supra, col. 47.)
(37) *Adv. hær.*, III, 3.
(38) *H. E.* III, 16.
(39) Apud Euseb. *H. E.* IV, 33.
(40) *H. E.* III, 16.
(41) *Catal. script. eccl.* c. 15.
(42) *Biblioth.* cod. CXIII.

Digitized by Google

Dominum nostrum Jesum Christum appellans (c. 36), illas Deo convenientes ac sublimiores de eo voces non protulisset.

VIII. Jam de tempore, quo prima Clementis epistola scripta fuerit, disputemus.

Scriptam eam esse brevi post persecutionem aliquam, constat ex ipsa epistola, c. I. Esse vel Neronis vel Domitiani persecutionem nemo dubitat. Grabius, Pagius, Orsius, Gallandius, Wottonus aliique, Neronis persecutione desinente, proxime post Apostolorum Petri et Pauli martyrium, circa A. 68 scriptam eam esse contendunt. Cotelerius autem, Tillemontius et Lumperus, Domitiani persecutione desinente, circa a. 96 vel 97 eam exaratam arbitrantur.

Tota hæc quæstio facillime posset dissolvi, si tempus Clementini episcopatus plane constaret. Ex supra dictis autem intelleximus, ecclesiasticum Clementis regimen aut annis 68—77, aut 92—101 esse tribuendum.

Quum vero res ita se habeat, epistolam ipsam inspiciamus, temporis indicia investigaturi.

(a) Clemens martyrii Apostolorum Petri et Pauli capite 5 mentionem faciens ait : Ἔλθωμεν ἐπὶ τοὺς ἐγγιστα γενομένους ἀθλητάς. Inde apparet, epistolam nostram non multo post persecutionem Neronis exaratam esse.

(b) Capite 6 persecutio nuper præterlapsa (c. 1), adeo cruenta, et multitudo martyrum tanta describitur, ut Neronis, non Domitiani tempora indicentur. *Ingentem* enim *multitudinem* sub Nerone cruciatam fuisse, Tacitus (eadem sane phrasi, qua utitur S. Pater, πολὺ πλῆθος) nobis refert (43); de Domitiano autem Tertullianus ita loquitur : *Tentaverat et Domitianus, portio Neronis de crudelitate, sed qua et homo, facile cœptum repressit, restitutis etiam quos relegaverat* (44)

(c) Capp. 5 et 6, nullus tot illustrium martyrum, qui sub Domitiano passi sunt, nominatur : non Flavius Clemens, non Acilius Glabrio, non Flavia Domitilla, non Joannes Evangelista ; quorum aliquem, ut Cardinalis Orsi (45) monet, saltem memorasset S. Pater, si post Domitianeam persecutionem scripsisset.

(d) Ante Domitiani tempora, et paulo post Neronis persecutionem epistolam nostram scriptam esse, suadet cultus Judaici mentio, in templo Hierosolymitano tunc adhuc stante vigentis. Capp. 40 et 41. Ad enervandum hoc argumentum Lardnerus et alii exemplum Josephi Flavii proferebant, qui a. 93 p. Ch. n. de sacrificiis non aliter disputavit, ac si templum adhuc exstitisset (46).

Sed res utraque, Josephi et Clementis, longe dissimilis est. Josephus, sacros populi sui ritus describens, per figuram, historicis non inusitatam, præsenti, quod dicimus, historico utitur. Clemens autem, ut Corinthios ad ordinem servandum adduceret, lectoribus ordinem Judaici cultus ante oculos ponit. Quod si autem templum jam fuisset destructum, tota S. Patris argumentatio fuisset infirma, ipsaque adversarios invitasset, ut dicerent : en, eversione templi Hierosolymitani Deus ipse testatus est, talem ordinem sibi non esse exoptatum.

Ex his colligimus, epistolam nostram desinente Neronis persecutione et ante excidium Hierosolymæ (A. 68-70) esse scriptam, S. Clementem autem immediate S. Petro successisse,

Quæ a Cotelerio aliisque objiciuntur, nullius sunt ponderis. Inde enim, quod Clemens, c. 47, referat, primam Corinthiorum dissensionem ἐν ἀρχῇ τοῦ Εὐαγγελίου excitatam esse, concludi non potest, longius temporis spatium ab illa prima dissensione esse præterlapsum. Namque S. quoque Paulus novem circiter annis post fundatam Ecclesiam Philippensem, in Epistola ad Philippenses IV, 15, de ἀρχῇ τοῦ Εὐαγγελίου loquitur, minime innuens, Ecclesiam Philippensem ante multos jam annos esse fundatam.

Nec id nos movet, quod S. Clemens c. 42, Ecclesiam Corinthiorum ἀρχαίαν appellaverit. Ἀρχαία enim Ecclesia, ut bene animadvertit Dodwellus, optimo jure ea nuncupatur quæ ἐν ἀρχῇ τοῦ Εὐαγγελίου, id est primis prædicati Evangelii temporibus, est fundata (47).

IX. De doctrina S. Clementis Lumperus (48), Heynsius, Junius ac Van Gilse (49) et Moehlerus (50) disputarunt.

X. *Secundæ Clementis epistolæ* a nemine antiquissimorum Patrum fit mentio. Nam duas Clementis epistolas jam *secundo* post Christum seculo fidelibus notas fuisse, nullo modo e verbis Dionysii, Corinthiorum episcopi, conjici potest (51). Quum enim egregiam illam, de qua supra disputavimus, Clementis epistolam πρωτέραν appellaverit, id non respectu secundæ cujusdam Clementinæ epistolæ, sed epistolæ Soteris, Romani pontificis, pariter apud Corinthios publice prælectæ, dixisse manifestum est.

(43) *Annal.* xv, c. 41-44.
(44) *Apolog.*, c. 5.
(45) *Istor. eccl.*, t. I, p. 412. Apud Galland. *Bibl.*, t. I, Proleg., p. IX.
(46) *Antiquit.* III, c. 10.
(47) Cfr. Grabii *Spicil.*, t. I, p. 256.
(48) *Historia theol. crit.*, t. I, p. 56-92.
(49) In Commentationibus de Patrum apostolicorum theologia morali.
(50) *Patrolog.* t. I, p. 61 sqq.

(51) Dionys. Cor. apud Euseb. *H. E.* IV 23 : Ἐν αὐτῇ δὲ ταύτῃ (epistola Dionysii ad Soterem) καὶ τῆς Κλήμεντος πρὸς Κορινθίους μέμνηται (Dionysius) ἐπιστολῆς, δηλῶν ἀνέκαθεν, ἐξ ἀρχαίου ἔθους ἐπὶ τῆς ἐκκλησίας τὴν ἀνάγνωσιν αὐτῆς ποιεῖσθαι. Λέγει γοῦν· « Τὴν σήμερον οὖν Κυριακὴν ἁγίαν ἡμέραν διηγάγομεν, ἐν ᾗ ἀνεγνώκαμεν ὑμῶν (Soteris) τὴν ἐπιστολήν· ἣν ἕξομεν ἀεί ποτε ἀναγινώσκοντες νουθετεῖσθαι, ὡς καὶ τὴν προτέραν ἡμῖν διὰ Κλήμεντος γραφεῖσαν. »

Digitized by Google

Seculo autem *tertio* secundam Clementis epistolam in usu et auctoritate fuisse, ex Apostolorum canone 85 demonstrare conatus est Gallandius (52). Sed erravit vir doctissimus. Nam postremus iste canon non ante finem seculi quinti confectus est, ut egregie docuit Dr. Sebastianus de Drey V. C. (53).

Primus, qui secundæ Clementis epistolæ meminit, Eusebius est, monens, et alteram Clementis epistolam proferri; sed eam non perinde ac priorem notam esse, quoniam nec veteres ea usi fuerint (54).

Deinde inest hæc epistola celeberrimo illi Alexandrino codici, in Museo Britannico Londinensi asservato. Seculo igitur IV et V Clemens hujus epistolæ auctor a multis putabatur. Quo jure, nescimus. Pariter nos latet, quibus nixi argumentis Hieronymus (55) et Photius (56) hanc epistolam a veteribus reprobatam contenderint; nam Eusebius talia non profert, antiquiores autem prorsus de ea silent. Non errare te putem, si Hieronymum et Photium Eusebii verba minus recte interpretatos esse contenderes. Ergo veterum testimonia authentiam hujus epistolæ non aperte negare, antiquissimorum autem Patrum silentium suspectam eam reddere, clare perspicimus (57).

Quæ quum ita sint, epistolam ipsam, seu potius fragmentum, quod adhuc superest in codice Alexandrino, adeamus oportet, investigantes, num interna ei insint indicia, quibus Clemens noster ejus auctor probari possit. Audiamus Wottonum (58). *Quoad stylum*, inquit, *et dicendi methodum* (epistola II) *est adeo dissimilis a priore ac indubitata, ut merito dubitari possit, an sit vere Clementis.* Eadem jam Joannes Morinus monuerat, dicens (59): *Illius stylus ut prioris non est simplex, sed argutulus; non sponte fluens, sed pro auctoris captu studiose elaboratus; non ἀπεριοδικὸς et nonnumquam ἀνανταπόδοτος, sed verborum ambitum, antitheses earumque redditionem ambitiose affectat.* Morino assentitur criticorum princeps Richardus Simon (60), quem plerique secuti sunt. Eamdem partem novissimis temporibus A Wocherus tenuit in versione sua priorıs epistolæ Clementis (61). Quicumque secundam istam epistolam attente legerint, negare non poterunt, magnam inter ipsam et priorem styli diversitatem intercedere.

Præter silentium antiquissimorum Patrum ac styli diversitatem id etiam suspicionem suppositionis nobis injicit, quod dimidia pars capitis 23 primæ epistolæ in secundam quoque est recepta c. 11.

Bene addit Grabius (62), haud epistolæ formam habere istam, quæ secunda Clementis ad Corinthios dicitur, ipsaque inscriptione cum voto juncta in frontispicio carere, qualis tamen in omnibus Apostolorum ac virorum apostolicorum litteris ad particulares Ecclesias datis, inque ipsa prima Cle- B mentis, plane exstat. Homiliæ potius quam epistolæ similem recte judicavit Vendelinus, qui tamen minus recte ipsi Clementi eam adscripsit, et post eum Dodwellus Dissert. 1 in Irenæum, § 29 (63). Clementi nostro hanc epistolam vindicare studuerunt Cotelerius (64), Coutantius (65), Gallandius (66) et Lumperus (67). Sed vix in partes suas te trahent viri doctissimi, cum ipsorum argumenta sint levia, ipsique magis objectionibus aliorum bellum indixerint, quam suam opinionem probaverint. Illud absque omni dubio facilius erat; nam neminem fugiet, Hermannum Venemam (68) aliosque nonnumquam leviores contra authentiam hujus epistolæ objectiones esse ausos. Sed nemini defensorum hujus epistolæ firma argumenta pro Clemente auctore pro- C ferre contigit.

Placet nobis Grabii sententia, a Moehlero quoque recepta (69), istam vulgo dictam epistolam secundam Clementis fuisse unam ex homiliis eidem (false) adscriptis, quales plures una fuisse patet ex Anastasii Antiocheni Quæst. 96.

Wocherus, nullo certo fundamento nixus, Dionysio, Corinthi episcopo, hanc epistolam tribuendam esse putat (70).

Grabius autem opus hoc spurium medio sæculo III, post Origenis tempora, Clementi suppositum fuisse suspicatur (71-78).

(52) *Bibl. Veter. PP* t. I, Proleg. p. XV.

(53) *Neue Untersuchungen über die Constitutionen und Canones der Apostel.*, Tübingen 1832, D p. 370, 377, 445.

(54) *Hist. eccl.* III, 38: Ἰστέον δὲ, ὡς καὶ δευτέρα τις εἶναι λέγεται τοῦ Κλήμεντος ἐπιστολή· οὐ μὴν ἐθ' ὁμοίως τῇ προτέρᾳ καὶ ταύτην γνώριμον ἐπιστάμεθα· ὅτι μηδὲ τοὺς ἀρχαίους αὐτῇ κεχρημένους ἴσμεν.

(55) *Catal. script eccl.* c. 15: *Fertur et secunda ejus nomine epistola, quæ a veteribus reprobatur.*

(56 *Bibl.* cod. CXIII: Ἡ δὲ λεγομένη δευτέρα πρὸς τοὺς αὐτοὺς (Corinthios) ὡς νόθος ἀποδοκιμάζεται. Præterea Photius notat, epistolam hanc secundam dicta quædam peregrina velut e sacra Scriptura inducere, interpretationes locorum quorumdam alieniores proferre, nec continentem orationis seriem ac consequentiam servare.

(57) Nonnulli Epiphanium quoque epistolæ nostræ testimonium præbere contendunt, quippe qui (Hær. 27, 6 et 30, 15) de pluribus Clementis epistolis verba faciat. Sed 1° Epiphanius epistolas quoque illas *ad virgines* Clementinas putasse videtur, quarum respectu de pluribus Clementis epistolis loqui debebat; 2° secundæ nostræ Clementis epistolæ expressis verbis nullibi Epiphanius testimonium præbet.

(58) Præf. p. CCVI.

(59) *Exercit. Biblic.* I. I, c. 4, 5, 9. Exercit. 9.

(60) *Bibl. Chois.* T. I, c. 38, p. 282.

(61) Die Briefe der apostolischen Vaeter Clemens und Polycarpus, neu übersetzt und mit Einleitungen und Commentarien versehen von M. J. Wocher. Tübing. 1830. p. 203. 208.

(62) *Spicileg.* t. I. p. 268.

(63) Grabii *Spicil.* l. c.

(64) In edit. *PP. apost.* t. I, p. 182.

(65) *Epist. Rom. pontif.* t. I, p. 34.

(66) *Biblioth.* t. I. Proleg. p. XIV.

(67) *Hist. theol. crit.* t. I, p. 22.

(68) Cfr. Galland. *Bibl.* l. c. p. XVII, et Lumper. l. c., p. 27.

(69) *Patrol.* t. I, p. 65 sq.

(70) L. c. p. 204.

(71-78) *Spicil.*, t. I, p. 269.

Digitized by Google

# ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΚΛΗΜΕΝΤΟΣ

ΤΟΥ ΡΩΜΗΣ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ

## ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΠΡΟΣ ΚΟΡΙΝΘΙΟΥΣ Α'

Ἐκ προσώπου τῆς Ῥωμαίων Ἐκκλησίας γραφεῖσα.

# S. CLEMENTIS

EPISCOPI ROMANI

## EPISTOLA AD CORINTHIOS I

Ex persona Romanæ Ecclesiæ (79) scripta.

INTERPRETE J.-B. COTELERIO.

(GALLAND, *Vet. Patr. Biblioth.*, t. I, Venet. 1765, in-fol., p. 9.)

### ARGUMENTUM.

Ad litteras Ecclesiæ Corinthiacæ, et discordia et seditione contra presbyteros concussæ, respondet Ecclesia Romana. Discidio dolet, auctoresque seditionis, ut, pœnitentia suscepta, presbyteris obediant, hortatur. Suadet hospitalitatem, humilitatem, concordiam, timorem Dei. De resurrectione promissa exponit, de phœnice avi mirabili, de continentia, modestia, sobrietate, de bonis operibus, de mutuis officiis, de servando sacrorum ordine. Ab apostolis cum episcopos et diaconos constitutos esse docet, tum quemadmodum in locum mortuorum episcoporum successores sufficiendi sint, præscriptum. Episcopos rite creatos officiaque servantes non esse removendos. Claudium, Ephebum, Valerium, Vitonem, Fortunatum, nuntios suos, brevi remitti cupit.

### INDEX CAPITUM.

CAPP. I et II. *Post salutationem, cur tardius litteris Corinthiorum rescribat exponit, simulque eorum elogium exorditur : laudat ipsorum fidem, pietatem, hospitalitatem et* εὐταξίαν, *quæ ante natum schisma floruerint.*

III. *Seditione oborta ex invidia et æmulatione, tristem Corinthiacæ Ecclesiæ statum describit.*

IV, V, VI. *Quanta mala ex hoc fonte profluxerint, exemplis vetustis et recentioribus confirmat.*

VII, VIII. *Ad pœnitentiam Corinthios hortatur, cujus gratiam toti mundo oblatam docet.*

IX, X. *Sanctorum exempla ipsis imitanda proponit, obedientiæ in primis et hospitalitatis Abraham.*

XI, XII. *Lot ac Rahab hospitalitatem, pietatem fidemque commemorat.*

XIII. *Humilitatem commendat.*

XIV. *Seditionis auctores deserendos suadet.*

XV. *Adhærendum iis qui pacem colunt, non qui fingunt, inculcat.*

XVI, XVII, XVIII. *Rursus ad humilitatem sectandam eos pertrahere studet, Christi, Abrahæ ac David exemplis propositis.*

XIX, XX. *Deum pacis et concordiæ amantem esse, argumentis ex rebus creatis desumptis probat.*

XXI. *A Dei bonitate et omni-præsentia, Christianorum erga unumquemque officia demonstrat.*

### VARIORUM NOTÆ.

(79) Eam ob causam Irenæus, lib. III, c. 3, *ab Ecclesia quæ est Romæ* scriptam dicit, licet cæteri Clementem ejus scriptorem fuisse sentiant. Maluit autem Clemens Ecclesiæ suæ quam proprio eam nomine inscribere : vel quia tum præsules nihil sine Ecclesiæ suæ consilio agere solerent, ut Cyprianus de se nominatim epist. 5, ad clerum suum memoravit his verbis : *Solus rescribere non potui; quando a primordio episcopatus mei statuerim, nihil sine consilio vestro et consensu plebis, mea privatim sententia gerere;* vel etiam ne proprias partes tueri videretur, si ubi restauranda erat apud Corinthios ecclesiasticis viris competens dignitas atque reverentia, aut ipse solus, aut cum eo clerus sine plebe Ecclesiam illam alloqueretur. Postulabat præterea recta ratio, ut si quidem prius Corinthii non ad Clementem unum, sed ad Romanos scripserant, Romanorum nomine Clemens, non proprio rescriberet. COUST.

Digitized by Google

XXII. *Quæ sane officia, fide quæ est in Christo,* A *confirmari ostendit.*

XXIII. *Non ambigendum quin voluntas Dei perficienda sit, declarat.*

XXIV. *Transit ad alterum Epistolæ caput de Resurrectione, cujus veritatem nobis Deum ostendere variis argumentis ex naturæ ordine constituto petitis, astruit.*

XXV. *Phœnicis quamdam resurrectionem proponit.*

XXVI. *Resurrectionem a sanctis creditam evincit.*

XXVII. *In primis vero istum fidei articulum comprobat ab omnipotentia Dei, qui resurrectionem promisit, quique mentiri non potest.*

XXVIII. *Iterum hortatur Corinthios ad virtutes acquirendas : Deumque timendum, cujus judiciis nemo se subducere valet, ostendit.*

XXIX. *Deum nos peculiariter sibi elegisse.*

XXX. *Ut pars ac sors Dei, quæ ipsum deceant sectemur.* B

XXXI. *Qua ratione benedictionem divinam consequamur, exemplo Abraham et Jacob docet.*

XXXII. *Justi efficiuntur per fidem.*

XXXIII. *Nec tamen charitas et bona opera sunt derelinquenda, exemplo Dei proposito.*

XXXIV. *Bona opera fiduciam præstare apud Deum, exemplo angelorum docet.*

XXXV. *Præmii excellentiam, beatitudinem æternam, adducit, viamque ad illam consequendam indicat.*

XXXVI. *Christus quid nobis præstet, luculenter ostendit.*

XXXVII. *Ut ordinem et stationem quilibet suam observet, membrorum nostri corporis mutua necessitudine proposita, monet.*

XXXVIII. *Quomodo in Ecclesia alii aliis subjici debeant ; et pro diversis divinitus acceptis donis, Deo præstandum sit obsequium, arguit.*

XXXIX. *Homini non esse unde extollatur, urget.*

XL. *Ordo servandus.*

XLI. *Præsertim in oblationum ritu.*

XLII. *Ordo ministrorum in Ecclesia a Christo constitutus : episcopi et diaconi ab apostolis ordinati.*

XLIII. *Moysis exemplum in medium profert, qui contentionem de sacerdotali dignitate ortam sedavit.*

XLIV. *Apostolorum regulam de creandis episcopis proponit : legitime electos ac recte viventes, de munere suo dejicere nefas.*

XLV. *Non leguntur justi a justis, sed ab iniquis vexati.*

XLVI. *Corinthiorum dissensio quam perniciosa.*

XLVII. *Quam ipsis ignominiosa.*

XLVIII. *Ut ad fraterni amoris studium cito redeant, hortatur.*

XLIX. *Charitatis encomium.*

L. *Quam expetenda sit charitas.*

LI. *Ad peccati confessionem dissidii auctores allicit : præstare de lapsibus confiteri, quam indurare eor monet.*

LII. *Confessionem desiderat Deus, nullius rei indigus.*

LIII. *Quod astruit Moysis exemplo ; ejusque charitatem extollit.*

LIV. *Generosi animi indolem insinuat, quo schisma penitus exscindatur.*

LV. *Idque gentilium primum, deinde Judith et Esther exemplis confirmat.*

LVI. *Quomodo delinquentes sint corripiendi : oratio et admonitio mutua persequenda.*

LVII. *Iterum dissidii auctoribus modestiam et humilitatem inculcat.*

LVIII. *Precatio ac votum.*

LIX. *Ut missos cito remittant Corinthii, rescribantque de pace, petit.*

---

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Α'.

## CAPUT I.

Ἡ [ Ἐκκλη]σία τοῦ Θεοῦ (80) ἡ παροικοῦσα (81) Ecclesia Dei quæ incolit Romam, Ecclesiæ Dei

## VARIORUM NOTÆ.

(80) *Ἡ Ἐκκλησία τοῦ Θεοῦ.* Miseret me doctorum virorum, quod odio catholicæ veritatis, studioque vanæ hæreseos adducti, existiment per hanc superscriptionem adjuvari errorem suum, quo episcopis coæquant presbyteros, quia *nulla peculiaris vel scribentis mentio, vel cleri Romani prærogativa, vel Corinthiaci presbyterii a plebe discretio appareat, sed omnes ad omnes confertim scribant.* (Cfr. Blond. Apol. pro sent. Hieron.) At si recte ex principiis suis voluissent argumentari, concludere oportebat idem jus fuisse laicis ac presbyteris et episcopis ; atque hoc modo deterrimum rerum statum invehere, ἀναρχίαν, adversus quam Clemens tota pugnat epistola. Præclara vero hac ratiocinatione conficietur, ut Paulus, quia scribit Epistolas una cum Sosthene, Timotheo, Silvano, et fratribus universis, majorem non obtinuerit quam ultimus Christianorum, in Ecclesiæ regimine, auctoritatem. Cur ergo, rogabis, cum Clemens γυμνῇ κεφαλῇ potuerit litteras dare, maluit latere sub persona Ecclesiæ ? Facilis responsio : Quoniam totius apostolicæ Ecclesiæ commune votum erat, pacatam cernere Corinthiorum Ecclesiam, a Petro quoque Pauloque fundatam ; ingensque futurum erat Corinthiis incentivum, ipsa Romanorum simul scribentium concordia. Accedit huc apostolicus mos communicandi quæ gerebantur, cum tota Ecclesia, qui et diu duravit, et ordinem hierarchicum non infringit. Unde S. Cyprianus, fortissimus apicis episcopalis propugnator, ita clerum suum alloquitur, epist. 5 : *Ad id vero quod scripserunt mihi* C *tus et Gordius, solus rescribere nihil potui ; quando a primordio episcopatus mei statuerim, nihil sine consilio vestro, et sine consensu plebis, mea privatim sententia gerere. Sed cum ad vos per Dei gratiam venero, tunc de iis, quæ vel gesta sunt, vel gerenda, sicut honor mutuus poscit, in commune tractabimus.* Cotelerius.— *Ἡ Ἐκκλησία.* Rectissime statuit erud. Junius veteres primitivæ Ecclesiæ scriptores, etc., *quæ vide initio* Προσημειώσεως (*Supra, col.* 45). At non solum singulares personæ et Ecclesiarum præfecti, sed tota Ecclesiarum universitas hoc ipsum præstabat. Sic Smyrnensis Ecclesia ad illam, quæ in Ponto erat, litteras dedit, quarum maximam partem legere est apud Eusebium, *Hist.* lib. IV, c. 14, et eas totas, si non per interpolationes plus quam totas, ex editione reverendiss. Usserii Armachani. Sic etiam Ecclesiæ Viennæ et Lugduni Galliarum epistola, apud eumdem Eusebium, occurrit. Adeo non singularis exempli res est præsentis epistolæ formula, Ecclesiæ Romanæ nomine D scriptæ. Quin et observandum, instituti hujus causas non adeo a fraterna illa charitate et animarum zelo, quibus olim Christianorum mentes incaluerunt, quam ex regiminis ecclesiastici et indivi-

duæ

(81) *Παροικοῦσα.* Vertendum utroque *peregrinatur Romæ* et *Corinthi peregrinatur*, ut variis exemplis ostendit vir magnus Henricus Valesius, in limine notarum ad *Historiam ecclesiasticam* Eusebii. P. Colomesius. Sic verterat Patr. Junius, quem temere correxit J. B. Cotelerius.



Digitized by Google

quæ incolit Corinthum, vocatis, sanctificatis in voluntate Dei per Dominum nostrum Jesum Chri-

A [Ῥώμην], τῇ Ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ τῇ πα[ροικούσῃ] (82) Κόρινθον, κλητοῖς, ἡγι[ασμέν]οις ἐν

## VARIORUM NOTÆ.

duæ unitatis, quæ fideles universos conjunxerat, vi et necessitate esse repetendas. Quisquis enim Ecclesiæ cujusvis membrum audiebat, aliis quibuscunque protinus adnectebatur; et qui ab aliqua meruerat ejici, ab universis utique extorris habebatur. Unde, referente Tertulliano, *De præscr. adversus hæres.*: *Tot ac tantæ Ecclesiæ una est illa ab apostolis prima, ex qua omnes; sic omnes prima et omnes apostolicæ, dum unam probant unitatem. Communicatio pacis, et appellatio fraternitatis, et contesseratio hospitalitatis: quæ jura non alia ratio regit, quam ejusdem sacramenti una traditio.* Cujus viri, prærupta licet, valida sensa verbis, ut solet, magis Romanis effert Cyprianus, *Lib. de unitate Ecclesiæ*: *Episcopatus unus est, cujus a singulis in solidum pars tenetur;* et Optatus Milevitanus, lib II: *Totus orbis commercio formatarum in una communionis societate concordat.* Hinc S. Ignatius ad Smyrnæos, Ephesios, Magnesios, Philadelphicos, B Trallesios et Romanos epistolas scripsit; Polycarpus ad Philippenses; Dionysius ad Lacedæmonios, Athenienses, Nicomedienses, Cretenses, Ponticos et Romanos; Cyprianus ad clerum Romanum; clerum et plebem Hispaniarum, ad Numidas, Thybaritanos, Furnitanos et Assuritanos; ut non ad sequioris sæculi scriptores descendam. Hinc etiam epistolæ synodicæ, fidei, quam quisque episcopus profitebatur, indices, ortum duxere. Quæ quidem mittebantur, non obsequii causa, ad sedem Romanam, sed ad omnes undique ex æquo Ecclesias; cui muneri minime eximebatur ipse pontifex Romanus, testante Gelasio primo, qui ait: *Mos est Romanæ Ecclesiæ sacerdote noviter constituto, formam fidei suæ ad sanctas Ecclesias prorogare.* Unde epist. 1 et 2, habetur fidei ejus confessio universis Dardaniæ episcopis, et aliis. Quod ipsum cum ab eo poscebat Euphemius Constantinop. respondet Gelasius: *Fuit quondam ecclesiastica hæc regula, apud patres nostros, quibus una catholica, apostolicaque communio ab omni prævaricatorum libera pollutione constabat.* Ep. 9. Idem Gregorium Magnum præstitisse affirmat Joannes Diaconus in ejus Vita, quam epistolam videre est in Operibus quæ exstant, ep. 24. Imo vero nec vel ipsi hæresiarchæ huic officio defuere, sed licet ab Ecclesia se ultro dividerent, eidem tamen adhærere, ambitione satis præpostera usque affectabant. Ex Socrate, Theodorito et aliis discimus, quanto studio Arianarum partium antesignani, scriptis undique epistolis, synodisque congregatis, Ecclesiis se commendabant. Quin Montanus id satagebat et tantum non obtinuit, ut a Zephyrino pont. Romano, ipse una cum prophetis suis admitteretur, si Tertulliano. *Lib. cont. Prax.* in sua causa fides est. Ita et Marcion, teste Epiphanio, a patre suo Sinopensi episcopo ejectus, eidem Ecclesiæ Romanæ seipsum adjungere diligenter attentabat: quibus rite præstructis, facilis ad D sequentem epistolam patebit aditus. Nimirum, quando teterrima seditio, illa longe improbior, quæ D. Pauli temporibus gliscebat, Corinthiorum Ecclesiam divexabat, exspectandum erat, ut deinceps pro Ecclesiæ lege et more, tum seditiosi, tum etiam episcopi, per vim et nefas ejecti, nec non ipsa demum Ecclesia male mulctata, querelas et ἐπιζητήσεις suas, quarum mentio statim sequitur, interponerent, responsumque omnes et singuli ferrent, non ab episcopo tantum, sed, quod hic factum videmus, ab ipsa etiam Ecclesiæ universitate. De charactere epistolæ istius, non opus est multa dicantur; si quidem licet a Decretalium, quas papæ sequentes imperioso stylo dictarunt, prorsus sit aliena, ἱκανωτάτη γραφή a S. Irenæo, ab Eusebio μεγάλη καὶ θαυμασία, ab Hieronymo *valde utilis, et Epist. ad Hebræos consimilis*, et demum a tota Ecclesia publice legi, et tantum non catholica haberi meruit. J. Fellus.

(82) *Τῇ παροικούσῃ.* Jun. cum edit. omittit τῇ; quem articulum Wott. restituit ex ms. Galland. — *Παροικούσῃ Κόρινθον.* Forte κατοικούσῃ, ad vitandam ταυτολεξίαν, cum idem sit κατοικεῖν quod παροικεῖν, ut videre est statim in initio libri Ruth, et alibi apud LXX seniores. Utraque autem vox παρεπιδημεῖν significat, et sæpius pro eadem usurpatur, ac in eadem enuntiatione ad majorem evidentiam, et ἐνέργειαν adhibetur, ut apud psalm. XXXVIII, 13: Πάροικος ἐγώ εἰμι παρὰ σοὶ καὶ παρεπίδημος, καθὼς πάντες οἱ πατέρες μου, et 1 Pet. II, 11: Ἀγαπητοὶ, παρακαλῶ ὡς παροίκους καὶ παρεπιδήμους, etc. Sic vetus etiam inscriptio ex insula Delo nuper allata, in ara ab Atheniensibus, Romanis et aliis peregrinis qui in insula inquilini erant, Apollini consecrata, quam inter marmora regia in hortis Jacobæis videre licet. Quem locum, si vicinam Pinacothecam Bibliothecæ celeberrimæ conjunctam, si numismata antiqua, Græca et Romana, si statuas et signa ex ære et marmore consideres, non immerito Thesaurum antiquitatis, et ταμιεῖον instructissimum, nominare potes. Inscriptionem ipsam in gratiam eorum, qui ejusmodi studiis delectantur, non abs re forte erit attexere, in qua literas vetustate abrasas, nos supplevimus:

ΘΕΟΦΡΑΣΤΟΝΗΡΑΚΛΕΙΤΟΥΑΧΑΡΝΕΑ
ΕΠΙΜΕΛΗΤΗΝΔΗΛΟΥΓΕΝΟΜΕΝΟΝ
ΑΘΗΝΑΙΩΝ
ΚΑΙΡΩΜΑΙΩΝΚΑΙΤΩΝΑΛΛΩΝΞΕΝΩΝ
ΚΑΤΟΙΚΟΥΝΤΕΣΚΑΙΠΑΡΕΠΙΔΗΜΟΥΝΤΕΣΕΝ
ΔΗΛΩ
ΑΡΕΤΗΣΕΝΕΚΕΝΚΑΙΚΑΛΟΚΑΓΑΘΙΑΣΚΑΙΤΗΣ
ΠΡΟΣΤΟΥΣ
ΘΕΟΥΣΕΥΣΕΒΕΙΑΣΑΝΕΘΗΚΑΝΑΠΟΛΛΩΝΙ

Nascentis autem Ecclesiæ statum, quæ sub imperatoribus ethnicis, et ut plurimum persecutoribus, nullibi stabilem et permanentem locum possideret, sed (sicut olim patriarchæ in tentoriis, et populus Israeliticus in eremo sub pellibus) patriam cœlestem anhelans, vitam in terris vagam ac dubiam, tanquam hospes et peregrina transigeret, voces hæ appositissimæ, παροικεῖν et κατοικεῖν, graphice depingunt, et nobis ob oculos ponunt. Longum esset per singulos Patres ire, et loca ex iliis cumulare, quibus humanæ vitæ, quam παροικίαν vocant, τὸ ὀλιγοχρόνιον, et Ecclesiæ instabilem sortem promiscue his vocibus, denotant; epistola ad Diognetum plane aurea, sic loquitur: Πατρίδας οἰκοῦσιν ἰδίας, ἀλλ' ὡς πάροικοι· μετέχουσι πάντων ὡς πολῖται καὶ πάνθ' ὑπομένουσιν ὡς ξένοι· πᾶσα ξένη, πατρὶς ἐστιν αὐτῶν, καὶ πᾶσα πατρὶς, ξένη, etc. Junius. — Negari minime debet παροικεῖν idem sæpissime esse ac παρεπιδημεῖν, et proinde versionem doctiss. Junii recte esse institutam; præsertim cum is nascentis Ecclesiæ status, ut sub impp. ethnicis et plurimum persecutoribus nullibi stabilem et permanentem possideret locum, sed patriam cœlestem anhelans, vitam in terris vagam et dubiam, tanquam hospes et peregrina transigeret. Πατρίδας ἔχουσιν ἰδίας, ἀλλ' ὡς πάροικοι· μετέχουσι πάντων ὡς πολῖται, καὶ πάνθ' ὑπομένουσιν ὡς ξένοι· πᾶσα ξένη, πατρὶς ἐστιν αὐτῶν, καὶ πᾶσα πατρὶς, ξένη, ut ait Justinus ad Diognetum. Interea tamen advertere licebit παροίκους, non modo inquilinos et hospites, sed in vicinia habitantes cives et indigenas a probatissimis auctoribus passim dici; et non tantum continentia ædificia, sed pomœrium et universam quaqua patet

Digitized by Google

θελήματι Θεοῦ, διὰ τοῦ [Κυρίου ἡμ]ῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ · [χάρις ὑ]μῖν καὶ εἰρήνη, ἀπὸ παντο-[κράτο]ρος Θεοῦ διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ πληθυνθείη.

[Διὰ τὰς]ἀιφνιδίους (83) καὶ ἐπαλλήλους[52] [τὰς γενομ]ένας ἡμῖν συμφορὰς (84) καὶ [περι]πτώσεις, ἀδελφοί, βράδειον (86) |γνωρ]ίζομεν (87) ἐπιστροφὴν πεποιη[κέν]αι (88) περὶ τῶν ἐπιζητουμένων [πα]ρ' ὑμῖν πραγμάτων, ἀγαπητοὶ (89), τῆς τε ἀλλοτρίας

[52] F. ἰδίως καὶ ἐπαλλήλως.

A stum : gratia vobis et pax ab omnipotente Deo per Jesum Christum multiplicetur.

Propter subitas ac sibi invicem succedentes calamitates et casus adversos qui nobis acciderunt (85), tardius, fratres, nosmetipsos convertisse agnoscimus ad ea quæ fuerunt quæsita a vobis, dilecti, et ad seditionem impiam ac detestandam, advenis Deique electis alienam; quam pauci homines insolentes et audaces in tantum vecordiæ inflam-

## VARIORUM NOTÆ.

suburbicariam regionem, et, ut Theophili Antecessoris verbis utar, πάντας τοὺς ὑπὸ τὴν πόλιν ἀγροὺς urbibus accenseri; quodque ad rem præsentem in primis spectat, in manifesto est, minores Ecclesias B familiam atque nomen a matricibus ducere. Unde Epistola D. Pauli, quæ *ad Corinthios* inscribitur, omnibus totius Achaiæ Ecclesiis, teste ipso Apostolo, mittebatur; nimirum τοῖς ἁγίοις τοῖς οὖσιν ἐν ὅλῃ τῇ Ἀχαΐᾳ. II Cor. I. Insuper collecta Hierosolyma mittenda I Cor. XVI, 1, et II Cor. VIII, 9, ad totam Achaiam pertinuit, quod constare poterit ex Rom. XV, 26; II Cor. IX, 2. Qui demum Corinthios irrigasse I Cor. III, 6, totam Achaiam perlustrasse fertur Act. XVIII, 27. Pari ratione cum Smyrnensis Ecclesia, apud Eusebium lib. IV, cap. 14, Epistolam suam inscribit ταῖς κατὰ Πόντον παροικίαις, et ibidem Dionysius, τῆς ἐν Κορίνθῳ παροικίας, Philippus τῆς Γορτυναίων παροικίας, episcopi perhibentur; ut ubique regiones omnes istis matricibus Ecclesiis, et eidem episcopali curæ subjectæ intelligendæ veniant. Priscis siquidem temporibus, idem fere erat *paræcia*, quod nunc *diœcesis* diceretur. Sic can. 18 concil. Ancyrani : Εἴ τινες ἐπίσκοποι καταστα θέντες, καὶ μὴ δεχθέντες ὑπὸ παροικίας ἐκείνης, εἰς ἣν ὠνομάσθησαν, ἑτέραις βούλοιντο παροικίαις εἰσιέναι καὶ βιάζεσθαι τοὺς καθεστῶτας, καὶ στάσεις κινεῖν κατ' αὐτῶν, τούτους ἀφορίζεσθαι. Frustra itaque sunt ii, qui ex plurium presbyterorum, hac in epistola ad Christianos Κόρινθον παροικοῦντας mentione, rem hierarchicam concidisse autumant, et presbyteranæ ἰσοτιμίας imaginem et typum exhiberi gloriantur. FELL.

(83) *Διὰ τὰς αἰφνιδίους.* Ex acriori ms. inspectione sic legit ediditque Wott., clausa sententia cum πληθυνθείη. Paulo aliter Pearson. Vitio sane laborat Jun. et codd. Impp. lectio. Quorsum enim ista, ἐφ' ὑμῶν ἰδίους καὶ ἐπ' ἀλλήλους, post πληθυνθείη subjecta? Plura videsis apud ipsum Wottonum. GALL. — *Ἐφ' ὑμῶν ἰδίους.* Alludit fortasse ad locum Pauli I Thess. III, 12 : Ὑμᾶς δὲ ὁ Κύριος πλεονάσαι, καὶ περισσεύσαι τῇ ἀγάπῃ εἰς ἀλλήλους, D καὶ εἰς πάντας, καθάπερ καὶ ἡμεῖς εἰς ὑμᾶς. Legendum autem arbitror, ἐφ' ὑμᾶς ἰδίως. JUN.

(84) *Διὰ γενομένας συμφοράς.* Ex hisce verbis colligit Junius verisimile esse hanc epistolam fuisse conscriptam a Clemente in exsilio constituto; sed puto bonæ fidei rem non esse, si quis alieno nomine litteras mitteret, quo tempore constaret eum peregre versari, nec convenire eos posse, quorum verbis se scribere profitetur. Præterea solemnis illa legatio, quæ in calce epistolæ recensetur, argumento erit, hæc ab Insula aut Metallo minime fuisse transmissa. Et quidem si anonymo auctori, qui de certaminibus, peregrinationibus, vita et morte Petri et Pauli scripsit, et in Bibliotheca Arundeliana habetur, fides sit habenda, saltem in illa persecutione, quæ B. Petrum martyrio donavit, præteriebatur Clemens noster et natalium privilegio inviolatus permansit. Ait enim ille : Οἱ στρατιῶται παραχρῆμα πάντας συλλαβόμενοι, (Christianos) ἐπὶ τὸν τῶν κατα-

δίκων ἄγουσι τόπον· καὶ τοῦ μὲν Κλήμεντος, ὡς συγγενοῦς Καίσαρος, φείδονται, Ἡρῳδίωνα δὲ καὶ Ὀλυμπᾶν, σὺν ἅμα πλήθει, τῇ τοῦ ξίφους ὑπάγουσι τομῇ· Πέτρον δὲ τὸν μέγαν τοῦ Κυρίου ἀπόστολον ἀντιστρόφως τῷ σταυρῷ προσπηγνύουσιν. Ubi obiter notare est, plerosque, qui Clementis vitam scripsere, succedentium pontificum majestatem ob oculos habentes, eum imperatoria familia ortum somniasse; et quæ de Fabio Clemente consule, atque Flaviæ Domitillæ viro, retulerat Dio lib. LXVII, ad nostri decora congessisse. FELL. — *Διὰ γενομένας* conjungendum cum antecedentibus, quæ ita, ex codice Alexandrino, legenda sunt : Δι' αἰφνιδίους καὶ ἐπαλλήλους γενομένας ἡμῖν συμφορὰς καὶ παρεμπτώσεις, non ἐφ' ὑμῶν ἰδίους. Ita legendum vidit Angliæ decus Joan. Pearson. COLON.

(85) Sæviente scilicet Domitiani persecutione, quæ anno Christi 95 cœpit. Quo tempore Romanam Ecclesiam convocare, ut Corinthiorum votis fieret satis, minime liberum erat. Qui calamitates, quas Clemens exsul passus sit, hic commemorari putant, non attendunt eum Romanæ Ecclesiæ nomine scribere, adeoque non privatas, sed sibi cum C Ecclesia Romana communes ærumnas enarrare. COUST.

(86) βράδειον. Al. βράδιον; at Cler. et Birr. βραδεῖαν..... ἐπιστροφήν· id est : *Seram nos adversionem* (animi) *fecisse intelligimus.* GALL.

(87) *Γνωρίζομεν.* Jun. δυσοίζομεν : satis incommode. Cler. δοκήσομεν, contra ms. fidem. Al. cum Wott. νομίζομεν. At Wetst. in Proleg. ad Nov. Test. Gr. p. 65, γνωρίζομεν· pressius ad stylum S. Pauli, quem passim usurpat S. Pater. Hæc lectio probatur Freyo, et Birrio. GALL.—*Δυσοίζομεν.* Ad supplendam hanc lacunam, vocem νομίζομεν, nec incommodo sensu, primum substituimus, sed cum diligentius postea, et oculis accuratioribus exemplar intueremur, et vestigium minutissimum τοῦ *o* ante *ε* cerneremus, δυσοίζομεν, licet rarius occurrat, reponere non dubitavimus; δυσοίζειν autem Hesychio est, φοβεῖσθαι καὶ ὑποπτεύειν. JUN. — Guietius opinatur ab οἴω οἶομαι, οἴζω οἴζομαι deduci. FELL. Quidquid hic comminiscuntur aut coactum, aut barbarum est. Legendum videtur βραδεῖαν δοκήσομεν ἐπιστροφὴν πεποιηκέναι περὶ τῶν ἐπιζητουμένων, hoc est, si ita loqui Latine liceret, *seram videbimur animadversionem fecisse de iis quæ quærebatis.* Sensus est, videbimur sero ad animum revocasse. CLER.

(88) *Ἐπιστροφὴν πεποιηκέναι.* Ἐπιστρέφεσθαι, et ἐπιστροφὴν ποιεῖν est, *curare, animadvertere,* et *animum adhibere,* vel *adjicere.* Præter exempla quæ Stephanus affert, adde, si placet, e *Rhodiaca* Dionis Chrysostomi locum insignem, non tantum ut vim vocis et proprietatem discas, sed turpe lucrum caveas, quod animi et rationis oculos obcæcat, nec justum ab injusto, aut honestum a turpi discernere patitur : Ἀλλ' ἔστι αὐτὸ τοῦτο ἡ μοχθηρία, τοῦ κέρδους ἕνεκα καὶ χρείας, μηδενὸς αἰσχροῦ μηδὲ ἀδίκου πράγματος ἐπιστρέφεσθαι, μηδὲ φροντίζειν ποῖον τὸ γιγνόμενον, ἀλλὰ μόνον εἰ λυσιτελές. JUN.

(89) *Ἀγαπητοί.* Vox hæc sede sua, et loco tur-

Digitized by Google

marunt, ut venerabile ac illustre, dignumque quod ab omnibus ametur nomen vestrum, magnopere blasphemetur [89]. Quis enim apud vos diversatus, omni virtute plenam firmamque fidem vestram non probavit? sobriam et mitem in Christo pietatem non est admiratus? magnificentiam qua hospites excipere soletis, non celebravit? perfectam denique certamque cognitionem vestram, non beatam prædicavit? Omnia enim sine personarum acceptione a vobis fiebant, et in Dei legibus ambulabatis, præpositis vestris subditi, et senioribus qui sunt inter vos debitum honorem tribuentes. Juvenibus, ut moderata et honesta sectarentur, mandabatis; mulieribus, ut in inculpabili, gravi et casta conscientia omnia peragerent, diligendo viros suos, prout officium postulat, denuntiabatis; utque in obedientiæ canone constitutæ, res domesticas honeste administrarent modestissimeque se gererent, docebatis.

καὶ ξένοις (90) τοῖς ἐκλεκτοῖς τοῦ Θεοῦ, μιαρᾶς καὶ ἀνοσίου (91) στάσεως, ἣν ὀλίγα πρόσωπα προπετῆ καὶ αὐθάδη ὑπάρχοντα, εἰς τοσοῦτον ἀπονοίας (92) ἐξέκαυσαν, ὥστε τὸ σεμνὸν καὶ περιδόητον, καὶ πᾶσιν ἀνθρώποις ἀξιαγάπητον (93), ὄνομα ὑμῶν, μεγάλως βλασφημηθῆναι. Τίς γὰρ παρεπιδημήσας πρὸς ὑμᾶς, τὴν πανάρετον καὶ βεβαίαν ὑμῶν πίστιν οὐκ ἐδοκίμασεν; τήν τε σώφρονα καὶ ἐπιεικῆ ἐν Χριστῷ εὐσέβειαν οὐκ ἐθαύμασεν; καὶ τὸ μεγαλοπρεπὲς τῆς φιλοξενίας ὑμῶν ἦθος οὐκ ἐκήρυξεν; καὶ τὴν τελείαν ἀσφαλῆ γνῶσιν οὐκ ἐμακάρισεν; ἀπροσωπολήπτως γὰρ πάντα ἐποιεῖτε, καὶ τοῖς νόμοις (94) τοῦ Θεοῦ ἐπορεύεσθε, ὑποτασσόμενοι (95) τοῖς ἡγουμένοις ὑμῶν, καὶ τιμὴν τὴν καθήκουσαν ἀπονέμοντες τοῖς παρ' ὑμῖν πρεσβυτέροις· νέοις τε μέτρια καὶ σεμνὰ νοεῖν ἐπετρέπετε· (96) γυναιξίν τε ἐν ἀμώμῳ καὶ σεμνῇ καὶ ἁγνῇ συνειδήσει πάντα ἐπιτελεῖν παρηγγέλλετε, στεργούσας καθηκόντως τοὺς ἄνδρας ἑαυτῶν· ἔν τε τῷ κανόνι τῆς ὑποταγῆς ὑπαρχούσας, τὰ κατὰ τὸν οἶκον σεμνῶς οἰκουργεῖν (97) ἐδιδάσκετε, πάνυ σωφρονούσας.

[89] Clem. Alex., lib. IV *Strom.*, p. 516, hæc citat.

## VARIORUM NOTÆ.

hata est, et jungenda procul dubio voci præcedentis paginæ ἀδελφοί, quod a nobis in versione nostra factum est, ut tricæ implicati eloquii, suo ordini et junctura redderentur (ut loquitur Hieronymus de phrasi Paulina), et verborum filia, plano magis et expedito stamine decurrerent. Disponere autem apte, et figurare varie, non nisi ῥητόρων παισὶ concessum est. Clemens noster nullos colores aut lumina orationis affectat, phrasis ejus simplex, rudis, et plane ἀῤῥητόρευτος est; sed postea fusius de ejus stylo, et scribendi genere. JUN.

(90) *Ξένοις.* Legit Wott. cum Cot. aliisque, ξένης. Congrua tamen ms. lectio, adeoque retinenda videtur Millio. Nimirum S. Pater schisma exhinc reprehendit, quod sit Christianis, ξένοις scilicet ac antecessorum fidelium more, *advenis in terra electisque a Deo*, maxime abominandum. Tertullianus *Apol.* cap. 1, alloquens imperii Romani antistites qui religionem Christianam insectabantur: *Scit* hæc religio *se peregrinam in terris agere, inter extraneos facile inimicos invenire: cæterum genus, sedem, spem, gratiam, dignitatem in cœlis habere.* GALL.

(91) *Μιαρᾶς καὶ ἀνοσίου.* Quære ex grammaticis, an quatuor epitheta recte uni substantivo apponantur. An vero duo ex glossa? BERNARD.

(92) *Εἰς τοσοῦτον ἀπονοίας.* Hoc est, *tanto furore inflammarunt*; vel ita *inflammarunt*, ut rem *ad tantum furorem* adduxerint, *ut nomen vestrum summopere vituperetur*; hoc est, ut dissidiis vestris infames sitis. *Nomen* hic est existimatio. CLER.

(93) *Ἀξιαγάπητον.* Eadem voce utitur cap. 21. Quo fit ut mirer asseveratum a viro *πολυμηχάνῳ*, Davide Blondello, in præfatione Apologiæ pro sententia Hieronymi p. 40, id nominis nostra in epistola non comparere. COT.

(94) *Τοῖς νόμοις.* Clem. Alex. ἐν τοῖς νομίμοις. Quæ genuina lectio, ut ex sect. 30 et 40 liquet. Apud eumdem Clementem *Strom.*, lib. I, Nymphodorus ἐν τρίτῳ νομίμων Ἀσίας laudatur, et ἐν νομίμοις βαρβαρικοῖς alibi. Quo nomine volumen scripserat Aristoteles, Varroni lib. VI *De legibus* et Apollonio in *Historiis mirabilibus* laudatum. COLOM. — Græce cum Clemente Alexandr. ἐν τοῖς νομίμοις legendum esse suadet similis phrasis sub finem num. 3, *ut reddat illis revromissionem... cum servaverint legitima Dei.* COUST.

(95) *Ὑποτασσόμενοι* ad *σπλάγχνοις* cap. 2. Hæc facta ex Paulinis, atque extra tempus suum, ut loquuntur grammatici. BERNARD.

(96) *Σεμνὰ νοεῖν ἐπετρέπετε.* Forte προὐτρέπετε, vel ἐπετρέφετε aut ἐξετρέφετε potius, quod idem est cum ἀνετρέφετε, hoc est, a teneris instituebatis, et imbuebatis. JUN.

(97) *Οἰκουργεῖν.* Pro οἰκουργεῖν, legendum monuit οἰκουρεῖν Dominus Boisius, canonicus Eliensis, vir emendatus et gravis, et in hoc litterarum genere, quod ipsius eruditissimæ notæ in Chrysostomum testantur, longe versatissimus, cujus industria in hoc opere non leviter nos adjutos esse profitemur. Cum enim in apographum nostrum casu incidisset, in quo præter lacunas suppletas, nullæ tum emendationes nostræ, sed exemplar πρωτότυπον fide optima, etiam cum omnibus rugis et nævis expressum, quos nos postea emaculandos, et per otium abstergendos proposueramus, temperare sibi non potuit, quin varia observaret: pro quibus ut illi, licet de facie adhuc ignoto, gratias agimus maximas; ita alios latere nolumus, per quos vel minimum profecimus. Verum huic loco αὐτουργεῖν convenientius esse arbitramur, siquidem addit auctor, τὰ κατὰ τὸν οἶκον. In muliere enim ἀνδρείᾳ, qualem Salomon postremo Proverbiorum describit, non tantum requiritur, ut domi se contineat, et raro in publicum prodeat; quam Apostolus ad Titum II, 5, οἰκουρὸν ἀγαθήν vocat, et Clemens Alexandrinus II Strom. elegantissime exprimit: Ἥτις φυλαττομένη, τὰς πολλὰς τῆς οἰκίας ἐξόδους ἀποκλείει ὡς οἷόν τε αὐτῇ τῆς πρὸς τοὺς οὐ προσήκοντας προσόψεως, προυργιαίτερον τιθεμένη τῆς ἀκαίρου φλυαρίας τὴν οἰκουρίαν: verum etiam, ut sedula sit instar apis oportet, nec ἄεργον τὴν χεῖρα ἔχειν, sed τῷ ἀνδρὶ ἐνεργεῖν εἰς ἀγαθὰ πάντα τὸν βίον, ut est. apud regum sapientissimum, ibidem. Unde idem Clemens in Pædagogi lib. III: Ἡ δὲ αὐτουργία ταῖς γυναιξὶ μάλιστα τὸ γνήσιον ἐπιφέρει κάλλος, γυμνάζουσα τὰ σώματα αὐτῶν, καὶ σφᾶς αὐτὰς δι' αὐτῶν κοσμοῦσα· οὐ τὸν ὑπ' ἄλλων πεπονημένον προσφέρουσα κόσμον ἄκοσμον, καὶ ἀνελεύθερον καὶ ἑταιρικόν, ἀλλὰ τὸν ἑκάστης σώφρονος γυναικὸς διὰ τῶν χειρῶν αὐτῆς, ὁπότε χρῄζοι μάλιστα, ἀρκούμενον καὶ ἐξυφαινόμενον. Et supra ejusdem libri cap. 10, τῆς γυναικείας αὐτουργίας varias species enumerat, ταλασιουργίαν, sc.l. ἱστουργίαν, etc., ad quem te remittimus. Ib. — Non satis Christianæ matrisfamilias οἰκουρεῖν, *domum cu-*

Digitized by Google

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Β'.

Πάντες τε ἐταπεινοφρονεῖτε (98), μηδὲν ἀλαζονευόμενοι, ὑποτασσόμενοι μᾶλλον ἢ ὑποτάσσοντες, ἥδιον (99) διδόντες (100) ἢ λαμβάνοντες· τοῖς ἐφοδίοις τοῦ Θεοῦ ἀρκούμενοι (1), καὶ προσέχοντες τοὺς λόγους αὐτοῦ ἐπιμελῶς (2), ἐστερνισμένοι (3) ἦτε τοῖς σπλάγχνοις, καὶ τὰ παθήματα αὐτοῦ (4) ἦν πρὸ ὀφθαλμῶν ὑμῶν. Οὕτως εἰρήνη βαθεῖα καὶ λιπαρὰ ἐδέδοτο πᾶσιν, καὶ ἀκόρεστος πόθος εἰς ἀγαθοποιΐαν, καὶ πλήρης Πνεύματος ἁγίου ἔκχυσις ἐπὶ πάντας ἐγίνετο· μεστοί τε ὁσίας βουλῆς ἐν ἀγαθῇ προθυμίᾳ μετ' εὐσεβοῦς πεποιθήσεως ἐξετείνατε τὰς χεῖρας ὑμῶν πρὸς τὸν παντοκράτορα Θεὸν, ἱκετεύοντες αὐτὸν ἵλεως γενέ-

## CAPUT II.

Omnes autem humili animo eratis, nullatenus superbientes, magis subjecti [a] quam subjicientes, dantes libentius quam accipientes [b]. Dei viatico contenti; verbaque ejus diligenter attendentes, dilatati eratis in visceribus; ejusque passiones (5) vobis præ oculis erant. Sic alta et abundanti pace fruentes, inexplebile benefaciendi desiderium omnes tenebat, plenaque Spiritus sancti super omnes effusio erat: sancta quoque voluntate referti, bono atque alacri animo cum pia fiducia manus vestras extendebatis ad omnipotentem Deum, ei supplicantes ut propitius esset [c], si quid inviti peccassetis.

[a] I Pet. v, 5. [b] Act. xx, 35. [c] Heb. viii, 12; II Machab. vii, 37.

## VARIORUM NOTÆ.

*rare*, nisi fortis illius matrisfamilias adinstar, quam Salomon Prov. ult. describit, manum operi admoveat. Recte Junius *cum temperantia administrare*, rectius fortasse, decore, aut cum matronali gravitate administrare diceretur. Fell.

(98) *Πάντες ἐταπεινοφρονεῖτε.* Ad locum I Petr. v, 5, respexisse hic Clementem nostrum arbitror, πάντες δὲ ἀλλήλοις ὑποτασσόμενοι τὴν ταπεινοφροσύνην ἐγκομβώσασθε. Unde infra ἐνδυσώμεθα τὴν ὁμόνοιαν ταπεινοφρονοῦντες, et passim in hac epistola Corinthios ut humilitate se ornent, et humilitatem cum concordia induant, hortatur: quæ cæterarum virtutum merito a Basilio θησαυροφυλάκιον vocatur, et a Chrysostomo, μήτηρ, καὶ ῥίζα, καὶ τροφὸς, καὶ ὑπόθεσις, καὶ σύνδεσμος τῶν ἀγαθῶν. Jun.

(99) *Ἥδιον.* Pro μᾶλλον quod habet Jun. cum edit. Wott. ἥδιον ex ms. restituit. Sic legit et Grabius. Sic quoque Millius in *Prolegom.* ad N. T., n. 140. Lectio sane propior ad Act. xx, 35. Gall.

(100) *Ἥδιον διδόντες.* Alludit ad locum Act. xx, 35: Μακάριόν ἐστι διδόναι μᾶλλον ἢ λαμβάνειν. De quo loco Josephus, scriptor Christianus (quem ex codice msto, Cantabrigiensi descriptum habemus) in Ὑπομνηστικῷ suo, quæstione 121, sic habet: Τίνες εἰσὶν αἱ ὑπὸ τῶν ἀποστόλων μαρτυρίαι παραγενόμεναι, ὧν τὰς γραφὰς οὐκ ἔχομεν; Ματθαῖός φησι ἐπὶ τῇ οἰκήσει τοῦ Ἰωσὴφ ἀπὸ τῆς ἐξ Αἰγύπτου ἀνόδου, εἰς τὴν Ναζαρὲθ μετὰ τοῦ Κυρίου· *Ἐλθὼν δὲ ᾤκησε τὴν Ναζαρὲθ, ἵνα πληρωθῇ τὸ γεγραμμένον· Ὅτι Ναζαραῖος κληθήσεται.* Παῦλος ἐν τῇ πρὸς Ἐφεσίους φησί· *Διὸ λέγει· Ἔγειραι ὁ καθεύδων, καὶ ἐπιφαύσει σοι ὁ Χριστός·* καὶ πάλιν γέγραπται· *Ἐγένετο ὁ πρῶτος ἄνθρωπος εἰς ψυχὴν ζῶσαν, ὁ δεύτερος εἰς πνεῦμα ζωοποιοῦν.* Καὶ τοῖς ἐν Μιλήτῳ πρεσβυτέροις διαλεγόμενος, φησί· *Μνημονεύετε, ὅτι μακάριόν ἐστι διδόναι μᾶλλον ἢ λαμβάνειν.* His adde, si placet, locum Chrysostomi, quem nos ex Catena Græca in Acta et Epistolas canonicas eruimus, quæ in Bibliotheca novi collegii hujus Academiæ servatur, et longe alia est ab ea, quæ sub Œcumenii nomine, in lucem prodiit: Καὶ ποῦ εἶπεν; Ἴσως ἀγράφως παρέδωκαν οἱ ἀπόστολοι, ἢ ἐξ ὧν ἄν τις συλλογίσαιτο δῆλον. Καὶ γὰρ ἔδειξε τὴν παῤῥησίαν τὴν πρὸς τοὺς κινδύνους, τὴν συμπάθειαν τὴν πρὸς τοὺς ἀρχομένους, τὴν διδασκαλίαν τὴν μετὰ παῤῥησίας, τὴν ταπεινοφροσύνην, τὴν ἀκτημοσύνην. Τοῦτο δὲ καὶ ἀκτημοσύνης μεῖζον· εἰ γὰρ ἐκεῖ, *Πώλησόν σου*, φησὶ, *ὑπάρχοντα, εἰ θέλεις τέλειος εἶναι·* ὅταν πρὸς τὸ μηδὲν λαμβάνειν, καὶ ἑτέρους τρέφῃ, τί τούτου ἴσον; Εἷς βαθμὸς, ῥίψαι τὰ αὐτοῦ· δεύτερος, ἑαυτῷ ἐπαρκεῖν· τρίτος, καὶ ἑτέροις· τέταρτος, τὸ καὶ κηρύττοντα ἐξουσίαν ἔχοντα λαμβάνειν, μὴ λαμβάνειν· ὥστε πολὺ τῶν ἀκτημόνων οὗτος βελτίων ἦν. Jun.

(1) *Ἐφοδίοις τοῦ Θεοῦ ἀρκούμενοι.* Forte doctrinam salutis ex sacris Scripturis haustam intelligit, ut Basilius ad Meletium epist. 56: Ὠφέλιμα διάγματα, ἢ ἐφόδια πρός τε τὸν ἐνεστῶτα αἰῶνα, καὶ τὸν μέλλοντα. Sic Cyrillus Hieros. catech. 5, vult catechumenos suos fidem in cordibus insculptam habere, καὶ ἐπ' αὐτῆς λέξεως μνημονεῦσαι, id est, verba ipsa symboli mente et memoria tenere, καὶ ἐφόδιον ἔχειν ἐν παντὶ τῷ χρόνῳ τῆς ζωῆς. Vel potius τὰ βιωτικὰ ad victum et vestitum necessaria τῶν ἐφοδίων nomine intelligenda sunt, ut Paulus I ad Timotheum vi, 8: Ἔχοντες δὲ διατροφὰς καὶ σκεπάσματα, τούτοις ἀρκεσθησόμεθα, et ad Hebræos xiii, 5: Ἀφιλάργυρος ὁ τρόπος, ἀρκούμενοι τοῖς παροῦσιν. Id.

(2) *Προσέχοντες τοὺς λόγους αὐτοῦ ἐπιμελῶς.* F. τοῖς λόγοις. Sequitur locus, cujus sensum ac elegantiam minime assecutus fuit eruditus interpres. ἐστερνισμένοι ἦτε τοῖς σπλάγχνοις. Clementi ἐστερνισμένοι sunt, qui Latinis pectorosi, homines lati capacisque pectoris. Respexit autem dubio procul ad verba Apostoli II ad Corinthios vi, 11: Ἡ καρδία ἡμῶν πεπλάτυνται. Οὐ στενοχωρεῖσθε ἐν ἡμῖν, στενοχωρεῖσθε δὲ ἐν τοῖς σπλάγχνοις ὑμῶν· τὴν δὲ αὐτὴν ἀντιμισθίαν (ὡς τέκνοις λέγω) πλατύνθητε καὶ ὑμεῖς. *Cor nostrum dilatatum est. Non angustiamini in nobis: angustiamini autem in visceribus vestris. Eamdem autem habentes remunerationem (tanquam filiis dico), dilatemini et vos.* Quocirca suspicari quis possit, particulam ἐν e Clementino textu excidisse. Cot. — *Προσέχοντες τοὺς λόγους.* Totus hic locus corruptus, et sic forte restituendus, προσέχοντες τοῖς λόγοις (licet προσέχειν cum quarto casu hoc sensu interdum junctum reperiatur, ut Isaiæ cap. primo bis: Προσέχετε νόμον Θεοῦ, et κρίσιν χηρῶν οὐ προσέχοντες) αὐτοῦ ἐπιμελῶς, οἳ ἐνεστερνισμένοι ἦσαν τοῖς σπλάγχνοις, καὶ τὰ μαθήματα αὐτῶν (id est documenta, vel magisteria, ut Cypriani verbo utar) ἦν πρὸ ὀφθαλμῶν ὑμῶν. Jun.

(3) *Ἐστερνισμένοι... τοῖς.* Al. ἐνεστερνισμένοι. Cot. ἐστερνισμένοι... ἐν τοῖς. Vid. II Cor. vi, 12. Gall. — *Ἐστερνισμένοι.* Ad hæc Clementis verba alludere videtur *Constitutionum apostolicarum* consarcinator in Proœmio Operis, cum ait: Ἐνεστερνισμένοι τὸν φόβον αὐτοῦ, ut monuit rev. Pearson, pro Ignatii epistolis, p. 63. Colon.

(4) *Καὶ τὰ παθήματα αὐτοῦ* (supple ex præcedentibus Θεοῦ) *ἦν πρὸ ὀφθαλμῶν ὑμῶν.* Præteriisse videntur ista conspectum oculatissimi critici Photii: cujus judicium e Bibliothecæ codice 126, petitum, habes hic in testimoniis veterum. Cot.

(5) Cujus scilicet viatico contentos eos proxime dixit. Ita, ut observavit Cotelerius, passiones Christi Clemens *passiones Dei* nuncupare non dubitat: quod Photium fugit; alioquin cod. 126 minime notasset id forte nonnullos in hac epistola reprehensuros esse, quod Clemens Christum appellans nequaquam sublimiores et convenientes Deo voces adhibuerit. Tantum observat nullas ei excidisse, quæ divinæ illius naturæ adversentur. Ex hoc au-

Digitized by Google

(10) *Τὸ σκῆπτρον τῆς μεγαλωσύνης τοῦ Θεοῦ ὁ Κύριος ἡμῶν Χριστὸς Ἰησοῦς.* Apposite Procopius ad Exodi caput IV initio : *Dicitur Christus baculus, quod omnes ab ipso sustinemur et confirmamur. Sermone namque Domini confirmati et consolidati sunt sæli. Fulcit quoque sermo Dei justos. Et per Filium quasi baculum portamur ad Patrem. Ait enim : Compellam sive cogam ipsos sub baculum meum. Baculus, sive virga, regni symbolum est. Imperat siquidem per Filium omnibus Deus Pater. Ad hunc inquit David : Virga tua et baculus tuus consolata sunt me. Hæc est virga quæ progerminat ex radice Jesse. Hæc est virga Aaronis florida*, etc. COT. — *Τὸ σκῆπτρον.* Hieronymus in LII cap. Isaiæ hunc locum laudat, ut supra inter veterum testimonia de Clemente et ejus scriptis, a nobis notatum est. De ratione autem primi adventus Christi in humilitate et clementia, addatur ex *Epistola ad Diognetum*, Justini Martyris locus : Τοῦτον πρὸς αὐτοὺς ἀπέστειλεν, ἆρά γε ὡς ἄνθρωπον ἄν τις λογίσαιτο, ἐπὶ τυραννίδι, καὶ φόβῳ, καὶ καταπλήξει; οὐμενοῦν, ἀλλ' ἐν ἐπιεικείᾳ καὶ πραΰτητι, etc., et de duplici habitu et duplici adventu Christi legatur Tertullianus, capite ultimo *Contra Judæos* JUN. — Respicit ps. XLIV, 7 : Ῥάβδος εὐθύτητος ἡ ῥάβδος τῆς βασιλείας σου, quem locum adducit Auctor ad Heb. I, 8 ad divinas Christi prærogativas stabiliendum, quo etiam prolato concludit Justinus M. adversus Tryphonem ὅτι D καὶ προσκυνητός ἐστι καὶ Θεὸς, καὶ Χριστός. Et quidem eo felicius adducitur hic locus ad retundendam Judæorum pertinaciam, quod ad Messiam pertinere vel ipsi fatentur Rabbini; scilicet, *Thargum*, *Kimchi*, *Aben Ezra*, et *Sal. Iarchi*. Certe Christus Dei sceptrum, quod potentiæ symbolum, rectissime dicitur, siquidem per eum omnia facta sunt quæ sunt facta, Joan. I, et ut ait auctor ad Heb., τοὺς αἰῶνας ἐποίησεν. Male ergo vapulat auctor noster, apud Photium, quod Christum ἐξονομάζων οὐδὲ τὰς θεοπρεπεῖς, καὶ ὑψηλοτέρας περὶ αὐτοῦ ἀφῆκε φωνάς. FELL.

(11) *Ἐκλεῖπον παρὰ τὸ εἶδος τῶν ἀνθρώπων.* Aliter, ἐκλεῖπον παρὰ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων. Et, ἐκλεῖπον παρὰ πάντας τοὺς ἀνθρώπους. *Deficiens citra filios hominum.* Et *deficiens citra omnes homines*, inquit Tertullianus cap. 14 libri *adversus Judæos*, ac lib. III *contra Marcionem* cap. 17. Apud Gregorium Nyssenum, tomo II, in testimoniis adver-

Digitized by Google

καὶ εἰδὼς φέρειν μαλακίαν· ὅτι ἀπέστραπται τὸ πρόσωπον αὐτοῦ, ἠτιμάσθη καὶ οὐκ ἐλογίσθη. Οὗτος τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν φέρει, καὶ περὶ ἡμῶν ὀδυνᾶται, καὶ ἡμεῖς ἐλογισάμεθα αὐτὸν εἶναι ἐν πόνῳ, καὶ ἐν πληγῇ, καὶ ἐν κακώσει· αὐτὸς δὲ ἐτραυματίσθη διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν, καὶ μεμαλάκισται διὰ τὰς ἀνομίας ἡμῶν. Παιδεία εἰρήνης ἡμῶν ἐπ' αὐτόν· τῷ μώλωπι αὐτοῦ ἡμεῖς ἰάθημεν. Πάντες ὡς πρόβατα ἐπλανήθημεν· ἄνθρωπος τῇ ὁδῷ αὐτοῦ ἐπλανήθη· καὶ Κύριος παρέδωκεν αὐτὸν ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν, καὶ αὐτὸς διὰ τὸ κεκακῶσθαι οὐκ ἀνοίγει τὸ στόμα. Ὡς πρόβατον ἐπὶ σφαγὴν ἤχθη, καὶ ὡς ἀμνὸς ἐναντίον τοῦ κείραντος ἄφωνος, οὕτως οὐκ ἀνοίγει τὸ στόμα αὐτοῦ. Ἐν τῇ ταπεινώσει ἡ κρίσις αὐτοῦ ἤρθη· τὴν γενεὰν αὐτοῦ τίς διηγήσεται; ὅτι αἴρεται ἀπὸ τῆς γῆς ἡ ζωὴ αὐτοῦ, ἀπὸ τῶν ἀνομιῶν τοῦ λαοῦ μου ἦκει εἰς θάνατον (12). Καὶ δώσω τοὺς πονηροὺς ἀντὶ τῆς ταφῆς αὐτοῦ, καὶ τοὺς πλουσίους ἀντὶ τοῦ θανάτου αὐτοῦ· ὅτι ἀνομίαν οὐκ ἐποίησεν, οὐδὲ εὑρέθη δόλος ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ· καὶ Κύριος βούλεται καθαρίσαι αὐτὸν τῆς πληγῆς (13). Ἐὰν δῶται (14) περὶ ἁμαρτίας, ἡ ψυχὴ ὑμῶν ὄψεται σπέρμα μακρόβιον. Καὶ Κύριος βούλεται ἀφελεῖν ἀπὸ τοῦ πόνου τῆς ψυχῆς αὐτοῦ, δεῖξαι αὐτῷ φῶς, καὶ πλάσαι τῇ συνέσει, δικαιῶσαι δίκαιον εὖ δουλεύοντα πολλοῖς· καὶ τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν αὐτὸς ἀνοίσει. Διὰ τοῦτο αὐτὸς κληρονομήσει πολλοὺς, καὶ τῶν ἰσχυρῶν μεριεῖ σκῦλα· ἀνθ' ὧν παρεδόθη εἰς θάνατον ἡ ψυχὴ αὐτοῦ, καὶ τοῖς ἀνόμοις (15) ἐλογίσθη· καὶ αὐτὸς ἁμαρτίας πολλῶν ἀνήνεγκεν, καὶ διὰ τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν παρεδόθη. Καὶ πάλιν αὐτός φησιν· Ἐγὼ δέ εἰμι σκώληξ, καὶ οὐκ ἄνθρωπος, ὄνειδος ἀνθρώπων, καὶ ἐξουθένημα λαοῦ. Πάντες οἱ θεωροῦντές με, ἐξεμυκτήρισάν με, ἐλάλησαν ἐν χείλεσιν, ἐκίνησαν κεφαλήν. Ἤλπισεν ἐπὶ Κύριον, ῥυσάσθω αὐτὸν, σωσάτω αὐτὸν, ὅτι θέλει αὐτόν. Ὁρᾶτε, ἄνδρες ἀγαπητοί, τίς ὁ ὑπογραμμὸς ὁ δεδομένος ἡμῖν· εἰ γὰρ ὁ Κύριος οὕτως ἐταπεινοφρόνησεν, τί ποιήσομεν ἡμεῖς οἱ ὑπὸ τὸν ζυγὸν τῆς χάριτος αὐτοῦ δι' αὐτοῦ (16) ἐλθόντος (17);

lore positus, et sciens ferre infirmitatem : quia aversa est facies ejus, despecta, et non reputata. Iste peccata nostra portat, et pro nobis dolet; et nos reputavimus eum esse in labore, et in plaga, et in afflictione : ipse autem vulneratus est propter peccata nostra, et infirmatus est propter iniquitates nostras. Disciplina pacis nostræ super eum : livore ejus nos sanati sumus. Omnes quasi oves erravimus : homo in via sua erravit : et Dominus tradidit eum propter peccata nostra; et ipse propter afflictionem non aperit os. Sicut ovis ad victimam ductus est, et sicut agnus coram tondente mutus, sic non aperit os suum. In humilitate judicium ejus sublatum est : generationem ejus quis enarrabit? Quia tollitur de terra vita ejus; ab iniquitatibus populi mei venit ad mortem. Et dabo malos pro sepultura ejus, et divites pro morte illius; quia iniquitatem non fecit, neque dolus inventus est in ore ejus : et Dominus vult mundare eum plaga. Si datus fuerit pro peccato, anima vestra videbit semen longævum. Et Dominus vult auferre de dolore animam ejus, ostendere ei lucem, et formare intelligentia, justificare justum bene servientem multis : et peccata eorum ipse portabit. Propterea ipse possidebit multos, et fortium dividet spolia : pro eo quod tradita est ad mortem anima ejus, et in iniquis reputatus est : et ipse peccata multorum tulit, et propter iniquitates eorum traditus est[90]. Et rursus ipse dicit : Ego autem sum vermis, et non homo; opprobrium hominum et abjectio plebis. Omnes qui conspiciebant me, subsannaverunt me, locuti sunt labiis, moverunt caput. Speravit in Dominum, eruat eum, salvum faciat eum quoniam vult eum[91]. Videtis viri dilecti, quod exemplar nobis datum sit; nam si Dominus adeo humiliter se gessit, quid faciemus nos, qui sub jugum gratiæ ejus per ipsum venimus?

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΖ'.

Μιμηταὶ γενώμεθα κἀκείνων οἵτινες ἐν δέρμα-

## CAPUT XVII.

[90] Imitatores etiam simus eorum, qui *in pellibus*

[90] Isa. LIII, 1 et seq. [91] Psal. XXI, 7-9. [92] Clemens Alex., *Strom.* IV, p. 516 hæc laudat.

## VARIORUM NOTÆ.

sus Judæos cap. *De passione*, pag. 156. *Deficiens propter* (rectius versum fuisset *præter* vel *ultra*) *morem filiorum hominum*. Hoc est Græce ἐκλεῖπον παρὰ τὸ ἦθος τῶν υἱῶν τῶν ἀνθρώπων. Editio Aldina, codex Regius 229 et Procopius, ἐκλεῖπον παρὰ πάντας τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων. Cot.

(12) Ἦκει εἰς θάνατον. Hodierna LXX versio pro ἦκει habet ἤχθη. At Clementinam lectionem confirmat S. Justinus Martyr *Apol.* 2, n. 11. Gall. — Ἀπὸ τῶν ἀνομιῶν τοῦ λαοῦ μου ἦκει εἰς θάνατον. Ut plerarumque aliarum varietatum, ita istius exempla dari possunt. Vide Justini Martyris *Apologiam* 2, p. 86; *Dialogum*, p. 230; Chrysostomi orationem in illud, *Pater si possibile est*, tom. II, p. 127, librum quod *Christus sit Deus*, tomo eodem p. 830, et Gregentii disputationem p. 53. Porro corrupta esse arbitror ista Eusebii lib. IV *Demonstrationis evangelicæ*, cap. 16, p. 190. Ὡς πρόβατον ἐπὶ σφαγὴν ἀγόμενον, ἀπό τε τῶν ἀνομιῶν αὐτῶν. Cot.

(13) Τῆς πληγῆς. Sic Wott. ex ms. Editi vero ταῖς πληγαῖς. Ms. lectionem exhibet et S. Justinus l. c. eamque agnoscit cod. Vat. Gall.

(14) Ἐὰν δῶται. Wott. qui hanc lectionem exhibet ex ms. legit δῶτε cum editis, αι pro ε positum existimans. At S. Justinus l. c. legit δῶται. Sic etiam cod. Alex. apud Isaiam LIII, 10. Itaque a ms. minime recedendum putamus. Id.

(15) Καὶ τοῖς ἀνόμοις. LXX : καὶ ἐν τοῖς ἀνόμοις. Ita et S. Justinus l. c. Id.

(16) Δι' αὐτοῦ. Hæc verba quæ desiderantur in editis, Wott. ex ms. restituit, agnoscitque Junii versio, quæ sic se habet : *Quæ sub jugum ejus gratiæ per ipsum venimus*. Ea quoque Walkius in Anglica sua versione inseruit. Id.

(17) Ἐλθόντος. Librarii mendum. Leg. ἐλθόντες. His adde ex Wott. in hoc ms. sæpe inter se permutari ε in ο : unde in eo legitur paulo superius, hoc ipso in capite : Ἡ ψυχὴ ὑμῶν ὄψεται τὸ σπέρμα μακρόβιον; ubi procul dubio legendum est ὄψεται. Id.

Digitized by Google

*caprinis et melotis circumierunt* [93] prædicantes Christi adventum : dicimus autem prophetas Eliam et Eliseum, adhuc et Ezechielem, ac præterea eos qui præclarum testimonium consecuti sunt. Magno testimonio ornatus est Abraham, et *Dei amicus* [94] appellatus est : hic autem intente respiciens ad gloriam Dei, humiliter ait : *Ego autem sum terra et cinis* [95]. Adhuc autem et de Job ita scriptum est : *Job erat justus et sine crimine, verax, colens Deum, abstinens ab omni malo* [96]; sed ille se ipsum accusans dicit : *Nemo mundus a sorde, etsi unius diei sit vita ejus* [97]. Moyses fidelis in tota domo ejus appellatus est [98], et per ejus ministerium statuit Deus populum Israelis liberare a suis plagis et contumeliis; sed ille magno honore affectus, grandia locutus non est; imo dum e rubo datum esset illi oraculum, dixit : *Quis sum ego, quod me mittis? Ego vero sum gracili voce et tardus lingua* [99]. Et iterum ait : *Ego autem sum vapor ex olla.*

A σιν (18) *αἰγείοις, καὶ μηλωταῖς περιεπάτησαν*, κηρύσσοντες τὴν ἔλευσιν τοῦ Χριστοῦ· λέγομεν δὲ Ἠλίαν καὶ Ἐλισσαῖον, ἔτι δὲ καὶ Ἰεζεκιὴλ τοὺς προφήτας, πρὸς τούτοις καὶ τοὺς μεμαρτυρημένους. Ἐμαρτυρήθη μεγάλως Ἀβραὰμ, καὶ *φίλος* προσηγορεύθη *τοῦ Θεοῦ* καὶ λέγει, ἀτενίζων εἰς τὴν δόξαν τοῦ Θεοῦ, ταπεινοφρονῶν (19)· *Ἐγὼ δέ εἰμι γῆ καὶ σποδός.* Ἔτι δὲ καὶ περὶ Ἰὼβ οὕτω γέγραπται· *Ἰὼβ ἦν δίκαιος καὶ ἄμεμπτος, ἀληθινὸς, θεοσεβὴς, ἀπεχόμενος ἀπὸ παντὸς κακοῦ*· ἀλλ' αὐτὸς ἑαυτοῦ κατηγ[ορῶν] εἶπεν (20)· *Οὐδεὶς καθαρὸς ἀπὸ ῥύ[που, ἐὰν καὶ* (21)] *μιᾶς ἡμέρας ἡ ζωὴ αὐτο*[ῦ.] Μωϋσῆς πιστὸς ἐν ὅλῳ [τῷ οἴκῳ] αὐτοῦ ἐκλήθη, καὶ διὰ τῆς [προστα]σίας αὐτοῦ ἔκρινεν ὁ Θεὸς λ[ῦσαι τὸν Ἰσραὴλ] διὰ (22) τῶν μαστίγων, καὶ τῶν [αἰκι]σμάτων αὐτῶν· ἀλλὰ κάκεῖ[νος] δοξασθεὶς μεγάλως οὐκ ἐμ[εγαλορρημόνησεν, ἀλλ' εἶπεν, ἐ[κ τῆς] βάτου χρηματισμοῦ αὐτῷ δεδο-[μέ]νου (23)· *Τίς εἰμι ἐγὼ, ὅτι με πέμπ*[εις;] *ἐγὼ δέ εἰμι ἰσχνόφωνος καὶ βρ*[α]*δύγλωσσος.* Καὶ πάλιν λέγει· *Ἐγὼ δέ εἰμι ἀτμὶς ἀπὸ χύτρας* (24).

B

[93] Heb. xi, 37. [94] II Paral. xx, 7; Isa. xli, 8; Jac. ii, 23. [95] Gen. xviii. 27. [96] Job i, 1. [97] Job xiv, 4, *sec. LXX.* [98] Num. xii, 7; Heb. iii, 2-5. [99] Exod. iii, 11; iv, 10.

## VARIORUM NOTÆ.

(18) *Οἵτινες ἐν δέρμασιν*, κ. τ. λ. Clem. Alex. *Στρωμ.*, lib. iv, cap. 17, a cap. 12 hujus epist. transit ad præsens cap. 17 nonnulla hinc excerpens. Gall. — *Οἵτινες ἐν δέρμασιν.* Hic locus ex II ad Hebræos desumptus est, prout tota hæc narratio de fide et obedientia patriarcharum : similitudinem sensuum et verborum, quam Patres inter Epistolam ad Hebræos, et hanc Clementis esse dixerunt, ex hoc loco et aliis facile deprehendere potest diligens et attentus lector. Clemens Alex., lib. iv *Strom.* addit, καὶ τριχῶν καμηλείων πλέγμασι. Jun.

C

(19) *Ταπεινοφρονῶν.* Ms. exhibet ταπεινοφρωνων : unde posterius ων redundare existimo; adeo ut legendum sit ταπεινόφρων : quod aptius consentit cum analogia et syntaxi Græcæ linguæ, in qua duo participia rarius concurrunt absque copula. Sic infra sub initium cap. 19, simili errore legitur in ms. ταπεινοφρονον pro ταπεινόφρον. Wott. Gall.

(20) *Εἶπεν.* Ita cod. ms. At Jun. cum editis, præter Londin. litteris miniatis aut hamis inclusum exhibet λέγει; perinde ac si nihil hic exstaret in ms. Id.

(21) *Ἐὰν καί.* Ita lacunam supplet Wott. pro quo Jun. cum editis, οὐδὲ εἰ. Mill. εἰ καί. Cotel. vel οὐδ' ἂν vel ἐὰν καί, vel κἂν. Plura in hunc Jobi locum observat lectu digna Cl. Sabatierius in *Biblior. sacror. Latinis versionib. antiq.* tom. I, pag. 856. Id. — *Οὐδὲ εἰ μιᾶς ἡμέρας ἡ ζωὴ αὐτοῦ*, vel *οὐδ' ἄν*, vel *ἐὰν καί*, vel *κἂν*. Primum reperies in Clemente Alexandrino *Strom.* iii et iv, p. 468, 516, et Origene homil. 5 *in Geremiam*, et tomo xv *in Matthæum*, ad cap. xix, vers. 29. Secundum in *Constitutionibus apostolicis*, lib. ii, cap 18; Epiphanio hæresi 59, cap. 1; Chrysostomo *Serm. in Præcursorem Domini*, tomo VI, et Gregorio Nysseno *Oratione de pœnitentia*, tom. II; tertium in Codicibus vulgatis. Ultimum in Philone Judæo libro *De nominum mutatione* : μιᾶς ἡμέρας habent multi, alii μία ἡμέρα; Catena vero ms. in Jobum cod. 495, bibliothecæ Regiæ, μίαν ἡμέραν. Cot.

D

(22) *Λῦσαι τὸν Ἰσραὴλ διά.* Jun. cum editis : Ῥῦσαι τὸν Ἰσραὴλ ἀπό : contra cod. ms. fidem, quem testatur Mill. apud Russelium, lacunæ initio exhibere litteram λ non ρ, et præpositionem διά non ἀπό, hiatumque non nisi undecim litteras admittere. Ipse itaque legit λ[αὸν αὐτοῦ ΙΣΛ] διά. Al. aliter. Ego vero chasma istud sic sanandum censeo : Ἔκρινεν ὁ Θεὸς ΛΥΣΑΙ ΤΟΝ ΙΣΛ διὰ τῶν μαστίγων. Ut sensus sit : decrevisse Deum eruere e captivitate Ægyptiaca Israelem, dum flagellis et contumeliis acrius premebatur. Eadem enim vi pollere mihi videtur h. l. præpositio διά, qua I Pet. iii, 20. Ὀλίγαι... ψυχαὶ διεσώθησαν δι' ὕδατος : *Paucæ..... animæ salvæ factæ sunt per aquam*, id est, *medias inter undas* Noemum ejusque familiam Deus servavit incolumem. Gall.

(23) *Δεδομένου.* Sic ms. apud Wott. At codd. impp. διδομένου. Id.

(24) *Ἐγὼ δέ εἰμι.* Plura in hunc locum, viri docti. Mihi magis arridet sententia Fabricii in *Cod. pseud. Vet. Test.*, tom. I, pag. 848. Putat igitur ipse hoc dictum desumptum quidem vel ex psal. cxviii, 83, vel ex Osee xiii, 3, sed non referendum ad Moysen. Nam, inquit, cum S. Clemens, post verba Moysis ex Exod. iii, 11, et iv, 10, subdit : Καὶ πάλιν λέγει, non Moysen quidem, sed alium sacrum scriptorem respexit : ita enim solemne apud Christianos scriptores, ex diversis sacræ Scripturæ codicibus citata loca conjungere. Id. — *Ἐγὼ δέ εἰμι ἀτμὶς ἀπὸ χύτρας.* Recte observatum Henrico Casaubono de lingua Hebraica scribenti, p. 112, nimium ingenio suo indulgere virum doctum Joannem Chiffletium, quando in apologetica Parænesi ad linguam sanctam, num. 60, ut verba Moysis Exodi vi, 12, ad Clementina hæc accommodet, Hebraicam veritatem sollicitat, transferendo ואני ערל שפתים, in ואני שפתים, quæ nihili sunt. Addit Casaubonus, ex corruptione ejusdem loci Græci ἐγὼ δέ εἰμι ἀπερίτμητος τοῖς χείλεσιν videri factum ἐγὼ δέ εἰμι ἅπερ ἀτμὶς ἀπὸ χύτρας : nec considerat homo litteratus, præter alia, illud ἀπερίτμητος τοῖς χείλεσιν e Theodotionis editione desumi, qui multo post Clementem vixit. Restat ut acceptus sit textus a quodam apocrypho, uno forsan ex iis quæ Moysis nomen præferebant. Similitudinem vero nonnullam habent testimonia, Jobi xli, 11 : *De naribus ejus, procedit fumus, sicut ollæ succensæ atque ferventis*; psalm. ci, 4 : *Defecerunt sicut fumus dies mei*,

Digitized by Google

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΗ'.

Τί δὲ εἴπωμεν ἐπὶ τῷ μεμαρτυρημένῳ Δαβίδ; πρὸς ὃν εἶπεν ὁ Θεός· *Εὗρον ἄνδρα κατὰ τὴν καρδίαν μου, Δαβὶδ τὸν τοῦ Ἰεσσαί, ἐν ἐλέει αἰωνίῳ* (25) *ἔχρισα αὐτόν.* Ἀλλὰ καὶ αὐτὸς λέγει πρὸς τὸν Θεόν· *Ἐλέησόν με, ὁ Θεός, κατὰ τὸ μέγα ἔλεός σου, καὶ κατὰ τὸ πλῆθος τῶν οἰκτιρμῶν σου, ἐξάλειψον τὸ ἀνόμημά μου. Ἔτι πλεῖον πλῦνόν με ἀπὸ τῆς ἀνομίας μου καὶ ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας μου καθάρισόν με. Ὅτι τὴν ἀνομίαν μου ἐγὼ γινώσκω, καὶ ἡ ἁμαρτία μου ἐνώπιόν μου ἐστὶν διαπαντός. Σοὶ μόνῳ ἥμαρτον, καὶ τὸ πονηρὸν ἐνώπιόν σου ἐποίησα* (26)· *ὅπως ἂν δικαιωθῇς ἐν τοῖς λόγοις σου, καὶ νικήσῃς ἐν τῷ κρίνεσθαί σε. Ἰδοὺ γὰρ ἐν ἀνομίαις συνελήφθην, καὶ ἐν ἁμαρτίαις ἐκίσσησέν με ἡ μήτηρ μου. Ἰδοὺ γὰρ ἀλήθειαν ἠγάπησας· τὰ ἄδηλα καὶ τὰ κρύφια τῆς σοφίας σου ἐδήλωσάς μοι. Ῥαντιεῖς με ὑσσώπῳ, καὶ καθα-*

## CAPUT XVIII.

Quid vero dicemus de David, qui egregium testimonium reportavit? ad quem dixit Deus: *Inveni hominem secundum cor meum, David filium Jesse: in misericordia sempiterna unxi eum* [100]. Atqui ille etiam dicit ad Deum: *Miserere mei, Deus, secundum magnam misericordiam tuam: et secundum multitudinem miserationum tuarum, dele iniquitatem meam. Amplius lava me ab iniquitate mea; et a peccato meo munda me. Quoniam iniquitatem meam ego cognosco; et peccatum meum coram me est semper. Tibi soli peccavi, et malum coram te feci: ut justificeris in sermonibus tuis, et vincas cum judicaris. Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum; et in peccatis concepit me mater mea. Ecce enim veritatem dilexisti: incerta et occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi. Asperges me hyssopo, et mundabor: lavabis me, et super nivem dealbabor. Audire me facies*

[100] Psal. LXXXVIII, 21; Act. XIII, 22.

## VARIORUM NOTÆ.

psalm. CXVIII, 83, juxta quemdam interpretem: Ἐγενήθην ὡς ἀσκὸς ἐν καπνῷ, et Jacobi IV, 14: *Quæ est enim vita vestra? Vapor est ad modicum parens, et deinceps exterminabitur:* Ποία γὰρ ἡ ζωὴ ὑμῶν; ἀτμὶς γάρ ἐστιν ἡ πρὸς ὀλίγον φαινομένη, ἔπειτα δὲ ἀφανιζομένη. Id. — *Ἐγὼ δέ εἰμι ἀτμὶς ἀπὸ χύτρας.* De hoc loco, cum nusquam in Pentateucho reperiatur, pro me respondeat Chrysostomus homil. 7, in priorem ad Corinthios: Καὶ ποῦ γέγραπται ταῦτα; λέγεται γὰρ γεγράφθαι, καὶ ὅταν μὴ διὰ τῶν ῥημάτων, ἀλλὰ δι' αὐτῶν τῶν πραγμάτων κείμενα ἢ ἐπὶ τῶν ἱστοριῶν, ἢ ὅταν τὸ αὐτὸ μὲν νόημα κείμενον ἢ μὴ ἐπ' αὐτῶν δὲ τῶν ῥημάτων, ὡς ἐνταῦθα: et paulo infra: Ἦ εἰκὸς καὶ γεγράφθαι ἐν βίβλοις, καὶ ἠφανίσθαι τὰ βιβλία· καὶ γὰρ πολλὰ διεφθάρη βιβλία, καὶ ὀλίγα διεσώθη, καὶ ἐπὶ τῆς προτέρας αἰχμαλωσίας, καὶ τοῦτο δῆλον ἐν ταῖς παραλειπομέναις, etc., vide locum, et homiliam 9 in Matthæum, ubi eadem eisdem fere verbis habentur. Josephus etiam in *Hypomnestico*, et resp. ad quæstionem 120 recenset, τὰ μνημονευόμενα ἐν ταῖς Γραφαῖς βιβλία ὡς ὄντα, οὐχ εὑρισκόμενα δέ. Sed nos ad finem festinantes, ad alia transire cogimur. Jun.— Non est opus talibus apologiis, quando compertissimum est, non omnia quæ dixerant viri sancti scriptis Veteris Testamenti mandari, magis quam quæ Dominus noster gessit et locutus est, de quibus ait Joannes cap. ult. *si scribantur per singula*, etc. Quin et auctor ad Hebr. c. XII, 21 huic ipsi Mosi verba attribuit, quæ non magis quam hæc in Pentateucho comparent. Nullibi enim dicentem audimus, Ἐμφοβός εἰμι, καὶ ἔντρομος. Interea tamen, utcunque alibi desiderentur, saltem videntur occurrere psalm. CXIX, 83, הייתי כנאד בקיטור *ego fui sicut olla in fumo*, quamvis versio LXX Intt. aliud quiddam profiteatur; unde licet Mosi jure tribui non possint, Davidi fortassis, cujus statim mentio fit, de facili restituentur. Rem serio pensitanti dubitatio non levis suboritur, locum hunc librarii injuria luxatum, ita posse reponi: Τί δὲ εἴπωμεν ἐπὶ τῷ μεμαρτυρημένῳ Δαβὶδ πρὸς ὃν εἶπεν ὁ Θεός· *Εὗρον ἄνδρα κατὰ τὴν καρδίαν μου, Δαβὶδ τὸν τοῦ Ἰεσσαί, ἐν ἐλαίῳ αἰωνίῳ ἔχρισα αὐτόν.* Ἀλλὰ καὶ αὐτὸς λέγει πρὸς τὸν Θεόν· *Ἐγὼ δέ εἰμι ἀτμὶς ἀπὸ χύτρας.* Καὶ πάλιν λέγει· *Ἐλέησόν με, ὁ Θεός*, etc. Fatendum quidem est, periodum hanc non aliter, apud Clementem Alexandr. quam hic haberi. Sed qui meminerit quid de interpolatis *Danaidum* et *Dircæ* nominibus supra observatum, atque etiam perspexerit qua licentia Clemens Alex. utatur in laudando hoc nostro; nimirum, quasi ex nominis prærogativa de suo ubique ageret; adeo illum non testem genuinæ lectionis citabit, ut corruptæ potius insimulandum censeret. Adnotare insuper licebit voces has reperiri *Ose.* XIII, 3, licet enim nunc temporis legatur ὡς ἀτμὶς ἀπὸ δακρύων, aut, ut alia exemplaria, ἀκρίδων, quasi ex voce ארבה, tamen Theodotion et ms. Alexand. ἐκ κατνοδόχης et B. Hieronymus, *e fumario* reddidere; certe hic nullo sensu legitur sive ἀκρίδων, sive δακρύων, et verisimile pro χύτρας, librarii errore nunc haberi. Consonat etiam vox Hebraica ארבה, quæ non modo ὀπή et θυρίς, sed apud Rabbinos כלי קבן exponitur. Arabes etiam אריבה dicunt, nisi quod, illi vas magnum velint. Hanc versionem agnoscit Thargum, in Osee loco supra citato כתנא מכות נורא. Fell.

(25) *Ἐν ἐλέει αἰωνίῳ.* Jun. cum editis, ἐλαίῳ pro ἐλέει. Mendose. Codex ms. exhibet ἐν ἐλαίει; solent enim codicum præsertim vetustiorum descriptores αι passim pro ε ponere; quod et in hoc Psalmistæ loco factum vidimus: unde natus error τοῦ *ἐλαίῳ* pro *ἐλέει*, qui per omnia fere exemplaria dimanavit Ita Mill. Aliter tamen Dav. qui tum ex Clem. Alex. *Στρωμ.*, lib. IV, cap. 17, pag. 611, tum in primis ex Hebraica veritate et codice Alex., Psal. LXXXIX, 20, omnino legendum statuit, ἐν ἐλαίῳ ἁγίῳ. Verum optima videtur ms. lectio: eo vel maxime quod et codex Vat. hoc præseferat ἐν ἐλέει. Accedit sic quoque legisse S. Hieronymum, qui *Comment. in Isaiam*, cap. LV, hæc habet: « Hoc pactum quod Dominus pollicetur, non erit breve et unius temporis, sicut fuit populi Judæorum; sed manebit in æternum, ut veniat verus David, et in Evangelio compleantur quæ ex Dei persona sunt repromissa: *Inveni David servum meum, in misericordia sancta unxi eum.* » Quem in locum Wott.: « Si ego recte conjiciam, inquit, pro *sancta* legendum est *sempiterna*, id postulante contextus ratione: init enim comparationem S. doctor inter pactum et promissa, tum Legis tum Evangelii, quorum illa temporanea, hæc sempiterna. Quod ut probet, subdit ex Psalmis hoc comma: *Inveni... misericordia sempiterna unxi eum:* eo quod sub vero Davide, id est Messia, pactum et promissa forent sempiterna. Nullus igitur dubitandi locus, quin legerit S. Clemens apud LXX: ἐν ἐλαίει sive ἐλέει *αἰωνίῳ*. » Gall.

(26) *Ἐποίησα.* Recte hic abrumpit sacrum carmen Clemens Alexandrinus, p. 517. B.

Digitized by Google

*exsultationem et lætitiam : exsultabunt ossa humiliata. Averte faciem tuam a peccatis meis; et omnes iniquitates meas dele. Cor mundum crea in me, Deus; et spiritum rectum innova in visceribus meis. Ne projicias me a facie tua; et spiritum sanctum tuum ne auferas a me. Redde mihi lætitiam salutaris tui; et spiritu principali confirma me. Docebo iniquos vias tuas; et impii convertentur ad te. Libera me de sanguinibus, Deus, Deus salutis meæ: exsultabit lingua mea justitiam tuam. Domine, os meum aperies; et labia mea annuntiabunt laudem tuam. Quoniam si voluisses sacrificium, dedissem utique : holocaustis non delectaberis. Sacrificium Deo spiritus contribulatus : cor contritum et humiliatum Deus non despiciet* [1].

A ρισθήσομαι· πλυνεῖς με, καὶ ὑπὲρ χιόνα λευκανθήσομαι. Ἀκουτιεῖς με ἀγαλλίασιν καὶ εὐφροσύνην· ἀγαλλιάσονται ὀστᾶ τεταπεινωμένα. Ἀπόστρεψον τὸ πρόσωπόν σου ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν μου, καὶ πάσας τὰς ἀνομίας μου ἐξάλειψον. Καρδίαν καθαρὰν κτίσον ἐν [ἐμο]ὶ, ὁ Θεὸς, καὶ πνεῦμα εὐθὲς (27) ἐγκαίνισον ἐν τοῖς ἐνκάτοις μου. Μὴ ἀπο[ῤῥί]ψῃς με ἀπὸ τοῦ προσώπου (28) σου, [καὶ τὸ πνεῦ]μα τὸ ἅγιόν σου μὴ ἀντανέ[λῃς ἀπ' ἐ]μοῦ. Ἀπόδος μοι τὴν ἀγαλ[λίασιν] τοῦ σωτηρίου σου, καὶ πνεύματι [ἡγεμο]νικῷ στήρισόν με (29). Διδά[ξω ἀνό]μους τὰς ὁδούς σου, καὶ ἀ[σεβεῖ]ς ἐπιστρέψουσιν ἐπὶ σέ. [Ῥῦσαί] με ἐξ αἱμάτων, ὁ Θεὸς, ὁ Θεὸς τῆς [σωτ]ηρίας μου· [ἀγαλλι]άσε-

B ται ἡ γλῶσσά μου τὴν [δικ]αιοσύνην σου. Κύριε, τὸ στόμα μου [ἀν]οίξεις (30), καὶ τὰ χείλη μου ἀναγ[γε]λεῖ τὴν αἴνεσίν σου. Ὅτι εἰ ἠ[θ]έλησας θυσίαν, ἔδωκα ἄν· ὁλοκαυτώματα οὐκ εὐδοκήσεις. Θυσία τῷ Θεῷ πνεῦμα συντετριμμένον· καρδίαν συντετριμμένην καὶ τεταπεινωμένην ὁ Θεὸς οὐκ ἐξουθενώσει.

## CAPUT XIX.

Talium igitur ac tantorum, adeoque præclaris testimoniis celebrium humilitas, ac demissio per obedientiam, non tantum nos, sed et ætates quæ nos præcesserunt meliores fecit, eosque qui in timore et veritate eloquia ejus susceperunt. Multorum igitur magnorumque ac illustrium gestorum participes facti, recurramus ad pacis scopum nobis ab initio traditum; et figamus oculos in patrem et creatorem totius mundi, atque illius magnificis et exsuperantibus donis pacis ac beneficiis hæreamus: cogitatione contemplemur eum, mentisque oculis patientissimam illius voluntatem intueamur: consideremus quo modo erga omnem creaturam suam lenem facilemque se præbeat.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΘ'.

Τῶν τοσούτων οὖν καὶ τοιούτων οὕτως μεμαρτυρημένων τὸ ταπεινόφρον καὶ τὸ ὑποδεὲς (31) διὰ τῆς ὑπακοῆς, οὐ μόνον ἡμᾶς, ἀλλὰ καὶ τὰς πρὸ ἡμῶν γενεὰς, βελτίους ἐποίησεν, τούς τε καταδεξαμένους (32) τὰ λόγια αὐτοῦ ἐν φόβῳ καὶ ἀληθείᾳ. Πολλῶν οὖν καὶ μεγάλων καὶ ἐνδόξων μετειληφότες πράξεων, ἐπαναδράμωμεν ἐπὶ τὸν ἐξ ἀρχῆς παραδεδομένον ἡμῖν τῆς εἰρήνης σκοπόν· καὶ ἀτενίσωμεν εἰς τὸν πατέρα καὶ κτίστην τοῦ σύμπαντος κόσμου, καὶ ταῖς μεγαλοπρεπέσι καὶ ὑπερβαλλούσαις αὐτοῦ δωρεαῖς τῆς εἰρήνης, εὐεργεσίαις τε κολληθῶμεν· ἴδωμεν αὐτὸν κατὰ διάνοιαν, καὶ ἐμβλέψωμεν τοῖς ὄμμασι τῆς ψυχῆς εἰς τὸ μακρόθυμον αὐτοῦ βούλημα· νοήσωμεν πῶς ἀόργητος

C ὑπάρχει πρὸς πᾶσαν τὴν κτίσιν αὐτοῦ.

## CAPUT XX.

Cœli gubernatione ejus commoti, in pace ei sub-

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Κ'.

Οἱ οὐρανοὶ τῇ διοικήσει αὐτοῦ σαλευόμενοι (33) ἐν

[1] Psal. L, 3-19.

## VARIORUM NOTÆ.

(27) *Εὐθές.* Ita legebant in ms. Mill. et Wott. ut apud LXX, ubi editi, εὐθύ. Et mox ms. ἐνκάτοις pro ἐγκάτοις, codd. impp. Gall.

(28) *Ἀπὸ τοῦ προσώπου.* Deest τοῦ codd. impp. quod exstat in ms., ut apud LXX. Id.

(29) *Στήρισόν με.* Sic se habet ms., non vero, ut in editt. στήριξόν με. Id.

(30) *Κύριε τὸ στόμα μου ἀνοίξεις.* Hodierna LXX versio : Κύριε τὰ χείλη ἀνοίξεις, καὶ τὸ στόμα μου, κ. τ. λ. Clementinæ tamen lectioni favet S. Ambrosius : *Os meum aperies, et annuntiabit laudem tuam :* epist. 42, n. 4. edit. BB. Id.

(31) *Τὸ ὑποδεές.* Id est, τὸ ἐπίφοβον, ἢ ὑπόφοβον : submissio cum pavore. Hesychius, ὑποδεέστερος, ταπεινότερος, ὑποδεὴς, ἐνδεὴς, καταδεὴς, ἐπίφοβος. Bois. Id.

(32) *Καταδεξαμένους.* Litterula mutata, legendum καταδεξομένους, in futuro. Ita et superiores, et præsentes, et posteros, ut par est, memorat. Dav. Id.

(33) *Τῇ διοικήσει αὐτοῦ σαλευόμενοι.* Mὴ σαλευόμενοι, sic Chrysostomus ad versum in psal. CXLVIII: Οὐκ οὐρανὸς παρεσαλεύθη. Locus integer divinam διοίκησιν universi elegantissime depingit. Καὶ τὸ δὴ θαυμαστὸν, οὐχ ὅτι διακρατεῖ μόνον, οὐδὲ ὅτι ἑστήκασιν ἀκίνητοι οἱ νόμοι τῆς φύσεως, ἀλλ' ὅτι καὶ χρόνον οὕτως ἄπειρον. Ἐννόησον γοῦν πόσος αἰὼν, καὶ οὐδὲν συνεχύθη τῶν ὄντων· οὐ θάλαττα τὴν γῆν ἐπέκλυσεν, οὐχ ἥλιος τόδε τὸ ὁρώμενον κατέκαυσεν, οὐκ οὐρανὸς παρεσαλεύθη, οὐ νυκτὸς οὐδ' ἡμέρας ὅροι συνεχύθησαν, οὐχ ὡρῶν τροπαὶ, οὐκ ἄλλο τῶν τοιούτων οὐδέν· ἀλλ' ἕκαστον καὶ τῶν κάτω καὶ τῶν ἄνω, μετὰ πάσης ἔστηκε τῆς ἀκριβείας, τοὺς ἅπαξ τιθέντας ὅρους ἐξ ἀρχῆς αὐτῷ διατηροῦν. Vox autem σαλευθῆναι, ut obiter moneamus, non semper motum localem et

D corporis significat, sed motus etiam et affectus animi interdum metaphoricῶς, ut notat Greg. Nazian. ad illud psal. XXXII. Σαλευθήτωσαν πάντες οἱ κατοικοῦντες τὴν οἰκουμένην, ut est in Catena nostra : Ἀκούοντες, φησὶ, αὐτοῦ οἱ τὴν οἰκουμένην οἰκοῦντες ἄνθρωποι, ἀπὸ τῆς προτέρας στάσεως ἧς εἶχον εἰδωλολατροῦντες δηλονότι σαλευθήτωσαν, τῷ ἰδίῳ δημιουργῷ ὑπακούοντες. Τὸ γὰρ σαλευθῆναι ἐνταῦθα δηλοῖ, οὐ κίνησίν τινα σωματικὴν, ἢ κλόνον τοιοῦτον. Ἐκεῖνο δὲ μᾶλλον ἔθος καὶ θεοπνεύστῳ Γραφῇ καὶ ἡμῖν αὐτοῖς ἐπὶ τῶν ἐπισήμως δρωμένων λέγειν ὅτι ἐσαλεύθη· οἷον ὅτε Χριστὸς ἐποχούμενος τῷ πώλῳ, μειρακίων ὑμνολογούντων αὐτὸν, ἀνέβη εἰς Ἱεροσόλυμα· τότε τὸ ἐπίσημον τῆς εἰσβολῆς διερμηνεύων ὁ εὐαγγελιστὴς γέγραφεν, ὅτι εἰσελθόντος αὐτοῦ εἰς Ἱεροσόλυμα ἐσείσθη πᾶσα ἡ πόλις, ἀντὶ τοῦ, ἔγνω, καὶ ἔλαθεν οὐδένα, καὶ τεθαύμαστο παρὰ πάντων. Οὕτω καὶ ἐνθάδε νοήσεις τὸ, σαλευθῆναι πάντας τοὺς κατοικοῦντας τὴν οἰκουμένην, καταπληττομένους καὶ θαυ-

Digitized by Google

εἰρήνῃ ὑποτάσσονται αὐτῷ. Ἡμέρα τε καὶ νὺξ τὸν τεταγ[γ]μένον ὑπ' αὐτοῦ δρόμον διανύ[ο]υσιν, μηδὲν ἀλλήλοις ἐμποδί[ζ]οντα (34). Ἥλιός τε καὶ σελήνη, ἀστέρων τε χοροὶ, κατὰ τὴν διαταγὴν [α]ὐτοῦ ἐν ὁμονοίᾳ, δίχα πάσης [π]αρεκβάσεως, ἐξελίσσουσιν [το]ὺς ἐπιτεταγμένους αὐτοῖς ὁρισμούς. Γῆ κυοφοροῦσα, κατὰ τὸ θέλημα αὐτοῦ τοῖς ἰδίοις καιροῖς τὴν πολλὴν ἀνθρώποις τε καὶ θηρσὶν, καὶ πᾶσιν τοῖς οὖσιν ἐπ' αὐτὴν (35) ζώοις ἀνατέλλει τροφὴν, μὴ διχοστατοῦσα, μηδὲ ἀλλοιοῦσά τι τῶν δεδογματισμένων ὑπ' αὐτοῦ. Ἀβύσσων τε ἀνεξιχνίαστα, καὶ νερτέρων ἀνεκδιήγητα κρίματα (36) τοῖς αὐτοῖς συνέχεται προστάγμασιν. Τὸ κύτος (37) τῆς ἀπείρου θαλάσσης κατὰ τὴν δημιουργιαν αὐτοῦ συσταθὲν εἰς τὰς συναγωγὰς, οὐ παρεκβαίνει τὰ περιτεθειμένα αὐτῇ κλεῖθρα (38), ἀλλὰ καθὼς διέταξεν αὐτῇ, οὕτως ποιεῖ. Εἶπεν γάρ· *Ἕως ὧδε ἥξεις, καὶ τὰ κύματά σου ἐν σοὶ συντριβήσεται.* Ὠκεανὸς ἀνθρώποις ἀπέ-

jiciuntur[1]. Dies etiam et nox, ab illo ordinatum cursum perficiunt, neque sibi mutuo impedimento sunt. Sol quoque ac luna et siderum chori, secundum ejus mandatum, in concordia, sine ulla transgressione, sibi constitutos orbes evolvunt. Terra gravida, juxta voluntatem illius, suis temporibus, plurimum cibum hominibus ac feris, omnibusque quæ super eam sunt animantibus, producit; nihil repugnans, neque mutans quidquam eorum quæ ab illo decreta sunt. Abyssorum impervestigabilia et inferorum inenarrabilia judicia iisdem mandatis continentur. Immensi maris profunda moles per ordinationem ejus in cumulos coagmentata, circumposita sibi claustra non transgreditur, sed prout ei præcepit, ita facit. Dixit enim : *Huc usque venies, et fluctus tui in te conterentur*[2]. Oceanus hominibus impermeabilis, et qui post ipsum sunt mundi, eisdem Domini dispositionibus gubernantur. Tempestates

[1] Gen. I, 9. [2] Job XXXVIII, 10, 11.

## VARIORUM NOTÆ.

μάζοντας, ὡς ἀγνοεῖσθαι παντελῶς οὐδένα τὴν τοῦ θεοῦ δόξαν, καὶ τὸ ὑπερφερὲς ἀξίωμα τῆς ἐνούσης αὐτῷ δυνάμεως καὶ ὑπεροχῆς. Jun. — Non facile quis sibi indulserit eam dictaturam, ut velit de suo contradictoriam apponere auctoris vocibus, cujus mentem interpretari præsefert; præsertim si ejusmodi verba commodum sensum ullatenus admittant; quod quidem hic loci contingere videtur. Quisquis enim perpetuam cœlorum vertiginem, planetarum errores, apogea et perigea, progressiones, stationes et retrogradationes, et varia quæ subinde occurrunt phænomena observaverit, æstu quodam rapi, et marini fluctus ad instar scalevesθαι non diffitebitur; præsertim post explosos, per solidissima argumenta, solidos orbes et inductas inde hypotheses de systematum liquido in æthere ceu vastissimo in pelago decursu, et tantum non in Cartesianis vorticibus perenni jactatione. Fell.

(34) *Ἀλλήλοις ἐμποδίζοντα.* Lego ἀλλήλαις ἐμποδίζουσαι. De lucis et tenebrarum, diei et noctis, mutua et perpetua successione, de constanti et irremisso a prima creatione utriusque cursu, sine ulla confusione, aut impedimento quocunque, legatur Chrysostomi homil. 3 in Genesin : Ἰδίαν τινὰ χώραν ἑκάστῳ ἀπένειμεν, ὅρους τινὰς ἐξ ἀρχῆς, καὶ ἐκ προοιμίων ἑκάστῳ πηγνὺς, ὥστε εἰς τὸ διηνεκὲς τούτους ἀπαραποδίστους διαφυλάττειν. Καὶ τοῦτο ἔξεστι συνιδεῖν ἑκάστῳ τῶν εὖ φρονούντων, πῶς ἐξ ἐκείνου μέχρι τοῦ παρόντος οὔτε τὸ φῶς ὑπερέβη τοὺς οἰκείους ὅρους, οὔτε τὸ σκότος τὴν οἰκείαν τάξιν παρῆλθε, σύγχυσίν τινα καὶ ἀταξίαν ἐργασάμενον, et paulo infra : Ὥστε μιμήσασθαι κἂν τῶν στοιχείων τὴν τάξιν, τῶν ἀπαραποδίστου τηρούντων τὸν δρόμον, καὶ μὴ ὑπερβαίνειν τὰ οἰκεῖα μέτρα. Et Justinus Martyr, ad Diognetum : Ὃ τοὺς οὐρανοὺς ἔκτισεν, ᾧ τὴν θάλασσαν ἰδίοις ὅροις ἐνέκλεισεν· οὗ τὰ μυστήρια πιστῶς πάντα φυλάσσει τὰ στοιχεῖα· παρ' οὗ τὰ μέτρα τῶν τῆς ἡμέρας δρόμων εἴληφε φυλάσσειν· ᾧ πειθαρχεῖ σελήνη νυκτὶ φαίνειν κελεύοντι· ᾧ πειθαρχεῖ τὰ ἄστρα, τῷ τῆς σελήνης ἀκολουθοῦντα δρόμῳ, etc. Et Eucherius *De contemptu mundi : Cernis ut etiam dies atque anni, et cuncta hæc ornamenta cæli, Dei verbum mandatumque infatigabili observatione conserrent. præceptorumque ejus custodiam irremissa lege famulatum.* Jun.

(35) *Ἐπ' αὐτήν.* Ita in ms. leg. Mill. et Wott. Editi ad unum omnes, ἐν αὐτῇ. Gall.

(36) *Κρίματα.* Al. κύματα, al. κλίματα, al. κοήματα Birr. existimat S. Patrem scripsisse κρυμματα, vox quidem insolens Græcis, ἀναλόγως tamen efformata ἀπὸ τοῦ κέκρυμμαι, ut a κέκριμαι κρῖμα. Conjicit itaque vir doctus, κρύμματα hic esse χάσματα κεκρυμμένα, id est *occultas voragines*, vel *hiatus*, seu *recessus penitus abditos*. Sic igitur integram sententiam ipse vertit : *Abyssorum et inferorum quoque impervestigabiles atque inenarrabiles recessus iisdem imperiis coercentur*, quibus Deus scilicet universa gubernat. Videsis Cangium in *Glossar.* v. Κρύπτειν. Id.

(37) *Τὸ κύτος*, κ. τ. λ. Respexit hic procul dubio S. Pater historiam creationis Gen. I, 9, versionem LXX secutus. Illustrat hunc locum Pearson. in *Præfat. ad edit. Biblior.* LXX, ubi monet versionem Junianam minus recte institutam, ita potius esse conformandam : *Moles immensi maris in ipsa sui creatione in congregationes suas collecta, repagula sibi circumposita non transgreditur.* In qua quidem interpretatione minime probat Birr. verba hæc, κατὰ τὴν δημιουργίαν αὐτοῦ, ita reddi, *in ipsa sui creatione;* cum pronomen αὐτοῦ ad ipsum δημιουργὸν referendum sit, ad quem etiam sequens verbum διέταξεν necessario refertur. Vertit igitur ipse, *secundum opificium ipsius.* Id.

(38) *Οὐ παρεκβαίνει τὰ περιτεθειμένα αὐτῇ κλεῖθρα.* De cancellis et limitibus mari a Deo positis, intra quos fluctuum feroces fremitus se continentes, præscriptos fines transgredi non audent, vid. Jerem. v, 22, et Proverb. VIII, 29, ubi LXX Seniores voce ἀκριβασμοῦ utuntur, quæ exactam terminorum limitationem, et finium accuratam metationem significat. Vide etiam Tertullianum cap. primo *De trinitate*, et Chrysostomum ad vers. 7 psal. CXLVIII ; et Theodoretum ad eumdem, [edidit a. 1642, Sirmondus. Verum verba hæc loco citato non leguntur. Consule sermonem 4, τῶν θεραπευτικῶν, et confer cum verbis a Junio hic laudatis. Coll.] cujus verba cum Græce adhuc non exstent, et sint longe elegantissima, placet hic attexere. Βλέπε τῆς θαλάσσης τὸ κύτος, τὸ μέγεθος, τὴν εἰς πελάγη διαίρεσιν, τὰς ἀκτὰς, τοὺς ὅρμους, τὰς ἐν μέσῳ νήσους, τῶν ἰχθύων τὰ γένη, τὰ εἴδη, τὰ σχήματα, τὴν ποικιλίαν, τὴν πρὸς τὴν χέρσον φιλίαν, τὰ τῶν κυμάτων σκιρτήματα, τὸν ἐπικείμενον αὐτοῖς τῆς προνοίας χαλινὸν, δι' ὃν τὴν ἤπειρον ἐπικλύζειν οὐ δύναται, ἀλλ' ὁρμῶντα κατὰ τῆς ψάμμου, φοβεῖται τοὺς ὅρους, καὶ τὸν θεῖον ἐκεῖ νόμον γεγραμμένον ὁρῶν, οἷόν τις ταῦρος ἵππος ἀγχόμενος ὑπὸ πωλοδάμνου ἀναχλᾷ τὸν αὐχένα, καὶ εἰς τοὐπίσω χωρεῖ ὥσπερ μετασκελούμενος ὅτι καὶ τῆς ψάμμου προσέψαυσε. Cum his confer quæ scribit Cyrillus Hieros. catech. 9 : Τίς δύναται

Digitized by Google

vernæ, æstivæ, autumnales et hiemales, in pace

## VARIORUM NOTÆ.

διηγήσασθαι τῆς θαλάσσης τὸν βυθὸν, καὶ τὸ πλάτος, ἢ τῶν ὑπερμέτρων κυμάτων τὴν ὁρμήν; ἀλλ' εἰς τοὺς ὅρους αὐτῆς ἔστηκε, διὰ τὸν εἰπόντα· « Ἄχρι τούτου ἐλεύσῃ, καὶ οὐχ ὑπερβήσῃ, ἀλλ' ἐν σεαυτῇ συντριβήσεταί σου τὰ κύματα. » Ἥτις καὶ δηλοῦσα τὸν ἐπηρτημένον αὐτῇ τοῦ προστάγματος λόγον, ἐπεκδραμοῦσα διὰ τῶν κυμάτων, γραμμήν τινα φανερὰν ἐναφίησι τοῖς αἰγιαλοῖς· δηλοῦσα τοῖς ὁρῶσιν, ὥσπερ ὅτι τοὺς προστεταγμένους οὐ παραβέβηκεν ὅρους. Jun.

(39) *Ὠκεανὸς ἀνθρώποις ἀπέραντος, καὶ οἱ μετ' αὐτὸν κόσμοι.* Dicitur oceanus hominibus ἀπέραντος : tum quia, ut ait Hieronymus ad Ephes. iv, 7, *mare immensum est, et capacitas ejus Deo soli nota;* tum quia, teste Theodorito ad psal. lxxi, 8 : Πέραν τῆς γῆς τὰ μεγάλα ἐστὶ καὶ ἄπλωτα πελάγη, ἃ τινες Ἀτλαντικὰ καλοῦσιν, ἢ ὠκεανὸν ἑσπέριον καὶ ἐῶον. *Nimis absurdum est,* verba sunt Augustini lib. xvi, *De civit. Dei,* cap. 9, *ut dicatur aliquos homines ex hac in illam partem, Oceani immensitate trajecta, navigare ac pervenire potuisse.* Apud Gildam Sapientem, *De excidio Britanniæ,* initio : *Oceani diffusione, et, ut ita dicam, intransmeabili undique circulo.* Plinius lib. ii, cap. 67 : *Sic maria circumfusa undique dividuo globo, partem orbis auferunt nobis; nec inde huc, nec hinc illo pervio tractu.* Consule Macrobium in *Somnium Scipionis,* lib. ii, c. 5. Item Josephum, *De bello Judaico,* lib. ii, c. 12. Imitatur autem Epistolam hanc ad seditiosos Corinthios datam Dionysius Alexandrinus, scribens de seditione Alexandriæ concitata, apud Eusebium lib. vii, cap. 21 *Historiæ :* Ὁ πολὺς καὶ πέραντος ἀνθρώποις ὠκεανός. Eo quoque respicere videtur Irenæus lib. ii, cap. 47. *Quid autem,* inquit, *possumus exponere de oceani accessu et recessu, cum constet esse certam causam? Quidve de his quæ ultra eum sunt enuntiare qualia sint?* quibus verbis apponi debent ista Hilarii ad psalmi lxviii finem : *Mare, quod profunda infinitaque sui obice mentem humanæ opinionis excedat, ut neque quid extra se, neque quid intra sit, sensu persequente capiamus.* Sed et Clementis Romani locus citatur a cognomine Alexandrino, *Strom.,* v, p. 586, ubi de multis cœlis seu mundis; et a Hieronymo in Ephes. ii, 2, qui, opinor, transcribit Origenis Commentarios, necnon ab ipso Origene lib. ii *Περὶ ἀρχῶν,* cap. 3, quo loci Nostrum exponens ait : *Meminit sane Clemens apostolorum discipulus, etiam eorum quos ἀντίχθονας Græci nominant, atque illius partes orbis terræ, ad quas neque nostrorum quisquam accedere potest, neque ex illis qui ibi sunt quisquam transire ad nos, quos et ipsos mundos appellavit, cum ait :* « *Oceanus intransibilis est hominibus, et hi qui trans ipsum sunt mundi, qui his eisdem dominatoris Dei dispositionibus gubernantur.* » Et infra : *Ex his tamen quæ Clemens visus est indicare, cum dicit :* « *Oceanus intransmeabilis est hominibus, et hi mundi qui post ipsum sunt;* » *qui post ipsum sunt mundos pluraliter nominans, quos et eadem Dei summi providentia agi regique significat; semina quædam nobis hujusmodi intelligentiæ videtur aspergere, quo putetur omnis quidem universitas eorum quæ sunt atque subsistunt, cœlestium et supercœlestium, terrenorum infernorumque, unus et perfectus mundus generaliter dici; intra quem, vel a quo cæteri (si qui illi sunt) putandi sunt contineri. Unde voluit quidem* [*f. voluit quidam,* vel *volunt quidam*] *globum lunæ vel solis, cæterorumque astrorum, quos planetas vocant, per singula mundos nominari. Sed et ipsum supereminentem quem dicunt* [ἀκήρατον] *globum, nihilominus mundum appellari voluit. Denique etiam Baruch prophetæ librum in assertionis hujus testimonium vocant, quod ibi de septem mundis vel cœlis evidentius indicatur,* etc. Primæ Adamantii explicationi favet Plinius, *Hist. nat.,* lib. vi, cap. 22, his verbis : *Taprobanen alterum orbem terrarum esse, diu existimatum est, Antichthonum appellatione.* Et postea : *Sed ne Taprobane quidem, quamvis extra orbem relegata, nostris vitiis caret.* Mela, lib. i, cap. 9 : *Quod si est alter orbis, suntque oppositi nobis a meridie Antichthones;* lib. iii, c. 7 : *Taprobane, aut grandis admodum insula, aut prima pars orbis alterius Hipparcho dicitur.* Omitto omnium sermone celebratam epistolam Zachariæ papæ ad Bonifacium archiepiscopum, qua Virgilium presbyterum

(40) *Καὶ οἱ μετ' αὐτὸν κόσμοι.* Κόσμοι pro κόσμος numero plurali, quod Hebraicum est, et Scripturis familiare, ut notat Chrysost. ad v. 1 psal. xviii, ut est in Catena nostra : Ὁ δὲ ψαλμὸς ὀνομάζων οὐρανοὺς οὐρανῶν, καὶ πλειόνων ἡμῖν ἔννοιαν ἐνεποίησεν, εἰ μήπου τις εἴποι ὅτι εἴωθεν ἡ τῶν Ἑβραίων διάλεκτος τὰ ἑνικὰ πληθυντικῶς ὀνομάζειν. Ἀντὶ γοῦν τοῦ εἰπεῖν, ὁ οὐρανὸς τοῦ οὐρανοῦ, εἶπεν, οἱ οὐρανοὶ τῶν οὐρανῶν. Sic Theodoretus quæst. 11 *in Genesin :* Πληθυντικῶς δὲ ἡ θεία Γραφὴ τοὺς οὐρανοὺς ὀνομάζει, λέγουσα *οἱ οὐρανοὶ τῶν οὐρανῶν,* ἐπειδὴ τῶν Ἑβραίων ἡ γλῶττα, οὔτε τὸν οὐρανὸν, οὔτε τὸ ὕδωρ οἶδεν ἑνικῶς ὀνομάσαι· εὕροι δ' ἄν τις τοιαῦτα πολλὰ καὶ παρὰ τῇ Ἑλλάδι φωνῇ. Ἀθήναν γὰρ τὴν πόλιν οὐδεὶς ἑνικῶς ὀνομάζει, ἀλλ' Ἀθήνας πληθυντικῶς, καὶ Δελφὸν τὴν πόλιν, οὐδεὶς καλεῖ Δελφὸν, ἀλλὰ Δελφούς. Sic Philoponus *in Genesin* lib. iv, cap. 5 : Πολλὰ τῶν ὀνομάτων ἑνικῶς ἅμα καὶ πληθυντικῶς λέγεται, τῆς αὐτῆς μὲν οὔσης ἐν ἑκατέρᾳ φωνῇ σημασίας, nec tantum in nominibus propriis hoc obtinere vult, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ προσηγορικῶν, et utriusque generis exempla affert. Τῶν κόσμων autem nomine, si præcedens nostra conjectura vera est, gentes Britannicæ intelligendæ veniunt, et populus qui insulam incolebat; vel insula ipsa, quæ propter magnitudinem, mundi alterius nomen meretur, et a reliquo orbe, tanquam orbis alter, Oceano divisus est. Verum hæc accuratius perpendenda τῶν γεωγράφων παισὶ relinquimus, neque quidquam in re adeo obscura, pro certo et indubitato affirmamus; nobisque satis erit, si viris doctis, quæ in medium protulimus, non prorsus ἀπίθανα, nec penitus absurda videbuntur. Jun. — Sentit Junius orbes hosce esse Insulas Britannicas, et quidem rectissime, si poetarum ratio sit habenda in re seria. Seneca enim appellat *orbem ultra Oceanum,* Manilius *novos, quos pontus subduxerat orbes,* Virgilius *penitus toto divisos orbe Britannos,* Claudianus *alio quæsito orbe* et *nostro diductos mundo.* Sed nec desunt historici, qui istis succenturientur. Josephus appellat ἑτέραν οἰκουμένην. L. Florus de iis verba faciens ait Cæsarem *respexisse Oceanum et quasi hic Romanus orbis non sufficeret, alterum cogitasse;* quem sensum iisdem ferme verbis expressit Velleius Paterculus. Imo nec aliter sensisse visus est Urbanus Papa Rom. qui Anselmum Cantuariensem Archiepiscopum *alterius orbis Papam* agnoscebat. Atnihilominus cum omnibus retro sæculis magna hominum animos tenuit anticipatio istius Americani orbis, qui nunc detegitur; et Plato, Aristoteles, Plinius, Ælianus, Seneca, Tertullianus non obscure videntur eum adumbrasse. Origenis sententiæ potius accedo, qui lib. ii Περὶ ἀρχῶν, hæc verba enarrans, ad trans mare ἀντίχθονας, hoc est regiones Americanas retulit. Fatendum quidem est, eum misere hallucinatum, quando ea quæ habentur II Pet. iii, 13, in hunc etiam sensum pertraheret; sed si aliquando dormitaverit, nemo ipsi jure interdicat, ne denuo expergiscatur; nec solemus comperta dicentibus fidem abrogare, eo quod alibi per errorem eamdem lusisse deprehensi sunt. Fell.

Digitized by Google

ταῖς ταγαῖς (41) τοῦ Δεσπότου διευθύνονται. Καιροὶ ἔαρινοί, καὶ θερινοί, καὶ μετοπωρινοί, καὶ χειμερινοὶ ἐν εἰρήνῃ μεταπαραδιδόασιν ἀλλήλοις. Ἀνέμων στάθμοὶ (42) κατὰ τὸν ἴδιον καιρὸν τὴν λειτουργίαν αὐτῶν ἀπροσκόπως ἐπιτελοῦσιν. Ἀέναοί τε πηγαὶ πρὸς ἀπόλαυσιν καὶ ὑγίειαν δημιουργηθεῖσαι, δίχα ἐλλείψεως παρέχονται τοῖς πρὸς ζωῆς (43) ἀνθρώποις μαζούς. Τά τε ἐλάχιστα τῶν ζώων τὰς συνελεύσεις αὐτῶν ἐν ὁμονοίᾳ καὶ εἰρήνῃ ποιοῦνται. Ταῦτα πάντα ὁ μέγας δημιουργὸς καὶ Δεσπότης τῶν ἁπάντων ἐν εἰρήνῃ καὶ ὁμονοίᾳ προσέταξεν εἶναι, εὐεργετῶν τὰ πάντα, ὑπερεκπερισσῶς δὲ ἡμᾶς τοὺς προσπεφευγότας τοῖς οἰκτιρμοῖς αὐτοῦ, διὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα (44) καὶ ἡ μεγαλωσύνη (45) εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

A aliæ aliis succedunt. Ventorum libramina proprio tempore munus suum sine offendiculo obeunt. Fontes etiam perennes ad usum et sanitatem creati, ubera indesinenter ad hominum vitam præbent. Denique animalia minima cœtus suos in concordia et pace faciunt. Hæc omnia magnus opifex et rerum omnium Dominus, in pace et concordia fieri jussit; omnibus benefaciens; superabundanter autem nobis, qui ad miserationes ejus confugimus, per Dominum nostrum Jesum Christum, cui gloria et majestas in sæcula sæculorum. Amen.

## VARIORUM NOTÆ.

presbyterum damnat, quod alium mundum aliosque homines sub terra esse affirmaret. Quinetiam partes mundi incognitæ, dissitæ, et ultra oceanum positæ, solent orbes appellari. Sic *Cæsar cum Britanniam intrasset, alium se orbem terrarum scripsit reperisse*, uti refertur ab Eumenio, Panegyrico in Constantium. Notissimus Virgilii versus :

*Et penitus toto divisos orbe Britannos;*

ad quem Servius notat, Britanniam a poetis dici alterum orbem terrarum. Notus etiam ille Manilii lib. I :

*Ignotusque novos Pontus subduxerat orbes.*

Quibus adde hos Senecæ in *Medea :*

*Venient annis*
*Sæcula seris, quibus oceanus*
*Vincula rerum laxet, et ingens*
*Pateat tellus, Tiphysque novos*
*Detegat orbes, nec sit terris*
*Ultima Thule.*

Itaque longe abit sententia Clementis ab errore philosophorum et hæreticorum quorumdam, qui plures aut innumerabiles mundos a nostro hoc plane diversos somniabant. Legatur infra, cap. 21. Cor. — *Ὠκεανὸς ἀνθρώποις ἀπέραντος.* Lege ἀπέρατος, atque ita Rufinus Origenis interpres, *intransibilis* et *intransmeabilis* vertit, licet eodem errore apud Clementem Alex. scribatur, ἀπέραντος. Per oceanum autem hic, nisi me fallit conjectura, τὴν ἔξω θάλασσαν intelligit, neque eam omnem, sed Britannicum nostrum et Hibernicum mare, quod veteribus Græcis et Romanis æque impervium erat, ac ipsa Britannia incognita, cujus ora maritima quæ contra Galliam est, ante Julii Cæsaris tempora (qui posteris ostendisse potius quam tradidisse insulæ notitiam dicitur) vix Gallis vicinis illorumque mercatoribus innotuerat. Quid quod Basilius longe post Clementem nostrum, homil. 4 in *Hexaemeron* : Τὸ πέλαγος τὴν Βρεττανικὴν νῆσον καὶ τοὺς ἑσπερίους Ἴβηρας περιπτυσσόμενον, μέγα vocat καὶ πλωτῆρσι ἀδόλμητον, quem locum Ambrosius sic exprimit: *Quis deinde sciat, in quantum se illud magnum et inausum navigantibus, atque intentatum nautis fundat mare, quod Britannias frementi includit æquore*, etc. Et Libanius Basilii cœtaneus in Basilico, describens Constantii imperatoris τὸν διάπλουν εἰς τὴν νῆσον τὴν Βρεττανίαν, et trajectus difficultatem maximam, propter æstus contrarios, et ventorum violentiam, mare Britannicum ἀπέραντον esse dicit; ubi forte ἀπέρατον legendum esse, non inepte quis conjicere potest, sed de voce contentionem non moveo. Ejus verba ita se habent : Ἔστι δὴ λόγος, μάρτυρας τὰς ὄψεις παρεχόμενος, ὡς ἄρα μεῖζων εἰς κίνδυνον [lic. ἐστὶ κίνδυνος] πλοῖον στρογγύλον ὑπὲρ ἐκείνης ἀφεῖναι τῆς θαλάττης, ἢ ναυμαχίαν ἑτέρωθι συστήσασθαι, οὕτω λαμπραὶ μὲν καταιγίδες εἰς οὐρανὸν ὑρτοῦσι τὰ κύματα· ἐξῶσται δὲ ὑπολαμβάνοντες ἀνέμοι, πρὸς ἀπέραντον ἐκφέρουσι πέλαγος· τὸ δὲ δεινότατον, ἐπειδὰν γὰρ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ὁ κυβερνήτης ἀντιστήσῃ τὴν τέχνην, ὑπονοστεῖ μὲν ἐξαίφνης ἡ θάλαττα, ἡ δὲ τέως μετέωρος ὑπὲρ τῶν κυμάτων ὀλκὰς ἐπὶ ψιλῆς ὁρᾶται τῆς ψάμμου κειμένη· καὶ εἰ μὲν ὀξεῖαν ἀνταποστείλῃ τὴν παλίρροιαν, ἀναλαμβάνει τε αὖθις τὸ σκάφος, καὶ δεῖ τὰ λοιπὰ πονεῖν τοὺς ἐμπλέοντας· ἢν δὲ μελλήσῃ πρὸς τὴν ἐπάνοδον, δύεται κατὰ μικρὸν τὸ πλοῖον, ὑπεικούσης πρὸς τὸ ἄγθος τῆς ψάμμου. Jun. — Rectius diffusissimo mari Atlantico hæc convenient, præsertim cum ex Suida discamus πάντα τὰ ἄπλωτα πελάγη, *omnia innavigabilia maria Atlantica* appellari; et etiam abunde cognoverimus veteres pene omnes in ea fuisse sententia, naturæ et rerum fines, Cimmerias tenebras, fœdam caliginem, intranabiles paludes, et vastum demum Chaos inibi versari. Fell.

B

(41) *Ταγαῖς.* Al. malunt ἐπιταγαῖς, al. διαταγαῖς. Ms. adhæret Wott. putans Origenem legisse ταγαῖς, eo quod Rufinus verterit *dispositionibus*. Verum Origenes l. c. in *Ezech.* exhibet ἐπιταγαῖς. Gall.— *Ταγαῖς.* Male conjiciunt ἐπιταγαῖς ἢ διαταγαῖς. Hesychius : ταγαῖς, ἀρχαῖς, ἡγεμονίαις. Colom.

C

(42) *Ἀνέμων στάθμοί.* Etiam venti, utcunque inconstantes legi subjiciuntur. Annua agnoscunt flamina et statis temporibus quasi ex condicto redeunt; adeo non penitus *ubi vult spirat ventus*. Fell.

(43) *Πρὸς ζωῆς.* Ita ms. cujus lectio retinenda videtur. Sic enim et Act. xxvii, 34, eadem præpositio πρός secundo casui juncta, hoc ipso sensu usurpatur : Τοῦτο γὰρ πρὸς τῆς ὑμετέρας σωτηρίας ὑπάρχει : *Hoc enim ad salutem vestram confert.* At Jun. cum edit. πρὸς ζωήν.

D

(44) *ὯΙ ἡ δόξα*, κ. τ. λ. Non tantum in fine, sed in initio, et medio Epistolarum suarum, divus Paulus doxologiam usurpat, quem Clemens discipulus, ut in aliis, sic in hoc etiam imitatur. Apud Chrysostomum homil. 55 *in Matthæum*, hymnus εὐχαριστήριος habetur, quo monachi sui temporis in eremo, a cœna utebantur (quos propter vitæ sanctimoniam, et cœlestem in terris conversationem, ἀγγέλους vocat) in quo, cur post doxologiam, hymnum rursus inciperent et continuarent, rationem reddit, his verbis : Μὴ τοίνυν μηδὲ τούτοις ἐγκαλῶμεν τοῖς ἀγγέλοις ὡς ἀτάκτως ποιοῦσιν, ὅτι καταλύσαντες τὸν λόγον εἰς δοξολογίαν, πάλιν ἄρχονται τῶν ὕμνων τῶν ἱερῶν, ἀποστολικοῖς γὰρ ἔπονται νόμοις, ἀπὸ δοξολογίας ἀρχόμενοι, καὶ εἰς τοῦτο τελευτῶντες, καὶ μετὰ τὴν τελευτὴν ταύτην προοιμιαζόμενοι πάλιν. Sic Hieronymus in præfatione in Psalmos ad Sophronium, probat unum tantum esse Psalmorum volumen, licet quinquies occurrat illud γένοιτο, γένοιτο, i. e. amen, amen; unde quidam in quinque libros dividere solent, et ἄλλην πεντάτευχον faciunt, ut loquitur

(45) *Καὶ ἡ μεγαλωσύνη.* Articulus ἡ, qui exstat in ms., deest codd. impp. Gall.

Digitized by Google

## CAPUT XXI.

Videte, dilecti, ne beneficia ejus quæ multa sunt, omnibus nobis in condemnationem cedant, nisi digne illo viventes, bona et accepta in conspectu ejus cum concordia fecerimus. Dicit enim alicubi : *Spiritus Domini, lucerna scrutans secreta ventris* [a]. Consideremus quam prope sit, et quod nihil latet ipsum, tum cogitationum nostrarum, tum ratiocinationum quas facimus. Æquum igitur est, ut ab ejus voluntate non simus transfugæ. Homines stultos, insipientes, elatos et gloriantes in sermonis sui jactantia offendamus potius, quam Deum. Dominum Jesum Christum, cujus sanguis pro nobis datus est, veneremur. Præpositos nostros revereamur, seniores nostros honoremus, juvenes doceamus disciplinam timoris Dei. Uxores nostras ad id quod bonum est corrigamus : amabiles castitatis mores ostendant; simplicem ac sinceram mansuetudinis suæ voluntatem demonstrent; linguæ suæ moderationem silentio manifestam faciant; charitatem suam non secundum animi propensiones, sed omnibus Deum sancte timentibus æqualem exhibeant. Filii vestri

A

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΑ'.

Ὁρᾶτε, ἀγαπητοί, μὴ αἱ εὐεργεσίαι αὐτοῦ αι πολλαὶ γένωνται εἰς κρῖμα πᾶσιν ἡμῖν, ἐὰν μὴ ἀξίως αὐτοῦ πολιτευόμενοι, τὰ καλὰ καὶ εὐάρεστα ἐνώπιον αὐτοῦ ποιῶμεν μεθ' ὁμονοίας. Λέγει γάρ που (46)· *Πνεῦμα Κυρίου λύχνος ἐρευνῶν τὰ ταμεῖα τῆς γαστρός*. Ἴδωμεν πῶς ἐγγύς ἐστιν, καὶ ὅτι οὐδὲν λέληθεν αὐτὸν τῶν ἐννοιῶν ἡμῶν, οὐδὲ τῶν διαλογισμῶν ὧν ποιούμεθα. Δίκαιον οὖν (47) ἐστιν μὴ λειποταχτεῖν ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ θελήματος αὐτοῦ. Μᾶλλον ἀνθρώποις ἄφροσι καὶ ἀνοήτοις καὶ ἐπαιρομένοις καὶ ἐγκαυχωμένοις ἀλαζονείᾳ (48) τοῦ λόγου αὐτῶν, προσκόψωμεν (49), ἢ τῷ Θεῷ. Τὸν Κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, οὗ τὸ αἷμα ὑπὲρ ἡμῶν ἐδόθη (50), ἐντραπῶμεν. Τοὺς προηγουμένους (51) ἡμῶν αἰδεσθῶμεν, τοὺς πρεσβυτέρους ἡμῶν τιμήσωμεν, τοὺς νέους παιδεύσωμεν τὴν παιδείαν τοῦ φόβου τοῦ Θεοῦ. Τὰς γυναῖκας ἡμῶν ἐπὶ τὸ ἀγαθὸν διορθωσώμεθα· τὸ ἀξιαγάπητον τῆς ἁγνείας ἦθος ἐνδειξάσθωσαν, τὸ ἀκέραιον τῆς πραΰτητος αὐτῶν βούλημα ἀποδειξάτωσαν, τὸ ἐπιεικὲς τῆς γλώσσης αὐτῶν διὰ τῆς φωνῆς (52) φανερὸν ποιησάτωσαν, τὴν ἀγάπην αὐτῶν μὴ κατὰ προσκλίσεις (53), ἀλλὰ πᾶσι τοῖς

B

[a] Prov. xx, 27.

## VARIORUM NOTÆ.

tur Nicetas in præfatione in Catenam suam. *Si enim Amen*, inquit, *pro quo Aquila transtulit* πεπιστωμένως, *in fine tantummodo librorum poneretur, et non interdum aut in exordio, aut in calce sermonis sive sententiæ, nunquam Salvator in Evangelio loqueretur : « Amen, amen dico vobis; » nec Pauli Epistolæ, in medio illud opere continerent. Moyses quoque et Jeremias, et cæteri in hunc modum multos haberent libros, qui in mediis voluminibus suis, Amen, frequenter interserunt.* Jun.

(46) *Λέγει γάρ που*. Ista exscribit Clem. Alex., *Στρωμ.*, lib. iv, cap. 17, pag. 611. Gal. — *Λέγει γάρ που· Πνεῦμα Κυρίου λύχνος, ἐρευνῶν τὰ ταμεῖα τῆς γαστρός*. Ita distinguo. Dictum est Salomonis, Prov. xx, 27, ex memoria paulo indiligentius, ut fere fit, prolatum. Neque enim recurrendum ad libros vel apocryphos, vel sacros deperditos, quo mittimur a viro doctissimo Joanne Morino, exercitatione Biblica ix, cap. 4, num. 8. Idem porro sensus dicto datur in Catena Græcorum Patrum. Cot.

(47) *Δίκαιον οὖν* ad *τῷ Θεῷ*. Interpolatoris hæc sunt. Verba ab usu remota aut difficilia indoctus homo vitat, immutatque et mittit de Gnosticis, ut dolum tegat, sed transparet. Bern. Petita, nempe, hæc vult vir doctus a Clemente Alexandr., p. 517, sed interpolata, ut Clementis Romani verba haberi queant.

(48) *Ἀλαζονείᾳ*. Editi ἐν ἀλαζονείᾳ. At ms. deest præpositio ἐν. Gall.

(49) *Προσκόψωμεν*. Forte προσκρούσωμεν, qua voce Chrysostomus frequentissime utitur, ut homil. 20 in Epist. ad Ephes. : Οὐδὲν φοβερὸν τῶν ἐν τῷ βίῳ, ἢ μόνον τὸ προσκροῦσαι τῷ Θεῷ, et homil. 5 in Epist. ad Rom. : Τὸ γὰρ προσκροῦσαι τῷ Θεῷ τοῦ κολασθῆναι χαλεπώτερον, et in Matth. homil. 31: Τὸ γὰρ πάντων χαλεπώτερον παρῆκα νῦν, ὅτι τῷ Θεῷ προσκρούεις, et alibi passim : quibus vero προσκόψωμεν magis arridet, per me retineant licebit, cum sciam apud Petrum scriptum esse, τῷ λόγῳ προσκόπτειν. Jun.

(50) *Ὑπὲρ ἡμων ἐδόθη*. Clemens Alex. legit ἡγιάσθη : quid si ἐξεχύθη; sed nihil muto. Id.

(51) *Τοὺς προηγουμένους*. Omnia apud Clementem Alexandr. probe cohærent. Apud Clementem Romanum est maxima perturbatio. Caput hoc ex Clemente Alexandr., p. 517, misere corruptum est. Bern.

(52) *Διὰ τῆς φωνῆς*. Clem. Alex. l. c. pag. 612, legit διὰ τῆς σιγῆς : quam quidem lectionem ms. lectioni præfert Wott. Sic et Dav. nisi malis cum ipso, διὰ τῆς ἀφωνίας, ut propius ad ms. accedas. Gall. — *Διὰ τῆς φωνῆς*. Clemens Alex. legit σιγῆς, et quidem multo rectius : γυναιξὶ γὰρ κόσμον ἡ σιγὴ φέρει, ut auctor est Sophocles. Modesto enim silentio in muliere nihil commendatius, præsertim in publicis cœtibus, et sacris conventibus, ut præcipit Paulus. Unde Cyrillus Hieros. in *Procatechesi*, mulieres vult in templis exorcismorum tempore, legendo, orando et psallendo occupatas esse, sed sine omni murmure et strepitu, ita ut proxime assidentium vicinæ aures, labiorum loquelas non audiant. Ejus verba ita se habent, καὶ ὁ σύλλογος πάλιν ὁ παρθενικὸς οὕτω συνειλέχθω, ἢ ψάλλων, ἢ ἀναγινώσκων, ἢ εὐχῇ (ms. Oxoniensis in Bibliotheca Bodleiana optimæ notæ, legit ἡσυχῇ, et recte) ὥστε λαλεῖν μὲν τὰ χείλη, μὴ ἀκούειν δὲ τὰ ἀλλότρια ὦτα· γυναικὶ γὰρ λαλεῖν ἐν ἐκκλησίᾳ οὐκ ἐπιτρέπω. Καὶ ἡ ἔγγαμος ὁμοίως μιμείσθω [*ἴσ.* ὑμνείσθω] καὶ προσευχέσθω, καὶ τὰ χείλη κινείσθω, φωνὴ δὲ μὴ ἀκουέσθω, etc. Jun.

(53) *Μὴ μετὰ προσκλίσεις*. 1 Timoth. v. 21 : Μηδὲν ποιῶν κατὰ πρόσκλισιν. *Nihil faciens in alteram partem declinando*, vertit Latinus interpres. Exponitur enim πρόσκλισις per Suidam ἑτερομέρεια. Id vero nominis restitui debet bis S. Basilio : semel quidem, homilia in principium Proverbiorum, p. 399, ubi nunc habetur : Οὔτε ποιῶν κατὰ πρόκλησιν, (editio Græca πρόσκλησιν) ἀλλ' εὐθέως (eadem editio εὐθείας) καὶ ἀδιαστρόφους ἐκφέρων τὰς κρίσεις : cum Œcumenius ad locum Apostoli laudatum ita citet : Μηδὲν ποιῶν κατὰ πρόσκλισιν, ἀλλ' εὐθείας καὶ ἀδιαστρόφους ἐκφέρων τὰς κρίσεις. Iterum autem, epistola 342, in qua pari modo hodie legitur : Μηδὲν ἡμῶν δυναμένων ποιῆσαι κατὰ πρόσκλησιν. Cot.

Digitized by Google

φοβουμένοις τὸν Θεὸν ὁσίως, ἴσην παρεχέτωσαν (54). Τὰ τέκνα ὑμῶν (55) τῆς ἐν Χριστῷ παιδείας μεταλαμβανέτωσαν· μαθέτωσαν τί ταπεινοφροσύνη παρὰ Θεῷ ἰσχύει, τί ἀγάπη ἁγνὴ παρὰ τῷ Θεῷ δύναται· πῶς ὁ φόβος αὐτοῦ καλὸς καὶ μέγας, καὶ σώζων πάντας τοὺς ἐν αὐτῷ ὁσίως ἀναστρεφομένους ἐν καθαρᾷ διανοίᾳ. Ἐρευνητὴς γάρ ἐστιν ἐννοιῶν καὶ ἐνθυμήσεων (57)· οὗ ἡ πνοὴ αὐτοῦ ἐν ἡμῖν ἐστιν, καὶ ὅταν θέλῃ ἀνέλει αὐτήν (58).

A disciplinæ Christi participes sint; discant quid humilitas apud Deum valeat, quid casta charitas apud Deum possit; quomodo timor (56) ejus bonus est ac magnus, et servans omnes qui in ipso sancte versantur in pura mente. Scrutator enim est cogitationum et consiliorum mentis: cujus spiritus est in nobis; et cum voluerit, auferet eum.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΒ'.

Ταῦτα δὲ πάντα βεβαιοῖ ἡ ἐν Χριστῷ πίστις· καὶ γὰρ αὐτὸς (59) διὰ τοῦ Πνεύματος τοῦ ἁγίου οὕτως προσκαλεῖται ἡμᾶς· *Δεῦτε, τέκνα, ἀκούσατέ μου, φόβον Κυρίου διδάξω ὑμᾶς. Τίς ἐστιν ἄνθρωπος ὁ θέλων ζωήν, ἀγαπῶν ἡμέρας ἰδεῖν ἀγαθάς; παῦσον τὴν γλῶσσάν σου ἀπὸ κακοῦ, καὶ χείλη* τοῦ (60) *μὴ λαλῆσαι δόλον· ἔκκλινον ἀπὸ κακοῦ, καὶ ποίησον ἀγαθόν· ζήτησον εἰρήνην, καὶ δίωξον αὐτήν. Ὀφθαλμοὶ Κυρίου ἐπὶ δικαίους, καὶ ὦτα αὐτοῦ πρὸς δέησιν αὐτῶν· πρ[όσωπον δὲ] Κυρίου ἐπὶ ποιοῦντας κακά, [τοῦ ἐξολε]θρεῦσαι (61) ἐκ τῆς τὸ μνημ[όσυνον] αὐτῶν. Ἐκέκραξεν ὁ δ[ίκαιος] καὶ ὁ Κύριος εἰσήκουσεν αὐ[τοῦ, καὶ ἐκ] πασῶν τῶν θλίψεων α[ὐτοῦ (62) ἐῤῥύ]σατο αὐτόν. Πολλαὶ μά[στιγες] (63) τοῦ ἁμαρτωλοῦ, τοὺς δὲ ἐ[λπίζον]τας ἐπὶ Κύριον ἔλεος κυκλώσ[ει].*

B

## CAPUT XXII.

Hæc autem omnia confirmat fides quæ est in Christo. Ipse etenim per Spiritum sanctum, ita nos compellat: *Venite, filii, audite me; timorem Domini docebo vos. Quis est homo qui vult vitam, diligit dies videre bonos? Contine linguam tuam a malo; et labia tua ne loquantur dolum. Declina a malo, et fac bonum: quære pacem, et persequere eam. Oculi Domini super justos, et aures ejus ad precem eorum: vultus autem Domini super facientes mala, ut perdat de terra memoriam eorum. Clamavit justus, et Dominus exaudivit eum, et ex omnibus tribulationibus ejus liberavit eum*[a]. *Multa flagella peccatoris: sperantes autem in Domino misericordia circumdabit*[a].

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΓ'.

Ὁ οἰκτίρμων κατὰ πάντα κ[αὶ εὐερ]γετικὸς πατὴρ ἔχει σπλάγχνα ἐ[πὶ] φοβουμένους αὐτόν, ἡπίως [τε] καὶ προσηνῶς τὰς χάριτας αὐτ[οῦ] ἀποδιδοῖ τοῖς προσερχομέν[οις] αὐτῷ ἁπλῇ διανοίᾳ. Διὸ μὴ διψυχῶμεν (64), μηδὲ ἐνδαλλέσθω (65) ἡ ψυχὴ ἡμῶν ἐπὶ ταῖς C

## CAPUT XXIII.

Misericors omnino et beneficus pater viscera erga timentes eum habet; gratiasque suas benigne et suaviter largitur iis qui ad ipsum simplici mente accedunt. Quare ne dubii animo simus, neque hæsitet anima nostra super eximiis et splendidis ejus

[a] Psal. xxxiii, 12-18. [a] Psal. xxxi, 10.

## VARIORUM NOTÆ.

(54) Ὁσίως ἴσην παρεχέτωσαν. Birr. putat ὁσίως ad feminas Christianas referendum; quas nempe doceat S. Pater, Deum timentibus charitatis officium exhibere ὁσίως, id est ἀγνῶς καὶ καθαρῶς, et æqua lance, μὴ κατὰ προσκλίσεις. Hunc itaque locum sic distinguit: Τὴν ἀγάπην αὐτῶν, μὴ κατὰ προσκλίσεις, ἀλλὰ πᾶσιν τοῖς φοβουμένοις τὸν Θεὸν, ὁσίως ἴσην παρεχέτωσαν. Gall.

(55) Τὰ τέκνα ὑμῶν. Clem. Alex. l. c. ἡμῶν. Illine arguit Cl. Potterus perperam legi ὑμῶν apud Clementem nostrum; eo vel maxime, quod paulo superius scripserit S. Pater in prima persona, ἐντραπῶμεν... αἰδεσθῶμεν... τιμήσωμεν... τὰς γυναῖκας ἡμῶν διορθωσώμεθα. Sic et Dav. Potterum secutus. Sed non est, meo quidem judicio, cur ms. lectioni vim inferamus. Quod enim scripserit Clemens Rom. τὰς γυναῖκας ἡμῶν, in causa fuit verbum διορθωσώμεθα, ut sermoni jam in prima persona instituto sententia congrueret. Cum autem hic alio scribendi genere utatur, scripsisse omnino censendus τὰ τέκνα ὑμῶν. Id.

(56) Apud Clementem Alex. *timor Domini*, ὁ φόβος Κυρίου, et mox in puro corde, ἐν καθαρᾷ καρδίᾳ. Coust.

(57) Καὶ ἐνθυμήσεων. Imitatur S. Pater Apostolum, Heb. iv, 12: Ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ... κριτικὸς ἐνθυμήσεων καὶ ἐννοιῶν καρδίας. Gall.

(58) Ἀνέλει αὐτήν. Sic Wott. ex ms.; editi, præter Lond., ἀνέλοι αὐτήν. Ms. lectionem exhibet etiam Clem. Alex. Utrobique tamen legendum jubet Dav. in futuro secundo, ἀνελεῖ αὐτήν: *Et cum voluerit, auferet eum* (spiritum). Id.

(59) Καὶ γὰρ αὐτὸς, κ. τ. λ. Ista delibat Clemens Alex., Στρωμ., lib. iv, cap. 17, p. 612. Id. — Καὶ γὰρ αὐτὸς, etc. Simplicius Clemens Alexandrinus, a quo hæc petita sunt, ὁ Κύριος λέγει. A capite sequente ad cap. xl adulterina omnia, post Clement. Alexandrinum addita. Bern.

(60) Χείλη τοῦ. Leg. χείλη σου, ut apud LXX, et Clem. Alex. Gall.

(61) Ἐξολεθρεῦσαι. Vulg. ἐξολοθρεῦσαι. Vid. superius observata ad cap. 14. Id.

(62) Θλίψεων αὐτοῦ. Editi omittunt αὐτοῦ. Ex Mill. tamen et Wott. post ων exstat in ms. α... cum spatio septem circiter litterarum: quod quidem chasma sic supplendum, ex contextu liquet, α[ὐτοῦ ἐῤῥύ]σατο. Apud LXX θλίψεων αὐτῶν. At Clem. Alex. θλίψεων ἐῤῥύσατο, absque αὐτῶν. Id.

(63) Πολλαὶ μάστιγες. Ms. deest articulus αἱ, quem exhibent editi, ut apud LXX.

(64) Μὴ διψυχῶμεν. Duplex iste animus apud scriptores sacros pessime audire solet, ut sit ἀνὴρ δίψυχος *instabilis*, *varius*, *fluxæ*, imo *nullius fidei*, qui cor illud, quod Deo Opt. Max. in solidum debetur, inter ipsum et Satanam, pietatem et lucri compendia, voluptatumque illecebras partitur et dispescit. Ἐνδάλλεσθαι autem est φαντάζεσθαι spectra et phasmata captare. Inde Jerem. xvii, 3, qui alibi δαιμόνια redduntur, ἐνδάλματα a LXX Intt. dici meruere; quo omnino significatu eadem vox occurrit Sap. xvii, 3. Qui ergo inani φιλαυτίᾳ sibimet ipsis placent, et se ipsos, ut sine merito, ita etiam sine rivali depereunt, quosque B. Judas ἐνυπνιαζομένους appellat, ii sunt a quorum labe et morbo S. Clemens cavere hortatur atque suadet. Fell.

(65) Ἐνδαλλέσθω. Virorum doctorum ingenia torsit hic locus. Al. mallent ἐνδοιάσθω, vel ἰλιγγιάσθω. Al. διχαζέσθω. Utquid autem ms. lectio sollicitetur? Rara quidem vox ἐνδάλλω, vel ἐνδάλλομαι,

Digitized by Google

muneribus. Longe a nobis sit Scriptura illa, ubi dicit : *Miseri sunt qui animo sunt duplices et incerti, qui dicunt : Hæc audivimus etiam tempore patrum nostrorum ; et ecce consenuimus, et nihil horum nobis accidit. O amentes, comparate vos arbori : vitem sumite, primum quidem frondescit; inde fit germen, tum folium, exinde flos, postea acerba uva et immatura; denique uva perfecta et matura. Videtis quod in exiguo tempore ad maturitatem pervenit fructus arboris*[7]. In veritate, brevi et subito perficietur voluntas ejus; Scriptura etiam testimonium perhibente, quod *cito veniet neque tardabit, et repente veniet Dominus ad templum suum. et sanctus quem vos expectatis*[8].

A ὑπερβαλλούσαις καὶ ἐνδόξοις δωρεαῖς αὐτοῦ. Πόρρωτενέσθω ἀφ' ἡμῶν ἡ Γραφὴ αὐτὴ (66), ὅπου λέγει· *Ταλαίπωροί εἰσιν* (67) *οἱ δίψυχοι, οἱ διστάζοντες τῇ ψυχῇ, οἱ λέγοντες· Ταῦτα ἠκούσαμεν καὶ ἐπὶ τῶν πατέρων ἡμῶν* (68), *καὶ ἰδοὺ γεγηράκαμεν, καὶ οὐδὲν ἡμῖν τούτων συμβέβηκεν. Ὦ ἄνθρωποι* (69), *συμβάλετε ἑαυτοὺς ξύλῳ· λάβετε ἄμπελον· πρῶτον μὲν φυλλορροεῖ, εἶτα βλαστὸς γίνεται, εἶτα φύλλον, εἶτα ἄνθος, καὶ μετὰ ταῦτα βότρυς, εἶτα σταφυλὴ παρεστηκυῖα. Ὁρᾶτε ὅτι ἐν καιρῷ ὀλίγῳ εἰς πέπειρον καταντᾷ ὁ καρπὸς τοῦ ξύλου. Ἐπ' ἀληθείας ταχὺ καὶ ἐξαίφνης τελειωθήσεται τὸ βούλημα αὐτοῦ, συνεπιμαρτυρούσης καὶ τῆς Γραφῆς, ὅτι ταχὺ ἥξει, καὶ οὐ χρονιεῖ, καὶ ἐξαίφνης ἥξει* (70) *ὁ Κύριος εἰς τὸν ναὸν αὐτοῦ, καὶ ὁ ἅγιος* (71) *ὃν ὑμεῖς προσδοκᾶτε.*

## CAPUT XXIV.

Consideremus, dilecti, quemadmodum Dominus continue nobis ostendat resurrectionem quæ futura est; cujus primitias fecit Dominum Jesum Christum, suscitans eum e mortuis. Intueamur, dilecti, quæ omni tempore fit, resurrectionem. Dies et nox resurrectionem nobis declarant : cubat nox, exsurgit dies : dies abit, nox ingruit et insequitur. Vi-

B

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΔ'.

Κατανοήσωμεν, ἀγαπητοί, πῶς ὁ Δεσπότης ἐπιδείκνυται διηνεκῶς τὴν μέλλουσαν ἀνάστασιν ἔσεσθαι, ἧς τὴν ἀπαρχὴν ἐποιήσατο τὸν Κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, ἐκ νεκρ[ῶν] ἀναστήσας. Ἴδωμεν, ἀγαπητοί, τὴν κατὰ καιρὸν γινομένην ἀνάστασιν. Ἡμέρα καὶ] νὺξ ἀνάστασιν ἡμῖν δηλοῦσ[ιν (72)·] κοιμᾶται ἡ νὺξ, ἀνίσταται ἡ[μέρα·] ἡ ἡμέρα ἄπεισιν, νὺξ ἐπέρ-

[7] Jac. I, 8; II Petr. III, 4. [8] Hab. II, 3, Malach. III, 1; Hebr. X, 37.

## VARIORUM NOTÆ.

ut adnotavit Frey, sed quæ huic loco apprime congruit. Hæc autem, auctore Varino, γίνεται ἐκ τοῦ εἶδω, τοῦ ὁμοιῶ· τραπέντος τοῦ *ι* εἰς *ν*, ὡς ἐπὶ τοῦ C αἰεὶ αἰὲν, καὶ τετραμμένου τοῦ *ε* εἰς *ι* ὡς ἐπὶ ἔχω ἴχω, καὶ τῶν ὁμοίων. Hinc ἐνδάλματα sunt φαντάσματα, ὀνείρατα, ἅπερ μὴ παρόντα ὑπονοεῖ τις, ὁμοιώματα, ἀπεικονίσματα. Idem docet Hesychius : Ἐνδάλλεται, ὁμοιοῦται, φαίνεται, δοκεῖ, στοχάζεται, ἰσοῦται, σοφίζεται. Sic ergo vertenda videtur Clementis sententia : *Neque vanas sibi fingat species et phantasmata*, vel *Neque decipiatur animi sui figmentis anima nostra.* Gall.— *Μηδὲ ἐνδαλλέσθω.* Forte ἐνδοιάσθω litterarum levi mutatione, vel potius ἰλιγγιάσθω, quod idem est, et a Chrysostomo sæpenumero usurpatur, ut homil. 25 in Epist. ad Hebræos, de Abrahamo verba faciens, et ejus fide quæ non vacillaverat, licet Dei præcepta promissis plane contraria viderentur : Εἶδες μάχην προσταγμάτων καὶ ἐπαγγελίας, ἐναντία ταῖς ἐπαγγελίαις προσέταξε, καὶ οὐδὲ οὕτως ἰλιγγίασεν ὁ δίκαιος, οὐδὲ ἠπατῆσθαι ἔφη, et paulo infra ibidem : Ἐναντία ταῖς ὑποσχέσεσι προσετέτακτο ποιεῖν, καὶ οὐδὲ οὕτως ἐθορυβήθη, D οὐδ' ἰλιγγίασεν, οὐδὲ ἠπατῆσθαι ἐνόμισεν, et homil. 19, in Epist. ad Eph. ubi de Providentia divina dubitandum non esse asserit, licet rerum multarum causæ et rationes nos lateant quod egregiis similitudinibus, a fabrorum, pictorum, apum, formicarum, aranearum, et hirundinum operibus illustrat. Ἀλλ' ἄπελθε εἰς τεκτονεῖον, καὶ οὐκ ἐξετάζεις τὸν λόγον, καίτοιγε οὐδὲν οἶδας τῶν γινομένων ἐκεῖ, καὶ πολλὰ ἄπορα εἶναί σοι δοκεῖ, οἷον ὅταν τορεύῃ τὸ ξύλον ὅταν μετασχηματίζῃ· μᾶλλον δὲ εἰς εὐπορωτέραν σε τέχνην ἂν ἀγάγω, οἷον τὴν τῶν ζωγράφων, καὶ ἐκεῖ ἰλιγγιάσεις· εἰπὲ γάρ μοι, οὐχὶ ἁπλῶς σοι δοκεῖ ποιεῖν ἃ ποιεῖ; τί γὰρ αὐτῷ βούλονται αἱ γραμμαὶ καὶ αἱ περιαγωγαὶ τῶν γραμμῶν; ἀλλ' ἂν ἐπιθῇ τὰ χρώματα, τότε σοι φανεῖται ἡ τέχνη καλὴ, καὶ ὅμως οὐδὲ οὕτως ἀκριβῶς οὐδὲν δυνήσῃ καταμαθεῖν, Jun.

(66) *Ἡ Γραφὴ αὐτή.* Quid, si cum Dav. mutato accentu, legamus, ἡ γραφὴ αὕτη, *hæc Scriptura?* Gall. — *Ἡ Γραφὴ αὐτή.* Scriptura apocrypha; cujus testimonium, ut propheticum, repetitur in Epist. 2, cap. 11. Loca canonicorum librorum utcunque similia notavi ad marginem. Cot.

(67) *Ταλαίπωροί εἰσιν.* De hoc loco, cum nusquam in Scripturis exstet, nihil aliud responderi potest, quam quod supra de verbis Moysis. Ἐγὼ δέ εἰμι ἀτμὶς ἀπὸ χύτρας, ex Chrysostomo a nobis allatum est. Videtur autem respexisse ad locum Petri epist. II, cap. III, 4 : Καὶ λέγοντες· Ποῦ ἐστιν ἡ ἐπαγγελία τῆς παρουσίας αὐτοῦ; ἀφ' ἧς γὰρ οἱ πατέρες ἐκοιμήθησαν, πάντα οὕτω διαμένει ἀπ' ἀρχῆς κτίσεως. Jun.

(68) *Ἐπὶ τῶν πατέρων.* Editi ἀπό. Wott. vocem ἐπὶ restituit ex ms. cod. qui eam exhibet tam hic, quam cap. 11 alterius epistolæ, ubi hæc eadem habentur pene αὐτολεξεί. Quæ quidem lectio magis placet Cler. Hunc autem locum illustrat Dodwellus tum in *Cyprian. Dissert.* 12, § 33, tum in *Irenaic. Dissert.* 1, § 20. Utrobique, tamen pro ἐπὶ legit ἀπό, Junianam editionem secutus. Gall.

(69) *Ὦ ἄνθρωποι.* Verba hæc et sequentia Clementis non sunt, ut ex secunda Ep. patet, sed ejusdem auctoris, cujus superiora. Hoc dudum monuerunt rev. Pearson et sagacissimus G. Wendelinus. Colom.

(70) *Καὶ οὐ χρονιεῖ καὶ ἐξαίφνης ἥξει.* Ista quæ in omnibus editis omittuntur, præter Londinensem, Wott. ex ms. restituit. Nec immerito suspicatur, Junium vel librarium qui hanc epistolam primus ex isto Cod. descripsit, ea prætermisisse, quod oculos a priore ἥξει ad posterius converterit. Gall.

(71) *Καὶ ὁ ἅγιος.* Conjicit Cot. per contractionem primo scriptum ἄγγελος, transiisse postea in ἅγιος. Id.

(72) *Ἡμέρα καὶ νὺξ ἀνάστασιν ἡμῖν δηλοῦσιν.* Tertullianus *De resurrectione*, c. 12, locum hunc eleganter exprimit, nec dubium est, quin in hoc et sequente capite, quod de phœnice est, Clementem nostrum secutus sit. *Aspice nunc*, inquit, *ad ipsa quoque exempla divinæ potestatis. Dies moritur in noctem, et tenebris usquequaque sepelitur.*

Digitized by Google

[χεται. Βλέπωμ]εν (73) τοὺς καρπούς· ὁ σπόρος [κόκκου (74)] τίνα τρόπον γίνεται. Ἐξῆλ[θεν ὁ σπ]είρων, καὶ ἔβαλεν εἰς τὴν γῆν, [καὶ βληθέ]ντων σπερμάτων, ἅτινα πέ[πτωκεν ε]ἰς τὴν γῆν ξηρὰ καὶ γυμνὰ (75), δι[αλύεται (76).] Εἶτ' ἐκ τῆς διαλύσεως ἡ μεγα[λειότ]ης (78) τῆς προνοίας τοῦ Δεσπότου [ἀνίσ]τησιν αὐτὰ, καὶ ἐκ τοῦ ἑνὸς πλεί[ονα α]ὔξει, καὶ ἐκφέρει καρπόν.

A deamus fruges : seminatio grani quomodo fiat. Exiit seminator, et jecit semen in terram ; jactisque seminibus, quæ arida et nuda ceciderunt in terram, dissolvuntur ; deinde ex ea dissolutione (77), magna providentiæ Domini potestas resuscitat : atque ex uno, fructum pluribus auctum profert.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΕ'.

[Ἴδω]μεν τὸ παράδοξον σημεῖον, τὸ [γιν]όμενον ἐν τοῖς ἀνατολικοῖς [τό]ποις, τουτέστιν τοῖς περὶ τὴν Ἀραβίαν. Ὄρνεον γάρ ἐστιν ὃ προσονομάζεται φοῖνιξ (79)·

## CAPUT XXV.

Contemplemur signum mirabile, quod in Orientalibus locis, scilicet in Arabia fit. Avis quippe est quæ vocatur phœnix : hæc unigena existens, annos

## VARIORUM NOTÆ

*Funestatur mundi honor, omnis substantia denigratur. Sordent, silent, stupent cuncta, ubique justitium est, quies rerum. Ita lux amissa lugetur, et tamen rursus cum suo cultu, cum dote, cum sole, eadem et integra et tota universo orbi reviviscit, interficiens mortem suam, noctem, rescindens sepulturam suam, tenebras, hæres sibimet existens, donec et nox reviviscat cum suo et illa suggestu*, etc. Sic Epiphanius in *Ancorato :* Καὶ ἡ κτίσις πᾶσα διαῤῥήδην αὐτοὺς ἐλέγχει, ὑποφαίνουσα καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἀναστάσεως τὸ εἶδος· δύνει γὰρ ἡ ἡμέρα, καὶ νεκρῶν αἰνιττόμεθα τὸν τρόπον κοιμισμὸν αἰνιττομένης. Ἀνατέλλ.. ἡ ἡμέρα ἡμᾶς διϋπνίζουσα, καὶ ἀναστάσεως ὑποδεικνύουσα τὸ σημεῖον. Locus hic corruptus videtur, quem nos ex conjectura sic emendandum putamus, καὶ νεκρῶν ὑπνωττόμεθα τὸν τρόπον, κοιμήσεως θάνατον αἰνιττομένης, etc. Jun.

B stram. Trahitur ab aliis ad falsa dogmata, apud Augustinum lib. IV, *De anima et ejus origine* cap. 20 ; et apud Maximum, citatum in Euthymii Panoplia parte II, titulo 15, p. 607, et in Notis Hœschelii ad *Bibliothecæ* Photianæ codicem CXXVI. Sed mirum, cunctis Christianis non suboluisse fraudem, ob paganismum fabellæ permistum. Quia autem φοῖνιξ Græce et unigenam avem et palmam significat, hinc factum est, ut Davidis textus psalm. XCI, 13, Δίκαιος ὡς φοῖνιξ ἀνθήσει, a plurimis de palma, a Tertulliano in *Libro de resurrectione carnis*, cap. 13, et ab Epiphanio in *Physiologi* capite 11, de alite sit acceptus. Hinc etiam evenit, ut Ezechielus poeta, in dramate inscripto Ἐξαγωγή, postquam egit de septuaginta palmis, Exod. XV, 27, subjunxerit, occursum atque descriptionem phœnicis, versibus quos continet Eusebii *Præparatio evangelica* lib. IX, cap. 29, et Eustathii Commentarius in *Hexaemeron*, p. 25, 26 ; utque auctor carminis de phœnice, Lactantio tributi, in fictione sua locum palmæ dederit ; C ut denique ratione etymologiæ, arborem alii ab ave, avem alii ab arbore deduxerint : de quo videndi præter mox memoratum poetam, Plinius *Historiæ* lib. XIII, cap. 4, et Isidorus *Originum* lib. XVII, cap. 7 et lib. XIII, cap. 7. Porro narratiuncula phœnicis in editionibus posterioribus Hieronymi manca est, atque adeo ex veteri Lugdunensi ad pristinam integritatem revocari debet, rescribendo hunc in modum : *Phœnix avis est in India, et per quingentos annos de Libano implet se aromatibus, et sic nidificat. Et indicat sacerdoti Heliopolitano, mense Famenoth aut Farmuth. Implet aram sacerdos sarmentis, et ibi confert phœnix aromata, et electrum aræ imponit. Et primo solis ortu, phœnix quidem movet pennas, solis vero calore accenditur electrum, et sic exuruntur aromata, et ipse phœnix incenditur. Crastino die de cinere gignitur vermis, secundo pennas effert, tertio ad antiquam redit naturam : et sic ad sua loca revertitur.* Habetur locus D in Epistola, seu potius post Epistolam ad Præsidium, de cereo Paschali. Cotelerius. — Ὄρνεον γάρ ἐστι ὃ προσονομάζεται φοῖνιξ. De phœnice, ave πολυθρυλλήτῳ, et resurrectionis symbolo, multi multa, Patres Græci et Latini, historici, et philosophi, stricta et soluta oratione. Maximus autem contra Severi dogmata ad Petrum Illustrium, fabulam conatur ostendere, quæ de ea narrantur, nullumque animal μοναδικὸν esse contendit, οὐδέ τι τῶν ὑπὸ γένεσιν καὶ φθορὰν ἐμψύχων καὶ αἰσθητικῶν σωμάτων (ut ille loquitur) μοναδικὴν ὑπάρχειν καθ' ὑπόστασιν φύσεως. Ὧν ἡ ἐξ ἀλλήλων κατ' εἶδος διαδοχὴ, ἀρίδηλος χαρακτὴρ τοῦ εἶναι, καὶ ὅρος ἐστί. Ego, licet incerta sint quædam, quæ de hoc alite feruntur, et fabulosis aucta (ut Tacitus *Annalium* lib. VI), cæterum esse ejusmodi volucrem, quæ redivivo suæ carnis humore reparetur, et de suo surgat rogo, corporisque sui hæres, et cineris sui fetus sit, et quod in Ægypto etiam aliquando aspiciatur, cum illo non ambigo : maloque cum Clemente nostro

(73) *Βλέπωμεν.* Sic legit Mill., non autem ἴδωμ]εν cum Jun. et editis : quod hic ms. hiatus sex litteras admittat. Jamque paulo superius, et mox infra iterum occurrit ἴδωμεν. Gall.

(74) *Ὁ σπόρος κόκκου.* Qui ms. inspexerunt, Junii supplementum, ὁ σπόρος [πᾶσι δῆλον] rejiciunt viri docti ; cum nonnisi sex vel septem litterarum sit chasma. Mill. ergo supplet γυμνός, vel νεκρός, vertitque : *Videamus fructus, quomodo semen nudum*, vel *mortuum producitur.* Dav. autem supplendum autumat, οἴδαμεν vel εὖ ἴσμεν. Wott. vero sic legit : ὁ σπόρος [κόκκου] vel [σίτου] τίνα τρόπον γίνεται : *Quomodo fiat seminatio grani.* Quam sane lectionem cum Cl. editor pluribus tueatur, præ reliquis seligendam censuimus. Id.

(75) *Ξηρὰ καὶ γυμνά.* Sic Proclus apud Epiphanium, γυμνὰ καὶ ἄσαρκα βάλλεται εἰς γῆν, καὶ τελεσφορούμενα ἀποδίδοται. Sic Apostolus ad Corinth. I, XV, 37, οὐ τὸ σῶμα γενησόμενον σπείρεις, ἀλλὰ γυμνὸν κόκκον. Jun.

(76) *Διαλύεται.* Sic legunt Mill. et Wott. quod ms. lacuna quinque aut sex tantum litteras requirat, adeoque incapax sit supplementi Juniani, δι[αλύει χρόνος]. Theophilus quoque Antioch., lib. I, *ad Autol.*, cap. 13, hac ipsa de re agens, verbum λύεται usurpat. Gall.

(77) Junius et Coteler. *post dissolutionem.* Malnimus secundum Græcam litteram *ex dissolutione :* quod et institutæ comparationi aptius congruit, ut quemadmodum corpora ex morte, ita grana ex dissolutione resuscitentur. Coust.

(78) *Μεγαλειότης.* Legit Jun. cum editis, μεγά[λη δύναμ]ις : contra ms. fidem, qui exhibet μεγα... ης. Hinc procul dubio legendum censent Wott. et Mill. μεγα[λειότ]ης. Gall.

(79) *Ὄρνεον γάρ ἐστιν ὃ προσονομάζεται φοῖνιξ.* Non fertur alia fabula, in cujus enarratione consentiant magis, magisque dissentiant scriptores. Consentiunt fere omnes in re, dissentiunt de modo. Et quidem mos est patribus exemplo phœnicis, partim ad mores uti, partim ad mysteria, partum virgineum, et resurrectionem Dominicam ac no-

Digitized by Google

vivit quingentos; cumque jam morte dissolvenda est, loculum sibi conficit e thure et myrrha et re-

A τοῦτο μονογενὲς ὑπάρχον ζῇ ἔτη πεντακόσια· γενόμενόν τε ἤδη πρὸς ἀπόλυσιν τοῦ ἀποθα-

## VARIORUM NOTÆ.

viro apostolico, Tertulliano, Origene, Cyrillo Hierosolymitano, Eusebio, Nazianzeno, Epiphanio, Synesio, Hieronymo, Ambrosio, Lactantio, Plinio, Seneca, Mela, Solino, Philostrato, Libanio, et aliis, errare; quam Maximum et ejus sequacium opinionem sequi, qui τὴν παντοκρατορικὴν τοῦ δημιουργοῦ δύναμιν rationis humanæ imbecillitate metiuntur et ancillantis naturæ dominum circumscribunt. Maximo autem Origenem oppono, qui lib. IV *contra Celsum*, secundum naturam hoc fieri posse asserit; ejus verba ita se habent: Δύναται καὶ αὐτὸ φυσικὸν τυγχάνειν, ἐπιδαψιλευσαμένης τῆς θείας προνοίας, καὶ ἐν ταῖς διαφοραῖς τῶν ζώων παραστῆσαι τοῖς ἀνθρώποις τὸ ποικίλον τῆς τῶν ἐν κόσμῳ κατασκευῆς, φθάνον καὶ ἐπὶ τὰ ὄρνεα· καὶ ζῶόν τι μονογενὲς ὑπέστησεν, ἵνα κἂν τούτῳ ποιήσῃ θαυμασθῆναι, οὐ τὸ ζῶον, ἀλλὰ τὸν πεποιηκότα αὐτό. Et plenissimo huic

ß et firmissimo (ut Tertulliani verbis utar) resurrectionis specimini, ex Methodio, etiam novissimi diei non absimile in natura indicium et documentum, addo: pyragnum, scilicet, plantam, quæ ardente Olympo in mediis flammis viret et floret, ac si juxta aquarum decursus plantaretur; sed præstat ipsum audire, qui miraculi hujus αὐτόπτης fuit. [Phot. *Bibl.*, p. 623, edit. Schot.] Ἐθεασάμην ἐν Ὀλύμπῳ ἐγὼ πῦρ αὐτομάτως κατὰ τὴν ἀκρώρειαν τοῦ ὄρους κάτωθεν ἐκ τῆς γῆς ἀναδιδόμενον· περὶ δ πύραγνος φυτόν ἐστιν, οὕτω μὲν εὐθαλὲς καὶ χλοερὸν, οὕτω δὲ σύφκιον, ὡς ὑπὸ πηγῆς [*Isc.* ἐπὶ πηγῇ] μᾶλλον αὐτὸ βεβλαστηκέναι· δι' ἥντινα οὖν αἰτίαν, εἰ φύσεις εἰσὶ φθαρτῶν, καὶ ὑπὸ πυρὸς καταναλουμένων σωμάτων, οὐ μόνον οὐ καταφλέγεται τὸ φυτὸν τοῦτο, ἀλλὰ μᾶλλον ἀκμαιότερον ὑπάρχει εἰ τῇ φύσει ἐστὶν εὔκαυστον, καὶ ταῦτα περὶ αὐτὰς αὐτοῦ τὰς ῥίζας τοῦ πυρὸς ἐντυφομένου; κλάδους γοῦν ἐγὼ δένδρων ἐκ τῆς παρακειμένης ὕλης ἐπέρριψα, καθ'

C ὃν ἂν ἐρεύγεται τὸ πῦρ τόπον, καὶ εὐθέως εἰς φλόγα ἀρθέντες ἐτεφρώθησαν. Τί οὖν βούλεται τὸ παράδοξον; δεῖγμα τοῦτο τῆς μελλούσης ὁ Θεὸς ἡμέρας καὶ προοίμιον ἔθετο, ἵνα γινώσκωμεν ὅτι πάντων πυρὶ κατομβρουμένων, τὰ ἐν ἀγνείᾳ σώματα διατρίψαντα καὶ δικαιοσύνῃ, καθάπερ ψυχρῷ ὕδατι πυρὶ ἐπιβήσονται. [Legendum forsan divisim πῦρ ἄγνος. Sic certe H. St. et ejus gener Casaubonus. Quibus favere videtur Vitruvius lib. VIII, c. 3. Sic autem ille: *In Thessalia fons est profluens, ex quo fonte pecus nullum gustat, ad quem fontem proxime est arbor florens purpureo colore.* Ut enim Vitruvius vocem *fons* bis iterat, sic potuit Methodius vocem πῦρ repetere. COLON.] Verum solertibus naturæ mystis, abditas harum rerum causas curiosius indagandas relinquo, et cum Cyrillo Alexandrino, de ceto qui Jonam Dei jussu devoravit, verba faciente, locum hunc concludo: Φαμὲν οὖν ὅτι παράδοξον ἀληθῶς, καὶ λόγου καὶ συνηθείας ἐπέκεινα, νοοῖτ' ἂν

D εἰκότως τὸ συμβεβηκός· ἀλλ' εἰ Θεὸς λέγοιτο κατορθοῦν, τίς ὁ ἀπιστεύσων ἔτι; παναλκὲς γὰρ τὸ θεῖον, καὶ τὰς τῶν ὄντων φύσεις μεταπλάττον εὐκόλως, πρὸς ὅπερ ἂν ἕλοιτο, καὶ τοῖς ἀῤῥήτοις αὐτοῦ πνεύμασι τὸ ἀντεξάγον οὐδέν· τὸ γὰρ φθείρεσθαι πεφυκὸς, κρεῖττον ἂν γένοιτο καὶ φθορᾶς αὐτοῦ ἐθέλοντος, καὶ τὸ πεπηγὸς καὶ ἀκράδαντον, καὶ τοῖς τῆς φθορᾶς δυσάντητον νόμοις, πάθοι ἂν εὐκόλως φθοράν· φύσις γὰρ, οἶμαι, τοῖς οὖσι τὸ τῷ κτίσαντι δοκοῦν. Sed dum hæc scribimus, longe funestissimum nuntium huc allatum est, de cæde incomparabilis herois, et regis bellicosissimi, Gustavi vere Augusti, phœnicis hujus sæculi; cujus egregia facinora æternus annalium honor celebrabit: nos subitam heu nimis et immaturam orbi Christiano ejus mortem (si vera sunt quæ tristi fama percrebrescunt) similitudine a phœnice sumpta, et verbis Libanii, in necem strenui bellatoris, sed longe dissimilis principis, non inepte deflere possumus; si tantam, et tam calamitosam tanti ducis jacturam verba ulla satis exprimere valerent: Ὤχετο γεύσας μὲν ἀγαθῶν τὴν οἰκουμένην, κορέσαι δὲ οὐκ ἀρκέσας· ἀλλὰ πεπόνθαμεν οἷονεὶ τῷ φοίνικι τῷ ὄρνιθι πάρεστι, διὰ πάσης μὲν τῆς γῆς ἐκτεῖναι τὴν πτῆσιν, στῆναι δὲ μηδαμοῦ, μήτε ἀγρῶν, μήτε ἀστέων· ἀμυδρὰ γὰρ οὕτως ἂν γέγονε τοῖς ἀνθρώποις ἡ τοῦ ὄρνιθος ὄψις· καὶ νῦν ἦν οὗτος ἀπέδωκεν εὐδαιμονίαν, ὥσπερ ὑπόπτερος διέδραμεν: nisi Deus Opt. Max. Ecclesiæ suæ misertus, ex ejus favillis novum et redivivum alium phœnicem laboranti suo populo suscitaverit; quod ut faciat, votis assiduis et ardentibus flagitare non cessabimus. Γένοιτο, γένοιτο. JUN. — Photius in *Bibliotheca*, pro irritabili criticorum indole, vitio vertit auctori nostro, quod de phœnice hic verba fecerit. Meminisse tamen potuit, in sacris litteris, saltem ex mente LXX Intt., Hieronymi, atque aliorum interpretum animalia recenseri, non magis a naturalis historiæ et philosophiæ peritis agnita, quam Assyria hæc volucris, *quæ proprii corporis hæres et cinerum fetus, redivivo carnis suæ humore reparari, et de funebri rogo resurgere perhibetur*; ibi etenim אים, שעירים, תנים, לילית, אקו, פרס, לויש, τραγέλαφοι, *gryphes*, μυρμηκολέοντες, *fauni*, *satyri*, *sirenes*, *lamiæ* redduntur. Imo vero disquisitionem aliquam meretur, annon de phœnice expressa habeatur mentio in S. Scriptura, nimirum, libro Jobi, c. XXIX, 18, ubi dicit: יבים עם קני אגע וכחול ארבה, *exspirabo in nido meo et sicut phœnix multiplicabo dies.* Vetustissimi, apud Hebræos, auctores, lib. Zohar, *Thalmud* in tract. Sanhedrin, Bereschith Rabbah, lib. *Jalkut*, R. Salomo Jarchi, in comment. ad hunc locum sane sunt in ea sen-

C tentia. Quin et in *Massora* specialiter notatur, quod hæc vox חול aliud significet quam vulgo, de qua Hieronymus in ep. *ad Præsidium*. Et vero ex nota quadam Massorethica quæ ascripta legitur, in quibusdam Bibliis mss. qua præscribitur bis reperiri idque in duabus significationibus, sequitur apud Jobum *phœnicem* significare, cum Gen. XXII, 17, *arenam* significet. Porro dicit R. David Kimchi, se invenisse vocem חול cum *Schurek*, ut phœnicem significet, in libro correcto Hierosolymitano. Revera LXX seniores ita reddunt has voces, ἡ ἡλικία μου γηράσει ὥσπερ στέλεχος φοίνικος, ubi φοῖνιξ homonymum est et *palmam* non minus quam *phœnicem* effert. Sed quandoquidem חול palmam nunquam denotare cognoscitur, cogitandum venit, utrum incredibile prorsus sit τὸ στέλεχος hic in eo significatu apud eos positum, quo *stirps* et *stemma*, in omnibus fere dialectis, passim usurpantur. Quod si

D fiat, ipsi LXX Intt. omnino phœnicem agnovere. At vero si mantissæ loco adjiciatur, auctores laudatissimos, qua sacros, qua profanos, nimirum, Herodotum, Tacitum, Dionem, Plutarchum, Plinium, Senecam, Melam, Solinum, Philostratum, Libanium, Tertullianum, Origenem, Cyrillum Hierosol., Eusebium, Nazianzenum, Epiphanium, Synesium, Hieronymum, Ambrosium, Lactantium, Bedam, etc., ut taceam poetarum gentem et sequioris ævi scriptores præteream, eadem fuisse in sententia; minime mirum videri debet (utcunque Bochartus aliter senserit) doctissimum Junium apud se statuisse tantis auspiciis errare, præsertim in re ubi sine noxa peccatur, quam contrariæ sententiæ fautoribus accedendo vel recte sentire. Certe cum Corn. Tacitus, cui astipulantur reliqui istius sæculi historici, diserte dicat *Paulo Fabio et Lucio Vitellio coss. post longum sæculorum ambitum, avem phœnicem in Ægyptum venisse, et præbuisse mate-*

Digitized by Google

νεῖν (80) αὐτὸ, σηκὸν ἑαυτῷ ποιεῖ ἐκ λιβάνου καὶ σμύρνης, καὶ τῶν λοιπῶν ἀρωμάτων, εἰς ὃν πληρωθέντος τοῦ χρόνου εἰσέρχεται, καὶ τελευτᾷ. Σηπομένης δὲ τῆς σαρκὸς, σκώληξ τις γεννᾶται, ὃς ἐκ τῆς ἰκμάδος τοῦ τετελευτηκότος ζώου ἀνατρεφόμενος, πτεροφυεῖ· εἶτα γενναῖος γενόμενος, αἴρει τὸν σηκὸν ἐκεῖνον, ὅπου τὰ ὀστᾶ τοῦ προγεγονότος ἐστὶν, καὶ ταῦτα βαστάζων, διανεύει (81) ἀπὸ τῆς Ἀραβικῆς χώρας ἕως τῆς Αἰγύπτου, εἰς τὴν λεγομένην Ἡλιούπολιν· καὶ ἡμέρας (82), βλεπόντων πάντων ἐπιπτὰς, ἐπὶ τὸν τοῦ Ἡλίου βωμὸν τίθησιν αὐτὰ, καὶ οὕτως εἰς τοὐπίσω ἀφορμᾷ. Οἱ οὖν ἱερεῖς ἐπισκέπτονται τὰς ἀναγραφὰς τῶν χρόνων, καὶ εὑρίσκουσιν αὐτὸν πεντακοσιοστοῦ ἔτους πεπληρωμένου ἐληλυθέναι.

A liquis aromatibus, quem completo tempore ingreditur, et obit: ex carne vero ejus putrefacta, vermis quidam nascitur, qui animalis defuncti humore nutritus, plumescit: deinde fortior factus, loculum illum ubi antecessoris ossa reposita sunt, sustollit; eaque portans, ex Arabica regione ad Ægyptum et urbem quæ dicitur Heliopolis, vergit; et interdiu, spectantibus omnibus advolans, super altare Solis illa collocat, atque ita retrorsum proripit se. Itaque sacerdotes commentarios temporum diligenter inspiciunt, et inveniunt avem expleto anno quingentesimo venisse.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚϚ'.

Μέγα καὶ θαυμαστὸν οὖν νομίζομεν εἶναι, εἰ ὁ δημιουργὸς τῶν ἁπάντων (83) ἀνάστασιν ποιήσεται τῶν θείως αὐτῷ δουλευσάντων ἐν πεποιθήσει πίστεως ἀγαθῆς, ὅπου καὶ δι' ὀρνέου δείκνυσιν ἡμῖν τὸ μεγαλεῖον τῆς ἐπαγγελίας αὐτοῦ; [Λ]έγει γάρ που· *Καὶ ἐξαναστήσεις με, κ[αὶ] ἐξομολογήσομαί σοι.* [Κ]αί· *Ἐκοιμήθην καὶ ὕπνωσα· ἐξη[γέ]ρθην, ὅτι σὺ μετ' ἐμοῦ εἶ.* [Καὶ] πάλιν Ἰὼβ λέγει· *Καὶ ἀναστήσεις* (84) *[τὴ]ν σάρκα μου ταύτην, τὴν ἀνατλήσασαν ταῦτα πάντα.*

## CAPUT XXVI.

An magnum igitur et admirabile esse arbitramur, si omnium rerum opifex resurgere illos faciat, qui sancte et in bonæ fidei confidentia ipsi servierunt; ubi etiam per volucrem nobis ostendit promissionis suæ magnificentiam? Dicit enim alicubi: *Et suscitabis me, et confitebor tibi*[9]. Et: *Dormivi et soporatus sum: exsurrexi, quia tu mecum es*[10]. Ac rursum Job dicit: *Et resuscitabis carnem meam hanc, quæ omnia hæc perpessa est*[11].

[9] Psal. xvii, 50 [10] Psal. iii, 6. [11] Job xix, 25, 26.

## VARIORUM NOTÆ.

*riem doctissimis indigenarum, et Græcorum, multa super eo miraculo disserendi;* minime putandum est eum merum mendacium, et puram putam fabulam effutiisse; præsertim quando satis constat quantum olim malus dæmon miserorum hominum superstitioni et ignorantiæ insultabat, quantumque e re ejus erat ea tempestate, cum Evangelii splendor terrarum orbem vitalibus radiis salutare inciperet, notabili aliquo commento se ipsum venditare. Et quidem qui se pro *aeris principe*, per avium ministeria, et universum scientiæ auguralis apparatum gesserat, quique celeberrima illa Jovis Dodonæi apud Græcos, atque Hammonis apud Ægyptios oracula, solemni avium τερατείᾳ, dedicaverat, qua de re inter alios consuli potest Herodotus in Euterpe, non absurde fecisse videbitur, si nutantia sua sacra stabilire conaretur, revocato eo ostento Heliopoli, quod animos hominum pridem imbuerat, promptissimamque fidem sibi spondere poterat: nimirum, quod post longa quædam intervalla, avis formæ prorsus insolitæ, a colore saltem, si non et veteri nomenclatura phœnix dicenda, sese ostentaret; *quæ sublato*, ut verbis Taciti utar, *myrrhæ pondere, tentatoque per longum iter, ubi par oneri, par meatui sit, sarcinam suam ad solis aram perferret, atque adoleret;* et officio illo plane mirabili, non minus quam munere honorem altaribus adderet. Ostentum certe illud, quod Tarquinio Prisco animum dedit, ut apud Romanos imperium capesseret, ut alia a Livio memorata præteream, multum ex hoc ei trahere videtur, nec non ei facem præferre. Sed si hæc minus satisfaciant, dici poterit, phœnicis historiam, apud omnes, pro concessa habitam, et proinde argumento *ad homines* ducto rectissime inservire; nihil enim refert, quibus armis hostem confodiamus; nec minus feliciter ab admisso errore redarguetur error, quam a veritate in medium producta veritati fides et auctoramentum accedunt. Nec aliter videtur B. Paulus, cum in hoc ipso negotio, apud hosce arbitros (Corinthios intelligo) versaretur, allegasse in causam suam morem pariter cum phœnicis hac historia improbabilem, *baptismum pro mortuis*, ut exinde resurrectionem comprobaret. Fell. — De phœnice nullum antiquius testimonium habemus eo quod exstat in *Historia Sinica* viri fide dignissimi Martinii, sub Xoarro IV, imperatore: *Sub initium imperii, Solis avis apparuit, cujus adventu felicitatem regno portendi vulgo existimant. Ex forma, qua avem hanc pingunt, aquilam crederes, nisi plumarum mira et discolor varietas obstaret. Phœnicem ut esse suspicer, ejus raritas persuadet.* Eadem legas in Ezechielis Tragici versibus, apud Eusebium, *Præp. evang.*, lib. ix, et Eustathium in *Hexameron*. Colon.

(80) *Πρὸς ἀπόλυσιν τοῦ ἀποθανεῖν.* Bolsius legendum monuit, πρὸς ἀπόλυσιν, καὶ καιρὸν τοῦ ἀποθανεῖν. Quod Epiphanius sic exprimit: Ἐπὰν γνοίη τὸν καιρὸν τῆς αὐτοῦ τελευτῆς ἐνστάντα, et Ambrosius: *Quæ cum finem vitæ sibi adesse adverterit*, et Tacitus: *Confecto quippe annorum numero, ubi mors propinquet, suis in terris struere nidum*, etc. Jun.

(81) *Διανεύει.* Al. διανεῖ, vel διανύει, hoc est, *uno progressu fertur, recta volat* in Ægyptum. At Wott. nihil mutat: existimat enim, Hesychium secutus, vocem διανεύει, id est, στρέφει vel κυκλεῖ (a terra Arabica ad Ægyptum *vergit*) huic loco aptissime convenire. Gall.

(82) *Καὶ ἡμέρας.* Si Clericum audias, leg. καὶ δι' ἡμέρας. Id.

(83) *Τῶν ἁπάντων.* Ms. ita se habet. Editi præter Londin., τῶν πάντων. Id.

(84) *Ἀναστήσεις.* Hunc Jobi locum ad resurrectionem primus traxit B. Clemens, quem alii postea sunt secuti. Sed quis a primis illis Christianis, seculo majoribus, omnium Scripturæ locorum germanam explanationem expostulet? Quis in multis illos non æque hallucinatos existimet, atque eorum nepotes? Colon.



Digitized by Google

## CAPUT XXVII.

Hac igitur spe, animi nostri ad eum astringantur, qui fidelis est in promissionibus et justus in judiciis. Qui ne mentiamur præcepit, multo magis ipse non mentietur. Nihil quippe Deo impossibile, præterquam mentiri. Exsuscitetur itaque in nobis fides ejus, et cogitemus quod omnia ipsi propinqua sint. In verbo magnificentiæ suæ constituit omnia, et in verbo potest illa evertere. *Quis dicet ei : Quid fecisti? aut quis resistet virtuti fortitudinis ejus* [12-13]? Quando vult et quomodo vult, omnia faciet; neque quidquam ab eo decretum præteribit [14]. Universa coram ipso sunt; nihilque consilium ejus latuit. Si *cœli enarrant gloriam Dei : opus autem manuum ejus annuntiat firmamentum; dies diei eructat verbum, et nox nocti annuntiat scientiam; et non sunt loquelæ neque sermones, quorum non audiantur voces eorum* [15].

## CAPUT XXVIII.

Cum omnia igitur videantur et audiantur, timeamus eum, et pravorum operum impuras cupiditates relinquamus, ut illius misericordia a futuris judiciis tegamur. Quo enim quis nostrum a potente ejus manu fugere potest? Qualis autem mundus suscipiet quempiam ab eo transfugientem? Dicit namque Scriptura alicubi : *Quo ibo, et quo absconA*

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΖ'.

Ταύτῃ οὖν τῇ ἐλπίδι προσδεδέσθωσαν αἱ ψυχαὶ ἡμῶν τῷ πιστῷ ἐν ταῖς ἐπαγγελίαις, καὶ τῷ δικαίῳ ἐν τοῖς κρίμασιν. Ὁ παραγγείλας μὴ ψεύδεσθαι, πολλῷ μᾶλλον αὐτὸς οὐ ψεύσεται· οὐδὲν γὰρ ἀδύνατον παρὰ τῷ Θεῷ, εἰ μὴ τὸ ψεύσασθαι. Ἀναζωπυρησάτω οὖν ἡ πίστις αὐτοῦ ἐν ἡμῖν, καὶ νοήσωμεν ὅτι πάντα ἐγγὺς αὐτῷ ἐστιν. Ἐν λόγῳ τῆς μεγαλωσύνης αὐτοῦ συνεστήσατο τὰ πάντα, καὶ ἐν λόγῳ δύναται αὐτὰ καταστρέψαι. *Τίς ἐρεῖ αὐτῷ, Τί ἐποίησας; ἢ τίς ἀντιστήσεται τῷ κράτει τῆς ἰσχύος αὐτοῦ;* ὅτε θέλει, καὶ ὡς θέλει ποιήσει (85) πάντα, καὶ οὐδὲν μὴ παρέλθῃ τῶν δεδογματισμένων ὑπ' αὐτοῦ. Πάντα ἐνώπιον αὐτοῦ εἰσι, καὶ οὐδὲν λέληθεν τὴν βουλὴν αὐτοῦ. Εἰ *οἱ οὐρανοὶ* (86) *διηγοῦνται δόξαν Θεοῦ*, B *ποίησιν δὲ χειρῶν αὐτοῦ ἀναγγέλλει τὸ στερέωμα· ἡ ἡμέρα τῇ ἡμέρᾳ ἐρεύγεται ῥῆμα, καὶ νὺξ νυκτὶ ἀναγγέλλει γνῶσιν· καὶ οὐκ εἰσὶ λόγοι, οὐδὲ λαλιαί, ὧν οὐχὶ ἀκούονται αἱ φωναὶ αὐτῶν.*

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΗ'.

Πάντων οὖν βλεπομένων καὶ ἀκουομένων (87), φοβηθῶμεν αὐτὸν, καὶ ἀπολείπωμεν φαύλων ἔργων μαρὰς ἐπιθυμίας, ἵνα τῷ ἐλέει αὐτοῦ σκεπασθῶμεν (88) ἀπὸ τῶν μελλόντων κριμάτων. Ποῦ (89) γάρ τις ἡμῶν δύναται φυγεῖν ἀπὸ τῆς κραταιᾶς χειρὸς αὐτοῦ; ποῖος δὲ κόσμος δέξεταί τινα τῶν αὐτομολούντων (90) ἀπ' αὐτοῦ; Λέγει γάρ που τὸ Γραφεῖον (91), *Ποῦ*

[12-13] Sap. XII, 12. [14] Matth. XXIV, 35. [15] Psal. XVIII, 1-4.

## VARIORUM NOTÆ.

(85) *Ποιήσει.* Ita ms. ex Mill. et Wott. At Jun. cum editis, ἐποίησεν. Quam quidem lectionem alteri insti præferendam putat Wott. et pro παρέλθῃ legendum παρῆλθε. Sed non est cur sollicitemus ms. lectionem, cum *ποιήσει* recte τῷ *παρέλθῃ* congruat. *Quando vult et quomodo vult, omnia faciet; neque quidquam ab eo decretum præteribit.* Sic Frey. Gall.

(86) *Εἰ οἱ οὐρανοί.* Conjicit Dav. legendum, Καὶ εἰ οὐρανοί. Id.

(87) *Ἀκουομένων.* Ex Bois, subaudiendum ὑπ' αὐτοῦ. Id.

(88) *Σκεπασθῶμεν.* Ex ms. Wott. hanc lectionem restituit, quam Jun. cum editt. præter Londin. margini apposuit, altera σκεπάσωμεν in textum illata. Id.

(89) *Ποῦ... φυγεῖν.* Ita ms. Al. malunt ποῖ : exhibentque φεύγειν. Id.

(90) *Αὐτομολούντων.* Hesychius : Αὐτόμολος, ὁ πρὸς τοὺς πολεμίους ἀπελθών, προδότης. In hac voce interpretanda peccavit magnus Casaubonus Polyb. lib. IV, p. 322, ubi ὁ δὲ αὐτόμολος *Automolum* vertit, quasi nomen esset proprium. At Polybius Ætolum quemdam transfugam intelligit, cujus ante meminerat, ut monuit Casaubono par, si non in quibusdam superior, Henr. Valesius Præf. in excerpt. ex collect. Constantini Porphyrogenetæ. Colon. C

(91) *Λέγει γάρ που τὸ γραφεῖον.* Recte γραφείου nomine Psalterium donatur : quandoquidem, ut discimus ex S. Epiphanio hæresi 29, cap. 7; et S. Hieronymo in *Prologo galeato*, ac in præfatione ad *Danielem*, distribuuntur Scripturæ sacræ Testamenti Veteris in νομοθεσίαν seu νόμον, προφήτας, et γραφεῖα : in libros Mosis seu Legem, Prophetas, et hagiographa : contineturque in tertio ordine, liber Davidis. Certe Lucæ XXIV, 44, Psalmos distinctos habes a Lege et Prophetis. *Necesse est impleri omnia quæ scripta sunt in Lege Moysi, et Prophetis, et Psalmis, de me.* Ac sentiunt cum evangelista præstantissimi Judæi, Philo et Josephus : ille *Libro de vita contemplativa*, post initium, p. 893; hic lib. I *contra Apionem*, post initium similiter, p. 1036. Interdum tamen cum γραφείοις et ἁγιογράφοις non numerantur psalmi, juxta alias Scripturæ divisiones; nimirum, Epiphanii capite 4, libri *De mensuris et ponderibus*, illiusque exscriptoris Joannis Damasceni cap. 18, lib. IV *De orthodoxa fide;* item Cassiodori lib. I *Institutionis ad divinas lectiones;* necnon Hieronymi in præfationibus *ad Tobiam et Judith.* Hic enim cum in supra citato *Prologo*, a libris canonicis Hebræorum, libris Legis, Prophetarum, et hagiographis, in hisque postremis Psalterio, sejunxisset volumina Tobiæ ac Judithæ, eadem duo volumina in præfationibus ad ea, tradit ab Hebræis de catalogo divinarum Scripturarum secari, atque legi inter hagiographa, quorum auctoritas ad roborandam illa quæ in contentionem veniunt, minus idonea judicatur. Quo fit, ut duplicis generis hagiographa habuisse dicendi sint Hebræi, majoris videlicet, ac minoris auctoritatis, atque in prioribus duntaxat cum sacris Scripturis posuisse Psalmos. Nec miraberis diversam acceptionem auctoritatemque hagiographorum postquam insignia ista de canonicis libris apud B. Augustinum, lib. II *De doctrina Christiana*, cap. 8, legeris : *In canonicis autem Scripturis, Ecclesiarum catholicarum quamplurium auctoritatem sequatur; inter quas sane illæ sunt, quæ apostolicas sedes habere, et Epistolas accipere meruerunt. Tenebit igitur hunc modum in Scripturis canonicis, ut eas quæ ab omnibus accipiuntur Ecclesiis catholicis, præponat eis quas quædam non accipiunt. In eis vero quæ non accipiuntur ab omnibus, præponat eas quas plures gravioresque accipiunt, eis quas pauciores minorisque* D

Digitized by Google

ἀφήξω (92), καὶ ποῦ κρυβήσομαι ἀπὸ τοῦ προσώπου σου; ἐὰν ἀναβῶ εἰς τὸν οὐρανὸν, σὺ εἶ ἐκεῖ· ἐὰν ἀπέλθω εἰς τὰ ἔσχατα τῆς γῆς, ἐκεῖ ἡ δεξιά σου· ἐὰν καταστρώσω εἰς τὰς ἀβύσσους (93), ἐκεῖ τὸ πνεῦμά σου. Ποῖ οὖν τις ἀπέλθῃ, ἢ ποῦ ἀποδράσῃ ἀπὸ τοῦ τὰ πάντα ἐμπεριέχοντος;

dar a facie tua? Si ascendero in cœlum, tu es illic: si abiero ad extrema terræ, illic est dextera tua: si divertero in abyssos, illic est spiritus tuus [16]. Quo igitur abibit quispiam, vel quo aufugiet ab eo qui omnia complectitur?

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΘ'.

Προσέλθωμεν οὖν αὐτῷ ἐν ὁσιότητι ψυχῆς, ἁγνὰς καὶ ἀμιάντους χεῖρας αἴροντες πρὸς αὐτὸν, ἀγαπῶντες τὸν ἐπιεικῆ καὶ εὔσπλαγχνον Πατέρα ἡμῶν, ὃς ἐκλογῆς (94) μέρος ἐποίησεν ἑαυτῷ. Οὕτω γὰρ γέγραπται· Ὅτε διεμέριζεν (95) ὁ Ὕψιστος ἔθνη, ὡς διέσπειρεν (96) υἱοὺς Ἀδὰμ, ἔστησεν ὅρια ἐθνῶν κατὰ ἀριθμὸν ἀγγέλων Θεοῦ (97). Ἐγενήθη μερὶς Κυρίου λαὸς αὐτοῦ Ἰακὼβ, σχοίνισμα κληρονομίας αὐτοῦ Ἰσραήλ. Καὶ ἐν ἑτέρῳ τόπῳ λέγει· Ἰδοὺ Κύριος λαμβάνει ἑαυτῷ ἔθνος ἐκ μέσου ἐθνῶν, ὥσπερ λαμβάνει ἄνθρωπος (98) τὴν ἀπαρχὴν αὐτοῦ τῆς ἅλω, καὶ ἐξελεύσεται ἐκ τοῦ ἔθνους ἐκείνου Ἅγια ἁγίων.

## CAPUT XXIX.

Accedamus ergo ad eum in sanctitate animæ, *castas* et impollutas *manus elevantes* [17] ad illum, diligentes benignum et misericordem Patrem nostrum, qui [*nos*] sibi ipsi electionis partem fecit. Sic enim scriptum est: *Quando dividebat Altissimus gentes, quando disseminavit filios Adæ; constituit terminos gentium secundum numerum angelorum Dei: factus est pars Domini, populus ejus Jacob, funiculus hæreditatis ejus, Israel* [18]. Et in alio loco ait: *Ecce Dominus accipit sibi gentem e medio gentium, sicut homo accipit primitias areæ suæ: et ex gente illa egredientur Sancta sanctorum* [19].

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Λ'.

Ἁγίου οὖν μερὶς ὑπάρχοντες, ποιήσωμεν τὰ τοῦ ἁγιασμοῦ πάντα, φεύγοντες καταλαλιὰς, μιαράς τε καὶ ἀγνοὺς (99) συμπλοκὰς, μέθας τε καὶ νεωτερισμοὺς, καὶ βδελυκτὰς ἐπιθυμίας, μυσαρὰν μοιχείαν, βδελυκτὴν ὑπερηφανίαν. Θεὸς γὰρ, φησὶν, ὑπερηφάνοις ἀντιτάσσεται, ταπεινοῖς δὲ δίδωσι χάριν. Κολληθῶμεν οὖν ἐκείνοις, οἷς ἡ χάρις ἀπὸ τοῦ Θεοῦ δέδοται. Ἐνδυσώμεθα τὴν ὁμόνοιαν, ταπεινοφρονοῦντες, ἐγκρατευόμενοι, ἀπὸ παντὸς ψιθυρισμοῦ καὶ καταλαλιᾶς πόρρω ἑαυτοὺς ποιοῦντες, ἔργοις δικαιούμενοι, καὶ μὴ λόγοις. Λέγει γάρ· Ὁ τὰ πολλὰ λέγων, καὶ ἀντακούσεται, ἢ ὁ εὔλαλος οἴεται εἶναι δίκαιος; εὐλογημένος γεννητὸς γυναικὸς ὀλιγόβιος. Μὴ πολὺς ἐν ῥήμασιν γίνου. Ὁ ἔπαινος ἡμῶν

## CAPUT XXX.

Cum igitur Sancti pars simus, faciamus omnia quæ ad sanctitatem pertinent; vitantes obtrectationem, impuros ac impudicos complexus, ebrietates novarumque rerum studia, et abominandas cupiditates, detestandum adulterium, exsecrabilem superbiam. *Deus enim*, inquit [20], *superbis resistit; humilibus autem dat gratiam.* Agglutinemur ergo ad eos, quibus gratia a Deo concessa est. Induamus concordiam, humiles, continentes, ab omni susurro et obtrectatione procul recedentes, operibus et non verbis justi effecti. Dicit enim: *Qui multa loquitur, et vicissim audiet: aut eloquens videtur esse justus? Benedictus natus mulieris, brevis vitæ. Ne multus sis in verbis* [21]. Laus nostra in Deo sit,

[16] Psal. CXXXVIII, 7-10. [17] I Tim. II, 8. [18] Deut. XXXII, 8, 9. [19] Deut. IV, 34; Num. XVIII, 27; II Paral. XXXI, 14. [20] Jac. IV, 6; I Petr. V, 5. [21] Job XI, 2, 3; XIV, 1.

## VARIORUM NOTÆ.

*auctoritatis Ecclesiæ tenent. Si autem alias invenerit a pluribus, alias a gravioribus haberi; quanquam hoc facile invenire non possit, æqualis tamen auctoritatis eas habendas puto.* Cot. — Hinc patet clariss. Is. Vossium in responsione ad iteratas Ric. Simonii objectiones immerito existimare vocem γραφεῖον ab Aquila fuisse confictam. Hinc etiam firmatur Epiphanii locus hæres. 29, sect. 7, ubi de Nazaræis agens, ait libros hagiographos a Judæis γραφεῖα appellari. Post Epiphanium idem tradit Damascenus. Colon.

(92) Ἀφήξω. Vox nonnullis suspecta; sed eam fuisse usurpatam a Platone, VII *De rep.*, idemque significare ac ἀφίξομαι, advertit Mill. Gall.

(93) Ἐὰν καταστρώσω. Sic optime expressit Clemens vim verbi Hebraici יצע, quod sonat *stravit*. Neque enim semper ille sequitur versionem τῶν Ο', sed interdum vel suam, vel aliorum Hebraice doctorum præfert. Veritas Hebraica sonat Latine: *Si stratum fecero*, vel *straturn posuero in abysso*, vel *in sepulcro*. Et sic Græce: Ἐὰν καταστρώσω εἰς τὰς ἀβύσσους. Bois. Gall. — Ἐὰν καταστρώσω εἰς τὰς ἀβύσσους. Sic Job XVII, 13: Ἐν δὲ γνόφῳ ἔστρωταί μου ἡ στρωμνή, verbum autem καταστρωννύειν hoc loco, proxime accedit ad fontem Hebraicum. Jun.

(94) Ὃς ἐκλογῆς. Mancam esse lectionem putant nonnulli interseruntque ἡμᾶς vel τὰ ἔθνη. Rem tamen acu tetigisse mihi videtur Dav. qui levi mutatione rescribit, οὗς ἐκλογῆς, ut ad vocem ἡμῶν referatur. Gall.

(95) *Διεμέριζεν*. Ita ms. apud Wott., sic et edit. Londin. Al. διεμέρισεν. Id.

(96) *Διέσπειρεν*. Sic ms. ut apud LXX, cui veræ lectioni in marginem rejectæ, istam in textu substituit Jun., cum edit. δὲ ἔσπειρεν. Wott. Id.

(97) Θεοῦ. Hæc vox deest codd. impp, si Londin. excipias, quæ tamen exstat in ms. et exhibent LXX. Id.

(98) Ὥσπερ λαμβάνει ἄνθρωπος. Recte observavit Frey. hunc locum Clementem efformasse tum ex Num XVIII, 27, tum ex II Paral. XXXI, 14, ubi legitur: Δοῦναι τὰς ἀπαρχὰς Κυρίου, καὶ τὰ Ἅγια τῶν ἁγίων. Ut sensus sit: Deus sibi ex reliquis hominibus separavit nos, et fecit ἐκλογῆς μέρος, ut ex area decerpitur ἡ ἀπαρχὴ Deo sacra, quæ fit Ἅγια ἁγίων. Id.

(99) Ἁγνοὺς συμπλοκάς. Ex incuria librarii mendum hic sane patet. Hinc al. legunt λάγνους. Al. et forte rectius, ἀναγνούς: vox ecclesiasticis scriptoribus usitatior. Id. — Ἁγνούς. lege λάγνους ex reverendi Patris conjectura. Hesychius: *λάγνος*, ὁ αἰσχρὸς, περὶ πορνείαν ἐπτοημένος. Colon.

Digitized by Google

et non ex nobis ipsis [31] : odit enim Deus eos, qui semetipsos prædicant [32]. Testimonium boni operis nostri ab aliis tribuatur nobis, sicut datum est patribus nostris, viris justis. Temeritas et arrogantia et audacia, maledictis a Deo ; moderatio autem et humilitas et mansuetudo, apud illos qui a Deo benedicti sunt.

A ἔστω ἐν Θεῷ (100), καὶ μὴ ἐξ αὐτῶν· αὐτεπαινετοὺς γὰρ μισεῖ ὁ Θεός. Ἡ μαρτυρία τῆς ἀγαθῆς πράξεως ἡμῶν διδόσθω ὑπ' ἄλλων (1), καθὼς ἐδόθη τοῖς πατράσιν ἡμῶν τοῖς δικαίοις. Θράσος καὶ αὐθάδεια καὶ τόλμα, τοῖς κατηραμένοις (2) ὑπὸ τοῦ Θεοῦ· ἐπιείκεια καὶ ταπεινοφροσύνη, καὶ πραΰτης, παρὰ τοῖς εὐλογημένοις ὑπὸ τοῦ Θεοῦ.

## CAPUT XXXI.

Ejus igitur benedictioni firmiter adhæreamus; et videamus quænam sint benedictionis viæ. Animo repetamus quæ ab initio facta sunt. Cujus gratia pater noster Abraham benedictus fuit [34]? nonne quia justitiam et veritatem per fidem operatus fuerat? Isaac cum confidentia quod futurum erat cognoscens, libenter factus est sacrificium [35]. Jacob in humilitate, dum fratrem fugit, secessit de terra B sua, et profectus est ad Laban [36], et servivit : et datæ sunt ei duodecim tribus Israel [37].

## CAPUT XXXII.

Si quis animo sincero singula perpenderit, donorum quæ per eum concessa sunt magnificentiam agnoscet. Ab illo enim orti sunt omnes sacerdotes ac levitæ, qui altari Dei ministrant : ab illo Dominus Jesus secundum carnem ; ab illo reges et principes et duces secundum (5) Judam : nec reliquæ ejus tribus in parvo honore sunt, utpote Deo promittente : *Erit semen tuum sicut stellæ cœli* [38]. Ii ergo omnes gloriam et amplitudinem consecuti sunt, non per seipsos aut opera sua aut justas actiones quas fecerunt, sed per voluntatem ejus. Et nos igitur ex voluntate illius in Christo Jesu C vocati, non per nos ipsos justi efficimur, neque per sapientiam nostram aut intelligentiam aut pietatem aut opera quæ in cordis sanctitate operati sumus, sed per fidem, per quam omnes ab initio justificavit Deus omnipotens, cui sit gloria in sæcula sæculorum. Amen.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΛΑ'.

Κολληθῶμεν οὖν τῇ εὐλογίᾳ αὐτοῦ, καὶ ἴδωμεν τίνες αἱ ὁδοὶ τῆς εὐλογίας. Ἀνατυλίξωμεν τὰ ἀπ' ἀρχῆς γενόμενα. Τίνος χάριν εὐλογήθη ὁ πατὴρ ἡμῶν Ἀβραάμ ; οὐχὶ δικαιοσύνην καὶ ἀλήθειαν διὰ πίστεως ποιήσας; Ἰσαὰκ μετὰ πεποιθήσ[εως γινώ]σκων τὸ μέλλον, ἡδέ[ως ἐγένε]το θυσία. Ἰακὼβ μετὰ ταπεινοφρ[οσύνης] ἐξεχώρησεν τῆς γῆς αὐ[τοῦ φεύγων ἀδελ]φὸν, καὶ ἐπορεύθη πρὸς [Λαβάν], καὶ ἐδούλευσεν· καὶ ἐδόθ[η αὐτῷ] τὸ δωδεκάσκηπτρον (3) τοῦ [Ἰσραήλ.]

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΛΒ'.

[Εἴ]τις καθ' ἓν ἕκαστον εἰλικρι[νῶς] κατανοήσῃ, ἐπιγνώσεται [τὰ με]γαλεῖα τῶν ὑπ' αὐτοῦ δεδομ[ένων] δωρεῶν. Ἐξ αὐτοῦ (4) γὰρ ἱερεῖ[ς] καὶ λευῖται πάντες οἱ λειτουργ[οῦν]τες τῷ θυσιαστηρίῳ τοῦ Θεοῦ· ἐξ αὐτοῦ ὁ Κύριος Ἰησοῦς τὸ κατὰ σάρκα· ἐξ αὐτοῦ βασιλεῖς, καὶ ἄρχοντες, καὶ ἡγούμενοι κατὰ τὸν Ἰούδαν· τὰ δὲ λοιπὰ σκῆπτρα αὐτοῦ οὐκ ἐν μικρᾷ δόξῃ ὑπάρχουσιν, ὡς ἐπαγγειλαμένου τοῦ Θεοῦ, ὅτι *ἔστω τὸ σπέρμα σου ὡς οἱ ἀστέρες τοῦ οὐρανοῦ*. Πάντες οὖν ἐδοξάσθησαν καὶ ἐμεγαλύνθησαν, οὐ δι' αὐτῶν, ἢ τῶν ἔργων αὐτῶν, ἢ τῆς δικαιοπραγίας ἧς κατειργάσαντο, ἀλλὰ διὰ τοῦ θελήματος αὐτοῦ. Καὶ ἡμεῖς οὖν διὰ θελήματος αὐτοῦ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ κληθέντες, οὐ δι' ἑαυτῶν δικαιούμεθα, οὐδὲ διὰ τῆς ἡμετέρας σοφίας, ἢ συνέσεως, ἢ εὐσεβείας, ἢ ἔργων ὧν κατειργασάμεθα ἐν ὁσιότητι καρδίας· ἀλλὰ διὰ τῆς πίστεως, δι' ἧς πάντας τοὺς ἀπ' αἰῶνος (6) ὁ παντοκράτωρ Θεὸς ἐδικαίωσεν· ᾧ ἔστω ἡ δόξα (7) εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

[31] Rom. II, 29. [32] II Cor. X, 17, 18. [34] Jac. II, 21. [35] Gen. XXII, 9. [36] Gen. XXVIII, XXIX. [37] II Reg. XI, 31 *sec.* LXX. [38] Gen. XXII, 17 et XXVI, 4.

## VARIORUM NOTÆ.

(100) Ἐν Θεῷ. Jun. mallet ἐκ Θεοῦ. Hanc lectionem Wottono videntur suadere sequentia, καὶ μὴ ἐξ αὐτῶν. Conjecturam confirmat locus Rom. II, 29, unde Clementinus forte desumptus : Οὗ ὁ ἔπαινος οὐκ ἐξ ἀνθρώπων, ἀλλ' ἐκ τοῦ Θεοῦ. Gall.

(1) Διδόσθω ὑπ' ἄλλων. Sic Proverb. XXVII, 2 : Ἐγκωμιαζέτω σε ὁ πέλας καὶ μὴ τὸ σὸν στόμα, ἀλλότριος καὶ μὴ τὰ σὰ χείλη. *In proprias enim laudes odiosa est jactatio*, ut Cyprianus ad Donatum loquitur, et ut Plinius, epist. 8, lib I, eleganter, *quod magnificum referente alio fuisset, ipso qui gesserat recensente, vanescit.* Et Clemens noster infra : Ὁ ταπεινοφρονῶν μὴ ἑαυτῷ μαρτυρείτω, ἀλλ' ἑτέρου μαρτυρεῖσθαι. Jun.

(2) Τοῖς κατηραμένοις. Al. præmittendum putant παρά, sicut mox, παρὰ τοῖς εὐλογημένοις. Wott. nihil addit : eadem enim phraseos mutatio subinde occurrit in Novo Test. ad cujus stylum proxime accedit S. Pater. Quam sane sententiam probat confirmatque Blackwallus in *Auctoribus sacris class. defens.*, pag. 85. Gall.

(3) Τὸ δωδεκάσκηπτρον. Hoc est, τὸ δωδεκάφυλον : σκῆπτρον enim pro φυλῇ sumitur, ut III Reg. XI, 31 : Καὶ δώσω σοι δέκα σκῆπτρα, καὶ δύο σκῆπτρα ἔσονται αὐτῷ. Sic etiam Clemens noster cap. seq., τὰ δὲ λοιπὰ σκῆπτρα. Ita Jun. Quibus addesis, ex Ruchat., eamdem vocem hoc ipso sensu usurpari ab auctore *Testam.* XII *Patriarch.*, tum in *Test. Dan*, cap. 1 : Ἵνα μὴ λυθῶσι δύο σκῆπτρα ἐν Ἰσραήλ: *Ne solvantur duo tribus in Israel;* tum etiam in *Test. Nephthalim*, cap. 5 : Κληρονομήσουσιν αἰχμαλωσίᾳ τὰ ιϐ' σκῆπτρα τοῦ Ἰσραήλ : *Hæreditatem obtinebunt in captivitate duodecim tribus Israel.* Id.

(4) Ἐξ αὐτοῦ. Ita recte Jun. cum editis, licet ms. præ se ferat, ἐξ αὐτῶν. Mendum sane ex librarii negligentia ortum : mox enim bis repetitur, ἐξ αὐτοῦ. Id.

(5) Vertit Coteler. *propter Judam*, alii vero interpretes, *ex familia et sanguine Judæ.* Declarat Clemens reges, principes ac duces originem habuisse ex Jacob secundum tribum Judæ. Coust.

(6) Τοῦ ἀπ' αἰῶνος. Hæc est ms. lectio, teste Mill., non autem, τοὺς ἀπ' αἰῶνος, ut habent editi. Wott. id fugit. Gall.

(7) Ἔστω ἡ δόξα. Codd. impp. præter Londin deest articulus ἡ, quem exhibet ms. Id.

Digitized by Google

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΛΓ'.

Τί οὖν ποιήσωμεν, ἀδελφοί; ἀργήσωμεν (8) ἀπὸ τῆς ἀγαθοποιΐας, καὶ ἐγκαταλείπωμεν τὴν ἀγάπην; μηδαμῶς τοῦτο ἐάσαι ὁ Δεσπότ[ης] ἐφ' ἡμῖν γενηθῆναι· ἀλλὰ σπεύσωμεν μετὰ ἐκτενεία[ς] καὶ προθυμίας, πᾶν ἔργον ἀγα[θὸν] ἐπιτελεῖν. Αὐτὸς γὰρ ὁ δημιουργὸς (9), καὶ δ[εσπότης] τῶν ἁπάντων, ἐπὶ τοῖς ἔρ[γοις] αὐτοῦ ἀγαλλιᾶται (10). Τῷ γὰρ παμμεγεθεστάτῳ αὐ[τοῦ] κράτει οὐρανοὺς ἐστήρισε[ν] (11), καὶ τῇ ἀκαταλήπτῳ αὐτοῦ συ[νέσει διεκό]σμησεν(12) αὐτούς· γῆν τε [διεχώ]ρισεν(13) ἀπὸ τοῦ περιέχον[τος αὐ]τὴν ὕδατος, καὶ ἥδρασεν [ἐπὶ τὸ]ν ἀσφαλῆ (14) τοῦ ἰδίου βου[λήμα]τος (15) θεμέλιον· τά τε (16) ἐν αὐ[τῇ ζῶ]α φοιτῶντα, τῇ ἑαυτοῦ [προστά-] ξει ἐκέλευσεν εἶναι· θάλασ[σάν τε κ]αὶ τὰ ἐν αὐτῇ ζῶα προδημι[ουργήσ]ας, ἐνέκλεισεν τῇ ἑαυτοῦ [δυ]νάμει. Ἐπὶ πᾶσιν τὸ ἐξοχώτατον, [καὶ] παμμέγεθες κατὰ διάνοιαν, [ἄνθρ]ωπον, ταῖς ἱεραῖς καὶ ἀμώμοις (17) χερσὶν ἔπλασεν, τῆς ἑαυτοῦ εἰκόνος χαρακτῆρα. Οὕτως (18) γάρ φησιν ὁ Θεός· *Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα καὶ καθ' ὁμοίωσιν ἡμετέραν* (19). *Καὶ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον, ἄρσεν καὶ θῆλυ ἐποίησεν αὐτούς.* Ταῦτα οὖν πάντα τελειώσας, ἐπῆνεσεν (20) αὐτὰ, καὶ ηὐλόγησεν καὶ εἶπεν· *Αὐξάνεσθε καὶ πληθύνεσθε.* Ἴδωμεν ὅτι τὸ ἐν ἔργοις (21) ἀγα-

## CAPUT XXXIII.

Quid igitur faciemus, fratres? Cessabimus a bonis operibus, et charitatem derelinquemus? Neutiquam hoc a nobis fieri permittat Dominus; sed cum diligentia et alacritate festinemus omne opus bonum perficere. Ipse namque Opifex et Dominus omnium in operibus suis exsultat. Cœlos enim suprema sua et maxima potentia firmavit, et incomprehensibili prudentia sua ornavit eos. Terram quoque ab aqua quæ illam ambit, separavit; et super immobile propriæ voluntatis fundamentum firmavit. Animalia etiam quæ in illa versantur, jussu suo præcepit esse. Mare quoque et quæ in illo vivunt animalia cum prius creasset, potentia sua inclusit. Præ omnibus animal excellentissimum et intellectus ergo maximum, hominem, sacris et intaminatis manibus formavit, imaginis suæ characterem. Ita enim ait Deus: *Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram. Et fecit Deus hominem: masculum et feminam fecit eos* [19]. Hæc igitur omnia cum perfecisset, laudavit ea, et benedixit, dixitque: *Crescite et multiplicamini* [20]. Videamus quod in bonis operibus ornati fuerint omnes justi. Et ipse ergo Dominus cum se operibus decorasset, gavisus est. Habentes itaque hoc exemplar, impigre ad vo-

[19] Gen. 1, 26, 27. [20] Ibid. 28.

## VARIORUM NOTÆ.

(8) Ἀργήσωμεν. Ita ms. non, ut in editt., ἀργάσωμεν. Cæterum Jun. aliique mallent, ποιήσομεν, ἀργήσομεν, ἐγκαταλείψομεν. quod Wott. minime necessarium videtur. Ed.

(9) Αὐτὸς γὰρ ὁ δημιουργός, etc. Citantur hæc tanquam incerti, in *Parallelis* B. Joannis Damasceni lib. 1, cap. 8, sic ex interpretatione doctissimi hominis Jacobi Billii: *Cum ipse sit creator ac dominus omnium, in operibus suis delectatur. Etenim summo suo robore cœlos fundavit, et incomprehensibili sua industria eos ornavit: terram autem distinxit ab aqua eos ambiente, et super tuto voluntatis suæ fundamento stabilivit. Deinde excellentissimum ac prorsus maximum, hominem, suismet immaculatis manibus ad imaginis suæ effigiem finxit. Sic enim ait Deus: « Faciamus hominem ad imaginem nostram ac similitudinem nostram. Et fecit Deus hominem, masculum et feminam fecit eos. » Hæc igitur omnia cum absolvisset, benedixit ac dixit: « Crescite et multiplicamini. »* Legebat, opinor, in Græco: Αὐτὸς ὢν δημιουργὸς καὶ δεσπότης τῶν ἁπάντων, ἐπὶ τοῖς ἔργοις αὐτοῦ ἀγαλλιᾶται. Τῷ γὰρ παμμεγεθεστάτῳ αὐτοῦ κράτει οὐρανοὺς ἐστήριξεν καὶ τῇ ἀκαταλήπτῳ αὐτοῦ σοφίᾳ ἐκόσμησεν αὐτούς· γῆν τε διεμέρισεν ἀπὸ τοῦ περιέχοντος αὐτοὺς ὕδατος, καὶ ἥδρασεν ἐπὶ ἀσφαλῆ τοῦ ἰδίου βουλήματος θεμέλιον, εἶτα τὸ ἐξοχώτατον καὶ παμμέγεθες, ἄνθρωπον, ταῖς ἑαυτοῦ ἀμώμοις χερσὶν ἔπλασεν, εἰς ἑαυτοῦ εἰκόνος χαρακτῆρα, οὕτω γάρ φησιν ὁ Θεός· *Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν καὶ ὁμοίωσιν ἡμετέραν· καὶ ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν ἄνθρωπον· ἄρσεν καὶ θῆλυ ἐποίησεν αὐτούς.* Ταῦτα οὖν πάντα τελειώσας, ηὐλόγησεν καὶ εἶπεν· *Αὐξάνεσθε καὶ πληθύνεσθε.* Cot.

(10) Ἀγαλλιᾶται... παμμεγεθεστάτῳ. Jo. Damas. ἀγάλλεται.... παμμεγεστάτῳ. Gall.

(11) Ἐστήρισεν. Mill. et Wott., sic legebant in ms. At editi cum Jo. Damasc. ἐστήριξεν. Ed.

(12) Συνέσει διεκόσμησεν. Jun., cum editt. σ[οφί]ᾳ ἐκό]σμησεν. Verum Wott., perspiciens in ms. priorem syllabam συ —— cum plurium litterarum spatio, fidenter legit cum Damasceno, συ[νέσει διεκό]σμησεν. Quam lectionem Cout. etiam est secutus. Ed.

(13) Διεχώρισεν. Editi διεμέρισεν. Jo. Damascenus, ἐχώρισεν; hancque lectionem ex eo hausit Cout. Cum vero hiatus ms. plures quam tres litteras postulet, reponit Wott. [διεχώ]ρισεν; quod in primis vox ista subinde occurrat Gen. 1. Ed.

(14) Ἐπὶ τὸν ἀσφαλῆ. Sic legunt cum Jo. Damasceno, Wott. et Cout., non autem cum editis, [ὡς πύργο]ν ἀσφαλῆ. Et recte quidem. Hinc enim sententia sublimior. Ed.

(15) Βουλήματος. Jo. Damascenus, θελήματος. Ed.

(16) Τά τε — ἑαυτοῦ δυνάμει. Licet ista omiserat Damascenus, ea tamen contextus Clementinus requirit. Ed.

(17) Ἐπὶ πᾶσιν — ταῖς ἱεραῖς καὶ ἀμώμοις. Paulo aliter Damascenus: ἐπὶ τούτοις — ταῖς ἰδίαις αὐτοῦ καὶ ἀμώμοις. Ed.

(18) Οὕτως. Ita ms. apud Wott. Ita et Jo. Damasc.; editi, præter Lond., Οὕτω. Ed.

(19) Κατ' εἰκόνα καὶ καθ' ὁμοίωσιν ἡμετέραν. Jo. Damasc. et LXX: Κατ' εἰκόνα ἡμετέραν καὶ καθ' ὁμοίωσιν. Ed.

(20) Ἐπήνεσεν. Cave ne legas cum edito Jo. Damasc. ἐποίησεν: utquid enim τελειώσας ἐποίησεν: *cum perfecisset, fecit?* Recte igitur ms. ἐπήνεσεν: quo quidem uno verbo S. Pater ea transigit, quæ occurrunt Gen. 1, 31: Καὶ ἴδεν ὁ Θεὸς τὰ πάντα ὅσα ἐποίησε, καὶ ἰδοὺ καλὰ λίαν. In hanc ferme sententiam Wott. Ed.

(21) Ἴδωμεν ὅτι τὸ ἐν ἔργοις. Licet hanc ms. lectionem Wott. retineat; aliis tamen aliter visum. Dav. leg. Ἴδωμεν τί τὸ δέον. Ἔργοις, κ. τ. λ. Sed longius abit a ms. Propius accedit Birr. qui levi mendo sublato, ita scribendum arbitratur: Εἴδομεν ὅτι τε ἐν ἔργοις... οἱ δίκαιοι, καὶ αὐτὸς, κ. τ. λ. *Vidimus et justos*, etc. Ed.

Digitized by Google

luntatem ejus accedamus : ex totis viribus nostris operemur opus justitiæ.

A θοῖς πάντες ἐκοσμήθησαν οἱ δίκαιοι. Καὶ αὐτὸς οὖν ὁ Κύριος, ἔργοις ἑαυτὸν κοσμήσας, ἐχάρη. Ἔχοντες οὖν τοῦτον τὸν ὑπογραμμὸν, ἀόκνως προσέλθωμεν τῷ θελήματι αὐτοῦ· ἐξ ὅλης (22) ἰσχύος ἡμῶν ἐργασώμεθα ἔργον δικαιοσύνης.

## CAPUT XXXIV.

Bonus operarius cum fiducia panem operis sui accipit : segnis vero et remissus locatorem suum non audet intueri. Oportet ergo nos ad bonum faciendum prompto animo esse : ex hoc enim omnia constant. Quippe nobis prædicit : *Ecce Dominus, et merces ejus coram illo* [21] ; *ut reddat unicuique secundum opus suum* [22]. Itaque nos ex toto corde hortatur ad hoc, ne segnes et desides simus ad omne opus bonum. Gloriatio nostra et fiducia in ipso sit, voluntati ejus subjiciamur. Attendamus ad universam angelorum ejus multitudinem ; quo modo astantes voluntati ejus famulentur. Dicit enim Scriptura : *Dena millia denum millium assistebant ei ; et mille millia deserviebant ei* [23]. *Et clamabant :* B *Sanctus, sanctus, sanctus, Dominus Sabaoth : plena*

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΛΔ'.

Ὁ ἀγαθὸς ἐργάτης μετὰ παῤῥησίας λαμβάνει τὸν ἄρτον τοῦ ἔργου αὐτοῦ· ὁ νωθρὸς καὶ παρειμένος, οὐκ ἀντοφθαλμεῖ τῷ ἐργοπαρέκτῃ αὐτοῦ. Δέον οὖν ἐστιν προθύμους ἡμᾶς εἶναι εἰς ἀγαθοποίαν· ἐξ αὐτοῦ (23) γάρ ἐστι τὰ πάντα. Προλέγει γὰρ ἡμῖν· *Ἰδοὺ ὁ Κύριος, καὶ ὁ μισθὸς αὐτοῦ πρὸ προσώπου αὐτοῦ, ἀποδοῦναι ἑκάστῳ κατὰ τὸ ἔργον αὐτοῦ* (24). Προτρέπεται οὖν ἡμᾶς ἐξ ὅλης τῆς καρδίας ἐπ' αὐτῷ (25), μὴ ἀργοὺς, μήτε παρειμένους εἶναι ἐπὶ πᾶν ἔργον ἀγαθόν. Τὸ καύχημα ἡμῶν καὶ ἡ παῤῥησία ἔστω ἐν αὐτῷ· ὑποτασσώμεθα τῷ θελήματι αὐτοῦ. Κατανοήσωμεν τὸ πᾶν πλῆθος τῶν ἀγγέλων αὐτοῦ, πῶς τῷ θελήματι αὐτοῦ λειτουργοῦσιν παρεστῶτες. Λέγει γὰρ B ἡ Γραφή· *Μύριαι μυριάδες παρειστήκεισαν αὐτῷ, καὶ χίλιαι χιλιάδες ἐλειτούργουν αὐτῷ* (26). *Καὶ*

[21] Isa. XL, 10, LXII, 11. [22] Psal. LXI 13. [23] Dan. VII, 10.

## VARIORUM NOTÆ.

(22) *Ἐξ ὅλης.* Bois. mallet, καὶ ἐξ ὅλης : nec dissentit Wott. GALL.

(23) *Ἐξ αὐτοῦ.* Id est, τοῦ ἐργοπαρέκτου, scilicet τοῦ Θεοῦ. Sic Bois. Cui accedere videtur Wott. Ita enim interpretatur : *Ex ipso enim omnia sunt.* ID.

(24) *Ἰδοὺ ὁ Κύριος, καὶ ὁ μισθὸς αὐτοῦ πρὸ προσώπου αὐτοῦ, ἀποδοῦναι ἑκάστῳ κατὰ τὸ ἔργον αὐτοῦ.* Barnabæ cap. 21 : Ἐγγὺς ὁ Κύριος, καὶ ὁ μισθὸς αὐτοῦ. In *Constitutionibus apostolicis* lib. II, cap. 14, et in Ignatio interpolato *Epist. ad Smyrnæos*, cap. 9 : Ἰδὲ ἄνθρωπος, καὶ τὸ ἔργον αὐτοῦ πρὸ προσώπου αὐτοῦ. Eædem Diataxes C lib. III, cap. 43 : Ἰδοὺ ἄνθρωπος καὶ τὸ ἔργον αὐτοῦ : quibus verbis subjunguntur ista in *Quæstionibus* Anastasii a Gretsero editis, quæst. 22 : Καὶ οὐκ ἀποδώσεις ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ. Clemens Stromateus lib. IV, p. 528 : Εἴρηται γάρ· *Ἰδοὺ Κύριος, καὶ ὁ μισθὸς αὐτοῦ ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ, ἀποδοῦναι ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ.* Ab Origene homil. 35 *in Lucam : Et tunc complebitur : « Ecce homo, opera ejus ante faciem suam. »* Et tomo XVI, *in Joannem :* Ἰδοὺ Κύριος, καὶ ὁ μισθὸς αὐτου ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ, ἀποδοῦναι ἑκάστῳ κατὰ τὸ ἔργον αὐτου. Basilius in psal. XXXII, 18 : Ἰδοὺ Κύριος, καὶ ὁ μισθὸς αὐτοῦ (ita editio Græca cum tribus mss. Regiis magnæ vetustatis) ἀποδοῦναι ἑκάστῳ ὡς τὸ ἔργον αὐτοῦ. Chrysostomus Concione 2 *De Lazaro*, tom. V : Ἰδοὺ γὰρ, φησὶν, ἄνθρωπος, καὶ τὰ ἔργα αὐτοῦ. Apud pseudo-Chrysostomum sive auctorem *Operis imperfecti in Matthæum*, ad cap. III, vers. 12 : *Ecce homo, et opera ejus.* S. Ambrosius in psalmi CXVIII, octonarium 11, vers. 82 : *Deficiebat ergo in verbum Propheta. Nos autem otiosos nos putamus, si verbo tantummodo studere videamur ; et pluris æstimamus eos qui operantur, quam eos qui studium cognoscendæ veritatis exercent. Dicunt enim plerique : « Ecce homo, et opera ejus, quasi qui verbo studeat, non operetur*, etc. » Denique Valentinus et qui cum eo monachi epistola ad sanctum Augustinum, 256 inter illius doctoris epistolas : *Quia veniet Dominus, et merces ejus cum ipso : quia stabit homo, et opus ejus* (male vulgo *corpus*) *ante ipsum.* Desumpserunt cuncti ex locis Scripturæ Isaiæ XL, 10 ; LXII, 11 ; Apocal. XXII, 12 ; Psalm. LXI, 13. COT.

(25) *Ἐπ' αὐτῷ* Bois. addit πεποιθέναι, innixus Prov. III, 5. Al. ἐπ' αὐτό. Dav. fidenter, ἐπὶ τὸ μὴ, κ. τ. λ. Verum Wott. ms. adhærens, ita reddit : *Adhortando nos, ad ipsum convertit toto corde.* Eo enim modo, inquit, legimus apud Æschinem, προτρέψασθαι εἰς τὴν ἡμετέραν φιλίαν : *adhortando convertere ad amiciliam nostram.* GALL.

(26) *Καταναήσωμεν τὸ πᾶν πλῆθος τῶν ἀγγέλων αὐτοῦ, πῶς τῷ θελήματι αὐτοῦ λειτουργοῦσιν παρεστῶτες. Λέγει γὰρ ἡ Γραφή· Μύριαι μυριάδες παρειστήκεισαν αὐτῷ, καὶ χίλιαι χιλιάδες ἐλειτούργουν αὐτῷ.* Duo hic observanda veniunt. Alterum, omnes angelos assistere, ac ministrare, juxta doctrinam multorum : ad quam facere videntur cum testimonia divina, Genes. III, 24 ; Tobiæ XII, 14, 15 ; psalm. CIII, 4 ; Isaiæ VI, 2, etc. ; Lucæ I, 19, atque Hebr. I, 7, 14 : tum suffragia SS. Patrum : *Sosthenes*, inquit Minucius Felix, *et verum Deum merita majestate prosequitur, et angelos, id est ministros et nuntios Dei, sed veri, ejusque venerationi novit assistere.* Didymus lib. I *De Spiritu sancto*, ex interpretatione Hieronymi, ante finem, addit ista ad Hebr. I, 7 : *Licet enim non omnes singulatim invisibiles creaturæ missæ sint ; tamen quia ejusdem generis et honoris aliæ missæ sunt, quodammodo et ipsæ possibilitate sunt missæ, missarum consortes, æqualisque substantiæ.* Apud eumdem Hieronymum epist. 142 : *Quidam Græcorum in Scripturis apprime eruditus, Seraphim virtutes quasdam in cœlis esse exposuit, quæ ante tribunal Dei assistentes, laudent eum, et in diversa ministeria mittantur, maximeque ad eos qui purgatione indigent, et ob pristina peccata aliqua ex parte suppliciis purD gari merentur.* Atque in eadem epistola angeli ab Hieronymo appellantur *totum ministerium cæleste*, et *apparitrices in cœlestibus virtutes* ; quemadmodum Damasceno angelus est Θεοῦ παραστάτης καὶ λειτουργός., or III pro sacris imaginibus. Auctor Commentariorum in Epistolam ad Hebræos, inter Opera S. Ambrosii, ad vers. 7, cap. 1 : *Non enim solos angelos hoc sermone significat, sed omnes virtutes ministeriis supernis fungentes.* Et postea : *Potest dici, quando levia* (l. *lenia*) *nuntiare mittuntur, angelos esse ; quando ad vindictam mittuntur, ministros esse, id est ignem ardentem.* Quæ postrema concordant cum citatis mox ex Hieronymo, cumque his ex eodem apud Sedulium ad Hebr. I, 7 ;

Digitized by Google

ἐκέκραγον· Ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος, Κύριος σαβαὼθ, πλήρης πᾶσα ἡ κτίσις (27) τῆς δόξης αὐτοῦ. Καὶ ἡμεῖς οὖν ἐν ὁμονοίᾳ ἐπὶ τὸ αὐτὸ συναχθέντες, τῇ συνειδήσει (28) ὡς ἐξ ἑνὸς στόματος βοήσωμεν πρὸς αὐτὸν ἐκτενῶς, εἰς τὸ μετόχους ἡμᾶς γενέσθαι τῶν μεγάλων καὶ ἐνδόξων ἐπαγγελιῶν αὐτοῦ. Λέγει γάρ· Ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδεν, καὶ οὖς οὐκ ἤκουσεν, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη, ὅσα ἡτοίμασεν (29) τοῖς ὑπομένουσιν αὐτόν.

A est omnis creatura gloria ejus [24]. Et nos ergo concorditer in unum congregati, communi consensu tanquam ex uno ore ad ipsum clamemus totis viribus, ut participes fiamus magnarum et inclytarum promissionum ejus. Dicit enim : *Oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, quanta præparavit exspectantibus eum* [25].

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΛΕ'.

Ὡς μακάρια καὶ θαυμαστὰ τὰ δῶρα τοῦ Θεοῦ, ἀγαπητοί· ζωὴ ἐν ἀθανασίᾳ, λαμπρότης ἐν δικαιοσύνῃ, ἀλήθεια ἐν παῤῥησίᾳ, πίστις ἐν πεποιθήσει, ἐγκράτεια ἐν ἁγιασμῷ, καὶ ταῦτα ὑπέπιπτεν πάντα ὑπὸ τὴν διάνοιαν ἡμῶν. Τίνα οὖν ἄρα ἐστὶν τὰ ἑτοιμαζόμενα τοῖς ὑπομένουσιν; ὁ δημιουργὸς καὶ πατὴρ τῶν αἰώνων ὁ πανάγιος, αὐτὸς γινώσκει τὴν ποσότητα καὶ τὴν καλλονὴν αὐτῶν. Ἡμεῖς οὖν ἀγωνισώμεθα εὑρεθῆναι ἐν τῷ ἀριθμῷ τῶν ὑπομενόντων αὐτὸν, ὅπως μεταλάβωμεν τῶν ἐπηγγελμένων δωρεῶν. Πῶς δὲ ἔσται τοῦτο, ἀγαπητοί; Ἐὰν ἐστηριγμένη ᾖ ἡ διάνοια (30) ἡμῶν πίστει (31) πρὸς τὸν Θεὸν, ἐὰν ἐκζητῶμεν τὰ εὐάρεστα καὶ εὐπρόσδεκτα αὐτῷ, ἐὰν ἐπιτελέωμεν τὰ ἀνήκοντα τῇ ἀμώμῳ βουλήσει αὐτοῦ, καὶ ἀκολουθήσωμεν τῇ ὁδῷ τῆς ἀληθείας, ἀποῤῥίψαντες ἀφ' ἑαυτῶν πᾶσαν ἀδικίαν καὶ ἀνομίαν, πλεονεξίαν, ἔρεις, κακοηθείας τε καὶ δόλους, ψιθυρισμούς τε καὶ καταλαλιάς, θεοστυγίαν, ὑπερηφανίαν τε καὶ ἀλαζονείαν, ξενοδο-

B

## CAPUT XXXV.

Quam beata sunt, dilecti, et mirabilia dona Dei! vita in immortalitate, splendor in justitia, veritas in libertate, fides in confidentia, continentia in sanctitate; et hæc omnia sub intellectum nostrum cadunt. Quænam igitur sunt quæ præstolantibus apparantur? sanctissimus opifex et pater sæculorum, ipse quantitatem, pulchritudinem excellentiamque illorum cognoscit. Nos igitur summo studio contendamus in numero exspectantium eum reperiri, ut participes fiamus donorum repromissorum. Quo modo autem eveniet istud, dilecti? Si mens nostra in Deum fide stabilita fuerit, si placita illi et accepta exquisiverimus, si perfecerimus quæ ad inculpatam ejus voluntatem pertinent, et secuti fuerimus viam veritatis; abjicientes a nobis omnem injustitiam et iniquitatem, avaritiam, contentiones, malignitates et fraudes, susurros et obtrectationes, odium Dei, superbiam et ostentationem,

[24] Isa. VI, 3. [25] Isa. LXIV, 4; I Cor. II, 9.

## VARIORUM NOTÆ.

*Duplex angelorum officium est : aut enim spiritum consolationis, aut ignem vindictæ hominibus ministrant;* item cum istis Hieronymianis pariter, in psalmum CIII : *Ut in aliis lumen veritatis infundant, in aliis peccata consumant;* et istis, ad locum Danielis : *Duplex angelorum officium est; aliorum qui justis præmia tribuunt; aliorum qui singulis præsunt cruciatibus;* nisi si ultima vox mutanda est in *civitatibus*, ex S. Thoma ad eumdem prophetam : *Neque enim boni, sed mali angeli tormentis præpositi sunt*, inquit sæpe dictus Hieronymus sub finem libri IX Commentariorum *in Ezechielem*. Idem, enarrans duos primos versus capitis VI Michææ : *Alii, montes, colles et valles, angelos arbitrantur : qui vel in cœlestibus serviant Deo; vel hominibus præsint super hanc terram; vel apud inferos constituti, eorum qui suo vitio exstitere terreni, fundamenta dicantur.* Consule de assistentia et ministerio angelorum Gregorium Papam hom. 34 in Evangelia, Primasium ad Hebr. I, 14; et Isidorum Hispalensem libro *De ordine creaturarum* cap. 2, tom. I *Spicilegii* Acheriani. Itaque minus verisimilis fit Dionysii opinio, in opere *De cœlesti hierarchia* contendentis, angelos tantum superiores assidere Deo, solosque inferiores mitti ad humana ministeria : necnon Theodoriti contraria sententia, ad Danielis VII, 16, existimantis, digniores ex angelis non modo astare, sed ministrare etiam, reliquos astare duntaxat. Crediderim, sacris eloquiis potissimum adductus, omnes angelorum ordines assistendi ac ministrandi officiis fungi; quosdam tamen angelorum sæpius alterutrum munus exsequi; ita ut minores dignitate ac numero magis mittantur, rebusque nostris serviant, majores vero ac plures frequentius assistant propter Deum, atque inter hos pauci sint qui rarissime omnium cessent ab assistendo. Alterum quod observandum sese offert, est inversio prophetici contextus, Dan. VII, 10, sic : Μύριαι μυριάδες παρειστήκεισαν αὐτῷ, καὶ χίλιαι χιλιάδες ἐλειτούργουν αὐτῷ, cum a LXX convenienter archetypo redditum fuerit, χίλιαι χιλιάδες ἐλειτούργουν αὐτῷ, καὶ μύριαι μυριάδες παρειστήκεισαν αὐτῷ. Consentiunt tamen cum Clemente Irenæus lib. II, cap. 6; Gregorius Nyssenus, homil. 8 *in Ecclesiastem*, et Cyrillus Alexandrinus, epistola in Symbolum. Pejus in aliis verba ministrandi et assistendi pervertuntur : ut in Tertulliano c. 3 *Libri contra Praxeam;* Chrysostomo tom. VI *Hom. de cæco et Zacchæo;* Theodoro Studita, catech. 82, 107; Michaele Syncello *Laudatione in angelos*, tom. I Auctarii Bibliothecæ Patrum Combefisiani; *Liturgiis* Gregorii et Cyrilli; et *Ordinationibus Syrorum Maronitarum* a Joanne Morino publicatis; necnon in Gregorio Nysseno tom. III ad finem tractatus *De virginitate*, et Basilio Seleuciensi oratione I. Quin etiam qui adversus Novatianos scripsit, impressus cum Cypriano, sub finem sui opusculi, in Danielis textu parem ponit numerum assistentium ac servientium. Sed maxime præ cæteris turbant Eusebius et Chrysostomus, *Præparationis evangelicæ* lib. VII, cap. 15, et *contra Anomœos* oratione 6, tom. I, referendo : Μύριαι μυριάδες ἐλειτούργουν αὐτῷ, καὶ χίλιαι χιλιάδες παρειστήκεισαν ἔμπροσθεν αὐτοῦ, vel παρειστήκεισαν αὐτῷ. Cot.

C

D

(27) *Πᾶσα ἡ κτίσις.* Ita ms. Editis vero, præter Londin. deest ἡ. LXX, ἡ γῆ. Gall.

(28) *Τῇ συνειδήσει.* Forte, καὶ τῇ συνειδήσει, vel potius συνδέσει, sic etiam supra : Μετ' ἐλέους καὶ συνειδήσεως, forte συνδέσεως legendum est. Jun.

(29) *Ἡτοίμασεν.* Sic ms. apud Wott. Sic et edit. Londin. Al. ἑτοίμασεν. Gall.

(30) *Ἡ διάνοια.* Deest codd. impp. articulus ἡ, quem exhibet ms. Wott. Id.

(31) *Πίστεως.* Aut legendum πίστει cum Wott. aut cum aliis supplendum διά. Id.

Digitized by Google

inanem gloriam atque amorem vanitatis. Qui enim ista faciunt, odiosi Deo sunt : *neque solum qui ea faciunt, sed etiam qui consentiunt illis* [36]. Dicit enim Scriptura : *Peccatori autem dixit Deus : Quare tu enarras justitias meas, et assumis testamentum meum per os tuum? Tu vero odisti disciplinam, et projecisti sermones meos retrorsum. Si videbas furem, currebas cum eo : et cum adulteris portionem tuam ponebas. Os tuum abundavit malitia; et lingua tua concinnabat dolum. Sedens adversus fratrem tuum loquebaris, et adversus filium matris tuæ ponebas scandalum. Hæc feciști, et tacui; existimasti, inique, quod ero tibi similis. Arguam te, et statuam te contra faciem tuam. Intelligite utique hæc, qui oblivisciminì Deum; ne quando rapiat sicut leo, et non sit qui eripiat. Sacrificium laudis honorificabit me; et illic iter quo ostendam illi salutare Dei* [37].

ξίαν (32) τε καὶ φιλοξενίαν (33). Ταῦτα γὰρ οἱ πράσσοντες (34) στυγητοὶ τῷ Θεῷ ὑπάρχουσιν· οὐ μόνον (35) δὲ οἱ πράσσοντες αὐτὰ, ἀλλὰ καὶ οἱ συνευδοκοῦντες αὐτοῖς. Λέγει γὰρ ἡ Γραφή· Τῷ δὲ ἁμαρτωλῷ εἶπεν ὁ Θεός· Ἵνα τί σὺ διηγῇ τὰ δικαιώματά μου, καὶ ἀναλαμβάνεις τὴν διαθήκην μου ἐπὶ στόματός σου; Σὺ δὲ ἐμίσησας παιδείαν, καὶ ἐξέβαλλες (36) τοὺς λόγους μου εἰς τὰ ὀπίσω. Εἰ ἐθεώρεις κλέπτην, συνέτρεχες (37) αὐτῷ, καὶ μετὰ μοιχῶν τὴν μερίδα σου ἐτίθεις. Τὸ στόμα σου ἐπλεόνασε κακίαν, καὶ ἡ γλῶσσά σου περιέπλεκεν δολιότητα (38). Καθήμενος κατὰ τοῦ ἀδελφοῦ σου κατελάλεις, καὶ κατὰ τοῦ υἱοῦ τῆς μητρός σου ἐτίθεις σκάνδαλον. Ταῦτα ἐποίησας, καὶ ἐσίγησα· ὑπέλαβες, ἄνομε (39), ὅτι ἔσομαί σοι ὅμοιος. Ἐλέγξω σε, καὶ παραστήσω σε κατὰ πρόσωπόν σου (40). Σύνετε δὴ ταῦτα οἱ ἐπιλανθανόμενοι τοῦ Θεοῦ, μή ποτε ἁρπάσῃ ὡς λέων (41), καὶ μὴ ᾖ ὁ ῥυόμενος. Θυσία αἰνέσεως δοξάσει με, καὶ ἐκεῖ ὁδὸς ἣν δείξω αὐτῷ τὸ σωτήριον τοῦ Θεοῦ (42).

## CAPUT XXXVI.

Hæc est via, charissimi, in qua salutare nostrum invenimus, Jesum Christum, pontificem oblationum

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΑϚ'.

Αὕτη ἡ ὁδὸς, ἀγαπητοὶ, ἐν ᾗ εὕρομεν τὸ σωτήριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν ἀρχιερέα τῶν προσφορῶν

[36] Rom. I, 32. [37] Psal. XLIX, 16-23.

## VARIORUM NOTÆ.

(32) *Κεροδοξίαν*. Conjicit Birr. S. Patrem scripsisse καινοδοξίαν, et *novarum opinionum studium* notare voluisse. Conjecturam confirmat ex eo, quod in ms. codice, teste Wottono, sæpissime occurrat ε pro αι, positum. Sic cap. superiore legitur προτρέπετε pro προτρέπεται. Sic alibi passim. GALL.

(33) *Φιλοξενίαν*. Mendosa lectio ex contextu. Al. ergo sic restituunt, φιλοτιμίαν. Al. φιλοκενίαν. Al. ἀφιλοξενίαν; idque astruunt ex Rom. I, 31, quo respexisse S. Patrem censent, et apostoli vocem ἀνελεήμονας fuisse interpretatum, ἀφιλοξένους. At Birr. ἀφιλοξενίαν respuens tanquam vocabulum omnino adhuc novum, legendum esse φιλοδοξίαν contendit. Habet tamen ἀφιλοξενεῖν Cyrillus Alex. apud Svicerum in *Thes.* ID.

(34) *Ταῦτα γὰρ οἱ πράσσοντες*. Hæc αὐτολεξεὶ fere apud Paulum ad Romanos capite primo, et versu ultimo. JUN.

(35) *Οὐ μόνον*, κ. τ. λ. Hinc arguit Mill. tum in *Prolegom. ad N. Test.*, numm. 147, 447, tum ad ultimum comma, 1 c. *Ep. ad Rom.* sic legisse S. Patrem nostrum *Rom.* I, 32 : Οὐ μόνον δὲ οἱ ποιοῦντες, ἀλλὰ καὶ οἱ συνευδοκοῦντες τοῖς πράσσουσιν, ut quidem legit Vulg. Interpres. Millio adhærent Wott. ad h. l. et Wetst. in sua *Nov. Test.* Gr. edit. ad Rom. I, 32. His nuper accessit vir doctus Goldhagenius e Soc. J. in *Spicil. apolog.* ad *noviss. edit. cathol. Nov. Test. Gr.* Iluic tamen sententiæ adversatur Whitbyus in *Exam. Var. Lect.* lib. II, cap. 1, sect. I, n. 16. GALL.

(36) *Ἐξέβαλλες*. Ita ms.; editi, ἐξέβαλες. ID.

(37) *Συνέτρεχες αὐτῷ*. Testatur Mill. exstare in ms. αὐτῷ. Sic et apud LXX. Attamen abest ab omnibus editis, ne Wottoniano quidem excepto : quod miror. ID.

(38) *Δολιότητα*. Sic ms. apud Wott. At codd. Impp. præter Londin. δολιότητας. ID.

(39) *Ἄνομε*. Codd. impp. ἀνομίαν, ut apud LXX. At ms. ἄνομαι, ubi procul dubio legendum est ἄνομε, αι pro ε positis. Sic legit et Clem. Alex. *Στρωμ.*, lib. IV, cap. 24, p. 634. Consentiunt Vulg. Syr. et Arab., licet textus Heb. et Hieronymi versio neque ἄνομε neque ἀνομίαν agnoscant. Wott. ID.

(40) *Παραστήσω σε κατὰ πρόσωπόν σου*. De hoc textu ita sentio. Scripserant LXX Senes, παραστήσω κατὰ πρόσωπόν σου. Id vero cum obscurum videretur, ex præcedentibus Psalmistæ verbis, explicationis gratia, apposuit margini alius pronomen σέ, alius voces τὰς ἁμαρτίας σου. Hincque postea librarii, prout libuit, aut exscripserunt sincerum textum, aut σέ, *te*, inseruerunt, aut subjunxerunt τὰς ἁμαρτίας σου, *peccata tua*. Clementinam lectionem amplectitur Glossa in *Catena aurea super Psalmos*; et Apollinarius citatus a concinnatore alterius *Catenæ aureæ* in L priores psalmos, ubi præpostero ordine leges : *Arguam te, et statuam contra te faciem tuam*. Item Eligius homil. 8. Eamdem exhibet ac interpretatur S. Augustinus enarratione in psalmum hunc quadragesimum nonum. Cujus interpretatio excerpta invenitur in iis commentariis, quæ Rufino Aquileiensi tribui solent. A Fausto apud Canisium, t. V, p. II, p. 421, citatur sic : *Arguam te et statuam illam* (scribo *illa*) *ante faciem tuam*. Videto eumdem Basilium in ps. XXXVII. *Sedeat quotidie in tribunali mentis suæ, et statuat se ante faciem suam*, ex *Reg. solitariorum*, c. 24. COT.

(41) *Ὡς λέων*. Antiquissimum, ut vides, glossema huc translatum ex altero psalmo, nempe VII. 2. Exstat quoque apud B. Augustinum : comparetque adhuc vestigium illius in Explanationibus Chrysostomi, Theodoriti atque Arnobii. Quod autem ab horum textu abest, profectum videtur ex solemni seu incuria, seu fraude describentium, dum aut ex memoria non ex codice exarant, aut gestiunt repræsentare lectionem suo sæculo vulgatam. Atque propter hoc ultimum forsan deformem profert Theodoriti interpretationem *Catena in Psalmos* a Balthasare Corderio publici juris facta, cum *Catenæ* mss. Bibliothecæ regiæ ab impresso Theodorito nullatenus discrepent. ID.

(42) *Ἐκεῖ ὁδὸς ἣν δείξω αὐτῷ τὸ σωτήριον τοῦ Θεοῦ*. Servant ἣν Chrysostomus, Hieronymus, Theodoritus, Catenæ, et quædam Psalteria Bibliothecæ Christianissimi regis. Exponit vero Eutymius καθ' ἣν. Cujus Græca ex eadem Bibliotheca profero : Τινὰ δὲ τῶν ἀντιγράφων, ἣν δείξω γράφουσι. Καὶ νοεῖται τὸ καθ' ἣν. Τινὲς δὲ μετὰ τὸ δείξω ὑποστίζοντες, αὐτὸ τὸ σωτήριόν μου, φασίν. ID.

Digitized by Google

ἡμῶν, τὸν προστάτην καὶ βοηθὸν τῆς ἀσθενείας ἡμῶν. Διὰ τούτου ἀτενίσωμεν (43) εἰς τὰ ὕψη τῶν οὐρανῶν· διὰ τούτου ἐνοπτριζόμεθα τὴν ἄμωμον καὶ ὑπερτάτην ὄψιν αὐτοῦ· διὰ τούτου ἠνεῴχθησαν ἡμῶν οἱ ὀφθαλμοὶ τῆς καρδίας· διὰ τούτου ἡ ἀσύνετος καὶ ἐσκοτωμένη διάνοια ἡμῶν ἀναθάλλει εἰς τὸ θαυμαστὸν αὐτοῦ φῶς (44)· διὰ τούτου ἠθέλησεν ὁ Δεσπότης τῆς ἀθανάτου γνώσεως ἡμᾶς γεύσασθαι· ὃς ὢν ἀπαύγασμα (45) τῆς μεγαλωσύνης αὐτοῦ, τοσούτῳ μείζων ἐστὶν ἀγγέλων, ὅσῳ διαφορώτερον ὄνομα κεκληρονόμηκεν. Γέγραπται γὰρ οὕτως· Ὁ ποιῶν τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ πνεύματα, καὶ τοὺς λειτουργοὺς αὐτοῦ πυρὸς φλόγα. Ἐπὶ δὲ τῷ υἱῷ αὐτοῦ οὕτως εἶπεν ὁ Δεσπότης· Υἱός μου εἶ σύ, ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε· αἴτησαι παρ' ἐμοῦ καὶ δώσω σοι ἔθνη τὴν κληρονομίαν σου, κ[αὶ τὴν κατά]σχεσίν σου τὰ πέρατα τ[ῆς γῆς]. Καὶ πάλιν λέγει πρὸς αὐ[τόν· Κάθου] ἐκ δεξιῶν μου, ἕως ἂν [θῶ τοὺς] ἐχθρούς σου ὑποπόδιο[ν τῶν ποδῶν σου. Τίνες οὖν οἱ [ἐχθροὶ Κυρίου (46)]; Οἱ φαῦλοι καὶ ἀντιτασσ[όμενοι] (47) τῷ θελήματι τῷ θελημα... Θεοῦ.

A nostrarum, infirmitatis nostræ patronum et auxiliatorem [38-39]. Per hunc cœlorum altitudinem aspicimus, per hunc immaculatum et supremum illius vultum speculamur, per hunc oculi cordis nostri aperti sunt, per hunc insipiens et obscurata mens nostra in admirabilem ejus lucem assurgit, per hunc voluit Dominus ut immortalem cognitionem gustaremus: *qui cum sit splendor majestatis ejus, tanto major est angelis, quanto excellentius nomen hæreditavit* [40]. Ita quippe scriptum est: *Qui facit angelos suos spiritus, et ministros suos flammam ignis* [41]. De Filio autem suo sic dixit Dominus: *Filius meus es tu; ego hodie genui te. Postula a me, et dabo tibi gentes hæreditatem tuam, et possessionem tuam terminos terræ* [42]. Et iterum dicit ad eum: *Sede a* B *dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum* [43]. Quinam igitur sunt inimici Domini? Qui pravi sunt, quique divinæ voluntati suam voluntatem opponunt.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΑΖ'.

Στρατευσώμεθα οὖν, ἄν[δρες ἀδελ]φοί, μετὰ πάσης ἐκτενεί[ας ἐν τοῖς] ἀμώμοις προστάγμασιν [αὐτοῦ.] Κατανοήσωμεν τοὺς στρατ[ευο]μένους τοῖς ἡγουμένοις ἡ[μῶν] (48), πῶς εὐτάκτως, πῶς εὐκτι[κῶς] (49),

## CAPUT XXXVII.

Militemus igitur, viri fratres, omnibus viribus in inculpatis ejus præceptis. Consideremus eos qui sub ducibus nostris merent, quemadmodum ordinate, quam strenue, quo modo submisse imperata

[38-39] Photius, c. CXXVI *Bibliothecæ*. [40] Sap. VII, 26; Hebr. I, 3, 4. [41] Psal. CIII, 4; Hebr. I, 7. [42] Psal. II, 7, 8; Hebr. I, 5. [43] Psal. CIX, 1; Hebr. I, 13.

## VARIORUM NOTÆ.

(43) *Ἀτενίσωμεν*. Ita sane ms. ut habent editi: sed legendum, ἀτενίζομεν. Mox enim idem ms. exhibet, ἐνοπτριζόμεθα, ubi editi præ se ferunt, ἐνοπτριώμεθα. Wott. GALL.

(44) *Διὰ τούτου... ἀναθάλλει*. Hæc recitat Clem. Alex. *Strom.* lib. IV, cap. 16, p. 613, ubi Cl. Potter. vocem ἀναθάλλει contra Jun. eam sollicitantem erudite tuetur. In eamdem sententiam præiverant Bois. et Fell. quibus exinde accessit Wott. Sic psal. XXVII, 7: Καὶ ἀνέθαλεν ἡ σάρξ μου. Sic et Philipp. IV, 10: Ἐχάρην δὲ ἐν Κυρίῳ μεγάλως, ὅτι ἤδη ποτὲ ἀνεθάλετε τὸ ὑπὲρ ἐμοῦ φρονεῖν. Videsis Svicer. in *Thes. Eccl.*, v. Ἀναθάλλω. Cæterum videtur S. Pater respexisse ad Rom. I, 21 et I Petr. II, 9. ID. — Forte ἀναθρεῖ vel ἀναθεωρεῖ, i. e. diligenter et attente contemplatur: vel potius integer locus sic legendus est: Διὰ τοῦτο ἐν τῇ ἀσυνέτῳ καὶ ἐσκοτισμένῃ διανοίᾳ ἡμῶν, ἀνατέλλει τὸ θαυμαστὸν αὐτοῦ φῶς, ubi phrasi Paulina ad Rom. I, 21: Διάνοιαν ἀσύνετον et ἐσκοτισμένην vocat. JUN.

(45) *Ὃς ὢν ἀπαύγασμα*. Hæc ex Epistola ad Hebræos, et capite primo, eisdem fere verbis deprompta sunt, unde, et ex aliis locis, ὁμοιότης τοῦ χαρακτῆρος τῆς φράσεως, καὶ τῶν νοημάτων, ut loquitur Eusebius, inter hanc Clementis, et Epistolam ad Hebræos, facile liquet. ID.

(46) *Ἐχθροὶ Κυρίου*. Jun. cum editis, αὐτοῦ pro Κυρίου. Duas ad summum litteras admittere hiatum ms. testis est Wott. qui proinde putat in eo exstitisse ΚΥ, id est Κυρίου: sic enim vox ista ibidem perpetuo scribitur. GALL.

(47) *Ἀντιτασσόμενοι*, κ. τ. λ. Editi sic: ἀντιτασσ[όμενοι τοῦ Θεοῦ] τῷ θελήματι τὸ θέλημα [ἴδιον], contra fidem cod. ms. qui sic se habet: ΑΝΤΙΤΑΣΣ... ΤΩ ΘΕΛΗΜΑΤΙ ΤΩ ΘΕΛΗΜΑ... ΘΥ. Hinc Wott. alterum τῷ θελήματι removens, utpote librarii oscitantia redundans, sic legit: ἀντιτασσ[όμενοι] τῷ θελήματι [τοῦ] Θεοῦ. Aliter Dav. Miratur Birr. codicem hic deseruisse Wottonum. Hunc itaque locum ita ipse restituit: Ἀντιτασσ[όμενοι τῷ θελήματι [αὐτῶν], vel ἀντιτασσ[όμενοι αὐτῶν] τῷ θελήματι τῷ θελήμα[τι τοῦ] Θεοῦ. Nimirum conjicit, αὐτῶν brevi nota scriptum, ibi fuisse a librario prætermissum. Id.

(48) *Ἡγουμένοις ἡμῶν*. Fell. mallet αὐτῶν: alienum putans a sanctis Ecclesiæ Patribus, ut tribunos militares, *duces suos* appellent. Birr. locum interpretatus de imp. Rom. sic reddit: *Militantes principibus* seu *ducibus nostris*. Equidem S. Clemens supra cap. 5, eamdem vocem usurpat, ἐπὶ τῶν ἡγουμένων, ubi Cot. vertit *sub principibus*, al. *sub imperatoribus*, nimirum, explicante Salmasio, *sub Nerone*. ID. — Legerem αὐτῶν, plus enim SS. Ecclesiæ Patres a bello abhorrebant, quam ut tribunos militares, duces suos appellare sustinerent. Eo autem fidentius conjecturam interpono, quia vox ἡμῶν per lacunam in exemplari desiderata, ex conjectura quæ omnibus ex æquo patet, primitus a Junio restituebatur. FELL.

(49) *Πῶς εὐκτικῶς*. Hanc lectionem tuetur Fell. redditque, *quam strenue, alacriter, impigre*. Malunt al. εὐείκτως, *quam obsequenter*. Birr. tamen propius ad ms. accedens, una litterula inserta, leg. εὐεικτικῶς; vel si mavis, εὐεκθύμως, *perpronte, peralacriter*. GALL. — *Πῶς εὐεκτικῶς. Quam strenue, alacriter, impigre?* Mavult quidem *Junius* ut εὐέκτως legatur; sed minime necesse est quidquam mutare, etenim a Platone *De legg.* εὐεκτικοὶ ad militiam requiruntur. Quinimo integri ætate et viribus ubique gentium in milites ascripti, qui בחורים, παῖδες, νεανίαι, *pubes* passim dicti; ideoque vigente disciplina, Pancratiastarum more, ad εὐεξίαν, sive ἀκρότητα τῆς ὑγείας exercebantur; unde B. Paulus I. Tim. II, 4, mandat: Κακοπάθησον ὡς καλὸς στρατιώτης. FELL.

Digitized by Google

exsequantur. Non omnes sunt præfecti, neque tribuni, neque centuriones, neque quinquagenarii, et sic deinceps; sed unusquisque in sua statione, quæ a rege ac ducibus imperantur peragit. Magni sine parvis, neque parvi sine magnis consistere nequeunt. Mutua quædam in omnibus necessitudo est, et in his usus. Exemplo nobis sit corpus nostrum: caput absque pedibus nihil est, sic neque pedes absque capite: minima autem corporis nostri membra, necessaria et utilia sunt toti corpori: tum universa conspirant, et ad conservationem totius corporis una subjectione utuntur [46].

A πῶς ὑποτεταγμένως ἐπιτελ[οῦ]σιν τὰ διατασσόμενα. Οὐ πάντ[ες] εἰσὶν ἔπαρχοι, οὐδὲ χιλίαρχοι, οὐδὲ ἑκατόνταρχοι, οὐδὲ πεντηκόνταρχοι (50), οὐδὲ τὸ καθεξῆς· ἀλλ' ἕκαστος ἐν τῷ ἰδίῳ τάγματι τὰ ἐπιτασσόμενα ὑπὸ τοῦ βασιλέως καὶ τῶν ἡγουμένων ἐπιτελεῖ. Οἱ μεγάλοι δίχα τῶν μικρῶν οὐ δύνανται εἶναι, οὔτε (51) οἱ μικροὶ δίχα τῶν μεγάλων. Σύγκρασίς τίς ἐστιν ἐν πᾶσι, καὶ ἐν τούτοις χρῆσις. Λάβωμεν τὸ σῶμα ἡμῶν· ἡ κεφαλὴ δίχα τῶν ποδῶν οὐδέν ἐστιν, οὕτως οὐδὲ οἱ πόδες δίχα τῆς κεφαλῆς· τὰ δὲ ἐλάχιστα μέλη τοῦ σώματος ἡμῶν ἀναγκαῖα καὶ εὔχρηστά εἰσιν ὅλῳ τῷ σώματι· ἀλλὰ πάντα (52) συμπνεῖ, καὶ ὑποτ[α]γῇ μιᾷ χρῆται εἰς τὸ σώζεσθαι ὅλον τὸ σῶμα.

## CAPUT XXXVIII.

Servetur itaque totum corpus nostrum in Christo Jesu; et unusquisque proximo suo subjiciatur secundum donum quod per gratiam illius obtinuit. Fortis ne negligat quidem imbecillem; imbecillis vero fortem revereatur: dives pauperi largiatur; pauper vero gratias agat Deo, quod ei dederit per quem inopia ejus suppleatur: sapiens ostendat sapientiam suam, non in verbis, sed in bonis operibus: humilis non sibi testimonium ferat; sed ab altero sibi ferri sinat: qui carne castus est, ne insolescat, sciens alium esse qui ei continentiam do-

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΛΗ'.

Σωζέσθω οὖν ἡμῶν ὅλον τὸ σῶμα (53) ἐν Χριστῷ B Ἰησοῦ, καὶ ὑποτασσέσθ[ω] (54) ἕκαστος τῷ πλησίον αὐτοῦ, καθ[ὼς] καὶ ἐτέθη ἐν τῷ χαρίσματι αὐτοῦ (55). Ὁ ἰσχυρὸς μὴ τιμελείτω (56) τὸν ἀσθενῆ, ὁ δὲ ἀσθενὴς ἐντρεπέτω τὸν ἰσχυρόν· ὁ πλούσιος ἐπιχορηγείτω τῷ πτωχῷ, ὁ δὲ πτωχὸς εὐχαριστείτω τῷ Θεῷ, ὅτι ἔδωκεν αὐτῷ δι' οὗ ἀναπληρωθῇ αὐτοῦ τὸ ὑστέρημα· ὁ σοφὸς (57) ἐνδεικνύσθ[ω] τὴν σοφίαν αὐτοῦ, μὴ ἐν λόγοις, ἀλλ' ἐν ἔργοις ἀγαθοῖς· ὁ ταπεινοφρονῶν μὴ ἑαυτῷ μαρτυρείτ[ω], ἀλλ' ἑάτω (58) ὑφ' ἑτέρου (59) ἑαυτὸν μ[αρ]τυρεῖσθαι· ὁ ἁγνὸς ἐν

[46] 1 Cor. xii. 14, 27.

## VARIORUM NOTÆ.

(50) *Πεντηκόνταρχοι.* Vertit Cot. *quinquaginta militum præfecti.* Simplicius Wott. *quinquagenarii.* Sic et Cout. Hieronymo præeunte in III Isaiæ. Hanc interpretationem confirmo ex Vulg. interprete Exod. XVIII, 21: *Et constitue ex eis tribunos, et centuriones, et quinquagenarios, et decanos.* Ita et comm. 25. In Græco sic ex cod. Vat.: Καὶ καταστήσεις ἐπ' αὐτῶν (cod. Alex. αὐτοὺς ἐπ' αὐτῶν) χιλιάρχους καὶ ἑκατοντάρχους καὶ πεντηκοντάρχους καὶ δεκαδάρχους. Sic Deut. I, 15. Gall. — *Ἔπαρχοι*, etc. Pie admodum ac eleganter B. Hieronymus I *adversus Jovinianum*, 20: *Quo modo in legionibus et exercitu sunt duces, sunt tribuni, sunt centuriones, sunt ferentarii, ac levis armaturæ, et miles gregarius, et manipuli; commissaque pugna, vacant nomina dignitatum, et sola fortitudo quæritur: ita in hoc campo, et prælio, quo contra dæmones dimicamus, non quæruntur nomina, sed opera; et gloriosior ille sub vero imperatore Christo, non qui nobilior, sed qui fortior est.* Et lib. II, cap. 15, enumerat *imperatores, præfectos, comites, tribunos, centuriones, manipulos, et reliquum militiæ ordinem.* Ad Isaiæ vero III, 3, ubi LXX habent πεντηκόνταρχοι, ait: *Quo modo enim centuriones vocantur, qui centum præsunt militibus; et chiliarchi qui mille, quos nos tribunos appellamus, ab eo quod præsint tribui: sic in Israelitico exercitu quinquagenarii vocabantur, qui in capite erant quinquaginta militum: unde et decanos dicimus, qui decem præsunt hominibus.* In Xenophontis *Κύρου παιδείας* lib. VIII, paulo post initium, nominantur δεκάδαρχοι, λοχαγοί, χιλίαρχοι, μυρίαρχοι, et στρατηγός. Vide Exod. XVIII, 21, 25; Deuteron. I, 15; IV Reg. I, 9, etc., et I Machab. III, 55. Cot.

(51) *Οὔτε.* Sic ms. At codd. impp. omnes, *οὐδέ.* Wott. Gall.

(52) *Ἀλλὰ πάντα* Suspecta nonnullis lectio. Dav. pro ἀλλά legit ἅμα. At nihil mutandum videtur, si ἀλλά vertamus, *imo, quin imo, quin potius.* Sic Luc. XII, 7, et Act. XIX, 2. Videsis Schœttgenii *Lexic. Nov. Test.* v. Ἀλλά. Id.

(53) *Ὅλον τὸ σῶμα.* Sic Wott. ex ms. Sic et editt. Basileens. et Londin. Al. omittunt. Quæ sane verba hic requiri satis liquet ex initio cap. seq. Σωζέσθω οὖν ἡμῶν ὅλον τὸ σῶμα. Id.

(54) *Ὑποτασσέσθω*, κ. τ. λ. Est imitatio Pauli, Ephes. V, 31: Ὑποτασσόμενοι ἀλλήλοις ἐν φόβῳ Χριστοῦ. Ita Cler. apud quem tamen, Θεοῦ irrepsit pro Χριστοῦ. Id.

(55) *Καθὼς καὶ ἐτέθη ἐν τῷ χαρίσματι αὐτοῦ.* Legendum putabat Bois. καθὼς καθήκει, videlicet αὐτῷ vel ἑκάστῳ: *sicut convenit in dono.* At Wott. a ms. non recedit. Sic et Cler. verba hæc ita interpretatus: *Unusquisque proximo suo subjiciatur, pro loco in quo proximus ejus collocatus est, dono a Christo accepto.* Id.

(56) *Μὴ τιμελείτω.* Ita ms. cujus mendum alii sic corrigunt, μὴ πλημμελείτω. Al. μὴ ἀτημελείτω. Magis placet Mill. lectio, μήτ' ἀμελείτω. Id.

(57) *Ὁ σοφός*, κ. τ. λ. Hæc exscribit Clem. Alex. *Στρωμ.*, lib. IV, cap. 16, pag. 613, paululum pro more suo mutata. Id.

(58) *Ἑάτω.* Jubet Potter. rectam hanc lectionem restituendam esse quoque Clementi Alex. apud quem leg. ἐν τῷ corrupte: ἑάτω namque facile transit in ἐν τῷ, mutato α in ν. Idem postea probatum et Cout. Attamen quis credat? Russel. in sua noviss. edit. Londin., rejecta optima ms. lectione ἑάτω, quam exhibent præcedentes editt., sequi maluit mendosam Alexandrini, ἐν τῷ. Cæterum in eamdem sententiam loquitur S. Pater sup. cap. 30: Ἡ μαρτυρία τῆς ἀγαθῆς πράξεως ἡμῶν διδόσθω ὑπ' ἄλλων. Id.

(59) *Ὑφ' ἑτέρου.* Sic ms. ut apud Clem. Alex. At codd. impp. præter Lond. ὑπ' ἑτέρου. Id.

Digitized by Google

τῇ σαρκὶ (60) καὶ μὴ (61) ἀλαζονευέσθω, γινώσ[κων ὅτι ἔτε]ρός ἐστιν ὁ ἐπιχορηγῶν (62) [αὐτῷ] τὴν ἐγκράτειαν. Ἀναλογι[σώμε]θα οὖν, ἀδελφοί, ἐκ ποίας [ὕλης] ἐγενήθημεν (63), ποῖοι καὶ τί[νες εἰ]σήλθομεν εἰς τὸν κόσμον, [ὡς ἐκ τ]οῦ τάφου καὶ σκότους· (64) ὁ ποιήσας ἡμᾶς καὶ δημιουργήσας [εἰσή]γαγεν εἰς τὸν κόσμον αὐτοῦ, [προε]τοιμάσας τὰς εὐεργεσίας [αὐτ]οῦ, πρὶν ἡμᾶς γεννηθῆναι. [Ταῦ]τα οὖν πάντα ἐξ αὐτοῦ ἔχοντες, [ὀ]φείλομεν κατὰ πάντα εὐχαριστεῖν [αὐ]τῷ· ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

A nat. Reputemus ergo, fratres, ex qua materia facti simus; qui et quales in mundum ingressi simus, tanquam e sepulcro et tenebris : auctor et opifex noster in mundum suum nos introduxit, præparatis ante quam nasceremur benefactis suis. Hæc igitur omnia ab eo habentes, in omnibus gratias ipsi agere debemus; cui gloria in sæcula sæculorum. Amen.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΛΘ'.

Ἄφρονες καὶ ἀσύνετοι, καὶ μωροὶ, καὶ ἀπαίδευτοι χλευάζουσιν ἡμᾶς καὶ μυκτηρίζουσιν, ἑαυτοὺς βουλόμενοι ἐπαίρεσθαι ταῖς διανοίαις αὐτῶν. Τί γὰρ δύναται θνητός; ἢ τίς ἰσχὺς γηγενοῦς; γέγραπται γάρ· *Οὐκ ἦν μορφὴ πρὸ ὀφθαλμῶν μου· ἀλλ' ἢ αὔραν καὶ φωνὴν ἤκουον. Τί γάρ; μὴ καθαρὸς ἔσται βροτὸς ἔναντι Κυρίου* (65); *ἢ ἀπὸ τῶν ἔργων αὐτοῦ ἄμεμπτος ἀνὴρ; εἰ κατὰ παίδων αὐτοῦ οὐ πιστεύει, κατὰ δὲ ἀγγέλων αὐτοῦ σκολιόν τι ἐπενόησεν, οὐρανὸς δὲ οὐ καθαρὸς ἐνώπιον αὐτοῦ· ἔα δὲ, οἱ κατοικοῦντες οἰκίας πηλίνας* (66), *ἐξ ὧν καὶ αὐτοὶ ἐκ τοῦ αὐτοῦ πηλοῦ ἐσμεν· ἔπαισεν αὐτοὺς σητὸς τρόπον, καὶ ἀπὸ πρωΐθεν ἕως ἑσπέρας οὐκ ἔτι εἰσίν· παρὰ τὸ μὴ δύνασθαι αὐτοὺς ἑαυτοῖς βοηθῆσαι, ἀπώλοντο· ἐνεφύσησεν αὐτοῖς, καὶ ἐτελεύτησαν, παρὰ τὸ μὴ ἔχειν αὐτοὺς σοφίαν. Ἐπικάλεσαι δὲ, εἴ τίς σοι ὑπακούσεται, ἢ εἴ τινα ἁγίων ἀγγέλων ὄψῃ* (67).

## CAPUT XXXIX.

Stulti et insipientes, et fatui, et imperiti deridentnos ac subsannant, dum cogitationibus suis se extollere cupiunt. Quid enim potest mortalis? aut quale robur terrigenæ? Scriptum est enim : *Non erat figura ante oculos meos; sed auram et vocem audiebam. Quid enim? numquid homo coram Domino mundus erit? vel de operibus suis inculpabilis vir? Si in servis suis non credit, et adversus angelos suos pravum quid advertit*[46]; *cœlum autem non est mundum coram eo*[46]: *hem vero, qui habitant domos luteas, ex quibus et ipsi de eodem luto sumus. Percussit illos tanquam tinea, et a mane usque ad vesperam ultra non sunt : eo quod non possent sibi ipsis subvenire, perierunt : insufflavit eis, et interierunt; quia non habebant sapientiam*[47]. *Invoca autem, si quis tibi respondeat; vel si quem sanctorum angelorum aspicias : etenim stultum perimit ira; errantem autem occidit zelus. Ego autem vidi stultos radices mitten-*

B

[46] Job IV, 16-18. [46] Job XV, 15. [47] Job V, 19-21.

## VARIORUM NOTÆ.

(60) *Ὁ ἀγὼν ἐν τῇ σαρκί.* Unus est iste ex illis locis, in quibus Clemens, juxta relationem cum Epiphanii, hæresi 30, cap. 15, tum Hieronymi, lib. I *contra Jovinianum*, cap. 7, pro virginitate per epistolas suas locutus fuerat. Ipse virgo; si fides auctori *Recognitionum*, interpolatori epistolarum S. Ignatii, atque Althelmo, seu Adelmo. Et quidni fides? Cot.

(61) *Καὶ μή.* Istud καὶ non agnoscit Clemens Alex. expunxitque Russel. in edit. Lond. Delendum sane cum viris eruditis, utpote ortum ex male repetita præcedentis voculæ syllaba. Gall.

(62) *Ἕτερός ἐστιν ὁ ἐπιχορηγῶν.* Cyprianus ad Donatum de gratiæ divinæ efficacia eleganter : *Dei est, inquam, Dei omne quod possumus, inde vivimus, inde pollemus*, etc., ubi ad verba divi Pauli Act. XVII, 28, alludere videtur : Ἐν αὐτῷ γὰρ ζῶμεν, καὶ κινούμεθα, καὶ ἐσμέν. Jun.

(63) *Ἐγενήθημεν.* Ita ms. quomodo vertit Junius : *ex qua materia facti sumus*, licet ejus editio cum cæteris omnibus præ se ferat, ἐγεννήθημεν. Wott. Gall.

(64) *Εἰς τὸν κόσμον, ὡς ἐκ τοῦ τάφου καὶ σκότους.* Potterus in notis ad Clem. Alex. l. c. ista sic potius distinguenda censet : Ἀναλογισώμεθα — ποῖοι καὶ τίνες εἰσήλθομεν εἰς τὸν κόσμον· ὡς ἐκ τοῦ τάφου καὶ σκότους ὁ ποιήσας ἡμᾶς καὶ δημιουργήσας εἰσήγαγεν εἰς τὸν κόσμον αὐτοῦ. *Reputemus — qui et quales in mundum ingressi sumus : tanquam e sepulcro et tenebris auctor et opifex noster in mundum suum nos introduxit.* Aliter Dav. cujus hæc sententia : « Deleta post vocem κόσμον interpunctione, vertendum quasi legeretur, ὅτι ἐκ τοῦ τάφου καὶ σκότους : aliquando enim hæc est istius particulæ vis et potestas. Quod si interpretemur, *tanquam ex sepulcro*, sive receptam distinctionem servemus, sive prout voluit Cl. Potterus eam mutemus, oratio non recte cohæret, meraque fit *arena sine calce.* » Cæterum hæc verba, ἐκ τοῦ τάφου καὶ σκότους, interpretatur Bois. *ex tenebricoso sepulcro*, per figuram quæ dicitur ἓν διὰ δυοῖν : « Tenebricosum autem sepulcrum, inquit, vocare videtur S. Pater uterum maternum, quia inde tanquam ex tenebricoso aliquo sepulcro homines in hanc lucem prodeunt. » Id.

(65) *Ἔναντι Κυρίου.* Ita ms. Ita quoque cod. Alex. Job v, 17. Vat. tamen, ἐναντίον τοῦ Κυρίου. Wott. Id.

(66) *Ἔα δὲ, οἱ κατοικοῦντες οἰκίας πηλίνας.* Melior ea lectio Vulgata et Ambrosiana, τοὺς δὲ κατοικοῦντας, a qua non sine labe, abest vox ἔα, ut patet ex ms. Alex. Quid sit ἔα, docent grammaticorum filii, nec non Polychronius ad Job xv, 16. In Catena autem libri Job, non quidem edita, sed ms. regiæ Bibliothecæ, ad illud : *Ἔα δὲ ἄνθρωπος*, XXV, 6, ex Olympiodori expositione reperi : *Ἔα δέ*, ἀντὶ τοῦ, *Καὶ περιττὸν καὶ λογίσασθαι περὶ ἀνθρώπου.* Chrysostomus, *Περὶ ἀκαταλήπτου· Ἔα* (sic omnino legendum, pro quo unus cod. Reg. ἐάν, alter ἐᾷ) δὲ τοὺς κατοικοῦντας οἰκίας πηλίνας ἐξ οὗ καὶ αὐτοὶ ἐσμεν ἐκ (abest præpositio in 2 Reg.) τοῦ αὐτοῦ πηλοῦ. Apud Augustinum, lib. *Adnot. in Job : Habitantes autem* (alias *etiam*) *domos luteas, quorum conversatio non est in cœlis, percussit illos tanquam tinea.* Cot.

(67) *Ὄψῃ.* Sic ms. cod. apud Wott. Editi, præter Londin., ὄψει. Gall.

Digitized by Google

*tes; sed statim absumpta est illorum habitatio. Longe fiant filii eorum a salute; conterantur super januas minorum; et non erit qui eripiat. Quæ enim ab illis parata sunt, justi comedent; ipsi vero de malis non liberabuntur* [68].

καὶ γὰρ ἄρρονα ἀναιρεῖ ὀργή· πεπλανημένον δὲ θανατοῖ ζῆλος. Ἐγὼ δὲ εἶδα ἄφρονας ῥίζας βαλόντας, ἀλλ' (68) εὐθέως ἐκρύβη αὐτῶν ἡ δίαιτα. Πόῤῥω γένοιντο οἱ υἱοὶ αὐτῶν ἀπὸ σωτηρίας· κολαβρισθείησαν (69) ἐπὶ θύραις ἡσσόνων,

*καὶ οὐκ ἔσται ὁ ἐξαιρούμενος· ἃ γὰρ ἐκείνοις ἡτοίμασται, δίκαιοι ἔδονται· αὐτοὶ δὲ ἐκ κακῶν οὐκ ἐξαίρετοι ἔσονται.*

## CAPUT XL.

Cum [69] ergo hæc nobis manifesta sint, etiam in divinæ cognitionis profunda introspicientes, cuncta ordine debemus facere, quæ nos Dominus statutis temporibus peragere jussit: oblationes scilicet et officia perfici, neque temere vel inordinate fieri, præcepit, sed præfinitis temporibus et horis: ubi etiam et a quibus celebrari vult, ipse excelsissima

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Μ'.

Προδήλων οὖν ἡμῖν ὄντων τούτων, καὶ ἐγκεκυφότες (70) εἰς τὰ βάθη τῆς θείας γνώσεως, πάντα τάξει (71) ποιεῖν ὀφείλομεν, ὅσα ὁ Δεσπότης ἐπιτελεῖν ἐκέλευσε[ν] κατὰ καιροὺς τεταγμένους· τάς τε προσφορὰς (72) καὶ λειτουργίας ἐπιτελεῖσθαι, καὶ οὐκ εἰκῇ ἢ ἀτάκτως ἐκέλευσεν γίνεσθαι, ἀλλ' ὡρισμένοις καιροῖς (73) καὶ ὥραις· ποῦ τε καὶ διὰ τίνων ἐπιτε-

[68] Job v, 1-5. [69] Clem. Alex., *Strom.* IV.

## VARIORUM NOTÆ.

(68) *Βαλόντας, ἀλλ'*. Ita ex ms. Wott. et editt. Russel. Al. βάλλοντας, ἀλλά. Gall.

(69) *Κολαβρισθείησαν*. Id est *contemnantur*. Κόλαβρος, *porcellus*, quo apud Judæos nihil contemptius. Colon. Legimus apud Hesychium cum α, καλαβρισθείησαν, quod ille interpretatur χλευασθείησαν. Nec non per ω, quod ab eo explicatur κωπηθείησαν et ποδοκοπηθείησαν. Vide quæ apud Suidam a Kustero observata fuerunt. Wott. Sed magis ad rem facit Olympiodori scholion in hunc locum, a Lamberto Bosio in sua Bibliorum Græc. edit. relatum: Κολαβρισθείησαν, τουτέστιν, ἐπιτριβείησαν, ἐξευτελισθείησαν· κολαβρὸς γὰρ ὁ μικρὸς χοῖρος. Gall.

(70) *Ἐγκεκυφότες*. Hanc esse germanam lectionem, non autem ἐκκεκυφότες, ut habet Clem. Alex. *Στρωμ.* lib. IV, cap. 16, p. 613, advertit Potter. Sic et infra cap. 53, Ἐγκεκύφατε εἰς τὰ λόγια τοῦ Θεοῦ. Idque Bois. jam antea viderat. Id.

(71) *Πάντα τάξει*, κ. τ. λ. Editi sic distinguunt hunc locum: πάντα — ἐκέλευσεν· κατὰ καιροὺς, κ. τ. λ. Wott. tamen interpungit, ut apud Clem. Alex. quem heic et nos sequimur. Idem placuit et Dav. Id.

(72) *Τάς τε προσφορὰς*, κ. τ. λ. Ista, duarum vocum sede mutata, mallet Dav. sic leg.: Τάς τε προσφορὰς καὶ λειτουργίας οὐκ εἰκῇ καὶ ἀτάκτως ἐκέλευσεν ἐπιτελεῖσθαι καὶ γίνεσθαι, ἀλλ' ὡρισμένοις καιροῖς καὶ ὥραις. Id. — *Προσφοράς*. Satis constat δῶρα, προσφοράς, quodque eodem redit ὀσμὴν εὐωδίας, voces esse in Novo Testamento receptas; an vero per metaphoram et blandiora tropi tormenta usurpentur, aut absolute ex usu communi et recepta Ecclesiæ praxi admissæ fuerint, altius repetendum. Et quidem si *Canones* ii, qui apostolorum nomen præferunt, illos, aut saltem Clementem hunc nostrum (quod a quibusdam dici solet) auctorem haberent, nullus superesset dubitationi locus. Canon enim tertius sic ait: Εἴ τις ἐπίσκοπος ἢ πρεσβύτερος παρὰ τὴν τοῦ Κυρίου διάταξιν, ἐπὶ τῇ θυσίᾳ προσενέγκῃ ἑτερά τινα ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον ἢ μέλι, ἢ γάλα, ἢ ἀντὶ οἴνου σίκερα, ἢ ὄρνεις, ἢ ζῶά τινα, ἢ ὄσπρια παρὰ τὴν διάταξιν, καθαιρείσθω· πλὴν νέων χλώρων, ἢ σταφυλῆς τῷ καιρῷ τῷ δέοντι, etc. Sed quandoquidem de eorum canonum fide dubitatur, observari debet, primis temporibus, non solum singulis diebus Dominicis, in Christianorum conventu ex D. Pauli mandato, pauperum gratia collectam pecuniarum fuisse institutam; sed etiam ἀκροθίνια quædam doni, seu oblationis nomine sacræ mensæ fuisse allata. Hinc sæpius, in hac ipsa epistola, τῆς προσφορᾶς mentio; ubi etiam episcopi describuntur hoc charactere, et elogio, quod sint προσενεγκόντες τὰ δῶρα. In quem sensum Θεοφόρος Ignatius, nequidquam reclamante plagoso SS. Patrum Orbilio Dallæo, ait ad Smyrnenses, non licere absque episcopo οὔτε βαπτίζειν, οὔτε προσφέρειν, οὔτε θυσίαν προσκομίζειν. Nec aliter Justinus martyr, cum elementa ad Eucharistiam adhibita, tum ad eulogias absentibus mittendas destinata *Apol.* II disertis verbis προσφορὰς appellat. Sed apertissime omnium Irenæus, lib. IV, c. 39, rem totam exsequitur: *Dominus*, inquit, *discipulis suis dans consilium primitias Deo offerre ex suis creaturis, non quasi indigenti, sed ut ipsi nec infructuosi, nec ingrati*, quod sæpius ingerit c. 33 et 34, et alibi passim. Quibus succinit B. Cyprianus *De opere et eleemosyna*, quem fere descripsit August. serm. 13 *De temp.* Atque hanc ipsam ob causam, *oblationum* vox tam frequenter apud antiquissimos Ecclesiæ Patres occurrit, præsertim ubi de Eucharistiæ mysteriis agitur, ut et *Missali Romano*, imo vero et in Ecclesiæ nostræ Anglicanæ solemni officio etiamnum retineatur. Nimirum, ut sacratissima Eucharistiæ mysteria τὰ εἰρηνικὰ sive *pacifica* omnino videri possent, par erat ut qui sacris operaretur, *munera* sua Deo *offerret*, cumque eadem participaret, sacræ admotus mensæ numinis conviva fieret, possetque, ut D. Pauli verbis utar, θυσιαστηρίου μετέχειν. Porro animadverti debet, eam fuisse primitus non modo Eucharistiæ, sed et oblationum religionem, ut ab illa detineri ἀφορισμοῦ, sive excommunicationis gradus haberetur; et proinde apud sacros canones, præsertim Ancyranos, κοινωνία χωρὶς προσφορᾶς tanquam districtioris censuræ, et segregationis nota solebat irrogari, utcunque hoc minus observatum a viris doctissimis. Quinimo in gravissimam inexpiabilis delicti pœnam cedebat, si cui post mortem animadversio illa prorogaretur, nec in veniæ indultæ fidem oblationes defuncti nomine, quasi postliminio reciperentur; adeo Deo et sacris elargiri, non jactura, sed privilegium et lucrum, naseente Ecclesia, habebantur. Fell. — Est qui velit hæc omnia esse mali commatis, ad finem usque capitis, et lectorem amandet ad Clementem Alexandrinum, p. 518. Eadem, inquit, habes inter διατάξεις apostolicas, ut dicuntur. Bern.

(73) *Ὡρισμένοις καιροῖς*. *Omnibus tempus determinatum est et opportunitas omni negotio sub cœlo*, inquit vir sapiens Eccles. III, 1. Serio dolendum, si paratas sibi habeant vices levissima vitæ munia, sola pietas, in cujus obsequium vita ipsa concessa fuit, temporis limitibus excluderetur. Revera septimum diem humano generi a condito mundo maximis, id est suis auspiciis sanctum voluit

Digitized by Google

λεῖσθαι θέλει, αὐτὸς ὥρισεν τῇ ὑπερτάτῃ αὐτοῦ βουλήσει· ἵν' ὁσίως πάντα τὰ γινόμενα (74) ἐν εὐδοκήσει, εὐπρόσδεκτα εἴη τῷ θελήματι αὐτοῦ. Οἱ οὖν τοῖς προστεταγμένοις καιροῖς ποιοῦντες τὰς προσφορὰς αὐτῶν, εὐπρόσδεκτοί τε καὶ μακάριοι· τοῖς γὰρ νομίμοις τοῦ Δεσπότου ἀκολουθοῦντες οὐ διαμαρτάνουσιν. Τῷ γὰρ ἀρχιερεῖ ἴδιαι λειτουργίαι δεδομέναι εἰσὶν (75), καὶ τοῖς ἱερεῦσιν ἴδιος ὁ τόπος προστέτακται, καὶ λευίταις ἰδίαι διακονίαι ἐπίκεινται· ὁ λαϊκὸς ἄνθρωπος (76) τοῖς λαϊκοῖς προστάγμασιν δέδεται.

A sua voluntate defluxit : ut pure et sancte omnia facta in beneplacito, accepta essent voluntati ejus. Qui ergo assignatis temporibus oblationes suas faciunt, accepti et beati sunt : nam qui sequuntur leges Domini, non aberrant. Summo quippe sacerdoti sua munia tributa sunt ; et sacerdotibus locus proprius assignatus est ; et levitis sua ministeria incumbunt : homo laicus præceptis laicis constringitur.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΜΑ'.

Ἕκαστος ὑμῶν, ἀδελφοί, ἐν τῷ ἰδίῳ τάγματι εὐχαριστείτω Θεῷ, ἐν ἀγαθῇ συνειδήσει ὑπάρχων, μὴ παρεκβαίνων τὸν ὡρισμένον τῆς λειτουργίας αὐτοῦ κανόνα, ἐν σεμνότητι. Οὐ πανταχοῦ, ἀδελφοί, προσφέρονται θυσίαι ἐνδελεχισμοῦ, ἢ εὐχῶν (78), ἢ περὶ ἁμαρτίας καὶ πλημμελείας, ἀλλ' ἢ (79) ἐν Ἱερουσαλὴμ μόνῃ· κἀκεῖ δὲ οὐκ ἐν παντὶ τόπῳ προσφέρεται, ἀλλ' ἔμπροσθεν τοῦ ναοῦ πρὸς τὸ θυσιαστήριον, μωμοσκοπηθὲν (80) τὸ προσφερόμενον διὰ τοῦ

## CAPUT XLI.

Unusquisque vestrum, fratres, in suo statu gratias Deo habeat, in bona conscientia degens, non transgrediens præscriptam muneris sui regulam, in honestate. Non ubique, fratres, offeruntur sacrificia jugia (77), vel votiva, vel pro peccato et delicto, sed Hierosolymis tantum ; neque illic in quovis loco fit oblatio, sed ante templum ad altare ; prius facta a summo sacerdote et prædictis ministris oblati inspectione ac probatione. Qui ergo

## VARIORUM NOTÆ.

Deus. Unde postquam in ejusdem παλιγγενεσίᾳ novam renati orbis epocham instituisset, paribus eam privilegiis donavit et τῆς Κυριακῆς sacrosancta facta est religio. Quin etiam quandoquidem Salvator noster pietatem discipulorum suorum Mosis sequacium κατορθώματα superare voluit, apud quos, altra Sabbati solemnia, secunda et quinta Sabbati habebantur sacræ, ne, ut ait Maimonides, *thephillah oubirchath Cohanim*, c. 12, n. 1, *trium dierum spatio ab auditione cessaretur* (unde fluxit mos jejunandi δὶς τοῦ Σαββάτου, cujus mentio Luc. xviii, 12), par erat ut iisdem saltem intervallis, apud Christianam religionem professos, sacra redirent munia, quod utique factum, nimirum, stationum diebus ad quartam et sextam promotis ; quod passim ex Tertulliano discimus, et etiam a Clemente Alex. qui eos τετράδα καὶ παρασκευήν, sive Ἑρμοῦ καὶ Ἀφροδίτης appellitat ; licet diu sit ex quo Romana Ecclesia ab antiquissima hac praxi desciverit. In minutioribus temporis intervallis, consimilis omnino ratio ; eas enim, quæ in Ecclesia Judaica receptæ fuerant, vices non a Domino nostro tantum, sed insuper ab apostolis agnitas videmus, proinde, Act. iii, 1, τὴν ὥραν τῆς προσευχῆς, solemnioris officii causa, D. Petrum et Joannem, in templum perduxisse verbis disertis dictum est. In Synagoga, licet lege nulla de precibus caveretur, singulis diebus tres recurrebant earum vices : נמצאו התפלות ב"ל יום שלש ע"בית ושחרית ומנחה Maimonides lad. *De prec. et benedict. sacerdot.*, c. 1, 8, quas etiam Christianæ Ecclesiæ moribus receptas, Tertullianus in *Lib. de jejuniis*, Cyprianus *De oratione*, nec non Hieronymus ad Lætam et Demetriad. nescire nos vetant. Addi his non injuria poterit, tam egregium horarum sacrarum usum fuisse, ad promovendas pietatis rationes, ut Julianus Apostata, postquam pro comperto habuisset, fidem Christianam vi et injuriis non posse superari, atque imitatione demoliendam statuisset, gentilismo suo intromittendas curarit ὡρῶν τε ῥητῶν καὶ ἡμερῶν τεταγμένας εὐχάς, teste Sozomeno, lib. ix, c. 15, quod etiam Apollonium Tyanæum fecisse discimus a Philostrato, Vitæ ejus lib. iv, c. 8. Apud Turcas eumdem invaluisse morem nemo est qui neseiat. Fell.

(74) *Τὰ γινόμενα.* Ita ms. apud Wott. Editi ad unum omnes, τὰ omittunt. Gall.

(75) *Τῷ γὰρ ἀρχιερεῖ ἰδίαι λειτουργίαι δεδομέναι εἰσί.* Non adeo laudaret apostolicus noster ordinem, ac diversa officia pontificis, sacerdotum, levitarum atque laicorum, si, quemadmodum heterodoxis placet, religio Christiana pontificatum sustulisset, nullumque voluisset esse munus peculiare pontificis, quod non etiam competeret sacerdotibus, ipsis quoque pontificibus. Laudat, quia docente Hieronymo [II *in Jovin.* 15, et epist. 85], in utroque Testamento alium ordinem pontifex tenet, alium sacerdotes, alium levitæ, atque traditionibus apostolicis de veteri lege descendentibus, successerunt episcopi, presbyteri et diaconi Aaroni, et filiis ejus, et levitis. Cot.

(76) *Λαϊκὸς ἄνθρωπος.* Nulla tam addicta, tam misera servitus est, quam δουλεύοντος τῇ ὑποθέσει. Alias viri doctissimi Salmasius et Seldenus, ut alios minorum gentium criticos præteream, Calvini aut Erasti placitis addictos, nunquam tam graviter, in arte quam profitebantur, lapsi essent, ut dicere sustinerent *olim presbyteros fuisse laicos, et laici vocem, quatenus clero contradistinguitur, serius in Ecclesia obtinuisse.* Ignatii loca non affero, siquidem novatores, quando ejus auctoritate premuntur, breviter se expediunt dicendo ψευδεπίγραφον eum, aut interpolatum. Fell.

(77) Supple *secundum veterem legem.* Quam immerito autem epistolam istam ante templi Jerosolymitani excidium scriptam esse hinc nonnulli colligant, in prævio monito patefeci. Gall.

(78) *Εὐχῶν.* Forte εὐχαριστηρίων, inquit Junius. Sed præterquam quod sacrificia de quibus hic sermo, non dicuntur LXX Senioribus εὐχαριστήριοι θυσίαι, sed σωτήριοι, nihil mutato opus est : cum et εὐχαί, sacrificia salutaria sint, ista nempe quæ ex voto offeruntur, Levit xi, 6. Mill. Haud aliter Wott. Gall.

(79) *Ἀλλ' ἢ.* Sic ms. apud Wott. Editis deest ἢ. Id.

(80) *Μωμοσκοπηθέν.* Vox Hellenistis et gentilibus usurpata. Erat autem μωμοσκόπων officium, ut viri eruditi observarunt, diligenter inspicere ne qua labes victimis sacrificandis subesset : quod in primis apud Judæos obtinebat, ipso Deo præcipiente Levit. xxii, 21, 22. Auctor *Constit. apost.* lib. ii, cap. 3 : Μωμοσκοπεῖσθε τὸν μέλλοντα εἰς ἱερωσύνην προχειρίζεσθαι : *Diligenter inspicite an sit ulla macula in eo, qui ad sacerdotium est eligendus* ; digitum intendens ad Levit. xxi, 17-21. Id. — *Μωμοσκοπηθέν.* Quid sit μωμοσκοπεῖσθαι, quive

Digitized by Google

præter id quod voluntati ejus consentaneum est, aliquid faciunt, morte multantur[80]. Videtis, fratres : quo majori cognitione digni habiti sumus, eo graviori periculo sumus obnoxii.

## CAPUT XLII.

Apostoli nobis evangelizarunt a Domino Jesu Christo, Jesus Christus a Deo. Missus igitur est Christus a Deo, et apostoli a Christo : et factum est utrumque ordinatim ex voluntate Dei. Itaque acceptis mandatis, et certo persuasi per resurrectionem Domini nostri Jesu Christi, et in fide confirmati per verbum Dei[81] cum Spiritus sancti plenitudine ac securitate, egressi sunt, annuntiantes adventurum esse regnum Dei. Prædicantes igitur per regiones ac urbes, primitias earum, spiritu cum probassent, in episcopos et diaconos eorum qui crediturі erant, constituerunt. Neque hoc

A ἀρχιερέως καὶ τῶν προειρημένων λειτουργῶν. Οἱ οὖν παρὰ τὸ καθῆκον τῆς βουλήσεως αὐτοῦ ποιοῦντές τι, θάνατον τὸ πρόστιμον (81) ἔχουσιν. Ὁρᾶτε (82), ἀδελφοί, ὅσῳ πλείονος κατηξιώθημεν γνώσεως, τοσούτῳ μᾶλλον ὑποκείμεθα κινδύνῳ.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΜΒ'.

Οἱ ἀπόστολοι ἡμῖν εὐηγγελίσθησαν ἀπὸ τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ, Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς ἀπὸ τοῦ Θεοῦ. Ἐξεπέμφθη ὁ Χριστὸς οὖν ἀπὸ τοῦ Θεοῦ, καὶ οἱ ἀπόστολοι ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ· ἐγένοντο οὖν ἀμφότερα εὐτάκτως ἐκ θελήματος Θεοῦ. Παραγγελίας οὖν λαβόντες, καὶ πληροφορηθέντες διὰ τῆς ἀναστάσεως τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ πιστωθέντες ἐν τῷ λόγῳ (83) τοῦ Θεοῦ, μετὰ πληροφορίας Πνεύματος ἁγίου, ἐξῆλθον εὐαγγελιζόμενοι τὴν βασιλείαν B τοῦ Θεοῦ μέλλειν ἔρχεσθαι. Κατὰ χώρας οὖν καὶ πόλεις κηρύσσοντες, καθέστανον (84) τὰς ἀπαρχὰς αὐτῶν, δοκιμάσαντες τῷ πνεύματι, εἰς ἐπισκόπους

[80] Vide Clem. Alex., *Strom.* I. [81] I Thess. I, 5.

## VARIORUM NOTÆ.

fuerint μωμοσκόποι, abunde ex scriptoribus ethnicis, Judæis, Christianis, docuerunt viri eruditi. Atque eos victimarum probatores μοσχοσφραγιστάς vocatos invenies in lib. IV Porphyrii *De abstinentia ab animatis*. Cot. — *Μωμοσκοπηθέν*. Sacerdotes non tantum Judæorum, sed gentium etiam, hostias probare solebant, et victimarum præcordia diligenter inspicere et examinare, antequam litarent, quod οἱ ἔξωθεν δοκιμάζειν, et ἐξετάζειν τὰ ἱερεῖα vocant, scriptores autem sacri μωμοσκοπεῖν. Unde Philo Judæus *Περὶ γεωργίας*· C Ἄτοπον γὰρ ἱερέων μὲν πρόνοιαν ἔχειν ὡς ὁλόκληροι τὰ σώματα καὶ παντελεῖς ἔσονται, τῶν τε καταθυομένων ζώων, ὡς οὐδὲν οὐδεμιᾷ τὸ παράπαν, ἀλλ' οὐδὲ τῇ βραχυτάτῃ χρήσεται λώβῃ, καὶ, τίνας δεῖ καὶ ὅσους ἐπ' αὐτὸ τοῦτο χειροτονεῖν τὸ ἔργον οὓς ἔνιοι μωμοσκόπους ὀνομάζουσιν, ἵνα ἄμωμα καὶ ἀσινῆ προσάγηται τῷ βωμῷ τὰ ἱερεῖα, etc., ubi nominis rationem observare licet, et quod infrequenter ante ipsum, et a quibusdam tantum usurparetur. Utut est, libro *De sacrificiis*, et initio tractatus *De sacrificantibus*, ostendit summam curam adhibitam fuisse in deligendis his μωμοσκόποις ἀριστίνδην, qui accurato examine sacrificia singula, et partes singulas scrutarentur ἀπὸ ποδῶν ἄκρων, ὅσα τε ἐμφανῆ καὶ ὅσα ἐπὶ γαστρὶ, καὶ μηροῖς ἂν κέκρυπται, ne quid vitii, corruptelæ, aut labis lateret. Sic Clemens Alex. lib. IV *Strom.*: Ἦσαν δὲ κἀν ταῖς τῶν θυσιῶν προσαγωγαῖς παρὰ τῷ νόμῳ, οἱ τῶν Ἱερείων μωμοσκόποι. Et Chrys. hom. 20 in Epist. D ad Romanos, de prævia examinatione nostra corporis et animi, antequam ad sacram synaxin accedere præsumamus, sic scribit : Διὸ χρὴ πανταχόθεν μωμοσκοπεῖσθαι τὸ σῶμα τὸ ἡμέτερον. Εἰ γὰρ οἱ τὰς παλαιὰς ἀναφέροντες θυσίας ἐκελεύοντο πάντα περισκοπεῖν, καὶ οὔτε ὠτότμητον, οὔτε κολοβόκερκον, οὔτε ψωραγριῶντα, οὔτε λειχῆνα ἔχοντα ἐπετρέποντο ἀναφέρειν· πολλῷ μᾶλλον ἡμᾶς τοὺς οὐ πρόβατα ἄλογα, ἀλλ' ἑαυτοὺς ἀναφέροντας, πλείονα ἀκρίβειαν ἐπιδείκνυσθαι χρὴ, καὶ πάντοθεν εἶναι καθαρούς, etc. Et homil. 17 in Epist. ad Hebræos : Διὰ τοῦτο καὶ ὁ ἱερεὺς ἐπιφωνεῖ τότε τοὺς ἁγίους καλῶν καὶ διὰ τῆς φωνῆς ταύτης μωμοσκοπῶν ἅπαντας, ὥστε μὴ προσελθεῖν τινα ἀπαράσκευον, etc. Dominus Dunæus in notationibus suis, pro μωμοσκοπῶν hoc loco μιμνήσκων reponendum putat, ego vero μωμοσκοπῶν retinere malim, cum Chrysostomus, solemnem illam vocem in participatione τῶν φρικτῶν μυστηρίων in primitiva Ecclesia usurpari solitam, respiciat. Ὅσοι ἐν μετανοίᾳ, ἀπέλθετε, πάντες, et, Ἀπέλθετε οἱ μὴ δυνάμενοι δεηθῆναι. Vide ejusdem homil. 3 in Epistolam ad Ephesios, et diligenter perpende. Jun. — Hæc ex Clemente Alexandr. p. 521, B, male immutata, efflictaque. Nam et male hic hærent, vix quidem Græca, et falsissimum dicunt; scilicet, fuisse summi et cæterorum sacerdotum, ac levitarum esse μωμοσκόπους. Bernardus. — *Tanta cautela*, inquit Philo Judæus initio lib. *De victimis*, *utuntur in hoc negotio, ut probatissimi sacerdotum peritissimique ab extremis pedibus exorsi tum conspicua tum quæ sub ventre feminibusque latent diligenter perscrutentur, ne vel levis macula fugiat.* Idem Philo lib. *De agricultura* observat et apud Gentiles fuisse delectos qui hoc munere fungerentur, hosque a nonnullis μωμοσκόπους nuncupatos. Const.

(81) *Πρόστιμον*. Hesychius : πρόστιμον, ζημία. Colom.

(82) *Ὁρᾶτε*, etc. Hinc usque ad cap. 48, omnia omisit Clemens Alexandrinus, nec agnovit. Bern.

(83) *Ἐν τῷ λόγῳ*. Omnibus codd. impp. deest ἐν, quod apud Wott. exhibet ms. Gall.

(84) *Καθέσταvον*. Sic ex ms. Wott. Editi, καθίστανον. Id. — *Καθίσταvον τὰς ἀπαρχάς*. Primogeniti olim, natalium jure, sibi sacerdotium vindicabant. Primitivæ autem Ecclesiæ usus id maxime poscebat, et plurimi intererat, ut conversus quilibet non confirmaret modo, sed et faceret fratres. Huic mori digitum intentat Epiphanius hæres. 75, et ex Actorum libro et D. Pauli Epistolis constat Ecclesias tunc temporis fuisse, quæ civitatis totius nomine censerentur, κατ' οἶκον constitutas. Episcopos vero Spiritus sancti monitis huic curæ admotos fuisse discimus ex Act. I, 24; XXIII, 2; I Tim. IV, 14, quod et Eusebius, ex Clem. Alexandrino, de B. Joanne refert, dum illum narrat episcopos in Ecclesiis Asiæ ordinasse τοὺς ὑπὸ τοῦ Πνεύματος σημαινομένους; cujus rei vestigia etiamnum comparent, siquidem nunc ad sacerdotium nemo admittitur, nisi qui prius professus fuerit se Spiritus sancti instinctu vocatum ad munus istud suscipiendum, et ita, post preces solemniter pro ejusdem largitione factas, demum hac formula ordinatur : *Accipito Spiritum sanctum.* Fell.

Digitized by Google

καὶ διακόνους τῶν μελλόντων πιστεύειν (85). Καὶ τοῦτο οὐ καινῶς· ἐκ γὰρ δὴ πολλῶν χρόνων ἐγέγραπτο περὶ ἐπισκόπων καὶ διακόνων. Οὕτως γάρ που λέγει ἡ Γραφή· *Καταστήσω* (86) *τοὺς ἐπισκόπους αὐτῶν ἐν δικαιοσύνῃ καὶ τοὺς διακόνους* (87) *αὐτῶν ἐν πίστει.*

A nove : a multis enim temporibus de episcopis et diaconis scriptum fuerat. Sic enim alicubi dicit Scriptura : *Constituam episcopos eorum in justitia et diaconos eorum in fide*[33].

[33] Isa. LX, 17.

## VARIORUM NOTÆ.

(85) *Εἰς ἐπισκόπους καὶ διακόνους τῶν μελλόντων πιστεύειν.* Hic insurgunt adversus Ecclesiam novi Aeriani, clamantes agnosci duntaxat a Clemente duos in clero ordines, episcoporum eorumdemque presbyterorum, et diaconorum. Ad quos breviter, uti notarum scriptorem decet, ita respondeo. Non sunt expressiora verba Epistolæ nostræ testimoniis Novi Testamenti; de episcopis et diaconis solummodo, Philipp. I, 1, et I Tim. III. De episcopis et presbyteris, Act. XX, 17, 28, Tit. I, 5, 7 et I Petr. V, 1, 2; de presbyteris ac presbyterio, Act. XIV, 23; XV, 2, 4, 6, 22, 23, 41; XVI, 4; XXI, 18; I Timoth. IV, 14; V, 17, 19; Jac. V, 14; II et III Joan. I. Verum hos textus nequaquam officere orthodoxiæ, fuse solideque demonstratur a catholicis doctoribus; quod neminem latet. Certe nomina apostoli, episcopi, presbyteri, in Scripturis ponuntur ὁμωνύμως. Apostolus Christus; apostoli, modo tantum duodecim, modo etiam Barnabas, Paulus, Andronicus, Junias, Epaphroditus, aliique plures I Corinth. XV, 7. Jam vero episcopus dicitur Christus, I Petri II, 25. Episcopatus tribuitur apostolis, Act. I, 20. Episcoporum nomen veris episcopis, hoc est, antistitibus primi ordinis datur I Tim. III, 2, et Tit. I, 7, juxta communem SS. Patrum doctrinam. Et episcopi Philipp. I, 1, sunt secundi gradus, δευτέρου θρόνου, sacerdotes, Chrysostomo, Œcumenio, Theophylacto, Theodorito, necnon Auctori Commentariorum inter Hieronymi Opera cursorum : item Act. XX, 28; pseudo-Hieronymo illi ad I Tim. III, 8; Theodorito in interpretatione versus primi Epistolæ ad Philippenses, et Maximo ad initium *Cœlestis hierarchiæ*, ac libri *De divinis nominibus :* præterea I Tim. III, 2, et Tit. I, 7; Theodorito eidem. Denique πρεσβύτερον se appellat apostolus Petrus, itidemque apostolus Joannes ; et I Tim. IV, 14. Presbyterium de primo sacerdotii gradu exponunt antiqui interpretes; in aliis vero locis presbyteros seu seniores, interdum volunt esse summos primosque sacerdotes, interdum sacerdotes inferiores ac secundos : observantque sæpenumero, indiscriminatim solere appellari episcopos et presbyteros. Quinetiam ex mente Chrysostomi ad Philipp. I, 1, initio Christianismi sub *diaconorum* nomine episcopos etiam ac presbyteros designabant. Unde apostolicas paginas scriptaque Ecclesiæ magistrorum evolvens, passim offendes hæc et similia de ordine ecclesiastico dicta, διάκονοι, διάκονοι Θεοῦ vel Χριστοῦ, vel Ἐκκλησίας, vel Εὐαγγελίου, vel καινῆς διαθήκης vel δικαιοσύνης, λειτουργοί, ὑπηρέται, *ministri*, *ministri Ecclesiarum*, etc., διακονία, κλῆρος τῆς διακονίας, *ministerium ecclesiasticum*, etc. Unde etiam cum B. Hieronymus sub principium Commentariorum in Epistolam ad Philemonem, propter illa verba Coloss. IV, 17 : Εἴπατε Ἀρχίππῳ· Βλέπε τὴν διακονίαν ἣν παρέλαβες ἐν Κυρίῳ, suspicetur Archippum fuisse episcopum; quæ etiam est pseudo-Ambrosii inductio; ex iisdem verbis qui sub persona Hieronymi latet ὑπομνηματιστής, Archippum diaconum facit; atque ad Rom. XII, 7 : *Ministerium in ministrando :* subnotat, *Ministerium sacerdotalis, vel diaconatus officii.* Demum in Epistola conciliabuli Sardicensis, episcopi Ariani queruntur *omnes* se *diaconos et sacerdotes Dei* despici. Ac forsan Clementi sermo duntaxat de episcopis et diaconis generaliter sumptis, quatenus sunt sacerdotes et pastores, qui Christianam plebem inspiciunt ac regunt, qui laicis hominibus res sacras administrant. Infra enim ἱερατεύειν et λειτουργεῖν, ἐπισκοπὴν et λειτουργίαν pro eodem habet; altumque tota in Epistola silentium de episcopis et diaconis, cum plurima fiat mentio presbyterorum. Adde quod suspicari non nemo possit, in testimonio quod subjungitur, Isaiæ LX, 17: Καταστήσω (ita quoque Joannes Chrysostomus libro *Quod Christus sit Deus*, cap. 7, tom. V) τοὺς ἄρχοντάς σου ἐν εἰρήνῃ, καὶ τοὺς ἐπισκόπους σου ἐν δικαιοσύνῃ, ideo nostrum mutasse ἄρχοντας in διακόνους, quia Christus Dominus Matth. XX, 25, apostolis hunc in modum est locutus: Οἴδατε ὅτι οἱ ἄρχοντες τῶν ἐθνῶν κατακυριεύουσιν αὐτῶν, καὶ οἱ μεγάλοι κατεξουσιάζουσιν αὐτῶν· οὐχ οὕτως δὲ ἔσται ἐν ὑμῖν· ἀλλ' ὃς ἐὰν θέλῃ ἐν ὑμῖν μέγας γενέσθαι, ἔστω ὑμῶν διάκονος· καὶ ὃς ἐὰν θέλῃ ἐν ὑμῖν εἶναι πρῶτος, ἔστω ὑμῶν δοῦλος. Improbabiliter quippe conjectant duo viri docti [Hammond., *De episcop.* dissert. 4, c. 7; dissert. 5, cap. 7; Morinus *Exercit. Bibl.*, lib. I, Exercit. 9, cap. 4] : unus, Clementinam lectionem fuisse codicis quo utebantur apostoli, atque hodiernæ esse præferendam; alter, decerptum hic aliquem ex non exstantibus libris, sive sacrum sive apocryphum. Mallem dicere, confusa fuisse duo Isaiæ testimonia; citatum cap. LX, vers. 17, et istud cap LXVI, vers. 21 : Ἀπ' αὐτῶν λήψομαι ἱερεῖς καὶ Λευίτας. Primus sane locus ad sensum Clementis citatur ab Irenæo lib. IV, cap. 44 : *Tales*, inquit, *presbyteros nutrit Ecclesia; de quibus et Propheta ait : « Et dabo principes tuos in pace, et episcopos tuos in justitia. »* Col. — Locus iste aliter concipitur in editionibus hodiernis, ut apud Irenæum lib. IV, c. 44. Vix itaque dubitem, quin B. Clemens locum illum, ut alios aliquot, paulo immutarit, ut ad propositum suum aptaret, nec Hebræus textus secus sentire nos cogit, ut pluribus contendit vir notissimæ eruditionis Henr. Hammondus. Col.

(86) *Καταστήσω*, κ. τ. λ. Suspicatur Mill. locum istum Clementis respexisse Irenæum, dum scriberet lib. IV, cap. 44 : Τοιούτους πρεσβυτέρους ἀνατρέφει ἡ Ἐκκλησία, περὶ ὧν καὶ ὁ προφήτης φησίν· Δώσω τοὺς ἄρχοντάς σου ἐν εἰρήνῃ, καὶ τοὺς ἐπισκόπους σου ἐν δικαιοσύνῃ. Gall. — *Καταστήσω*, etc. In Hebr. ושמתי פקדתך שלום ונגשיך צדקה quod LXX Intt. vertunt : Δώσω τοὺς ἄρχοντάς σου ἐν εἰρήνῃ καὶ τοὺς ἐπισκόπους σου ἐν δικαιοσύνῃ. Observari potest פקדה, quod alibi sæpe ἐπισκοπὴ redditur (sed procurationem et officium omne significat), hic efferri per διακόνους, et שלום quod per εἰρήνην explicari solet, sed bona quæcunque denotat, hic πίστιν, nec id quidem incommode, verti; insuper transponi episcoporum, diaconorumque mentionem, ut ordo utriusque muneris rectius constaret; hæc autem satis opportune a S. Clemente referri ad Ecclesiæ Christianæ præfectos, non facile diffitebitur quisquis locum Isaiæ inspexerit, atque totum hoc caput ad Messiæ tempora pertinere, Judæis ipsis calculum apponentibus, meminerit. Fell.

(87) *Καὶ τοὺς διακόνους*, etc. Qui ausus est tot ineptias Clementis nomine vendere, etiam sacris litteris hanc clausulam adjecit, ut assumentum hoc præcedentibus responderet. Bern.

Digitized by Google

## CAPUT XLIII.

Et quid mirum, si quibus in Christo commissum est a Deo hoc munus, prædictos constituerint? quandoquidem et beatus Moyses, fidelis famulus in tota domo[88], omnia quæ ipsi mandata erant, in sacris libris adnotavit; quem et secuti sunt reliqui prophetæ, iis quæ ab ipso sancita erant testimonium pariter perhibentes. Ille namque[89] cum æmulatio pro sacerdotio incidisset, ac tribus inter se dissentirent, quænam illarum glorioso eo nomine ornata esset; jussit ut duodecim principes tribuum afferrent sibi virgas quibus uniuscujusque tribus nomen esset superscriptum : hasque acceptas ligavit, et annulis eorum principum obsignavit; atque illas deposuit in tabernaculo testimonii super mensam Dei : et clauso tabernaculo, claves juxta et virgas signavit : ac dixit illis (91) : « Viri fratres, cujus tribus virga germinaverit, hanc elegit Deus ut sacerdotio fungatur eique ministret. » Mane autem facto, convocavit universum Israelem, sexcenta millia virorum; et sigilla principibus tribuum ostendit, aperuitque tabernaculum testimonii, ac protulit virgas : et inventa est virga Aaron non tantum germinasse, sed et fructum habere. Quid vobis videtur, dilecti? Annon id futurum præsciverat Moyses? Maxime noverat : verum ne seditio inter Israelitas oriretur, ita se gessit ut glorificaretur nomen veri et solius Dei, cui gloria in sæcula sæculorum. Amen.

## CAPUT XLIV.

Et apostoli nostri cognoverunt per Dominum

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΜΓ'.

Καὶ τί θαυμαστὸν, εἰ οἱ ἐν Χριστῷ πιστευθέντες (88) παρὰ Θεοῦ ἔργον τοιοῦτο, κατέστησαν τοὺς προειρημένους; ὅπου καὶ ὁ μακάριος πιστὸς θεράπων ἐν ὅλῳ οἴκῳ Μωϋσῆς, τὰ διατεταγμένα αὐτῷ πάντα ἐσημειώσατο ἐν ταῖς ἱεραῖς βίβλοις, ᾧ καὶ ἐπηκολούθησαν οἱ λοιποὶ προφῆται, συνεπιμαρτυροῦντες τοῖς ὑπ' αὐτοῦ νενομοθετημένοις. Ἐκεῖνος γὰρ, ζήλου ἐμπεσόντος περὶ τῆς ἱερωσύνης, καὶ στασιαζουσῶν τῶν φυλῶν, ὁποία αὐτῶν εἴη τῷ ἐνδόξῳ ὀνόματι κεκοσμημένη, ἐκέλευσεν τοὺς δώδεκα φυλάρχους προσενεγκεῖν αὐτῷ ῥάβδους, ἐπιγεγραμμένας ἑκάστης φυλῆς κατ' ὄνομα (89)· καὶ λαβὼν αὐτὰς, ἔδησεν, καὶ ἐσφράγισεν τοῖς δακτυλίοις (90) τῶν φυλάρχων, καὶ ἀπέθετο αὐτὰς εἰς τὴν σκηνὴν τοῦ μαρτυρίου ἐπὶ τὴν τράπεζαν τοῦ Θεοῦ· καὶ κλείσας τὴν σκηνὴν, ἐσφράγισεν τὰς κλεῖδας, ὡσαύτως καὶ τὰς ῥάβδους· καὶ εἶπεν αὐτοῖς· « Ἄνδρες ἀδελφοὶ, ἧς ἂν φυλῆς ἡ ῥάβδος βλαστήσῃ, ταύτην ἐκλέλεκται ὁ Θεὸς, εἰς τὸ ἱερατεύειν καὶ λειτουργεῖν αὐτῷ. » Πρωΐας δὲ γενομένης, συνεκάλεσεν πάντα τὸν Ἰσραὴλ, τὰς ἑξακοσίας χιλιάδας τῶν ἀνδρῶν, [καὶ ἐπε]δείξατο τοῖς φυλάρχοις [τὰς σφρα]γῖδας, καὶ ἤνοιξεν τὴ[ν σκηνὴν] τοῦ μαρτυρίου, καὶ προσ[ήνεγκεν] ῥάβδους, καὶ εὑρέθη ἡ β[άβδος] Ἀαρὼν οὐ μόνον βεβλα[στηκυῖα], ἀλλὰ καὶ καρπὸν ἔχουσα. Τί δοκεῖτε, ἀγαπητοί; οὐ π[ροέγνω] Μωϋσῆς τοῦτο μέλλειν [ἔσεσθαι;] Μάλιστα ᾔδει· ἀλλ' ἵνα μὴ ἀκ[αταστα]σία γένηται ἐν τῷ Ἰσραὴλ, οὕτ[ως ἐποί]ησεν (92), εἰς τὸ δοξασθῆναι τ[ὸ ὄνο]μα τοῦ ἀληθινοῦ καὶ μόνου [Θεοῦ,] ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΜΔ'.

Καὶ οἱ ἀπόστολοι ἡμῶν (93) ἔγνωσαν διὰ τοῦ Κυ-

[88] Num. xii, 7. Heb. iii, 2, 5. [89] Num. xvii, 1, etc.

## VARIORUM NOTÆ.

(88) *Πιστευθέντες*. Ita ms. apud Wott. quem sequitur quoque edit. Londin. At Jun. cum reliquis, πιστεύοντες, germana lectione ad marginem rejecta. GALL.

(89) *Ἐπιγεγραμμένας — κατ' ὄνομα*. Mallet Dav. ἐπιγεγραμμένης. Bois. vero, τὸ ὄνομα. ID.

(90) *Ἐσφράγισεν τοῖς δακτυλίοις*. In rebus gestis narrandis, semper licere creditum est circumstantias adhibere, quæ narrationis filo rectius texendo videntur conducere; licet minime reperiantur in iis scriptis, e quibus historia ipsa primitus petebatur. Hoc jure utebatur B. Stephanus Act. vii, B. Paulus II Tim. iii, 8, et ad Heb. xii, 21, ut et alii passim. Josephus, cum negotium hoc narrat, ait virgas facile cognitas τῶν τότε ἀνδρῶν κατασημηναμένων αὐτὰς οἵπερ ἐκόμιζον. FELL.

(91) Referendo virgarum historiam, ad contenta capite xvii libri Numerorum adjicit nonnullas circumstantias admodum verosimiles, ac ut videtur desumptas ex Hebræorum traditionibus. Cum vero duodecim virgas ponit, eadem in sententia versatur ac Philo Judæus lib. iii *De vita Mosis*, circa medium, Augustinus sermone 3, *De tempore*, et auctor librorum *De mirabilibus sacræ Scripturæ*, lib. i, cap. 31, tom. III Operum ejusdem Hipponensis episcopi; sed dissentit ab editione Vulgata, nisi in ea præpositio *absque* mutetur in copulam *atque*, legaturque Num. xvii, 6 : *Locutusque est Moyses ad filios Israel : et dederunt ei omnes principes virgas per singulas tribus : fueruntque virgæ duodecim, atque virga Aaron*. Cæterum istius περικοπῆς expositionem habes in postrema parte homiliæ 9 Origenis ad Numeros : ex qua fecerunt integrum sermonem, ac inter Augustinianos collocarunt, 99 *De tempore*, et 40 *De diversis*. Ac emendandus etiam per duos manu exaratos codices, Origenis textus : *Est enim virga una* : non *Et enim virgam unam*; ut respondeat Græco LXX : ἔστι γὰρ ῥάβδος μία. COT.

(92) *Ἐποίησεν*. Hiatum ms. sic supplevit JUN. cui Vott. adhæret. At Cot. leg. ἐνόησεν. GALL.

(93) *Οἱ Ἀπόστολοι ἡμῶν*. Displicet Dav. hæc ms. lectio; adeoque vel scribendum putat εὖ μέν, vel prorsus delendum ἡμῶν. Apostoli enim, inquit, non ἡμῶν erant, sed Ἰησοῦ Χριστοῦ : neque ita, si eum audias, loqui solent veteres vel recentiores. Dictum nollem. Sic enim lego Philipp. ii, 25 : Ἀναγκαῖον δὲ ἡγησάμην Ἐπαφρόδιτον τὸν ἀδελφὸν — ΥΜΩΝ ἀπόστολον — πέμψαι πρὸς ὑμᾶς. Pressius adhuc II Pet. iii, 2 : Μνησθῆναι — τῆς τῶν ἀποστόλων ΥΜΩΝ ἐντολῆς. Cur ergo οἱ ἀπόστολοι ΗΜΩΝ non scripserit S. Pater? His addas velim ex II Cor. viii, 23 : Ἀπόστολοι Ἐκκλησιῶν : quo sensu forte dixerit S. Clemens, οἱ ἀπόστολοι ἡμῶν, ad utramque Ecclesiam, Romanam scilicet et Corinthiacam, respiciens. Denique ad rem quod attinet, ita statuit ipsemet Apostolus I Cor. iii, 22 : Πάντα γὰρ ὑμῶν ἐστιν, εἴτε Παῦλος, εἴτε Ἀπολλώς,

Digitized by Google

ρέου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὅτι ἔρις ἔσται (94) ἐπὶ τοῦ ὀνόματος τῆς ἐπισκοπῆς. Διὰ ταύτην οὖν τὴν αἰτίαν πρόγνωσιν εἰληφότες τελείαν, κατέστησαν τοὺς προειρημένους, καὶ μεταξὺ ἐπινομὴν δεδώκασιν (95), ὅπως ἐὰν κοιμηθῶσιν, διαδέξωνται ἕτεροι δεδοκιμασμένοι ἄνδρες τὴν λειτουργίαν αὐτῶν. Τοὺς οὖν κατασταθέντας (96) ὑπ' ἐκείνων, ἢ μεταξὺ ὑφ' ἑτέρων ἐλλογίμων ἀνδρῶν, συνευδοκησάσης τῆς Ἐκκλησίας πάσης, καὶ λειτουργήσαντας ἀμέμπτως τῷ ποιμνίῳ τοῦ Χριστοῦ μετὰ ταπεινοφροσύνης, ἡσύχως καὶ ἀβαναύσως (97), μεμαρτυρημένους τε πολλοῖς χρόνοις

A nostrum Jesum Christum, quod futura esset contentio de nomine episcopatus : ob eam ergo causam, perfectam præcognitionem adepti constituerunt prædictos, et deinceps futuræ successionis regulam tradiderunt; ut cum illi decessissent, ministerium eorum ac munus alii viri probati exciperent. Constitutos itaque ab illis, vel deinceps ab aliis viris eximiis, consentiente universa Ecclesia; qui inculpate ovili Christi ministraverunt cum humilitate, quiete, nec illiberaliter; quique longo tempore ab omnibus testimonium præclarum re-

## VARIORUM NOTÆ.

εἴτε Κηφᾶς — πάντα ὑμῶν ἐστιν ὑμεῖς δὲ Χριστοῦ. Ip. — *Οἱ ἀπόστολοι ἡμῶν*. Hoc nullus unquam dixit Clemens. Bern.

(94) *Ὅτι ἔρις ἔσται*. Luculenta præsensio rerum apud nos gestarum, quæque propheticum apostolici ævi et viri spiritum profitetur. Olim schismata et hæreses subinde ortæ, præ fastigii istius desiderio et ambitu, nunc idem ipsum contemptus et odium præstant. Fell.

(95) *Ἐπινομήν*. Vox insolens plurimum negotii viris doctis facessivit. Hinc al. legebant ἀπονομήν. Al. ἐπιλογήν. Al. ἐπιταγήν. Al. ἐπιμονήν. Nec minor in ejus interpretatione dissensus. Hi enim reddebant *ordinem præscriptum*. Isti *præscriptas officiorum vices*. Illi *præceptum, formam*. Hammond. in dissert. 5, contra Blondellum, *seriem* aut *modum successionis, catalogum, distributionem, ordinationem :* in cujus sententiam ivit Wott. eo in primis innixus, quod vox ἐπινέμω aliquando significet καταλέγειν, id est *catalogo adscribere*. Sic denique Cler.: « Malim vertere *subrogationem*, hoc est nomina subrogandorum; quod sensus omnino requirit. Vetus Onomasticon ἐπινέμω vertit *superrogo*, quod idem significare videtur ac *subrogo*. Ad cujus interpretationis confirmationem facit quod habet Hesychius, qui ἐπινόμους interpretatur κληρονόμους, *hæredes*. » Gall. — *Καὶ μεταξὺ ἐπινομὴν δεδώκασιν*. Correctiones virorum doctorum parum necessarias judico; nec probarim aut ἀπονομήν Junii, aut ἐπιλογήν Boisii, aut ἐπιμονήν Turneri, apud Usserium de Epistolis S. Ignatii cap. 18. Nam textu non mutato, bonus sensus Clementis verborum afferri potest. Cum doctrina vero epistolæ nostræ concordat doctrina Cyprianicarum Epistolarum 41, 52 et 55. Cot. — *Ἐπινομὴν δεδώκασιν*. Boisius ἐπιλογήν legit, ego malim ἀπονομήν, i. e. ἀπομερισμόν, cum Hesychio, et cum Suida ἀπόμοιραν. Descriptæ autem ministeriorum et officiorum vices hac voce exprimuntur, quæ apud Dionysium Areopagitam λήξεις et ἀπονεμήσεις, Budæo teste, vocantur : atque hoc sensu vox *census*, apud Tertullianum forte accipienda est, *De præscript. adversus hæreticos*, cap. 32 : *Hoc enim modo Ecclesiæ apostolicæ census suos deferunt, sicut Smyrnæorum Ecclesia habens Polycarpum ab Johanne collocatum refert; sicut Romanorum, Clementem a Petro ordinatum edit; proinde utique et cæteræ exhibent, quos ab apostolis in episcopatum constitutos, apostolici seminis traduces habeant*, etc. Ubi census suos deferre, est ordinem episcoporum suorum ad originem recensere, ut ipse lib. 4 *Adversus Marcionem*, cap. 5, loquitur (ubi etiam vox hæc, *census*, legitur, prout libro primo contra eumdem et cap. 21 bis) : *Ordo tamen episcoporum ad originem recensus, in Jounnem stabit auctorem : sic et cæterarum generositas recognoscitur*, alibi, libros censuales vocat; verum de re dubia satis. Jun. — *Ἐπινομὴν δεδώκασιν*. Hæc μονήρης λέξις negotium fecit viris undequaque doctissimis. Eruditiss. Junius, *præscriptas officiorum vices;* clariss. Salmasius, *præceptum;* reverendiss. Usserius, *ordinem præscriptum;* illustriss. Marca, *formam*, optimus Hammondus, *seriem* aut *modum successionis, catalogum, distributionem*, aut *ordinationem* esse censent, et satis constabit contextus ratio, quocunque ex istis modis interpretemur. Sed quandoquidem certissimum est vocem νομήν eodem omnino esse in significatu cum verbo νέμω, atque etiam ἐπινέμω; et apud Herodianum ita passim conjungi, quemadmodum hic apud Clementem nostrum, cum verbo δίδωμι, simplissimam judico Hammondi versionem, atque eidem accedendum. Fell.

(96) *Καταστασθέντας*, etc. Locus, si quis alius, apprime utilis ad intelligendum quæ fuerint partes cleri et plebis, in episcoporum ordinatione. Κατάστασις ad apostolos et episcopos, συνευδόκησις ad plebem spectabat. Rem optime illustrat B. Cyprianus ep. 68 : *Diligenter de traditione divina et apostolica observatione servandum est et tenendum, quod apud nos quoque et fere per universas provincias tenetur, ut ad ordinationes rite celebrandas, ad eam plebem, cui præpositus ordinatur, episcopi ejusdem provinciæ proximi quique conveniant, et episcopus deligatur plebe præsente, quæ singulorum vitam plenissime novit, et uniuscujusque actum, de ejus conversatione perspexit; quod et apud vos factum videmus, in Sabini collegæ nostri ordinatione, ut de universæ fraternitatis suffragio, et de episcoporum, qui in præsentia convenerunt, quique de eo ad vos litteras fecerant, judicio episcopatus ei deferretur et manus ei in locum Basilidis imponeretur.* Ita in substituendo successore in locum Judæ proditoris, cum apostoli duos constituissent; fideles ex eorum mandato inquirunt, et ἐπισκοπῇ quadam episcopum designant, ἐπισκέπτοντες ἄνδρας μεμαρτυρημένους. Cujus rei, cum obiter mentionem fecisset, hanc causam assignat D. Cyprianus, modo laudatus: *Hoc tamdiligenter et caute convocata tota plebe gerebatur, ne quis ad altaris ministerium, vel ad sacerdotalem locum indignus obreperet.* Ita et Timotheus a B. Paulo ordinabatur, siquidem ἐμαρτυρεῖτο ὑπὸ τῶν ἐν Λύστροις καὶ Ἰκονίῳ ἀδελφῶν, Act. xvi. Verba Origenis hac ipsa in re legisse minime pœnitebit, ex hom. 6 *in Levit.*, ubi ait *requiri, in ordinando sacerdote præsentiam populi, ut sciant omnes et certi sint, quia qui præstantior est ex omni populo, qui doctior, qui sanctior, qui in omni virtute eminentior, ille eligitur ad sacerdotium, et hoc, adstante populo, ne qua postmodum retractatio cuipiam, ne quis scrupulus resideret.* Iste autem est plebis assensus, quem Theodoritus in causa Petri successoris Athanasii lib. iv, c. 18, describit, quod in illo ὁ λαὸς ἅπας ταῖς εὐφημίαις ἐδήλουν τὴν ἡδονήν. Fellus, *qui cum hisce confert ritus Ecclesiæ Anglicanæ in electione presbyterorum et episcoporum; quæ cum nihil ad Clementem facerent, omisimus.* Cot.

(97) *Ἀβαναύσως*. Vox Græca βάναυσος de iis artibus dicitur, quæ camini seu ignis subsidio opera conficiunt, atque inde ad quaslibet mecha-



Digitized by Google

portarunt; hos putamus officio injuste dejici. Neque enim leve erit nostrum peccatum, si eos qui citra querelam et sancte offerunt dona, ab episcopatu removerimus. Beati presbyteri, viam prius emensi, qui fructuosam perfectamque consecuti sunt dissolutionem; non enim verentur, ne quis eos transferat de loco ipsis constituto. Videmus enim, quod vos, nonnullos honeste viventes, ex administratione quam inculpate ac honorifice exsequebantur, dimovistis.

## CAPUT XLV.

Contentiosi estis, fratres, et in rebus quæ ad salutem non pertinent æmulatores. Diligenter inspicite Scripturas, Spiritus sancti vera oracula. At- A ὑπὸ πάντων, τούτους οὐ δικαίως νομίζομεν ἀποβεβλέσθαι τῆς λειτουργίας. Ἁμαρτία γὰρ οὐ μικρὰ ἡμῖν ἔσται, ἐὰν τοὺς ἀμέμπτως καὶ ὁσίως προσενεγκόντας τὰ δῶρα τῆς ἐπισκοπῆς ἀποβάλωμεν (98). Μακάριοι οἱ προοδοιπορήσαντες πρεσβύτεροι, οἵτινες ἔγκαρπον καὶ τελείαν ἔσχον τὴν ἀνάλυσιν· οὐ γὰρ εὐλαβοῦνται μή τις αὐτοὺς μεταστήσῃ ἀπὸ τοῦ ἱδρυμένου αὐτοῖς τόπου. Ὁρῶμεν γὰρ ὅτι ἐνίους ὑμεῖς μετηγάγετε καλῶς πολιτευομέν[ους,] ἐκ τῆς ἀμέμπτως αὐτοῖς τετιμημένης λειτουργίας (99).

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΜΕ'.

Φιλόνεικ[οί] ἐστε, ἀδελφοί, καὶ ζηλωταὶ περὶ [μὴ] ἀνηκόντων εἰς σωτηρίαν. Ἐν[κύπτετ]ε (100) εἰς τὰς Γραφάς, τὰς ἀληθεῖς [ῥήσεις] Πνεύματος τοῦ ἁγίου.

## VARIORUM NOTÆ.

nicas artes translata est. Unde Hieronymus lib. I *contra Pelagium*, artes omnes memorans, nominatimque grammaticam, rhetoricam, philosophiam aliasque liberales recensens, præmittit : *Ut taceam de his quas Græci* βαναύσους *vocant, nos ad opera manuum pertinere possumus dicere.* Veteribus autem hujusmodi artifices ab honoribus secludere solemne erat. At ministerium hic commendatur, quod non est hujusmodi illiberale. Qui vero singula hujus loci adjuncta de presbyteris qui a Corinthiis ejecti sunt, expenderit, facile assentiet, nullum inde permitti locum sententiæ, quæ hanc epistolam proxime post Petri et Pauli obitum anno 68, aut etiam 65, exeunte scriptam esse vult. Dum autem paulo inferius præmittit Clemens, *si eos ab episcopatu removerimus*, ac deinde proxime subjicit, *Beati presbyteri*, etc., sibi non secus atque Irenæo presbyteri atque episcopi nomina synonyma esse, eaque ad eamdem rem enuntiandam promiscue hoc loco usurpare se indicat. Coust.

(98) Ἁμαρτία γὰρ, κ. τ. λ. Jun. hunc locum ita reddebat : *Non enim leviter peccabimus, si eos repudiaverimus, qui sancte et sine reprehensione episcopatus munera offerunt :* minus recte conjungens τῆς ἐπισκοπῆς cum δῶρα, quod cum προσενεγκόντας erat construendum. Hunc errorem primus sustulit Hammondus in dissert. modo laudata. Gall. — Ἁμαρτία γὰρ οὐ μικρὰ ἡμῖν ἔσται, ἐὰν τοὺς ἀμέμπτως καὶ ὁσίως προσενεγκόντας τὰ δῶρα, τῆς ἐπισκοπῆς ἀποβάλωμεν. Sacerdotes dona seu munera Deo offerunt, preces fidelium, sacrificia incruenta, sanctam eucharistiam. Tertullianus IV *contra Marcionem* 9, agens de loco Matth. VIII, 4 : *Vade, ostende te sacerdoti, et offer munus quod præcepit Moyses*, ait : *Argumenta enim figurata, utpote prophetatæ legis, adhuc in suis imaginibus luebatur, quæ significabant hominem quondam peccatorem verbo mox Dei emaculatum, offerre debere munus Deo apud templum, orationem, scilicet, et actionem gratiarum apud Ecclesiam, per Christum Jesum catholicum Patris sacerdotem.* Sic apud Maximum ad caput 3 *Cœlestis hierarchiæ*, sacerdotium est τὸ δῶρον προσκομίζειν. Vide hic in *Constitutionibus apostolicis* II, 59; VIII, 5, 12, 13, et in Ignatio ad Smyrnæos cap. 7. Origenes hom. 13, *in Exodum : Cum suscipitis Corpus Domini, cum omni cautela et veneratione servatis, ne ex eo parum quid decidat, ne consecrati muneris aliquid dilabatur.* Dionysius *De ecclesiastica hierarchia*, cap. 3, τὰς δωρεὰς τῶν θεουργιῶν. Gregorius Nyssenus sub finem orationis II *contra Eunomium*, τὴν μυστικὴν δωροφορίαν. Gregorius Naz. Carm. Iamb. 15 :

Θεῷ δὲ δῶρον, θυσίαι καθάρσιοι,
Δῶρον δοχεῖον ἁγνόν, ἡ θεηδόχος
Τράπεζα.

*Munera sancta*, verba sunt Stephani II, papæ, ad B Pippinum regem, *id est Corpus Domini nostri Jesu Christi, in suis contaminatis vasis, quæ folles vocant, miserunt, et cibo carnium copioso saturati comedebant eadem munera.* In epistola *de morte Hieronymi*, ante finem : *O signum dilectionis inopinabilis, ut idem sit dator quod datum*, (ita lege cum editione antiqua Lugdunensi), *et donator idem sit quod ipsum donum.* Ab Æthiopibus quoque eucharistia dicitur appellari קורבן, quod interprete evangelista Marco cap. VII, vers. 11, est δῶρον. Quid plura? cum passim auctores hoc modo usurpent δῶρα, *munera, dona;* προσφέρειν, προσφορά, *sacrificium* vel *sacrificia offerre*, et similia. Est itaque hæc δώρων et δωρεᾶς acceptio jam a temporibus apostolicis usitata : atque a Judæis ad Christianos transiit. Casaubonum fugit ratio, seu potius memoria, quando in exercitatione 16, cap. 51, ista habet : *Aliquando Patribus Eucharistia dicitur* δῶρον ἐξιτήριον, *donum a discedente donatum. Sic scribit* C *Basilius in Homilia de charitate, Christum reliquisse* ἐξιτήριον δῶρον τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς, μέλλοντα συμπληροῦν τὴν ἐν σαρκὶ οἰκονομίαν. *Reliquisse, inquam, suis discipulis donum profectitium, cum inibi esset, ut dispensationem in carne sua impleret.* Non enim de Eucharistia loquitur magnus doctor, in epistola 77, unde locum excerpsit Symeon Logotheta oratione 3 *De charitate;* sed agit de pace, quam ἐξιτήριον δῶρον appellat ob Christi oraculum Joan. XIV, 27, quemadmodum et Gregorius Theologus ad finem orationis 14. Cot. — Δῶρα. Nemo veterum ita sine adjecto simpliciter locutus est; ambiguum enim velitne primitias, gratiarum actiones, eleemosynam, etc. Sanguis et Corpus Domini sunt dona Dei. Bern. — Τῆς ἐπισκοπῆς. Hanc vocem Junius errore gravi construxerat cum δῶρα, cum hoc debeat construi cum προσενεγκόντας. Fell. D

(99) Τετιμημένης λειτουργίας. Cum sedulam curam iis præstare soliti simus, quæ in honore ac pretio habemus, λειτουργίαν τιμὴν dicuntur, qui munera sua diligenter obeunt. Cyrillus *in Julianum* lib. VII, c. 243 : Ὅτι ζώου παντὸς ἀπεσχήμεθα καὶ τὸν τοῦ Πυθαγόρου τετιμήκαμεν λῆρον. Clementina Homil. 3, c. 59 : Μηδέποτε τὸ τῆς μοναρχίας τιμήσαντες ἀγαθόν. Eos intelligit, qui sententiam de unitate Dei fixam ratamque non servant. Similiter apud Platonem φοβεῖσθαι δόξαν idem valet ac ἐπεσθαι δόξῃ. Vide Theodoritum *Therap.* II, p. 27. Dav. Gall.

(100) Ἐγκύπτετε. Ita procul dubio ex cod. ms. legendum est : enim EN — E; qui usitatior est scribendi mos in hoc msto. Wott. Id.

Digitized by Google

Ἐπίτασθε (1) [ὅτι οὐ]δὲν ἄδικον οὐδὲ παραπε[ποιη-] μένον γέγραπται ἐν αὐταῖς· [οὐ γὰρ ε]ὑρήσετε δικαίους ἀποδε[δλημ]ένους ἀπὸ ὁσίων ἀνδρῶν. Ἐδιώχθησαν δίκαιοι, ἀλλ' ὑπὸ ἀνό[μω]ν· ἐνεφυλακίσθησαν (2), ἀλλ' ὑπὸ [ἀν]οσίων· ἐλιθάσθησαν ὑπὸ πα[ρα-] νόμων· ἀπεκτάνθησαν [ὑπ]ὸ τῶν μιαρῶν, καὶ ἄδικον ζῆλον [ἀ]νειληφοτων (3). Ταῦτα πάσχοντες εὐκλεῶς ἤνεγκαν. [Τί γ]ὰρ εἴπωμεν, ἀδελφοί; Δανιὴλ ὑπὸ τῶν φοβουμένων τὸν Θεὸν [ἐ]βλήθη εἰς λάκκον λεόντων; ἢ Ἀνανίας (4) καὶ Ἀζαρίας καὶ Μισαὴλ, ὑπὸ τῶν θρησκευόντων τὴν μεγαλοπρεπῆ καὶ ἔνδοξον θρησκείαν τοῦ Ὑψίστου, κατείρχθησαν εἰς κάμινον πυρός; μηδαμῶς τοῦτο γένοιτο. Τίνες οὖν οἱ ταῦτα δράσαντες; οἱ στυγητοὶ καὶ πάσης κακίας πλήρεις, εἰς τοσοῦτο ἐξήρισαν θυμοῦ (5), ὥστε τοὺς ἐν ὁσίᾳ καὶ ἀμώμῳ προθέσει δουλεύοντας τῷ Θεῷ εἰς αἰκίαν περιβαλεῖν (6)· μὴ εἰδότες ὅτι ὁ Ὕψιστος ὑπέρμαχος καὶ ὑπερασπιστής ἐστιν τῶν ἐν καθαρᾷ συνειδήσει λατρευόντων τῷ [πα]ναρέτῳ (7) ὀνόματι αὐτοῦ· ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν. Οἱ δὲ ὑπομένοντες ἐν πεποιθήσει, δόξαν καὶ τιμὴν ἐκληρονόμησαν· ἐπήρθησάν τε καὶ ἔπαφροι (8) ἐγένοντο ἀπὸ τοῦ Θεοῦ ἐν τῷ μνημοσύνῳ αὐτῶν, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

A tendite, nihil injustum, neque perversum in illis scriptum esse. Non enim invenietis justos ab hominibus sanctis depulsos. Persecutionem passi sunt justi, sed ab iniquis: in carcerem sunt conjecti, sed ab impiis, lapidati sunt a nefariis; occisi a scelestis et injusto zelo abreptis. Hæc passi, bono animo tulerunt. Quid enim dicemus, fratres? Daniel [66] in specum leonum ab hominibus Deum timentibus conjectus est? An Ananias, Azarias et Misael [66], ab eis qui magnificum et nobilem Altissimi cultum observabant, conclusi sunt in fornacem ignis? Absit prorsus. Quinam igitur hæc patrarunt? Homines odio ac exsecratione digni, et omni malitia pleni, eo furoris proruperunt, ut B viros in sancto et inculpato proposito Deo servientes, contumeliis ac tormentis affecerint; nescientes, Altissimum esse propugnatorem et protectorem eorum, qui in pura conscientia potentissimo nomini ejus inserviunt: cui gloria in sæcula sæculorum. Amen. Hi vero in fiducia sustinentes, gloriæ et honoris hæredes facti sunt; atque exaltati sunt beatique effecti a Deo in memoria ipsorum, in sæcula sæculorum. Amen.

[66] Dan. vi, 26. [66] Dan. iii, 21.

## VARIORUM NOTÆ.

(1) *Ἐπίτασθε.* Sic ms. Sic etiam editi. At Wott. Colomesium secutus, leg. ἐπίστασθε, vertitque, *discite.* Cout. autem, aliter ac reliqui editores, hunc locum ita distinguit: Ἐ[γκύπτετ]ε εἰς τὰς γραφὰς, τὰς ἀληθεῖς [ῥήσεις] Πνεύματος τοῦ ἁγίου ἐπίστασθε· [οὐ] δὲν ἄδικον, οὐδὲ παραπε[ποιη]μένον γέγραπται ἐν αὐταῖς: *Diligenter inspicite Scripturas, Spiritus sancti vera oracula attendite: nihil in illis injustum neque perversum scriptum est.* Gall.

(2) *Ἐνεφυλακίσθησαν.* Sic Wott. ex ms. quem sequitur et edit. Londin. Al. ἐφυλάχθησαν. Id.

(3) *Ἀνειληφότων.* Ms. ita se habet: ... νειληφοτων. Legit igitur Wott. [ἀ]νειληφότων. Ita et edit. Londin. Al. [παρ]ειληφότων. Id.

(4) *Ἡ Ἀναρίας.* In ms. ante Ἀνανίας litteræ spatium exstat. Wott. articulum ὁ reponit. Sed magis placet ἡ cum Dav. Editi utrumque omittunt. Id.

(5) *Ἐξήρισαν.* Mira inter viros eruditos de hac voce dissensio. Al. ἐξήρθησαν. Al. ἐξήλασαν, vel ἐξῆεσαν. Al. aliter. Birr. mallei ἐξήρθησάν: at ipsi scrupulum injicit Hesychius, apud quem legitur: Ἐξήρησαν, ἐξώρμησαν. Id. — *Εἰς τοσοῦτο ἐξήρισαν θυμοῦ.* Boisius legendum putat, ἐξήρθησαν vel ἐξηγριώθησαν, vel ἐξηρίσθησαν. Quid si ἐξέκαυσάν, ut in initio, εἰς τοσοῦτον ἀπονοίας ἐξέκαυσαν, licet litterarum affinitas huic lectioni non adeo faveat, vel ἐξέῤῥιψαν, scil. ἑαυτούς, phrasi Græcis et Latinis scriptoribus non inusitata. Jun.

(6) *Εἰς αἰκίαν περιβαλεῖν.* Et hic varia fertur virorum doctorum sententia. Ms. lectionem retinet Wott. vertitque: *Ut — tormentis injecerint.* Sic quoque Wanley Anglice, Dav. εἰς αἰκίαν προβαλεῖν. Birr. vero suspicatur, scripsisse Clementem, εἰς αἰκίαν πυρὶ περιβαλεῖν: *Ut in cruciatum* (id est excruciandi causa) *igne circumdarent;* vocemque πυρὶ ob sequens περι. excidisse: quod sane obvium; præsertim si oratio ex dictantis ore fuisset excepta. Emendationem confirmat ex eo, quod verbum istud, simili in re adhibitum, tertium casum fere adsciscat, licet aliter Clerico visum. Gloss. Cyrill. Περιβάλλω πράγματι ἢ τιμωρίᾳ, *Afficio.* Quibus si locus est, sic equidem mire conspirat cum historia narratio, neque temeritatis arguenda conjectura videtur. Gall.

(7) *Παναρέτῳ.* Legunt editi cum Jun. ἐναρέτῳ. At ms. non agnoscit ε, exhibetque — ναρετῳ, cum spatio duarum saltem litterarum. Restituo igitur [πα]ναρέτῳ. Wott. Hanc lectionem sequitur et edit. Lond. Id.

(8) *Ἔπαφροι.* Hic quoque locus variis conjecturis tentatus. Al. ἐλαφριζόμενοι. Al. ἐλαφροί, vel ἔπαυροι, vel ἀνέπαφοι. Ruchato maxime probatur ἔπαυροι, quæ lectio non est Cler. ut ipse putat, sed Cotel., eamque ideo sequitur, quod Græci diphthongum αυ pronuntiarent ac si scripta esset αφ. Birr. autem legendum arbitratur ἔπαρχοι, quæ vox occurrit quoque cap. 37, vel certe ἔφοροι, suadente sacra historia Dan. iii, 30. Nullam harum lectionum admittens Dav. integrum hunc locum sic legit: Ἐπήρθησαν δὲ καὶ ἐπαιθέριοι ἐγένοντο ἀπὸ τοῦ Θεοῦ· ἔστω μνημόσυνον αὐτῶν εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν. Id. — *Ἔπαφροι ἐγένοντο.* Boisius legit ἔλαφροι vel ἀνέπαφοι. Ego malim ἐλαφριζόμενοι legere, cum Philone Judæo, qui hanc vocem cum ἐπικουφίζεσθαι eamdem facit, et saepius conjungit. Sic περὶ φυτουργίας· Τότε δὲ ὑπὸ τῆς σωτηρίου παιδείας ἐπικουφιζομένην καὶ ἐπελαφριζομένην, οὐδὲν ἴσχυσε βλάψαι. Et de mundo: Τῆς γεώδους καὶ βάρος ἐχούσης οὐσίας ἐπελαφρισθείσης, καὶ τὸν ἄνω τόπον ἀντιλαβούσης. Synesius de insomniis voce simplici in eadem significatione utitur: Τῆς τε ἁρίστης ἕξεως ἐν ψυχαῖς ἐλαφριζούσης αὐτὸν καὶ ἐναπορεγνυμένης κηλῖδα τῆς χείρονος. Non sum nescius tamen Chrysost. hom. 44 *in Genesin,* ubi comparationem inter tres pueros in caminum ignis conjectos, et Josephum ejusque continentiam et castitatem instituit, voce ἀνέπαφον uti, quam lectionem non improbo. Ejus verba ita se habent: Οὐχ οὕτω θαυμαστὸν εἶναί μοι δοκεῖ, τὸ τοὺς τρεῖς παῖδας ἐκείνους, ἐν μέσῃ τῇ καμίνῳ τῇ Βαβυλωνίᾳ ἐκείνῃ, τοῦ πυρὸς ἀνωτέρους γενέσθαι, καὶ μηδὲν πλέον τὰ σώματα αὐτῶν παθεῖν, ὡς θαυμαστὸν καὶ παράδοξον, τὸν δίκαιον τοῦτον εἰς

Digitized by Google

## CAPUT XLVI.

Talibus itaque exemplis et nos adhærere oportet, fratres. Scriptum enim est : *Sanctis vos adjungite; quia qui illis adhærent, sanctificabuntur.* Et rursus in alio loco dicit : *Cum viro innocente innocens eris, et cum electo electus eris, et cum perverso perverteris* [87]. Quare innocentibus et justis jungamus nos : ii quippe sunt electi Dei. Utquid inter vos sunt contentiones, iræ, dissensiones, schismata et bellum? Nonne nobis unus est Deus, et unus Christus, et unus Spiritus gratiæ qui effusus est super nos, et una vocatio in Christo? Cur diducimus et distrahimus membra Christi [88], et contra proprium corpus seditionem movemus; eoque vesaniæ devenimus, ut alios aliorum membra esse obliviscamur? Recordamini verborum Jesu Domini nostri. Dixit enim : *Væ homini illi : bonum erat ei, si natus non fuisset* [89],

A

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Μς'.

Τοιούτοις οὖν ὑποδείγμασι κολληθῆναι καὶ ἡμᾶς δεῖ, ἀδελφοί. Γέγραπται γάρ· *Κολλᾶσθε* (9) *τοῖς ἁγίοις, ὅτι οἱ κολλώμενοι αὐτοῖς ἁγιασθήσονται.* Καὶ πάλιν ἐν ἑτέρῳ τόπῳ λέγει· *Μετὰ ἀνδρὸς ἀθώου ἀθῶος ἔσῃ, καὶ μετ' ἐκλεκτοῦ ἐκλεκτὸς ἔσῃ* (10), *καὶ μετὰ στρεβλοῦ διαστρέψεις.* Κολληθῶμεν οὖν τοῖς ἀθώοις καὶ δικαίοις· εἰσὶν δὲ οὗτοι ἐκλεκτοὶ τοῦ Θεοῦ. Ἵ[να] τί ἔρεις, καὶ θυμοί, καὶ διχοστασίαι, καὶ σχίσματα, πόλεμός τε ἐν ὑμῖν; ἢ οὐχὶ ἕνα Θεὸν ἔχομεν (11), καὶ ἕνα Χριστὸν, καὶ ἓν Πνεῦμα τῆς χάριτος τὸ ἐκχυθὲν ἐφ' ἡμᾶς, καὶ μία κλῆσις ἐν Χριστῷ; ἵνα τί διέλκομεν (12) καὶ διασπῶμεν τὰ μέλη τοῦ Χριστοῦ, καὶ στασιάζομεν πρὸς τὸ σῶμα τὸ ἴδιον, καὶ εἰς τοσαύτην ἀπόνοιαν ἐρχόμεθα, ὥστε ἐπιλαθέσθαι ἡμᾶς ὅτι μέλη ἐσμὲν ἀλλήλων; Μνήσθητε τῶν λόγων Ἰησοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν. Εἶπε γάρ (13)· *Οὐαὶ*

B

[87] Psal. xvii, 26, 27. [88] Rom. xii, 5. [89] Matth. xxvi, 24.

## VARIORUM NOTÆ.

τὴν κάμινον ταύτην, τὴν τῆς Βαβυλωνίας χαλεπωτέραν, ἐμπεπτωκότα, τὴν ἀσέλγειαν λέγω τῆς Αἰγυπτίας, ἀνέπαφον διαμεῖναι, καὶ καθαρὸν τῆς σωφροσύνης τὸ ἔνδυμα διατηρήσαντα, οὕτως ἐξελθεῖν. Jun. — *Ἐπαφροι.* Fortasse hæc vox non prorsus absurde retineri poterit, ut sensus sit, eos qui per patientiam Deum honorarunt, ab ipso exaltatos, niveoque candore nitentes, apud eum in æterna memoria esse. Ἔπαφρον dicitur, apud Galenum, et alios quod, spuma obductum renitet et albescit; στολὰς autem λευκὰς esse gloriæ cœlestis habitum abunde novimus, adeoque is festivæ omnis lætitiæ color; ut a B. Juda qui *in pudendis gloriantur*, et laudi ducunt, ab ipso describi meruerint, ut sint ἐπαφρίζοντες τὰς ἑαυτῶν αἰσχύνας. Fell.

(9) *Κολλᾶσθε*, κ. τ. λ. Hunc locum in Scripturis non inveni, ac fortasse non ad verbum, sed ad sensum productus est, nec ex uno sed ex pluribus textibus. *Sapientiæ* Sir. vi. 35 : Τίς σοφός; αὐτῷ προσκολλήθητι· 1 Cor. vii, 14 : *Sanctificatus est vir infidelis per mulierem fidelem, et sanctificata est mulier infidelis per virum fidelem.* Sic Cotel. a quo tamen Cout. dissentit. Laudat hæc S. Patris verba Clemens Alex. *Στρωμ.* lib. v, cap. 8, pag 677, sed ordine inverso. Gall. — Monet Cotelerius se nusquam in Scripturis hunc locum invenisse, eumque ex pluribus textibus conflatum conjectat, puta ex his Ecclesiastici vi, 35 : Τίς σοφός; αὐτῷ προσκολλήθητι, et ex 1 Cor. vii, 14, ubi vir infidelis per mulierem fidelem, et mulier infidelis per virum fidelem sanctificari dicitur. Facilius hoc darem, si tantum legere esset : *Scriptum est enim, quia qui sanctis adhærent, sanctificabuntur*, nec subjungeretur alter disertus Scripturæ textus. Joan. Clericus *Artis crit.* p. 3, sect. 2, c. 5, n. 12, observat similem esse locum Clementis Alexandrini *Strom.*, lib. v, p. 572, ita enuntiatum : Γέγραπται δέ· « Μετὰ ἀνδρὸς ἀθώου ἀθῶος ἔσῃ, καὶ μετὰ ἐκλεκτοῦ ἐκλεκτὸς ἔσῃ, καὶ μετὰ στρεβλοῦ διαστρέψεις. » Κολλᾶσθαι οὖν τοῖς ἁγίοις προσήκει, ὅτι οἱ κολλώμενοι αὐτοῖς ἁγιασθήσονται. *Scriptum est autem :* « *Cum viro innocente innocens eris, et cum electo electus eris, et cum perverso perverteris.* » *Adhærere ergo par est sanctis, quia qui adhærent eis sanctificabuntur.* Atque is est primus locus, ex quo notat vir eruditus Clementis nostri epistolam nonnullis videri interpolatam, utpote in quam hæc Clementis Alexandrini verba mutato eorum ordine transiata judicent. Sed cur non potius hunc ibi Clementem nostrum imitari censeamus? maxime cum alibi ejus verba exscribat interdum, et ea aut paucioribus perstringendo, aut pluribus interpolando imitari convincatur. Nobis quidem, qui ignoramus ubi scriptum sit : *Sanctis vos adjungite*, etc., verborum Clementis Alexandrini ordo videtur concinnior. Sed forte hunc ea ipsa ratio, quia unde sumpta esset illa sententia nesciebat, adduxit, ut totius loci ordinem interverteret, neque Clementis nostri nomine eum laudaret. Cout.

(10) *Καὶ μετ' ἐκλεκτοῦ ἐκλεκτὸς ἔσῃ.* Hæc desunt codd. impp. quæ tamen exstant in ms. apud Wott. Ea quoque agnoscit Jun. versio, quæ sic se habet : *Et cum electo electus eris.* Hinc non ipsi, sed typothetæ vitio vertenda hæc omissio. Editio Londin. Wottonianam expressit in Græcis, sed Latina non restituit. Gall.

(11) *Ἢ οὐχὶ ἕνα Θεὸν ἔχομεν.* Frey. hunc locum ita distinguit, ut duas complectatur sententias : *Nonne habemus unum Deum, et unum Christum, et unum Spiritum gratiæ in nos effusum? Nonne una nobis est in Christo vocatio?* Videtur S. Pater respexisse ad Ephes. iv, 4, 5, 6. Confer etiam 1 Cor. xii. Cæterum simile dictum S. Clementis recitat S. Basilius *de Spiritu sancto*, quod infra inter *Fragmenta* reperies. Id.

(12) *Ἵνα τί διέλκομεν*, κ. τ. λ. In eamdem sententiam S. Pater superius cap. 38 : Σωζέσθω οὖν ἡμῶν ὅλον τὸ σῶμα ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. Tertullianus *Apolog.*, cap. 39 : *Corpus sumus de conscientia religionis, et disciplinæ divinitate, et spei fœdere.* Id.

(13) *Εἶπε γάρ.* Quod antiquis non insolens fuit, multa testimonia in unum conjungit : nempe Matth. xxvi, 24; Luc. xvii, 2; Matth. xviii, 6, et Marc. ix, 42; Ac in Marco, aut in Luca, aut in utroque reperisse videtur περιτεθῇ pro hodierno περίκειται sicque in Luca exhibet codex Evangeliorum ms. qui est bibliothecæ Regiæ, 2247. Vulgata, *imponatur*. Verbo etiam περιτεθῆναι utitur Theophylactus eum evangelistam enarrans, necnon Origenes ad Matthæi cap. xviii. Et vero eadem divinorum eloquiorum compages struitur a Clemente Alexandrino ad finem Centonis 3, ubi cognominis sui Romani verba mutuatur : nec multum absimilis, a Tertulliano lib. iv *adversus Marcionem*, cap. 35, sic : *Conversus ibidem ad discipulos. Væ, dicit, auctori scandalorum : expedisset ei si natus non fuisset, aut si molino saxo ad collum deligato præcipitatus esset in profundum, quam unum ex illis modicis, utique discipulis ejus, scandalizasset*, ab Origene homil. 25 *in Numeros : Sicut et Dominus designat, cum dicit, quia melius fuerat homini illi non nasci, aut mutum*

C

D

τῷ ἀνθρώπῳ ἐκείνῳ· καλὸν ἦν αὐτῷ εἰ (14) οὐκ ἐγεννήθη, ἢ ἕνα τῶν ἐκλεκτῶν μου σκανδαλίσαι· κρεῖττον ἦν αὐτῷ περιτεθῆναι μύλον, καὶ καταποντισθῆναι εἰς τὴν θάλασσαν, ἢ ἕνα τῶν μικρῶν μου σκανδαλίσαι. Τὸ σχίσμα ὑμῶν πολλοὺς διέστρεψεν, πολλοὺς εἰς ἀθυμίαν ἔβαλεν, πολλοὺς εἰς δισταγμόν, τοὺς πάντας ἡμᾶς εἰς λύπην· καὶ ἐπίμονος ὑμῶν ἐστιν ἡ στάσις.

quam ut unum ex electis meis scandalizaret [60]: melius erat, ut ei mola circumponeretur, et in mare demergeretur, quam ut unum de pusillis meis scandalizaret [61]. Schisma vestrum multos pervertit; multos in animi dejectionem, multos in vacillationem, omnes nos in tristitiam conjecit: et adhuc seditio vestra persistit.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΜΖ'.

Ἀναλάβετε τὴν Ἐπιστολὴν τοῦ μακαρίου Παύλου τοῦ ἀποστόλου. Τί πρῶτον ὑμῖν ἐν ἀρχῇ τοῦ Εὐαγγελίου (15)

## CAPUT XLVII.

Sumite Epistolam beati Pauli apostoli. Quid primum vobis in principio Evangelii scripsit? Pro-

[60] Matt. XVIII, 6. [61] Marc. IX, 41; Luc. XVII, 2.

## VARIORUM NOTÆ.

*asinariam alligari circa collum ejus, et præcipitari in profundum maris, quam ut scandalizet unum de pusillis istis*; item ab auctore dialogorum *contra Marcionistas*, inter Origeniana opera, dialogo I, post medium: *Sic enim ipse Christus, sententiam tulit dicens: Væ homini illi, per quem Filius hominis traditur; melius erat illi, si natus non fuisset, vel postquam natus esset, ut mola asinaria ei appenderetur, et in profundum maris demergeretur*, necnon ab Hilario ad psalm. CXVIII, 167: *Quia secundum Evangelium, utilius sit in vitam non venisse, quam scandalum minimis intulisse.* Atque colligi potest ex locis Tertulliani ac Origenis, nonnulla exemplaria evangelica habuisse περιδεῖται. Certe in Latino Euthymio legimus Lucæ XVII: *Expedit illi, ut mola asinaria alligetur ad collum ejus*, idemque verbum in hoc Christi sermone usurpant non pauci, ut scriptor tractatus *De cœna Domini*, in Cyprianicis operibus; Hilarius *in Matthæum*, canone 18, Paulinus presbyter in *Vita S. Ambrosii*, et Hieronymus lib. I *contra Jovinianum*, cap. 13, ad Ezechielis capita XVI, XXXIII, XXXIV, ad Mich. III, et ad Malachiæ II. *Quod si is*, verba sunt tractatus *ad Virginem lapsam*, cap. 7, tom. IV S. Ambrosii, *qui unum scandalizaverit, mola circumligatus jactari debet in mare.* Prædictæ porro compagis eruenda ratio ex Commentario B. Hieronymi ad Matth. XVIII, 7: *Simulque*, inquit, *per generalem sententiam percutitur Judas, qui proditioni animum præparaverat.* Cot. — An duos Evangelii ejusdem locos Clemens hic in unum conflasse censendus sit, merito quæratur, ut quod Christus Matth. XVIII de scandalorum auctore, et quod ibid. XXVI de Juda proditore dixit, simul conjungeret. Nempe et ab aliis, quos Cotelerius citat, simul utrumque conjunctum reperimus. Habes namque apud Tertullianum lib. IV *adv. Marcion.*, c. 35: *Væ dicit auctori*, etc. Apud Origenem vero homil. 25 *in Numeros*: *Sicut et Dominus designat*, etc. His concinit auctor dialogi 1 *contra Marcionist.* apud eumdem Origenem post med.: *Sic enim ipse Christus*, etc. Denique Hilarius in psal. CXVIII, lit. 21, n. 6, docet, *quia secundum Evangelium, utilius sit in vitam non venisse, quam scandalum minimis intulisse.* Ex quo Hilarii loco, sicut ex superiore dialogi 1 *contra Marcionistas*, et aliis apparet, olim sermoni Christi de proditione Judæ nonnulla etiam de scandalis scandalizantium que pœnis fuisse adjuncta. Lectionis hujus quædam restant vestigia in veteri exemplari Græco colleg. Gonvill. et Caii Cant. citato inter variantes lectiones edit. Oxon. Nempe Matth. XXVI, 24, ubi alii codices præseferunt: Οὐαὶ δὲ τῷ ἀνθρώπῳ ἐκείνῳ δι' οὗ ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου παραδίδωται. prædictum exemplar habet: Οὐαὶ δὲ τῷ ἀνθρώπῳ δι' οὗ σκάνδαλα γίνονται καὶ ὁ Υἱὸς ἀνθρώπου παραδίδοται. Tum sequitur in aliis codicibus, καλὸν ἦν αὐτῷ εἰ οὐκ ἐγεννήθη, etc. Quocirca nihil erat cur *Artis criticæ* auctor eadem Christi verba eumdem modo apud Clementem, *Strom.*, lib. III, pag. 472 relata offendens, istud in loco superius citato pronuntiaret: *Neminem esse puto, qui a se impetrare possit, ut credat utrumque* (Clementem) *casu duo loca hæc conjunxisse et eodem modo immutasse, aut Clementem Alexandrinum citasse Evangelia ex Clemente Romano. Sed nihil vetat nos censere hominem, qui Alexandrini Clementis verba alibi miscuit cum verbis Scripturæ, ex eo temere hæc sumpsisse.* Quod cum asserit, primum pro certo ponit hic aliquid verbis evangelicis ab alterutro Clemente de suo fuisse adjectum. At ex mox citatis Patribus appareret, quædam olim vulgata fuisse Evangeliorum exemplaria, in quibus conjuncta erant duo illa loca, quæ Clemens Alexandrinus Romanusque conjungunt. Non igitur casu, sed ex hujusmodi exemplarium fide ea ab utroque conjuncta jure credamus. Deinde nec illud certum, quod vir eruditus unico motus loco quem proxime expendimus, pro confesso haberi vult, huic Clementis Romani epistolæ quidquam, quod ex verbis Clementis Alexandrini sumptum esset, fuisse admistum. Contra indubitatum est Clementem Alexandrinum e Clementis Romani epistola multa fuisse mutuatum. Quare si alterutrum ex altero hunc locum exscripsisse fatendum est, ex hac epistola potius in *Stromata*, quam e *Str. matibus* in hanc epistolam translatum esse ratio suadet. Coust.

(14) *Αὐτῷ εἰ.* Jun aliique interponendum h. l. censent μᾶλλον. At cur ita demum? Neque enim sacer textus Matth. XXVI, 24, unde partem hanc sententiæ Clemens procul dubio deduxit, neque Clemens Alex. qui hæc exscr psit, agnoscunt. Ita ferme Mill. et Wott. Gall.

(15) *Ἐν ἀρχῇ τοῦ Εὐαγγελίου.* Hoc est, inquiunt viri docti, in principio Epistolæ primæ ad Corinthios. Evangelii, scilicet, nomine comprehenditur totum Testamentum Novum, ut cernere est *Constitut. apostolic.*, lib. I, c. 5, utque docet Origenes præfatione Commentariorum in Joannem. Unde ab eodem Adamantio ad *Matth.* XXI, 45, locus I Cor. XII, 15, et a Gregorio Nysseno ad Theophilum Alexandrinum *contra Apollinarem*, locus I Joann. V, 19, tanquam Evangelii citantur. Sit ergo *in principio Evangelii*, idem ac apud Clementis imitatorem Polycarpum, cap. 11: *In principio Epistolæ.* Forte tamen principium Evangelii hic denotat prima prædicationis evangelicæ tempora. Philipp. I, 5: Ἐπὶ τῇ κοινωνίᾳ ὑμῶν εἰς τὸ Εὐαγγέλιον, ἀπὸ πρώτης ἡμέρας ἄχρι τοῦ νῦν. Et cap. IV, vers. 15: Οἴδατε δὲ καὶ ὑμεῖς, Φιλιππήσιοι, ὅτι ἐν ἀρχῇ τοῦ Εὐαγγελίου, ὅτε ἐξῆλθον ἀπὸ Μακεδονίας, οὐδεμία μοι Ἐκκλησία ἐκοινώνησεν εἰς λόγον δόσεως καὶ λήψεως, εἰ μὴ ὑμεῖς μόνοι. Quare in hoc ipso capite Corinthiacam Ecclesiam noster Ἀρχαΐαν appellat, ἐξ Ἀρχαίων χρόνων, ait Polycarpus initio Epistolæ suæ ad Philippenses. Quippe erant duæ istæ Ecclesiæ ex numero apostolicarum: *Quæ ab apostolis fuerunt conditæ; quæ aliquem ex apostolis auctorem suum proferunt; quæ apostolorum alumnæ extiterunt; quæque apostolicas epistolas accipere meru-*

Digitized by Google

fecto in Spiritu ad vos litteras dedit de seipso et Cepha et Apollo [62] (17), quia etiam tum diversa in studia scissi eratis. Sed varia illa animorum inclinatio minus peccatum vobis intulit : propendebatis enim in apostolos testatæ sanctitatis, et in virum ab illis probatum. Nunc vero quinam vos perverterint, et nominatissimi vestri fraterni amoris imminuerint decus, animadvertite. Turpia sunt, dilecti, ac valde turpia, et Christiana conversatione indigna, audiri firmissimam et antiquam Corinthiorum Ecclesiam propter unum aut alterum hominem contra presbyteros seditionem movere. Atque is rumor non tantum ad nos pervenit; sed ad eos quoque qui a nobis alieni sunt animo et sententia ; adeo ut propter vestram insipientiam [63], etiam blasphemiæ nomini Domini inferantur, vobis autem periculum creetur.

A ἔγραψεν ; ἐπ' ἀληθείας πνευματικῶς ἐπέστειλεν ὑμῖν, περὶ αὐτοῦ τε καὶ Κηφᾶτε (16) καὶ Ἀπόλλω, διὰ τὸ καὶ τότε προσκλίσεις ὑμᾶς πεποιῆσθαι. Ἀλλ' ἡ πρόσκλισις ἡ ἐκείνη (18) ἧττον ἁμαρτίαν (19) ὑμῖν προσήνεγκεν· προσεκλίθητε γὰρ ἀποστόλοις μεμαρτυρημένοις, καὶ ἀνδρὶ δεδοκιμασμένῳ παρ' αὐτοῖς. Νυνὶ δὲ καταμάθετε τίνες ὑμᾶς διέστρεψαν, καὶ τὸ σεμνὸν τῆς περιβοήτου φιλαδελφίας ὑμῶν ἐμείωσαν (20). Αἰσχρά, ἀγαπητοί, καὶ λίαν αἰσχρὰ, καὶ ἀνάξια τῆς ἐν Χριστῷ ἀγωγῆς, ἀκούεσθαι, τὴν βεβαιοτάτην, καὶ ἀρχαίαν (21) Κορινθίων Ἐκκλησίαν, δι' ἓν ἢ δύο πρόσωπα, στασιάζειν πρὸς τοὺς πρεσβυτέρους. Καὶ αὕτη ἡ ἀκοὴ οὐ μόνον εἰς ἡμᾶς ἐχώρησεν, ἀλλὰ καὶ εἰς τοὺς ἑτεροκλινεῖς ὑπάρχοντας ἀφ' ἡμῶν· ὥστε καὶ βλασφημίας ἐπιφέρεσθαι τῷ ὀνόματι Κυρίου, διὰ τὴν ὑμετέραν ἀφροσύνην, ἑαυτοῖς δὲ κίνδυνον ἐπεξεργάζεσθαι.

## CAPUT XLVIII.

Auferamus igitur hoc celeriter, et Domino accidamus, et plangamus orantes eum, ut propitius factus nobis reconcilietur, nosque decoræ et castæ fraterni amoris conversationi nostræ restituat. Hæc enim est porta justitiæ ad vitam aperta, sicut scriptum est : *Aperite mihi portas justitiæ; ingres-*

B

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΜΗ'.

Ἐξάρωμεν οὖν τοῦτο ἐν τάχει, καὶ προσπέσωμεν τῷ Δεσπότῃ, καὶ κλαύσωμεν ἱκετεύοντες αὐτὸν, ὅπως ἵλεως γενόμενος ἐπικαταλλαγῇ ἡμῖν, καὶ ἐπὶ τὴν σεμνὴν τῆς φιλαδελφίας ἡμῶν (22) ἁγνὴν (23) ἀγωγὴν ἀποκαταστήσῃ ἡμᾶς. Πύλη γὰρ δικαιοσύνης ἀνεῳγυῖα εἰς ζωὴν αὕτη, καθὼς γέγραπται· Ἀνοί-

[62] I Cor. I, 12, seq. [63] Rom. II, 24 ; I Tim. VI, 1.

## VARIORUM NOTÆ.

*sunt;* ut usurpem dicta Tertulliani *De virginibus velandis*, cap. 2; *De præscriptione hæreticorum*, cap. 52; lib. IV *adversus Marcionem*, cap. 5; et Augustini II *De doctrina christiana*, 8. Alio sensu Hieronymus lib. II, *contra Jovinianum*, cap. 11, scribit : *In foribus Evangelii, Anna, filia Phanuelis, univira inducitur semperque jejunans*, et ante eum Tertullianus *De jejuniis*, cap. 8 : *In limine Evangelii, Anna*, etc. *Fores* enim ac *limen* Evangelii dicuntur tempora præcedentia mox secuturum Evangelium, quod teste Hieronymo, I *in Jovin.* 14 ante crucem Christi pon est. Cot. — Εὐαγγέλιον hoc loco late sumitur, et apostolorum scripta comprehendit, ut apud Nyssenum, qui contra Apollinarem locum ex Epistola Joannis laudans, scribit : Καθώς φησι τὸ Εὐαγγέλιον, ὅλον τότε τὸν κόσμον ἐν τῷ πονηρῷ κεῖσθαι. Sic *legis* nomine non tantum Pentateuchus Moysis, sed prophetarum etiam interpretationes, et reliqui Veteris Testamenti libri intelliguntur. Unde Joannis cap. X, 34, locus Psalmistæ : Ἐγὼ εἶπα, Θεοί ἐστε, scriptus esse dicitur ἐν τῷ νόμῳ· et cap. XV ejusdem Evangelii, vers. 25 : Ὅτι ἐμίσησάν με δωρεάν, quæ verba sunt Psalmistæ, psal. XXXIV, 19 : Ἐν τῷ νόμῳ, scripta esse dicuntur, et ad I Corinth. XIV, 21, locus Isaiæ, et Apostolo ἐν νόμῳ scriptus esse dicitur. Ignorantia hujus latioris acceptionis in errorem quosdam induxit, qui Moysis tantum quinque libros a LXX Senioribus in linguam Græcam versos esse opinantur, quia apud quosdam Patres inveniatur, ex Hebraico fonte illos τὸν νόμον transtulisse, ac si *legis* nomine, libri Moysis tantum intelligendi essent; sed de versione τῶν Ο' alias fortasse commodior disserendi occasio dabitur. Jun.

C

D

(16) *Κηφᾶ τε.* Editis deest τε, quod exhibet ms. apud Wott. Gall.

(17) Cepham memoratum I Corinth. I, 12, et III, 22, Petrum intelligit. Nam quod alius Cephas a Petro agnosci non debeat, nos docent Hieronymus, Claudius Taurinensis, et Anselmus, ad Galat. c. II, ubi contrariam refellunt sententiam, de qua consule etiam Eusebium *Hist. eccl.*, lib. I, cap. 12; Theophylactum eum Œcumenio ad prædictum Galat. caput, necnon Dorotheum in Synopsi. Videntur autem qui hoc modo senserunt, habuisse nomen Cephæ in codicibus suis Galat. II, 11, 14, ut colligere licet cum ex Eusebio, tum ex quibusdam editionibus ac interpretibus. Cot. — Aperte hic docet Clemens Cepham, cujus Paulus I Cor. I, 10 meminit, non unum e septuaginta discipulis Christi, sed apostolum celeberrimum exstitisse. Ubi enim his Pauli verbis : *Ego quidem sum Pauli, ego autem Apollo, ego vero Cephæ*, apostolos celeberrimos et virum ab illis probatum significari prædicat, perspicuum est eum et Paulum et Cepham duos apostolos celeberrimos, et Apollo virum ab utroque probatum intelligere. Sic porro locum illum interpretatur, licet in eo Cephas non primus, sed tertius appelletur, Copst.

(18) *Ἡ ἐκείνη.* Sic Wott. ex ms. At codd. impp. omittunt ἡ. Gall.

(19) *Ἧττον ἁμαρτίαν.* Legendum, ἥττονα ἁμαρτίαν. Sic Joann. XVII, 11 : Διὰ τοῦτο, ὁ παραδιδούς μέ σοι μείζονα ἁμαρτίαν ἔχει. Omisit, ut fit, librarius ultimam prioris vocis litteram, quod ab eadem littera vox posterior inciperet. Dav. Gall.

(20) *Τὸ σεμνὸν... ἐμείωσαν.* Τὸ σεμνὸν μειοῦν, id est *majestatem minuere*, formula est loquendi, quæ ad Romanorum consuetudinem propius aliquanto accedat. Clemens patria Romanus fuit. Bois. Ip.

(21) *Ἀρχαίαν.* Loquitur hic B. Clemens non absolute sed comparate ad alias Ecclesias ab apostolis fundatas. Non erat itaque cur locus iste sapientissimum Bignonium torqueret. Colon.

(22) *Ἡμῶν.* Deest hæc vox codd. impp. præter Londin. quam tamen exhibet ms. apud Wott. Gall.

(23) *Ἀγνήν.* Ex Clem. Alex., *Στρωμ.*, lib. IV, cap. 17, pag. 613. Wott. præmittere mallet καὶ Al. aliter. Ip.

Digitized by Google

ξατέ μοι (24) πύλας δικαιοσύνης, εἰσελθὼν ἐν αὐταῖς ἐξομολογήσομαι τῷ Κυρίῳ. Αὕτη ἡ πύλη τοῦ Κυρίου, δίκαιοι εἰσελεύσονται ἐν αὐτῇ. Πολλῶν (25) οὖν πυλῶν ἀνεῳγυιῶν, ἡ ἐν δικαιοσύνῃ αὕτη ἐστὶν ἡ ἐν Χριστῷ, ἐν ᾗ μακάριοι πάντες οἱ εἰσελθόντες, καὶ κατευθύνοντες τὴν πορείαν αὐτῶν, ἐν ὁσιότητι καὶ δικαιοσύνῃ, ἀταράχως πάντα ἐπιτελοῦντες. Ἥτω τις πιστὸς, ἥτω δυνατὸς γνῶσιν ἐξειπεῖν, ἥτω σοφὸς ἐν διακρίσει (26) λόγων, ἥτω ἁγνὸς ἐν ἔργοις (27)· τοσούτῳ γὰρ (28) μᾶλλον ταπεινοφρονεῖν ὀφείλει, ὅσῳ δοκεῖ μᾶλλον μείζων εἶναι, καὶ ζητεῖν (29) τὸ κοινωφελὲς πᾶσιν, καὶ μὴ τὸ ἑαυτοῦ.

sus in eas, confitebor Domino. Hæc porta Domini; justi intrabunt in eam [44]. Cum ergo multæ portæ apertæ sint; quæ in justitia est, eadem et in Christo est : in quam beati sunt omnes qui intrarint, et iter suum in sanctitate ac justitia direxerint, omnia imperturbate peragentes. Sit aliquis fidelis, sit potens in enarranda cognitione, sit sapiens in sermonum dijudicatione, sit in operibus purus; tanto enim humilior esse debet, quo major esse videtur; et quærere quod omnibus utile est, non autem sibi.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΜΘ'.

Ὁ ἔχων ἀγάπην ἐν Χριστῷ, τηρησάτω τὰ τοῦ Χριστοῦ παραγγέλματα. Τὸν δεσμὸν τῆς ἀγάπης τοῦ Θεοῦ τίς δύναται ἐξηγήσασθαι; τὸ μεγαλεῖον τῆς καλλονῆς αὐτοῦ τίς ἀρκεῖ, ὡς ἔδει, εἰπεῖν; τὸ ὕψος, εἰς ὃ ἀνάγει ἡ ἀγάπη, ἀνεκδιήγητόν ἐστιν. Ἀγάπη κολλᾷ ἡμᾶς (31) τῷ Θεῷ· Ἡ ἀγάπη καλύπτει (32)

## CAPUT XLIX.

Qui charitatem in Christo habet, servet Christi mandata. [45] (30) Vinculum charitatis Dei quis potest enarrare? Magnificentiam bonitatis ejus quis, prout oportet, eloqui valet? Altitudo ad quam evehit charitas, inenarrabilis est. Charitas nos Deo agglutinat : *charitas operit multitudinem peccatorum* [46] :

[44] Psal. cxvii, 19, 20. [45] Col. iii, 14. [46] Jac. v, 20; I Petr. iv, 8.

## VARIORUM NOTÆ.

(24) Ἀνοίξατε usque ad ἐσιότητι. Hæc ex Clemente Alexandrino, p. 288, esse traducta nihil certius est. Romani verba incipiunt ab ἥτω, etc. Bern.

(25) Πολλῶν, κ. τ. λ. Ista exscripsit Clemens Alex. Στρωμ., lib. i, cap. 7, pag. 339 suppresso Clementis Rom. nomine; eademque iterum recitat lib. vi, c. p. 8, pag. 772 quæ tamen memoriæ lapsu Barnabæ tribuit, ut viri docti observarunt. Gall. — Πολλῶν, κ. τ. λ. Emenda itaque Στρωματέα Clementem lib. i, p. 288 et lib. vi, p. 646, rescribens in priori loco, πολλῶν τοίνυν ἀνεῳγμένων πυλῶν, ἡ ἐν δικαιοσύνῃ, αὕτη ἡ ἐν Χριστῷ : in posteriori vero in quo per memoriæ erratum, quale ad Barnabæ caput 5 adnotabamus, tribuit Barnabæ Clementis verba, πολλῶν πυλῶν ἀνεῳγυιῶν, ἡ ἐν δικαιοσύνῃ, αὕτη ἐστὶν ἡ ἐν Χριστῷ. Legi potest inter cætera, S. Ignatii Epistola ad Philadelphenos cap. 9, et Severiani Gabalensis *Oratio de sigillis*, post initium, tom. VI Joannis Chrysostomi. Cot. — Hunc locum Clemens *Strom.* lib. i, imitatus Clementem in epistola ad Corinthios interpretationis suæ auctorem habere se notat; sed lib. vi eumdem exscribens Barnabæ nomine citat in hunc modum : *Prophetæ autem* (David psal. cxvii, 19) *dictum exponens Barnabas infert : Cum multæ portæ sint*, etc. Coust.

(26) Διακρίσει. Editi, δικαίᾳ κρίσει : contra cod. ms. fidem, qui sic se habet : ΔΙΑΚΡΙΣΙΝ. Putat Wott. scripsisse Clementem, διακρίσεσιν; sed litteras ε σ incuria librarii excidisse. Verum legere præstat διακρίσει cum Clem. Alex. utroque in loco modo laudato. Gall.

(27) Ἥτω ἁγνὸς ἐν ἔργοις. Conjiciebat Cot. ex altero Clemente reponendum fortasse, ἥτω γοργὸς ἐν ἔργοις. Sed nihil nos cogit, ut ms. emendemus ex Alexandrino; qui aliorum scripta excerpens, addit, detrahit, invertit, ut viris eruditis compertum. Id. — Cogitandum an ex altero Clemente reponi debeat. ἥτω γοργὸς ἐν ἔργοις, ἥτω ἁγνός. Cot. — Legendum, *sit abundans in operibus, sit castus*, si cum Clemente Alexandr. præferatur ἥτω γοργὸς ἐν ἔργοις, ἥτω ἁγνός. Sequens sententia laudatur in Antonii Melissæ parte 2, serm. 75, et apud Maximum *Locorum communium* serm. 49. Coust.

(28) Τοσούτῳ γάρ. Sic ex ms. Wott. quem sequitur edit. Londin. At aliis deest γάρ. Gall. — Μᾶλλον μείζων. Grabius in *Spicil.*, tom. I, p. 270 censet, Epistolæ Clementinæ additam hic vocem μείζων, quod desit in impressis Maximi et Antonii Melissæ editionibus. Jamque idem adverterat Cot. Sed nihil detrahendum suadet Clemens Alex. qui hanc S. Patris sententiam integram recitat *Στρωμ.* lib. vi, cap. 8, pag. 773. Id. — *Τοσούτῳ μᾶλλον ταπεινοφρονεῖν ὀφείλει, ὅσῳ δοκεῖ μᾶλλον μείζων εἶναι.* Citatur etiam ab Alexandrino *Strom.*, vi. In Antonii Melissæ parte ii, sermone 73... Κλήμεντος... Τοσοῦτόν τις μᾶλλον ὀφείλει ταπεινοφρονεῖν, ὅσον δοκεῖ μᾶλλον εἶναι. Καλὸν γὰρ ἀεὶ τῷ κρείττονι τὸ χεῖρον ἀκολουθεῖν, διὰ βελτιώσεως ἐλπίδα, et in Maximo *Locorum communium* sermone 49... Κλήμεντος... Τοσοῦτόν τις μᾶλλον ὀφείλει ταπεινοφρονεῖν, ὅσον δοκεῖ μᾶλλον εἶναι. Vides et abesse utrobique vocem μείζων : et sententiam καλὸν γὰρ, etc., sejungi debere a priori. Quod postremum firmat veteris codicis auctoritas : necnon Damasceni *Eclogæ* manu scriptæ in Bibliotheca Claramontana cap. περὶ συναγωγῆς χρηστῶν ἀνδρῶν, etc., quæ Philoni ascribunt illud, καλὸν ἀεὶ, etc. Cot.

(29) Καὶ ζητεῖν, κ. τ. λ. Hæc laudat Clemens Alex. *Στρωμ.* lib. vi, cap. 17, pag. 613. Videtur S. Pater digitum intendisse in illud I Cor. x. 33 : Μὴ ζητῶν τὸ ἐμαυτοῦ συμφέρον, ἀλλὰ τὸ τῶν πολλῶν, ἵνα σωθῶσι. Gall. — *Ζητεῖν τὸ κοινωφελές.* Chrysostomus ad illud Pauli I Cor. x, 33 : Μὴ ζητῶν τὸ ἐμαυτοῦ συμφέρον, ἀλλὰ τὸ τῶν πολλῶν ἵνα σωθῶσι, dicit publicum Ecclesiæ bonum quærere, et aliorum salutem privato commodo anteponere, canonem esse Christianismi perfectissimum. Τοῦτο κανὼν Χριστιανισμοῦ τοῦ τελειοτάτου, τοῦτο ὅρος ἠκριβωμένος, αὕτη ἡ κορυφὴ ἡ ἀνωτάτω, τὸ τὰ κοινῇ συμφέροντα ζητεῖν. Jun.

(30) Hieronymus in Ephes. iv, 1, hæc citat, non quidem Barnabæ, ut in Londinensi epistolæ hujus editione anni 1694 adnotatur, sed ipsius Clementis nomine. Coust.

(31) Ἀγάπη κολλᾷ ἡμᾶς. Hoc loco Paulum imitatur I ad Corinthios xiii, ubi charitatis, et mutuæ dilectionis, elegantissima descriptio est, et Ephræm Syrus tractatu *Περὶ ἀρετῶν καὶ κακιῶν* utriusque vestigiis insistit, cujus verba cum Græce non extent, placet hic subjungere : Μακάριος ὁ ἄνθρωπος καὶ ἐκεῖνος ὁ ἔχων ἀγάπην Θεοῦ, ὅτι τὸν Θεὸν ἐν αὐτῷ περιφέρει, ὅτι ὁ Θεὸς ἀγάπη ἐστὶ, καὶ ὁ μένων ἐν τῇ ἀγάπῃ, ἐν τῷ Θεῷ μένει· ὁ ἔχων ἀγάπην πάντων

(32) Ἡ ἀγάπη καλύπτει...ἀγάπη πάντα. Sic Wott. ex ms. Sic et edit. Londin. Al. articulum omittunt priore loco, et posteriore reponunt. Gall.

Digitized by Google

*charitas omnia sustinet* [67], omnia æquo animo fert; in charitate nihil sordidum, nihil superbum; charitas schisma non habet; charitas seditionem non concitat; charitas omnia facit in concordia; in charitate omnes Dei electi, perfecti sunt facti. Sine charitate nihil acceptum est Deo. In charitate nos assumpsit Dominus; propter charitatem quam erga nos habuit Jesus Christus Dominus noster ex voluntate Dei, sanguinem suum pro nobis tradidit, et carnem pro carne nostra, et animam pro animabus nostris (37).

A πλῆθος ἁμαρτιῶν· ἀγάπη πάντα ἀνέχεται, πάντα μακροθυμεῖ· οὐδὲν βάναυσον (33) ἐν ἀγάπῃ (34), οὐδὲν ὑπερήφανον· ἀγάπη σχίσμα οὐκ ἔχει, ἀγάπη οὐ στασιάζει· ἀγάπη πάντα ποιεῖ ἐν ὁμονοίᾳ· ἐν τῇ ἀγάπῃ (35) ἐτελειώθησαν πάντες οἱ ἐκλεκτοὶ τοῦ Θεοῦ. Δίχα ἀγάπης οὐδὲν εὐάρεστόν ἐστιν τῷ Θεῷ. Ἐν ἀγάπῃ προσελάβετο ἡμᾶς ὁ Δεσπότης· διὰ τὴν ἀγάπην ἣν ἔσχεν πρὸς ἡμᾶς, τὸ αἷμα αὐτοῦ ἔδωκεν ὑπὲρ ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς (36) ὁ Κύριος ἡμῶν, ἐν θελήματι Θεοῦ, καὶ τὴν σάρκα ὑπὲρ τῆς σαρκὸς ἡμῶν, καὶ τὴν ψυχὴν ὑπὲρ τῶν ψυχῶν ἡμῶν.

## CAPUT L.

Videtis, charissimi, quam magna et admiranda res sit charitas, et quod perfectio ejus nequeat explicari. Quis idoneus est ut in ipsa inveniatur, præter eos quos Deus dignos esse voluerit? Oremus igitur B et petamus a misericordia ejus, ut in charitate vivamus [68], citra humanam propensionem, et inculpati. Generationes omnes ab Adam usque in hodiernum diem præterierunt: at qui per Dei gratiam consummati sunt in charitate, habent sedem piorum; qui manifestabuntur in visitatione regni Christi. Scri-

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ν'.

Ὁρᾶτε, ἀγαπητοί, πῶς μέγα καὶ θαυμαστόν ἐστιν ἡ ἀγάπη, καὶ τῆς τελειότητος αὐτῆς οὐκ ἔστιν ἐξήγησις. Τίς ἱκανὸς ἐν αὐτῇ εὑρ[εθῆναι], εἰ μὴ οὓς ἂν καταξιώσῃ [ὁ Θεός; Εὐχώμε]θα (38) οὖν καὶ αἰτώμεθα ἀπ[ὸ τοῦ ἐλέ]ους (39) αὐτοῦ, ἵνα ἐν ἀγάπῃ [ζῶμεν], δίχα προσκλίσεως ἀνθρ[ωπίνης], ἄμωμοι. Αἱ γενεαὶ πᾶσαι (40) ἕως τῆσδε ἡμέρας παρῆ[λθον,] ἀλλ' οἱ ἐν ἀγάπῃ τελειωθέν[τες,] κατὰ τὴν τοῦ Θεοῦ (41) χάριν, ἔχου[σιν] χῶρον (42) εὐσεβῶν· οἱ φανερ[ωθήσον]ται (43) ἐν τῇ ἐπισκοπῇ τῆς βασιλ[είας]

[67] I Cor. XIII 4 seq. [68] I Tim. V 21.

## VARIORUM NOTÆ.

πάντων σὺν Θεῷ περιγίνεται, ἡ γὰρ ἀγάπη ἔξω βάλλει τὸν φόβον· ὁ ἔχων ἀγάπην, οὐδένα βδελύσσεταί C ποτε, οὐ μικρὸν, οὐ μέγαν, οὐκ ἔνδοξον, οὐκ ἄδοξον, οὐ πένητα, οὐ πλούσιον, ἀλλ' ἁπάντων περίψημα γίνεται, πάντα στέγει, πάντα ὑπομένει· ὁ ἔχων ἀγάπην, οὐκ ἐπαίρεται κατά τινος, οὐ φυσιοῦται, οὐδενὸς καταλαλεῖ, ἀλλὰ τοὺς καταλαλοῦντας ἀποστρέφεται. Ὁ ἔχων ἀγάπην ἐν δόλῳ οὐ πορεύεται, οὐχ ὑποσκελίζει τὸν ἀδελφόν· ὁ ἔχων ἀγάπην οὐ φθονεῖ, οὐ ζηλοῖ, οὐ βασκαίνει ἐπὶ πτώσει ἑτέρων, οὐ διασύρει τὸν πταίοντα, ἀλλὰ συνλυπεῖται καὶ συναντιλαμβάνεται, οὐ παροᾷ τὸν ἀδελφὸν ἐν ἀνάγκῃ, ἀλλὰ συνεπαμύνει καὶ συναποθνήσκει· ὁ ἔχων ἀγάπην, τὸ θέλημα ποιεῖ τοῦ Θεοῦ, καὶ μαθητὴς τῆς ἀληθείας ὑπάρχει. Αὐτὸς γὰρ ὁ καλὸς Δεσπότης ἡμῶν εἶπεν, Ἐν τούτῳ γνώσονται πάντες ὅτι ἐμοῦ μαθηταί ἐστε, ἐὰν ἀγαπᾶτε ἀλλήλους. Ὁ ἔχων ἀγάπην οὐδέποτε ἑαυτὸν περιποιεῖται, οὐ λέγει ἑαυτοῦ ἴδιον οὐδὲν, ἀλλὰ πάντα ὅσα ἔχει, κοινὰ τοῖς πᾶσι προτίθησιν· ὁ ἔχων ἀγάπην, ἀλλότριον οὐδένα λογίζεται, ἀλλὰ πάντας ἰδιοποιεῖται· ὁ ἔχων ἀγάπην, οὐ παροξύνεται, οὐ φυσιοῦται, οὐκ ἐξάπτεται εἰς ὀργὴν, οὐ χαίρει ἐπὶ ἀδικίᾳ, ἐπὶ ψεύδει D οὐκ ἐνδελεχίζει, ἐχθρὸν οὐδένα ἡγεῖται, εἰ μὴ μόνον τὸν διάβολον· ὁ ἔχων ἀγάπην, πάντα ὑπομένει, χρηστεύεται, μακροθυμεῖ. Μακάριος οὖν ὁ τὴν ἀγάπην κεκτημένος καὶ μετὰ ταύτης ἀποδημήσας πρὸς Θεὸν, ὅτι αὐτὸς τὸ ἴδιον ἐπιγινώσκων, προσδέξεται αὐτὸν ἐν τοῖς κόλποις αὐτοῦ, ὁμοδίαιτος γὰρ ἀγγέλων ἔσται, καὶ σὺν Χριστῷ βασιλεύσει ὁ τῆς ἀγάπης ἐργάτης. Δι' αὐτῆς γὰρ καὶ ὁ Θεὸς Λόγος ἐπὶ τὴν γῆν παρεγένετο, δι' αὐτῆς καὶ ὁ παράδοξος ἡμῖν· ἐχθροὶ ὑπάρχοντες τῷ Θεῷ δι' αὐτῆς κατηλλάγημεν· εἰκότως οὖν εἶπωμεν, ὅτι ἀγάπη ὁ Θεός ἐστι, καὶ ὁ μένων ἐν τῇ ἀγάπῃ, ἐν τῷ Θεῷ μένει. Jun. — Ἀγάπη κολλᾷ ἡμᾶς τῷ Θεῷ. Hæc ad μακροθυμεῖ esse ex Clemente Alexandrino scies, si legas p. 518. D. Bern.

(33) *Οὐδὲν βάναυσον* ad *ἀγάπη*. Hæc absunt a Clemente Alexandrino, suntque interpolatoris. Idem.

(34) *Ἐν ἀγάπῃ* ad voculam *καὶ capitis sequentis decimam*. Hæc non sunt in Clemente Alexandrino, p. 518 D. Id.

(35) *Ἐν τῇ ἀγάπῃ*. Deest τῇ codd. impp. si Londinensem excipias. At illud ex Wott. agnoscunt ms. et Clemens Alex. Gall.

(36) *Ἰησοῦς Χριστός*. Codd. impp. ὁ Χριστός. Restitui Ἰησοῦς ex ms. qui exhibet ΙΣ : quo modo vox Ἰησοῦς perpetuo describitur in hoc codice. Wott. Sic et edit. Londin. Id.

(37) Nota hic Apollinaris dogma præverti et Patrum adversus eum argumentis præludi. Const.

(38) *Εὐχώμεθα* ad *ἄμωμοι*. Hæc sunt interpolatoris. Bern.

(39) *Ἀπὸ τοῦ ἐλέους*. Codd. impp. αἰτώμεθα [εἶναι ἀξί]ους : *petamus digni haberi :* mentem quidem, sed non verba S. Patris assecuti. Ms. enim exhibet ΑΠ...ΟΥΣ. Ad quem locum Mill. : « Desiderantur, quantum ex lacuna colligo, sex vel septem litteræ. Legendum forte ἀπ[ὸ τοῦ ἐλέ]ους : ita enim vocem istam semel atque iterum exprimit librarius noster, licet plerumque *αι* scribat pro *ε*. » In eamdem sententiam Wott. qui tamen putat ms. exhibuisse ἀπ[ὸ ἐλαί]ους omisso articulo, et *αι* pro *ε* positis, ut alibi passim. Sic et Cler. At Dav. leg. ἀγ[ιασμ]ούς. « Litteræ namque, ait, Γ Π, decurtato altero crure, tam vicinæ sunt, ut hæc pro illa vel scribi, vel scripta possit videri. » Gall.

(40) *Αἱ γενεαὶ πᾶσαι*. Recitat hæc verba Clem. Alex. suppresso Clementis Rom. nomine, *Στρωμ.*, lib. IV, cap. 17, pag. 614. Id.

(41) *Θεοῦ*. Sic Wott. ex ms. Sic et Clem. Alex. At Jun. cum editis, præter Londin. Χριστοῦ. Id.

(42) *Χῶρον*. Ita ms., editi vero, si Londinensem excipias, exhibent χώραν, ut apud Clem. Alex. Lectionem ms. pluribus veterum exemplis tuetur Wott. addens quoque, idem judicium tulisse Cl. Bentleium, quem consule sis in *Dissert. de Phalar..p.g.* 185. Id.

(43) *Φανερωθήσονται*. Sic Jun. cum editis, Clementem Alex. secutus : quæ optima esse lectio videtur. Wott. tamen sic leg. φανερ[οῦν]ται : *manifestantur :* fortasse ob præcedens ἔχουσιν. Id.

Digitized by Google

τοῦ Χριστοῦ. Γέγραπται (44) γάρ· *Εἴσελ*[*θε*] *εἰς τὰ ταμιεῖα* (45) *μικρὸν ὅσο*[*ν*,] *ἕως οὗ παρέλθῃ ἡ ὀργὴ καὶ θ*[*υμός*] *μου· καὶ μνησθήσομαι* (46) *ἡμέρας ἀγαθῆς, καὶ ἀναστήσω ὑμᾶς* [*ἐκ*] *τῶν θηκῶν* (47) *ὑμῶν.* Μακάριοί ἐσμεν, ἀγαπητοί, εἰ τὰ [*προσ*]*τάγματα* (48) τοῦ Θεοῦ ἐποιοῦμεν ἐ[*ν ὁ*]*μονοίᾳ ἀγάπης*, εἰς τὸ ἀφεθῆ[*ναι*] ἡμῖν δι' ἀγάπης τὰς ἁμαρτίας (49). Γέγραπται γάρ· *Μακάριοι* [*ὧν ἀφέ*]*θησαν αἱ ἀνομίαι, καὶ ὧν* (50) *ἐπεκα*[*λύ*]*φθησαν αἱ ἁμαρτίαι. Μακάριος ἀ*[*νὴρ*] (51) *ᾧ οὐ* (52) *μὴ λογίσηται Κύριος ἁμαρτίαν, οὐδέ ἐστιν ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ δόλος.* Οὗτος ὁ μακαρισμὸς ἐγένετο ἐπὶ τοὺς ἐκλελεγμένους ὑπὸ τοῦ Θεοῦ διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Κυριοῦ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

A ptum enim est : *Ingredere in cubicula tua paululum quantulumcunque, donec pertranseat ira et furor meus. Et recordabor diei boni* [69], *et suscitabo vos e sepulcris vestris* [70]. Beati sumus, dilecti, si præcepta Domini in charitatis concordia fecerimus, ut per charitatem remittantur nobis peccata. Scriptum quippe est : *Beati, quorum remissæ sunt iniquitates, et quorum tecta sunt peccata. Beatus vir cui non imputabit Dominus peccatum, nec est in ore ejus dolus* [71]. Hæc beatitudo contigit electis a Deo per Jesum Christum Dominum nostrum ; cui gloria in sæcula sæculorum. Amen.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΝΑ'.

Ὅσα [*οὖ*]*ν* (53) παρε[*δη*]μεν διά τινος τῶν [*τοῦ*] ἀντικε[*ιμ*]ένου, ἀξιώσωμεν [*συγγνώμην·*] καὶ ἐκεῖνοι δὲ οἵτινες ἀρχηγοὶ τῆς στάσεως καὶ διχοστασίας ἐγενήθησαν, ὀφείλουσιν τὸ κοινὸν τῆς ἐλπίδος σκοπεῖν. Οἱ γὰρ μετὰ φόβου καὶ ἀγάπης πολιτευόμενοι, ἑαυτοὺς θέλουσιν μᾶλλον οἰκίαις (54) περιπίπτειν ἢ τοὺς πλησίον· μᾶλλον δὲ ἑαυτῶν κατάγνωσιν φέρουσιν, ἢ τῆς παραδεδομένης ἡμῖν καλῶς καὶ δικαίως (55) ὁμοφωνίας. Καλὸν γὰρ ἀνθρώπῳ ἐξομολογεῖσθαι περὶ τῶν παραπτωμάτων, ἢ σκληρῦναι τὴν καρδίαν αὐτοῦ, καθὼς ἐσκληρύνθη ἡ καρδία τῶν στασιαζόντων πρὸς τὸν θεράποντα τοῦ Θεοῦ Μωϋσῆν· ὧν τὸ κρῖμα πρόδηλον ἐγενήθη· κατέβησαν γὰρ εἰς ᾅδου ζῶντες, καὶ θά[*νατος κατέπιεν α*]ὐτούς. Φαραὼ καὶ ἡ στρα[*τιὰ αὐ*]τοῦ, καὶ πάντες οἱ ἡγούμεν[*οι Αἰγ*]ύπτου, τά τε ἅρματα καὶ οἱ [*ἀναβά*]*ται* (56) αὐτῶν, οὐ δι' ἄλλην

## CAPUT LI.

Quæcunque igitur per quemdam adversarii illapsum deliquimus, veniam postulemus : illi vero qui seditionis ac dissensionis duces et principes fuerunt, debent communem spem contemplari. Qui enim cum timore et charitate vivunt, se ipsos in contumelias incidere malunt, quam proximos ; seque ipsos potius improbari sustinent, quam pulchre et juste traditam nobis consensionem. Nam melius est homini, confiteri de lapsibus et peccatis, quam indurare cor suum ; prout induratum est cor eorum qui contra famulum Dei Moysen seditionem fecerunt [72] : quorum condemnatio manifesta fuit ; descenderunt enim in infernum vivi, et mors absorpsit eos. Pharao et exercitus ejus et omnes præfecti Ægypti [73], currus etiam et equites eorum, non aliam ob causam maris Rubri profundo immersi sunt, et perie-

[69] Isa. xxvi, 20. [70] Ezech. xxxvii, 12, 13. [71] Psal. xxxi, 1, 2. [72] Num. xvi. [73] Exod. xiv.

## VARIORUM NOTÆ.

(44) *Γέγραπται... εἰσελθε.* Hæc pro Clementinis p. 519 : Ἡ ἀγάπη ἁμαρτάνειν οὐκ ἐᾷ. Bern.

(45) *Ταμιεῖα.* Ex Mill. et Wott. ita se habet ms. ita et apud LXX, Isa. xxvi, 20. Editi, præter Londin. ταμεῖα. Gall.

(46) *Καὶ μνησθήσομαι*, κ. τ. λ. Vix dubito, quin S. Pater respexerit ad illud Ezech. xxxvii, 12, 13 : Ἰδοὺ ἐγὼ ἀνοίγω ὑμῶν τὰ μνήματα, καὶ ἀνάξω ὑμᾶς ἐκ τῶν μνημάτων ὑμῶν...καὶ γνώσεσθε ὅτι ἐγώ εἰμι Κύριος, ἐν τῷ ἀνοῖξαί με τοὺς τάφους ὑμῶν, τοῦ ἀναγαγεῖν με ὑμᾶς ἐκ τῶν τάφων ὑμῶν, τὸν λαόν μου. Aliter Cot. cui tamen ægre assentitur Cout. Id.—*Καὶ μνησθήσομαι ἡμέρας ἀγαθῆς, καὶ ἀναστήσω ὑμᾶς* [*ἐκ*] *τῶν θηκῶν ὑμῶν.* Simile nonnihil habes in libro apocrypho IV Esdræ ii, 16 : *Et resuscitabo mortuos de locis suis, et de monumentis educam illos.* Lege etiam Isaiæ xxvi, 19 ; lxiii, 11 ; et Hebr. xiii, 20. Hinc enim forte consarcinatus fuit iste locus Cot.

(47) *Θηκῶν.* Sic Wott. ex ms. Sic et Londin. editio. Al. σηκῶν. Gall.

(48) *Τὰ προστάγματα.* Editis, præter Londin. deest articulus τὰ, quem restituit Wott ex ms. Id.

(49) *Ἁμαρτίας.* Sic ms. apud Wott. absque ἡμῶν, quod addunt editi, præter Londin. neque illud contextui esse necessarium, vox ἡμῖν præcedens satis evincit. Id.

(50) *Καὶ ὧν.* Monet Mill. exstare ᾧ in ms. quod fugit Wott. Sed si res ita se habeat, vel excidit ν ; vel ex vitio librarii, ᾧ secundi commatis in præcedens irrepsit. Constans enim est lectio, καὶ ὧν. Id.

(51) *Μακάριος ἀνὴρ.* Hæc usque ad *Χριστοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν*, excripta sunt ex Clemente Alexandrino p. 519. A. Bern.

(52) *ὯΙ οὐ.* Ms. exhibet οὗ οὐ, tum hic, tum psal. xxxi, 2. At cod. Vat. ᾧ sic et Rom. iv, 8, eodemque modo legitur in Hebræo textu et in versionibus omnibus. Igitur ᾧ veram esse lectionem existimo. Wott. Gall.

(53) *Ὅσα οὖν*, κ. τ. λ. Jun. cum editis, excepto Londin. hunc locum minus recte sic exhibet : Ὅσ[*οι οὖν*] παρ[*έβη*]μεν διά τινος τῶν [*τοῦ*] ἀντικ[*ειμέν*]ου. Nam Wott. in ms. sic legit : οσα...ν παρε... μεν δια τινος των αντικε...ενου. Ipse igitur hiatus ita complet : ὅσα [*οὖ*]*ν* παρέ[*δη*]μεν διά τινος τῶν [*τοῦ*]*ἀντικε*[*ιμ*]*ένου.* Huic autem voci postremæ aliam addendam censet quæ librario exciderit, nempe vel τεχνῶν, δόλων, ἐπιβουλῶν, πειρασμῶν, vel παρεμπτώσεων cum Clemente Alex. *Στρωμ.*, lib. iv, cap. 17, pag. 614. At Dav. nihil addens, voces ms. δια τινος των, sic legit, διὰ πειρασμῶν vel τεχνασμάτων. Aliter Cout. Junianam lectionem secutus. Id. — *Ὅσοι μὲν οὖν* ad *ἀντικειμένου.* Hæc efficta sunt ex his Clementis Alex., p. 519 ; Ἦν δὲ καὶ περιπέσῃ, etc. *Ἀξιώσωμεν*, etc. Hinc ad ἐξομολογήσομαι τῷ Κυρίῳ, cap. 52, omnia finxit interpolator, et intempestive de confessione tot verba ingessit. Bern.

(54) *Οἰκίαις.* Leg. cum Jun. cæterisque, αἰκίαις, facili mutatione. Wott. Gall.

(55) *Καλῶς καὶ δικαίως.* Ita ms. apud Wott. Editi, καλῆς καὶ δικαίας. Id.

(56) *Ἀναβάται.* Wott. magis placet leg. [*ἀνα*-*βά*]*ται*, quam cum editis [*ἱππό*]*ται*. Sic Exod. xiv,

Digitized by Google

runt, quam quod stulta eorum corda indurata fuerint, post signa et miracula per famulum Dei Moysen facta in terra Ægypti.

εἶα [κα]ὶ τὰ τέρατα (57) ἐν γῇ Αἰγύπ[του,] διὰ [τοῦ θ]εράποντος (58) τοῦ Θεοῦ Μωϋσέως.

## CAPUT LII.

Nullius rei, fratres, indigus est Dominus omnium, nec quidquam desiderat, præterquam ut ei fiat confessio. Ait enim electus David : *Confitebor Domino, et placebit ei super vitulum novellum, cornua producentem et ungulas. Videant pauperes, et lætentur*[74]. Et iterum dicit : *Immola Deo sacrificium laudis, et redde Altissimo vota tua. Et invoca me in die tribulationis tuæ : et eruam te, et honorificabis me*[75]. Nam *sacrificium Deo, spiritus contribulatus*[76]. *μαί σε, καὶ δοξάσεις με. Θυσία γὰρ τῷ Θεῷ πνεῦμα συντετριμμένον.*

## CAPUT LIII.

Nostis enim et probe nostis sacras Scripturas, dilecti; et penitius in Dei eloquia introspexistis : illa igitur in memoriam revocate. Cum Moyses in montem ascendisset, et quadraginta dies noctesque quadraginta in jejunio ac humilitate transegisset, dixit ad eum Deus : *Moyses, Moyses, descende velociter hinc; quia iniquitatem fecit populus tuus, quos eduxisti de terra Ægypti : transgressi sunt cito de via quam mandasti eis, et fecerunt sibi fusilia. Et dixit Dominus ad eum : Locutus sum ad te semel et iterum, dicens : Vidi populum hunc; et ecce populus dura cervice est : dimitte me exterminare eos, et delebo nomen eorum de sub cœlo; et faciam te in gen-*

τινά [αἰτίαν] ἐδυθίσθησαν εἰς θάλασσαν [Ἐρυθρ]άν, καὶ ἀπώλοντο, ἀλλὰ διὰ [τὸ σκλ]ηρυνθῆναι αὐτῶν τὰς ἀσυ[νέτ]ους καρδίας, μετὰ τὸ γενέσθαι [τὰ σημ]-

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΝΒ'.

Ἀπροσδεής (59), ἀδελφοί, [ὁ] Δεσπότης ὑπάρχει τῶν ἁπάντων, [οὐ]δὲν οὐδενὸς χρῄζει, εἰ μὴ τὸ [ἐξ]-ομολογεῖσθαι (60) αὐτῷ. Φησὶ γὰρ ὁ ἐκλεκτὸς Δα-βὶδ (61)· *Ἐξομολογήσομαι τῷ Κυρίῳ, καὶ ἀρέσει αὐτῷ ὑπὲρ μόσχον νέον, κέρατα ἐκφέροντα καὶ ὁπλάς· ἰδέτωσαν πτωχοὶ καὶ εὐφρανθήτωσαν.* Καὶ πάλιν λέγει· *Θῦσον τῷ Θεῷ θυσίαν αἰνέσεως, καὶ ἀπόδος τῷ Ὑψίστῳ τὰς εὐχάς σου· καὶ ἐπι-κάλεσαί με ἐν ἡμέρᾳ θλίψεώς σου, καὶ ἐξελοῦ-*

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΝΓ'.

Ἐπίστασθε (62) γάρ, καὶ καλῶς ἐπίστασθ[ε, τὰ]ς ἱερὰς Γραφὰς, ἀγαπητοί, [καὶ ἐγκε]κύφατε εἰς τὰ λόγια τοῦ [Θεοῦ· εἰς ἀ]νάμνησιν οὖν ταῦτα [λά-βετε (63).] Μωϋσέως γὰρ ἀναβαί[νοντος εἰ]ς τὸ ὄρος, καὶ ποιήσαν[τος (64) τεσσαρ]άκοντα ἡμέρας, καὶ τεσ-[αράκοντ]α νύκτας ἐν νηστείᾳ [καὶ ταπειν]ώσει, εἶπεν πρὸς αὐτὸν [ὁ Θεός· *Μωϋ*]*σῆ* (65), *Μωϋσῆ, κατάβηθι* [*τὸ τάχος*] *ἐντεῦθεν, ὅτι ἠνόμησεν* [*ὁ λαός σ*]*ου, οὓς ἐξήγαγες ἐκ γῆς* [*Αἰγύπτο*]*υ· παρέβησαν ταχὺ ἐκ* [*τῆς ὁδο*]*ῦ ἧς ἐνετείλω αὐτοῖς,* [*ἐποίησα*]*ν ἑαυτοῖς χωνεύματα.* [*Καὶ εἶπεν*] *Κύριος πρὸς αὐτόν· Ἀελάλη* [*κα πρὸς*]*σὲ ἅπαξ καὶ δὶς λέγων·* [*Ἑώρακα*] *τὸν λαὸν τοῦτον, καὶ ἰδοὺ λαὸς* (66) [*σ*]*κληροτρά-*

[74] Psal. LXVIII, 31, 32. [75] Psal. XLIX, 14, 15. [76] Psal. L, 19.

## VARIORUM NOTÆ.

23, 26 : καὶ τὰ ἅρματα, καὶ οἱ ἀναβάται...ἐπί τε τὰ ἅρματα, καὶ ἐπὶ τοὺς ἀναβάτας : quo procul dubio respexit S. Pater. Gall.

(57) *Τὰ σημεῖα καὶ τὰ τέρατα.* Jun. et codd. knpp. [τηλικαῦ]τα τέρατα, non prorsus ad fidem ms. qui exhibet ...εια...ι τα τέρατα. Legendum procul dubio [τὰ σημ] εἶα [κα]ὶ τὰ τέρατα. Fere enim ubique in sacris litteris eo modo simul leguntur σημεῖα καὶ τέρατα, præcipue in libro Exodi, ubi hæc ipsa narrantur. Sic et Act. VII, 36 : Οὗτος ἐξήγαγεν αὐτοὺς, ποιήσας τέρατα καὶ σημεῖα ἐν γῇ Αἰγύπτου. Wott. Ib.

(58) *Διὰ τοῦ θεράποντος.* Editi omittunt articulum τοῦ, quem hiatus ms. apud Wott. requirit. Ib.

(59) *Ἀπροσδεής.* Ruchat. in sua Gallica versione monuit ad hunc locum, parem sententiam occurrere in *Actis Theclæ* apud Grabium *Spicil.*, tom. I, pag. 101 : Θεὸς ζηλωτὴς ..Θεὸς ἀπροσδεής, χρῄζων τῆς τῶν ἀνθρώπων σωτηρίας. *Deus zelotes...qui nulla re indiget, præterquam salutem hominum*, interprete ipso Grabio. Ib.

(60) *Οὐδὲν...τὸ ἐξομολογεῖσθαι.* Ms. exhibet,... δεν. Sed Wott. legit cum editis, [οὐ]δέ. Pro τό autem, Jun. et Fell. malunt τοῦ. Utrobique tamen ms. lectionem retinendam esse censet Dav. [οὐ]δὲν οὐδενὸς χρῄζει, εἰ μὴ τὸ ἐξομολογεῖσθαι : *Nihil a quoquam petit, nisi ut ipsi confiteatur.* Ib.

(61) *Δαβίδ.* Hæc et sequentia usque ad finem capitis, nonnihil mutata recitat Clemens Alex. *Στρωμ.* lib. IV, cap. 17, pag. 614. Ib.

(62) *Ἐπίστασθε* ad *καὶ εἶπεν Κύριος πρὸς αὐτόν.* Pro his habet tantum Clemens Alexandrinus p. 521, C, hæc verba : Αὐτίκα οὐχ ὁ Μωσῆς μόνος ἀκούσας παρὰ τοῦ Θεοῦ. Bern.

(63) *Λάβετε.* Ante Μωϋσέως, exstare in ms. ι testatur Wott. Qui propterea conjicit scriptum fuisse λάβεται pro λάβετε, αι pro ε positis, ut passim alibi. Mill. vero cum lacuna non nisi septem litteris expleri posse videatur, reponit [ἐλάβετα]ι. Gall.

(64) *Ποιήσαντος...ἡμέρας καὶ...νύκτας.* Insolens videtur Wottono hæc phrasis, ποιεῖν χρόνον. Quæ tamen frequenter occurrit apud sacros Novi Test. scriptores. Act. XV, 33 : Ποιήσαντες δὲ χρόνον. XVIII, 23 ; Καὶ ποιήσας χρόνον τινά. XX, 3 : Ποιήσας τε μῆνας τρεῖς. II Cor. XI, 25 : Νυχθήμερον ἐν τῷ βυθῷ πεποίηκα. Jac. IV, 13 : Καὶ ποιήσωμεν ἐκεῖ ἐνιαυτὸν ἕνα. Quid plura? Wetst. ad Act. XV, 33, profert aliquot hujusmodi exempla, vel ex ipsis limatissimis Græciæ scriptoribus, Demosthene, Platone, Polybio desumpta. Ib.

(65) *Ὁ Θεός· Μωϋσῆ.* Jun. [Θεὸς, Ἀνάστη]ι : contra fidem cod. ms. qui sic se habet : ΑΥΤΟΝ....ΣΗ. Itaque Mill. legit, ut apud LXX, αὐτὸν [Κύριος· ἀναστή]σῃ, pro ἀνάστηθι. Wott. vero : αὐτὸν [ὁ Θεός· Μωϋ]σῆ. Sic et edit. Londin. Al. Junium sequuntur, si Clerici secundam editionem excipias; ubi tamen neque lectore admonito, neque rite reddita ms. lacuna, ita locus effertur : αὐτὸν ὁ Θεός· [Μωϋ]σῆ. Ib.

(66) *Καὶ ἰδοὺ λαός.* Vocem λαός litteris miniatis descripsit Jun. perinde ac si abesset a ms. ubi nihilominus, Wott. teste, occurrit. Hæc paucis mutatis recitat Clemens Alex. *Στρωμ.*, lib. VI, cap 19, p. 617. Ad quem locum Potter. lectione Juniana deceptus, censebat potius ex Alexandrino quam ex LXX Clementem Romanum fuisse reformandum. Ib.

Digitized by Google

χμίος· ἔασόν με [ἐξολ]εθρεῦσαι (67) αὐτούς, καὶ ἐξα[λείψω τὸ] ὄνομα αὐτῶν ὑποκά[τωθεν] τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ποιήσω [σε εἰς ἔ]θνος μέγα καὶ θαυμαστὸν [καὶ πολὺ] μᾶλλον ἢ τοῦτο. [Εἶπε δὲ Μωσῆς· Μηδαμῶς, Κύριε, [ἄφες τὴν] ἁμαρτίαν τῷ λαῷ τούτῳ, ἢ κἀμὲ (68) ἐξάλειψον ἐκ βίβλου ζώντων. Ὦ μεγάλης ἀγάπης, ὦ τελειότητος ἀνυπερβλήτου! Παῤῥησιάζεται (69) θεράπων πρὸς Κύριον μετ' αὐτῶν ἀξιοῖ.

A tem [magnam et mirabilem, et multam magis quam hanc. Dixit autem Moyses: Neutiquam, Domine; remitte peccata huic populo; vel etiam me dele de libro viventium [77]. O charitatem magnam! o insuperabilem perfectionem! Libere ad Dominum loquitur famulus, remissionem pro plebe postulat, vel se ipsum quoque cum eis deleri petit.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΝΑ'.

Τίς οὖν ἐν ὑμῖν γενναῖος; τίς εὔσπλαγχνος; τίς πεπληροφορημένος (70) ἀγάπης; εἰπάτω· Εἰ δι' ἐμὲ στάσις (71), καὶ ἔρις, καὶ σχίσματα, ἐκχωρῶ, ἀπειμι (72), οὗ ἐὰν βούλησθε, καὶ ποιῶ τὰ προστασσόμενα ὑπὸ τοῦ πλήθους· μόνον τὸ ποίμνιον τοῦ Χριστοῦ εἰρηνευέτω, μετὰ τῶν καθεσταμένων πρεσβυτέρων. Τοῦτο ὁ ποιήσας ἑαυτῷ μέγα κλέος ἐν Κυρίῳ περιποιήσεται, καὶ πᾶς τόπος δέξεται αὐτόν. Τοῦ γὰρ

## CAPUT LIV.

Quis ergo inter vos generosus? quis misericors? quis charitatis plenus? Dicat: Si propter me seditio, et discordia, et schismata; discedo, abeo, quocunque volueritis; et quæ multitudo jusserit facio: tantum ovile Christi in pace degat, cum constitutis B presbyteris. Qui hoc fecerit, sibi magnum decus in Domino comparabit; et omnis locus eum excipiet. *Domini* enim *est terra, et plenitudo ejus* [78]. Hæc,

[77] Exod. xxxii, 7, 9, 10, 31, 32, xxxiii, 3; Deut. ix, 12-14. [78] Psal. xxiii, 1.

## VARIORUM NOTÆ.

(67) *Ἐξολεθρεῦσαι.* Vide supra, cap. 14. Gall.

(68) *Κἀμέ.* Ita ms. apud Wott. Ita quoque Clemens Alex. l. c. ut apud LXX. Editi vero, præter Londin. καὶ μέ. Ip.

(69) *Παῤῥησιάζεται*, etc. Hæc usque ad historiam Judithæ non extant in Clemente Alexan., p. 521. Bern.

(70) *Πεπληροφορημένος.* Perperam mutaretur in πεπληρωμένος, cum πληροφορεῖσθαι significet impleri aliqua re, ut observatum a Scripturarum interpretibus, antiquis quoque. Sic Eccle. viii, 11, Græce, ἐπληροφορήθη, Latine apud Hieronymum, *repletum est.* Lucæ i, 1, τῶν πεπληροφορημένων ἐν ἡμῖν πραγμάτων. Vulgata: *Quæ in nobis completæ sunt rerum.* Coloss. ii, 2: πληροφορίας, *plenitudinis.* Similiter I Thess. i, 5, II Tim. iv, 5, 17; et alibi. S. Chrysostomus ad II Tim. iv, 5: Τὴν διακονίαν σου πληροφόρησον, τουτέστι, πλήρωσον. Theophylactus ad II Tim. iv, 17: Πληροφορηθῇ, τουτέστι, βεβαιωθῇ, ἢ εἰς πέρας ἔλθῃ, καὶ πληρωθῇ. Sed quid in re clara ac testata immoror? Cot. Similia occurrunt sup. cap. 42. Gall.

(71) *Εἰ δι' ἐμὲ στάσις.* Epiphanius lib. I *Adversus Carpocratios*, ubi mentionem Clementis nostri facit, ad hunc locum respicit, scribens: Λέγει γὰρ μιᾷ τῶν ἐπιστολῶν αὐτοῦ· Ἀναχωρῶ, ἄπειμι, ἐνσταθήτω ὁ λαὸς τοῦ Θεοῦ, etc., ubi εὐσταθείτω legendum puto, pro quo Clemens noster εἰρηνευέτω habet. Quantum fraternitatem universam dilexerit, τὸ κοινωφελὲς quæsiverit, et paci Ecclesiæ, vir hic sanctus, studuerit; et quam abominanda ipsi fuerint schismata, quæ Christi τὸν ἄῤῥαφον καὶ ἄῤῥηκτον χιτῶνα σχίζουσι, ex hoc loco facile apparet: nullum enim gravius peccatum admitti potest, quam unionem Ecclesiæ scindere, auctore Cypriano, qui *Libro de unitate Ecclesiæ*, inexpiabilem discordiæ maculam martyrii sanguine ablui, et passione purgari negat: quod Chrysostomus homil. 11, ad Ephesios, suppresso nomine, audax sed verum esse dictum pronuntiat. Ejus verba ita se habent: Ἀνὴρ δέ τις ἅγιος εἰπέ τι δοκοῦν εἶναι τολμηρὸν, πλὴν ἀλλ' ὅμως ἐφθέγξατο· τί δὴ τοῦτό ἐστιν; οὐδὲ μαρτυρίου αἷμα ταύτην δύνασθαι ἐξαλείφειν τὴν ἁμαρτίαν ἔφησεν, etc., qui paulo infra eadem homilia, se pacis studio omnia postponere, imo et episcopatum ipsum abdicare, paratum esse profitetur, modo unitas Ecclesiæ conservetur: Εἰ μὲν οὖν περὶ ἡμῶν ταῦτα ὑποπτεύετε, ἕτοιμοι παραχωρῆσαι τῆς ἀρχῆς, ὅτῳ περ ἂν βούλοισθε· μόνον Ἐκκλησία ἔστω μία, in quo Clementem nostrum ὑπογραμμὸν sibi proposuisse, et locum hunc, ad quem alludit, præ oculis habuisse, verisimile est. Jun. — Εἰ δι' ἐμὲ στάσις. Locum hunc citat Epiphanius hæres. 27, et etiam exemplo et moribus Clementis nostri descriptum ait; qui Ecclesiæ Romanæ cathedræ a D. Petro admotus, se eo munere abdicavit, quandiu Linus et Cletus in vivis essent. Ex qua duplici successione fortassis, si non potius ex Ecclesiis a B. Petro et Paulo, Judæorum gentiumque apostolis, seorsim aliquando habitis, fieri potest, ut adeo parum inter scriptores conveniat, utrum Clemens immediate successerit Petro, an quarto saltem loco. Licet non sim nescius aliam etiam causam a plurimis redditam; quod, scilicet, nemo illi Romæ succedere liquido potest dici, de quo multum dubitatur, an ipse Romæ unquam fuerit. Obiter monendum apud Epiphanium in loco supra memorato reponi commode posse pro ἐνσταθήτω, εὐσταθήτω, quanquam veterem lectionem retinet doctis. Petavius. Sed hoc ipsum, quod hic loci suadet B. Clemens de se profitetur et spondet S. Chrysostomus, qui ait hom. 11 in *Epist. ad Ephesios*: Εἰ μὲν οὖν περὶ ἡμῶν ταῦτα ὑποπτεύετε, ἕτοιμοι παραχωρῆσαι τῆς ἀρχῆς, ὅτῳ περ ἂν βούλοισθε, μόνον Ἐκκλησία ἔστω μία. Et Gregorius Nazianzenus re ipsa præstitit, qui ut seditioni obviam iret, postquam ad Constantinopolitanam sedem admotus esset, protinus τὴν προστασίαν παρῃτήσατο. Socrat. *Hist* v, c. 7. Fell.

(72) *Ἐκχωρῶ, κ. τ. λ.* Laudat hunc locum S. Epiphanius, Hær. 27, num. vi. Gall. — *Ἐκχωρῶ, ἄπειμι.* Ex memoria laudat S. Epiphanius hæresi 27, cap. 6, sic: Ἀναχωρῶ, ἄπειμι· ἐνσταθήτω aut juxta Patricium Junium εὐσταθείτω ὁ λαὸς τοῦ Θεοῦ. Idem Junius apponit verba B. Chrysostomi valde similia, ex fine homiliæ 11, *in Epistolam ad Ephesios.* A te vero addi potest locus Origenis homil. 19, *in Jeremiam*, postremæ editionis, p. 194. Cot. — *Ἐκχωρῶ, ἄπειμι.* Scripsit Clemens ἀναχωρῶ, ἄπειμι, εὐσταθείτω ὁ λαὸς τοῦ Θεοῦ, ut Epiphanius docet p. 107, hoc est *bene se habeat populus Dei.* An Clemens episcopus Romanus, an Ecclesia Romana dicere posset: Ποιῶ τὰ προσταττόμενα ὑπὸ τοῦ πλήθους, quod nihil iniquius, sordidjusve? Bern.

Digitized by Google

qui divinam, cujus nunquam pœnitet vitam vivunt, fecerunt et facient.

## CAPUT LV.

Ut autem etiam gentium exempla proferamus: multi reges et principes, pestifero tempore sæviente, cum oraculo admoniti essent, se ipsos morti tradiderunt, ut cives suo sanguine liberarent. Multi a suis civitatibus, ne seditio amplius duraret, secesserunt. Multos e nostris cognovimus, qui se ipsos in vincula conjecerunt, ut alios redimerent. Multi se ipsi in servitutem dederunt, et accepto pretio sui, alios cibarunt. Mulieres complures per gratiam Dei corroboratæ, strenua et virilia multa gesserunt. Beata Judith [79], cum urbs obsideretur, rogavit seniores ut sibi liceret in alienigenarum castra transire: ac se ipsam periculo tradens, propter charitatem patriæ populique obsessi egressa est; et Dominus tradidit Olophernem in manu feminæ. Nec minus perfecta secundum fidem Esther [80] periculo se objecit, ut duodecim tribus Israel jam perituras

[79] Judith. VIII-XIII. [80] Esth. V, XIV, XV.

A *Κυρίου ἡ γῆ καὶ τὸ πλήρωμα αὐτῆς.* Ταῦτα, οἱ πολιτευόμενοι τὴν ἀμεταμέλητον πολιτείαν τοῦ Θεοῦ, ἐποίησαν, καὶ ποιήσουσιν

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΝΕ'.

Ἵνα δὲ (73) καὶ ὑποδείγματα ἐθνῶν ἐνέγκωμεν· πολλοὶ βασιλεῖς καὶ ἡγούμενοι (74), λοιμικοῦ τινος ἐνστάντος καιροῦ, χρησμοδοτηθέντες, παρέδωκαν ἑαυτοὺς εἰς θάνατον, ἵνα ῥύσωνται διὰ τοῦ ἑαυτῶν αἵματος τοὺς πολίτας. Πολλοὶ ἐξεχώρησαν ἰδίων πόλεων, ἵνα μὴ στασιάζωσιν ἐπὶ πλεῖον. Ἐπιστάμεθα πολλοὺς (75) ἐν ἡμῖν παραδεδωκότας ἑαυτοὺς εἰς δεσμὰ, ὅπως ἑτέρους λυτρώσονται (76). Πολλοὶ ἑαυτοὺς παρέδωκαν εἰς δουλείαν, καὶ λαβόντες τὰς τιμὰς αὐτῶν, ἑτέρους ἐψώμισαν. Πολλαὶ γυναῖκες ἐνδυναμωθεῖσαι διὰ τῆς χάριτος τοῦ Θεοῦ, ἐπετελέσαντο πολλὰ B ἀνδρεῖα. Ἰουδὶθ ἡ μακαρία (77), ἐν συγκλεισμῷ οὔσης τῆς πόλεως, ἠτήσατο παρὰ τῶν πρεσβυτέρων ἐαθῆναι αὐτὴν ἐξελθεῖν εἰς τὴν παρεμβολὴν τῶν ἀλλοφύλων· παραδοῦσα οὖν ἑαυτὴν τῷ κινδύνῳ ἐξῆλθεν δι' ἀγάπην τῆς πατρίδος, καὶ τοῦ λαοῦ τοῦ ὄντος ἐν συγκλεισμῷ, καὶ παρέδωκεν Κύριος Ὀλοφέρνην ἐν

## VARIORUM NOTÆ.

(73) *Ἵνα δὲ*, κ. τ. λ. Huc respexit Origenes tom. IX, in *Joan.*, p. 143. GALL.

(74) *Πολλοὶ βασιλεῖς καὶ ἡγούμενοι.* En Origenis verba in *Joannem*, p. 142, 143, huc respicientis: Μεμαρτύρηται δὲ καὶ παρὰ τοῖς ἔθνεσιν, ὅτι πολλοί τινες λοιμικῶν ἐνσκηψάντων νοσημάτων, ἑαυτοὺς σφάγια ὑπὲρ τοῦ κοινοῦ παραδεδώκασι, καὶ παραδέχεται ταῦθ' οὕτως γεγονέναι, οὐκ ἀλόγως πιστεύσας ταῖς ἱστορίαις ὁ πιστὸς Κλήμης, ὑπὸ Παύλου μαρτυρούμενος. Hoc est: *Relatum autem ac testatum etiam apud gentiles est, multos, cum pestilentes morbi grassarentur, seipsos in victimas pro patria tradidisse. Atque hæc ita evenisse admittit, non sine causa historiis credens, Clemens ille fidelis, cui testimonium tribuitur a Paulo.* Idem in iisdem Commentariis, p. 363: Περὶ δὲ τοῦ πολλάκις ἐπικρατούντων τινῶν χαλεπῶν ἐν τῷ τῶν ἀνθρώπων γένει, οἷον λοιμῶν, ἢ ἐπιβλαβῶν νηνεμιῶν, ἢ λιμῶν, λύεσθαι τὰ τοιαῦτα, οἱονεὶ καταργουμένου τοῦ ἐνεργοῦντος αὐτὰ πονηροῦ πνεύματος, διὰ τὸ ἑαυτόν τινα ὑπὲρ τοῦ κοινοῦ διδόναι, πολλαὶ φέρονται Ἑλλήνων καὶ Βαρβάρων ἱστορίαι, τὴν περὶ τοῦ τοιούτου εὔνοιαν (male interpres ἔννοιαν) οὐκ ἀποπτυόντων οὐδὲ ἀποδοκιμαζόντων. Πότερον μὲν οὖν ἀληθῆ ἐστι τὰ τοιαῦτα, ἢ μὴ, οὐ τοῦ παρόντος ἐστὶ καιροῦ μετὰ ἐξετάσεως διαλαβεῖν. Verti debuit: *Quod autem frequenter invalescentibus rebus quibusdam asperis in humano genere, veluti peste, aut nocua serenitate ac ventorum cessatione, aut fame, solvantur hæc, quasi sublato malo spiritu qui ea operabatur, eo quod aliquis seipsum pro cunctis obtulerit, multæ feruntur Græcorum et barbarorum historiæ, hujusmodi benevolentiam neque respuentium neque reprobantium. Utrum autem illæ narrationes veræ sint, necne, non est præsentis temporis accurate disceptare.* Quibus similia profert lib. IV *in Epistolam ad Romanos*, ante finem, atque, tomo I *contra Celsum*, ante medium. Nihil porro notius iis quæ referuntur de Menœceo, Codro, Macaria, Protogenia et Pandora, Philænis fratribus, Lei filiabus, Curtio, Deciis, aliisque qui se ultro morti pro communi civium salute obtulerunt. COT. — *Πολλοὶ βασιλεῖς καὶ ἡγούμενοι.* Quales Codrus, Lycurgus; Genusius Cippus, M. Curtius et Scipio Africanus, qui ingratam urbem relicturus, per quem stetit ut ingrata esse posset, Clementis nostri fere verbis ei valedixit, dicens: *Exeo, si plus quam tibi expedit crevi.* Quin et Œdipus, λοιμικοῦ τινος ἐνστάντος καιροῦ, χρησμοδοτηθεὶς (auctoris nostri verba affero) a poeta inducitur in eumdem morem verba faciens:

*Quicunque fessi corpore et morbo graves*
*Semianima trahitis corpora, en fugio, exeo,*
*Relevate colla, mitior cœli status*
*Post terga sequitur.* FELL.

(75) *Ἐπιστάμεθα πολλούς*, etc. Ad horum exemplum postea B. Paulinus Nolanus præsul subiit voluntariam servitutem, ut filium viduæ liberaret; referente magno Gregorio, lib. III *Dialogorum*, cap. 1: Ἄν αἰχμάλωτον, inquit incertus scriptor de Persica captivitate a R. P. Francisco Combefisio publici juris factus, θεάσῃ δακρύοντα, προσπίπτοντα, ταλαιπωροῦντα, χειμαζόμενον, τόπον ἐκ τόπου πρὸς εὐποιΐαν μετερχόμενον, μαστιζόμενον, ὑπὲρ Χριστοῦ, καταπονούμενον, καὶ ὡς κτῆνος πιπρασκόμενον· μὴ μόνον χρήματα, ἀλλ' εἰ δυνατὸν τὰ ἑαυτῶν σώματα μεταδώσωμεν· καλὸν γὰρ ἀγοράσαι Χριστὸν πιπρασκόμενον. COT. — *Ἐπιστάμεθα.* Hujus rei exempla dabit B. Paulus, Ep. ad Rom c. XVI, 3, *Priscam* et *Aquilam*, qui *pro anima ejus suas cervices supposuerunt;* et ad Philip. II, 30, Epaphroditum animæ suæ parabolanum, παραβολευσάμενον τῇ ψυχῇ. Sequentium temporum heroas, qui hac laude claruerunt, referre mora esset. Gentis tamen nostræ protomartyr S. Albanus a nobis præteriri minime debet, *qui sub Diocletiano, pro clerico hospite, qui persecutionem fugientem susceperat, se ipsum tradens, post verbera, aliaque acerbiora tormenta, capite plexus est;* quemadmodum Baronius ad. an. 103, ex Bella nostrate historiam narrat. Hoc autem in loco observari poterit, durante primævæ charitatis impetu, tantam fuisse *Parabolanorum* segetem, quibus id negotii dabatur, ut propriæ salutis dispendio alienam procurarent, inque tam magna hominum collegia excrevisse, ut eorum numerum imperatorum rescriptis necesse esset coerceri, quemadmodum videre est cod. Theod., lib. XVI, tit. II, *de Ep. Eccles. et clericis*, leg. 42. FELL.

(76) *Λυτρώσονται.* Forte λυτρώσωνται. Mill GALL.

(77) *Ἰουδὶθ ἡ μακαρία.* Confer Clementem Alexandrinum, p. 521, et constabit illo aliquem juniorem inde hæc quæ hic legis deformasse, nec id quidem perite. BERN.

Digitized by Google

χειρὶ θηλείας. Οὐχ ἧττον αὖ (78) καὶ ἡ τελεία κατὰ πίστιν Ἐσθήρ, κινδύνῳ ἑαυτὴν παρέβαλεν, ἵνα τὸ δωδεκάφυλον τοῦ Ἰσραὴλ μέλλον ἀπολέσθαι, ῥύσηται· διὰ γὰρ τῆς νηστείας, καὶ τῆς ταπεινώσεως αὐτῆς, ἱξίωσεν τὸν παντεπόπτην (79) Δεσπότην, Θεὸν τῶν αἰώνων· ὃς ἰδὼν τὸ ταπεινὸν τῆς ψυχῆς αὐτῆς, ἐῤῥύσατο τὸν λαὸν, ὧν χάριν (80) ἐκινδύνευσεν.

A liberaret. Nam in jejunio et humilitate precata est omnium inspectorem Dominum, Deum sæculorum; qui animi ejus humilitatem cernens, populum liberavit, cujus gratia periculis sese illa obtulerat.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΝϚ'.

Καὶ ἡμεῖς οὖν ἐντύχωμεν περὶ τῶν ἔν τινι παραπτώματι (81) ὑπαρχόντων, ὅπως δοθῇ αὐτοῖς ἐπιείκεια καὶ ταπεινοφροσύνη, εἰς τὸ εἴξαι αὐτοὺς μὴ ἡμῖν, ἀλλὰ τῷ θελήματι τοῦ Θεοῦ· οὕτως γὰρ ἔσται αὐτοῖς ἔγκαρπος καὶ τελεία ἡ πρὸς τὸν Θεὸν καὶ τοὺς ἁγίους μετ' οἰκτιρμῶν μνεία (82). Ἀναλάβωμεν παιδείαν ἐφ' ᾗ οὐδεὶς ὀφείλει (83) ἀγανακτεῖν, ἀγαπητοί. Ἡ νουθέτησις (84), ἣν ποιούμεθα εἰς ἀλλήλους, καλή ἐστιν, καὶ ὑπεράγαν ὠφέλιμος· κολλᾷ γὰρ ἡμᾶς τῷ θελήματι τοῦ Θεοῦ. Οὕτως γάρ φησιν ὁ ἅγιος λόγος· *Παιδεύων ἐπαίδευσέν με ὁ Κύριος, καὶ τῷ θανάτῳ οὐ παρέδωκέν με. Ὃν γὰρ ἀγαπᾷ Κύριος παιδεύει* (85), *μαστιγοῖ δὲ πάντα υἱὸν ὃν παραδέχεται. Παιδεύσει με γὰρ, φησὶν, ὁ δίκαιος ἐν ἐλέει, καὶ ἐλέγξει με, ἔλαιον δὲ ἁμαρτωλῶν* (86) *μὴ λιπαράτω τὴν κεφαλήν μου.* Καὶ πάλιν λέγει· *Μακάριος ἄνθρωπος ὃν ἤλεγξεν ὁ Κύριος, νουθέτημα δὲ Παντοκράτορος μὴ ἀπαραίτου. Αὐτὸς γὰρ ἀλγεῖν ποιεῖ, καὶ πάλιν ἀποκαθίστησιν· ἔπαισεν, καὶ αἱ χεῖρες αὐτοῦ ἰάσαντο. Ἐξάκις ἐξ ἀναγκῶν ἐξελεῖταί σε, ἐν δὲ τῷ ἑβδόμῳ οὐχ ἅψεταί* (87) *σου κακόν. Ἐν λιμῷ ῥύσεταί σε ἐκ θανάτου, ἐν πολέμῳ δὲ ἐκ χειρὸς σιδήρου λύσει σε καὶ ἀπὸ μάστιγος γλώσσης σε κρύψει, καὶ οὐ μὴ φοβηθήσῃ κακῶν ἐπερχομένων. Ἀδίκων καὶ ἀνόμων καταγελάσῃ, ἀπὸ δὲ θηρίων ἀγρίων οὐ μὴ φοβηθῇς· θῆρες γὰρ ἄγριοι*

## CAPUT LVI.

Et nos igitur oremus pro eis, qui in aliquod peccatum lapsi sunt, ut detur illis moderatio et humilitas; quo non nobis, sed voluntati Dei cedant; sic enim erit ipsis fructuosa et perfecta quæ est apud Deum et sanctos, cum misericordia recordatio. Assumamus disciplinam, juxta quam nemo debet indignari, dilecti. Admonitio quam invicem facimus, bona est et perquam utilis : siquidem B nos voluntati Dei agglutinat. Sic enim ait sacer sermo : *Castigans castigavit me Dominus; et morti non tradidit me* [81]. *Quem enim diligit Dominus, corripit; flagellat autem omnem filium quem suscipit* [82]. *Corripiet* enim *me*, inquit, *justus in misericordia, et arguet me : oleum autem peccatorum non impinguet caput meum* [83]. Et iterum dicit : *Beatus homo, quem arguit Dominus; monitionem vero Omnipotentis ne renuas. Ipse enim dolere facit, et rursus restituit : percussit, et manus ejus sanaverunt. Sexies de necessitatibus eruet te; et in septimo non tanget te malum. In fame liberabit te a morte : in prælio vero, de manu ferri solvet te : et a flagello linguæ abscondet te, et non timebis a malis ingruentibus : injustos et iniquos deridebis; et feroces bestias non timebis : bestiæ enim feræ pacatæ erunt tibi. Deinde scies, quod in pace erit domus tua : habitatio autem tabernaculi tui non peccabit. Scies autem, quod multum semen tuum, et filii tui quasi* C

[81] Psal. cxvii, 18. [82] Prov. iii, 12. [83] Psal. cxl, 5.

## VARIORUM NOTÆ.

(78) *Οὐχ ἧττον αὖ.* Ms. pro αὖ exhibet εἰ. Wott. tamen leg. αὖ cum editis. Sic et Clemens Alex. l. c. Πάλιν τε αὖ ἡ τελεία κατὰ πίστιν Ἐσθήρ. *Et rursus perfecta illa in fide Esther.* Gall.

(79) *Παντεπόπτην.* Editi, præter Londin. παντοποιητήν. Mill. et Wott. ex ms. restituunt παντεπόπτην. Quæ vox occurrit etiam infra, cap. 58, et apud S. Polycarpum *Epist. ad Philipp.*, cap. 7. Ib.

(80) *Ὧν χάριν. Cujus gratia*, seu secundum litteram Græcam, *quorum;* ita tamen ut illud *quorum* pariter referatur ad populum : quod nomen, cum collectivum sit, hanc patitur constructionem. Quocirca minus placet hic versio Cotelerii : *propter pericula quæ illa adierat.* Cout.

(81) *Παραπτώματι.* Al. malunt περιπτώματι. Sed ms. lectio confirmatur ex Gal. vi, 1 : Ἀδελφοὶ, ἐὰν καὶ προληφθῇ ἄνθρωπος ἔν τινι παραπτώματι : quo sane S. Pater respexisse videtur. Gall.

(82) *Μνεία.* Mill. in *Prolegom. ad N. T.*, num. 142, ex isto Clementino loco colligit, S. Patrem in archetypo suo Epistolæ Paulinæ ad Rom. xii, 13 legisse, prout Interpres Vulgatus ac codices aliqui qui hodieque exstant pervetusti, ταῖς μνείαις τῶν ἁγίων κανωνοῦντες. Sic et Wetst. in nupera *N. Test. Gr.* edit. l. c. Aliter Whitbyus in *Exam. var. lect.*, p. 129. Ib.

(83) *Ὀφείλει.* Sic procul dubio legendum, quod et Jun. in margine libri sui ex conjectura posuit. Codd. impp. omnes (præter Londin.), ἐφίλει. At ms. exhibet ΟΦΙΛΕΙ : in eoque vocalis ι pro diphthongo ει sæpius ponitur. Wott. Ib.

(84) *Ἡ νουθέτησις*, etc. Vide Clementem Alexandrinum, p. 122, unde interpolator hæc habet. Bern.

(85) *Παιδεύει.* Ita quædam exemplaria Proverb. iii, 12; et Apostolus Hebr. xii, 6, item Alexandrinus Clemens Pædag. I, 9, Chrysostomus in Psalm. cx, et Catena Græcorum in Proverbia. Alii codices ἐλέγχει. At in Apocalypsi vers. 19, cap. 3, utrumque verbum conjungitur : Ἐγὼ ὅσους ἐὰν φιλῶ, ἐλέγχω καὶ παιδεύω. Cot.

(86) *Ἔλαιον δὲ ἁμαρτωλῶν.* שמן Hebræis est *caput, præcipuum, venenum, amaror.* Ideo in hoc loco psalm. cxl, 5, interpretantur *capitis*, vel *præcipuum*, vel *amaritudinis :* quam ultimam interpretationem Hieronymi sequitur Augustinus in Speculo. At LXX, vertentes ἁμαρτωλοῦ, aut legerunt רע seu רשע aut putaverunt *veneni* metaphoram per nomen *peccatoris* esse reddendam. Ib.

(87) *Οὐχ ἅψεται.* Sic editi juxta LXX cod. Alex., quam quidem lectionem probat Wott. licet ms. exhibeat ΟΥΚ ΟΨΕΤΑΙ. Sed Mill. ms. adhærens, ita distinguit : οὐ κόψεται. Gall.

Digitized by Google

*omnis herba campi : et venies in sepulcrum, tanquam frumentum maturum, quod in tempore messuerunt; vel sicut acervus areæ in tempore comportatur* [84]. Videtis, dilecti, protegi eos qui a Domino castigantur : cum enim bonus sit castigat nos Deus, ut sancta ejus disciplina commonefiamus.

A εἰρηνεύσουσίν σοι. Εἶτα γνώσῃ ὅτι εἰρηνεύσει σου ὁ οἶκος· ἡ δὲ δίαιτα τῆς σκηνῆς σου οὐ μὴ ἁμάρτῃ. Γνώσῃ δὲ ὅτι πολὺ [τὸ σπέρμα σου,] τὰ δὲ τέκνα σου ὥσπερ [τὸ παμβό]τανον τοῦ ἀγροῦ· ἐλεύσῃ [δὲ ἐν τά]φῳ ὥσπερ σῖτος ὥριμος, [κατὰ καὶ]ρὸν θεριζόμενος, ἢ ὥσ[περ θημω]νία ἅλωος

*καθ' ὥραν συ[γκομι]σθεῖσα.* Βλέπετε, ἀγαπητ[οί, ὅτι] ὑπερασπισμός ἐστιν τ[οῖς παιδευ]ομένοις ὑπὸ τοῦ Δεσπότ[ου· (88) καὶ γὰρ] ἀγαθὸς ὢν παιδε[ύει ὁ Θεὸς] εἰς τ[ὸ νουθετ]ηθῆναι ἡμᾶς, διὰ τῆς ἁγίας [παι]δείας αὐτοῦ.

## CAPUT LVII.

Vos ergo qui seditionis fundamenta jecistis, *subditi estote* [85] presbyteris, et correptionem suscipite in pœnitentiam : flectentes genua cordis vestri, discite subjici, deponentes arrogantem et superbam linguæ vestræ jactantiam; melius enim vobis est, in ovili Christi parvos et probatos inveniri, quam altum sapientes e spe illius dejici. Ita siquidem dicit Sapientia, omnem virtutem complectens: *Ecce proferam vobis mei spiritus dictionem; docebo autem*

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΝΖ'.

Ὑμεῖς οὖν οἱ τὴν καταβολὴν [τῆς] στάσεως ποιήσαντες, ὑποτ[αγῆ]τε τοῖς πρεσβυτέροις, καὶ παι[δευθ]ῆτε εἰς μετάνοιαν. Κάμψαν[τες] τὰ γόνατα τῆς καρδίας ὑμῶν (89), μάθετε ὑποτάσσεσθαι, ἀποθέμενοι τὴν ἀλαζόνα καὶ ὑπερήφανον τῆς γλώσσης ὑμῶν αὐθάδ[ειαν·] ἄμεινον γάρ ἐστιν ὑμῖν [ἐν] τῷ ποιμνίῳ τοῦ Χριστοῦ μικροὺς καὶ ἐλλογίμους εὑρεθῆναι, ἢ καθ' ὑπεροχὴν δοκοῦντας ἐκριφῆναι ἐκ τῆς ἐλπίδος αὐτοῦ (90). Οὕτως γὰρ λέγει ἡ πανάρετος Σοφία (91)·

B

[84] Job v, 17-26. [85] I Petr. v, 5.

## VARIORUM NOTÆ.

(88) *Δεσπότου*, κ. τ. λ. Jun. cum editis locum hunc ita supplet : δεσπό[του· καὶ γὰρ] ἀγαθὸς ὢν παιδ[ευτὴς, θέλει νουθετ]ηθῆναι ἡμᾶς. Sed non prorsus ad fidem ms. cod. qui sic habet : ΔΕΣΠΟΤ— ΑΓΑΘΟΣΩΝΠΑΙΔΕ — ΕΙΣΤ — ΗΘΗΝΑΙΗΜΑΣ. Legit itaque Wott.: δεσπότ[ου· καὶ γὰρ] ἀγαθὸς ὢν παιδε[ύει ὁ Θεὸς] εἰς τ[ὸ νουθετ]ηθῆναι ἡμᾶς. Dav. autem ita scribendum putat : δεσπότ[ου. Θεὸς γάρ] ἀγαθὸς ὢν παιδε[ύει, ἀλλ']εἰς τ[ὸ εὐθυν]θῆναι ἡμᾶς. Quod quidem supplementum Cler. *felicissimum* vocat. Verum nos Wottonianam lectionem sequimur, utpote quæ pressius ms. exprimat. GALL.

(89) *Κάμψαντες τὰ γόνατα τῆς καρδίας ὑμῶν.* Hæc phrasis in Patribus et conciliis frequens, desumpta videtur ex oratione Manassis, quam quædam biblia complectuntur, quamque referunt *Constitutiones apostolicæ*, lib. II, cap. 22. Multas vero similes in scriptoribus sacris et ecclesiasticis invenies. COT.

(90) *Ἡ καθ' ὑπεροχὴν δοκοῦντας, ἐκριφῆναι ἐκ τῆς ἐλπίδος αὐτοῦ.* Nihil muto; capite 51, ὀφείλουσιν τὸ κοινὸν τῆς ἐλπίδος σκοπεῖν. Lege hic S. Ignatium ad Ephesios 1, ad Magnesianos 9, ad Philadelphenos 5, 11, et S. Polycarpum, Epistolæ cap. 8. Severus de Vita B. Martini, cap. ult. : *Jesum testor, spemque communem.* ID. — *Ἐκ τῆς ἐλπίδος.* Forte, κιγκλίδος, vel ἐπαύλιδος potius. Basilius in psal. XXVIII, homil. prima : Μία ἐστιν αὐλὴ, ἁγία τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησία· ἦν αὐλὴ πρότερον ἡ τῶν Ἰουδαίων Συναγωγὴ, ἀλλὰ μετὰ τὴν εἰς Χριστὸν ἁμαρτίαν ἐγένετο ἡ ἔπαυλις αὐτῶν ἠρημωμένη. JUN.

(91) *Ἡ πανάρετος Σοφία.* Librum Proverbiorum, πανάρετον σοφίαν appellat, post Clementem Romanum, Clemens Alexandrinus in Miscellaneo 2, p. 420, citans versum ultimum primi capitis sacri Operis illius; itemque Hegesippus, Irenæus, καὶ ὁ πᾶς τῶν ἀρχαίων χορὸς apud Eusebium *Hist. Eccles.*, lib. IV, cap. 22. Sed et eodem nomine insignitur Sapientiæ volumen ab Athanasio in *Synopsi*, Epiphanio *Libro de mensuris et ponderibus*, cap. 4; Damasceno. *Orthodoxæ fidei* lib. IV, cap. 18, et a Gregorio Nysseno, lib. VII *contra Eunomium*, Idit. Parisiens. an. 1638, tom. II, 638. In Bibliothecæ Regiæ codice Biblico 721 : Σοφία Σολομῶντος ἡ πανάρετος, et 1253 : Σοφία Σολομῶντος πανάρετος. At codice 772, Lexicon vocum sacræ Scripturæ, ubi de Sapientia Salomonis, in titulo habet, λέξις τῆς πανα ρέτου. Præterea Sapientiam Siracidis, seu Ecclesiasticum vocari πανάρετον Σοφίαν, et πανάρετον invenies in Eusebii lib. VIII *Demonstrationis evangelicæ*, p. 393, cujus verba refert Hieronymus ad Danielis IX, 24, et in ejusdem Eusebii et aliorum Chronicis, in Hieronymo, *Præfatione ad libros Salomonis*; item apud Isidorum Pelusiotam, lib. III, epist. 66; Cassiodorum, *Divinarum lectionum* cap. V; et Georgium Cedrenum edit. Basil. p. 159, l. XLVI. Jam quod σοφία simpliciter ac Sapientia de Proverbiis dicatur, ostendunt loca *Constitutionum apostolicarum* lib. I, cap. 7 et 10; lib. II, cap. 3; lib. IV, cap. 11 et alibi; Justini martyris in *Dialogo* p. 359; Melitonis Sardensis apud Eusebium *Hist.* lib. IV, cap. 26; Irenæi lib. IV, cap. 37; Clementis Alexandrini in Protreptico p. 52; Pædagog. II, cap. 2, et Strom. I, pag. 317; Origenis Homil. 14 *in Genesim*, 6 *in Exodum*, ac sæpe; Gregorii Nysseni *Libro de Vita Mosis* paulo ante finem, oratione 3 *De oratione Dominica*, et in ὑποτυπώσει de pietatis scopo; Chrysostomi sive alterius sermone de tribus pueris, tom. VI. Quibus adjunge veterem interpretem Epistolæ Ignatio attributæ ad Tarsenses cap. 6. In quem locum homo litteratus Jacobus Usserius, prava deceptus versione, falso citat Athanasii librum *De decretis Nicænæ synodi*. Verba Alexandrini archiepiscopi sunt (tom. I, p. 276) : Ὁ εἰπὼν ὡς Σοφία· Πρὸ δὲ πάντων βουνῶν γεννᾷ με. Quæ interpretantur : *Qui dixit, ut in Sapientiæ libro habetur*, cum significent : *Qui dixit, quatenus Sapientia.* Proverb. VIII, 25. Similiter Ecclesiastico σοφίας, *sapientiæ*, nomen absolute datur per multos, Origenem homil. 2 in psalmum XXXVIII; homil. 6 Græca in Jeremiam, et ad Roman. IX, 20, 21; Gregorium Nyssenum de Vita Mosis, non multo ante medium; Hieronymum dialogo I *adversus Pelagianos*, cap. 10; pseudo-Hieronymum ad II Corinth. IX, 7. Ratio autem earum appellationum ex eo peti debet, quod sapientes viri prædictis libris præcepta sapientiæ omniumque virtutum comprehenderint. Ita enim Epiphanius hæresi 69, cap. 11, Paschatis diem, *ἁγίαν Θεοῦ πανάρετον ἡμέραν* indigitat. Denique Παροιμίαι sunt Σοφία παιδαγωγική, Gregorio Nazianzeno oratione 11. Ecclesiasticus est, *A Deo spirata Sapientia*, *Magna Sapientia*, in *Excerptis chronologicis* ex Eusebio, Africano, et aliis. Atque de Cantico canticorum, scriptor homiliæ de Susanna tom. VI Chrysostomi ait : Κατὰ τὴν Σοφίαν τὴν λέγουσαν, Κῆπος

Digitized by Google

Ἰδοὺ προήσομαι [ὑμῖν] ἐμῆς προφῆς ῥῆσιν, δι- A
δάξω [δὲ ὑμᾶς τὸν ἐμὸν λόγον. Ἐπ[ειδὴ ἐκάλουν,]
καὶ οὐχ ὑπηκούσατ[ε, καὶ ἐξέτει]νον λόγους,
καὶ οὐ [προσείχετε·] ἀλλ' ἀκύρους ἐποι[εῖτε ἐμὰς]
βουλὰς, τοῖς δὲ ἐμ[οῖς ἐλέγχοις] ἠπειθήσατε.
Τοιγαρ[οῦν κἀγὼ] τῇ ὑμετέρᾳ ἀπωλεί[ᾳ (92) ἐπι-
γελάσο]μαι· καταχαροῦμαι δέ[ἡνίκα ἂν] ἔρχηται
ὑμῖν ὄλεθρο[ς, καὶ ὡς ἂν ἀ]φίκηται ὑμῖν ἄφνω
θ[όρυβος· ἡ δὲ] καταστροφὴ ὁμοία κ[αταιγίδι
πα]ρῇ, ἢ ὅταν ἔρχηται ὑμ[ῖν θλῖψις] καὶ πολιορ-
κία. Ἔσται γ[ὰρ (93) ὅταν ἐπι]καλέσησθέ με, ἐγὼ
δὲ [οὐκ εἰσα]κούσομαι ὑμῶν· ζητή[σουσί]με κακοί,
καὶ οὐχ εὑρή[σουσιν.] Ἐμίσησαν γὰρ σοφίαν,
[τὸν δὲ φό]βον τοῦ Κυρίου οὐ προείλα[ντο, οὐδὲ]
ἤθελον ἐμοῖς προσέχ[ειν βουλαῖς·] ἐμυκτήριζον
δὲ ἐμοὺ[ς ἐλέγχους.] Τοιγαροῦν ἔδονται τῆς [ἑαυτῶν] ὁδοῦ τοὺς καρποὺς, [καὶ τῆς ἑαυτῶν]
ἀσεβείας πλησθήσον[ται (94).]. . . . . ιτον (95).

vos meum sermonem. Quoniam vocabam, et non obedistis; et extendebam verba, et non attendistis; sed irrita fecistis mea consilia; et meis increpationibus rebelles fuistis. Itaque et ego vestra perditione ridebo: gaudebo autem cum venerit vobis interitus, et cum advenerit vobis subito tumultus; eversio autem similis procellæ adfuerit; vel cum venerit vobis tribulatio et oppressio. Erit enim cum invocabilis me; ego autem non exaudiam vos: quærent me mali, et non invenient. Oderunt enim sapientiam; timorem autem Domini non assumpserunt; neque volebant meis attendere consiliis: subsannabant autem meas redargutiones. Ergo comedent viæ suæ fructus, et sua ipsorum impietate saturabuntur [96].

. . . . . .

[96] Prov. 1, 23-32.

## VARIORUM NOTÆ.

κεκλεισμένος, πηγὴ ἐσφραγισμένη (Cant. IV, 12). Auctor *Operis imperfecti in Matthæum* apud eumdem Patrem, ad Matth. VI, 6: *Sicut in Canticis ex persona Ecclesiæ Sapientia dicit;* et consarcinator epistolæ decretalis primæ, Clementi nostro affictæ: *Dicente Sapientia, Valida est dilectio ut mors.* Cant. VIII, 6. Cot. — *Παράρετος.* SS. Patres quorum mentio Euseb. lib. IV, c. 22, vocabant sapientiam παράρετον librum Parabolarum Salomonis apocryphum, non Proverbia aut Ecclesiasten. Hunc locum citat Clemens Alexandrinus, p. 126. Bern.

(92) Ἀπωλείᾳ. Sic Wott. ex ms. editi, præter Lond. ἀπολείᾳ. Gall.

(93) *Πολιορκία.* Ἔσται γάρ. Non agnoscit quæ interseruntur in quibusdam LXX Interpretum editionibus, ἢ ὅταν ἔρχηται ὑμῖν ὄλεθρος, et ab aliis rectius absunt; quemadmodum ab Hebræo, a Vulgata, a Catena in Proverbia, et ab initio libri *De singularitate clericorum*, in Operibus S. Cypriani: videntur autem ex versiculo præcedente, Proverb. I, 26 irrepsisse, perperam repetita; aut esse Scholium, vel interpretatio alia. Certe versio Luciferi lib. I pro S. Athanasio, ex solo additamento constat: *Itaque et ego vestra perditione ridebo: gratulabor autem adversus vos, cum venerit vobis subito tumultus, eversio autem similis procellæ, cum advenerit autem vobis interitus. Erit enim cum me invocabitis, ego autem non exaudiam.* Quem textum ampliorem ideo retuli, quia principium illius simili modo concipitur in antiquissima Cypriani editione anni 1471, dicto tractatu *De singularitate clericorum: Itaque et ego vestræ perditioni superridebo. Gratulabor ergo adversum vos; cum advenerit vobis subito tumultus; eversio autem simul et procellæ, et cum advenerit vobis pressura et expugnatio. Erit enim cum me invocaveritis; ego autem non exaudiam vos.* Addiderunt ergo recentiores ex LXX post *adversum vos, cum advenerit vobis interitus.* Quo modo etiam codex Regius 156, qui opusculum attribuit Origeni, in eoque impressis libris hic emendatior est, quod exhibet, *Eversio autem similis procellæ.* Cot.

(94) Desideratur hic in exemplari antiquo folium integrum, quod quatuor impressi codicis folia constituit. Si unius tantum aut alterius vocis defectus fuisset et paucarum litterarum lacuna, medicinam qualemcunque huic loco male affecto, non minus quam aliis, afferre conati fuissemus, sin minus pristinæ sanitati et integritati reddere, licuisset; sed πάθος est ἀνίατον, et vulnus majus quam ut ullo conjecturæ emplastro tegi possit; exspectandus est ex Ægypto vel Græcia novus Æsculapius, qui Clementi nostro ποδαγρῶντι subveniat. Quæ in reliquo corpore medicam manum prorsus refugere non videbantur, pro facultatis nostræ modulo, sarcire et καταρτίζειν conati sumus; quam bene? penes doctos, et artis criticæ mystas, judicium esto. Passim autem in membranis ex quibus epistola hæc descripta est, observare licet, ν finale additum esse tertiis personis verborum, desinentibus in ε et in ι, licet sequentis dictionis littera initialis sit consona, contra receptum et communem scribendi usum; quod summæ antiquitatis non leve argumentum est, cum in antiquis marmoribus, et mss. omnibus codicibus, qui grandioribus litteris exarati sunt, eadem scribendi forma reperiatur.

Sed manum de tabula, præter enim operas typographicas, quæ desinente jam opere plus solito festinant, et notas has abrumpunt; muneris nostri cura, et familiæ privata negotia domum revocant, nec sine dispendio diutius abesse sinunt. Si ῥακώματα hæc nostra, benigne Lector, purpuræ Clementinæ assuta, non indigne te ferre, (cum scias, ut loquitur Libanius, ad Evagoram epistola nondum edita, ὅτι καὶ ῥάκια, καὶ τὴν καλλίστην ἐσθῆτα, πολλάκις ἓν δέχεται κιβώτιον) et primitias has subita manu collectas, quas nunc in ara benevolentiæ tuæ colloco, palato tuo non ingratas esse, nec omnino displicere intellexero; postea, si Deus vitam cum valetudine indulserit, largioribus manipulis sinum implebo, et uberiorem messem adolebo. Interea his fruere, et ornatissimo humanissimoque viro, domino doctori Duppa, celeberrimæ Academiæ Oxoniensis vicecancellario dignissimo, gratias mecum agito; qui dum opus hoc urgeo, humanitate me singulari et benevolentia complexus est, qui thesauros Academiæ reclusit, qui typos Savilianos πρόφρονι θυμῷ communicavit, qui lentas typographorum moras auctoritate sua castigavit, et aucto operariorum numero, editionem hanc multum promovit. Errata quæ a nobis, vel typographis, commissa sunt, humaniter condona, festinationi da veniam, et quales alios tibi fieri velis, talem te nobis præbe. Vale, et humanum esse, errare, memineris. Jun. — Hic haud dubie locum habuit Sibyllæ testimonium, de quo auctor *Quæstionum ad orthodoxos*, ut ex Irenæo erudite colligit Cl. Cotelerius. Videant etiam

(95)... *Ιτον.* Editi, excepto Londin. ητον. Deest folium in ms. Comma tamen proxime sequens post πλησθήσονται, ex Proverbiis legendum esse non dubitat Wott. Et τὸ — ιτον, forte εἶπον vel ἔλεγον, claudere sententiam putat. Gall.

Digitized by Google

## CAPUT LVIII.

Inspector omnium Deus, spirituum Dominus et herus universæ carnis; qui elegit Dominum Jesum Christum, et per eum *nos in populum peculiarem*[87]; omni animæ quæ invocaverit magnificum et sanctum nomen ejus, det fidem, timorem, pacem, patientiam, æquanimitatem, continentiam, puritatem et temperantiam; ut nomini ejus grata sit, per summum sacerdotem et patronum nostrum Jesum Christum: per quem illi gloria, majestas, imperium, honor, et nunc, et in omnia sæcula sæculorum. Amen.

## CAPUT LIX.

Missos autem a nobis Claudium Ephebum, et Valerium Vitonem cum Fortunato, in pace cum gaudio ad nos brevi remittite; ut citius optabilem nobisque desideratissimam pacem et concordiam annuntient; quo et nos de vestra tranquillitate ocius gaudeamus. Gratia Domini nostri Jesu Christi sit vobiscum, et cum omnibus ubique vocatis a Deo et per ipsum: per quem ei gloria, honor et potentia, majestas, solium æternum, a sæculis in sæcula sæculorum. Amen.

A

B

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΝΗ'.

Ὁ παντεπόπτης Θεὸς, [καὶ] Δεσπότης τῶν πνευμάτων καὶ Κύριος [πά]σης σαρκὸς, ὁ ἐκλεξάμενος [τὸ]ν Κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, καὶ ἡμᾶς δι' αὐτοῦ [εἰ]ς λαὸν περιούσιον (96), δώῃ πάσῃ [ψ]υχῇ ἐπικεκλημένῃ τὸ μεγαλο[π]ρεπὲς καὶ ἅγιον ὄνομα αὐτοῦ, [π]ίστιν, φόβον, εἰρήνην, ὑπομονὴν, μακροθυμίαν, ἐγκράτειαν, ἁγνείαν καὶ σωφροσύνην, εἰς εὐαρέστησιν (97) τῷ ὀνόματι αὐτοῦ, διὰ τοῦ ἀρχιερέως καὶ προστάτου ἡμῶν, Ἰησοῦ Χριστοῦ· δι' οὗ αὐτῷ δόξα καὶ μεγαλωσύνη, κράτος, τιμὴ, καὶ νῦν καὶ εἰς πάντας τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΝΘ'.

Τοὺς δὲ ἀπεσταλμένους ἀφ' ἡμῶν Κλαύδιον Ἔφηβον (98), καὶ Οὐαλέριον Βίτωνα, σὺν καὶ Φορτουνάτῳ (99), ἐν εἰρήνῃ μετὰ χαρᾶς ἐν τάχει ἀναπέμψατε πρὸς ἡμᾶς, ὅπως θᾶττον τὴν εὐκταίαν καὶ ἐπιποθήτην (100) ἡμῖν εἰρήνην καὶ ὁμόνοιαν ἀπαγγέλλωσιν· εἰς τὸ τάχιον καὶ ἡμᾶς χαρῆναι περὶ τῆς εὐσταθείας ὑμῶν. Ἡ χάρις τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ μεθ' ὑμῶν, καὶ μετὰ πάντων πανταχῆ τῶν κεκλημένων ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, καὶ δι' αὐτοῦ· δι' οὗ αὐτῷ δόξα, τιμὴ, κράτος, καὶ μεγαλωσύνη, θρόνος αἰώνιος, ἀπὸ τῶν αἰώνων εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν (1).

[87] Deut. VII, 6; XIV, 2; XXVI, 18.

## VARIORUM NOTÆ.

etiam quibus frui datum est Leontii Cyprii locos theologicos, annon ex his lacuna ista posset utcunque suppleri. In his certe utriusque Clementis Epistolæ fragmenta haberi, qui manu exaratos legit, affirmat Fr. Turrianus, *Defens. epist. pont.*, lib. v, c. 20. COLOM.

(96) *Εἰς λαὸν περιούσιον.* Imitatur Paulum ad Tit. II, 14. At Paulus e LXX Interpretibus hanc locutionem mutuavit. DAV.

(97) *Εἰς εὐαρέστησιν.* Hæc sunt interpolatoris, non ea quæ Photius notat, quæ exstant c. XXVI. BERN.

(98) *Κλαύδιον Ἔφηβον*, κ. τ. λ. Jun. cum editis ex mala interpunctione quinque legatos ad Corinthios fuisse missos perhibet. At illud καὶ inter Ἔφηβον et Οὐαλέριον interjectum, tres duntaxat fuisse ostendit; quorum duo suis prænominibus insigniti, videntur fuisse liberti, in familias Claudiorum et Valeriorum asciti. Idque jam suspicatus fuerat Bois. Quod exinde probarunt Pears. in notis in Epist. S. Ignatii ad *Smyrn.*, cap. 10; et Dodwell. in dissert. ad *posthum. Pearson.*, pag. 221, aliique. Cæterum Ephebus iste, ut monuit Colom., memoratur inter Clementis discipulos ad calcem pseudo-Abdiæ a Lazio vulgati. Sed pro *Ephebus*, vitiose legitur *Phebus*. De Valerio autem episcopo Treverensi, discipulo B. Petri apostoli, ad d. 29 Januarii agere Martyrologia, notatum fuit Cotel. GALL.

(99) *Σὺν καὶ Φορτουνάτῳ.* Sic ms. apud Wott. At, editis deest καί. Conjiciebat autem Dav. istud ΚΑΙ ms. legendum forsan Γαΐῳ: ut sicut *Ephebo* ac *Vitoni*, ita et *Fortunato* suum tribuatur prænomen. De quo quidem ita Cotel.: « Habes I Cor. XVI, 17, nomen Φουρτουνάτου, sive juxta alios codices Φορτουνάτου, ut hoc loco. Quem Φουρτουνάτον tricesimum quartum inter LXX discipulos constituit auctor *Chronici Alexandrini* pag. 506. » Iste autem Fortunatus de quo hic S. Pater, idem videtur esse Wott. cum eo, qui ab Apostolo memoratur. « Cum enim, inquit, fuerit jam ætate valde provectus, magnæque apud Ecclesiam Corinthiorum famæ et auctoritatis, a Corinthiis missus Romam venit, ut Romanos de schismate certiores faceret, et posceret eorum opem ad sedandas lites infelices apud ipsos iterum ortas. »

(100) *Ἐπιποθήτην.* Ita ms. apud Wott. Editi, præter Londin. ἐπιπόθητον: quæ quidem lectio magis placet Bois. eo quod adjectiva composita sint fere communis generis.

(1) *Ἀμήν.* Huic voci Mill. et Wott. subjiciunt ex ms. Κλήμεντος πρὸς Κορινθίους Ἐπιστολή.

Digitized by Google

# ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΚΛΗΜΕΝΤΟΣ

ΤΟΥ ΡΩΜΑΙΩΝ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ

# ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΠΡΟΣ ΚΟΡΙΝΘΙΟΥΣ Β'.

—

# S. CLEMENTIS

EPISCOPI ROMANI

# EPISTOLA AD CORINTHIOS II

INTERPRETE J. B. COTELERIO.

(GALLAND., *Veterum Patrum Bibliotheca*, I, 38, Venet. 1765 fol.)

—

## ARGUMENTUM.

De præstantia vocationis Christianæ; de mundi contemptu; pœnitentiæ locum non esse post hanc vitam; de bonis promissis, præsentium voluptatum abdicatione promerendis.

—

## INDEX CAPITUM.


CAP. I. *Christus Deus; magnifice de Christo sentiendum; quanta ei debeamus; per misericordiam Dei salvi facti sumus.*

II. *Ecclesiæ prius sterilis mira fecunditas; gentiles per Christum salvandos Isaias prænuntiavit.*

III. *Christus ergo a nobis agnoscendus, qui nos a cultu deorum mortuorum revocavit, notumque nobis fecit veritatis Patrem.*

IV. *Quis Christum vere confiteatur.*

V. *Mundus contemnendus, et ad alterius vitæ felicitatem nobis contendendum est.*

VI. *Sæculum præsens et futurum, duo inimici; Christi mandata spernentibus nulla salutis spes.*

VII. *Sic certandum ut coronemur, aut coronæ proximi simus.*

VIII. *Pœnitentiæ locus non est, nisi in hac vita.*

IX. *Resurrectio carnis; caro casta servanda, quia in carne judicabimur.*

X. *Vitio relicto virtutem prosequamur; bonis promissis præsens voluptas posthabenda.*

XI. *De promissis Dei non ambigendum.*

XII. *Regnum Dei quotidie exspectandum.*


—

### ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Α'.

Ἀδελφοί, οὕτως δεῖ ἡμᾶς φρονεῖν περὶ Ἰησοῦ Χριστοῦ ὡς περὶ Θεοῦ, ὡς περὶ κριτοῦ ζώντων καὶ νεκρῶν· καὶ οὐ δεῖ ἡμᾶς μικρὰ φρονεῖν περὶ τῆς σωτηρίας ἡμῶν· ἐν τῷ γὰρ φρονεῖν ἡμᾶς μικρὰ περὶ αὐτοῦ, μικρὰ καὶ ἐλπίζομεν λαβεῖν· καὶ οἱ ἀκούοντες (2) ὥσπερ μικρῶν

### CAPUT I.

A

Fratres, ita sentire nos oportet de Jesu Christo, tanquam de Deo, tanquam de Judice vivorum et mortuorum; nec decet nos humilia sentire de salute nostra: dum enim humiliter sentimus de illo, parva etiam accepturos nos speramus: et dum

VARIORUM NOTÆ.

(2) *Καὶ οἱ ἀκούοντες.* Hiulca nonnullis visa hæc sententia. Al. sic eam restituunt: Καίτοι ἀκούοντες ὡς περὶ μικρῶν. Al. Καὶ ἡμεῖς οἱ ἀκούοντες τούτων, ὥσπερ μικρῶν. Birr. ita illam integram reddit: Καὶ οἱ παρακούοντες, ὥσπερ μικρῶν, ἁμαρτάνομεν. *Quique negligenter audimus, quasi tenuia sint, peccamus.* Vel: *Quique aures non attendimus, quasi tenuibus* vel *parvi momenti rebus*, nempe his, quæ de Christo et parta per ipsum salute ante proposuerat. GALL.



Digitized by Google

tanquam exigua audimus, peccamus, nescientes unde vocati sumus, et a quo, et in quem locum, et quanta sustinuit Jesus Christus pati propter nos. Quam igitur nos ipsi rependemus remunerationem, aut quem fructum dignum eorum quæ nobis ipse dedit? Quanta vero ei debemus pia? Nam lucem nobis largitus est; tanquam pater filios nos appellavit; pereuntes nos servavit. Qualem ergo ipsi laudem tribuemus, aut mercedem qua compensemus quæ accepimus (5)? Qui mente eramus capti, et adorabamus lapides, ligna, aurum, argentum atque æs, hominum opera; et tota nostra vita nihil aliud erat quam mors. Obscuritate itaque circumdati, et tali caligine plenum habentes visum, respeximus, ipsius voluntate deponentes eam qua cingebamur nebulam. Nam miseratus est nos; et visceribus commotus, salvos fecit; cum in nobis multum errorem ac interitum spectasset, nec habere nos ullam salutis spem, nisi eam quæ ab ipso est. Vocavit enim nos qui non eramus, et voluit e nihilo esse nos.

A ἁμαρτάνομεν, οὐκ εἰδότες πόθεν ἐκλήθημεν, καὶ ὑπὸ τίνος, καὶ εἰς ὃν τόπον, καὶ ὅσα (3) ὑπέμεινεν Ἰησοῦς Χριστὸς παθεῖν ἕνεκα ἡμῶν. Τίνα οὖν ἡμεῖς αὐτῷ δώσομεν ἀντιμισθίαν; ἢ τίνα καρπὸν ἄξιον οὗ ἡμῖν αὐτὸς ἔδωκεν; πόσα (4) δὲ αὐτῷ ὀφείλομεν ὅσια; τὸ φῶς γὰρ ἡμῖν ἐχαρίσατο, ὡς πατὴρ υἱοὺς ἡμᾶς προσηγόρευσεν, ἀπολλυμένους ἡμᾶς ἔσωσεν. Ποῖον (6) αἶνον αὐτῷ δώσωμεν (7), ἢ μισθὸν ἀντιμισθίας ὧν ἐλάβομεν; πτηροὶ ὄντες τῇ διανοίᾳ (8), προσκυνοῦντες λίθους καὶ ξύλα, καὶ χρυσὸν καὶ ἄργυρον καὶ χαλκὸν, ἔργα ἀνθρώπων, καὶ ὁ βίος ἡμῶν ὅλος ἄλλο οὐδὲν ἦν εἰ μὴ θάνατος. Ἀμαύρωσιν οὖν περικείμενοι, καὶ τοιαύτης ἀχλύος γέμοντες ἐν τῇ ὁράσει, ἀνεβλέψαμεν, ἀποθέμενοι, ἐκεῖνο ὃ περικείμεθα νέφος, τῇ αὐτοῦ θελήσει. Ἠλέησεν γὰρ ἡμᾶς, καὶ σπλαγ- B χνισθεὶς ἔσωσεν, θεασάμενος ἐν ἡμῖν πολλὴν πλάνην καὶ ἀπώλειαν, καὶ μηδεμίαν ἐλπίδα ἐχοντες (9) σωτηρίας, εἰ μὴ τὴν παρ' αὐτοῦ. Ἐκάλεσεν (10) γὰρ ἡμᾶς οὐκ ὄντας, καὶ ἠθέλησεν ἐκ μὴ ὄντος εἶναι ἡμᾶς.

## CAPUT II.

*Lætare, sterilis quæ non paris; erumpe et clama, quæ non parturis: quia multi filii desertæ, magis quam ejus quæ habet virum* [68]. Quod dixit, *Lætare sterilis quæ non paris*, nos dixit: sterilis quippe erat Ecclesia nostra, ante quam dati essent ei liberi. Quod vero dixit, *Clama quæ non parturis;* hoc dixit: Preces nostras ad Deum omnino, ut parturientes solent, non deficiamus referre. Quod C autem dixit, *Quia multi filii desertæ, magis quam*

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Β'.

*Εὐφράνθητι, στεῖρα ἡ οὐ τίκτουσα, ῥῆξον καὶ βόησον ἡ οὐκ ὠδίνουσα, ὅτι πολλὰ τὰ τέκνα τῆς ἐρήμου, μᾶλλον ἢ τῆς ἐχούσης τὸν ἄνδρα.* Ὃ εἶπεν, *Εὐφράνθητι στεῖρα ἡ οὐ τίκτουσα*, ἡμᾶς εἶπεν· στεῖρα γὰρ ἦν ἡ Ἐκκλησία ἡμῶν, πρὸ τοῦ δοθῆναι αὐτῇ τέκνα. Ὃ δὲ εἶπεν, *Βόησον ἡ οὐκ ὠδίνουσα*, τοῦτο λέγει· Τὰς προσευχὰς ἡμῶν ἁπλῶς ἀναφέρειν πρὸς τὸν Θεὸν, μὴ, ὡς αἱ ὠδίνουσαι, ἐγκακῶμεν (11). Ὃ δὲ εἶπεν, *ὅτι πολλὰ τὰ τέκνα τῆς*

[68] Isa. LIV, 1.

## VARIORUM NOTÆ.

(3) *Καὶ ὅσα.... παθεῖν.* Mallet Birr. παθών. *Et quam multa patienter tulerit Jesus Christus, cum passus est pro nobis.* GALL.

(4) *Πόσα...ὅσια.* Fell. jam monuerat ex Act. XIII, 14, eximia David a Deo promissa beneficia, dici illius ὅσια τὰ πιστά, ejusque observationem exinde viri docti probarunt. Hinc vertit Birr.: *Quot vero ejus clementiæ beneficia accepta referimus?* Quæ sane beneficia deinceps S. Pater enumerat. Haud absimili sensu usurpatur vox ὅσια in *Constit. apost.* lib. II, cap. 23: Ὁ τοιοῦτος ἄφεσιν οὐχ ἕξει, κἂν λέγῃ παρ' ἑαυτῷ, Ὅσιά μοι γένοιτο: *Hujusmodi venia carebit, licet secum ipse dicat: Bene mihi sit.* ID.

(5) Seu *spiritalia*, supple *munera*. Mox enim de luce spiritali loquitur, ut subnexa docent. Quocirca Vendelinus Clementis mentem minime videtur assecutus hac versione: *Quantam vero ei debemus sanctimoniam?* COUST.

(6) *Ποῖον.* Legendum jubet Wott. ποῖον οὖν. Sic et in super. epist. cap. 30. Ms. exhibet Ἁγίου pro Ἁγίου οὖν. GALL.

(7) *Δώσωμεν.* Ita ex ms. Wott. Editi, δώσομεν. Quæ autem statim sequuntur, sic vertit Cot.: *mercedem compensationis eorum quæ accepimus.* Verum, ut monet Coust., dum ipse litteræ tenax esse vult, Clementis sententiam non reddit. Vertit Vendelin. *vel retributionis mercedem ob ea quæ accepimus.* ID.

(8) *Πηροὶ ... τῇ διανοίᾳ. Mente debiles*, id est *cæci*. Sic Birr. ex Gloss. Cyrill. et Hesych. Idque confirmant quæ de mentis humanæ tenebris mox subdit S. Pater. ID.

(9) *Ἔχοντες.* Forte ἔχοντας. Sequentia vero, εἰ μὴ τὴν παρ' αὐτοῦ vertit Vendel. *præter quam a se.* ID.— Hic aperte tradit Clemens, quod Augustinus postea frequens docuit, vocatos nos a Deo, cum nulla in nobis merita, imo et multa demerita conspexisset. COUST.

(10) *Ἐκάλεσεν*, κ. τ. λ. Hic forte respexit S. Clemens ad Rom. IV, 17: Θεοῦ...καλοῦντος τὰ μὴ ὄντα, ὡς ὄντα. Seu potius ejus verba accipienda de gentium vocatione ad fidem, juxta illud Osee II, 24, ab Apostolo usurpatum Rom. IX, 25: Καλέσω τὸν οὐ λαόν μου, λαόν μου. GALL.

(11) *Ἐγκακῶμεν.* Cotel. mavult ἐκκακῶμεν. Cui emendationi favent Cout. et Birr. contra Colomesium et Wottonum, ms. lectionem retinentes. GALL. — *Τὰς προσευχὰς ἡμῶν ἁπλῶς ἀναφέρειν πρὸς τὸν Θεὸν, μὴ, ὡς αἱ ὠδίνουσαι, ἐγκακῶμεν.* Verbo ἐγκακεῖν usus fuerat Symmachus interpres Num. XXI, 5, vertens ἐνεκάκησεν, quod LXX verterant προσώχθισεν. Prætuli tamen ἐκκακῶμεν, ob vers. 1, cap. XVIII Lucæ evangelistæ, quo respexisse videtur Clemens, ἔλεγε δὲ καὶ παραβολὴν αὐτοῖς πρὸς τὸ δεῖν πάντοτε προσεύχεσθαι, καὶ μὴ ἐκκακεῖν. Simili modo propter verba Apostoli Ephes. III, 13: Διὸ αἰτοῦμαι μὴ ἐκκακεῖν ἐν ταῖς θλίψεσί μου ὑπὲρ ὑμῶν, scribere oportet apud Gregorium Theologum oratione 44, p. 709: Εἰ μὴ ἐκκακοῦμεν ἐν ταῖς θλίψεσι, sublato typographico mendo ἐκκαμοῦμεν. Theodoriti libri ad præsens Scripturæ testimonium Isaiæ LIV, 1, medica manu forte indigent: *Εὐφράνθητι στεῖρα ἡ οὐ τίκτουσα.* Οὐ γὰρ ἔτικτεν ἡ Ἐκκλησίας

Digitized by Google

ἐρήμου, μᾶλλον ἢ τῆς ἐχούσης τὸν ἄνδρα· ἐπεὶ ἔρημος ἐδόκει εἶναι ἀπὸ τοῦ Θεοῦ ὁ λαὸς ἡμῶν, νυνὶ δὲ πιστεύσαντες, πλείονες ἐγενόμεθα τῶν δοκούντων ἔχειν Θεόν. Καὶ ἑτέρα δὲ Γραφὴ λέγει, ὅτι *Οὐκ ἦλθον καλέσαι δικαίους, ἀλλὰ ἁμαρτωλούς*· τοῦτο λέγει, ὅτι δεῖ τοὺς ἀπολλυμένους σώζειν. Ἐκεῖνο γάρ ἐστιν μέγα καὶ θαυμαστόν, οὐ τὰ ἑστῶτα στηρίζειν, ἀλλὰ τὰ πίπτοντα· οὕτως καὶ ὁ Χριστὸς ἠθέλησεν σῶσαι τὰ ἀπολλύμενα (13), καὶ ἔσωσεν πολλοὺς ἐλθών, καὶ καλέσας ἡμᾶς ἤδη ἀπολλυμένους.

A *ejus quæ habet virum*; quandoquidem populus noster (12) a Deo desertus esse videbatur; nunc vero cum credidimus, plures facti sumus iis qui Deum habere censebantur. Alia quoque Scriptura dicit· *Non veni vocare justos, sed peccatores* [89]: hoc dicit, quod debeat pereuntes servare. Illud siquidem magnum et admirabile est, non fulcire quæ stant, sed quæ cadunt. Sic et Christus servare voluit pereuntia, et multos servavit dum venit, dumque nos jam pereuntes vocavit.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Γ'.

Τοσοῦτον οὖν ἔλεος ποιήσαντος αὐτοῦ εἰς ἡμᾶς· πρῶτον μὲν ὅτι ἡμεῖς οἱ ζῶντες τοῖς νεκροῖς θεοῖς οὐ θύομεν, καὶ οὐ προσκυνοῦμεν αὐτοῖς, ἀλλὰ ἔγνωμεν δι' αὐτοῦ τὸν Πατέρα τῆς ἀληθείας· τίς ἡ γνῶσις (14) ἡ πρὸς αὐτὸν, ἢ τὸ μὴ ἀρνεῖσθαι δι' οὗ ἔγνωμεν αὐτόν; Λέγει δὲ καὶ αὐτός· *Τὸν ὁμολογήσαντά με ἐνώπιον τῶν ἀνθρώπων, ὁμολογήσω αὐτὸν ἐνώπιον τοῦ Πατρός μου.* Οὗτος οὖν (15) ἐστιν ὁ μισθὸς ἡμῶν, ἐὰν οὖν ὁμολογήσωμεν δι' οὗ ἐσώθημεν. Ἐν τίνι δὲ αὐτὸν ὁμολογοῦμεν; ἐν τῷ ποιεῖν ἃ λέγει, καὶ μὴ παρακούειν αὐτοῦ τῶν ἐντολῶν, καὶ μὴ μόνον χείλεσιν αὐτὸν τιμᾶν, ἀλλ' ἐξ ὅλης καρδίας, καὶ ἐξ ὅλης τῆς διανοίας. Λέγει δὲ καὶ ἐν τῷ Ἡσαΐᾳ· *Ὁ λαὸς οὗτος τοῖς χείλεσίν με τιμᾷ, ἡ δὲ καρδία αὐτῶν πόρρω ἀπέστηκεν ἀπ' ἐμοῦ.*

B Cum igitur tantam misericordiam erga nos ipse fecerit: primo quidem, quod nos qui vivimus, diis mortuis non sacrificamus, nec adoramus eos; sed per ipsum, cognovimus veritatis Patrem: quænam est agnitio ad eum, nisi ut non negemus illum, per quem agnovimus eum? Ait vero etiam ipse: *Qui me confessus fuerit in conspectu hominum, confitebor ipsum in conspectu Patris mei* [90]. Hæc est itaque merces nostra, si quidem confiteamur eum per quem servati sumus. In quonam autem illum confitebimur? Faciendo quæ dicit, et mandata illius non spernendo; nec solum labiis eum honorando, sed ex toto corde, et ex tota mente. Dicit quippe in Isaia: *Populus iste labiis me honorat: cor autem eorum longe abest a me* [91].

## CAPUT III.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Δ'.

Μὴ μόνον οὖν αὐτὸν καλῶμεν Κύριον· οὐ γὰρ τοῦτο σώσει ἡμᾶς· λέγει γάρ· *Οὐ πᾶς ὁ λέγων μοι, Κύριε, Κύριε, σωθήσεται, ἀλλὰ ὁ ποιῶν τὴν δικαιοσύνην.* Ὥστε οὖν, ἀδελφοί, ἐν τοῖς ἔργοις αὐτὸν ὁμολογῶμεν, ἐν τῷ ἀγαπᾶν αὐτοὺς (16), ἐν τῷ μὴ μοιχᾶσθαι, μηδὲ καταλαλεῖν ἀλλήλων, μηδὲ ζηλοῦν, ἀλλ' ἐγκρατεῖς εἶναι, ἐλεήμονας, ἀγαθούς· καὶ συμπάσχειν ἀλλήλοις ὀφείλομεν, καὶ μὴ φιλαργυρεῖν· ἐν τ[ού]τοις ἔργοις (17)

C Non modo igitur ipsum vocemus Dominum; id enim non salvabit nos; siquidem ait: *Non omnis qui dicit mihi, Domine, Domine, salvabitur; sed qui facit justitiam* [92]. Itaque, fratres, in operibus ipsum confiteamur; diligendo nos mutuo, non adulterando, neque obtrectando invicem, neque æmulando; sed vivendo in continentia, misericordia, bonitate: et compassione mutua duci debemus; at non pecuniæ

[89] Matth. IX, 13. [90] Matth. X, 32. [91] Isa. XXIX, 13. [92] Matth. VII, 21.

## VARIORUM NOTÆ.

εὐσέβεια πάλαι, τῇ δὲ τῶν εἰδώλων δουλείᾳ προσέδρευον: ut restituatur, ἡ εὐσέβεια Ἐκκλησία et προσήδρευεν, quod ultimum exhibet Catena ms. in prophetas, Bibl. Reg. cod. 229. Cot. — Vertit Cotelerius, *hoc dicit, preces nostras ad Deum omnino, ut parturientes solent, non deficiamus referre*, observatque ad marg. sibi videri Græce legendum ἐκκακῶμεν, pro ἐγκακῶμεν, atque Clementem hic respicere ad illud Luc. XVIII, 1: Δεῖν πάντοτε προσεύχεσθαι, καὶ μὴ ἐκκακεῖν. Legere est Ephes. III, 13: Μὴ ἐκκακεῖν ἐν ταῖς θλίψεσί μου, et Gal. VI, 9: Τὸ δὲ καλὸν ποιοῦντες μὴ ἐκκακῶμεν. At Paulum Colomesium si audias, *nihil hic vidit clariss. Cotelerius*, ac *locum hunc rectissime translulit Vendelinus* in hunc modum: *Hæc dicit, ut orationes modeste offeramus Deo, non ut clamose, parientium instar, vociferemur.* Dupliciter tamen peccare mihi videtur hæc translatio, primo quidem quod clamare nobis vetat, cum Clemens locum Isaiæ interpretatur, in quo clamare præcipimur: deinde quod antithesim seu oppositionem instituit, quam diversa constructio verborum ἀναφέρειν et ἐκκακῶμεν seu ἐγκακῶμεν non patitur. Coust.

(12) Ita loquens se gentilem indicat, non Judæum. Coust.

(13) *Σῶσαι τὰ ἀπολλύμενα.* Alludit ad Matth. XVIII, 11: Ἦλθε γὰρ ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου σῶσαι τὸ ἀπολωλός. Gall.

(14) *Τίς ἡ γνῶσις*, κ. τ. λ. Vendelinus: *Quænam erit nostra erga ipsum agnitio?* Si post *ad ipsum* suppleatur *perducens* aut *pertingens*, integra erit sententia: ac recte consequetur, ut postquam cognovimus Patrem, non negemus Filium; quia nullus pater est sine filio. Hic locus ex iis forsitan est, quos sibi non satis cohærere censuit Photius. Coust.

(15) *Οὗτος οὖν ... ἐὰν οὖν.* Displicet Wott. οὖν repetitum, pro quo reponit μέν vel αὐτόν. Dav. mallet: ἐὰν συνομολογήσωμεν. Nihil autem mutat Birr. cum notum sit, eam vocem sæpe παρέλκειν, nec raro pro τοίνυν, *proinde*, poni: quo sensu hic quoque adjecta videtur. Gall.

(16) *Ἐν τῷ ἀγαπᾶν αὐτούς.* Al. αὐτόν, id est Κύριον. Al. ἀλλήλους. Al. ἑαυτούς. Birr. retinet ms. lectionem; quod αὐτούς æquivaleat Clementi τῷ ἀλλήλους. Sic infra cap. ult. Ὅταν λαλῶμεν αὐτοῖς ἀληθειαν: *Quando veritatem inter nos loquimur.* Quin et epist. I, cap. 14: Χρηστευσώμεθα αὐτοῖς. Quem locum consule. Id.

(17) *Ἐν τούτοις ἔργοις.* Ex Wott. sic se habet ms. EN T... ΤΟΙΣ ΕΡΓΟΙΣ. Hinc procul dubio legendum ad fidem cod. ἐν τ[ού]τοις vel τ[οιού]τοις ἔργοις. Editi vero præter Londin., ἔν τε ἀγαθοῖς τοῖς ἔργοις. Id.

Digitized by Google

cupiditate; atque in istis operibus confiteamur Deum; non autem in contrariis: nec timendi nobis sunt homines, sed potius Deus. Idcirco, nobis hæc facientibus, dixit Dominus: *Si fueritis mecum congregati in sinu meo, et non feceritis mandata mea, abjiciam vos, et dicam vobis: Discedite a me; nescio vos unde sitis, operarii iniquitatis* [93].

A ὁμολογῶμεν τὸν [Θεὸν] (18), καὶ μὴ ἐν τοῖς ἐναντίοις· καὶ οὐ δεῖ ἡμᾶς φοβεῖσθαι τοὺς ἀνθρώπους μᾶλλον, ἀλλὰ τὸν Θεόν (19). Δ[ιὰ] τοῦτο ταῦτα ἡμῶν πρασσόν[των], εἶπεν ὁ Κύριος· *Ἐὰν ἦτε μετ' ἐμο[ῦ] συνηγμένοι ἐν τῷ κόλπῳ μ[ου], καὶ μὴ ποιῆτε τὰς ἐντολάς μο[υ], ἀποβαλῶ ὑμᾶς· καὶ ἐρῶ ὑμῖν· Ὑπάγετε ἀπ' ἐμοῦ, οὐκ οἶδα ὑμᾶς πόθεν ἔστε, ἐργάται ἀνομίας.*

## CAPUT V.

Unde, fratres, derelicto mundi hujus incolatu, faciamus voluntatem ejus qui vocavit nos; et non vereamur de hoc mundo exire. Ait enim Dominus: *Eritis velut agni in medio luporum. Respondens autem Petrus ei dicit: Si ergo lupi agnos discerpserint?* [94] *Dixit Jesus Petro* (20): *Ne timeant agni post mortem suam lupos: et vos nolite timere eos qui occidunt vos, et* [*post*] *nihil vobis possunt facere; sed timete eum, qui postquam mortui fueritis, habet potestatem animæ et corporis, ut mittat in gehennam ignis* [95]. Et scitote, fratres, quod peregrinatio carnis hujus in hoc mundo, brevis est ac parvi temporis; promissio autem Christi, magna et admirabilis est, atque requies futuri regni ac vitæ æternæ. Quid igitur faciendo, ea consequi poterimus, nisi sancte justeque vivendo ac operando, et mundana hæc tanquam aliena putando, nec illa concupiscendo? Dum enim ipsa possidere concupiscimus, excidimus a via justa.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ε'.

Ὅθεν, ἀδελφοί, καταλείψαντες τὴν παροικίαν τοῦ κόσμου τούτου, ποιήσωμεν τὸ θέλημα τοῦ καλέσαντος ἡμᾶς, καὶ μὴ φοβηθῶμεν ἐξελθεῖν ἐκ τοῦ κόσμου τούτου. Λέγει γὰρ ὁ Κύριος· *Ἔσεσθε ὡς ἀρνία ἐν μέσῳ λύκων.* Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Πέτρος αὐτῷ λέγει· *Ἐὰν οὖν διασπαράξωσιν οἱ λύκοι τὰ ἀρνία;* B Εἶπεν ὁ Ἰησοῦς τῷ Πέτρῳ· *Μὴ φοβείσθωσαν τὰ ἀρνία τοὺς λύκους μετὰ τὸ ἀποθανεῖν αὐτά· καὶ ὑμεῖς μὴ φοβεῖσθε τοὺς ἀποκτεινοντας ὑμᾶς, καὶ μηδὲν ὑμῖν δυναμένους ποιεῖν, ἀλλὰ φοβεῖσθε τὸν μετὰ τὸ ἀποθανεῖν ὑμᾶς, ἔχοντα ἐξουσίαν ψυχῆς καὶ σώματος, τοῦ βαλεῖν εἰς γέενναν πυρός.* Καὶ γινώσκετε, ἀδελφοί, ὅτι ἡ ἐπιδημία ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ τῆς σαρκὸς ταύτης μικρά ἐστιν καὶ ὀλιγοχρόνιος, ἡ δὲ ἐπαγγελία τοῦ Χριστοῦ μεγάλη καὶ θαυμαστή ἐστιν, καὶ ἀνάπαυσις τῆς μελλούσης βασιλείας καὶ ζωῆς αἰωνίου (21). Τί οὖν ἐστιν ποιήσαντας ἐπιτυχεῖν αὐτῶν, εἰ μὴ τὸ ὁσίως (22) καὶ δικαίως ἀναστρέφεσθαι, καὶ τὰ κοσμικὰ ταῦτα ὡς ἀλλότρια ἡγεῖσθαι, καὶ μὴ ἐπιθυμεῖν αὐτῶν; ἐν γὰρ τῷ ἐπιθυμεῖν ἡμᾶς κτήσασθαι ταῦτα, ἀποπίπτομ[εν] τῆς ὁδοῦ τῆς δικαίας.

## CAPUT VI.

Dicit autem Dominus: *Nullus servus potest duobus dominis servire* [96]. Si nos volumus et *Deo servire et mamonæ*, inutile nobis est. Nam *quæ utilitas, si quis universum mundum lucretur, animam autem detrimento afficiat* [97]? Porro hoc sæculum et futurum sunt duo inimici. Illud prædicat adulterium, corruptelam, avaritiam et fraudem: hoc vero istis renuntiat. Non ergo possumus amborum amici esse: oportet autem ut illi valedicentes, hoc utamur. Putemus melius esse, quæ hic sunt odisse, quia parva et exigui temporis et corruptioni obnoxia

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ϛ'.

C Λέγει δὲ ὁ Κύριος· *Οὐδεὶς οἰκέτης δύναται δυσὶ κυρίοις δουλεύε[ιν].* Ἐὰν ἡμεῖς θέλωμεν καὶ θεῷ δ[ουλ]εύειν καὶ μαμωνᾷ (23), ἀσύμφο[ρ]ον ἡμῖν ἐστιν. *Τί γὰρ τὸ ὄφελος, ἐάν τις τὸν ὅλον κόσμον κερδήσῃ, τὴν δὲ ψυχὴν ζημιωθῇ* (24); Ἔστιν δὲ οὗτος ὁ αἰὼν καὶ ὁ μέλλων δύο ἐχθροί. Οὗτος λέγει μοιχείαν, καὶ φθορὰν, καὶ φιλαργυρίαν, καὶ ἀπάτην· ἐκεῖνος δὲ τούτοις ἀποτάσσεται. Οὐ δυνάμεθα οὖν τῶν δύο φίλοι εἶναι· δεῖ δὲ ἡμᾶς τούτῳ ἀποταξαμένους ἐκείνῳ χρᾶσθαι (25). Οἰώμεθα ὅτι βέλτιόν ἐστιν τὰ ἐνθάδε μισῆσαι, ὅτι μικρὰ καὶ ὀλιγοχρόνια, καὶ φθαρτά· ἐκεῖνα

[93] Matth. VII, 23; Luc. XIII. 27. [94] Matth. X, 16; Luc. X, 3. [95] Matth. X, 28; Luc. XII, 4, 5. [96] Matth. VI, 24; Luc. XVI, 13. [97] Matth. XVI, 26.

## VARIORUM NOTÆ.

(18) *Τὸν Θεόν.* Articulo τόν quem Junius præfixit, D spatium in ms. non datur. MILL.

(19) *Μᾶλλον, ἀλλὰ τὸν Θεόν.* Wott. Boisium secutus, putat vel delendum μᾶλλον, vel legendum μᾶλλον ἢ τόν. Birr. tamen non sollicitandam ms. lectionem contendit: « Sic enim fere, inquit, infra cap. 10: Καὶ διώξωμεν μᾶλλον τὴν ἀρετὴν, τὴν δὲ κακίαν καταλείψωμεν. Sed et male distinguebant ante μᾶλλον prius. Sic igitur interpungendus hic locus: Καὶ οὐ δεῖ ἡμᾶς φοβεῖσθαι τοὺς ἀνθρώπους μᾶλλον, ἀλλὰ τὸν Θεόν. » GALL.

(20) Secundum apocryphum aliquod Evangelium.

(21) *Αἰωνίου.* Omnino legendum αἰώνιος: ἀνάπαυσις ... αἰώνιος. Hanc enim opponit S. Pater ἐπιδημίᾳ τῇ ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ, quam μικρὰν et ὀλιγοχρόνιον dixit. DAV.

(22) *Εἰ μὴ τὸ ὁσίως.* Legit Dav. εἰ μὴ τῷ ὁσίως. Cæterum Wott. ex ms. restituit ὁσίως, tam hic quam cap. 6 epist. 1, ubi Jun. cum editis præter Londin. habet θείως, facili errore ob similitudinem litterarum O et Θ, ac Σ et E. GALL.

(23) *Μαμωνᾷ.* Sic ms. codex cum μ simplici. Et quidem recte Ita enim Hesychius, Suidas, Lucas et codd. plerique apud Matthæum. Ita denique Pœni pronuntiarunt: ita Syrus, cujus linguæ vox ista. MILL.

(24) *Ζημιωθῇ.* Ita Mill. ex ms. ut apud Matth. XVI, 26, pro quo Jun. cum editis, ne Wottoniano quidem excepto, ζημιώσῃ. Sicque legendum esse conjecit etiam Dav. GALL.

(25) *Χρᾶσθαι.* Mill. et Wott. exhibent ex ms. χρᾶσθαι pro χρῆσθαι, quod habent editi. ID.

Digitized by Google

δὲ ἀγαπῆσαι, τὰ ἀγαθὰ καὶ ἄφθαρτα. Ποιοῦντες γὰρ τὸ θέλημα τοῦ Χριστοῦ, εὑρήσομεν ἀνάπαυσιν· εἰ δὲ μήγε, οὐδὲν ἡμᾶς ῥύσεται ἐκ τῆς αἰωνίου κολάσεως, ἐὰν παρακούσωμεν τῶν ἐντολῶν αὐτοῦ. Λέγει δὲ καὶ ἡ Γραφὴ ἐν τῷ Ἰεζεκιήλ· ὅτι *ἐὰν ἀναστῇ* (26) *Νωὲ καὶ Ἰὼβ καὶ Δανιὴλ, οὐ ῥύσονται τὰ τέκνα αὐτῶν ἐν τῇ αἰχμαλωσίᾳ* (27). Εἰ δὲ καὶ οἱ τοιοῦτοι δίκαιοι οὐ δύνανται ταῖς αὐτῶν δικαιοσύναις ῥύσασθαι τὰ τέκνα αὐτῶν, ἡμεῖς ἐὰν μὴ τηρήσωμεν τὸ βάπτισμα ἁγνὸν καὶ ἀμίαντον, ποίᾳ πεποιθήσει εἰσελευσόμεθα εἰς τὸ βασίλειον τοῦ Θεοῦ (28); ἢ τίς ἡμῶν παράκλητος ἔσται, ἐὰν μὴ εὑρεθῶμεν ἔργα ἔχοντες ὅσια καὶ δίκαια;

A sunt; illa autem diligere, utpote bona et incorrupta. Facientes enim Christi voluntatem, requiem inveniemus; sin minus, nihil nos ab æterno supplicio eripiet, si mandata illius contemnamus. Dicit autem et Scriptura in Ezechiele: *Si Noe et Job et Daniel steterint, non eruent liberos suos in captivitate* [26]. Quod si viri adeo justi non possunt justitiis suis eruere liberos suos; nos, nisi baptisma purum et immaculatum servaverimus, qua confidentia intrabimus in regiam Dei? aut quis advocatus noster erit, si non inveniamur opera pia et justa habere?

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ζ'.

Ὥστε οὖν, ἀδελφοί μου, ἀγωνισώμεθα, εἰδότες ὅτι ἐν χερσὶν ὁ αἰὼν (29)· καὶ ὅτι εἰς τοὺς φθαρτοὺς ἀγῶνας καταπλέουσιν (30) πολλοί, ἀλλ' οὐ πάντες στεφανοῦνται, εἰ μὴ οἱ πολλὰ κοπιάσαντες, καὶ καλῶς ἀγωνισάμενοι. Ἡμεῖς οὖν ἀγωνισώμεθα, ἵνα πάντες στεφανωθῶμεν. Ὥστε θῶμεν (31) τὴν ὁδὸν τὴν εὐθείαν, ἀγῶνα τὸν ἄφθαρτον, καὶ πολλοὶ εἰς αὐτὸν (32) καταπλεύσωμεν, καὶ ἀγωνισώμεθα, ἵνα καὶ στεφανωθῶμεν· καὶ εἰ μὴ δυνάμεθα ἅπαντες στεφανωθῆναι, κἂν ἐγγὺς τοῦ στεφάνου γενώμεθα (33). Εἰδέναι ἡμᾶς

## CAPUT VII.

Quocirca, fratres mei, certemus, scientes quod præ manibus est certamen; et quod ad corruptibilia certamina multi appellunt, sed non omnes coronantur, nisi qui plurimum laboraverint, et præclare certarint. Nos igitur certemus, ut omnes coronam reportemus. Ergo curramus viam rectam; certamen incorruptibile; et multi ad ipsum navigemus; atque certemus, ut coronemur: et si non possumus omnes coronari, saltem prope coronam simus. Scire nos oportet, quod qui certamen cor-

[26] Ezech. XIV, 14, 20.

## VARIORUM NOTÆ.

(26) *Ἀναστῇ*. Sic ms. apud Wott. Id quoque vidit Cot., quem consule. Ed. præter Lond. ἀνέστη. GALL. — *Ἐὰν ἀνέστη* (f. *ἀναστῇ*) *Νωὲ καὶ Ἰὼβ καὶ Δανιὴλ, οὐ ῥύσονται τὰ τέκνα αὐτῶν ἐν τῇ αἰχμαλωσίᾳ*. S. Chrysostomus homil. 43 *in Genesim*: Ἐὰν στῇ γάρ, φησὶ, Νωὲ καὶ Ἰὼβ καὶ Δανιὴλ, υἱοὺς αὐτῶν καὶ θυγατέρας αὐτῶν οὐ μὴ ἐξέλωνται. Expositione in psalmum XLVIII: Ἐὰν στῇ Νωὲ καὶ Ἰὼβ καὶ Δανιὴλ, υἱοὺς αὐτῶν καὶ θυγατέρας οὐ μὴ ῥύσονται. Clementis ἀναστῇ idem significat atque Chrysostomi στῇ, hoc est *steterint, statuantur, exsurgant*. Nam ut non intelligatur de resurrectione a mortuis, facit, præter contextum Scripturæ, quod tunc temporis viveret Daniel. Additur autem a nostro, ἐν τῇ αἰχμαλωσίᾳ, quoniam Ezechiel in captivitate ac de captivitate scribebat. COT. — Conjectat Cotelerius legendum ἀναστῇ, quod Latine sonet *steterint, statuantur, exsurgant*. Certe Ezechielis verba de resurrectione a mortuis minime intelligenda esse notat, cum Daniel, quando hæc ab Ezechiele scribebantur, superstes ac necdum vita functus esset. COUST.

(27) *Ἐν τῇ αἰχμαλωσίᾳ*. Vendelinus, *de captivitate*. Observat Cotelerius et *in captivitate*, quod Græcus textus postulat, dicere Ezechieli licuisse, utpote qui in captivitate scribebat, qua cum filiis Israel detinebatur. Recte igitur subaudiatur, *qui sunt*, ante τὸ *in captivitate*. COUST.

(28) *Εἰς τὸ βασίλειον τοῦ Θεοῦ*. Displicet Birrio, *in regiam Dei*. Καινολογία est enim, inquit, pro εἰς τὴν βασιλείαν. Sed Græcæ litteræ inhærendum puto, quod S. Pater digitum fortasse intenderit in parabolam de rege qui fecit nuptias filio suo, Matth. XXII, 11, 12, deque eo qui *in regiam* ingressus, absque veste nuptiali discubuit. GALL.

(29) *Αἰών*. Suspicantur viri docti, legendum ἀγών. Contextus id postulare videtur: Ἀγωνισώμεθα, εἰδότες ὅτι ἐν χερσὶν ὁ ἀγών. *Certemus, cum sciamus instare certamen*. GALL. — Si non est mendum in Græco, vertendum est cum Vendelino, *sæculum*. Quanquam is etiam αἰὼν pro ἀγὼν huc irrepsisse suspicatur. COUST.

(30) *Καταπλέουσιν*. Wott. mallet καταπαλαίουσιν, ut et mox καταπαλαίσωμεν. Hanc tamen emendationem reprobant Frey et Birr., quibus, præeunte Boisio, non modo commoda, sed et elegans videtur significatio *navigationis* ad situm Corinthi, ubi ludi Isthmici celebrabantur. Ad hos enim Isthmicos agonas hic respicere S. Pater videtur. GALL.

(31) *Θῶμεν*. Al. malunt θέωμεν, al. βῶμεν. At Wott. retinet θῶμεν, vertitque *curramus*: perinde quasi isthuc θῶμεν a θέω βαρυτόνῳ deduci possit. « Ego quidem, inquit Birr., θῶμεν relinquo B. Clementi, verum a τίθημι natum: *ponamus* vel *præponamus viam rectam pro curriculo nobis*, id est *viam virtutis*, quod *incorruptum certamen* interpretatur. Hinc et ἀγωνοθέται et ἀγωνοθεσία. Vide Polluc. cap. ult. lib. III. Hoc enim significatu, solemne istud agonale verbum est. » ID.

(32) *Εἰς αὐτόν*. Wott. ex ms. restituit αὐτόν, cujus loco editi, præter Londin., non recte habent ἑαυτόν. ID.

(33) *Καὶ εἰ μὴ*, κ. τ. λ. Refert hunc locum Dorotheus abbas *Doctr.* XXIII, sed non αὐτολεξεί. Eum primus detexit Cotel. in *Monum. Eccl. Gr.*, tom. I, pag. 753. Ejus verba inter Veterum testimonia superius retulimus. ID. — *Καὶ εἰ μὴ δυνάμεθα ἅπαντες στεφανωθῆναι, κἂν ἐγγὺς τοῦ στεφάνου γενώμεθα*. Lux petenda ex legibus athleticis. Quippe per quas uni corona cedit; consequuntur alii præmia, alii postea laudem; cæteros nec corona, nec præmium, nec laus manet. Verba Tertulliani sunt lib. I, *Ad uxorem* cap. 3: *Ad primum locum certamen omne contendit; secundus solatium habet, victoriam non habet*. Nili lib. I, ep. 10, *De athletis*: Οἱ δὲ καὶ δευτερίων (f. δευτερείων) ἀπεγνωκότες, τὰ πρωτεῖα ἐστεφανηφόρησαν, ep. 17, lib. IV, τὰ δευτερεῖα κομίζεται τῶν ἐκείνοις δοθησομένων στεφάνων. Ephremi, citante Petro Fabro, *Agonistici* lib. III, cap. 10: *Festinemus autem magis, ut cum perfectis ac fidelibus coronemur; sin vero, vel cum multis placentium laudem præconii mereamur. Beatus qui in agone certaverit, ut cum perfectis victoriæ coronam accipiat. Miserabilis vero qui hoc tempus vitæ*

Digitized by Google

ruptibile certat, si corrumpere ac peccare inveniatur, flagellatus aufertur, et extra stadium projicitur. Quid vobis videtur? Qui incorruptionis certamen corruperit, quid patietur? De iis enim qui sigillum non servaverint, ait: *Vermis eorum non morietur, et ignis eorum non exstinguetur; et erunt in visionem omni carni* [99].

[99] Isa. LXVI, 24.

δεῖ ὅτι ὁ τὸν φθαρτὸν ἀγῶνα ἀγωνιζόμενος, ἐὰν εὑρεθῇ φθείρων, μαστιγωθεὶς αἴρεται, καὶ ἔξω βάλλεται τοῦ σταδίου (34). Τί δοκεῖτε; ὁ τὸν τῆς ἀφθαρσίας ἀγῶνα φθείρας, τί παθεῖται; τῶν γὰρ μὴ τηρησάντων, φησὶν, τὴν σφραγῖδα· *Ὁ σκώληξ αὐτῶν οὐ τελευτήσει*, (35), *καὶ τὸ πῦρ αὐτῶν οὐ σβεσθήσεται, καὶ ἔσονται εἰς ὅρασιν πάσῃ σαρκί.*

## VARIORUM NOTÆ.

*suæ negligenter consumpserit, ut indignus sit etiam cum minimis collaudari.* Chrysostomi ad I Cor. IX, 24: *Nescitis quod qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, sed unus accipit bravium?* Τοῦτο δὲ λέγει, οὐχ ὡς καὶ ἐνταῦθα ἑνὸς ἐκ πάντων μέλλοντος σώζεσθαι, ἄπαγε, ἀλλ' ὡς πολλὴν ὀφειλόντων ἡμῶν εἰσενεγκεῖν τὴν σπουδήν· ὥσπερ γὰρ ἐκεῖ κατιόντων πολλῶν εἰς τὸ στάδιον, οὐ στεφανοῦνται πολλοί, ἀλλ' εἰς ἕνα τοῦτο περιίσταται, καὶ οὐκ ἀρκεῖ τὸ καθεῖναι εἰς τὸν ἀγῶνα, οὔτε τὸ ἀλείψασθαι, καὶ παλαῖσαι· οὕτως καὶ ἐνταῦθα οὐκ ἀρκεῖ τὸ πιστεῦσαι, καὶ ὡς ἔτυχεν ἀγωνίσασθαι, ἀλλὰ ἂν μὴ οὕτως δράμωμεν, ὡς μέχρι τέλους ἀλήπτους ἑαυτοὺς παρασχεῖν, καὶ ἐγγὺς γενέσθαι τοῦ βραβείου, οὐδὲν ἡμῖν ἔσται πλέον. *Hoc autem dicit, non quod unus quoque ex omnibus hic salvus sit futurus, absit! sed quod nos multum adhibere debeamus studium. Nam sicut illic multis in stadium descendentibus, non coronantur plures, verum ad unum corona devenit; nec sufficit in certamen descendere, neque inungi et luctari: ita hic quoque non sufficit credidisse, et leviter ac utcunque decertusse; sed nisi ita curramus, ut ad finem usque nos præbeamus inculpabiles, et prope bravium simus, nihil ad nos emolumenti redibit.* Huc porro non facit opinio celebris de tertio statu, medio inter coronam gloriæ et gehennæ supplicium: qua de re vide, si lubet, Origenem homil. XXI et XXVIII in Numeros; IX, X et XVII in Jesum Nave; V in psalmum XXXVI, III in Jeremiam, tomis in Matthæum ad capitis XX pericopen 1, et ad cap. XXVII, vers. 15; hom. 17 in Lucam, et Explanationem in Epist. ad Rom. ad cap. II, vers. 10; cap. X, vers. 8, etc.; cap. XIV, vers. 10, etc.; Didymum lib. II *De Spiritu sancto*, ante medium; Basilium in Regulis brevioribus, respons. ad interrog. 256; Gregorium Nazianzenum, oratione 26, p. 458; oratione 30, p. 590; orat. 40, p. 644, 645, 653; Gregorium Nyssenum, oratione adversus eos qui differunt baptisma; Chronicum a Radero editum, p. 562, 564, cum Paulini sexto carmine; Philastrium, hæresi 99; Ambrosium, Observatione 2, in Michæam; Vitam Ambrosii, in fine; Hieronymum epist. 22, cap. 2, lib. II *contra Jovinianum*, cap. ult.; epist. 50, cap. 5 et 8; lib. I *adversus Pelagianos*, cap. 9 et ad psalm. XV, 10; LXI, 13; LXIV, 14; CXVIII, 56; CXXXV, 6; Pelagium epistola ad Demetriadem cap. 10; Augustinum cum alibi, tum libro *De hæresibus*, hæresi ultima, lib. I ad Bonifacium, cap. 22; sermone 14 *De verbis Apostoli*; Salvianum, lib. III *ad Ecclesiam catholicam*, paulo ante finem, atque incertos scriptores quatuor, *Solutorem quæstionum* ad Antiochum, cap. 114, et *Exhortatorem monachorum*, utroque tom. II S. Athanasii, *Objurgatorem virginis lapsæ*, tom. IV S. Ambrosii ac tom. IX B. Hieronymi, et auctorem homiliæ De corpore et sanguine Christi, seu de Paschate, excusæ tanquam Hieronymi, Eusebii Cæsariensis, Eusebii Emiseni ac Cæsarii Arelatensis: quibus jungendus est Prudentius in fine Hamartigeniæ: Αὐτίκα ὁ Πέτρος, in Clementis Alexandrini *Hypotyposibus*, p. 807. c. 1, ἐν τῇ Ἀποκαλύψει φησὶν τὰ βρέφη ἐξαμβλωθέντα, τῆς ἀμείνονος ἐσόμενα πείρας (μοίρας), ταῦτα ἀγγέλῳ τημελούχῳ παραδίδοσθαι, ἵνα γνώσεως μεταλαβόντα, τῆς ἀμείνονος τύχῃ μονῆς, παθόντα ἃ ἂν ἔπαθεν καὶ ἐν σώματι γενόμενα· τὰ δὲ ἕτερα μόνης τῆς σωτηρίας τεύξεται, ὡς ἠδικημένα ἐλεηθέντα, καὶ μενεῖ ἄνευ κολάσεως, τοῦτο γέρας λαβόντα. Hoc est: *Jam vero Petrus in Apocalypsi ait infantes abortivos, si melioris fuerint sortis, angelo curatori tradi, ut cognitione suscepta meliorem nanciscantur mansionem, patiendo quæ pertulissent, si exstitissent in corpore: reliquos autem solam salutem adepturos, misericordiam propter factam sibi injuriam consequendo, mansurosque absque supplicio, accipientes id muneris.* Origenes homilia 9 in Josuam: *Ego sic video duas esse species eorum qui per fidem festinant et properant ad salutem;* et cætera quæ conferre operæ pretium fuerit cum locis Chrysostomi Parænesi I *ad Theodorum*, cap. 7, Augustini libro quinquaginta *Homiliarum*, homil. ult., cap. 4 et Cæsarii homilia 6, earum quas in lucem dedit Stephanus Baluzius noster, præstanti vir ingenio exeellentique doctrina. Cor. — Dorotheus abbas in *Doctrina* 23 locum hunc sic laudat, ut Clementis sententiam potius quam verba referat in hunc modum: Ὡς λέγει καὶ ἅγιος ὁ Κλήμης· κἂν μὴ στεφανοῦταί τις, ἀλλὰ σπουδάσῃ μὴ μακρὰν εὑρεθῆναι τῶν στεφανουμένων. Hinc corrigenda vetus interpretatio Latina, quæ in *Bibliotheca Patrum* etiam novissima Lugdunensi obtinet, prædicta Dorothei verba sic mendose atque indiligenter reddens: *Ut enim ait Climacus, quisquis coronam optat consequi, studeat atque operam det ut sit apud coronatos*, cum reddenda sic fuissent: *Ait et sanctus Clemens, etiamsi quis non coronetur, saltem studeat non procul a coronatis inveniri.* Eo autem gravius est *Climaci*, loco *Clementis*, mendum, quod Joannes Climacus Dorotheo paulo junior fuerit. Locum hunc Clementis egregie illustrat alter Ephremi a Cotelerio in notis secundum Petrum Fabrum Agonistici lib. III, c. 10, relatus: *Festinemus autem magis, ut cum perfectis ac fidelibus coronemur; sin vero, vel cum multis placentium laudem præconii mereamur. Beatus qui in agone certaverit, ut cum perfectis victoriæ coronam accipiat. Miserabilis vero qui hoc tempus vitæ suæ negligenter consumpserit, ut indignus sit etiam cum minimis collaudari.* Huc accedit quod Tertullianus lib. I *Ad uxorem*, cap. 3, scribit: *Ad primum locum certamen omne contendit; secundus solatium habet, victoriam non habet.* Hic itaque Clemens ad athleticos agones respiciens, sin minus insignem coronam, saltem laudem a Domino consequi ut mereamur nos hortatur. Coust.

(34) Ὁ τὸν φθαρτὸν ἀγῶνα ἀγωνιζόμενος, ἐὰν εὑρεθῇ φθείρων, μαστιγωθεὶς αἴρεται, καὶ ἔξω βάλλεται τοῦ σταδίου. Iterum mos agonisticus, flagellandi ac ejiciendi athletas qui contra certaminum scita peccarent, a multis antiquis, recentioribus, sæpenumero memoratus, insigniter vero inter paganos a Luciano in *Piscatore*, post medium; Ariano in *Epicteto*, lib. III, cap. 22, sub medium; Dione Chrysostomo, oratione 34, post initium; inter Christianos ab Origene, homilia 3 in *Jeremiam*; Epiphanio, hæresi 64, cap. penult., et Sidonio lib. II, epist. 2. Cyprii episcopi locus cum Romani pontificis valde congruit: Παραφθείρας γὰρ ἀγῶνα ὁ ἀθλητὴς, μαστιχθεὶς ἐκβάλλεται τοῦ ἀγῶνος. Cot.

(35) Ὁ σκώληξ αὐτῶν οὐ τελευτήσει. Fidejubente me in Tertulliano *De resurrectione carnis*, cap. 31, scribe: *Vermis illorum non decedet.* Id.

Digitized by Google

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Η'.

Ὡς οὖν ἐσμεν ἐπὶ γῆς, μετανοήσωμεν. Πηλὸς γάρ ἐσμεν εἰς τὴν χεῖρα τοῦ τεχνίτου. Ὃν τρόπον γὰρ ὁ κεραμεὺς, ἐὰν ποιῇ σκεῦος, καὶ ἐν ταῖς χερσὶν αὐτοῦ διαστραφῇ, ἢ συντριβῇ, πάλιν αὐτὸ ἀναπλάσσει· ἐὰν δὲ προσθάσῃ εἰς τὴν κάμινον τοῦ πυρὸς αὐτὸ βαλεῖν, οὐκέτι βοηθήσει αὐτῷ· οὕτως καὶ ἡμεῖς ἕως ἐσμὲν ἐν τούτῳ τῷ κόσμῳ, ἐν τῇ σαρκὶ ἃ ἐπράξαμεν πονηρὰ (36), μετανοήσωμεν ἐξ ὅλης τῆς καρδίας, ἵνα σωθῶμεν ὑπὸ τοῦ Κυρίου, ἕως ἔχομεν καιρὸν μετανοίας. Μετὰ γὰρ τὸ ἐξελθεῖν ἡμᾶς ἐκ τοῦ κόσμου, οὐκέτι δυνάμεθα ἐκεῖ ἐξομολογήσασθαι (37) ἢ μετανοεῖν ἔτι. Ὥστε, ἀδελφοὶ, ποιήσαντες τὸ θέλημα τοῦ Πατρὸς, καὶ τὴν σάρκα ἁγνὴν τηρήσαντες, καὶ τὰς ἐντολὰς τοῦ Κυρίου φυλάξαντες, λῆψόμεθα ζωὴν αἰώνιον. Λέγει γὰρ ὁ Κύριος (38) ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ· *Εἰ τὸ μικρὸν οὐκ ἐτηρήσατε, τὸ μέγα τίς ὑμῖν δώσει; Λέγω γὰρ ὑμῖν, ὅτι ὁ πιστὸς ἐν ἐλαχίστῳ, καὶ ἐν πολλῷ πιστός ἐστιν.* Ἄρα οὖν τοῦτο λέγει· Τηρήσατε τὴν σάρκα ἁγνὴν καὶ τὴν σφραγῖδα ἄσπιλον, ἵνα τὴν αἰώνιον ζωὴν ἀπολάβωμεν (39).

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Θ'.

Καὶ μὴ λεγέτω τις ὑμῶν, ὅτι αὕτη ἡ σὰρξ οὐ κρίνεται οὐδὲ ἀνίσταται. Γνῶτε ἐν τίνι ἐσώθητε, ἐν τίνι ἀνεβλέψατε, εἰ μὴ ἐν τῇ σαρκὶ ταύτῃ ὄντες. Δεῖ οὖν ἡμᾶς ὡς ναὸν Θεοῦ φυλάσσειν τὴν σάρκα. Ὃν τρόπον γὰρ ἐν τῇ σαρκὶ ἐκλήθητε, καὶ ἐν τῇ σαρκὶ ἐλεύσεσθε. Εἷς Χριστὸς ὁ Κύριος (41), ὁ σώσας ἡμᾶς, ὢν μὲν τὸ πρῶτον πνεῦμα, ἐγένετο σὰρξ, καὶ οὕτως ἡμᾶς ἐκάλεσεν· οὕτως καὶ ἡμεῖς ἐν ταύτῃ τῇ σαρκὶ ἀπολῆψόμεθα τὸν μισθόν. Ἀγαπῶμεν οὖν ἀλλήλους, ὅπως ἔλθωμεν πάντες εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ. Ὡς ἔχομεν (42)

## CAPUT VIII.

Quandiu ergo in terris degimus, pœnitentiam agamus. Lutum quippe sumus in manu artificis. Quemadmodum enim figulus, si vas fecerit, illudque in manibus ejus distortum fuerit aut contritum, rursus ipsum refingit; sin vero anteoccupans, in fornacem ignis miserit illud, non amplius poterit suppetias ipsi ferre: ita et nos, quandiu sumus in hoc mundo, de malis quæ in carne gessimus, ex toto corde resipiscamus, ut a Domino salvemur, dum habemus tempus pœnitentiæ. Postquam enim e mundo migravimus, non amplius possumus ibi confiteri, aut pœnitentiam adhuc agere. Quare, fratres, voluntatem Patris facientes, carnemque servantes castam, et mandata Domini custodientes, consequemur vitam æternam. Ait quippe Dominus in Evangelio [100]: *Si parvum non servastis, quis magnum vobis dabit? Dico enim vobis: Qui fidelis est in minimo, et in majori fidelis est.* Hoc ergo dicit: Servate carnem castam, et sigillum immaculatum, ut recipiatis vitam æternam.

## CAPUT IX.

Et nemo vestrum dicat, quod hæc caro non judicatur, neque resurgit. Agnoscite in quo servati estis, in quo visum recepistis; nisi dum in hac carne vivitis. Nos ergo decet, carnem sicut templum Dei [1] custodire (40). Quemadmodum enim in carne vocati estis, ita in carne venietis. Unus Christus Dominus qui nos servavit, cum primum esset spiritus, caro factus est, atque sic vocavit nos: ita etiam nos in hac carne mercedem recipiemus. Diligamus igitur nos invicem, ut veniamus omnes in

[100] Luc. xvi, 10, 11. [1] I Cor. iii, 16, 17; vi, 19; II Cor. vi, 16.

## VARIORUM NOTÆ.

(36) *Ἐν τῇ σαρκὶ ἃ ἐπράξαμεν πονηρά.* Legendum, δι' ἃ ἐπράξαμεν πονηρά, immissa præpositione, quæ ob syllabæ præcedentis similitudinem videtur excidisse. Dav.

(37) Hinc prævertitur Origenis error, quo, ut loquitur Justinianus, tom. V *Concil.* Lab., p. 666 A, *omnium impiorum hominum, et præterea dæmonum pœnam finem habituram esse, restitutumque iri tum impios homines tum dæmones in pristinum ordinem suum* censuit. Hæc enim sine prævia pœnitentia admitti nequeunt. Rursumque dum numero sequenti docemur, nullum post hanc vitam superesse tempus in quo sanari valeamus, illa in pristinum ordinem suum revertendi spes impiis prorsus auferatur. Neque minus Origenis de resurrectione placito adversantur, quæ de eadem mox subjiciuntur. Coust.

(38) *Ὁ Κύριος.* Wott. exhibet ex ms. articulum ὁ, quem editi omittunt. Locum autem a S. Patre velut ex Evangelio hic descriptum, recitat quoque S. Irenæus, lib. II, cap. 64: *Similiter Dominus dixit ingratis in eum existentibus: Si in modico fideles non fuistis, quod magnum est quis dabit vobis?* Ubi Grabius conjicit, hæc ex Evangelio secundum Ægyptios fuisse deprompta. Gall.

(39) *Ἀπολάβωμεν.* Leg. forte, ἀπολάβητε. Id.

(40) Ita Ignatius in epistola ad Philadelphios, n. 7: *Carnem*, inquit, *vestram ut Dei templum custodite.* Coust.

(41) *Εἷς Χριστὸς..... τὸ πρῶτον πνεῦμα.* Jun. et editi, præter Londin. Ὁ Ἰησοῦς Χριστός. Wott. ex ms. restituit Εἷς. Jamque idem viderat Mill. qui tamen putabat legendum Ὡς. Lectio Milliana probatur etiam Davisio; nam, inquit, ἐν ἀποδόσει sequitur: Οὕτως καὶ ἡμεῖς. Dum autem scribit S. Pater de Christo, ὢν μὲν τὸ πρῶτον πνεῦμα, *cum primum esset spiritus*, ejus divinitatem manifeste astruit, ut recte advertit Ruchat. Sic et I Petr. I, 11, de antiquis prophetis dicitur: Ἐρευνῶντες εἰς τίνα ἢ ποῖον καιρὸν ἐδήλου τὸ ἐν αὐτοῖς πνεῦμα Χριστοῦ. Eodemque plane sensu Theophilus Antioch. *ad Autolyc.*, lib. II, cap. 14: Οὗτος οὖν ὢν πνεῦμα Θεοῦ, καὶ ἀρχὴ καὶ σοφία καὶ δύναμις Ὑψίστου, κατήρχετο εἰς τοὺς προφήτας· *Hic igitur existens spiritus Dei, principium et sapientia, Altissimique potentia, descendit in prophetas.* Gall.—Hoc est, cum esset Deus. *Spiritus* enim vocabulum sæpe apud antiquos divinam naturam sonare præfatione generali in novissimam Operum S. Hilarii Pictav. editionem, n. 62 et 63, pluribus exemplis demonstratum est; unde illud Augustini, epist. 140, n. 11, ad Clementis mentem magis accommodatum exscribimus: *Verbum caro factum est, et habitavit in nobis* (*Joan.* I); *reddite vicem, et efficimini spiritus, et habitate in illo.* Quasi diceret: Verbum cum esset spiritus seu Deus, caro factum est naturam suscipiendo humanam; reddite vicem, et qui caro estis, efficimini quodam modo spiritus ac Deus, naturam induendo divinam, et habitate in Deo. Coust.

(42) *Ὡς ἔχομεν.* Editi, si Londin. excipias, exhibent ἕως. Retinet Wott. lectionem ὡς. Recte. Sic Gal. VI, 10: Ὡς καιρὸν ἔχομεν: quo forte respexit S. Pater. Gall.

Digitized by Google

regnum Dei. Donec tempus habemus in quo sanemur, dedamus nos medico Deo, remunerationem ipsi tribuentes. Quam? Pœnitentiam ex sincero corde. Namque præscius omnium est, et quæ in corde nostro versantur novit. Demus itaque illi laudem, non ab ore solum, sed etiam ex corde: ut nos tanquam filios suscipiat. Etenim Dominus dixit: *Fratres mei sunt ii qui faciunt voluntatem Patris mei*[a].

## CAPUT X.

Itaque, fratres mei, faciamus voluntatem Patris qui vocavit nos, ut vivamus; et persequamur potius virtutem, vitium autem derelinquamus veluti præcursorem peccatorum nostrorum; et fugiamus impietatem, ne nos mala comprehendant. Nam si bene agere studuerimus, consectabitur nos pax. Ob eam siquidem causam non est reperire hominem. Quilibet humanis timoribus ducuntur, præponentes voluptatem præsentem repromissioni futuræ. Ignorant enim quantum habeat tormentum præsentium usus; et quantas habeat delicias futura promissio. Ac quidem, si illi ista facerent soli, tolerabile esset; jam vero perseverant insontes animas pravis doctrinis imbuere; nescientes quod duplicem habebunt condemnationem, et ipsi, et qui audiunt eos.

## CAPUT XI.

Nos ergo in corde mundo Deo serviamus, et erimus justi: quod si non servierimus quia fidem non habemus promissioni Dei, erimus miseri. Dicit enim et sermo propheticus: « Miseri sunt qui animo duplices et corde incerti sunt; qui dicunt: Hæc omnia audivimus etiam tempore patrum nostrorum filii; nos vero diem de die exspectantes, nihil horum vidimus. Amentes, comparate vos arbori; sumite

καιρὸν τοῦ ἰαθῆναι, ἐπιδῶμεν ἑαυτοὺς τῷ θεραπεύοντι Θεῷ, ἀντιμισθίαν αὐτῷ διδόντες. Ποίαν; Τὸ μετανοῆσαι ἐξ εἰλικρινοῦς καρδίας. Προγνώστης γάρ ἐστιν τῶν πάντων, καὶ εἰδὼς ἡμῶν τὰ ἐν καρδίᾳ. Δῶμεν οὖν αὐτῷ αἰώνιον (43), μὴ ἀπὸ στόματος μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ καρδίας, ἵνα ἡμᾶς πρῳσδέξηται ὡς υἱούς (44). Καὶ γὰρ εἶπεν ὁ Κύριος· *Ἀδελφοί μου οὗτοί εἰσιν, οἱ ποιοῦντες τὸ θέλημα τοῦ Πατρός μου.*

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ι'.

Ὥστε, ἀδελφοί μου, ποιήσωμεν τὸ θέλημα τοῦ Πατρὸς τοῦ καλέσαντος ἡμᾶς, ἵνα ζήσωμεν, καὶ διώξωμεν μᾶλλον τὴν ἀρετὴν, τὴν δὲ κακίαν καταλείψωμεν, ὡς προοδοιπορον τῶν ἁμαρτιῶν (45) ἡμῶν, καὶ φύγωμεν τὴν ἀσέβειαν, μὴ ἡμᾶς καταλάβῃ κακά (46). Ἐὰν γὰρ σπουδάσωμεν ἀγαθοποιεῖν, δώξεται ἡμᾶς εἰρήνη. Διὰ ταύτην γὰρ τὴν αἰτίαν οὐκ ἔστιν εὑρεῖν ἄνθρωπον (47). Οἵτινες παράγουσι (48) φόβους ἀνθρωπίνους, προῤῥημένοι μᾶλλον τὴν ἐνθάδε ἀπόλαυσιν, ἢ τὴν μέλλουσαν ἐπαγγελίαν. Ἀγνοοῦσιν γὰρ ἡλίκην ἔχει βάσανον ἡ ἐνθάδε ἀπόλαυσις, καὶ οἵαν τρυφὴν ἔχει ἡ μέλλουσα ἐπαγγελία. Καὶ εἰ μὲν αὐτοὶ μόνοι ταῦτα ἔπρασσον, ἀνεκτὸν ἦν· νῦν δὲ ἐπιμένουσιν κακοδιδασκαλοῦντες τὰς ἀνετίους (49) ψυχὰς, οὐκ εἰδότες ὅτι δισσὴν ἔξουσιν τὴν κρίσιν, αὐτοί τε, καὶ οἱ ἀκούοντες αὐτῶν.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΑ'.

Ἡμεῖς οὖν ἐν καθαρᾷ καρδίᾳ δουλεύσωμεν τῷ Θεῷ, καὶ ἐσόμεθα δίκαιοι· ἐὰν δὲ μὴ δουλεύσωμεν, διὰ τοῦ μὴ πιστεύειν ἡμᾶς τῇ ἐπαγγελίᾳ τοῦ Θεοῦ, ταλαίπωρ[οι] ἐσόμεθα. Λέγει γὰρ καὶ (50) ὁ προ[φη]τικὸς λόγος· « Ταλαίπωροί εἰσιν οἱ δίψυχοι, οἱ διστάζοντες τῇ καρδίᾳ, οἱ λέγοντες (51)· Ταῦτα πά[ντα] ἠκούσαμεν καὶ ἐπὶ τῶν πατέρων ἡμῶν, ἡμεῖς δὲ υἱοὶ (52) ἡμέραν ἐξ ἡμέρας προσδεχόμενοι, οὐδὲν τούτων ἑωράκαμεν

[a] Matth. XII, 50.

## VARIORUM NOTÆ.

(43) *Αἰώνιον*. Al. αἶνον vel δόξαν αἰώνιον. Birr. scripsisse Clementem αἶνον αἰώνιον indubitanter affirmat; errorem inde manasse contendens, quod alterum vocabulum inter dictandum vel describendum, ob similitudinem fuerit omissum. Gall.

(44) *Ὡς υἱούς*. Editi, ὡς Θεοῦ υἱούς. Verum apud Wott. ms. Θεοῦ non agnoscit, neque postulat contextus. Id.

(45) *Ἁμαρτιῶν*. Al. τιμωριῶν. Sic et Cot. qui vertit *suppliciorum*. Retinet Wott. ms. lectionem. Vox enim κακία denotare potest internum mentis affectum, τὴν ἐπιθυμίαν, et ἁμαρτία scelus foris peractum: et recte sane. Quidni enim respexerit Clemens ad illud Jac. I, 15: Ἡ ἐπιθυμία συλλαβοῦσα τίκτει ἁμαρτίαν· *Concupiscentia cum conceperit, parit peccatum?* Id.

(46) *Κακά*. Mill. et Wott. leg. in ms. κακά absque articulo τά, quod exhibent editi. Id.

(47) *Ἄνθρωπον*. Forte legendum est ἂν Θεόν. Cum enim in hoc ms. hoc modo scribatur ΑΝΟΝ; deleta transversa linea τοῦ Θ, ΑΝΘΝ, id est, ἂν Θεόν, exhibet ΑΝΟΝ sive ἄνθρωπον. Quod si ita legatur, oportet ut inseramus, αὐτοῖς post ἔστιν, sicque restituatur lectio: Διὰ ταύτην γὰρ τὴν αἰτίαν οὐκ ἔστιν αὐτοῖς εὑρεῖν, οἵτινες παράγουσι φόβους ἀνθρωπίνους. Wott. — Scribendum puto: Οὐκ ἔστιν εὑρεῖν οὐρανὸν, οἵ τινες παράγουσι φόβους ἀνθρωπίνους· *Cœlum non possunt invenire, qui hominum metum præseferunt.* Dav. — Si modestiori conjecturæ locus est, totum locum, parvula mutatione, sic arbitror restituendum esse: Διὰ ταύτην γὰρ τὴν αἰτίαν οὐκ ἔστιν εὑρεῖν ἀνθρώπων, οἵτινες παράγουσι φόβους ἀνθρωπίνους; id est: *Hanc enim ob causam non est invenire hominum, qui prætereunt timores humanos.* Vel, ut Latinitas nil detrimenti capiat: *Quam ob causam non temere inter homines invenias, qui humanos timores negligant.* Οὐκ ἔστιν εὑρεῖν ἀνθρώπων, constructio Græcanica nota est. Birr.

(48) *Παράγουσι*. Ita ms. apud Wott. At editi, præter Lond., γὰρ ἄγουσι. Bois. vero leg. γὰρ ἔχουσι. Gall.

(49) *Ἀνετίους*. Cum Wott. observarit in ms. ε pro αι frequenter poni, procul dubio legit ἀναιτίους. Dav. mallet ἀνοήτους. His similia habet S. Ignatius ad *Ephes.*, cap. 16. Id.

(50) *Λέγει γὰρ καί*. Editi, præter Londin., omittunt καί, quod exhibet ms. apud Wott. Id.

(51) *Οἱ λέγοντες*. Ms. non agnoscit δέ, quod interserunt editi. Wott.

(52) *Ἡμεῖς δὲ υἱοί*. Editi omittunt υἱοί quam vocem, interlinearem quidem et minutiore charactere, at eadem manu exaratam exstare in ms. testatur Wott. Verum Dav. non inani additamento habet. Ea sane non comparet in superioris epist. cap. 23, ubi hæc pene eadem occurrunt. Gall.

Digitized by Google

ἔτι (53). Ἀνόητοι, συμβάλετε ἑαυτοὺς ξύλῳ· λάβετε ἄμπελον· πρῶτον μὲν φυλλορροεῖ, εἶτα βλαστὸς γίνεται, μετὰ ταῦτα ὄμφαξ, εἶτα σταφυλὴ παρεστηκυῖα· οὕτως καὶ ὁ λαός μου ἀκαταστασίας καὶ θλίψεις ἔσχεν, ἔπειτα ἀπολήψεται τὰ ἀγαθά. » Ὥστε, ἀδελφοί μου, μὴ διψυχῶμεν, ἀλλὰ ἐλπίσαντες ὑπομείνωμεν, ἵνα καὶ τὸν μισθὸν κομισώμεθα. Πιστὸς γάρ ἐστιν ὁ ἐπαγγειλάμενος τὰς ἀντιμισθίας ἀποδιδόναι ἑκάστῳ τῶν ἔργων αὐτοῦ. Ἐὰν οὖν ποιήσωμεν τὴν δικαιοσύνην ἐναντίον τοῦ Θεοῦ, εἰσήξομεν εἰς τὴν βασιλείαν αὐτοῦ, καὶ ληψόμεθα τὰς ἐπαγγελίας, ἃς [οὓς] *οὐκ ἤκουσεν* (54), *οὐδὲ ὀφθαλμὸς ἶδεν, οὐδὲ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου ἀνέβη.*

A vitem: primo quidem foliis defluit, deinde germinat; postea uva acerba oritur, indeque uva matura. Ita et populus meus agitationes et pressuras tulit; dehinc bona excipiet [a]. » Itaque, fratres mei, animo ne vacillemus, sed sperantes sustineamus, ut et mercedem reportemus. Fidelis enim est, qui promisit se unicuique retributurum secundum opera ejus. Si ergo fecerimus justitiam coram Deo, in regnum illius ingrediemur, et accipiemus promissiones, quas *nec auris audivit, nec oculus vidit; quæque in cor hominis non ascenderunt* [b].

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΒ'.

Ἐκδεχώμεθα οὖν καθ' ὥραν (55) τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ, ἐν ἀγάπῃ καὶ δικαιοσύνῃ· ἐπειδὴ οὐκ οἴδαμεν τὴν ἡμέραν τῆς ἐπιφανείας τοῦ Θεοῦ. Ἐπερωτηθεὶς γὰρ αὐτὸς ὁ Κύριος ὑπό τινος (56), πότε ἥξει αὐτοῦ ἡ βασιλεία, εἶπεν· *Ὅταν ἔσται τὰ δύο ἕν, καὶ τὸ ἔξω, ὡς τὸ ἔσω, καὶ τὸ ἄρσεν μετὰ τῆς θηλείας, οὔτε ἄρσεν οὔτε θῆλυ.* Τὰ δύο δὲ ἕν ἐστιν,

## CAPUT XII.

B Igitur in horas regnum Dei exspectemus, in charitate et justitia: quandoquidem Dei adventus diem nescimus. Interrogatus enim a quodam ipse Dominus, quando venturum esset regnum ejus, dixit: *Cum duo erunt unum, et quod foris ut quod intus, et masculum cum femina, neque mas neque femina. Duo* autem sunt *unum*, quando alter ad alterum

[a] Vid. sup. epist. I, cap. XXIII. [b] Isa. LXIV, 4; I Cor. II, 9.

## VARIORUM NOTÆ.

(53) *Ἑωράκαμεν ἔτι.* Habetur in ms. vox ΟΤΙ, interlinearis eodem modo quo præcedens υἱοί. Procul dubio legendum est ἔτι. Deest in editis præter Londin. Ex Wott. GALL.

(54) *Ἃς οὖς οὐκ ἤκουσεν.* Οὖς desideratur in C ms. recte suppletum in editis ex I Cor. II, 9. WOTT.

(55) *Καθ' ὥραν.* Id est *singulis horis*; ut καθ' ἡμέραν, *singulis diebus*; κατὰ μῆνα, *singulis mensibus*; κατ' ἐνιαυτόν, *singulis annis*. Plena locutio est καθ' ἑκάστην ὥραν. BOIS.

(56) *Ἐπερωτηθεὶς γὰρ αὐτὸς ὁ Κύριος ὑπό τινος. Interrogatus enim ipse Dominus a quodam.* A Salome, in Evangelio secundum Ægyptios. Discimus ex his Clementis alterius, *Strom.*, III, p. 465, unde nostris et lux et supplementum accedit: Διὸ τοῦτό τοι, ὁ Κασσιανός φησι, πυνθανομένης τῆς Σαλώμης, πότε γνωσθήσεται τὰ περὶ ὧν ἤρετο, ἔφη ὁ Κύριος· *Ὅταν τὸ τῆς αἰσχύνης ἔνδυμα πατήσητε, καὶ ὅταν γένηται τὰ δύο ἕν, καὶ τὸ ἄρρεν μετὰ τῆς θηλείας, οὔτε ἄρρεν οὔτε θῆλυ.* Πρῶτον μὲν οὖν ἐν τοῖς παραδεδομένοις ἡμῖν τέτταρσιν Εὐαγγελίοις οὐκ ἔχομεν τὸ ῥητὸν, ἀλλ' ἐν τῷ κατ' Αἰγυπτίους· ἔπειτα δὲ ἀγνοεῖν μοι δοκεῖ, ὅτι θυμὸν μὲν, D ἄρρενα, ὁρμὴν, θήλειαν δὲ, τὴν ἐπιθυμίαν αἰνίττεται· οἷς ἐνεργήσασι, μετάνοια ἕπεται καὶ αἰσχύνη. Ὅταν οὖν μήτε τις θυμῷ, μήτ' ἐπιθυμίᾳ χαρισάμενος· ἃ δὴ ἐξ ἔθους καὶ τροφῆς κακῆς αὐξήσαντα, ἐπισκιάζει καὶ ἐγκαλύπτει τὸν λογισμόν· ἀλλ' ἀποδυσάμενος τὴν ἐκ τούτων ἀχλὺν, ἐκ μετανοίας καταισχυνθεὶς, πνεῦμα καὶ ψυχὴν ἐνώσει κατὰ τὴν τοῦ λόγου ὑπακοήν· τότε, ὡς ὁ Παῦλός φησιν, *οὐκ ἔτι ἐν ὑμῖν οὐκ ἄρρεν, οὐ θῆλυ.* Ἀποστᾶσα γὰρ τοῦδε τοῦ σχήματος, ᾧ διακρίνεται τὸ ἄρρεν καὶ τὸ θῆλυ, ψυχὴ, μετατίθεται εἰς ἕνωσιν, οὐθ' ἕτερον οὖσα: *Propterea, ait Cassianus, cum percontaretur Salome, quando cognoscerentur ea de quibus interrogabat, dixit Dominus: « Quando pudoris indumentum conculcaveritis, et quando duo facta fuerint unum, et masculum cum femina, neque mas neque femina. » Primo quidem, in nobis traditis quatuor Evangeliis non habemus hoc dictum, sed in eo quod est secundum Ægyptios. Deinde mihi videtur (Cassianus) ignorare, quod (Evangelium illud) per masculum quidem significet iram, impetum, per feminam vero cupiditatem; quæ cum operata fuerint, pœnitentia et pudor consequitur. Quando ergo neque iræ quis, neque cupiditati obsequens; quæ quidem et ex consuetudine et ex mala educatione incremento accepto, obumbrant ac contegunt rationem; sed exuens caliginem quæ ex iis proficiscitur, et pudore affectus ex pœnitentia, spiritum et animam unierit in obedientia rationis, tunc, ut ait Paulus, « non est in vobis nec masculus nec femina (Gal. III, 28). » Recedens enim anima ab ea forma qua mas et femina discernuntur, traducitur ad unionem, neutrum cum sit.* Similia Ægyptiaci Evangelii citantur ac exponuntur in Alexandrino presbytero, pag. 445, 452, 453, et p. 799, col. 1. Vide *Oracula Sibyllina*, l. II, v. 70, 71.

Sed et Evangelii Ægyptiorum mentio fit apud Origenem, hom. 1 *in Lucam*; Hieronymum, proœmio Commentariorum in Matthæum; Epiphanium, hæresi 62, cap. 2; Titum ac Theophylactum, ad principium Lucæ. Quanquam vero hæretici veteres ad stabiliendum odium suum in nuptias, Evangelii juxta Ægyptios testimoniis uterentur, non tamen ea talia sunt, quæ non queant ad pium sensum adduci, ex sententia utriusque Clementis, ut dicta habeantur et litteraliter, et mystice. ὡς ἐν παραβύστῳ μυστηριωδῶς, inquit Epiphanius, more Ægyptiaco; ac de Christi regno duplici, intra nos, atque in futura vita, ubi summa erit corporis et animæ unio, ubi spiritale corpus gestabimus, ubi perstantibus sexibus cessabunt sexuum officia. Profecto, si ab aliquo eorum qui temporibus apostolicis prohibebant nubere, compositum fuit Evangelium Ægyptiorum dictum, admodum ille virus erroris sui occultavit, qui a viris doctissimis juxta ac sanctissimis deprehensus non fuit, sed laudatus ac expositus. Unum affirmare possum, pseudoevangelistam ex solemni apud apocryphorum scriptores consuetudine imitandi canonicos libros, al-

Digitized by Google

loquemur veritatem, et in duobus corporibus absque simulatione fuerit una anima. *Et quod foris ut quod intus*, hoc ait: animam vocat, *quod intus;* et corpus, *quod foris*. Quo modo igitur corpus tuum conspicuum est, ita et anima tua manifesta sit in bonis operibus. *Et masculum cum femina, neque mas neque femina:* hoc . . . . . .

A ὅταν λαλῶμεν αὐτοῖς (57) ἀλήθειαν, καὶ ἐν δυσὶ σώμασιν ἀνυποκρίτως εἴη μία ψυχή. *Καὶ τὸ ἔξω ὡς τὸ ἔσω*, τοῦτο λέγει· τὴν ψυχὴν λέγει *τὸ ἔσω*, *τὸ δὲ ἔξω* τὸ σῶμα λέγει. Ὅν τρόπον οὖν σου τὸ σῶμα φαίνεται, οὕτως καὶ ἡ ψυχή σου δῆλος (58) ἔστω ἐν τοῖς καλοῖς ἔργοις. *Καὶ τὸ ἄρσεν μετὰ τῆς θηλείας οὔτε ἄρσεν οὔτε θῆλυ*, τοῦτο (59).....

*Reliqua desunt.*

## VARIORUM NOTÆ.

lusisse ad Apostoli verba Galat. III, 28, quod et innuit Clemens Stromateus; atque etiam forte ad Ephes. II, 15. Cot.

(57) *Αὐτοῖς*. Jun. ἄλλοις vel ἀλλήλοις. Mill. mallet nil mutatum, vel certe legendum ἑαυτοῖς. Vide supra ad cap. 4, not. 16. Gall.

(58) *Δῆλος*. Al. δῆλη. Al. πρόδηλος; qua sane voce utitur S. Pater, epist. 1, capp. 11 et 12. Gall.

(59) *Τοῦτο*..... Reliqua desunt : supplenda tamen ex Clem. Alex., *Στρωμ.*, lib. IV, cap. 13, pag. 553. Ad quem locum vide Grabii *Spicil.*, tom. I, pagg. 35, 263 Id. — *Τοῦτο*. Verisimile fit ex Epiphanio, hæresi 30, cap. 15, et Hieronymo I *adversus* B *Jovinianum* 7, Apostolicum nostrum in iis quæ desiderantur istius epistolæ, de virginitate disseruisse non paucis.

*Hæc supplenda ex Clemente Alexand.*, III *Strom.*. Masculum cum femella, nec mas, nec femina; *hoc dicit : Animum* (θυμὸν) *ejusque impetum vocat* masculum, *concupiscentiam* (ἐπιθυμίαν) *intelligit* femellam, etc. Exhinc nata occasione disserendi de castitate, de virginitate loquebatur. Αὐτὸς παρθενίαν διδάσκει, inquit de Clemente Epiphanius hæres. 30. Idem Hieronymus, lib. I *contra Jovinianum*. Nec dubito apud Clem. Alexandrinum aliosque Patres plurima ejus superesse. Colon.

Digitized by Google

# S. CLEMENTIS ROMANI

S. PETRI DISCIPULI

# EPISTOLÆ DUÆ AD VIRGINES

LATINE ET GALLICE VERTIT, DISSERTATIONEM PRO EARUM AUTHENTIA PRÆFIXIT

REVERENDISSIMUS

## D. D. CLEMENS VILLECOURT

SANCTÆ ECCLESIÆ ROMANÆ CARDINALIS.

(Lutetiæ Parisiorum, apud Ludovicum Vives, editorem, 1853, in-8. Ex typis Friderici Boutet, Rupellæ.)

—

Loquimur non in doctis humanæ sapientiæ verbis, sed in doctrina spiritus.

(*I Cor.* II, 13.)

## EPISTOLA DEDICATORIA

—

ILL. AC REV. D. D. J. B. MALOU EPISCOPO BRUGENSI

CLEMENS VILLECOURT

EPISCOPUS RUPELLENSIS AC SANTONENSIS, PONTIFICIO SOLIO ASSISTENS.

ILLUSTRISSIME AC REVERENDISSIME PRÆSUL,

Prorsus ignorabam ab Amplitudine tua denuo editas fuisse, cum duabus Epistolis ad Corinthios in Latinum jam dudum conversis, ambas sancti Clementis Epistolas *ad Virgines*, quas, sæculo præcedenti, Wetstinus Basileensis e Svriaco Latinas fecerat.

Hæc cognitio, si ad me citius pervenisset, procul dubio ab hac publicatione me deterruisset. Quomodo enim imperfectum æstimare licuisset mihi opus quod recentiore publicatione dignum judicaverat tantus ac tam eruditus vir, propter litterarum splendorem ac sacrarum peritiam Scripturarum, cunctis plaudentibus piis ac bonis, ad episcopalem dignitatem evectus? Sed me, labore tandem absoluto, dicere puduit : *In vacuum laboravi, sine causa, et vane fortitudinem meam consumpsi* [1].

Verumenimvero, eamdem ambo currimus viam, et ad sanctæ Matris Ecclesiæ tendimus glorificationem et triumphum. Nec dubito quin vivaci qua polles oculorum perspicacitate, nævos Wetstini translationis permultos animadverteris, etsi illos indicandi non susceperis curam, tot aliis sollicitudinibus intentus : non enim omnia possumus omnes.

En igitur, doctissime Præsul, ad te redit, novis vestimentis indutus, apostolicus virginitatis præco, dulcis ille Romanus Clemens, beatissimorum Petri et Pauli comes et interpres, primorum Christianorum deliciæ, incipientium et perfectorum doctor et magister, Ecclesiæ sedisque Romanæ vertex et decus.

Quidni cor meum pandam? Erubuit Pontifex ille noster, dum illum a tenebris ad lucem hæretica manus erueret, noluitque tunc qualis esset apparere. Alter Samuel alteri Sauli dicere visus est : *Quare inquietasti me ut suscitarer,... cum Dominus recesserit a te* [2]? Enim-

[1] Isa. XLIX, 4. [2] I Reg. XXVIII, 15, 16.

Digitized by Google

vero, fidei Catholicæ hostis gloriam propriam quæsivit, imo Ecclesiæ humiliationem, dum thesaurum absconditum reseraret.

Beati quidem Clementis Epistolas *ad Virgines*, laudibus extulit; sed, cum simul immaculatam Christi sponsam conviciis impeteret, adversarium Christi se detegit et ministrum Satanæ, qui transfigurat se in angelum lucis [3].

Non omnes qui extra Ecclesiam sunt, hostili semper spiritu loquuntur. Junius Patricius, Oxoniensis, aliam operam sancti Clementis publicans, in Ecclesiam Romanam non invehitur; quæ catholice sanctus Clemens semper dicit, nunquam in Catholicos detorquet; his quæ ad pacem restituendam sanctus Clemens profert, ad seditionem discordiamque spargendam nullibi abutitur; in Petram Ecclesiæ immotam inferi portas commovere non tentat.

Veniam igitur ab omnibus orthodoxis, præsertim vero a te spero, fidelissime Præsul, si beatum Clementem virgines alloquentem novis producam et dignioribus, dummodo mihi non illudam, ornamentis vestitum, et si sensum verborum ejus a Wetstini interpretatione prorsus alienum, non semel usurpem.

Nunc quid in hac publicatione intenderim piis omnibus lectoribus declarare operæ pretium judico, fusius *in prævia dissertatione* discussurus.

Doctus Binius, qui scribebat diu antequam invenirentur Epistolæ sancti Clementis *ad Virgines*, expresse profitetur eas exstitisse, *canonicasque* fuisse appellatas, sicut Epistolam primam ad Corinthios, quia in fidelium cœtibus legebantur.

Hic ego tantum dicam quod si eas authenticas esse non firmiter tenuissem, imo, si minimum etiam dubium de earum genuino auctore in mente remansisset, ab eis vertendis et evulgandis prorsus abstinuissem, vel rationes saltem dubii mei exposuissem.

Non eamdem certe securitatem exprimere valeo circa verum sensum ab auctore intentum: cum enim adhuc desideretur primigenius earum textus Græcus, timendum est semper ne quandoque erraverit Syriacus interpres. Ut ut sit, non dubito quin Wetstinus, etiam Syriacum vertens, plures ipse addiderit errores: ideoque non semel ab ejus sensibus exorbitavi. Si recta et congrua fuisset Wetstini interpretatio, nihil fere redarguendum esset in translatione Gallica D. Boistard de Prémagny: ideoque non interpretationem ejus, sed annotationes carpo.

Cum vero nihil absolute certum de fidelitate vel erroribus interpretum affirmari queat, absente textu primitivo, cur et ipse novam interpretationem aggressus sum? Huic quæsito in *prævia dissertatione* satisfaciam. Dicam tamen plurima sacræ Scripturæ loca a Wetstino aut non fuisse agnita, aut male reddita fuisse: quamvis id creditu difficile videri queat de viro tam diu in sacris litteris versato. Sed, si hæc loca agnovit, cur communem etiam apud suos interpretationem abjudicavit? Errores Wetstini aberrationes traductoris Gallici induxerunt.

Præcipua igitur mihi cura incubuit ut, in hac silva densissima, divinas detegerem sententias easque manifestarem. An rectum iter tenuerim, judicet pius ac eruditus lector, inprimis textus antecedentes consequentibus jungendo et comparando. Dialectices enim regulas non ignorabat sanctus Clemens, nec supponi debet contra illas voluisse disserere.

Præterea, ne unum quidem textum novum introduxi, sed semper Wetstini interpretatio oculis meis subjecta est, dum irregulares et contortas ejus locutiones rectitudini naturali restituebam. Nec primus viam hanc ingressus sum: multi enim ante me, in antiquorum auctorum explicatione, audaces, ut sic loquar, conjecturas emiserunt, quæ postea, ab omnibus eruditis, ut veritates inconcussæ receptæ sunt. Ego vero rarissime, nec forsan semel, meris innixus sum conjecturis; sed, ut plurimum, pars quædam textus agniti ad notitiam partis, præ confusione verborum ignotæ, me deduxit. Si fere ubique verba Wetstini abdicaverim, etiam quando ipsius sensui stabam, nedum adversari, potius morem ipsi gerere, existimavi. Sic enim loquitur in suorum Prolegomenon conclusione: « Conversionis Latinæ vitia et inelegantiam benignus lector condonabit homini in opere novo et satis

[3] II Cor. xi, 14.

Digitized by Google

molesto parum exercitato, et amicorum etiam consiliis, licet undique expetitis, destituto. Quosdam etiam qui in textum Syriacum irrepserunt errores..., etiam me non monente, facile corriget. »

Prima hujus loci verba Wetstini modestiam commendant; posteriora quæ non intellexerit aut neglexerit, confitentur. Modestiam laudo; tenebrosis locis, quantum in me est, lucem affero; negligentiam, si quæ fuerit, reparare conor. Nonne sic Wetstini votis obtempero ?

Omnem fere sermonem suum sanctus Clemens e fontibus sacris desumpsit. Nullis ergo laboribus parcens, eosdem fontes assidue adivi, quos, ut jam dictum est, Wetstinus ne suspicatus quidem fuisse videtur. Unde textus deprompti fuerint, fere ubique notavi, saltem quando phrasis satis integra apparuit : non enim vocabulum quodlibet sacrum indicari debuit, ne innumeræ forent notæ. Versionem adoptavi, non Septuaginta Interpretum aut alterius cujusvis traductoris; sed Vulgatæ, etsi nondum tempore sancti Clementis existeret. Imo, in cæteris locis, quando libera mihi poterat esse verborum idem significantium electio, prætuli fere semper voces a Vulgata consecratas.

Lector attentus et prudens, modo primitivæ Ecclesiæ tantisper calleat spiritum, movebitur has legendo Epistolas, extrinsecis quas præbent authenticitatis probationibus, sentietque quam insulsæ viroque gravi indignæ sint cavillationes D. de Prémagny. Sine fuco aut ambitiosis ornamentis sanctum Pontificem, spiritu apostolico plenum, locutum fuisse, nemo partium studio alienus, inficiabitur. Hinc doctus Junius Patricius jam odoratus fuerat authenticitatem primæ sancti Clementis Epistolæ ad Corinthios.

Monita quæ virginibus dantur, a Scripturis sacris, ut jam dixi, sed præsertim a scriptis apostolorum et evangelistarum, eruuntur. Ad eosdem quandoque revertitur sensus pius Pontifex : tam ardens est ejus desiderium virginibus suis inspirandi amorem virtutum et vitiorum horrorem! Oblique perstringit Christianos hypocritas, qui carnales sensus sub vestimento pietatis occultabant; præcipue vero perfidos hæreticos qui jam tunc Ecclesiam lacerabant, quosque pagani sæpius confundebant cum veris Christi discipulis.

His temporibus, quemadmodum hodie, castitati se devovebant duplicis generis personæ : primo, qui ad ministerium sacrum vocabantur; deinde qui in sæculo remanentes, homines vel feminæ, ad perfectionem evangelicam tendebant. Prioribus sanctus Clemens commemorat vocationis sublimitatem, ne degeneri conversatione illam deprimant. Et, quoniam humilitas custos est vitæ angelicæ quam ducere debent præsertim Christi ministri, sanctus Pontifex superbiam, quocunque se vertat et abscondat, persequitur, ejusque latebras detegit in prædicatione, exorcismis, cæterisque actibus etiam sanctissimis. Cum autem præsumptio ac temeritas plurimos in perditionem induxerint, cautiones suggerit quibus periculum devitetur.

Utrisque, id est clericis et virginibus in sæculo degentibus, ut sanctum timorem animis eorum incutiat, lapsum exhibet quarumdam columnarum quæ inconcussæ et immotæ credi poterant. Eis tamen animum addit, memorans gratias protectionemque a cœlo præparatas animabus cautis ac prudentibus.

Wetstinus, qui certe laudari meretur quod sancti Clementis epistolas non depravaverit absona elegantia quæ sensum earum intervertere potuisset, negligentiam interdum eas dedecorantem admisit, quæ multum nocere debuit ipsarum auctoritati. Adeo parum curavit conjungere auctoris sui cogitationes, ut eas potius disjungere studuisse videatur. Nihil tamen facilius erat quam phraseos regularis constructio.

Venia mihi concedatur si laborem viribus forte meis superiorem assumpserim. Homonymus filius Patrem honorare voluit. Præterea sæpius clare exprimit beatus Clemens sacramentorum Ecclesiæ usum, præsertim *divinæ Eucharistiæ*, sacræque exomologesis peccatorum; intemeratam extollit virginitatem beatissimæ Mariæ, quæ cœli Dominum gremio suo gestare meruit. Pectori meo dulcis erat reproductio hujus antiquæ fidei Romanæ quæ semper eadem fuit, est et erit. Sanctum Clementem amare debet Gallia, quæ ab ipso suscepit plures antistites suos, generososque martyres. Nemo autem eum plus diligere ac venerari

Digitized by Google

debet quam episcopus qui claro ejus nomine insignitur, quique successor est sancti hujus Eutropii, episcopi et martyris, quem ad evangelizandos Santones beatus Clemens ipse miserat.

Latine Galliceque hunc librum edidi; non enim pro solis popularibus meis scribebam, sed pro omnibus etiam extraneis quibus hæc lectio prodesse poterat. Cæterum necessarium erat opponere translationi confusæ Wetstini textum clarum et lucidum. Utinam ædificatione et sanctificatione omnium lectorum Deus Optimus Maximus adimpleat cordis mei desideria!

Epistola hæc, Antistes optime, longior apparebit quibusdam, præsertim longiore dissertatione eam subsequente. Aliud, spero, judicium erit, momentum hujus libri ponderantis.

Si quid in hoc opere, vel in aliis publicationibus meis, minus exactum vel orthodoxum, contra voluntatem, mihi elapsum fuerit, hoc totum subjicio correctioni sanctæ Matris Ecclesiæ Romanæ, sacrique illius Verticis, quibus spondeo ac juro omnimodam ac sinceram, intimo ex corde, fidelitatem et obedientiam.

Qui mihi inspiravit ut hoc opus tibi dedicarem, Præsul ornatissime, Deus, omnium fons bonorum, spiritui tuo indesinenter adsit, teque diu Ecclesiæ decus, fidelium lumen animarum, et Præsulum exemplar, incolumem servet.

Tuus in Christo et Maria addictissimus servus,

† CLEMENS,

EPISCOPUS RUPELLENSIS ET SANTONENSIS.

Scribebam Rupellæ, die octava Nativitatis B. M. V. 1852.

---

DE DUABUS EPISTOLIS

# SANCTI CLEMENTIS ROMANI

## AD VIRGINES

## DISSERTATIO PRÆVIA

In qua expenditur earum authenticitas et refelluntur objectiones quæ huic opponuntur.

—

### RATIO NOVÆ HUJUS PUBLICATIONIS.

Diu desideravi et quæsivi duas sancti Clementis Romani Epistolas ad Virgines, quæ sæculo præcedenti, divina favente Providentia, inventæ fuerant.

Noveram quidem acriter impugnatam fuisse a pseudo-reformatis earum authenticitatem, quæ etiam quibusdam Catholicis anceps et dubia visa fuerat. Cum autem certe scirem in his reperiri quæ perfecte congruebant testimoniis sancti Hieronymi et sancti Epiphanii, suspicabar a discipulis Lutheri et Calvini hæc antiquitatis monumenta fuisse reprobata præcipue ex odio virginitatis, et a quibusdam catholicis ideo non fuisse admissa quod hæc a suspectis manibus oblata non satis mature ponderassent

A Prorsus firmatum est quod persenseram, quando in possessionem meam ambæ istæ Epistolæ pervenerunt, easque attente consideravi. Insuper sola Wetstini, qui has e Syriaco in Latinum verterat, negligentia sufficere mihi visa est, ut lector respueret scriptum adeo inconditum : etiamsi enim vel minime attenderetur ruditati, ne dicam imperitiæ, Latinitatis, rarissime, ut jam dixi, textus Scripturæ interpres animadvertit et agnovit; nec forsan minus raro auctoris sui plene sensum attigit. Inde factum est ut sæpius inintelligibilis aut barbarus prodiret pius sancti Clementis labor.

B Exhorrui, fateor, hanc difficultatum silvam ingrediendo : nec deerant rationes quibus ab his extricandis dumis removerer. Hic enim labor exigi non potest ab episcopo mille aliis gravibus curis in-

Digitized by Google

tento. Præterea sciebam sectarios non æquiores futuros esse erga elucubrationem meam, postquam ejusdem generis fetum a sodali editum tam dire lacesserint. Expendebam quoque modicum, qui sperari posset, hujus opusculi fructum : fratres enim nostri errantes, hoc edito libello, non minus quam antea virginitati infensi erunt, etiamsi luce clarius probaretur authenticas esse sancti Clementis Epistolas ad Virgines. Non siquidem huic pontifici felicior obtingere sors potest quam divo Paulo cujus erat discipulus. Catholici hoc novo argumento non indigent ut doctrinam sanctæ matris Ecclesiæ commendatam habeant. Tandem, aiebam, si Deo placuerit emendari et explicatum prodire opus istud, lucem ac voluntatem, ut perficiatur, inspirabit uni ex tot piis doctoribus qui insudant hodie in eruendis et evulgandis tot veterum Patrum thesauris absconditis.

Semper tamen perseveravit in me motus interior quo ad hunc laborem urgebar. An ille motus supernaturalis fuerit nec affirmare, nec negare audeo. Dicam solummodo quod per plures annos cunctantem sanctus Clemens intus arguere me videbatur; quasi fidejussorem et adjutorem operis offerens sese : ut quemadmodum ipse virginitatem laudibus exornaverat, cautisque monitis eam præmunierat, sic ego Epistolarum suarum authenticitatem contra oblocutores naviter firmarem : *qui enim aperit os mutorum* [1], etiam, quando vult, loquacissimos et audacissimos mutos efficit.

Quare diutius hæsitassem, cum hujus libelli, per tot sæcula absconditi, publicatio ad majorem Dei gloriam et ad sanctæ matris Ecclesiæ honorem vergere nata esset?

Certe si sola eloquentia in scriptis antiquis quæreretur, in oblivione relinqui potuissent sancti Clementis Epistolæ quas publicamus : libri namque superabundantes politioris litteraturæ et eximiæ pecoris undequaque ad nos pervenerunt. Et utinam periissent tot opera plena fœditatibus et immunditiis vitium eleganter insinuantibus! Utinam, e contra, conservati fuissent, eorum loco, innumeri sanctorum Patrum thesauri injuria temporum amissi, cœlestemque sapientiam spirantes!

### PRETIUM HUJUS MONUMENTI ANTIQUI.

Verum, has inter divitias, tanti nullæ æstimari debent quanti virorum apostolicorum scripta quæ prima Christianorum vestigia nobis detegunt, præcipue autem si ex his ad nos reboet quædam echo remota pontificiæ vocis quæ penitus exstincta credebatur. Quis, porro, sonus, post apostolorum vocem, clarior nobis vel charior esse potest quam vox sancti Clementis quæ toties in fidelium cœtibus aures attentas implevit, pectora sancta commovit! Non modo namque ipse vivens prædicavit, A sed et *defunctus adhuc locutus est* [2], dum, per plura sæcula, ipsius scripta fidelibus legerentur. Eo purior aqua manat quo fonti propinquior est. Nemo vero nescit fidem ac vivendi formam cordi sancti Clementis instillatas fuisse ab ipsis apostolis Petro et Paulo quorum discipulus erat. Horum mores sanctissimos coram intuitus est, cæterisque intuendos ac imitandos proposuit : dignus profecto qui ab ipso Petro in successorem eligeretur : ejus quippe scientia, vita, martyrium satis probarunt a cœlo inspiratam fuisse tam eximiam electionem.

Quale fuit illius meritum cujus prædestinatio gloriosa ab ipso beato Paulo prædicta est! Quem certatim laudibus efferunt maximis Ignatius Antiochenus, Irenæus Lugdunensis, Clemens Alexandrinus, Origenes, Eusebius, Athanasius, Cyrillus Hierosolymitanus, Optatus Milevitanus, Epiphanius, Basilius, Hieronymus, Rufinus, Augustinus, Eucherius Lugdunensis, innumerique alii!

Non solæ sancti Clementis ad Virgines Epistolæ temporum injuriam subierant, plurima alia tanti pontificis scripta amissa sunt, et quæ supersunt, aut mutila aut corrupta ad nos transmissa sunt. *Dominus* autem *qui custodit ossa Sanctorum suorum* [3], eaque, cum sibi placet, revelat, scripta etiam eorum quandoque, per quemlibet, etiamsi Ecclesiæ catholicæ extraneum, manifestat.

Sic, anno 1633, doctissimus Junius Patricius, Oxoniensis, edidit Græce Latineque primam ejusdem sancti Clementis Epistolam ad Corinthios, ex antiquissimo manuscripto Alexandrino. Sic, fere diebus nostris, Joannes Jacobus Wetstinus, e protestantium etiam grege, Syriace ac Latine edidit, Lugduni Batavorum, duas alias sancti Clementis ad Virgines Epistolas, quas ex antiquo manuscripto Syriaco Novi Testamenti, Alepo, ab imperatore Turcarum misso, eruit.

Litteras sancti Clementis ad Corinthios vocat sanctus Irenæus *potentissimas* [4]. Primam ad eos Epistolam sanctus Hieronymus testatur specialius esse *valde utilem*. « Hæc videtur, ait, characteri Epistolæ, quæ sub Pauli nomine ad Hebræos fertur, convenire [5]. » Idem sanctus doctor dubitat de authenticitate posterioris epistolæ sancti Clementis ad Corinthios.

### MOMENTA QUÆ ASTRUUNT NOSTRARUM EPISTOLARUM AUTHENTICITATEM.

De ambabus Epistolis quas hodie, post Wetstinum, publicamus, locutus est sanctus Hieronymus, lib. 1 *contra Jovinianum*, dicens : « Hi sunt eunuchi quos castravit non necessitas, sed voluntas, propter regnum cœlorum. Ad hos et Clemens successor apostoli Petri scripsit epistolas; omnemque pene sermonem suum de virginitatis puritate contexuit : et deinceps multi apostolici, et martyres, et

[1] Sap. x, 21. [2] Hebr. xi, 4. [3] Psal. xxxiii, 21. [4] l. iii, c. 3. [5] *De script. eccl.*, c. 15.

Digitized by Google

illustres tam sanctitate quam eloquentia viri, quos ex propriis scriptis nosse perfacile est.»

De iisdem Epistolis sic loquitur sanctus Epiphanius [6] : « Ipse Clemens illos per omnia refutat in his quas scripsit epistolis circularibus quæ in sanctis Ecclesiis leguntur... Virginitatem Clemens edocuit ; isti repudiant. Ille etiam Davidem et Samsonem omnesque prophetas commendat; Ebionitæ detestantur.»

Hæc verba, certissime adeo clare designant epistolas quas de Virginitate scripsit sanctus Clemens, ut de earum existentia dubitari nequeat. Enimvero, sanctus Clemens, juxta beatum Hieronymum, omnium virorum apostolicorum martyrumque sanctitate ac eloquentia illustrium qui hocce thema tractandum susceperunt, antesignanus est. Imo de iisdem Epistolis testatur sanctus Epiphanius eas, adhuc suo tempore, in Ecclesiis lectas fuisse. Quædam insuper narrat quæ in his Epistolis, et nusquam alibi, sanctus Clemens tractat : videlicet, quæ attinent, hac in re, ad Davidem, Samsonem et prophetas.

Lambertus Gruterus Venradius, qui duo fere sæcula ante Wetstinum scribebat, expresse ponit has Epistolas inter sancti Clementis scripta quæ desiderantur. Idem sentit Baronius, cui Rondininus consentire videtur.

Abbas Gratianus, qui nuper de Græco in Italicam linguam traduxit primam Epistolam sancti Clementis ad Corinthios, super hæc verba quæ num. 38 hujus Epistolæ reperiuntur : *Qui carne castus est, ne insolescat, sciens alium esse qui ei continentiam donat :* ait : « Quidam sentiunt hunc locum designari a sancto Epiphanio et a sancto Hieronymo, quando asserunt sanctum Clementem de virginitate disseruisse : sed quamvis expresse ibi mentio fiat de castitate et continentia, cum hæc raptim tantum dicantur, videtur probabilius de his materiis extensivo modo, et ex professo tractatum fuisse in quodam ex capitulis sancti Clementis quæ casu perierunt. Firmatur hæc conjectura ratiocinio et non ambigua assertione prædictorum sanctorum.»

Non sic profecto locutus fuisset honorabilis iste scriptor, si ad eum pervenisset notitia inventionis Epistolarum quas denuo in lucem edimus, post Wetstinum et D. de Prémagny. Præterea, non tantum capitula quædam indicant sancti Epiphanius et Hieronymus, sed Epistolas integras. Veniamus nunc ad probationes intrinsecas. Prima eruitur ex lingua primigenia. Quamvis sanctus Clemens esset Romanus, nulla memorantur ipsius scripta quæ Latino sermone evulgaverit. Græce scripsit ambas Epistolas ad Corinthios. Patet etiam Græce scriptum fuisse archetypum duarum Epistolarum ad Virgines : versio quippe Syriaca plura conservavit vocabula quæ mere Græca sunt (1). Tempore quo sanctus pontifex scripsit, nulla probabiliter existebat adhuc sacrarum Scripturarum versio Latina, saltem authentica : et inde conjici potest cur Græce potius quam Latine sanctus Clemens opera sua scripserit : cum enim, ut plurimum, ex verbis sacris sermonem suum texuerit, multo commodius et securius citare poterat translationem Græcam quæ in manibus omnium erat, quam sententias in Latinam vertere linguam. Utitur ergo jugiter versione Græca Veteris Testamenti, etiam quando ab Hebraica lectione recedit. Quod certe magnam denotat antiquitatem istarum Epistolarum. Vetustatem etiam arguit narratio lotionis pedum quæ, temporibus apostolicis, a provectæ ætatis mulieribus adhuc peragebatur, et quæ, ni fallor, ubique cessavit post dies apostolicorum virorum. Nemo mirari debet quod sanctus Clemens initio et fine harum Epistolarum vocetur *Discipulus Petri apostoli*, cum potius beati Pauli discipulus censeatur : Origenes enim, sancti Clementis ætati tam vicinus, sic ipse loquitur in *Philocalia* [7] : *Clemens Romanus, Petri apostoli discipulus.* Si qua præterea fides quibusdam *Recognitionum* (2) narrationibus concedatur, nullum discipulum vel comitem magis assiduum ac unanimem habuit beatus Petrus quam sanctum Clementem. Quid autem incredibile, imo quid non maxime probabile quod sanctus Clemens, qui Romanus erat et Christianus, Romæ sancto Petro adhæserit, ipsiusque discipulus fuerit diu antequam sanctus Paulus Romam veniret?

Certum est sanctum Clementem Romæ natum fuisse patre *Fausto* quem *Faustinianum* plerique nominant, matre vero Mathidia. A parentibus Athenas, ubi tunc maxime florebant studia, ad discendam philosophiam missus est : brevique tempore scientiæ princeps fuit existimatus. Cum autem opinionum varietas ancipitem illum efficeret quamnam sententiam amplecteretur de sublimioribus religionis quæstionibus, in manus Principis apostolorum incidisse fertur, et ab ipso in comitem itinerum assumptus, sic sub tali magistro profecit, ut, eodem jubente, prædicationis munus nonnunquam impleret. Magnum deinde Paulum audivit, eumdemque aliquandiu comitatus est : cui ita se probavit, ut ab ipso inter præcipuos et sanctissimos Evangelii collaboratores fuerit numeratus [8]. Imo, probati scriptores, ut sanctus Hieronymus, probabiliter putant a sancto Paulo sanctum Clementem fuisse adhibitum ut in-

[6] Epiph. *contra Ebionitas*, hæres. 30, n. 15. [7] Philoc. c. 23. [8] Philipp. IV, 3.

(1) Exemplo sint istæ voces : *Eucharistia, asotia, kindymos, praxis, schema, taxis, diatheke, agon, autolexei, philadelphia, philoxenia, philargyria, philoproteia, paraiteistai*, etc.

(2) Opus *Recognitionum* quod ab antiquis sancto Clementi tribuitur, fuse narrat relationes sancti Clementis cum sancto Petro. A Græco in Latinum versum est a Rufino. Omnes confitentur ab hæreticis corruptum fuisse librum hunc cæteroqui sublimi philosophia plenum..

Digitized by Google

terpretaretur *Epistolam ad Hebræos* nuncupatam Clementique dictatam. Idem quidam conjectant de secunda beati Petri Epistola.

Decebat vero talem virum de virginitate ejusque custodia scribere, quem testantur antiqui auctores per omnem vitam in pura sanctaque virginitate permansisse (3). Permisit demum Dominus ut pretiosus ille thesaurus tandiu desideratus a sectatore pseudo-reformationis et inveniretur, et agnosceretur, et defenderetur. Ne autem talis inventio in fulmentum veniat catholicæ doctrinæ, inde occasionem sumit inventor declamandi contra Ecclesiam, quia, in his Epistolis« nihil reperitur, ut ait ille, de hierarchia, nihil de monachatu et cœnobiis, nihil de terminis et formulis loquendi per concilia inventis et sancitis, a quibus vix se abstinuisset sæculorum sequentium scriptor. »

Studio sectæ suæ abreptus et obcæcatus, Wetstinus non animadvertit se, tali declamatione, infensum præbere monumentis etiam quibus ipse sincera ac immota veneratione adhæret. Agnoscit certe, cum omnibus eruditis, authenticitatem primæ Epistolæ sancti Clementis ad Corinthios quam invenit ac evulgavit Junius Patricius Anglicanus. In multis porro hujus Epistolæ locis, hierarchia clare memoratur, sed nullibi forsan splendidius quam n. 40, de quo exscribere juvat verba quæ sequuntur : « Summo sacerdoti sua munia tributa sunt, et sacerdotibus locus proprius assignatus est, et levitis sua munia incumbunt. Homo laicus præceptis laicis constringitur. »

Unice ut hierarchiam agnoscerent et venerarentur scripta fuerat hæc Epistola ad Corinthios, qui monitis sancti Clementis obedientes, ad submissionem et pacem reversi sunt. De monachatu et cœnobiis verum est sanctum Clementem nec locutum fuisse, nec loqui potuisse, cum tempore suo ista non existerent ; sed virgines docet pius pontifex, ut inter sæculares in eadem vivant perfectione quæ a monachis postea et cœnobitis observata est. Nec diffiteor etiam his in Epistolis non reperiri formulas loquendi conciliorum. Hinc ego quoque authenticitatem harum Epistolarum facile concludam, modo his sanctissimis cœtibus nihil detrahatur.

—

INSULSÆ WETSTINI INVECTIVÆ.

Gratum animum unice exprimere volnissem erga Wetstinum pro beneficio quod Ecclesiæ et eruditioni præstitit has publicando sancti Clementis Epistolas ; sed dolorem simul cohibere non licet, quod gratis tam injustum se exhibuerit erga sanctam Ecclesiam occasione hujus publicationis. Credendum est tunc ab illo præfocatam fuisse conscientiæ propriæ vocem intus contra ipsum reclamantem ; sed talis est sæpius conditio eorum qui se tyrannicæ hæresis jugo manciparunt, ut non credant sibi licere unius veritatis prædicationem, quin simul lædant columnam et firmamentum veritatis.

Igitur Wetstinus satis insulse invehitur in Romanam Ecclesiam, dicens huic displicere disciplinam in Epistolis sancti Clementis traditam : ideoque has ab Ecclesia semotas per tot sæcula latuisse : « Solent enim, ait, qui in Ecclesia dominantur, non, quod præ se ferunt, mores suos et opiniones ad doctrinam olim traditam conformare, sed doctrinam veterem ad mores et opiniones sui temporis inflectere ; et ubi nimis manifestus est dissensus, aut vi agere, aut flammis libros abolere.... Minime tamen decebat ut ab his qui se traditionum veterum tenacissimos esse gloriantur, repudiaretur Clemens noster qui vidit beatos apostolos, et cum illis conversatus fuit, et adhuc in auribus prædicationem apostolorum, et traditionem præ oculis habeat[1]. » Has injurias protulisse non contentus, addit Wetstinus « Clericos non pati se privari familiaritate cum mulieribus ; feminas dominari in Ecclesias, ita ut de sacerdotali gradu favor judicet feminarum ; præsules Ecclesiæ has Clementis Epistolas, in quibus victus tam tenuis commendatur, et ne umbra quidem auctoritatis reperitur, contempsisse atque abjecisse, cum hodie vel infimi ordinis clericus ad dignitatem suam pertinere judicet, ut et lautiori cibo vescatur, et in spiritualibus, personam apostoli vel prophetæ sibi sumat. » Tandem, vix sperat Wetstinus has Epistolas authenticas agnosci ab his quorum mores non sunt, ut ait, harum doctrinæ conformes.

—

RESPONSIO INVECTIVIS WETSTINI.

Minoribus expensis poterat Wetstinus famam *zelantis reformati* sibi conquirere, quamvis dubitem num reipsa acquisiverit. Quot namque persecutiones, apud suos, subiit propter Epistolarum istarum publicationem! Ipsi, nedum in patrocinium authenticitatis quam vindicabat, faverent declamationibus ejus contra Ecclesiam et clerum catholicum, in declamatorem ipsum debacchati sunt. Imo fere inter solos Catholicos Epistolarum authenticitas defensores et advocatos invenit. Hic memorabo tantum *Diarium eruditorum*, mensis Jun. vol. XI, 1758, p. 446. *Diarium* istud fatetur harum Epistolarum inventionem esse maximi momenti ; *Commentaria Tri-*

[1] S. Iren. *Adv. hær.*, l. III, c. 3.

(3) Hoc testimonium invenitur in quibusdam exemplaribus Epistolæ S. Ignatii martyris ad Philadelphenses. Ibique alludit sanctus præsul Antiochenus consilio a sancto Clemente ad Virgines dato *imitandi Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum*. Si vitiatus fuerit iste sancti Ignatii locus, cum in pluribus exemplaribus existat ejusmodi interpolatio, quæ probabiliter anterior est amissioni nostrarum Epistolarum, credendum est ab eisdem Epistolis mutuatam fuisse invitationem imitandi tres sanctissimæ Trinitatis personas : quod certe novum et grave præbet authenticitatis argumentum.



Digitized by Google

*voltiana*, Aug., 1758, p. 2076; *Godescard*, in *Vita sancti Clementis*; *Caillau*, in *selecta Collectione Patrum* (4); etc.

Hocce judiciorum discrimen evidenter demonstrat *quibus displicuerit doctrina in Epistolis nostris tradita, quique illas semper latuisse peroptassent.*

Quod sentio candide fatebor: nescio utrum sub infelicioribus auspiciis quam sub patrocinio et tempore Wetstini, hæ pretiosæ Epistolæ publicari potuerint. Cælibatus *pseudo-reformatis* semper odiosi *quidam reformatus* apologiam incunabulis Ecclesiæ coætaneam in lucem edebat: Lutherum discipulus Lutheri pungebat. Quis favor, ex hac parte, sperandus? In proceres cleri catholici, non lacessitus, indistinctim calumnias struxerat, ipsis imputando mores perversos, hypocrisim ac voluntatem comburendi libros quorum doctrina non poterat ad eorum, ut aiebat, pravitatem et nequitiam inflecti.

Maledicta nec in sectam accusatoris nec in ipsum accusatorem regeram: quid enim prodessent convicia? Quid vindicta? Nemo, nisi insaniat, diffiteri potest mille scripta veterum, injuria temporum amissa et oblitterata, revixisse tandem cura et sollicitudine præsertim pontificum qui nullis pepercerunt expensis, ut hos conquirerent thesauros absconditos. Merito omnium risui se exponeret qui immensam comparare auderet cujusvis generis librorum antiquorum multitudinem a clero catholico detectorum, cum rarissimis sectariorum inventionibus.

Non sibi consentiunt hostes nostri: modo namque accusant Ecclesiæ proceres quod bellum intulerint libris veterum licentioribus, modo ipsis imputant quod, ex industria, moliti fuerint destructionem operum castitatem sanctamque disciplinam docentium.

Quare clerus catholicus insimulatur a Wetstino nimiæ familiaritatis cum mulieribus, cum inde præcipue pseudo-reformationi displiceat quod sit continens? Hæc etiam inter se pugnant. Arguit Ecclesiæ præsules et clericos quod contempserint et abjecerint sancti Clementis Epistolas, studio gulæ et ambitus; unde gradus ecclesiasticos, ut eos criminatur, usurpant; unde quoque sibi arrogant apostolorum vel prophetarum qualitates! Miserum, sane, perfugium hæresis, quæ quos aversatur, sic injuste dehonestat! Speravitne Wetstinus his insanis accusationibus ora claudere eorum qui, in ipso Lutheranorum grege, eum ut Socinianum pestiferumque novatorem denuntiantes a gradu quem occuA paverat dispoliari flagitaverunt et obtinuerunt anno 1730?

Risu digna est ratio quam affert de exorcismis in principio Ecclesiæ adhibitis, quosque vult confundi cum cura ægrotorum. Inde etiam ansam sumit accusandi indirecte hodiernos Ecclesiæ ritus, asserendo olim saltem omnem fraudis et impostura suspicionem, omnem sordidi quæstus spem abfuisse.

—

COMPENSATIO INJUSTITIÆ PRÆCEDENTIS.

Wetstinus, in Ecclesiam catholicam ejusque clerum invehens, sectæ suæ vestigia secutus est. Ignoscamus illi: nesciebat fortassis quid ageret. Nullum inde ipsi commodum obvenit. Cultus pseudo reformati patroni in collegam primi insurrexerunt. Utinam hinc potuisset intelligere in solo matris Ecclesiæ gremio veritatem cum laude vera dignoque suffragio defendi ac propugnari! Nec Wetstino a Catholicis denegandus est quem ei consectarii disputant, meritus honos. Quis porro extraneus partium studiis ipsum non laudabit hæc loquentem? »

« Erunt forte quibus harum Epistolarum scriptor videbitur et matrimonio esse iniquior, cælibatum vero nimium extollere, quando virginibus sanctis excellentiorem in cœlis locum datum iri statuit quam conjugibus sanctis [11], et morosius quam vel humanitas, vel sæculi nostri consuetudo fert, omni cum mulieribus familiaritate et commercio interdicere, aditumque earum et sermonem defugere jubere, ne quid ex contagione incommodi accipiamus, ut verbis Cæsaris utar.

« Aliter, fateor, de cælibatu et matrimonio sentit Clemens quam Lutherus; at nondum probatum est illum male sensisse: si quis enim genium defraudat, et voluptates etiam licitas spernit, ut eo melius et expeditius doctrinæ Evangelii et curandæ Ecclesiæ vacare possit, cur non in altera vita majus a Deo præmium speraret, quam illi qui partem mercedis suæ jam in hac vita receperunt? Cæterum, Clemens nec cælibatum jubet, nec nuptias vetat, ut tum ex ipso loco modo allato patet, tum ex alia ejusdem Epistola scripta *adversus eos qui matrimonium rejiciunt*, quam legisse testatur Dionysius Barsalibi, apud Asseman [12]: nec de cælibatus præmio quidquam dicit diversum ab iis quæ Paulus docuerat [13]. »

—

EXPENDUNTUR AC REFELLUNTUR RATIONES QUIBUS D. DE PREMAGNY IN DUBIUM REVOCAT AUTHENTICITATEM AMBARUM EPISTOLARUM SANCTI CLEMENTIS.

Stephanus Franciscus Boistard de Premagny, honesta familia, Rothomagi natus, vir magnæ littera-

[10] Prolegomen., n. 10. [11] Ep. I, n. 1. [12] *Biblioth. Orient.*, t. II, p. 155. [13] I Cor. VII, 9.

(4) Quare hic ultimus scriptor nostras Epistolas non admisit in sua *Collectione*, cum eas authenticas esse non neget? Probabile est aut nullum earum exemplar in manus ejus pervenire potuisse, aut si quoddam pervenerit, pedem ejus retrogressum esse ad solum conspectum hirsutæ translationis Wetstini. Eadem de causa, ego ipse plures annos distuli meum laborem, qui utinam adhuc sancto Clemente indignus non sit!

Digitized by Google

turæ, inter præcipuos modernæ philosophiæ patronos, quorum amicus erat, versatus, innumera fere opuscula a se composita legit coram Academia Rothomagensi, cujus membrum erat. Solam vero traductionem Gallicam nostrarum Epistolarum evulgavit, quamvis varia scientiarum penetralia adierit. Catalogus manuscriptorum quæ reliquit (5) non exhibet hominem fidei infensum. Nec tamen negari potest adnotationes ejus plurimas versioni subjectas reprehensione dignas esse, ut patebit ex his quæ modo dicturus sum.

Ordinem sequar numerorum quos affixit D. de Premagny in suis adnotationibus.

I. Vix morabor ut probem contra adnotatorem non nocere Epistolarum authenticitati sanctorum ac beatorum vocabula quibus utitur sanctus Clemens. Ut ab eo adhiberi potuerint, sufficeret unicus horum verborum usus in Novo Testamento, ubi frequenter reperiuntur.

II. Indirecte et transeunter perstringit apostolatum beati Petri Romæ. Ille autem incursus responsum non meretur : innumeri quippe libri exstabant, tempore D. de Premagny, et nunc exstant, probantes nullum insulsiorem in mentibus eruditorum remanere posse dubitationem quam de longa sancti Petri Romæ commoratione : in hoc enim historiæ facto unanimes sunt cum tota retro antiquitate doctissimi scriptores, tum inter Catholicos, tum etiam inter protestantes.

III. Miratur quod sancto Paulo titulus *Divini Apostoli* a contemporaneo tribuatur, isque vocetur Apostolus sine nominis additione, et per antonomasiam. Sed sanctus Clemens in prima Epistola ad Corinthios, quæ authentica ab omnibus agnoscitur, dicit : « Sumite Epistolam beati Pauli. » Quodnam tantum discrimen est inter *divinum* et *beatum* ? Nullum profecto. Præterea utrumque vocabulum, tempore sancti Clementis indifferenter usurpabatur. Hinc in Actis martyrii sancti Ignatii Antiocheni, quæ scripta sunt ab ejus discipulis, legitur (n. 9) : « Ut convenienter ei quod dixit divinus Paulus, ipse quoque fieret spectaculum mundo, et angelis et hominibus. » Igitur hac ætate ejusmodi voces adhiberi solebant.

Nec mirum quod etiam tunc sanctus Paulus per antonomasiam Apostolus dictus fuerit, cum tam divinitus ad apostolatum fuerit vocatus, ac tanto encomio a sancto Petro fuerit celebrata sapientia [14] talis viri, qui, ut ait sanctus Clemens in prima Epistola ad Corinthios [15] : « Patientiæ præmium obtinuit, cum catenas septies portasset, vapulasset, lapidatus esset, præco factus in Oriente et Occidente; qui eximium fidei suæ decus accepit, totum mundum docens justitiam, et ad Occidentis veniens terminum, et sub præfectis martyrium passus (6), ita e mundo migravit, atque in locum sanctum abiit, patientiæ magnum exemplar factus. His viris qui divinam vitam duxerunt, aggregata est ingens electorum multitudo, » etc.

IV. Dubiam esse harum Epistolarum authenticitatem, inde pronuntiat D. de Premagny quod, juxta ipsum, impossibile sit conjicere quibusnam scriptæ fuerint.

Et tamen magis clara esse non possunt verba quæ initio primæ Epistolæ reperiuntur : *Omnibus virginibus beatis qui* (7) *constituerunt servare virginitatem propter regnum cœlorum*. Ad hos solos utriusque sexus virgines scriptas fuisse has Epistolas agnovit sanctus Hieronymus : ita ut animum mire distractum habere debuerit D. de Premagny qui supra dicta verba prius ab ipso Latine transcripta, deinde in nostram linguam verterat, quando dixit conjici non posse quibus istæ destinarentur Epistolæ.

Boni pastoris officium implebat sanctus Clemens dum invigilaret perfectioni eorum qui illustriorem gregis Christi portionem efficiunt. Dilectus discipulus ipse locum in cœlis honoratissimum eis assignat. Postquam enim nuntiavit eos habere nomen Agni Dei et Patris ejus scriptum in frontibus suis, dicit eos cantare ante sedem canticum novum, quod nemo præter illos, cantare potest, additque : *Hi sunt qui cum mulieribus non sunt coinquinati : virgines enim sunt. Hi sequuntur Agnum quocunque ierit. Hi empti sunt ex hominibus primitiæ Deo et Agno* [16].

V. Domino de Premagny, post Wetstinum animadvertere placet, nihil in his Epistolis inveniri dictum de hierarchia et ecclesiastica auctoritate : et inde concludere vult dubiam esse earum authenticitatem. Dixerat vero Wetstinus hanc authenticitatem astrui præcise illo silentio. Wetstino jam responsum dedi. Restat ergo ut respondeam adnotatori ibidem quæstionem nullam fuisse de hierarchia et de auctoritate ecclesiastica. Omnia tempus et locum suum habent.

VI. Vitiligat quoque D. de Premagny super vocabulis *Apostoli* et *Evangelii*, quasi hoc tempore usurpari non debuerint. Liceat mihi dicere litem hanc esse summopere ridiculam : postquam enim voces istæ a Christo, ab apostolis et evangelistis adhibitæ fuerint, quis dicere auderet a sancto Cle-

[14] II Petr. III, 15, 16. [15] N. 5. [16] Apocal. XIV.

(5) Hunc catalogum benigne mihi transmisit D. D. Archiepiscopus Rothomagensis cum brevi notitia hujus auctoris. Tanto Præsuli grates rependo debitas pro isto totque aliis beneficiis mihi præstitis. Hinc didici D. de Premagny inter religionis amplexus ante mortem se projecisse. Obiit 3 Februarii anno 1767, annis natus 58.

(6) Ex historia discimus duos fuisse Romæ præfectos ultimo Neronis anno.

(7) Scribitur *qui* non *quæ*, quia Epistola dirigitur ad virgines utriusque sexus.

Digitized by Google

mente non potuisse adhiberi? Utramque vocem sanctus Clemens in eadem linea usurpat, scribens ad Corinthios primam Epistolam, ut jam dixi, sine controversia authenticam. « Apostoli, inquit, n. 42, missi a Domino Jesu Christo, Evangelium prædicarunt. »

Sed quærit D. de Premagny utrum in versione Syriaca reperiantur ista vocabula : *Evangelium*, *Apostolus*? Respondeo id parvi referre, modo sensus idem exprimatur. Ut autem curiositati ejus satisfaciam, dicam in Syriaco exprimi tantum sensum verbi *Apostoli*, id est missi, et introductum fuisse vocabulum *Evangelii*. Non consulit suæ famæ qui has nænias proponit.

VII. Qui libidine contradicendi abripitur solem ipsum splendentem negaret, aut ejus existentiam in dubium revocaret. Sic D. de Premagny litem suscitat auctori Epistolarum quia nec præcursorem Domini *Baptistam* appellavit, nec dilectum discipulum *Evangelistam*. Inde etiam perpendit utrum ambæ nostræ Epistolæ antecedere potuerint publicationem et cognitionem Evangelii sancti Joannis. Misera prorsus discussio ! Si enim antecesserint istæ Epistolæ publicationem Evangelii sancti Joannis, cur eorum antiquitatem impugnat? Sed, procul dubio, adhuc distractus erat legendo et exscribendo has Epistolas : pluries enim ibi sanctus Clemens citavit Evangelium sancti Joannis. In solo n. 15 secundæ Epistolæ, bis hujus Evangelium adduxit : 1° *Mirati sunt quia cum muliere loquebatur* [17] ; 2° *Noli me tangere : nondum enim ascendi ad Patrem meum* [18]. Cum ergo sanctus Clemens citaverit hoc sancti Joannis Evangelium, nonne evidens est illud fuisse ante nostras Epistolas scriptum? Hinc etiam patet præcursorem Domini a sancto Clemente ut Baptistam fuisse agnitum : in primo siquidem capite Evangelii sancti Joannis, sexies beatus præcursor *Baptizans* appellatur.

VIII. Jam superius dixi ægre concedi posse sanctum Clementem strictiori vinculo cum sancto Paulo quam cum sancto Petro ligatum fuisse : commoratio namque sancti Petri Romæ multo diuturnior, necessitudinem quoque multo arctiorem inter eos producere debuit : quod fatendum esset, etiamsi nihili penderentur tot veterum testimonia quæ sanctum Clementem sancti Petri comitem fuisse evincunt, et eum ab hoc apostolo consecratum episcopum unanimiter tradunt.

Pudet me redarguere quod adnotator tam erronee profert de vocibus *Filii Virginis*, quas applicat sanctus Clemens Domino nostro Jesu Christo : quasi titulus *Virginis* adhibitus nondum fuisset ad designandam Genitricem Salvatoris. Nunquid D. de Premagny in dubium revocavit authenticitatem Symboli apostolici, in quo dicitur : *Natus ex Maria virgine*? Aut nunquid verba hæc quamdam obscuritatem involvunt? Addit verba sancti Matthæi magis favere virginitati beatissimæ Mariæ quam verba sancti Lucæ. Non facile tamen concipio quibusnam verbis sanctus Lucas clarius exprimere potuisset Deiparæ virginitatem quam hoc sermone : *Dixit autem Maria ad Angelum : Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? Et respondens angelus, dixit ei : Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi : ideoque et quod nascetur ex te sanctum vocabitur Filius Dei* [19].

IX. Miratur etiam adnotator a sancto Clemente adhiberi hæc verba : *Dominus noster Jesus Christus, Dei Filius*. Nunquid igitur insolitæ erant hæ voces quæ toties reperiuntur et in Evangelistis et in Epistolis apostolorum? Quod si hæc nondum sufficiant, remitto adhuc philosophum Rothomagensem ad Symbolum apostolorum quod Christiani omnes, tempore sancti Clementis, recitabant sicut et nos, dicentes : *Et in Jesum Christum Filium ejus unicum Dominum nostrum*.

Non libenter legit simultaneam trium personarum enuntiationem a sancto Clemente expressam. Cur vero non æque displicerent ei verba Christi ad apostolos : *Euntes ergo, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti* [20]? Putatne a discipulis Christi hoc præceptum non fuisse fideliter et quotidie observatum? Num existimat a primis Christianis non efformatum fuisse signum crucis in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti? Audacter dicit usque ad annum 165 tres sanctissimæ Trinitatis personas nunquam fuisse verbis conjunctas. Fallitur : quotidie enim conjunctæ fuerunt in forma baptismatis, et in signo crucis. Imo in scriptis sacris et in traditione hujus temporis illas unitas fuisse evidenter patet. Satis enim clare tres sanctissimæ Trinitatis Personæ exprimuntur simul in his beati Pauli verbis ad Corinthios scriptis : *Gratia Domini nostri Jesu Christi, et charitas Dei, et communicatio sancti Spiritus, sit cum omnibus vobis* [21] ; et ad eosdem [22] : *Confirmat nos in Christo, et unxit nos Deus, et signavit nos, et dedit pignus Spiritus in cordibus nostris*.

Non minus clare sanctus Petrus divinas personas simul conjunctas enuntiat, dicens : *Electis... secundum præscientiam Dei Patris, in sanctificationem Spiritus, in obedientiam et aspersionem sanguinis Jesu Christi* [23].

Æque aperte sanctus Joannes dicit : *Tres sunt qui testimonium dant in cœlo : Pater, Verbum et Spiritus sanctus ; et hi tres unum sunt* [24].

Equidem infidelibus primi Christiani non debebant revelare imprudenter mysteria religionis nostræ, ne ista ab eis deriderentur, et persecutiones gratis suscitarentur ; ideoque Christus dixerat : *Nolite dare sanctum canibus, neque mittatis margaritas ante porcos; ne forte conculcent eas pedibus suis, et conversi dirumpant vos* [25] ; sed adeo frequens erat inter initiatos sanctissimæ Trinitatis invocatio,

[17] Joan. IV, 27. [18] Joan. XX, 17. [19] Luc. I, 34, 35. [20] Matth. XXVIII, 19. [21] II Cor. XIII, 13. [22] II Cor. I, 21. [23] I Petr. I, 1, 2. [24] I Joan. V, 7. [25] Matth. VII, 6.

Digitized by Google

ut auctor *Dialogi* Philopatris qui sub Trajani imperio scripsit, hac ipsa ratione Christianos derideat, et cuidam fideli dicat : *Jura mihi per Deum cœli, et supremum Dominum, per Filium Patris, per Spiritum qui a Patre procedit, Deum unum in tribus, et trinum in uno.*

Abstinere debuisset ab omni contentione D. de Premagny occasione alterius textus quem deprompserat sanctus Basilius ab alio sancti Clementis opere quod periit. En ille textus : *Clemens Romanus antiquior dicit : Vivit Deus, et Dominus Jesus Christus, et Spiritus sanctus* [36]. Credidit sanctus Basilius hæc sancti Clementis verba sufficere ut stabiliretur consubstantialitas Verbi divini, Arianique refellerentur. Hoc non admittit D. de Premagny. Quis vero hærebit inter affirmantis et negantis auctoritatem ?

X. Ægre D. de Premagny videtur suscipere verba quibus Epistolarum auctor incitat ad imitationem trium divinarum personarum. Remitto hac de re lectorem ad ea quæ subjeci in adnotatione loci hujus.

XI. Juxta adnotatorem multum nutat Epistolarum nostrarum auctoritas ex fraude et hypocrisi quæ exprobrantur quibusdam directoribus. *Non major*, ait, *declamatio erat tempore Chrysostomi.* Sed si inde anceps esset Epistolarum auctoritas, sequeretur dubias quoque judicari posse plerasque sancti Pauli Epistolas : in his enim vehementer invehitur vas electionis contra pseudo-apostolos. Nos vero qui tenemus ab initio mendacem ac homicidam fuisse dæmonem, scimus quoque ab incunabulis Ecclesiæ huic præsto fuisse ministros quorum versutiæ omni tempore revelatæ sunt et fortiter explosæ. Non defuit Satanæ suppositum in ipsa Christi societate; nec tamen testimonium de illius perfidia ab evangelistis præstitum, infirmare unquam potuit cætera quæ scripserunt.

Occasione possessionum et exorcismorum, infert adnotator in illis abditas fuisse meras fraudes, ab Asiæ Judæis derivatas. Inde in campum divertit morborum, præsertim eorum qui convulsiones pariunt, quibus fideles delusos fuisse asserit, quasi dæmonis operationes in his fingerentur. Post hanc irruptionem, philosophus Rothomagensis ait : « Quo major antiquitas ambabus nostris Epistolis dabitur, eo propius ad originem Christianorum abusus adducentur : quod est incommodum et creditu difficile.

At mihi respondere permittatur : cur mutat adnotator naturam rerum de quibus locutus est Epistolarum auctor ? Ne unum quidem verbum ille protulit de fraudibus aut de fictis morbis, aut de convulsionibus diabolo attributis. Ergo in aerem locutus est D. de Premagny, ejusque opera periit. Certissime Christus (velit, nolit criticus noster) abjecit ipse dæmones, præcepitque apostolis ac discipulis suis ut eos ipsi abjicerent, quando dixit : *Dæmones ejicite* [37]. Quid mirum igitur si auctor Epistolarum regulas statuat quas sequi debeant exorcistæ ? Quid porro istæ redolent nisi castitatem, mortificationem, humilitatem ? Indicat quid sit agendum ut spiritus malignus efficaciter expellatur ; sed non ideo fraudis insimulat eos qui hanc exorcizandi rationem non adhibuerint. Ipse Christus docuit discipulos suos quibusnam armis muniti pravos spiritus debellare deberent ; sed fraudis aut mendacii reos esse non pronuntiavit quando ei narrarunt se optato caruisse effectu. Rem sic exponit Evangelista : *Tunc discipuli accesserunt ad Jesum secreto, et dixerunt : Quare nos non potuimus ejicere illum ? Dixit illis Jesus : Propter incredulitatem vestram. Amen, quippe, dico vobis, si habueritis fidem sicut granum sinapis, dicetis monti huic : Transi hinc illuc : et transibit, et nihil impossibile erit vobis. Hoc autem genus non ejicitur nisi per orationem et jejunium* [38].

Cessent ergo philosophi hujus sæculi in sanctis Patribus vituperare quæ in Christo revereri debent, nisi forte Christo renuntiaverint.

Sed res notatu dignissima est, plerosque hæreticos et philosophos, ad solam commemorationem dæmonum et exorcismorum excandescere et exagitari quasi ipsi a dæmonibus obsiderentur.

XII. Auctorem Epistolarum arguit adnotator quasi narratorem parum veracem eorum quæ ad Dominum nostrum pertinebant. « Clemens, inquit, non est diligens relator itinerum Christi. Absque dubio enim, plures comitatæ sunt eum mulieres, paulo ante quam vitam consummaret. Non semel hospitatus est ac manducavit in domo Mariæ et Marthæ ; nec semel mulieres effuderunt unguentum super caput et pedes illius, » etc.

Nullus est in pauperum scholis puerulus aut puellula quæ eamdem ac philosophus Rothomagensis eruditionem hic producere non valuisset. Nunquid propterea ausi fuissent docere aut reprehendere virum apostolicum, summum pontificem et martyrem ? Ut autem reclamationes domini de Premagny alicujus ponderis essent, debuisset citare quædam sancti Clementis verba quæ suis reclamationibus occasionem æquam dedissent ; sed nulla prorsus ejusmodi verba existunt. Dicetur forte non verum, sed pseudo-Clementem hic impeti : admitti potest ejusmodi excusatio, quin admittatur hypothesis gratuita quam textus sedulo examinatus respuit.

Quod autem adnotator tam serena fronte asserit Christum non semel hospitatum fuisse in domo Marthæ et Mariæ, verum est quidem de prandiis ; sed facillime contradici potest quoad pernoctationem : veteres enim tradidere Christum secedere consuetum in montem et solitudinem quando apostoli ipsi ad quietem sumendam lectum petebant.

[36] Bas. *De Spirit. S.*, c. 29. [37] Matth. x, 8. [38] Matth. xvii, 18 et seq.

Digitized by Google

Hæc porro traditio optime congruit his verbis Evangelii : *Exiit in montem orare : et erat pernoctans in oratione Dei* [29]. En factum pernoctationis. Visne habere consuetudinem ? *Et egressus*, ait idem evangelista de tempore nocturno loquens, *ibat, secundum consuetudinem, in montem Olivarum* [30]. Omnes evangelistæ signarunt sedulo hunc specialem locum orationis Christi in monte Olivarum, vocantes illum prædium, vel hortum Gethsemani. In publico, easdem fere relationes Christus habuit cum viris et mulieribus : ad salvandum enim utrumque sexum venerat ; sed privatim, eodem modo non se gerebat : ideoque mirantur apostoli quando eum solum vident, quamvis in aperto, cum muliere Samaritana colloquentem.

Ex eo quod sanctus Clemens Christi verba retulerit ad Mariam Magdalenam dicentis : *Noli me tangere*, concludere vellet adnotator, contra Wetstinum, ab auctore Epistolarum melius cognitum fuisse sancti Joannis Evangelium quam Evangelium sancti Matthæi qui hanc circumstantiam tacet. Hoc ratiocinium philosopho parum convenit : neque enim sanctus Matthæus, neque cæteri evangelistæ voluerunt, imo velle potuerunt scribere omnia quæ Christus gesserit. Igitur ab hoc silentio nihil omnino concludi potest. Qui enim concluderet dominum de Premagny nihil aliud scripsisse quam versionem Gallicam nostrarum Epistolarum, cum adjunctis adnotationibus, quia has solum typis mandavit, non satis famæ illius consuleret ; probabiliter namque opus istud merito inferius est sexaginta aliis opusculis ejus quæ manuscripta remanserunt.

XIII. Auctorem Epistolarum accusat D. de Premagny quasi infideliter narrarit historiam Elisei et Sunamitidis. Sed quæ paucis verbis refert sanctus Clemens optime concordant cum rebus relatis in quarto libro Regum, quamvis res minutissimas non fuerit consectatus. Achilleam philosophus noster æstimavit hanc objectionem : Eliseus acceptavit cubiculum in domo Sunamitidis : ergo non erat hic propheta extraneus omni relationi cum mulieribus. Ergo auctor Epistolarum falsam induxit hypothesim. Ergo honorat sanctum Clementem qui hunc non recipit quasi istarum Epistolarum auctorem.

Ut funditus ruat hujusmodi argumentatio satis erit adnotare hospitalitatem quam interdum propheta recepit apud Sunamitidem, non fuisse cohabitationem quam prohibet sanctus Clemens.

Enimvero domus Sunamitidis una erat ex his opulentis habitationibus quæ plerumque servis abundant. Ipsa declarat se in medio populi sui [31] quasi principem habitare, et nulla re indigere. In illa domo, quasi transiens habitat Eliseus cum servo suo. Quare enim sub dio pernoctasset ? Quamvis autem domus illa ampla foret vastaque, constructum est pro propheta novum cubiculum omnino separatum ab ea [32]. Textus Hebraicus expresse designat separationis murum qui ædificatus est. Hoc ignoravit D. de Premagny, ideoque insuperabilem judicavit argumentationem suam. Aliunde non exigit sanctus Clemens ut nulla sit mulier in domo quam habitant homines virgines, præsertim quando iter faciunt, sed ut fugiant contubernia cum mulieribus, et ut ipsis non ministrent mulieres. Jam dixi cubiculum Elisei apud Sunamitidem fuisse separatum ; ibi vero ministerium a mulieribus non recipiebat : illi enim sufficiebat servus qui semper comitabatur eum.

Nævos quærit invenire criticus philosophus in Epistolis nostris ut auctoritatem earum elevet. Grandis igitur, ipsius judicio, nævus est quod quater sanctus Clemens Christianos nominaverit, cum vox ista *ter* tantum in Novo Testamento reperiatur. Perspicacitatem hujus adnotationis judicandam relinquo cuilibet lectori. Si cui tamen non sufficeret hoc responsum, scire debet hoc vocabulum adeo commune fuisse hac ætate, ut a gentilibus passim adhiberetur, sicut patet ex *Actis martyrii Sancti Ignatii Antiocheni*, et ex *Epistola Plinii ad Trajanum imperatorem, de Christianis.*

XIV. Wetstinus allegaverat auctoritatem sancti Epiphanii qui hæreticis ævi sui opponebat Epistolas sancti Clementis ad virgines, in quibus commemorantur Elias, David, Samson et omnes prophetæ. Ad hoc argumentum reduci potest Wetstini ratiocinatio : « Non solum Epiphanius, sicut Hieronymus, Epistolas indicat quas sanctus Clemens ad virgines scripsit ; sed has specialiter Epistolas distinxit enuntiatione textus qui in cæteris operibus sancti Clementis nullibi reperitur. In solis enim Epistolis ad virgines mentio fit de Elia, David, Samsone et omnibus prophetis. »

Robur hujus ratiocinii quasi non advertens D. de Premagny, sermonem gyroflectit ad inscitiam exempli Samsonis, quasi pessime sanctus Clemens Samsonem huc induxisset. Sed etsi concederetur domino de Premagny Samsonem non debuisse huc introduci, non minus invicta esset conclusio Wetstini, qui, ex hac prolatione authenticitatem Epistolarum nostrarum infert.

Ut autem, ex hac etiam parte, debilem esse adnotatorem pateat, dico exempla Samsonis et Davidis mirifice inservire thesi auctoris Epistolarum. Si namque prudentia prophetarum nos cautos esse monet, quorumdam sanctorum virorum casus valentior adhuc prædicatio est ut nobismetipsis diffidamus. Non solum Samsonem et Davidem appellat sanctus Hieronymus in hac materia, sed etiam Salomonem. Omnes norunt hæc sancti doctoris verba ad Nepotianum : « Ne sub eodem tecto mansites, nec in præterita castitate confidas. Nec sanctior David, nec Samsone fortior, nec Salomone potes esse sapientior. »

[29] Luc. vi, 12. [30] Luc. xxii, 39. [31] IV Reg. iv, 13. [32] Ibid., 10.

Digitized by Google

Præterea, peccaverunt quidem Samson et David; sed in peccatis non perseveraverunt : ideoque sanctus Epiphanius Ebionitas arguit quod eos repudiaverint cum cæteris prophetis.

Quantum ad verbum *laudat* quo usus est Wetstinus citando textum sancti Epiphanii, scire debuisset D. de Premagny hac voce, sæpissime, nihil aliud significari quam commemorationem, nec laudem ab eo semper indicari.

XV. Prudenter siluisset adnotator quæ dicere præsumpsit de privatione matrimonii. Vult enim sanctus Paulus ut a nobis absit *scurrilitas quæ ad rem non pertinet* [33]. Plerique homines nubere volunt, quia cælibatum viribus suis superiorem judicant. His dicit Apostolus : *Melius est nubere quam uri* [34]. Isti vero reprehensibiles forent si propterea virginitatem impugnarent, aut eam omnibus impossibilem pronuntiarent ; doctrinam quippe e diametro contrariam statuit Christus, docendo non omnes quidem capere verbum istud, sed quibus datum est, et addendo : *Qui potest capere, capiat* [35] ; quæ verba invitant animas generosas et fortes ad virginitatem, propter regnum cœlorum. Eamdem invitationem et doctrinam protulit sanctus Paulus, dicens : *Volo omnes vos esse sicut meipsum; sed unusquisque proprium donum habet ex Deo : alius quidem sic, alius vero sic* [36].

Negatur autem D. de Premagny, insinuando matrimonium potius expiationis quam felicitatis statum esse, ideoque plus mereri qui nubit quam qui a nuptiis se abstinet ; quasi qui continentiam respuunt pœnitentiæ meritum intendissent.

Nemo quidem negare potest magnas sollicitudines conjugibus reservari. Ab his præservare cupiebat Apostolus illos quibus dicebat : *Volo autem vos sine sollicitudine esse* [37] ; sed certissimum est mortificationem carnis aut spiritus non esse finem eorum qui conjugium eligunt. Et utinam multo pauciores essent quibus applicari valerent verba Raphaelis archangeli : *Audi me, et ostendam tibi qui sunt quibus prævalere potest dæmonium : hi namque qui conjugium ita suscipiunt, ut Deum a se et a sua mente excludant, et suæ libidini ita vacent sicut equus et mulus, quibus non est intellectus : habet potestatem dæmonium in eos* [38].

Si attendisset his monitis adnotator, non tam leviter de hac materia locutus fuisset.

Cæterum, qui propter regnum cœlorum matrimonio valedicunt, nullam similitudinem habent cum hac impura philosophorum lue qui nexus conjugales et, ut verbis Apostoli utar, *honorabile connubium* fugiunt, ut liberius ac turpius voluptatibus carnis habenas laxent. Væ talibus qui generis humani opprobrium sunt!

Sic loquitur D. de Premagny : « Ministri reformati (nuptias contrahendo) prætulerunt præsens futuro, certum incerto. Ministri Romani aliter sentiunt et agunt, a quibusdam sæculis, et a matrimonio abstinent. » Priora verba orthodoxa non sunt; posteriora historice sunt falsa. Sæpe legendo adnotationes domini de Premagny, suspicio mihi oborta est illum fortasse pertinuisse ad sectam protestantium. Errabam : nullum quippe hujus familiæ membrum unquam huic hæresi adhæsit. Tantummodo certior factus sum adnotatorem fuisse, ut jam alibi dictum est, socium consuetum philosophorum sæculi præcedentis qui religionem lacessere gloriabantur. In altera editione versionis Gallicæ nostrarum Epistolarum, D. de Premagny id superaddendum judicavit his quæ in priori editione jam dixerat : « Deus non proponit incrementum mercedis pro cælibibus : et satis mirum est a sancto Clemente prolatum fuisse hoc paradoxum tempore adeo apostolis vicino, præsertimque sancto Petro prædecessori suo, cujus matrimonium non habetur ut dubium, nec etiam matrimonium horum episcoporum quos volebat sanctus Paulus esse unius uxoris viros. »

Textus jam a me adducti satis explodunt ac refutant hanc domini de Premagny assertionem. Non exspectavit Novum Testamentum Dominus ut mercedis incrementum virginibus spontaneis polliceretur. *Dabo eis*, inquit per Isaiam, *in domo mea, et in muris meis locum, et nomen melius a filiis et filiabus : nomen sempiternum dabo eis, quod non peribit* [39]. Merito igitur concilium Tridentinum [40] anathemate percellit « eos qui dicunt clericos in sacris ordinibus constitutos, vel regulares castitatem solemniter professos, posse matrimonium contrahere, non obstante lege ecclesiastica, vel voto. » Eadem pœna plectit eos « qui dicunt non esse melius ac beatius manere in virginitate aut cælibatu quam jungi matrimonio. »

Quantum ad hypothesim domini de Premagny, a quibusdam tantum sæculis continentiam fuisse Ecclesiæ ministris præscriptam, dicam illum se historiæ ecclesiasticæ imperitum præbere qui omnibus monumentis ecclesiasticis contradicit, quæ inconcusse evincunt in Ecclesia occidentali continentiam perpetua lege præscriptam fuisse clericis in sacris ordinibus constitutis. Jubet sanctus Paulus ut qui ad episcopatum promoventur, si antea fuerint uxorati, sancti et continentes, post consecrationem suam, permaneant [41].

XVI. Paucis respondebo cavillationi adnotatoris de verbo *dixit*, quod reperitur quandoque in Epistolis sine subjecto. Cum sanctus Clemens assidue sacram Scripturam legisset, probabiliterque in primitivo textu, locutionum ejus usum assumpsit. Si tantisper D. de Premagny Hebraicos aut Syriacos fontes delibasset, nihil in sacris Scripturis frequentius agnovisset quam subaudiri subjectum,

[33] Ephes. v, 4. [34] I Cor. vii, 9. [35] Matth. xix, 12. [36] I Cor. vii, 7. [37] Ibid., 32. [38] Tob. vi, 16, 17. [39] Isa. lvi, 5. [40] Sess. xxiv, *De matrim.*, can. 9. [41] Tit. i, 8.

Digitized by Google

quando ex contextu satis intelligitur. Sæpe, in Bibliis, verbum *dixit* his æquivalet *dicitur*, *dictum est*. Poterat ergo scriptor criticus Pythagoricorum somnum non turbare, nec eruditionem prorsus inutilem nobis ostentare. Hanc ego difficultatem expunxi in versione mea : eamdem poterat de medio tollere ipse Wetstinus.

XVII et XVIII. Adnotationes quæ sub his duobus numeris includuntur, probant dominum de Premagny non semper præjudiciis obcæcatum et allucinatum fuisse. Has scribendo lineas, optime de justitia et veritate meritus est. Quilibet nihilominus animadvertet ipsum Wetstino semper contradixisse, sive quando rectam viam sequebatur, sive quando ab ea deflectebat. Optandum certe erat ut his ultimis numeris nihil addidisset D. de Premagny. Sed altera, de qua jam locutus sum, opusculi ejus editio quasi pœnitentem ipsum exhibet optime finiisse quod male cœperat. Duas ergo novas prioribus suis adnotationibus adjecit, quæ famæ illius plus nocebunt quam proderunt.

Prima refertur ad separationem quam sanctus Clemens a Moyse factam fuisse asserit inter viros et mulieres, dum incederent Israelitæ, Ægyptum relinquentes. Secunda spectat nomen maris quod sicco vestigio filii Israel transierunt.

1° Juxta adnotatorem, sanctus Clemens locutus est de virorum ac mulierum separatione quam Moyses nullatenus memoravit. Probabile ergo judicat Moysen, virum tam prudentem, consensisse ut promiscue sexcenta millia virorum armatorum procederent cum multo superiori numero mulierum, puellarum et infantium! Quis unquam talem confusionem admissam fuisse imaginari audebit?

Hanc vero considerationem adnotator, quasi puer inexpertus, forsan mente revolvit : Unde didicit sanctus Clemens hanc factam fuisse separationem de qua Scriptura non loquitur?

Nulla mihi profecto difficultas esset admittendi sanctum Clementem a traditione Judæorum, hac de circumstantia, fuisse edoctum.

Sed nulla nobis est traditionis non scriptæ necessitas, quando æquivalentibus verbis hanc virorum ac mulierum separationem Moyses exprimit.

Enimvero sic legitur in capite XII Exodi, v. 37 : *Profecti sunt filii Israel de Ramesse in Socoth, sexcenta fere millia peditum virorum, absque parvulis.* Hic soli viri, quasi emphatice, designantur. Capite XV expressius innuitur separatio. Canticum enim Moyses cum viris concinit. Deinde egrediuntur mulieres, et ipsæ vice sua id canticum cum Maria Moysis et Aaronis sorore, recinunt.

Philo Judæus, sancto Clementi coætaneus, hanc separationem clare exprimit. Postquam enim Ægyptiorum narravit ruinam, addit : « Factum istud ingens et stupendum Hebræi mirati, quod sine sanguine, insperata victoria potiti essent, cum cernerent temporis puncto, hostium internecionem, duas choreas, unam virorum, alteram mulierum, in littore instituunt : et Moyse viris præcinente, ejus sorore mulieribus, gratulationem Deo cecinerunt [41]. »

Ultimam adnotatoris objectationem de mari Suph attingamus. Non dubitat criticus scriptor hujus maris nomen nullibi in Exodo inveniri. Si de Vulgata versione locutus fuisset, verum quidem dixisset; si vero de textu Hebraico aut Syriaco, temere certe locutus est, præsertim cum esset academicus vir; nunquam enim sive in Exodo, sive in locis aliis sacræ Scripturæ, Hebraice aut Syriace, aliis verbis mare Rubrum designatur quam verbis *Im Suph*, quæ reddit Vulgata nostra per *Mare Rubrum*.

Quis porro ferat hominem præsumentem loqui de his quæ absolute ignorat?

Verbum *Suph* quater invenitur in textu Hebraico et Syriaco Exodi. Si recti fuerint calculi mei, vicesies novies hoc verbum *Suph* eumdem sensum exprimens invenitur in Veteri Testamento Hebraico, et plus quam tricesies in Syriaco Novum Testamentum complectente. Santes Pagninus in sua versione Latina litterali semper conservat nomen primitivum, ac vertit : *Mare Suph*.

Existimavit sanctus Hieronymus verbo *suph* significari *rubrum*. Græci idem mare Erythræum vocant, quod etiam *rubrum* sonat. Sed quidam isti mari hoc nomen datum autumant a rege Erythro qui regnavit in insula hujus maris finitima.

Qui uberius hujus vocabuli significationem callere cupiunt, doctissimum adeant Drusium (*Comment. in Exod.*, c. 26).

Hæc sunt fere quæ a pluribus annis scripsissem de duabus Epistolis sancti Clementis ad Virgines, nisi partim temporis angustia, partim laboris difficultas voluntati meæ obices posuissent.

Has Epistolas firmissime credo esse authenticas, quantumvis amarissime feram nondum hucusque repertum fuisse primigenium textum. Si inveniatur tandem, quod instantissimis precibus a Deo postulo, omnibus innotescet verus sancti pontificis sensus, qui per traductorem Syriacum vitiari potuit. Spero tamen traductionis vitia a me non modo adaucta non fuisse, sed valde imminuta.

Mira fuit sors scriptorum sancti Clementis. A Junio Patricio Anglicano inventa est ejus Epistola ad Corinthios scripta; a Wetstino non minus Ecclesiæ Romanæ infenso inventæ sunt ambæ ejusdem sancti Clementis ad Virgines Epistolæ.

Notæ Patricii in Epistolam quam invenit vix dissidentem hominem detegunt. Prolegomena Wetstini, duobus locis exceptis in quibus odium suum erga Romanam Ecclesiam exerit, testimonia exhibent sinceritatis ac veritatis.

[41] Philo *De vita Moysis*, lib. I.

Digitized by Google

Permisit Deus hæc monumenta a viris sedi apostolicæ hostilibus detegi et publicari, ut a sectariis minus impugnarentur, aut fraus Catholicis non imputaretur. Siluit generaliter hæresis de epistola a Junio Patricio inventa : nullusque, quod sciam, novator hujus authenticitatem aggressus est : vix enim, in hac Epistola, sanctus Pontifex delibaverat veritates hæresi odiosas. Dixi vix delibaverat quia non absolute de his omnibus tacuerat, ut jam alibi notatum est. Longe aliter se res habuit in epistolis de virginitate tractantibus : Protestantes enim virginitatis osores, quasi unanimi voce contra authenticitatem earum insurrexerunt. Nec quisquam inde mirari debet : « Omnes namque quærunt placentia; omnes ea audire gestiunt quæ habenas carni laxent, non quæ inducant conscientiæ custodiendæ studium, religionis curam, Christianorum morum pondus. » Hæc Wicelius Senior qui optime noverat sectam quæ seduxerat illum [43].

Certe si qualiscunque epistola, nomine sancti Clementis insignita, reperta fuisset, cujus interpretatio sensum præbuisset cælibatui infensum, mille buccinatores adlaborassent, inter sectarios, ut eam superextollerent, ejusque authenticitatem assererent.

Id abunde probat testimonium quod sancto Paphnucio Socrates tam mendaciter imputat, tanquam in ipso concilio Nicæno prolatum, quodque nunc tot probationibus falsum demonstratum est.

Nec negabo tria concurrisse, non ut pessumdaretur, sed ut differretur agnitio authenticitatis nostrarum Epistolarum : primo inventorem, secundo adnotatorem, tertio inventionis ætatem.

Inventorem, qui apud suos etiam suspectæ admodum fidei erat ; adnotatorem, qui nomen habebat inter ultimi sæculi philosophos et in academia Rothomagensi ut oraculum audiebatur. Inventionis ætatem, quam vocare possemus incredulitatis æram. Hæc nunc prodesse, non nocere debent judicio eruditorum.

Non nocebit inventor qui certe monumentum ipse non struxit quod tot ante illum sæculis extitebat, sicut adhuc existit, antiquitatis suæ signa præferens. Imo quo magis suspectæ fidei inventor probabitur, eo clarius patebit inimicum dogmatum orthodoxorum, non sponte in eorum favorem tam splendidum protulisse fulcimentum. Nec illud exhibuit sine conviciis in Ecclesiam sibi invisam.

Adnotator Epistolarum authenticitati non nocet. Quilibet lector æstimare potuit valorem objectationum illius, ac penetrare animum hostilem quo movebatur : *Non enim cor ejus erat rectum coram Domino* [44], cum esset vesanæ philosophiæ labe infectum.

Tandem inventionis ætas vix campum liberum relinquebat veræ eruditioni : hujus enim ætatis philosophia undique sannis ac dicteriis veritates etiam apertissimas audacter persequebatur. Ideo *conversum est retrorsum judicium, et justitia longe stetit et corruit in platea veritas et æquitas non potuit ingredi* [45].

Hodie vero Ecclesia mater longis expleta fastidiis contemptores suos contemptui traditos intuetur. *Ipsi jam comedunt fructus viæ suæ et suis consiliis saturantur* [46]. Si quædam adhuc remanent priscæ fraudis sectatores, *ultra non proficient : insipientia enim eorum manifesta erit* [47].

Et nunc, divine Clemens, exsurge, et quasi de tenebris erumpe. Sonet iterum vox tua dulcis quæ prima virginitatis lilia immaculato et intacto splendore olim adornare gestiebat. Te perflante hortum Ecclesiæ, fluant aromata illius; novi semper appareant flores in terra nostra. Hos flores protege, nunquam deficiant; nunquam marcescant. Sacer pontifex, virgo sacerdos, cœlestis rore doctrinæ pasce clericos ; pasce presbyteros ; pasce præsules; pasce candidas sponsas Christi, cui cum Patre et Spiritu sancto sit honor et gloria in sæcula sæculorum. Amen.

[43] Epist. 8 Jun., 1533. [44] Psal. LXXVII, 37. [45] Isa. LIX, 14 [46] Prov. I, 31. [47] II Tim. III, 9.

Digitized by Google

ܐܓܪܬ ܩܕܡܝܐ

ܕܩܠܝܡܢܛܣ ܐܦܣܛܘܠܐ

ܕܫܡܥܘܢ ܟܐܦܐ

—

# DUÆ EPISTOLÆ
# SANCTI CLEMENTIS

(ROMANI)

## DISCIPULI PETRI APOSTOLI

INTERPRETE

## CLEMENTE VILLECOURT

S. R. E. CARDINALI.

(Textum Syriacum ex Gallandio [*Vet. Patr.*, t. I] expressimus, adhibitis Typographei Imperialis typis.)

—

ܐܓܪܬ ܩܕܡܝܐ ܕܩܠܝܡܢܛܣ

ܕܫܡܥܘܢ ܟܐܦܐ

ܫܠܝܚܐ

ܕܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ.

ܠܟܠ ܐܢܫܐ ܕܒܐܬܪ ܐܠܗܐ ܐܒܐ ܕܟܠ ܟܠ ܡܕܡ ܘܒܡܫܝܚܐ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ ܕܐܠܗܐ ܚܝܐ ܕܒܗ ܫܠܡ ܚܝܠ ܘܚܝܐ ܕܠܥܠܡ ܥܠܡܝܢ ܐܡܝܢ ܠܚܘܒܐ ܕܐܠܗܐ ܘܠܡܗܝܡܢܘܬܐ ܕܒܢܝ ܐܢܫܐ ܕܐܬܪ ܐܠܗܐ ܘ

A

## CAPUT II.

Quicunque vir feminave, *propter regnum cœlorum*, vere ac sine dolo intemeratæ virginitati se devovere constituit, in omnibus regno cœlorum coaptare seipsum tenetur : possessio namque hujus regni nec eloquentia, nec fama, nec claritate, nec genere, nec venusta forma conquiritur, non fortitudine, non diu-
B turna exspectatione ; sed virtute fidei rapitur ab illo qui fidem suam operibus probat. Opera enim ejus quæ manant ex fide de ipso testantur ipsum esse vere justum, vere fidelem, ac ditatum fide magna, fide perfecta, fide quæ Deum apprehendit, fide quæ operibus splendescit [48], ut Pater omnium per Christum glorificetur.

Qui vere virgines sunt, propter
C Deum, sive inter viros, sive inter feminas, aurés præbent hæc suggerenti : *Misericordia et veritas te non deserant. Circumda eas gutturi tuo, et invenies gratiam et disciplinam bonam coram Deo et hominibus* [49]. *Justorum autem semita, quasi lux splendens, procedit et crescit usque ad perfectam diem* [50]. Omnis namque creatura vere illuminatur splen-
D dore quo refulgent eorum opera, dum hic vivunt, quia vere sunt lux mundi quæ orta est sedentibus in tenebris, ut isti surgerent et transirent a tenebris ad lucem bonorum

[48] Maximi erat momenti primis Ecclesiæ temporibus, inculcare bonorum operum necessitatem, ne fideles otio torpentes, sola fide quam sibi finxissent, ad cœlestem patriam pervenire posse existimarent. Hic confodiuntur omnium sæculorum hæretici qui, ut sectarios allicerent, suæque perversæ doctrinæ devincirent, unice sterili fidei salutem annexuri erant. [49] Prov. III, 3. [50] Prov. IV, 18.

Fin. (*a*)

id. (*b*)

id. (*c*)

Digitized by Google

ܘܫܠܡ (a) ܘܢܗܘ ܠܐܠܗܐ ܘܒܟܠ ܫܥܬܐ ܘܒܟܠ ܡܕܡ ܕܢܗܘ ܠܗ ܫܦܝܪ ܘܫܠܡ ܘܡܬܩܢ 

ܘܟܕ ܐܝܟ ܕܒܥܝ ܠܡܐ ܕܐܝܬ ܠܗ ܘܠܐ ܐܝܬ ܠܗ ܐܠ

A

## CAPUT IV.

Qui enim his anhelat sublimibus excellentibusque sedibus, mundo moritur seque ab eo segregat, ut, procul, vitam ducat cœlestem ac divinam, sanctorum angelorum instar, in conscientia pura sanctaque et in virtute Spiritus sancti, Deo omnipotenti, propter regnum cœlorum, serviens per Jesum Christum.

B Idcirco concupiscentias carnis a se removet, nec solum his valedicit verbis : *Crescite et multiplicamini*, sed suspirat in spem vitæ æternæ, paratam et conservatam in cœlis [49], quam promisit qui non mentitur Deus [50].

Hinc cujuscunque sexus virginibus asseritur nomen multo clarius quam honor ex filiis et filiabus procedens, eisque promittitur sublimior habitationis locus; nec ipsis C comparandi sunt conjuges licet sanctitate eximii, et quorum torus fuit immaculatus. Locus enim in quo habitabunt, non tantum electis omnibus commune regnum cœlorum est, sed pars ipsorum cum sanctis angelis est, ut nobilius et excellentius quod elegerunt vitæ genus remuneretur [51].

## CAPUT V.

D Virginitatem amplecti meditaris, frater! Num vero satis expendisti quantum laboris ac molestiæ secum inducat virginitas? Jugiter coram Deo ambulare debet, nec unquam ab ejus removenda est præsentia.

[49] I Petr. I, 4. [50] Tit. I, 2. [51] Nemo non videt hic virginibus applicari a sancto Clemente textum Isaiæ (cap. LVI, 5). Eamdem, sequentibus sæculis, applicationem ejusdem loci fecerunt multi doctores.

FIN. (a)

Digitized by Google

A Sollicita sit necesse est quæ Domini sunt, quomodo placeat Deo, ut sit sancta corpore et spiritu [43] An probe calles quantum splendens sit oporteat virginitas, et huic nihilominus te devoves? Notane tibi ac perspecta via est quam tenere cupis? Quæ præscribat sancta virginitas an tu probe nosti? Tune athleta tam fortis ac peritus, ut in agone conspici valeas legitime certans, B Spiritus sancti virtute corroboratus, et hanc palæstram ingressus, gloriæ coronam sis adepturus? Num quæ te sors beata in cœlesti Jerusalem maneat, perpendisti?

Igitur si viam et finem hujus vocationis peroptas, debella corpus; appetitus carnales doma; vince mundum Spiritu Dei; fluxas et caducas, fœdas et flaccidas contemne hujus sæculi vanitates. Victor draC conis, victor leonis, victor serpentis, victor Satanæ, remaneas in Christo Jesu, ejus doctrina divinaque eucharistia confortatus. Tolle crucem tuam, et sequere illum qui te abluit Jesum Christum Dominum tuum. Recte ac secure certaminis cursum consumma, non timens, sed fiducialiter sperans adventum Domini nostri Jesu Christi ut assequaris bravium supernæ vocationis tuæ in D Christo Jesu [44]. Qui enim verbis fidei fuerit enutritus, quippe imperterritus in hoc stadio permanserit, virginitatis coronam certissime repositam habet : grandi nempe operi, grandis reservatur merces. An scrutatus et assecutus es quantam gloriam sanctitas advehat, quamque sublimi eximioque encomio virginitas extolli valeat?

[43] I Cor. VII, 32-34. [44] Phil. III, 14.

(a) FIN.

Digitized by Google

A

## CAPUT VI.

Filium Dei Dominum nostrum Jesum Christum sancta virginitas suo gremio contulit, et corpus quod induit Dominus noster quodque in hoc mundo doloribus et ærumnis destinavit ex sacra assumpsit virginitate. Hinc saltem menti tuæ pateat quanta sit virginitatis excellentia dignitasque. Visne Christianus esse? Omnia Christi vestigia sectare. Angelus fuit Joannes: talem esse decebat Domini nostri præcursorem, quo major non fuit inter natos mulierum [44]. Sanctus ille Domini angelus virgo fuit. Nuntium ergo Domini æmulare et eum præ omnibus dilige.

B

Sanctus quoque erat alter ille Joannes qui recubuit super pectus Domini : non enim sine causa illum Dominus sua prædilectione dignatus est. Eamdem viam amplexati sunt et Paulus, et Barnabas, et Timotheus, *quorum nomina sunt in libro vitæ* [45], quique hujusmodi sanctitati cum toto animi affectu adhærentes, idemque certamen certantes, cursum suum consummarunt sine macula, sicut imitatores Christi, et filii Dei viventis.

C

Scriptura sane idem nos docet de Elia, Eliseo, multisque aliis sanctis, quorum conversatio sancta fuit et immaculata. Hos itaque si æmulari peroptas, fortiter æmulare. Scriptum est enim : *Mementote præpositorum vestrorum, quorum intuentes*


D

[44] Luc. VII, 28. [45] Phil. IV, 3. Hæc verba dulcia erant et in ore et sub calamo sancti Clementis, qui, in hac Epistola sancti Pauli expresse inter electos nominatur. Seipsum vero sanctus pontifex præ modestia nominare non debuit. *Cum Clemente*, ait Apostolus, *et cæteris adjutoribus meis quorum nomina sunt in libro vitæ!* O prophetia beatitudinis, ore apostolico prolata! Utinam involvas homonymum exsulem sorti beatæ patroni anhelantem!

FIN. (a)

Digitized by Google

ⲙⲡⲉⲓⲱⲧ ⲛⲁⲓ ⲛⲁⲓ ⲛⲁⲓ



A sanctus nominetur : reipsa, namque sanctus sit necesse est corpore et mente. Hinc cujusvis sexus virgo suam felicitatem quærat in similitudine et imitatione Dei et Christi ejus. Qui se tales exhibent, non insequuntur quæ caro appetit ; talis nempe appetitus hos non movet qui vere proposito suo fideles sunt, et in quibus Spiritus Christi habitat. Carnis concupiscentias isti B repellunt a se, et immunditiam; impudicitiam, luxuriam, idolorum servitutem, veneficia, inimicitias, contentiones, iras, rixas, dissensiones, sectas, invidias, ebrietates, comessationes [70], scurrilitatem, stultiloquium [71], contumelias, animositates, detractiones, susurrationes [72], amaritudinem, indignationem, clamorem, blasphemiam [73], jactantiam, malitiam, malorum inventionem, C verba nimia et vana, dentium stridorem, criminationem, percussionem, convicium, fraudulentiam, perfidiam, negligentiam, murmurationem, arrogantiam, superbiam, tumorem de genere, forma, loco, opibus, fortitudine ; dolum, vanitatem, pertinaciam in suo sensu, odium, inimicitiam, æmulationem, invidiam, malorum retributionem, prodigentiam, gulam, avaritiam, D quæ est idolorum servitus [74], et radix omnium malorum [75], ornatus cupidinem, vanam gloriam, primatus ambitum, audaciam, elationem, mortis congenerem, cum Deo contra se arma ministret [76].

[70] Gal. v, 21, etc. [71] Ephes. v, 4. [72] II Cor. xii, 20. [73] Ephes. iv, 31. [74] Ephes. v, 5. [75] I Tim. vi, 10. [76] Primo intuitu exuberantior videbitur ista tot vitiorum enumeratio, præsertim cum sermo dirigatur ad eos qui, viam perfectionis ingressi, supponi facile nequeunt his facinoribus inquinandi. Sed loquebatur sanctus Clemens in sæculo et in urbe scelerum immanitate nimium notis. Indirecte perstringebat sanctus pontifex innumeram hanc turbam cælibum Romanorum et Græcorum qui honestas nuptias fugiebant, ut in omnibus flagitiis liberius volutarentur. Istos delineaverat Apostolus (*Rom.* i, 26, 27). In passiones ignominiæ et in reprobum sensum traditos, immutantes naturalem usum, in eum usum qui est

Digitized by Google

ﻣﺤﻤﺪﺓ . ﻣﺤﺒﻤﺎ ﺍﻟﺎ ﻫﻮ ﻣﺤﻢ ﻫﻮ
ﻫﻮ ﺣﺒﻤﺎ ﻫﻮ . ﻫﻮ ﻣﺤﻤﺎ ﻟﻪ ﻣﺤﻤﺎ ﻫﻮ ﻣﺤﻢ ﻫﻮ
.ﻫﻮ :ﻣﺤﻤﺎ ﻫﻮ ﻣﺤﻢ ﻫﻮ ﻣﺤﻤﺎ ﻫﻮ ﻣﺤﻤﺎ .ﻫﻮ
ﻫﻮ ﻫﻮ ﻫﻮ ﻫﻮ ﻫﻮ ﻫﻮ ﻫﻮ ﻫﻮ ﻫﻮ ﻫﻮ ﻫﻮ ﻫﻮ
ﻣﺤﻤﺎ ﻫﻮ ﻫﻮ ﻫﻮ ﻫﻮ ﻫﻮ ﻫﻮ ﻫﻮ ﻫﻮ ﻫﻮ ﻫﻮ ﻫﻮ
ﻫﻮ

testatur Scriptura quod pleni sint Spiritu sancto, quod bonum testimonium habeant, et electi fuerint coram Deo et hominibus [85]. Homo namque Dei, et maxime utriusque sexus virgines, nihil desideriorum carnis retinent, nec nisi spiritum et vitam progerminant. Vere civitas Dei sunt, domus ac templum in quibus Deus hospitatur et habitat, ambulans in medio eorum, cum ex ipsis ædificetur sancta cœlorum civitas. Inter eos et vos ipsi lucentes sicut luminaria in mundo, verbum vitæ continentes [86], vere laus eritis et gloria, lætitiæ corona et gaudium his qui bene ministrant in Christo Jesu, et *omnes qui viderint* vos *cognoscent* vos esse *semen cui benedixit Dominus* [87], genus electum, regale sacerdotium, gentem sanctam, populum acquisitionis, hæredes divinarum promissionum quæ nec corrumpuntur, nec deficiunt, bonorum quæ *oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit quæ præparavit Deus iis qui diligunt illum* [88], et custodiunt mandata ejus.

## CAPUT X.

De vobis quidem, fratres, confidimus quod solliciti eritis hæc agere quæ saluti vestræ necessaria sunt;

sacræ, fore perpetuo continentes (*I Tim.* et *Tit.* I.) Superfluum est addere eamdem stabilitam fuisse legem pro his qui, quamvis ministerio sacro extranei, virginitati seipsos devoverant. Asserit sanctus Hieronymus, scribens ad Pammachium, « Episcopos, presbyteros et diaconos probe novisse, non posse hostias offerre si operi serviant conjugali. » Additque, in calce : « Christus et virgo Maria utriusque sexus dedicaverunt principia. Apostoli, vel virgines erant, vel, post nuptias, continentes. Episcopi, presbyteri, diaconi, aut virgines eliguntur, aut vidui, aut, post consecrationem, in æternum pudici. » Nemo igitur mirari debet, si harum Epistolarum authenticitas rejecta fuerit a majori parte pseudoreformatorum, qui tam acriter in consectatorem suum debacchati sunt, quia illas ipse ut genuinas habuerat et susceperat. [85] Hæc verba patenter alludunt capiti sexto Actuum in quo narratur electio septem diaconorum, præsertim sancti Stephani, cujus veteres Patres specialiter castitatem celebrarunt. Hinc pontifex consecrator, alloquens eos qui consecrandi sunt diaconi : « Cogitate, ait, beatum Stephanum merito præcipuæ castitatis, ab apostolis, ad officium istud electum. » (Ex *Pontificali*.) » [86] Philipp. II, 15, 16. [87] Isa. LXI, 9. [88] I Cor. II, 9.

Digitized by Google

sed quædam loquimur conspicientes infamiam pravosque rumores natos ex vita hominum impudentium qui, sub pietatis prætextu, cum virginibus habitant, vel cum eis deserta loca petentes, absque arbitris et testibus, animam suam periculo exponunt in via quæ insidiis plena est, offendiculis ac foveis. Talis vita Christianos divinoque timore motos prorsus non decet [90].

B Alii autem mensæ accumbentes ut manducent et bibant cum virginibus, et viris qui sancti reputantur, omni relaxationum generi indulgent, imo indecoris licentiis quæ fidelibus omnibus, multo vero magis his qui se manciparunt vitæ sanctæ indignæ sunt.

Alii vero, cum otio semper torpescant, ad colloquia vana inutiliaque et ad cachinnos conveniunt; C sequitur postea de aliis detractio vel ad detractionem excitatio. *Cum ejusmodi* suademus *ne cibum quidem sumere* [91].

Quidam penetrant domos illorum vel illarum qui virginitati se devoverunt, sub obtentu visitationis, lectionis Scripturarum, exorcismorum aut doctrinæ, quibus suam erga illos sollicitudinem ostentant. Sed reipsa sola ducuntur otiositate, cum sint ipsi non solum otiosi, sed D et verbosi, et curiosi, loquentes quæ non oportet [91]. Hi, per dulces sermones, quæstum venantur in no-

[90] Taxat ibi sanctus Clemens hæreticos hujus ævi, discipulos Simonis, Menandri, Saturnili (quidam historici illum *Saturninum* vocant), Basilidis et Nicolai. «Simon Magus, ait sanctus Epiphanius, quamdam mulierculam nomine Helenam nactus, patria Tyriam, sibi eam copulat, quacum palam nullam habere se necessitudinem simulans, homo vafer, clam omni se in libidinum genere volutabat... Menander, discipulus Simonis, ab ejus dogmate non dissentiebat, nisi quod majorem se antecessore suo jactabat. Saturnilus nuptias condemnabat, ejusque discipulus Basilides nullum non genus pravitatis libidinisque permittebat. Nicolaus e numero septem diaconorum fuit qui ab apostolis delecti fuerant... Uxorem habuit, ab eaque sibi aliquando temperavit, ut eos imitaretur quos Deo penitus addictos cernebat. Sed intemperantiam suam perpetuo coercere non potuit; imo in omne genus libidinis, contumeliæ ac pravitatis erupit» (Sanctus Epiph. *Adv. hær.*, l. I). Cur autem sanctus Clemens non nominat hos nefandos hæreticos quos debellat? Quia satis jam noti erant. Præterea suscitandi non erant novi hostes contra Ecclesiam quæ undique persecutionibus conflagrabat. Cæterum, expresse declarat sanctus Epiphanius nostrum pontificem, in his de virginitate epistolis, contra istos hæreticos colluctasse. [90] I Cor. v, 11. [91] I Tim. v, 13.

Digitized by Google

ﻣﻠﻜﻮ ﻫﻮﻳﻼ ﺩﺣﻘﻠﻬﻮ . ﺍﻣﺮ ﺩﻫﻠﺤ .
ﺩﻫﺪﺍﻫﻪ ﺩﺍﻧﺒﻬﻮ ﺩﺟﻬﻨﻼ . ﻭﺍﻭﻗﻠﻬﻮ
ﺩﺣﻬﻨﻼ ﻣﺤﺘﻰ ﺣﻘﺪﺍ ؛

## ﻫﻬﻬﺪﺍ ﻣﺎ .

ﻣﻠ ﺍﻣﻼ ﺩﺟﻬﻨﻼ ﻫﻮ : ﻭﻻ ﺣﺤﺒ ﻫﻮﻫﻮﻻ
ﻣﺎﻑ . ﻫﺪﺍ ﺍﻣﺮ ﺍﻭﻗﻠﻬﻮ ﺩﻫﻬﻮ
ﺍﻫﺤﻰ ﻭﻻ ﻓﺤﺴ . ﺍﻻ ﻫﺪﺍﻣﺮ ﻣﻼ . ﻫﻓﻬﻨﻰ
ﺣﻬﻮ ﺩﻣﺎﻭﻧﺎ ﻫﻮ ﻫﺎ . ﻫﺎﻫﻬﺪﺍ . ﺍﻫﺤﻰ
ﻫﻨ ﺩﻫﺪﺍ ﺍﻣﻬﻮ : ﺩﻫﺤﻰ ﻫﻓﺤﺴﻬﻮ
ﺣﻬﻬﺤﻰ ﺍﻭﻫﺪﺍ ﺧﻬﺤﺪﺍ ﻫﻓﺤﺘﺪﺍ .
ﻫﻬﺪﺘﺤﻰ ﻫﻓﻬﻰ ﺣﻬﺪﺍ ﺣﻓﺤﻬﺪﺍﻫﻰ
ﻫﻬﺮﺘﻰ ﻣﻼ ﺣﻬﺤﺪﺍ . ﻫﻨﻓﻬﺤﻰ ﻫﻰ ﺣﻬﺪﺍ
ﺣﻬﺪﺍ ﺣﻬﻬﻠﻬﺪﺍ ﻫﻰﻫﺪﺍ . ﻭﻻ ﺩﻫﺪ
ﻫﻬﺪﺍ . ﻫﺤﻰ ﻫﻬﺤﻰ ﺣﻓﻨﻬﺪﺍﻫﻮ
ﻫﻬﺪﺍ ﺩﻫﺤﻬﺪﺍ ﻫﻬﻠﻬﺪﺍ ﻣﻼ ﻫﻬﺘﻬﺪﺍ .
ﻫﺪﻫﻬ ﻫﻮ ﻫﺤﻰ ﺣﻘﻬﺪﺍ ﺩﻫﺪﺍ :
ﻫﻬﻬﺤﻰ . ﻫﻬﺪﺍ ﻫﻮ ﺩﻫﺤﻬﺪﺍ : ﻭﻻ
ﻫﻬﻬﺤﻰ ﻫﺪﺍ ﺧﻬﻰ . ﻫﻫﻨﻬﺪﺍ ﻫﻮ ﻫﻮ
ﻫﻬﻬﻰ . ﻫﻬﻬﻰ ﻫﻮ ﺩﻫﻬﻬﻰ ﻫﻬﻬﻬﺪﺍ .
ﻫﻬﻬﻰ ﻫﻻ ﺩﻫﻬﻬﻰ ﻫﻨﻬﻰ ﻫﻬﻬﻬﺪﺍ
ﻫﻬﻬﻰ ﺩﻫﻬﻬﻰ ﺧﻬﻼ ﻫﻬﻬﻬ ﺩﻫﻬﻬﻰ .
ﻫﻬﻬﻰ ﻫﻬﻬﻰ ﺣﻘﻬﻬﻰ . ﻫﻬﻬ ﻭﻻ ﻫﻫ
ﻫﻬﻬﻬ ﻭﻬﻬﻰ . ﻭﻻ ﻫﻬﻬﻬ ﻫﻬﻬ ﺩﻫﻬﻰ .
ﻭﻻ ﻫﻬﻬﻰ ﻫﻬﻬﻬﻰ ﻫﻬﻬﻬ ﻫﻬﻬ ﻫﻬﻬ . ﻭﻻ
ﻫﻬﻬﻬ ﻫﻬﻬﻰ ﻫﻬﻬﻰ ﻫﻬﻬﻰ ﻫﻬﻬﻰ ﻫﻬﻬﻰ
ﻫﻬﻬﻬﻰ : ﻫﻬﻬﻰ ﻫﻬﻬﻰ ﻫﻬﻬﻰ ﻫﻬﻬﻰ .
ﻫﻬﻬﻬﻰ ﻫﻬﻬﻰ ﻫﻬﻬﻰ ﻫﻬﻬﻰ ﻫﻬﻬﻰ ﻫﻬﻬﻰ

A mine Christi. Hos sinistra præfigit nota divinus Apostolus [91] multa mala in eis redarguens. Scriptum est etiam agrum hominis pigri spinis operiri [92], iterque otiosorum esse quasi sepem spinarum [93].

### CAPUT XI.


Omnis quippe otiosus, ut sine la-
bore, ita sine utilitate est. Hinc non
nisi sterilitas sequitur gressus eo-
B rum qui nihil agunt, qui vana verba
quasi venatum quærunt, in hoc sibi
fingentes utilitatem et justitiam.
Similes sunt tales operarii viduis
quæ otiosæ et verbosæ circumeunt
domos semper loquentes; ipsi quo-
que aut effundunt aut excipiunt
verba otiosa et a domo in domum ea
transferunt, multumque exaggerant,
sine ullo Dei timore, quantumvis
impudenter, sub prætextu doctrinæ,
C variis varia loquantur.

Utinam autem isti veræ doctrinæ doctores essent, utinamque beati! Sed sunt inquieti, *non intelligentes quæ loquuntur, neque de quibus affirmant* [94]. Volunt nihilominus videri doctores, sibique persuadent se nosse quæ ore proferunt, cum de iniquo tantum mammona commercium agant in nomine Christi.

Servos Dei hæc prorsus dedecent.
D Hanc autem viam multi sequuntur, quia non animadvertunt quod scriptum est: *Non multos in vobis, fratres, positos esse doctores et prophetas* [95]; et iterum: *Si quis in verbo non offendit, hic perfectus est vir. Potest etiam freno circumducere totum corpus.* [96] *Si quis loquitur, quasi sermones Dei* [97]; *si est tibi intellectus, re-*

[91] II Thess. III, 14. [92] Prov. XXIV, 31. [93] Prov. XV, 19. [94] I Tim. I, 7. [95] I Cor. XII, 28. [96] Jac. III, 2. [97] I Petr. IV, 11.

Digitized by Google



A *sponde proximo; sin autem, sit manus tua super os tuum* [99]; quia est *tempus loquendi, et tempus tacendi* [100]. Dictum est etiam : *Quam pulchrum sit verbum in tempore suo prolatum* [1]; et iterum : *Sermo vester semper in gratia sale sit conditus, ut sciatis quomodo oporteat vos unicuique respondere* [2]; *labia enim stulti miscent se rixis, et os ejus jurgia provocat* [3]. *Qui custodit os suum,* B *custodit animam suam; qui autem inconsideratus est ad loquendum, sentiet mala* [4] : nam per petulantiam linguæ excitat indignationem. Quidam tandem *beatum populum dicunt* [5], *et per dulces sermones et benedictiones, seducunt corda innocentium* [6].

Caveamus igitur a pœna quæ doctoribus imminet; quoniam judicium durissimum his qui docent fiet, qui C dicunt et non faciunt, qui nomen Christi falso gerunt, qui se veros doctores jactantes, huc illucque audacius vagantur et obambulant, qui superbia tument et in desideriis carnis gloriantur. Hi sunt veluti cæcus qui cæco ducatum præstat, quique ambo in foveam cadunt [7]. Hi portabunt judicium [8], quia sapientiam animalem [9] vanumque mendacium garruli inanique scien- D tia inflati prædicant in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis [10], secundum sæculum mundi hujus, secundum principem potestatis aeris hujus, spiritus qui operatur in filios diffidentiæ [11], et non secundum doctrinam Christi. Et sic ex verbis quæ protulit vir agnoscitur.

Verumtamen, si acceperis verba

[99] Eccli. v, 14. [100] Eccle. III, 7. [1] Prov. xxv, 11. [2] Coloss. IV, 6. [3] Prov. XVIII, VI. [4] Prov. XIII, 3. [5] Isa. III, 12. [6] Rom. XVI, 18. [7] Matth. XV, 14. [8] Gal. V, 10. [9] Jac. III, 15. [10] I Cor. II, 4. [11] Ephes. II, 2.

Digitized by Google

ܐܝܟ ܕܐܠܗܐ ܝܗܒ ܠܟ ܒܗ ܛܒܘܬܐ ܘܐܝܟ ܕܐܠܗܐ ܝܗܒ ܠܟ ܒܗ ܛܒܘܬܐ ܘ
ܐܝܟ ܕܐܠܗܐ ܝܗܒ ܠܟ ܒܗ ܛܒܘܬܐ ܘ

A scientiæ, aut munus doctrinæ, vel prophetiæ, vel ministerii, gratias age Deo qui omni homini auxilium præstat, nec invidet; dat, et non improperat [12]. Cura ut gratia quam tibi Dominus largitus est, prosit fidelibus fratribus et prophetis, qui agnoscunt Domini esse verba quæ loqueris: et quando convenerint fratres qui Christo serviunt, interpretare coram illis quæ tibi revelata B sunt, ut inde fluant fructus boni et abundantes qui homines Dei adjuvent si vere charismata divina possideas [13].

## CAPUT XII.

Decorum quoque ac utile est ut quis visitet orphanos ac viduas, præcipue pauperes ac liberis gravatas; sed præ omnibus domesticos fidei qui, dubio procul, in necessitate sunt, quorum vita in oculis servorum D Dei splendet atque clarescit, quique sincere stant pro veritate.

Honorabile etiam, æquum præclarumque est, ut fratres in Christo visitent exagitatos a spiritibus malis, pro eis exorcismos adhibeant, prudenterque orationem fundant Deo

[12] Jac. I, 5. [13] Cuicunque homini rem ac verba serio perpendenti meditantique, locus iste sufficeret ad probandam hujus Epistolæ authenticitatem : evidens est enim mentionem hic fieri de donis et revelationibus quæ communia erant temporibus apostolicis, et de quibus disserit sanctus Paulus (*I Cor.* XIV). Quis falsarius de talibus fictionem struere unquam cogitasset? Detur vero reperiri potuisse impostorem qui hujusmodi charismatum fraudulentam existentiam finxisset : sermonem tunc non raptim absolvisset, sed late tractasset. Igitur et materia et brevitas, et candor virum apostolicum demonstrant. Et quid dicam de auctoritate loquentis? Quis enim ausus fuisset ita fidelium et perfectorum mores dirigere, nisi vir apostolicus, imo pontifex?

Digitized by Google

ﻣﻘﺒﻮﻟﺔ . ﻻ ﺑﻜﻠﻤﺎﺕ ﻣﺰﻭﻗﺔ ﻭﻻ ﺑﺘﺮﺗﻴﺐ ﻭﺗﺤﻀﻴﺮ ﻣﺘﻜﻠﻔﻴﻦ . ﻳﺼﻄﺎﺩﻭﻥ ﺑﻠﻐﺔ ﻭﻳﺤﺒﻮﻥ ﺑﺎﻟﻤﺪﺡ ﺫﻛﺮﻫﻢ . ﻻ ﺗﻜﻮﻥ ﺣﺮﻛﺘﻬﻢ ﻛﺤﺮﻛﺔ ﺍﻟﻤﻴﺰﺍﻥ ﻭﻻ ﻛﺎﻟﺼﻨﺞ ﺍﻟﻤﺼﻮﺕ ﻭﺍﻟﻤﺘﻜﻠﻢ ﻛﺜﻴﺮﺍ ﻭﻣﺘﻜﻠﻒ ﻟﻠﻔﻈﺔ ﻭﻟﻔﻈﺔ . ﻭﻳﺮﻫﺐ ﺍﻟﻮﺍﻗﻔﻴﻦ ﺑﻜﻠﻤﺎﺕ ﻣﺨﻴﻔﺔ ﻭﻟﻴﺲ ﻳﻌﻤﻠﻮﻥ ﺑﺎﻟﺤﻖ ﻭﻻ ﺑﺨﻮﻑ ﺍﻟﻠﻪ ﻭﻻ ﺑﺎﻟﺘﻘﻮﻯ ﻭﻻ ﺑﺎﻟﺪﻋﺎﺀ ﻭﺍﻟﺼﻮﻡ ﻭﻻ ﺑﺎﻟﻤﺤﺒﺔ ﻭﺍﻟﻌﻔﺔ ﻭﺍﻟﺪﻋﺎﺀ ﻭﺍﻟﺼﻮﻡ ﻭﻻ ﺑﺎﻟﻤﺤﺒﺔ ﻭﺍﻟﻌﻔﺔ ﻭﺍﻟﺘﻮﺍﺿﻊ ﻭﺍﻟﺪﻋﺎﺀ ﻭﺍﻟﺼﻮﻡ ﻭﺍﻟﺴﻬﺮ ﻭﺍﻟﺼﻠﻮﺍﺕ ﻭﺍﻟﺘﺮﻫﺐ ﻭﺍﻟﺘﺮﺟﻲ

A Qui sic agit, Spiritus sancti Dei templum est; ejicit dæmonia, et Deus illum adjuvat: res enim eximia est auxilium ferre sic ægrotantibus. Postquam Dominus plurium sanationum aliarum dedisset gratiam, hanc etiam designavit, dicens: *Dæmones ejicite: gratis accepistis, gratis date*[18]. Copiosa autem merces reservatur his qui fideliter fratribus suis ministrant per dona ipsis a Deo B collata.

Præclarum ac utile est ut servi Domini morem gerant, inter cætera similia, huic præcepto divino: *Infirmus eram, et visitastis me*[18a].

Pulchrum etiam, bonum æquumque est ut, propter Deum, proximos visitemus, in omni urbanitate, specieque decenti, memores verborum Apostoli: *Quis infirmatur, et ego non infirmor? Quis scandalizatur, et ego non uror*[19]? Hæc verba indicant quo proximus amore sit diligendus: ut sine offendiculo simus hæc agentes, sine personarum acceptione, aut cæterorum confusione; sed diligamus pauperes ut Dei servos, et eos visitando præveniamus. C

Coram Deo et hominibus præclarum est ut pauperum recordemur, ut diligamus fratres et peregrinos, propter Deum, et propter eos qui credunt in Deum[20]: id enim didicimus ex lege et prophetis, et ex Domino Jesu Christo, ubi agitur amore fraternitatis et hospitalitate. Hujusmodi officia dulcia jucundaque erunt vobis qui estis docibiles Dei. Nec vos latent quæ dicta sunt de charitate erga fratres et hospites. D

[18] Matth. x, 8. [18a] Matth. xxv, 36. [19] II Cor. xi, 29. [20] Ut honoremus Deum in fratribus nostris, et fratres nostros propter Deum.

Digitized by Google

ܐ ܗܘ ܕܐܝܬ ܠܗ ܚܝܠܐ ܕܥܒܕ ܐܢܫ̈ܐ ܕܡܬܩܪܒ̈ܝܢ ܠܗ ܒܗ̇ܝ ܡ̈ܕܡ̈ܝ ܕܡ̈ܫܬܡ̈ܫ̈ܢ ܒܗ̇ܝ ܐ ܗ̇ܘ ܕܐܝܬ ܠܗ ܚܝܠܐ ܕܥܒܕ ܐܢܫ̈ܐ ܕܡܬܩܪܒ̈ܝܢ ܠܗ ܒܗ̇ܝ ܡ̈ܕܡ̈ܝ ܕܡ̈ܫܬܡ̈ܫ̈ܢ ܒܗ̇ܝ

A Hæc porro verba miram efficaciam habent ut omnes talia præstent officia [21].

## ܦ̈ܪ̈ܩܐ ܬ̈ܠܬ̈ܝܣ̈ܪ̈ܐ.

## CAPUT XIII.

ܐ ܐ ܐ

ܘܕܚܠܬܐ ܕܐܠܗܐ ܘܥܒܕܝ ܕܫܪܪܐ. ܠܐ ܒܛܢܐ ܘܡܦܢܝ
ܓܘܫܡܐ. ܠܐ ܒܛܢܐ ܘܚܒ ܚܕܘܬܐ ܘܡܛܠ
ܣܟܠܐ ܒܠܫܘܢ ܚܠܦܐ ܘܐܡܪܐ. ܠܐ ܒܛܢܐ
ܘܡܕܝܢ ܚܕܘܡ ܒܪܘܝ: ܒ ܠܐ ܐܠܗܐ
ܒܪܘܝ. ܐܠܐ ܐܠܗܐ ܫܪܪܐ. ܘܡ
ܘܡܟܘܢ ܐܒܐ ܘܐ. ܠܐ ܒܛܢܐ ܘܦܣܝ
ܟܠ ܘܥܡܐ ܐܐ. ܠܐ ܒܛܢܐ ܒܛܠ. ܠܐ
ܒܛܢܐ ܫܡ ܠܐ ܕܡܡܛܐ. ܠܐ ܒܛܢܐ ܐܟܝ
ܘܐܝܬ ܐܢ ܚܡܫ. ܠܐ ܡܟܛ. ܠܐ
ܫܡ ܡܐ ܠܐ ܚܡܚ. ܡܟܡ
ܫܘ ܡܒܘܐ ܚܡܫ ܐܟܝ (a) ܘܐܝܟ
ܡܐ ܚܡ. ܐܢ ܘܐ. ܘܐܡ ܚܡܫ
ܡܟܡ ܒܫ ܡܐ ܒܡ ܡܡ
ܟܐ ܚܐ ܐܘ ܡܡ. ܘ
ܐ ܡܡ ܒܛ ܐ ܡ ܚ
ܡ ܒ ܚ ܡ ܚ ܡ ܡ ܚ
ܐ ܡ ܒ ܚ ܡ ܚ ܡ ܚ
ܡ ܚ ܡ ܚ ܡ ܚ ܡ ܚ
ܡ ܚ ܡ ܚ ܡ ܚ ܡ ܚ

A quæstum esse Dei timorem et justitiam; operarios non servientes ventri suo; operarios, non eos qui *per dulces sermones et benedictiones seducunt corda innocentium* [27]; operarios, non qui specie tantum sunt filii lucis, reipsa autem lux non sunt, sed tenebræ, *quorum finis interitus* [28]; operarios, non qui operantur iniquitatem, nequitiam et fraudem; operarios non dolosos, B non ebriosos, non infideles; operarios non quærentes sub Christo lucrum temporale; operarios non deceptores, non avaros, non malevolos.

Intueamur ergo et sectemur operarios fideles, ut decenter agamus in Domino, prout dignum est, et sicut decet vocationem nostram. Sic Domino serviemus *in sanctitate et justitia coram ipso* [29], *per omnia placentes* [30], *providentes bona, non solum coram Deo, sed etiam coram hominibus* [31]: *hoc enim bonum est et acceptum* [32], ut Deus in omnibus nobis glorificetur. Amen.

ܚܕܝܬ ܠܝܢܐ ܡܘܫܐ ܘܚܡܫ ✤

*Explicit Epistola prior Clementis.*

viris apostolicis imitandæ proponuntur. Illæ conjunctim semper agunt in operibus *aa extra*, ut loquuntur theolcgi. Hinc in plurali numero dicit Creator omnium : *Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram* (*Gen.* I, 26). Ignoro qua mente motus fuerit D. de Prémagny qui hunc locum Epistolæ sancti Clementis quasi suggillare tentaverit. In *Levitico*, c. XX, 26, ipsemet Deus dicit : *Eritis mihi sancti, quia sanctus sum ego Dominus*. Et Salvator noster : *Qui sequitur me, non ambulat in tenebris* (*Joan.* VIII, 12). *Exemplum dedi vobis, ut quemadmodum ego feci vobis, ita et vos faciatis* (*Joan.* XIII, 15). [27] Rom. XVI, 18. [28] Philip. III, 19. [29] Luc. I, 75. [30] Coloss. I, 10. [31] II Cor. VIII, 21. [32] I Tim. II, 3.

ܘܐܝܟ FIN. (a)

ܐܓܪܬܐ ܕܬܪܝܬܐ ܕܩܠܝܡܝܣ ܐܦܣܩܘܦܐ ܕܪܘܡܝ

ܐܓܪܬܐ ܕܬܪܝܬܐ ܕܩܠܝܡܝܣ ܐܦܣܩܘܦܐ ܕܪܘܡܝ

ܒ ܩ ܠ ܝ ܡ ܝ ܣ

ܦ ܩ ܕ ܐ

ܟ ܕ ܐ ܐ ܕ ܐ ܐ ܕ ܐ ܐ

(1) ... (a) ... A modestiamque spirantes, enuntiant in timore Dei, suggerendo fratribus ut in omnibus Dei beneplacitum quærant, invicem præveniant ac æmulentur in operibus bonis et absque dolo semper incedant : hæc enim sunt populi Dei ornamenta et munia [a].

## ... .

## CAPUT II.

... B Quandoque evenit ut, inclinata jam die, instanteque vespere, longe a nostris et propinquorum domibus dissiti, urgeamur a fratribus qui amorem fraternitatis et hospitalitatis colunt, ut hospitemur apud se. Hos movet desiderium audiendi a nobis, per vigiliam, sacra Dei eloquia, ut ea deinde ipsi memoriæ infigant. Interdum acceptamus panem et aquam, nec non quæcunque nobis, Deo providente, apponuntur. C Annuimus quoque invitationi pernoctandi cum illis, ibique hospitalitatem recipiendi, si reperiatur vir sanctus in domo quam adivimus. Tunc frater aliquis quæ necessaria sunt parat nobis, disponit ac ministrat; ipse pedes nostros lavat, nosque ungit oleo; ipse, divina fide motus, lectum sternit in quo quiescere debemus. Hæc enim charitatis D officia sibi reservat hospes noster, vel id agunt fratres qui in domo sunt, quique nobis tanquam fratri-

[a] Nihil instructione plenius ac brevius dici potest. Indicat sanctus Clemens quæ fuerint in Ecclesiæ incunabulis sacerdotum et prædicatorum cautiones, ut coram fidelibus ministerium suum honorarent, secundum Apostoli præceptum. Non omnes indistincte ad prædicationem applicabantur; sed illi præcipue qui tali munere congrue fungi poterant. Cæteri qui munus istud non exercebant prædicantibus plaudebant, nec invidebant. Prædicatores autem divino timore, non tumore pleni, pruritumque linguæ intemperantis cohibentes, invigilabant ne quid ex ore suo exciderat quod gravitatem, honestatem sobrietatemque non saperet; sed in omnibus Dei gloriam salutemque proximorum inquirebant, et vitam cujusvis maculæ et fraudis expertem fidelibus inspirabant.

... Fin. (a)

... Id. (b)

Digitized by Google

ܐ bus, quæ nobis opus sunt subministrant [35].

Nulla vero nobis ministrat mulier, sive puella, sive nupta, sive nubilis, sive dives, sive famula, sive Christiana, sive ethnica : soli namque viri tunc cum viris relationem habent.

Attamen quando videmus mulieribus assistentiam nostram ministeriumque necessaria esse ut sint participes orationis et verborum exhortationis et ædificationis quæ facturi sumus cum fratribus, convocantur a nobis omnes sanctæ mulieres quæ in hoc loco reperiuntur, ut gaudii veri consortes fiant ; sed non accedunt nisi in habitu modesto ac decenti. Tunc qui inter nos donum habent prædicationis et ædificationis [36], verba quæ Deus suggesserit adstantibus proferunt. Deinde oramus, ac denique invicem salutamus, viri viros [37]. Nec tamen deest salutatio erga mulieres et virgines ; illæ enim, manibus intra vestimenta sua obvolutis, adveniunt, manumque nostram dexteram, veste quoque nostra præ modestia coopertam, salutant [38].

Interea nos sursum oculos habemus, hisque peractis, quo voluerit Dominus pergimus.

[35] Patet ex Epistola sancti Pauli ad Philemonem, etex aliis epistolis primos Christianos nihil charius habuisse quam exercitium charitatis, præsertim erga viros ecclesiasticos. Ea charitas ex viva fide procedebat, et eo usque progrediebatur, ut oculos suos eruissent, si necesse fuisset, et suis doctoribus dedissent ; quia eos ut Dei angelos, imo ut Jesum Christum excipiebant. Hinc clerus eo cautior erga mulieres esse debebat, quo earum pietas et gratitudo periculosius se manifestassent. Præterea ipsi viri in rebus domesticis natura imperitiores, dilectione formabantur ad hæc charitatis officia, erga sanctos et dilectos magistros exercenda. [36] *Unusquisque proprium donum habet ex Deo* (*I Cor.* VII, 7). Miraculorum dono præcipue fruebatur Moyses, eloquentia vero Aaron. [37] Secundum præscriptum Apostoli, *in osculo sancto* (*II Cor.* XIII, 12). [38] Per hujusmodi salutationem designatur, ni fallor, manus tectæ deosculatio : videtur enim consuetudinem hanc manus deosculationis a primævis Ecclesiæ diebus ad nos usque permeasse. Desierunt autem cooperiri manus quando manicarum usus introductus est in virorum vestimentis. Vix enim severior

ستم FIN. (*a*)

Digitized by Google

A

## CAPUT III.

Quando incurrimus in locum ubi non est aliquis frater sanctus [39], quia omnes hospites sunt tantum socii, apud quos omnis frater recipitur: his tunc omnibus hospitibus devolvitur cura subministrandi prona voluntate fratri cuilibet quæ ipsi necessaria sunt. Nec decet alios quam socios fratri advenæ hæc officia præstare. Hospitibus hæc dicere non omittat. Nos, vocatione sancti, cum mulieribus nec cibum nec potum sumimus; nec mulieres aut virgines nobis ministrant, vel pedes nostros lavant, vel nos ungunt; nec nobiscum congregatæ in eodem loco remanent; nec somnum capimus ubi ipsæ pernoctant. Cavemus enim ut in rebus cunctis non arguamur merito: solliciti quippe sumus ne quis in nobis offendatur aut scandalizetur: *Nemini dantes ullam offensionem, ut non vituperetur ministerium nostrum* [40]. Scientes ergo timorem Domini, hominibus suademus; Deo autem manifesti sumus [41].

## CAPUT IV.

Si contingat nos incidere in locum ubi, absque ullo viro, solæ reperiuntur mulieres et virgines fideles

etiam modestia læditur manus aspectu, imo honesto osculo. Idem dici nequit de nudati brachii apparitione. Porro veterum Romanorum vestes manicis carebant: unde Virgilius (*Æneid.* l. IX, v. 613, 614) exprobrat Phrygibus quasi effeminatis, quod manicis uterentur:

*Et tunicæ manicas, et habent redimicula mitræ.*
*O vere Phrygiæ, neque enim Phryges. . . . . .*

Et Quintilianus monet oratorem (*Inst.* l. XI) ne gestus brachiorum superiorem corporis partem nimis discooperiat.

Non omittet eruditus lector animadvertere relatione usuum hujus temporis antiqui confirmari authenticitatem Epistolæ sancti Clementis.

[39] *Frater sanctus*, id est *Christianus*. Tempore sancti Clementis, plurimi adhuc loci Christianis carebant. Ibi tamen sæpe reperiebantur catechumeni aut etiam gentiles in Christianos propensissimi. Hos crederem a sancto pontifice socios esse vocatos, quia concordibus animis in gratiam hujus novæ societatis conspirabant. Isti magnum honorem reputabant suscipere Christianos, præsertim vero Christi ministros, mox futuri ipsi Christi discipuli et sæpius nobilior martyrum ipsius seges. [40] II Cor. VI, 3. [41] II Cor. V, 11.

Digitized by Google

quæ instant ut ibidem pernoctemus, in unum locum eas congregamus; his deinde ad dextrum latus collocatis, inquirimus de singularum agendi ratione, ab ipsis discere cupientes quæ ipsæ solæ manifestare queunt. Quo peracto, omnes simul accedunt; sciscitamur ab eis utrum pacifice vivant et monita eis damus quæ castitatem ac Dei timorem redolent [48].

Deinde legimus ipsis Scripturam quam breviter ac verecunde commentamur, servantes exterius gravitatem quæ mentis circumspectionem pingit. Hæc omnia agimus ut illæ ædificentur ac roborentur. Mulieres etiam quæ *sociæ* sunt alloquimur, prout fert ipsarum status [49]. Si tunc die recedente nocteque vicina, alio divertere nequeamus ad pernoctandum, eligimus inter omnes hujus loci mulieres, ætate graviorem ac modestiorem, ut assignet nobis locum aliquem segregatum quo non appropiet ulla mulier aut virgo. Huic mulieri ætate maturæ incumbit cura afferendi nobis et lumen et quid nobis necessarium est. Libenter hujusmodi officia adimplet, charitatis viscera gestans in fratres qui ibidem hospitantur. Hæc autem præ aliis senescens mulier eligitur quæ diu probata est *assiduitate medita-*

[48] In his quæ ad mysteria et sacramenta spectabant, nihil expresse ab oratore quolibet revelabatur, præsertimque nihil a quovis auctore claris verbis scribebatur; sensum vero intentum penetrabant initiati quibus datum erat nosse veritates absconditas. Cæteris autem, licet catechumenis, in parabolis serius evolvendis omnia dicebantur. Num quis mirari deberet si diebus istis fervoris ac persecutionis animæ devotæ cum gaudio excepissent reconciliationis ministros, istique, modestiæ causa, in unum ejusdem loci latus mulieres secrevissent, dum unaquæque, vicissim, internam mentem, in exomologesi, revelasset! Textui superiori satis congruit illa sententia. Conferri possunt quæ hic a sancto Clemente dicuntur cum verbis sancti Basilii in *Regulis brevioribus*, præsertim 108 et 110, et nota erit prudentia primis sæculis adhibita in mulierum confessione, quæ sæpe fiebat coram testibus saltem satis distantibus. Solum discrimen inter verba utriusque sancti in eo est, quod prudenter tacuerit sanctus Clemens nomen confessionis quam sæculo IV sanctus Basilius exprimere potuit. Genuflexi fideles ante sacerdotem confitebantur. Hinc prodiit ab infidelibus ad quos imperfecta pervenerat hujus ritus notitia, turpis adorationis accusatio erga confessarium: ut videre est apud Minutium Felicem, cap. 9. Usus sedilis confessionalis, qualis hodie adhibetur, serius introductus est.

[49] Quemadmodum *socios* ad catechumenorum aliorumque virorum Christianis addictorum ordinem referri posse judicavimus, sic mulieres socias eidem ordini ascribere nihil vetat.



Digitized by Google

ܐܝܟ ܕܚܕ ܡܢ ܐܢܫܐ ܕܫܪܝܪ ܐܬܪ ܕܡܗܝܡܢ ܐܢ ܐܬ ܐܡ ܕܐܬ ܐܡ ܕܐܬ ܐܡ ܕ

turbemus, et ne petra scandali ipsis existamus. Si enim etiam propter cibum frater noster contristatur, offenditur, infirmatur, aut scandalizatur, jam non secundum charitatem ambulamus; hinc Paulus : *Noli cibo tuo*, inquit, *illum perdere pro quo Christus mortuus est* [47]; et alibi : *Sic autem peccantes in fratres, et percutientes conscientiam eorum infirmam, in Christum peccatis* [48].

Quapropter et nos fideles ipsi dicamus : *Si esca scandalizat fratrem, non manducabimus carnem in æternum, ne fratrem nostrum scandalizemus* [49].

Hæc omnia observat quicunque vere Deum diligit; qui crucem suam sincere bajulat; qui Christum induit; qui proximum vero amore prosequitur; qui demum ita suam custodit animam ut neque ab altero sumat neque alteri præbeat scandalum, ut non pereat eo quod inter virgines sæpius fuerit conversatus, aut in illarum domo habitaverit. Hæc aliunde indecora sunt et in perditionem vergunt eorum qui vident aut noverunt hujusmodi assiduitates eo ipso pravas quia scandalis et periculis fecundas et morti vicinas. Hæc igitur agere Christianum non decet. *Beatus* autem *homo qui*, præ castitatis amore, *semper est pavidus* [50].

## CAPUT VI.

Si autem adveniamus in locum

[47] Rom. XIV, 15. [48] I Cor. VIII, 12. [49] Nullus lector intelligens mirabitur quod hic cibus memoretur, cum sermo sit de virginitate : nam sponte et sine negotio ex verbis sancti Clementis hoc instituitur ratiocinium : Romanos et Corinthios monet divus Paulus ne fratribus infirmis occasionem scandali præbeant, utendo coram ipsis cibo licet indifferenti; quanto magis caveri debet ne suspicio mala fidelium animis ingeratur propter periculosum contubernium. [50] Prov. XXVIII, 14.

FIN. (a)

ubi nullus sit Christianus, nosque dies quosdam incolæ loci retineant, debemus esse *prudentes sicut serpentes, et simplices sicut columbæ* [81], *non quasi insipientes, sed ut sapientes* [82], scientes timorem Domini, ut glorificetur Deus in omnibus per Dominum Jesum Christum, propter castas et sanctas conversationes nostras [83]; sive enim manducamus, sive bibimus, omnia in gloriam Dei faciamus necesse est, ut quicunque nos intuentur, in omni sermone, in reverentia, in modestia, in æquitate cæterisque rebus omnibus agnoscant nos esse semen benedictum et sanctum filiosque Dei viventis. Cum enim simus fideles, in nullo gentes imitari debemus, quibus, e contra, omnino dissimiles nos esse oportet, et in omnibus a malo abhorrentes, ne demus sanctum canibus, mittamusque margaritas ante porcos [84]; sed in omni disciplina, scientia, timore Dei mentisque constantia glorificemus Deum [85].

Cultus enim quo servimus Deo longe nos discernit a gentibus quæ blasphemant in deliciarum suarum ebrietate, verbaque seductionis in impietate sua proferunt. Et ideo in gentium cœtibus non canimus Psalmos, nec legimus Scripturas, ne similes videamur musicis, citharœdis, cantoribus, ariolis multisque aliis qui ista, quasi artem exercent

[81] Matth. x, 16. [82] Ephes. v, 15, 16. [83] Wetstinus scribit *vestras*, sed mendose, ni fallor. [84] Matth. vii, 6. [85] Pastores animarum qui vitæ sanctimonia bonum Christi odorem non spargunt, canibus sanctum projiciunt et margaritas ante porcos mittunt. Inde enim pravi, aut præoccupatis opinionibus obcæcati homines facile inducuntur ut a religionis ministris in religionem contemptum suum ac furorem convertant eamque cum ipsis dilacerent; sicque impletur Christi vaticinium dicentis : *Ne forte conculcent eas pedibus et conversi dirumpant vos* (*Matth.* vii, 6).

Digitized by Google

ⲁⲛⲟⲛ ⲉⲧⲃⲉ ⲡⲁⲓ ⲛⲓⲙ ⲉⲧⲣⲉⲛⲁⲩ ⲉⲣⲟⲥ ⲙ̀ⲡⲉⲛⲥⲱⲙⲁ ⲙ̀ⲡⲓⲱⲧ ⲛ̀ⲧⲉ ⲓⲏⲥⲟⲩⲥ ⲡⲉⲛⲛⲟⲩⲥ ⲡⲉⲛⲥⲱⲧⲏⲣ ⲓⲏⲥⲟⲩⲥ ⲡⲓⲭⲣⲓⲥⲧⲟⲥ ⲛⲉⲙ ⲡⲓⲡⲛⲉⲩⲙⲁ ⲉⲑⲟⲩⲁⲃ ⲉⲧⲣⲉⲛⲁⲩ ⲉⲣⲟⲥ ⲙ̀ⲡⲉⲛⲥⲱⲙⲁ ⲙ̀ⲡⲓⲱⲧ ⲛ̀ⲧⲉ ⲓⲏⲥⲟⲩⲥ ⲡⲉⲛⲛⲟⲩⲥ ⲡⲉⲛⲥⲱⲧⲏⲣ ⲓⲏⲥⲟⲩⲥ ⲡⲓⲭⲣⲓⲥⲧⲟⲥ ⲛⲉⲙ ⲡⲓⲡⲛⲉⲩⲙⲁ ⲉⲑⲟⲩⲁⲃ

A et agunt, ut panis buccella, ignobiliter quæsita, saturentur, misturaque modici vini undequaque exhibiti potentur, cantantes cantica Domini in terra alienigenarum, quod non decet [56]. Non sic, obsecramus vos, fratres, agite, nec ista fiant inter vos : et si qui forte tale vitæ genus elegissent, impedite ne ultra tam stulte et indecore agere pergant [57].

ⲁⲛⲟⲛ ⲉⲧⲃⲉ ⲡⲁⲓ ⲛⲓⲙ ⲉⲧⲣⲉⲛⲁⲩ ⲉⲣⲟⲥ ⲙ̀ⲡⲉⲛⲥⲱⲙⲁ ⲙ̀ⲡⲓⲱⲧ ⲛ̀ⲧⲉ ⲓⲏⲥⲟⲩⲥ ⲡⲉⲛⲛⲟⲩⲥ ⲡⲉⲛⲥⲱⲧⲏⲣ ⲓⲏⲥⲟⲩⲥ ⲡⲓⲭⲣⲓⲥⲧⲟⲥ ⲛⲉⲙ ⲡⲓⲡⲛⲉⲩⲙⲁ ⲉⲑⲟⲩⲁⲃ ⲉⲧⲣⲉⲛⲁⲩ ⲉⲣⲟⲥ ⲙ̀ⲡⲉⲛⲥⲱⲙⲁ ⲙ̀ⲡⲓⲱⲧ ⲛ̀ⲧⲉ ⲓⲏⲥⲟⲩⲥ ⲡⲉⲛⲛⲟⲩⲥ ⲡⲉⲛⲥⲱⲧⲏⲣ ⲓⲏⲥⲟⲩⲥ ⲡⲓⲭⲣⲓⲥⲧⲟⲥ ⲛⲉⲙ ⲡⲓⲡⲛⲉⲩⲙⲁ ⲉⲑⲟⲩⲁⲃ

Rogamus ergo vos qui ejusdem justitiæ nobiscum germanitatem habetis, ut omnia quæ apud nos aguntur ita fiant ut in ædificationem vergant his qui fidem nostram sunt, amplexuri. Exhibeamus nos oves Christi, observantia omnis justitiæ, moribus sanctis, rectis verosque fidelis pandentibus; nec avertamus oculos ab his qui honeste, verecunde ac sancte vivunt; illis honorem gloriamque tribuamus. Omnes in Deo cooperatores honorate [58]. Si sic statis in Domino; si per omnia in illo fideles ac recti manseritis, [59] gau-

[56] Hæc meditentur qui sibimetipsis missionem dederunt in terras alienas, ut circumferant illuc eloquia sacra, in omnes linguas et pro arbitrio suo conversa, omnibusque populis infidelibus prostituta. O vere mercenarii, qui non animas quærunt sed nummos; non gloriam Dei, sed sponsæ Christi humiliationem ac tribulationem intendunt! Horum autem consiliorum quis finis? *Qui habitat in cœlis irridebit eos : et Dominus subsannabit eos* (*Psal.* II, 4). [57] Quilibet fidelis catholicus, quantum valet, obicem ponere potest et debet juxta prudentiæ regulas, ministerio usurpato et circuitionibus vagorum sectariorum. Quanto magis principes et magistratus! Civilis tamen potestas limites sibi præscriptos nunquam transgredi debet nec invadere in jura Ecclesiæ, quæ ipsa, in his quæ religionem spectant, terminos assignat non transiliendos. [58] Videtur alludere sanctus Clemens verbis Apostoli (*Philip.* IV, 3), quæ tamen nullibi integre citat, præ modestia, quia in his expresse nominatur. [59] Quis non videt hæc verba soli Ecclesiæ principi convenire?

(a) Fin.
(b) Id.
(c) Id.
(d) Id.
(e) Id.
(f) Id.

Digitized by Google

ܘܒܚܝܐ ܕܠܥܠܡ ܥܠܡܝܢ ܐܡܝܢ ܀

A dium nostrum eritis, corona nostra, spes nostra ac vita nostra. Amen.

## ܦܪܩܐ ܙ.

ܗܐ ܕܢܫܪܝ ܡܢ ܩܕܡ ܘܢܬܐ ܘܢܚܙܐ ܒܟܠ ܫܪܝܪܘܬܐ ܕܟܠ ܩܕܝܫܝ ܕܪܗܛ ܥܠܡܐ ܕܟܠ ܐܢܫ ܕܗܘ ܒܟܠ ܙܒܢ ܕܐܬܝܗܒ ܠܗ ܠܡܬܐ ܘܠܡܐ ܫܦܝܪ ܘܛܒ ܕܢܕܥ ܠܢ ܕܐܢܫ ܕܐܢܫ ܘܐܢܬ ܕܐܢܬ ܡܛܠ ܕܐܬܬ ܣܓܝܐ ܕܚܒܪܘܬܐ ܒܝܢܬܗܘܢ ܘܐܢܫ ܕܐܢܫ ܘܐܢܬ ܕܐܢܬ ܐܠܐ ܡܛܠ ܕܐܝܬ ܠܗܘܢ ܒܝܬ ܘܡܫܟܢ ܒܠܚܘܕ ܘܐܢ 

ܐ cum periculo vitæ in justitia perseverantem.

Pensate, fratres, qualis libidinis ardor justum hunc invasisset, si oculos ipse in ejus Ægyptiæ corpus injicere consuevisset? Tali exemplo docti, nequaquam apud mulieres ac virgines assidue perstemus: id enim proposito refragatur eorum qui immaculatos se custodire volunt. Charitas enim qua sorores diligere de- ʙ bemus, comites habere debet omnem sanctitatem, castitatem, mentis energiam omnimodam, Deique timorem; nec frequentem apud illas commorationem, aut assiduum in quavis hora accessum admittit.

## CAPUT IX.

Num vobis ignota est historia Samsonis Nazaræi virique fortissimi, in quo Spiritus Dei habitavit? Iste segregatus ac Deo consecratus ᴄ fuit, miraque fortitudo in eo exstitit atque robur; hunc tamen perdidit mulier, vilis corpusculi illecebris, quibus cor ejus misere incendit. Non illum, quicunque es, imitare. Noveris te, nec tua te lateat dignitas; *mulier autem viri pretiosam animam capit* [66]. Impense igitur suademus viro ne apud cujusvis hominis uxorem immoretur, nedum licentiam ei demus idem cum puella nubili ᴅ tectum habendi, aut somnum carpendi ubi quiescit illa, nec frequenter illam adeundi, quod odibile est, ac timori Dei prorsus alienum.

## CAPUT X.

Nonne documento tibi est exemplum Davidis quem invenerat Deus virum secundum cor suum, fidelem,

[66] Prov vi, 26.

Digitized by Google

ܗܢܐ ܕܐܝܟ ܐܢܬ ܕܐܠܗܐ ܗܘ ܘܫܪܪܐ ܘܫܠܡ ܘܩܫܝܛ ܐܘ ܠܐ ܗܐ ܕܝܢ ܚܙܐ ܠܐܢܬܬܐ ܚܕܐ ܒܬ ܫܒܥ ܕܚܡܡܐ ܡܣܟܐ ܠܗ ܒܐܦ ܗܝ ܕܐܬܝ ܠܡܣܟܢܘܬܗ ܘܐܬܚܙܝ ܠܗ ܒܫܦܪ ܚܙܘܬܗ ܘܫܒܝ ܠܗ ܒܫܦܪ ܡܠܝܗ ܘܐܬ

periit et humiliavit ac oppressit eam, quia exarserat in illam concupiscentia exsecranda vir ille iniquus et impius. Ejus nequitia quæ, Dei timore remoto, rem detestandam in Israel ei inspiravit, ex tali se prodidit stupro. Quos ergo decentia prohibet cum sororibus lusus ac risus amovendi sunt a nobis, quos comitari debent omnigena castitas, sanctitas Deique timor.

## CAPUT XII.

Nonne ex Scripturarum lectione didicisti quæ fuerit Salomonis fama, cui dedit Deus sapientiam, et scientiam, et animi magnitudinem, et divitias, et magnificentiam præ omnibus hominibus? Et iste tamen per mulieres in perditionem inductus, a Domino recessit.

## CAPUT XIII.

Nonne ex iisdem Scripturis notum tibi est quid, ad tempora Susannæ, narretur de senibus illis qui, cum frequenter starent inter mulieres, contemplati pulchritudinem alienam, in concupiscentiæ barathrum præcipites dederunt sese? Castitatis quidem pretium noverant, sed ipsius jugum fregerunt. Hinc appetitui perverso venumdati, in beatam Susannam conspirarunt ut eam constuprarent. At illa turpe ipsorum desiderium frustrata est. Innocentiæ suæ testem invocavit Deum, qui de manibus impiorum senum eam liberavit.

Quo modo fieri posset ut hæc exempla horrore nos ac tremore non implerent, dum videmus, propter mulierem, a dignitate sua decidere senes, judices, ac populi Dei recto-

Digitized by Google

res? Non enim recordati sunt quod dictum est : *Ne circumspicias speciem alienam. Propter speciem mulieris multi perierunt* [63]; et : *Cum muliere aliena ne sedeas omnino* [64]. Et iterum : *Nunquid potest homo abscondere ignem in sinu suo, ut vestimenta illius non ardeant? aut ambulare super prunas, ut non comburantur plantæ ejus? Sic, qui ingreditur ad mulierem proximi, non erit mundus cum tetigerit eam* [65]. Et iterum : *Non concupiscat pulchritudinem ejus* (mulieris) *cor tuum, ne capiaris nutibus illius* [66]. *Cum saltatrice ne assiduus sis, nec audias illam, ne pereas in efficacia illius* [67]. Et iterum : *Qui se existimat stare, videat ne cadat* [68].

## CAPUT XIV.

Videte etiam quæ dixerint viri sancti de prophetis et apostolis Domini nostri. Nullum porro sanctum animadvertetis frequenter fuisse conversatum cum virginibus aut adolescentioribus virorum uxoribus vel viduis, quas devitandas esse divinus docet Apostolus [69].

Inspiciamus quomodo in Dei timore homines sancti vixerint. De Moyse et Aaron scriptum est quod relationes et contubernia ipsorum fuerint cum viris qui ipsis adhæserant. Idem est de Josue filio Nun. Nulla mulier fuit cum illis ; sed ipsi soli, scilicet viri cum viris, ministerium suum cum Deo impleverunt. Præterea populum monuerunt ut, quotiescunque castra moverentur,

[63] Eccli. IX, 8. [64] Ibid., 12. [65] Prov. VI, 27, 28, 29. [66] Ibid., 25. [67] Eccli. IX, 4. [68] I Cor. X, 12. [69] I Tim. V. 11.

Digitized by Google

quælibet tribus seorsim incederet, omnesque viri cum tribu sua essent; mulieres vero seorsim cum mulieribus pone exercitum sequebantur. Sic, tanquam populus sapiens, profecti sunt, juxta præceptum Domini, filii Israel, ne, propter mulieres, ulla turbatio exoriretur. Castrorum acies pulchro concinnoque ordine procedebat, absque scandali occasione. Id expresse testantur Scripturæ sacræ dicentes : Filii Israel perrexerunt per medium maris Rubri [70].

Tunc cecinit Moyses et filii Israel carmen hoc Domino, et dixerunt : *Cantemus Domino : gloriose enim magnificatus est* [71]. Postquam Moyses Dei laudes canere cessavit, Maria, ipsius et Aaron soror, sumpsit tympanum in manu sua; egressæque sunt omnes mulieres post eam, et ipsæ, vice sua, cecinerunt. Sicque seorsim cantaverunt viri cum viris, et deinde mulieres seorsim cum mulieribus.

Legimus etiam Eliseum et Giezi [72] filiosque prophetarum congregatos fuisse in timore Domini : nullam vero invenimus mulierem quæ cum eis habitaverit. Idem reperimus de Michæa et prophetis omni-

[70] Exod. xiv, 29. Notandum est in textu Hebraico, sicut in Vulgata hic tantum exprimi sensum sicci maris. Nec tamen minus certum est mare istud quod siccis pedibus filii Israel calcarunt, fuisse mare vocatum in textu Hebraico et Syriaco mare Suph, id est, *algosum*; quia sinus Arabicus, ibi designatus, alga marina abundans est. Vulgatæ translatio semper mare Suph vertit per *mare rubrum*. Authenticitatem hujus epistolæ in dubium revocat D. de Premagny, quia S. Clemens, vel potius Syriacus translator, conservavit vocem Hebraicam *Suph*. Hac occasione dicit adnotator mare istud esse ignotum; sed vox *Suph* frequenter adhibetur in Scripturis, ut in prævia dissertatione demonstratum est. Santes Pagninus, in sua versione Bibliorum, ubique idem verbum *Suph* conservavit. Sed *quidam*, ait S. Paulus (*I Tim.* i, 6, 7), aberrantes conversi *sunt in vaniloquium, volentes esse legis doctores, non intelligentes neque quæ loquuntur, neque de quibus affirmant.* [71] Exod. xv. [72] Diu Giezi laudabiliter vixit in obsequio Elisei, donec avaritia mancipium factus, domini sui maledictionem incurrit.

Fin. (*a*).

Id. (*b*).

Digitized by Google

ܐܝܟ ܕܐܝܬ ܒܗ ܡܫܘܚܐ ܘܫܪܝ ܠܗ ܡܢ ܟܠ ܥܒܕ ܕܐܝܬ ܒܗ ܢܫܡܐ ܕܚܠܬ ܡܢ ܐܠܗܐ ܘܠܐ ܡܫܬܟܚ ܠܗ ܡܢ ܟܠ ܥܒܕ ܕܐܝܬ ܒܗ ܢܫܡܐ ܕܚܠܬ ܡܢ ܐܠܗܐ ܘܠܐ ܡܫܬܟܚ ܠܗ

bus, quorum contubernium nihil, nisi Dei timorem, redolebat.

## ܦܪܩܐ ܛܘ.

## CAPUT XV.

ܘܠܐ ܢܐܡܪ ܡܠܟ ܡܫܝܚܐ ܡܢ ܟܬܒ ܥܠ ܡܪܢ ܥܠ ܡܢ ܕܟܬܝܒ ܥܠ ܬܪܥܣܪ ܬܠܡܝܕܘܗܝ ܕܗܘܘ ܠܗ ܒܥܕܢ ܓܠܝܘܬܗ ܕܐܦ ܟܕ ܫܕܪ ܠܗܘܢ ܕܢܐܙܠܘܢ ܬܪܝܢ ܬܪܝܢ ܘܠܐ ܐܬܚܙܝ ܠܗ ܐܠܐ ܥܡ ܓܒܪܐ ܘܠܐ ܡܬܦܩܕ ܠܗ ܐܠܐ ܐܢܬܬܐ ܘܠܐ ܒܐܘܪܚܐ ܘܠܐ ܒܒܝܬܐ ܐܠܐ ܐܢܬܬܐ ܘܒܬܘܠܬܐ ܘܠܐ ܒܒܝܬ ܐܢܬ

A in qua Dei timor non residet! Qui sic affectus es, nonne te condemnas? Num te ipsum æstimas? Non quid valeas nosti? Id requirunt fidelitas, æquitas ac justitia. Hi sunt limites quos dimovere non debent qui recte in Domino vivunt.

Multæ quidem mulieres ministrarunt sanctis de substantiis suis. Sic Eliseo ministravit Sunamitis; at ipsa cum eo non habitavit: sepositum B quippe cubiculum propheta occupabat. Cum autem hujus mulieris filius mortuus esset, et illa ad prophetæ pedes se projicere vellet, *accessit Gizei, ut amoveret eam, et ait homo Dei: Dimitte illam, anima enim ejus in amaritudine est* [75].

Ex quibus intelligamus necesse est quale fuerit sanctorum istorum contubernium. Quædam mulieres Domino Jesu Christo ministrabant C de facultatibus suis [76], sed cum illo non habitabant. Legimus etiam mulieres apostolis ipsique Paulo ministrasse; ipsi vero eamdem cum illis habitationem non habebant; sed decenter, sancte et sine macula coram Domino conversati sunt; cursum suum consummarunt suamque coronam a Domino Deo omnipotente perceperunt.

D

## CAPUT XVI.

Idcirco, fratres, rogamus vos in Domino, *ut idem sapiamus, et in eadem permaneamus regula* [77], ut nos in vobis unum simus, et vos sitis unum

[75] IV Reg. IV, 27. [76] Luc. VIII, 3. [77] Philip. III, 16.

Digitized by Google

ܒܝܢ ܐܢܘܢ ܘܒܟܠ ܐܢܘܢ ܚܕ ܢܦܫ ܐܢܚܢ ܗܘܝܢ ܘܚܕ ܠܒ ܒܡܪܝܐ ܀ ܘܗܫܐ ܟܠ ܩܕܝܫܐ ܒܡܪܝܐ ܚܕܘ ܗܘܘ ܘܫܠܡܐ ܘܚܕܘܬܐ ܡܢ ܐܠܗܐ ܐܒܐ ܘܡܢ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ ܡܪܢ ܀

A in nobis, et in omnibus omnes nos simus una anima et cor unum in Domino.

ܕܝܕܥ ܐܠܗܐ ܫܡܥ ܠܢ ܕܠܝܬ ܡܢ ܐܠܗܐ ܠܐ ܫܡܥ ܠܢ ܀ ܕܢܛܪ ܒܬܘܠܢܘܬܐ ܕܥܬܐ ܕܢܛܪ ܫܡܥ ܠܢ ܘܕܒܥܐ ܕܬܢܛܪ ܠܒܬܘܠܢܘܬܐ ܕܥܬܐ ܕܢܛܪ ܠܐ ܫܡܥ ܠܢ ܀

*Qui novit Deum, audit nos; qui non est ex Deo, non audit nos* [72]. Qui sincerum servandi castitatem propositum habet, audit nos. Virgo etiam quæ vere cupit virginitatem conservare nos audit; quæ vero virginitatem non servat, ipsa nos non audit.

ܗܫܐ ܟܠ ܩܕܝܫܐ ܒܡܪܝܐ ܚܕܘ ܗܘܘ ܘܫܠܡܐ ܘܚܕܘܬܐ ܡܢ ܐܠܗܐ ܐܒܐ ܘܡܢ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ ܡܪܢ ܀

Et nunc, omnes sancti, in Domino valete et gaudete in Domino omnes. Sit vobiscum pax et gaudium a Deo Patre, per Jesum Christum Dominum nostrum. Amen.

B

ܫܠܡ ܥܡ ܟܠ ܚܕ ܡܢ ܐܢܘܢ ܕܐܡܝܢ ܀

*Explicit epistola secunda Clementis discipuli Petri.*

[72] I Joan. IV, 6.

Digitized by Google

# SUPERIORUM EPISTOLARUM

## FRAGMENTA

Quæ in his non exstant, seu aliorum operum, apud veteres relicta.

### I.

EX SPICILEGIO SOLESMENSI (a).

(*Spicilegium Solesmense, complectens SS. Patrum scriptorumque ecclesiasticorum anecdota hactenus opera, selecta e Græcis Orientalibusque et Latinis codicibus, publici juris facta curante domno J. B.* PITRA, *O. S. B. monacho e congregatione Gallica;* tom. I, Parisiis ap. Firmin Didot fratres, 1852, in-4°. — *Cum editoris permissione.*)

*S. Clemens Romanus ordinandorum de Ecclesiæ consensu sacerdotum legem statuit.*

[Fragmentum ad fidem antiqui interpretis (14) recognitum.]

Τί δοκεῖτε, ἀγαπητοί; οὐ π[ροέγνω] Μωϋσῆς τοῦτο μέλλειν [ἔσεσθαι]; Μάλιστα ᾔδει, ἀλλ' ἵνα μὴ ἀ[κατασ]τα[σία γένηται ἐν τῷ Ἰσραήλ, οὕτ[ως ἐνό]ησεν, εἰς τὸ δοξασθῆναι τ[ὸ ὄνο]μα τοῦ ἀληθινοῦ καὶ μόνου [θεοῦ] (ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν). Καὶ οἱ ἀπόστολοι ἡμῶν ἔγνωσαν διὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὅτι ἔρις ἔσται ἐπὶ τοῦ ὀνόματος τῆς ἐπισκοπῆς. Διὰ ταύτην οὖν τὴν αἰτίαν πρόγνωσιν εἰληφότες τελείαν, κατέστησαν τοὺς προειρημένους,

A *Fecit Moyses ut Dominus imperaverat, congregataque omni turba ante fores, ait : Iste est sermo quem jussit Dominus fieri, statimque obtulit Aaron et filios ejus* (*Lev.* VIII, 4-6).

In epistola sancti Clementis ad Corinthios (15).

Sciebat (16) Moyses, quod virga Aaron floritura esset (17), sed ideo convocavit populum ut honorabilis Aaron inveniretur (18), et Deus glorificaretur a populis; ipse autem careret invidia..... Hanc

(14) *Interpretis.* Quis sit vetus ille interpres, non potui diu et moleste quærere, quin pluries ea mecum revolverim, quibus a Paulino Nolano conditam fuisse Clementinam versionem, tam Paulinus ipse (epist. 46), quam Gennadius (Catal. XLVIII), diserte testatur. Audiendus illustris ille interpres ac pïssimus, in epistola ad Rufinum, nostram B versionem describens quasi graphice: « Credo enim in *Translatione sancti Clementis*, præter alias ingenii mei defectiones, hanc te potissimum imperitiæ meæ penuriam considerasse, quod *aliqua in quibus intelligere vel exprimere verba non potui, sensu potius apprehenso, vel, ut verius dicam, opinata transtulerim.* » Quibus mox Paulinus addit eodem tempore quo hæc scribebantur, ab ipso legi Moysis libros, quos hic ipsius Clementis locus illustrat. Inferre igitur exinde licet, primum exstitisse antiquam Clementinæ epistolæ Latinam versionem hactenus incognitam, Paulino Nolano, ut probabile est, interprete; tum Rufinum inter et Paulinum intercessisse quoddam de Clemente litterarum commercium, quo unus *Recognitiones*, quæ, deperdito textu Græco, ex Latina tantum versione permanserunt; alter vero Epistolas sibi vertendas recepit, quas adeo raptim transtulit, ut, neglecta rudi versione, nonnisi Græce ad nos usque Clementinæ litteræ pervenerint. Cæterum Joannes hic diaconus noster Romanus (*b*), primus et unus omnium veterum Latinorum est, qui tanti pontificis epistolas, Græce forsan, Latine certo tunc temporis Romæ exstantes, authentico testimonio adduxerit. In codice Paris. Sangerman. 838 exstat, fol. 111.

(15) *Ad Corinthios.* Addendum, *prima;* collectoris usum quam brevius titulos exprimendi, eo minus quisque sanus incusabit, quod auctores designet Noster multo uberius quam cæteri istiusmodi commentatores; quinimo magni velim facias hoc Joannis nostri testimonium de S. Clemente, utpote Romanum et forsan pontificium; excipiasque libenter veteris interpretationis Paulino Nolano, ut conjici lubet, ascribendæ laciniam prorsus unicam.

(16) *Sciebat.* Singula verba, ut colligenda quam diligenter, sic nunquam pensanda satis; incidunt enim in locum pene desperatum in textu Græco, vulneribus adeo confossum, ut pro virili quisque ediror mederi sategerit. Attento igitur hoc primo verbo *sciebat*, exploratum pene mihi est bonam esse Cotelerii lectionem, huc ἐνόησεν inserentis, ubi Junius alique legunt ἐποίησεν.

(17) *Floritura erat.* Raro exemplo habes paradigma, ad quod provocat inusitatum *floritum*, de quo quidem mentio nonnulla; de priore vero in lexicis altum silentium.

(18) *Ut honorabilis Aaron inveniretur.* Horum in Græco nec vola nec vestigium; neque non excitatur mihi suspicio, vel loco doxologiæ, quæ glossema sapit, alia exstitisse primitus Latinis nostris respondentia, vel hæc esse quæ Paulinus candide ait non valuisse se intelligere aut exprimere, nec nisi opinata, sensu potius apprehenso, transtulisse.

(a) Tom. I, p. 293. — (*b*) Vide Prolegomena ad *Spicilegium Solesmense*, p. LVII.

Digitized by Google

formam tenentes (19) apostoli (vel (20) successores ejus), quos eligebant, cum consensu totius Ecclesiæ ordinabant præpositos.

A καὶ μεταξὺ ἐπινομὴν δεδώκασιν, ὅπως ἐὰν κοιμηθῶσιν, διαδέξωνται ἕτεροι δεδοκιμασμένοι ἄνδρες τὴν λειτουργίαν αὐτῶν... συνευδοκησάσης τῆς Ἐκκλησίας πάσης

[*Hactenus ex Spicileg. solesm.*]

## II (21).

*Ex Irenæi libro* III *Adversus hæreses, cap.* 3.

Sub hoc igitur Clemente dissensione non modica inter eos qui Corinthi essent fratres facta, scripsit quæ est Romæ Ecclesia potentissimas litteras Corinthiis, ad pacem eos congregans, et reparans fidem eorum, et annuntians quam recens ab apostolis acceperat traditionem, annuntiantem unum Deum omnipotentem factorem cœli et terræ, plasmatorem hominis; qui induxerit cataclysmum, et advocaverit Abraham, qui eduxerit populum de terra Ægypti, qui collocutus sit Moysi, qui legem disposuerit, et prophetas miserit, qui ignem (22) præparaverit diabolo et angelis ejus (23).

## III.

*Ex S. Joanne Damasceno, Eclog. lib.* I, *tit.* 49, *pag.* 752.

S. Clementis episcopi Romani.

Ad salutem sufficit hominis erga Deum amor. Grati siquidem animi est, dilectionem erga eum conservare, qui nobis ut simus est auctor: qua fit etiam, ut ad alterum ac senii expers sæculum salvi evadamus.

*Ejusdem.* Tentavit Deus Abraham, non quia ignorabat quis esset, sed ut posterioribus sæculis notum faceret, nec latere pateretur tantum virum: quin potius alios ad fidem et patientiam illius excitaret, suaderetque filiorum amorem præ divini præcepti exsecutione negligendum esse. Quamobrem prospexit ac fecit, ut historia ejus litteris commendaretur.

B Τοῦ ἁγίου Κλήμεντος ἐπισκόπου Ῥώμης.

Αὐτάρκης εἰς σωτηρίαν ἡ εἰς Θεὸν ἀνθρώπου ἀγάπη. Εὐγνωμοσύνης γάρ ἐστι τὸ πρὸς τὸν τοῦ εἶναι ἡμᾶς αἴτιον ἀποσώζειν στοργήν, ὑφ' ἧς καὶ εἰς δεύτερον, καὶ ἀγήρω αἰῶνα διασωζόμεθα.

*Τοῦ αὐτοῦ* Ἐπείρασεν ὁ Θεὸς τὸν Ἀβραάμ, οὐκ ἀγνοῶν τίς ἦν, ἀλλ' ἵνα τοῖς μετὰ ταῦτα δείξῃ. καὶ μὴ κρύψῃ τὸν τοιοῦτον, καὶ διεγείρῃ εἰς μίμησιν τῆς ἐκείνου πίστεως καὶ ὑπομονῆς, καὶ πείσῃ καὶ τέκνων στοργῆς ἀμελεῖν πρὸς ἐκπλήρωσιν θείου προστάγματος· ὅθεν ἔγγραφον περὶ αὐτοῦ ἱστορίαν γενέσθαι ᾠκονόμησεν.

## IV.

*Ex S. Joanne Damasceno, lib.* I *Eclog., tit.* 23, *pag.* 783.

S. Clementis episcopi Romani e secunda ad Corinthios epistola.

Non turbet cor vestrum, quod iniquos ditescentes

C Τοῦ ἁγίου Κλήμεντος ἐπισκόπου Ῥώμης ἐκ τῆς β' πρὸς Κορινθίους ἐπιστολῆς.

Μὴ ταρασσέτω τὴν καρδίαν ὑμῶν, ὅτι βλέπομεν

(19) *Hanc formam tenentes apostoli.* Sive Paulino, sive Joanni diacono grates agere est propter asservatam *hanc formam*. Hinc enim solvitur lis diu et acriter a viris doctis agitata ob vocem Græcam ἐπινομήν, quæ uti prorsus insolens, negotii multum multis lacessivit. Alii siquidem legebant ἀπονομήν, alii ἐπιλογήν, alii ἐπιταγήν, alii demum ἐπιμονήν. Nec minor in ejus interpretatione dissensus: hi reddebant *ordinem præscriptum*, isti *præscriptas officiorum vices*, illi *præceptum* aut *formam*. Ut ut sit, ultima stante sententia, *forma* esto genuinus sensus, sitque illa vox Græca primigenia, quæ ad hanc significationem magis accesserit.

(20) *Vel.* Istud insititium est aut paulo liberius interpres nodum per paraphrasin explicuit; quem ut solveret Davisius, in his οἱ ἀπόστολοι ἡμῶν, aut legendum putavit εὖ μήν, aut prorsus delendum ἡμῶν. Erit forsan qui conjiciet collectorem legisse: ὁ ἀπόστολός τε καὶ ἡμεῖς, ac transtulisse latiori modo: *apostolus vel successores ejus*, Petrum intendens ac primos ipsius διαδόχους, nempe Linum, Cletum, Clementem. Quid pluria? Clemens a Petro quartus potuit scribere, interpresque adamussim legere: *vel successores ejus.*

(21) Quin hoc fragmentum ad 1 epistolam pertineat, Irenæi præfatio dubitare non sinit. In eo Clementis sententiarum potius summa refertur, quam ipsa verba. Idcirco Græcum Irenæi textum

D referre supersedemus.

(22) Forte nihil aliud, quam quod hic Irenæus indicat, commemorare voluit apud Justinum auctor responsionum ad quæst. 74, ubi ait: *Si præsentis rerum status finis est impiorum per ignem judicium, prout dicunt prophetarum et apostolorum scripta, insuperque Sibyllæ ipsius, quemadmodum ait beatus Clemens in epistola ad Corinthios.* Quod si ita est, Clementis epistolam primam citat ille scriptor, non secundam: adeoque ruit Usserii, adversus hanc, argumentum, quasi in ea Sibyllini libri, quos Clemente posteriores esse vult, laudati fuerint. Sed neque in allato loco pseudo-Justinus Sibyllinos libros a Clemente citatos esse affirmat: commode enim illius verba intelligere ita licet, ut præsentis status finem fore impiorum per ignem judicium prophetæ, apostoli, ac Sibylla, necnon Clemens dixerint, maxime si valet Cotelerii conjectura, in Græco καὶ ὡς (non καθὼς) φησὶν ὁ μακάριος Κλήμης, legendum esse opinantis.

(23) His allatis Irenæus Clementis epistolam commendat his verbis: *Hunc Patrem Domini nostri Jesu Christi ab Ecclesiis annuntiari, ex ipsa Scriptura qui velint discere possunt, et apostolicam Ecclesiæ traditionem intelligere; cum sit vetustior epistola his qui nunc falso docent.* Ubi discimus duplicem Christianæ scientiæ fontem, Scripturam nimirum et traditionem.

Digitized by Google

τοὺς ἀδίκους πλουτοῦντας, καὶ στενοχωρουμένους τοὺς τοῦ Θεοῦ δούλους. Οὐδεὶς γὰρ τῶν δικαίων ταχὺν καρπὸν ἔλαβεν, ἀλλ' ἐκδέχεται αὐτόν. Εἰ γὰρ τὸν μισθὸν τῶν δικαίων ὁ Θεὸς εὐθέως ἀπεδίδου, ἐμποριαν ἠσκοῦμεν, καὶ οὐκ εὐσέβειαν, οὐ διὰ τὸ εὐσεβὲς, ἀλλὰ τὸ κερδαλέον διώκοντες.

A videamus, et Dei servos angustiis afflictos. Nemo quippe justorum continuo fructum retulit, sed illum exspectat. Si enim justorum mercedem Deus statim redderet, mercaturæ, non pietati operam daremus: justi siquidem esse non religionis, sed quæstus gratia videremur.

V.

*Ex vetusto codice* (24) *Bibliothecæ PP. soc. Jesu.*

Τοῦ ἁγίου Κλήμεντος ἐκ τῆς πρὸς Κορινθίους β'.

Ὁ τῶν παρόντων αἰσθητικὸς, συνίησιν ὡς οὔτε ἃ λογίζονταί τινες εἶναι τερπνὰ, ξένα καὶ μακράν ἐστι τῶν ἀπεχθῶν. Ἀλλὰ καὶ πλοῦτος πολλάκις μᾶλλον πενίας ἔβλιψε, καὶ ὑγεία πλέον ἠνίασε νόσου. Καὶ καθόλου τῶν λυπηρῶν καὶ φευκτῶν πάντων ὑπόθεσις καὶ ὕλη, ἡ τῶν ἀσπαστῶν καὶ κατ' εὐχὴν περιβολὴ γίνεται.

Sancti Clementis ex epistola secunda ad Corinthios.

Qui præsentia sentit, intelligit etiam ea, quæ nonnulli jucunda reputant, aliena et procul dissita non esse ab iis quæ odio habentur. Quin etiam divitiæ sæpenumero magis quam paupertas læserunt, et sanitas plus morbo afflixit. In summa, gratarum atque optatarum rerum affluentia, omnium tristium ac fugiendarum causa et materia evadit.

VI.

*Ex sermone* 8 *S. Maximi, edit. Combefis., pag.* 556.

Κλήμεντος Ῥώμης.

Οὐ δίκαιόν ἐστι, τοῦ δεδωκότος ἐγκαταλειφθέντος, τὰ δοθέντα παραμένειν τοῖς ἀγνώμοσιν.

Clementis Romani.

Haud æquum est, eo qui dedit derelicto, quæ data sunt apud ingratos remanere.

VII (25).

*Ex ms. collectione Sententiarum ex Patribus aliisque auctoribus decerptarum in cod.* 143. *Barocc. bibliothecæ Bodleianæ cap.* Περὶ συνηθείας καὶ ἔθους, *fol.* 136.

Κλήμεντος Ῥώμης.

Διαφορὰ τυγχάνει ἀληθείας καὶ συνηθείας· ἡ μὲν γὰρ ἀλήθεια γνησίως ζητουμένη εὑρίσκεται, τὸ δὲ ἔθος ὁποῖον ἂν παραληφθῇ, εἴτε ἀληθὲς, εἴτε ψευδὲς, ἀκρίτως ὑφ' ἑαυτοῦ κρατύνεται· ἐν αἷς γὰρ ἕκαστος ἐκ παιδόθεν ἐθίζεται, ταύταις ἐμμαίνειν[19] ἥδεται. Ὁ γὰρ μισεῖ τις διὰ τὴν ἐπιοῦσαν τῇ ἡλικίᾳ σύνεσιν, τοῦτο διὰ τὴν πολυχρόνιον τῶν κακιῶν συνήθειαν πράττειν ἀναγκάζεται, δεινὴν σύνοικον τὴν ἁμαρτίαν παρειληφώς.

C

Clementis Romani.

Est differentia inter veritatem et consuetudinem; veritas enim sincere quæsita invenitur, consuetudo autem qualiscunque etiam assumatur, sive recta sive vana, indiscriminatim a semetipsa firmatur. Quibus enim quisque a puero assuescit, illis inhærere amat. Quod enim quis odit pro ea prudentia quam ætas invexit, id ob diuturnam malorum consuetudinem facere cogitur, peccatum nactus gravem contubernalem.

VIII.

*Ex Basilio lib. de Spiritu sancto, c.* 29.

Ἀλλὰ καὶ Κλήμης ἀρχαιότερος· Ζῇ, φησὶν, ὁ Θεὸς, καὶ Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, καὶ τὸ Πνεῦμα ἅγιον.

D Sed et antiquior Clemens: Vivit, inquit (26), Deus, et Dominus Jesus Christus, et Spiritus sanctus.

[19] Leg. ἐμμένειν. Max., Ser. 62, *pag.* 673.

(24) In quo scil. continentur Eclogæ sacræ S. Joannis Damasceni. Excerptum fuerat hoc fragmentum Cotelerii opera ex cap. Περὶ τῶν προσκαίρων καὶ τῶν αἰωνίων ἀγαθῶν, καὶ ὅτι χρὴ τῶν παρόντων τὰ μέλλοντα προτιμᾶν· quod respondet capiti 20 libri III *Parallelorum* apud Damascenum olim editorum, ubi tamen desiderabatur, quoad illud in novissima Damasceni editione tom. II, pag. 787, eruditissimus vir Michael Lequien nobis exhibuit.

(25) Fragmentum hoc debemus Joanni Ernesto Grabio, qui illud tomo I *Spicilegii Patrum*, pag. 289, in lucem emisit. Postrema illius pars, a verbis ὁ γὰρ μισεῖ τις ad finem usque, a Maximo edit. Combefisii, sermoni 62, inserta jam habebatur.

(26) Nemo non videt *Dei* nomine Personam Patris intelligi. Id enim antiquis moris esse nullus ignorat, nisi qui in ipsorum scriptis peregrinus est, ut cum Deum simpliciter sine adjuncto in Scripturis legunt vel ipsi enuntiant, Patrem hoc nomine expressum interpretentur atque ipsi exprimant. Ex hoc autem fragmento nonnulli, specialem de Spiritu sancto sermonem a Clemente habitum esse volunt, idque subsequenti confirmant; sed rem non evincunt; cum etiam in epistolis de Spiritu sancto hæc disserere licuerit, ac certum sit mutilas esse epistolas superiores



Digitized by Google

formam tenentes (19) apostoli (vel (20) successores ejus), quos eligebant, cum consensu totius Ecclesiæ ordinabant præpositos.

A καὶ μεταξὺ ἐπινομὴν δεδ
διαδέξωνται ἕτεροι δεδοκ
γίαν αὐτῶν... συνευδοκη

[*Hactenus ex Spicileg. solesm.*]

## II (21).

*Ex Irenæi libro* III *Adversus hæreses, cap.* 3.

Sub hoc igitur Clemente dissensione non modica inter eos qui Corinthi essent fratres facta, scripsit quæ est Romæ Ecclesia potentissimas litteras Corinthiis, ad pacem eos congregans, et reparans fidem eorum, et annuntians quam recens ab apostolis acceperat traditionem, annuntiantem unum Deum omnipotentem
matorem hominis ; q
advocaverit Abraha
terra Ægypti, qui co
disposuerit, et propl
præparaverit diabol

## III.

*Ex S. Joanne Damasceno, Eclog. lib.* I, *tit.* 49, *pa*

S. Clementis episcopi Romani.

Ad salutem sufficit hominis erga Deum amor. Grati siquidem animi est, dilectionem erga eum conservare, qui nobis ut simus est auctor : qua fit etiam, ut ad alterum ac senii expers sæculum salvi evadamus.

*Ejusdem.* Tentavit Deus Abraham, non quia ignorabat quis esset, sed ut posterioribus sæculis notum faceret, nec latere pateretur tantum virum : quin potius alios ad fidem et patientiam illius excitaret, suaderetque filiorum amorem præ divini præcepti exsecutione negligendum esse. Quamobrem prospexit ac fecit, ut historia ejus litteris commendaretur.

B Τοῦ ἁγίου Κλή

Αὐτάρκης εἰς σωτ
Εὐγνωμοσύνης γάρ
αἴτιον ἀποσώζειν σ
καὶ ἀγήρω αἰῶνα δι

*Τοῦ αὐτοῦ* Ἐπ
ἀγνοῶν τίς ἦν, ἀλ
μὴ κρύψῃ τὸν τοιοῦ
ἐκείνου πίστεως κα
στοργῆς ἀμελεῖν π
τος· ὅθεν ἐγγραφο
νόμησεν.

## IV.

*Ex S. Joanne Damasceno, lib.* I *Eclog., tit.* 2

S. Clementis episcopi Romani e secunda ad Corinthios epistola.

Non turbet cor vestrum, quod iniquos ditescentes

C Τοῦ ἁγίου Κλή
πρὸ

Μὴ ταρασσέτ

(19) *Hanc formam tenentes apostoli.* Sive Paulino, sive Joanni diacono grates agere est propter asservatam *hanc formam*. Hinc enim solvitur lis diu et acriter a viris doctis agitata ob vocem Græcam ἐπινομήν, quæ uti prorsus insolens, negotii multum multis facessivit. Alii siquidem legebant ἀπονομήν, alii ἐπιλογήν, alii ἐπιταγήν, alii demum ἐπιμονήν. Nec minor in ejus interpretatione dissensus : hi reddebant *ordinem præscriptum*, isti *præscriptas officiorum vices*, illi *præceptum* aut *formam*. Ut ut sit, ultima stante sententia, *forma* esto genuinus sensus, sitque illa vox Græca primigenia, quæ ad hanc significationem magis accesserit.

(20) *Vel.* Istud insititium est aut paulo liberius interpres nodum per paraphrasin explicuit ; quem ut solveret Davisius, in his οἱ ἀπόστολοι ἡμῶν, aut legendum putavit εὖ ῥήν, aut prorsus delendum ἡμῶν. Erit forsan qui conjiciet collectorem legisse : ὁ ἀπόστολός τε καὶ ἡμεῖς, ac transtulisse latiori modo : *apostolus vel successores ejus*, Petrum intendens ac primos ipsius διαδόχους, nempe Linum, Cletum, Clementem. Quid plura? Clemens a Petro quartus potuit scribere, interpresque adamussim legere : *vel successores ejus.*

(21) Quin hoc fragmentum ad 1 epist
neat, Irenæi præfatio dubitare
Clementis se m po
quam i

D

referre superse
(22) Forte ni
indicat, comme
responsionum
*rerum status fi*
*prout dicunt*
*insuperque Sib*
*Clemens in epi*
Clementis epi
secundam : a
argumentum,
Clemente pos
neque in alla
bros a Clem
enim illius v
status finem
prophetæ, a
dixerint, m
Græco καὶ
Κλήμης, leg
(23) His
commendat
*Jesu Christi*
*qui velint d*
*traditionem*
*qui nunc*

Digitized by Google

cupa-
ocatus
rorsus
plexus.
ium ne-
, uti ne
n possis
regulam
ra, quæ
s, exhi-
te nemo
nibus da-

t, negle-
cipere sæ-
atum est,
mmunis vi-
derint. Te
n debes va-
quod si forte
er diaconos
ollicitudines
est, dispen-
ndantius et
ialibus curis
s, et eos qui
salutem per-
istinguere. Et
docueris quæ
ris [59], et disci-

vacato, ut op-
s verbum Dei,
[61]. Illi vero cum
nt, tahquam qui
se veritatis, et
is, esse ligatum
is super terram,
oniam quidem et
, et quæ expedit
, ista sint monita,
vero sint ista [63]:
ntes, adolescentes
rventis ætatis con-
e in provectioribus
odi negligant, quia,
orpus, concupiscen-
nicationis labes, oc-
enum pessimum ser-
nire necessarium est,
ccultum coalescat [65]
us peccatis adulterio
n [66] pœnis obtinet lo-
mum illi habent, qui

cula in c. Just. [57] 11
s. [60] Idem in epistola
0. [64] Nic. l. ep. 49.

Digitized by Google

## IX (27).

*Ex vetere codice bibliothecæ Regiæ.*

S. Clementis episcopi Romani, qui post apostolum Petrum sedi apostolicæ præfuit, de Spiritu sancto.

Beatus vir qui clausos oculos aperuit, et expulsum flatus difficultate spiritum per resurrectionem accepit. Hoc erat humi jacere, et in pedes non stare, non habere veritatem. Resurrectio autem est Patris agnitio, et apparitio Filii, qua sensus patefecit. Beatus vir qui cognoscit Patris donum per processionem sanctissimi Spiritus. Beatus vir qui agnoscit et comprehendit Spiritum sanctum esse donum illius, ab eo in figura columbæ traditum. Hoc enim animal innocentiam habet, et caret felle. Pater autem ab omni malitia alienus Spiritum dedit a malitia alienum, expertem iræ atque acerbitatis, perfectum, intaminatum e suis visceribus emittens, ut componeret sæcula, et ejus, qui videri non potest, præberet cognitionem. Ille ergo Spiritus sanctus est et rectus, qui ab ipso procedit, item virtus illius, et voluntas ejus, qui ad plenitudinem gloriæ ejus apparuit. Hunc qui accipiunt, veritatis et gratiæ perfectæ typo signantur.

A Τοῦ ἁγίου Κλήμεντος ἐπισκόπου Ῥώμης, μετὰ τὸν ἀπόστολον Πέτρον τοῦ ἀποστολικοῦ θρόνου ἡγησαμένου, εἰς τὸ ἅγιον Πνεῦμα.

Μακάριος ὁ κεκλεισμένους ὀφθαλμοὺς ἀνοίξας, καὶ διωκόμενον ἄσθματι πνεῦμα διὰ τοῦ ἐγεῖραι ἀναλαβών. Τὸ χαμαὶ κεῖσθαι τοῦτο ἦν καὶ τὸ ἐπὶ ποδῶν μὴ ἑστάναι, τὸ τὴν ἀλήθειαν οὐκ ἔχειν. Ἀνάστασις δέ ἐστι Πατρὸς ἡ ἐπίγνωσις, καὶ ἐπιφάνεια τοῦ Υἱοῦ, ᾗ τὰς αἰσθήσεις ἐφανέρωσε. Μακάριος ἀνὴρ ὁ γινώσκων τὴν τοῦ Πατρὸς δόσιν δι' ἐκπορεύσεως τοῦ παναγίου Πνεύματος. Μακάριος ὁ γινώσκων καὶ λαβών, ὅτι τὸ ἅγιον Πνεῦμά ἐστιν ἡ δόσις αὐτοῦ, καὶ τοῦτο ἐν τύπῳ περιστερᾶς παρέσχε. Τὸ γὰρ ζῶον ἀκακίαν ἔχει, καὶ ἄχολόν ἐστιν. Ἄκακος δὲ ὁ Πατὴρ Πνεῦμα ἔδωκεν ἄκακον, ἀόργητον, ἀπίκραντον, τέλειον, ἀμίαντον, ἀπὸ σπλάγχνων ἰδίων προϊέμενος, ἵνα ῥυθμίσῃ τοὺς αἰῶνας, καὶ τοῦ ἀοράτου δῷ τὴν ἐπίγνωσιν. Ἔστιν οὖν τοῦτο ἅγιον καὶ εὐθὲς, τὸ ἀπ' αὐτοῦ προελθὸν, καὶ δύναμις αὐτοῦ, καὶ θέλημα αὐτοῦ, εἰς πλήρωμα δόξης αὐτοῦ φανερωθέν. Τοῦτο οἱ λαβόντες τυποῦνται ἀληθείας τύπῳ, χάριτος τελείας.

(27) A Joanne Baptista Cotelerio erutum est, et vulgatum inter notas ad libri I *Recognitionum* caput 24, pag. 347. Non ausim asserere ex eodem opere excerptum, ex quo Basilius superius fragmentum exscripsit. Nempe cum Basilii consilio, non secus atque præcedens, opportunum accommodumque esset, probabile est Basilium neque illud omissurum fuisse, si ibidem exstitisset.

# S. CLEMENTIS I

## ROMANI PONTIFICIS

# EPISTOLÆ DECRETALES

(Mansi, *Concil.*, I, 107.)

## D. COUSTANTII MONITUM IN EPISTOLAM SEQUENTEM.

(*Epistolæ Romanorum Pontif.*, t. I, Append., p. 1.)

### I.

Joannes Baptista Cotelerius inter ea, quæ *Clementina* inscripsit [60-63], epistolam sequentem Græce et Latine edidit. Ejusdem interpretationem jam habebamus a Rufino acceptam, quam Isidorus Mercator, adoptans in fronte collectionis suæ cum non modica accessione præposuit. Cum autem hanc Isidori collectionem suo loco exhibituri simus, nonnullis forte supervacaneum videbitur, epistolam ei insertam aut hic repræsentare, aut illic recudere. Sed neque hanc sine Græco, quo primum scripta est, edere, neque in mera Isidori collectione Græcum, quo caruit, adjicere convenit. Eo autem propensius primigenium textum Græcum una cum Cotelerii interpretatione hic præmittimus, quod Rufini e Græco in Latinum conversiones quam liberæ sint et indiligentes, nemo non novit. Qui autem illius desiderat interpretationem, Mercatoris collectionem, in qua competentem sibi locum obtinebit, adeat.

[60-63] *Patres Apost.*, I sæc., tom. I, pag. 533.

Digitized by Google

II.

Rufinus præfat. in vulgatos *Recognitionum* Clementis libros epistolam istam his libris posteriorem opinatur. Photius vero cod. CXII et CXIII, dedicationem esse existimat operis, quod actus Petri et disputationes cum Simone necnon recognitionem Clementis ejusque patris ac fratrum complectebatur; atque hujus sententiæ subscribit Cotelerius, maxime cum ad calcem epistolæ fingatur Clemens jussu Petri ad Jacobum mittere opus cum hac inscriptione, *Clementis Epitome prædicationum Petri in peregrinationibus*, sive, ut Rufino magis placuit, *Itinerarium Petri*. Quo dicto, statim subdit pseudo-Clemens, atque epistolam claudit his verbis: *Cæterum exponere ut jussus sum incipiam*; quibus sane aliquod opus proxime subsecuturum promittitur. Præterea cum epistolæ hujus fine, ut postrema nota indicabimus, tam apte cohæret *Recognitionum* Clementis exordium, ut opus istud hic promitti nihil prope dubitemus.

III.

Unde confici arbitramur, ut epistolæ hujus ac mox dicti *Itinerarii* unus et idem sit parens. Cum autem *Itinerarium* illud Ecclesia respuat ut nugis ac fabulis refertum, ideoque Gelasii ejusque concilii judicio inter apocrypha rejectum sit [46], eodem judicio et de hac epistola quid censendum sit edocemur. Idem quoque judicium firmat manifesta illius cum Clementinis homiliis consensio, quam Cotelerii marginalibus notis adjuti exploratam habuimus. Neque vero inficias ibit quisquam, qui citata loca cum epistola nostra contulerit, utrumque opus ex officina una prodiisse.

IV.

Sensit etiam Rufinus [47] id epistolæ hujus veritati adversari, quod Clemens proxime Petro successisse in ea prædicatur; ac sibi objici non dissimulat, *quomodo cum Linus et Cletus in urbe Roma ante Clementem hunc fuerint episcopi, ipse Clemens ad Jacobum scribens, sibi dicat a Petro docendi cathedram traditam.* Ille quidem respondet: *Cujus rei hanc accepimus esse rationem, quod Linus et Cletus fuerunt quidem ante Clementem episcopi in urbe Roma, sed superstite Petro, videlicet ut illi episcopatus curam gererent, ipse vero apostolatus impleret officium*, indeque factum, *ut et illi ante Clementem numerentur episcopi, et Clemens tamen post obitum Petri docendi susceperit sedem.* Sed hanc rationem nullam esse jam demonstravimus cum aliis momentis, tum Romanorum pontificum catalogis, quos texuerunt antiqui Patres. In his quippe Linus et Cletus ante Clementem, non solum ut Romani episcopi, sed etiam ut proximi Petri successores recensentur.

V.

Sed et inde certa et explorata est epistolæ hujus falsitas, quod eam Clemens post passionem Petri ad Jacobum scribere fingitur, quem ante Petrum obiisse indubitatis monimentis notum habetur. Nam Jacobum anno Christi 62, a Judæis occisum esse convenit: Petrum autem aliqui anno 65, plures anno 66, alii aut 67 aut 68, nulli sane ante 65, passum existimant. Hac difficultate motus Herigerus Leobiensis abbas, qui sæculo XI florebat, apud nostrum Edm. Martene *Thesaur. Anecdot.* tom. I, pag. 117, *de epistolis decretalibus Jacobi et Clementis ad alterutrum missis, in quibus ita Clemens ait de Petro, sicut jam passo*, quærit quomodo istud componi possit. *Igitur*, inquit, *Petro vivente manifestum est eum non scripsisse: et Jacobum* (tamen) *octo annis manifestum est ante passionem Petri decessisse. Post passionem vero Petri Linus* XII *annis, et Anacletus* (hoc est *Cletus*) *totidem cooperatores Clementis, qui Petro vere successerat, exstitere. Multo minus igitur istorum tempore potuit Jacobo rescribere. Post decessum vero ipsorum cum Clemens solus novem annis Romanæ præsideret Ecclesiæ, multo adhuc minus credendum est potuisse rescribere completo a passione Jacobi* XXXII *annorum tempore.* Quibus in verbis illud obiter notandum, quod is scriptor tertium quoddam circa successionem beati Petri systema explicat. Nam Clementem Petro vere successisse pro certo habet, ac nihilominus post Petri mortem et Linum duodecim annis et Cletum totidem Romanam Ecclesiam administrasse non dubitat, non quidem veluti successores Petri, sed tanquam *cooperatores Clementis*; adeo ut Clemens tantum XXIV annis post mortem Petri solus Romanam Ecclesiam regere cœperit. Nempe post Rufinum duplex ea de re nata erat ac vulgo obtinebat opinio, quam Photius cod. CXIII memorat his verbis: *Clementem secundum a Petro urbis Romæ episcopum fuisse quidam autumant, alii vero quartum; Linum enim et Anacletum inter utrumque pontifices intercessisse.* Hinc nonnulli scriptores dum modo unam, modo alteram inconsiderate sequuntur opinionem, in manifestam verborum pugnam incidere, uti videre est in *Libro pontificali*, cujus auctor in Petro et Clemente ipsum Clementem proximum Petri successorem facit; in Lino autem et Cleto, quot Linus post Petrum, et quot deinde Cletus annos sederit, recenset. Ita et martyrologii apud Bedam vulgati scriptor ad IV Kal. Decembr. de S. Clemente hæc habet: *Hic ex præcepto B. Petri Ecclesiæ suscepit pontificatum. Linus et Cletus ideo ante eum scribuntur, quia ab ipso Principe apostolorum ad ministerium sacerdotale episcopi sunt ordinati.* Proxime tamen antea de eodem præmittit: *Hic quartus post Petrum Romæ episcopus ordinatus est*, nec meminit quod ad VI Kal. Mali Anacletus *quartus post B. Petrum Ecclesiam rexisse* ab ipso dictus fuerat: aut quod ad VI Kal. Decembris prædicarat de S. Lino, *Primus post apostolum Petrum Romanam Ecclesiam tenuit annos* XII, *menses* III, *dies* XII. Ab hac verborum pugna purgatur Martyrologium item Bedæ ascriptum, quod Bollandus initio tomi II mensis Martii vulgavit.

VI.

Postquam a Rufino Latinitate donata est hæc epistola, etiam nonnullis antiquis canonum collectionibus, nominatimque codicis a Pasch. Quesnello vulgati quibusdam exemplaribus inserta est. Unde minime mirum est eam anno 442, a concilio Vasensi I, can. 16, ac subinde a Nicolao I, Joanne VIII, aliisque Clementis nomine fuisse laudatam.

—

[46] *Gelas.* epist. 35, n. 7. [47] Rufin. præfat. in lib. *Recog.*

Digitized by Google

# EPISTOLA I.

## AD JACOBUM FRATREM DOMINI.

*Enarrat Clemens, qua ratione Petrus brevi moriturus, congregatis fratribus, et concione præmissa, qua ipsius Clementis meritum effert, et multa ei tradit regendæ Ecclesiæ præcepta, ipsum sibi successorem ordinat, ac jubetur Clemens post mortem Petri epitomen prædicationum ipsius ad Jacobum mittere.*

(Eadem est ac sequens, nisi quod multis interpolationibus ab Isidoro Mercatore, seu potius ab alio quodam multo quam Isidorus antiquiore accreta est.)

—

# EADEM EPISTOLA,

*Rufino Torano, Aquileiensi presbytero, interprete* [48].

—

Clemens Jacobo (28) fratri Domini, et Episcopo episcoporum, regenti Hebræorum sanctam Ecclesiam Hierosolymis, sed et omnes Ecclesias, quæ ubique Dei providentia fundatæ sunt, cum presbyteris et diaconibus, et cæteris omnibus fratribus. Pax tibi sit semper.

Notum [49] tibi facio, domine, quia Simon Petrus (29), qui veræ fidei merito, et integræ prædicationis obtentu, fundamentum esse Ecclesiæ definitus est, qua de causa etiam Domini ore divino cognominatus est Petrus, qui fuit primitiæ electionis Domini, apostolorum primus, cui et primo Deus Pater Filium revelavit, cui et Christus competenter beatitudinem contulit, qui et vocatus est et electus, et conviva Domini et comes effectus, tanquam bonus et probatissimus discipulus, qui obscuriorem mundi plagam Occidentis (velut omnium potentior) illuminare præceptus est, quique et integre potuit implere præceptum. Sed quousque sermonem protraho, refugiens indicare quod triste est, quod quidem necesse est, licet tarde, proferre? Hic denique ipse Petrus, qui pro immensa charitate, quam erga omnes homines gerebat, palam cum omni fiducia (adversante etiam tyranno totius mundi) bonum prædicare non destitit, et regem omnium sæculorum per orbem terræ, et usque ad ipsius Romanæ urbis hujus notitiam, ut etiam ipsa salvaretur, invexit; hic, inquam, pro pietate pati volens præsentem vitam finivit [50]. In ipsis autem diebus, quibus vitæ finem sibi imminere præsensit, in conventu fratrum positus, apprehensa manu mea, repente consurgens, in auribus totius Ecclesiæ hæc protulit verba: « Audite me fratres et conservi mei: quoniam, ut edoctus sum ab eo qui misit me, Domino et magistro meo Jesu Christo, dies mortis meæ instat, Clementem hunc episcopum vobis ordino, cui soli meæ prædicationis et doctrinæ cathedram trado [51]: qui mihi ab initio usque in finem comes in omnibus fuit, et per hoc veritatem totius meæ prædicationis agnovit: qui in omnibus tentationibus meis socius exstitit, fideliter perseverans: quem præ cæteris expertus sum Deum colentem, homines diligentem, castum, discendi studiis deditum, sobrium, benignum, justum, patientem, et scientem ferre nonnullorum (etiam ex his qui in verbo Dei instituuntur) injurias.

Propter quod ipsi trado a Domino mihi traditam potestatem ligandi et solvendi; ut de omnibus quibuscunque decreverit in terris, hoc decretum sit et in cœlis. Ligabit enim quod oportet ligari, et solvet quod expedit solvi, tanquam qui ad liquidum Ecclesiæ regulam noverit [52]. Ipsum ergo audite, scientes quia quicunque contristaverit doctorem

[48] Vide præf. in *Recogn.* ad Gaudentium, ubi ait hanc a se olim interpretatam atque editam. [49] Vide infrà (t. II) *Epitomen historiæ Clementinæ*, sive *Librum de gestis sancti Petri*, anno 1555, opera Adriani Turnebi Græce editum, et Latine redditum a Joachimo Perionio O. B. [50] *Gesta* sive *Epitome* cit., p. 412, edit. Coloniensis ann. 1569. [51] *Const.* VII, 46. [52] 11 quæst. 3, *Quicunque contrist.* Et in epist. I Alexandri papæ I.

(28) Cum hæc epistola scripta sit, ut in fronte et capite illius apparet, post obitum S. Petri, adeoque post XIII annum Neronis, ad Jacobum fratrem Domini scripta esse nequit: utpote qui, teste Hieron. *De viris illustribus*, septimo anno Neronis Hierosolymis occisus est; unde patet, quod hæc epistola vel non sit Clementis, vel potius ad Simonem, qui etiam frater Domini fuit, scripta sit, et in titulum epistolæ mendose vox, *Jacobum*, irrepserit. Ita Possevinus in *Apparatu sacro*, in verbo Clemens Romanus. Sev. Binius.

(29) Sequentes variantes lectiones, notulasque suppeditavit Harduinus, qui non has Clementis epistolas tantum, sed etiam reliquas Isidorianæ collectionis contulit cum ms. Bibliothecæ collegii Paris. Soc. Jesu; in quo hujus epistolæ hic titulus habetur: *Incipit Epistola Clementis ad Jacobum fratrem Domini.* Deest autem, *Petrus*, recte.

Digitized by Google

veritatis, peccat in Christum, et Patrem omnium exacerbat Deum, propter quod et vita carebit. Ipsum autem qui præest cæteris, oportet medici vicem agere, et non feræ bestiæ furore commoveri. » Hæc eo dicente, ego procidens ad pedes ejus, rogabam, excusans me, et declinans honorem cathedræ, vel potestatem. At ille respondens : Pro hoc, inquit, ne me rogaveris. Hoc enim fieri statutum est mihi, et eo magis, quod excusas ; quia hæc cathedra eum qui cupit eam, et audacter expetit, non requirit, sed ornatum moribus et in verbis eruditum. Quod si esset alius melior, si quis mihi alius adjutor tam sedulus astitisset, si quis tam plene doctrinæ meæ rationem cepisset, sed et ecclesiasticas dispositiones a me tam plene didicisset, habens alium talem, non te cogerem opus bonum suscipere nolentem. Superfluum est ergo alium quærere, cum primitias eorum qui ex gentibus per me salvantur, et præcipue hujus urbis, te primum obtulerim Deo. Sed et illud intuere, quia si periculum peccati timens, suscipere refugis Ecclesiæ gubernacula; certus esto, quia amplius peccas, qui populum Dei velut in fluctibus positum et periclitantem, cum juvare possis, subterfugis; tui tantummodo habens considerationem, et non quod in commune omnibus expedit, providens. Sed certus esto, quod necesse est te suscipere omne periculum, quia nec ego pro salute omnium ab obsecrando cessabo. Quanto ergo mihi citius acquieveris, tanto me citius laboris et tristitiæ meæ mœrore relevabis. Novi etiam hoc, o Clemens, quod tibi tædia et molestias, pericula etiam et opprobria inerruditi vulgi indocilisque conciliem; quæ tu tamen scio quod constanter et fortiter feres, respiciens ad illam spem, quæ tibi apud Deum patientiæ præparat coronam. Sed et illud cupio, te mecum justa ratione perspicere, quando maxime opera tua indiget Christus, nunc cum inimicus adversus sponsam ejus commovet bellum, an futuro in tempore, quando jam Christus post victoriam triumphabit, nec ultra ullius opera indigebit? Quis non etiam parvi sensus intelligat, quod istud est tempus, in quo operam tuam Christus requirit? Tota igitur mente in præsenti necessitate præbe operam tuam, et auxilium in prœliis exhibe regi optimo, remunerationes magnificas post victoriam reddituro [52]. Libenter ergo suscipe episcopatus officium, eo maxime, quod ecclesiasticas dispositiones a me probabiliter didicisti, ut salus eorum, qui per nos confugerunt ad Deum, nequaquam vacillet. Verumtamen et breviter te de ipsius dispensationis ordine coram omnibus commonere necessarium duco [53].

Te quidem [54] oportet irreprehensibiliter vivere, et summo studio niti, ut omnes vitæ hujus occupationes abjicias ; ne fidejussor existas, ne advocatus litium fias, neve id ulla aliqua occupatione prorsus inveniaris mundialis negotii occasione perplexus. Neque enim judicem aut cognitorem sæcularium negotiorum hodie te ordinare vult Christus [55], uti ne præfocatus præsentibus hominum curis, non possis verbo Dei vacare, et secundum veritatis regulam secernere bonos a malis. Ista namque opera, quæ tibi minus congruere superius exposuimus, exhibeant sibi invicem discentes, id est laici; et te nemo occupet ab his studiis, per quæ salus omnibus datur.

Sicut enim [57] tibi impietatis crimen est, neglectis verbi Dei studiis, sollicitudines suscipere sæculares : ita et unicuique laicorum peccatum est, nisi invicem sibi etiam in his quæ ad communis vitæ usum pertinent, operam fideliter dederint. Te vero securum facere ex his, quibus non debes vacare [58], omnes communiter elaborent. Quod si forte a semetipsis hoc laici non intelligunt, per diaconos edocendi sunt, ut tibi solius Ecclesiæ sollicitudines derelinquant; quo ipsam, ut dignum est, dispensare sufficias, et veritatis verbo abundantius et studiosius deservire. Si enim mundialibus curis fueris occupatus, et teipsum decipies, et eos qui te audiunt. Non enim poteris, quæ ad salutem pertinent, plenius singulis quibusque distinguere. Et ex eo fiet, ut et tu tanquam qui non docueris quæ ad salutem hominum pertinent puniaris [59], et discipuli per ignorantiam pereant.

[60] Idcirco tu quidem ad hoc solum vacato, ut opportune et sine intermissione doceas verbum Dei, per quod salutem consequi possint [61]. Illi vero cum tanta reverentia tua verba suscipiant, tanquam qui sciant legatum te et præconem esse veritatis, et quodcunque super terram ligaveris, esse ligatum et in cœlo; et quodcunque solveris super terram, etiam ibi esse solvendum [62]. Quoniam quidem et tu, ut dixi, quæ oportet, ligabis, et quæ expedit solves. Et ad te quidem qui præes, ista sint monita, et his similia. Ad presbyteros vero sint ista [63] : Ante omnia, ut pudicitiæ studentes, adolescentes nuptiis jungant, quo calorem ferventis ætatis conjugali lege præveniant. Sed ne in provectioribus quidem curam habere hujuscemodi negligant, quia, in multis, etiam cum senuerit corpus, concupiscentia viget [64]. Ne forte ergo fornicationis labes, occasione accepta, tanquam venenum pessimum serpat in vobis, cavere et antevenire necessarium est, ne quod in vobis adulterii occultum coalescat [65] incendium. Et quid in omnibus peccatis adulterio gravius? Secundum namque in [66] pœnis obtinet locum, quoniam quidem primum illi habent, qui

[53] *recepturus*, in c. Just. [54] *duxi*. [55] 12 q. 1, *Te quidem*. [56] Deest hæc vocula in c. Just. [57] 11 q 1, *Sicut enim*. [58] *et his quibus debes vacantem*, idem codex. [59] *deponaris*. [60] Idem in epistola Evaristi papæ. [61] Ivo, in Decret. lib. v. [62] Matth. xvi. [63] Const. iv, 10. [64] Nic. 1. ep. 49. [65] *culescat*. [66] 32 quæst. 7. *Quid in omnibus*.

Digitized by Google

aberrant a Deo, etiamsi sobrie vixerint [67]. Propter quod vos, o presbyteri, Ecclesiam excolite, et ordinate [68] sponsam Christi ad pudicitiam. Sponsam autem dico, omnem Ecclesiæ congregationem; quæ si pudica inventa fuerit a sponso suo, ingentibus ab eo donis et muneribus honorabitur; et vos, velut ministri sponsæ, et amici sponsi, ingenti gaudio et lætitia perfruemini. Si vero sponsa hæc reperta fuerit commaculata peccatis, ipsa quidem, tanquam indigna, non tradetur regalibus [69] toris. Vos autem pœnas dabitis, si forte per vestram negligentiam vel desidiam obrepserit contagio sæva peccati. Idcirco ante omnia sobrietatis et pudicitiæ sollicitudinem gerite. Valde enim apud Deum grave crimen ducitur fornicatio, cujus species sunt quidem plures, sicut vobis et ipse Clemens diligenter exponet. Verumtamen prima species adulterii est, virum propria uxore solummodo non esse contentum, et mulierem non proprio tantum servare se viro. Si ergo castus fuerit quis, potest et humanus et misericors fieri, per quod et ipse æternam a Deo misericordiam consequatur. Sane sicut adulterii venenum cunctis malis perniciosius est, ita amor fraternus et charitas totius boni fastigium tenet. Et ideo diligite omnes fratres vestros, et cum religione ac misericordia respicite ad omnes [70]. Orphanis exhibete vosmetipsos parentes. Viduis virorum curam impendite, cum omni castitate, quæ necessaria sunt, præbentes. Juniores tamen viduas nuptiis copulate. His qui ignorant artificia, exquirite honestas aliquas occasiones, quibus victum necessarium quærant; artificibus vero operam providete, debilibus misericordiam facite. Scio autem hæc omnia facturos vos, si charitatem præ cæteris et ante omnia in vestro corde figatis. Cujus charitatis, et recipiendæ, et habendæ, maximum erit fomentum, si frequenter inter vosmetipsos communem cibum vestrum mensamque faciatis, et inquantum unusquisque prævalet, crebrius panes ac sales suos cum fratribus suis sumat. Per hæc enim præcipue charitas comparatur, et causa totius boni in hujusmodi communione consistit. Ubi autem pax et bonitas, ibi et salus. Propter quod communes facite cibos vestros cum his qui secundum Deum fratres sunt, quia per hæc temporalia officia, pacis et charitatis fruetibus gaudia æterna merebimini [71]. Multo autem sollicitius esurientes reficite, et sitientibus potum date, nudis vestimentum; ægros visitate, et eos qui in carcere sunt, prout possibile est, juvate; peregrinos satis prompte in domibus vestris suscipite [72]. Et ne omnia nunc singulatim dicam, omne bonum ipsa per se (si in vobis fuerit) charitas vos facere docebit, sicut et econtrario eos qui a salute alieni sunt, omne malum facere odium docet.

A

B

C

D

Si qui [73] ex fratribus negotia habent inter se, apud cognitores sæculi non judicentur; sed apud presbyteros Ecclesiæ, quidquid illud est, dirimatur et omni modo obediant statutis eorum. Super omnia autem avaritiam fugite; quæ homines occasione præsentis lucri ab æternis separat bonis. Pondera, mensuras, stateras, pro locis quibusque æquissima custodite; deposita fideliter restituite. Quæ omnia, et si qua sunt similia his, ita demum sollicite et diligenter implebitis, si futurum Dei judicium sine intermissione in vestro corde volvatis. Quis enim peccare poterit, si semper ante oculos suos Dei judicium ponat? Quod in fine mundi certum est agitandum, ut tandem qui bene in hac vita egerunt, consequantur bona reposita; peccatores autem ut consequantur præparatas et reconditas pœnas, de quibus ita futurum dubitare omnino non possumus; siquidem hæc omnia ita esse ventura verus nobis Propheta prædixit. Unde et vos, qui estis veri prophetæ discipuli, abjicite a cordibus vestris ante omnia discordias et animorum dissensiones, ex quibus omne malum opus procedit, et benignitatem ac simplicitatem tota mente servate. Quod si forte alicujus cor vel livor, vel infidelitas, vel aliquod malum ex his quæ superius memoravimus, latenter irrepserit; non erubescat, qui animæ suæ curam gerit, confiteri hæc huic qui præest, ut ab ipso per verbum Dei et consilium salubre curetur, quo possit integra fide et operibus bonis pœnas æterni ignis effugere, et ad perpetuæ vitæ præmia pervenire.

Diaconi vero Ecclesiæ [74], tanquam oculi sint episcopi oberrantes [75], et circumlustrantes cum verecundia actus totius Ecclesiæ, et perscrutantes diligentius, si quem videant vicinum fieri præcipitio, et proximum esse peccato, ut referant hæc ad episcopum, et commoneri ab eo possit is qui in præcipitium lapsurus est, uti revocetur, et non corruat in peccatum. Negligentiores [76] quoque, et eos qui rarius ad audiendum verbum Dei accedunt, nec sollicite ad episcopi tractatum conveniunt, ipsi commoneant et hortentur. Si enim assidui sint ad audiendum, non solum vitæ æternæ ex salubri commonitione capiunt lucra, verum et quæcunque illæ sunt tristitiæ vel mœrores, quæ [77] ex præsentis vitæ necessitatibus et cladibus temporum veniunt, quæque malorum sermonibus [78] in corde suo velut jacula defixa circumferunt, abjiciuntur omnia prædicatione veritatis, et vitæ æternæ doctrina [79], et eruditione purgata. Alioquin si multo tempore auditum subtrahant a verbo Dei, et remaneant [80] in cultu [81] vitiorum, sine dubio spinis erunt ac [82] sentibus occupati. Et quid aliud, nisi ad ignem talis hæc terra præparabitur? De his ergo, ut diximus, diaconis [83]

[67] Et in *Decr.* Ivo, lib. VII. [68] *adornate.* [69] *extrudetur a regalibus.* [70] Constit. IV 2. [71] Item in ep. 2 S. Evaristi papæ. [72] Matth. XXV. [73] 11. quæst. 1, *Si qui est.* [74] Distinct. 93, *Diaconi Ecclesiæ.* [75] Const. II, 44. [76] Ms. *Negligentiores*, et ita semper. [77] Ms. *qui*, et ex recentiori manu *quæ.* [78] Ms. *quæcunque sermonibus suis.* [79] Ms. *vitæ æternitate, doctrina*, etc. [80] *inculti vitiorum*, etc. [81] Ms. *a cultu.* [82] *Deum amiserunt, spinis ac.* [83] Ms. *diaconi.*

Digitized by Google

cura sit. Sed et eos qui secundum carnem ægrotant, sollicite perquirant, et plebi (si forte plebs [84] ignorat) indicent de his, ut et ipsi visitent eos, et quæ necessaria sunt, præbeant eis cum conscientia ejus qui præest. Quod [85] tamen etiam si clam fecerint, non peccabunt, sed et de peregrinis[a] similiter episcopo suggerant refovendis; et cætera his similia, quæ ad cultum Ecclesiæ et disciplinam ejus pertinent, diaconis curæ sint [86]. Qui catechizant, id est qui verbo instruunt incipientes, primo oportet, ut ipsi instructi sint; de anima enim agitur hominum. Et oportet eum qui docet et instruit animas rudes, esse talem, ut pro ingenio discentium semetipsum possit aptare, et verbi ordinem pro audientis capacitate dirigere. Debet ergo ipse præcipue [87] apprime esse eruditus et doctus, irreprehensibilis, maturus, impavidus, sicut ipsi probabitis fore Clementem hunc post me. Multum est autem, si ego nunc de singulis, quæ unusquisque habere debeat, prosequar.

Verumtamen illud est quod præ cæteris ab omnibus vobis cupio in commune servari, ut concordiam teneatis, per quod solum [88] potestis portum quietis intrare, et civitatem summi regis, quæ pax nominatur, habitare [89]. Similis [90] namque est status omnis Ecclesiæ magnæ navi, quæ per undosum pelagus diversis e locis et regionibus viros portat, ad unam potentis regni urbem properare cupientes. Sit ergo navis hujus Dominus [91], ipse omnipotens Deus, gubernator vero sit Christus. Tum deinde proretæ officium episcopus impleat, presbyteri nautarum, diaconi dispensatorum locum teneant: hi qui catechizant, nautologis conferantur; epibatis autem, totius fraternitatis multitudo similis sit; ipsum quoque mare hic mundus habeatur: ventorum vero varietates et turbinum, diversis tentationibus conferantur: persecutiones, tribulationes et pericula, fluctibus exæquentur. Terreni vero spiritus, qui vel de torrentibus, vel de convallibus spirant, pseudoprophetarum et seductorum, seu pravæ doctrinæ verba ducantur [92]: promontoria vero et loca confragosa, hi qui in potestatibus sæculi sunt judices, et pericula minantur et mortes. Dithalassa [93] vero loca, quæ duplicibus undæ fallacis æstibus verberantur, dubiis mente, et de repromissionum veritate nutantibus conferantur, atque his qui irrationabili fidem nostram ratione discutiunt. Hypocritæ autem et dolosi, piratis similes habeantur. Jam vero rapidus vortex, et tartarea Charybdis, et saxis illisa naufragia, ac mortiferæ submersiones, quid aliud æstimanda sunt, quam peccata? Restat igitur, ut hæc navis cursu prospero tuta possit portum desideratæ urbis intrare, ita Deo precem fundere navigantes, ut mereantur audiri. Audiri autem a Deo ita demum merebitur quis, si orationes ipsæ [94] bonis moribus et bonis operibus adjuventur. Sed ante omnia cum quiete et silentio, epibatæ (id est laici) in suis unusquisque resideant locis, ne forte per inquietudinem, et inconditos inutilesque discursus, si passim vagari cœperint, vel ab officio suo nautas impediant, vel in alterum latus per inquietudinem eorum navis pressa demergatur. Nautologi de mercedibus [95] commoneant; et nihil omnino quod ad diligentiam vel ad disciplinam pertinet, diaconi negligant. Presbyteri velut nautæ aptent singula ad instructionem navis diligenter, et instruant quæ in suo tempore requirenda sunt. Episcopus tanquam proreta, vigilanter et sollicite gubernatoris verba custodiat Christi. Salvator Dominus gubernator Ecclesiæ suæ, diligatur ab omnibus, et ipsius solius præceptis ac jussis credat et obediat omnis Ecclesia. Deo quoque indesinenter supplicetur a cunctis de prosperitate ventorum, ut navigantes omnem tribulationem et omne periculum superent, tanquam mare profundum mundi istius et vitæ humanæ pelagus navigantes, in quo esuriendum sit et sitiendum, nuditatem quoque ferendam, morbos etiam corporis et ægritudines tolerandas. Insuper et hominum insidiis ac dolo sæpe laborandum, quippe qui dispergendos se nonnunquam noverint, sed aliquando etiam congregandos, vomitus quoque et sugillationes ferendas, cum ex confusione peccatorum et rejectione criminum, velut male congregati in visceribus fellis, jactura facienda est, et abjicienda prorsus e corde omnis intrinsecus quæ latet amaritudo peccati, si qua forte ex desideriis iniquis, velut ex cibis noxiis, congregata est. Quam utique cum evomuerit quis et abjecerit, ingentis ægritudinis liberabitur morbo, si tamen post vomitum, quæ ad sanitatem pertinent, sumat. Verumtamen scitote cuncti [96], quod supra omnes vos laboret episcopus; quia unusquisque vestrum suum proprium fert laborem, ille vero et suum et singulorum. Propter quod, o Clemens, tanquam qui omnibus præesse te noveris, singulos (prout potueris) juva, et singulos releva, qui et singulorum onus et sollicitudinem portas. Unde et ego nunc hanc tibi injungens dispensationem, scio quia accipio gratiam magis, quam præsto. Sed esto confidens et fortiter ferens; certus quia laboris tui meritum recipies, cum ad portum quietis incolumem hanc provexeris navem. Ibi mercedes et præmia pro omnium salute suscipies, si hic pro omnium incolumitate vigilaveris. Itaque si te multi e fratribus propter rigorem justitiæ odio habuerint, ex hoc quidem non læderis, sed ex hujuscemodi odiis amor tibi conciliabitur Dei. Et ideo satage magis et refuge, ne lauderis ab iniquis, et ne a pessime agentibus diligaris; sed potius propter justam dispensationem [97], et æquissimam regulam disciplinæ, a Christo collaudari merearis [98]. Hæc

[a] Ex ms. dele *plebs*. [84] Dist. 93, *Diaconi Ecclesiæ*. [85] Ms. *cura sit*. [86] In ms. abest vox *præcipue*. [87] *quam solam*. [88] Redundat vox *habitare*, nec legitur in ms. [89] Ivo in *Decret* part. III, c. 1. [90] Anaclet. epist. 1, Const. II, 61. [91] *vocentur*. [92] Ms. *Bithalassa*. [93] *ipsius* [94] *mercibus*. [95] Evarist. 2 epist. [96] Ms. *justitiæ dispensationem*. [97] *Gesta S. Petri*, p. 413.

Digitized by Google

formam tenentes (19) apostoli (vel (20) successores ejus), quos eligebant, cum consensu totius Ecclesiæ ordinabant præpositos.

A καὶ μεταξὺ ἐπινομὴν δεδώκασιν, ὅπως ἐὰν κοιμηθῶσιν, διαδέξωνται ἕτεροι δεδοκιμασμένοι ἄνδρες τὴν λειτουργίαν αὐτῶν... συνευδοκησάσης τῆς Ἐκκλησίας πάσης

[*Hactenus ex Spicileg. solesm.*]

II (21).

*Ex Irenæi libro* III *Adversus hæreses, cap.* 3.

Sub hoc igitur Clemente dissensione non modica inter eos qui Corinthi essent fratres facta, scripsit quæ est Romæ Ecclesia potentissimas litteras Corinthiis, ad pacem eos congregans, et reparans fidem eorum, et annuntians quam recens ab apostolis acceperat traditionem, annuntiantem unum Deum omnipotentem factorem cœli et terræ, plasmatorem hominis; qui induxerit cataclysmum, et advocaverit Abraham, qui eduxerit populum de terra Ægypti, qui collocutus sit Moysi, qui legem disposuerit, et prophetas miserit, qui ignem (22) præparaverit diabolo et angelis ejus (23).

III.

*Ex S. Joanne Damasceno, Eclog. lib.* I, *tit.* 49, *pag.* 752.

S. Clementis episcopi Romani.

Ad salutem sufficit hominis erga Deum amor. Grati siquidem animi est, dilectionem erga eum conservare, qui nobis ut simus est auctor: qua fit etiam, ut ad alterum ac senii expers sæculum salvi evadamus.

*Ejusdem.* Tentavit Deus Abraham, non quia ignorabat quis esset, sed ut posterioribus sæculis notum faceret, nec latere pateretur tantum virum: quin potius alios ad fidem et patientiam illius excitaret, suaderetque filiorum amorem præ divini præcepti exsecutione negligendum esse. Quamobrem prospexit ac fecit, ut historia ejus litteris commendaretur.

B Τοῦ ἁγίου Κλήμεντος ἐπισκόπου Ῥώμης.

Αὐτάρκης εἰς σωτηρίαν ἡ εἰς Θεὸν ἀνθρώπου ἀγάπη. Εὐγνωμοσύνης γάρ ἐστι τὸ πρὸς τὸν τοῦ εἶναι ἡμᾶς αἴτιον ἀποσώζειν στοργήν, ὑφ' ἧς καὶ εἰς δεύτερον, καὶ ἀγήρω αἰῶνα διασωζόμεθα.

*Τοῦ αὐτοῦ* Ἐπείρασεν ὁ Θεὸς τὸν Ἀβραάμ, οὐκ ἀγνοῶν τίς ἦν, ἀλλ' ἵνα τοῖς μετὰ ταῦτα δείξῃ, καὶ μὴ κρύψῃ τὸν τοιοῦτον, καὶ διεγείρῃ εἰς μίμησιν τῆς ἐκείνου πίστεως καὶ ὑπομονῆς, καὶ πείσῃ καὶ τέκνων στοργῆς ἀμελεῖν πρὸς ἐκπλήρωσιν θείου προστάγματος· ὅθεν ἔγγραφον περὶ αὐτοῦ ἱστορίαν γενέσθαι ᾠκονόμησεν.

IV.

*Ex S. Joanne Damasceno, lib.* I *Eclog., tit.* 23, *pag.* 783.

S. Clementis episcopi Romani e secunda ad Corinthios epistola.

Non turbet cor vestrum, quod iniquos ditescentes

C Τοῦ ἁγίου Κλήμεντος ἐπισκόπου Ῥώμης ἐκ τῆς β' πρὸς Κορινθίους ἐπιστολῆς.

Μὴ ταρασσέτω τὴν καρδίαν ὑμῶν, ὅτι βλέπομεν

(19) *Hanc formam tenentes apostoli.* Sive Paulino, sive Joanni diacono grates agere est propter asservatam *hanc formam*. Hinc enim solvitur lis diu et acriter a viris doctis agitata ob vocem Græcam ἐπινομήν, quæ uti prorsus insolens, negotii multum multis lacessivit. Alii siquidem legebant ἀπονομήν, alii ἐπιλογήν, alii ἐπιταγήν, alii demum ἐπιμονήν. Nec minor in ejus interpretatione dissensus: hi reddebant *ordinem præscriptum*, isti *præscriptas officiorum vices*, illi *præceptum* aut *formam*. Ut ut sit, ultima stante sententia, *forma* esto genuinus sensus, sitque illa vox Græca primigenia, quæ ad hanc significationem magis accesserit.

(20) *Vel.* Istud insititium est aut paulo liberius interpres nodum per paraphrasin explicuit; quem ut solveret Davisius, in his οἱ ἀπόστολοι ἡμῶν, aut legendum putavit εὖ μήν, aut prorsus delendum ἡμῶν. Erit forsan qui conjiciet collectorem legisse: ὁ ἀπόστολός τε καὶ ἡμεῖς, ac transtulisse latiori modo: *apostolus vel successores ejus*, Petrum intendens ac primos ipsius διαδόχους, nempe Linum, Cletum, Clementem. Quid plura? Clemens a Petro quartus potuit scribere, interpresque adamussim legere: *vel successores ejus.*

(21) Quin hoc fragmentum ad 1 epistolam pertineat, Irenæi præfatio dubitare non sinit. In eo Clementis sententiarum potius summa refertur, quam ipsa verba. Idcirco Græcum Irenæi textum referre supersedemus.

(22) Forte nihil aliud, quam quod hic Irenæus indicat, commemorare voluit apud Justinum auctor responsionum ad quæst. 74, ubi ait: *Si præsentis rerum status finis est impiorum per ignem judicium, prout dicunt prophetarum et apostolorum scripta, insuperque Sibyllæ ipsius, quemadmodum ait beatus Clemens in epistola ad Corinthios.* Quod si ita est, Clementis epistolam primam citat ille scriptor, non secundam: adeoque ruit Usserii, adversus hanc, argumentum, quasi in ea Sibyllini libri, quos Clemente posteriores esse vult, laudati fuerint. Sed neque in allato loco pseudo-Justinus Sibyllinos libros a Clemente citatos esse affirmat: commode enim illius verba intelligere ita licet, ut præsentis D status finem fore impiorum per ignem judicium prophetæ, apostoli, ac Sibylla, necnon Clemens dixerint, maxime si valet Cotelerii conjectura, in Græco καὶ ὡς (non καθὼς) φησὶν ὁ μακάριος Κλήμης, legendum esse opinantis.

(23) His allatis Irenæus Clementis epistolam commendat his verbis: *Hunc Patrem Domini nostri Jesu Christi ab Ecclesiis annuntiari, ex ipsa Scriptura qui velint discere possunt, et apostolicam Ecclesiæ traditionem intelligere; cum sit vetustior epistola his qui nunc falso docent.* Ubi discimus duplicem Christianæ scientiæ fontem, Scripturam nimirum et traditionem.

Digitized by Google

τοὺς ἀδίκους πλουτοῦντας, καὶ στενοχωρουμένους τοὺς τοῦ Θεοῦ δούλους. Οὐδεὶς γὰρ τῶν δικαίων ταχὺν καρπὸν ἔλαβεν, ἀλλ' ἐκδέχεται αὐτόν. Εἰ γὰρ τὸν μισθὸν τῶν δικαίων ὁ Θεὸς εὐθέως ἀπεδίδου, ἐμποριαν ἠσκοῦμεν, καὶ οὐκ εὐσέβειαν, οὐ διὰ τὸ εὐσεβὲς, ἀλλὰ τὸ κερδαλέον διώκοντες.

A videamus, et Dei servos angustiis afflictos. Nemo quippe justorum continuo fructum retulit, sed illum exspectat. Si enim justorum mercedem Deus statim redderet, mercaturæ, non pietati operam daremus: justi siquidem esse non religionis, sed quæstus gratia videremur.

V.

*Ex vetusto codice* (24) *Bibliothecæ PP. soc. Jesu.*

Τοῦ ἁγίου Κλήμεντος ἐκ τῆς πρὸς Κορινθίους β'.

Ὁ τῶν παρόντων αἰσθητικὸς, συνίησιν ὡς οὔτε ἃ λογίζονταί τινες εἶναι τερπνὰ, ξένα καὶ μακρὰν ἐστι τῶν ἀπεχθῶν. Ἀλλὰ καὶ πλοῦτος πολλάκις μᾶλλον πενίας ἔβλιψε, καὶ ὑγεία πλέον ἠνίασε νόσου. Καὶ καθόλου τῶν λυπηρῶν καὶ φευκτῶν πάντων ὑπόθεσις καὶ ὕλη, ἡ τῶν ἀσπαστῶν καὶ κατ' εὐχὴν περιβολὴ γίνεται.

Sancti Clementis ex epistola secunda ad Corinthios.

Qui præsentia sentit, intelligit etiam ea, quæ nonnulli jucunda reputant, aliena et procul dissita non esse ab iis quæ odio habentur. Quin etiam divitiæ sæpenumero magis quam paupertas læserunt, et sanitas plus morbo afflixit. In summa, gratarum atque optatarum rerum affluentia, omnium tristium ac fugiendarum causa et materia evadit.

VI.

*Ex sermone* 8 *S. Maximi, edit. Combefis., pag.* 556.

Κλήμεντος Ῥώμης.

Οὐ δίκαιόν ἐστι, τοῦ δεδωκότος ἐγκαταλειφθέντος, τὰ δοθέντα παραμένειν τοῖς ἀγνώμοσιν.

Clementis Romani.

Haud æquum est, eo qui dedit derelicto, quæ data sunt apud ingratos remanere.

VII (25).

*Ex ms. collectione Sententiarum ex Patribus aliisque auctoribus decerptarum in cod.* 143. *Barocc. bibliothecæ Bodleianæ cap.* Περὶ συνηθείας καὶ ἔθους, *fol.* 136.

Κλήμεντος Ῥώμης.

Διαφορὰ τυγχάνει ἀληθείας καὶ συνηθείας· ἡ μὲν γὰρ ἀλήθεια γνησίως ζητουμένη εὑρίσκεται, τὸ δὲ ἔθος ὁποῖον ἂν παραληφθῇ, εἴτε ἀληθὲς, εἴτε ψευδὲς, ἀκρίτως ὑφ' ἑαυτοῦ κρατύνεται· ἐν αἷς γὰρ ἕκαστος ἐκ παιδόθεν ἐθίζεται, ταύταις ἐμμαίνειν[79] ἥδεται. Ὁ γὰρ μισεῖ τις διὰ τὴν ἐπιοῦσαν τῇ ἡλικίᾳ σύνεσιν, τοῦτο διὰ τὴν πολυχρόνιον τῶν κακιῶν συνήθειαν πράττειν ἀναγκάζεται, δεινὴν σύνοικον τὴν ἁμαρτίαν παρειληφώς.

C

Clementis Romani.

Est differentia inter veritatem et consuetudinem; veritas enim sincere quæsita invenitur, consuetudo autem qualiscunque etiam assumatur, sive recta sive vana, indiscriminatim a semetipsa firmatur. Quibus enim quisque a puero assuescit, illis inhærere amat. Quod enim quis odit pro ea prudentia quam ætas invexit, id ob diuturnam malorum consuetudinem facere cogitur, peccatum nactus gravem contubernalem.

VIII.

*Ex Basilio lib. de Spiritu sancto, c.* 29.

Ἀλλὰ καὶ Κλήμης ἀρχαιότερος· Ζῇ, φησὶν, ὁ Θεὸς, καὶ Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, καὶ τὸ Πνεῦμα ἅγιον.

D Sed et antiquior Clemens: Vivit, inquit (26), Deus, et Dominus Jesus Christus, et Spiritus sanctus.

[79] Leg. ἐμμένειν. Max., Ser. 62, *pag.* 673.

(24) In quo scil. continentur Eclogæ sacræ S. Joannis Damasceni. Excerptum fuerat hoc fragmentum Cotelerii opera ex cap. Περὶ τῶν προσκαίρων καὶ τῶν αἰωνίων ἀγαθῶν, καὶ ὅτι χρὴ τῶν παρόντων τὰ μέλλοντα προτιμᾶν· quod respondet capiti 20 libri III *Parallelorum* apud Damascenum olim editorum, ubi tamen desiderabatur, quoad illud in novissima Damasceni editione tom. II, pag. 787, eruditissimus vir Michael Lequien nobis exhibuit.

(25) Fragmentum hoc debemus Joanni Ernesto Grabio, qui illud tomo I *Spicilegii Patrum*, pag. 289, in lucem emisit. Postrema illius pars, a verbis ὁ γὰρ μισεῖ τις ad finem usque, a Maximo edit. Combefisii, sermoni 62, inserta jam habebatur.

(26) Nemo non videt *Dei* nomine Personam Patris intelligi. Id enim antiquis moris esse nullus ignorat, nisi qui in ipsorum scriptis peregrinus est, ut cum Deum simpliciter sine adjuncto in Scripturis legunt vel ipsi enuntiant, Patrem hoc nomine expressum interpretentur atque ipsi exprimant. Ex hoc autem fragmento nonnulli, specialem de Spiritu sancto sermonem a Clemente habitum esse volunt, idque subsequenti confirmant; sed rem non evincunt; cum etiam in epistolis de Spiritu sancto hæc disserere licuerit, ac certum sit mutilas esse epistolas superiores



Digitized by Google

## IX (27).

*Ex vetere codice bibliothecæ Regiæ.*

S. Clementis episcopi Romani, qui post apostolum Petrum sedi apostolicæ præfuit, de Spiritu sancto.

Beatus vir qui clausos oculos aperuit, et expulsum flatus difficultate spiritum per resurrectionem accepit. Hoc erat humi jacere, et in pedes non stare, non habere veritatem. Resurrectio autem est Patris agnitio, et apparitio Filii, qua sensus patefecit. Beatus vir qui cognoscit Patris donum per processionem sanctissimi Spiritus. Beatus vir qui agnoscit et comprehendit Spiritum sanctum esse donum illius, ab eo in figura columbæ traditum. Hoc enim animal innocentiam habet, et caret felle. Pater autem ab omni malitia alienus Spiritum dedit a malitia alienum, expertem iræ atque acerbitatis, perfectum, intaminatum e suis visceribus emittens, ut componeret sæcula, et ejus, qui videri non potest, præberet cognitionem. Ille ergo Spiritus sanctus est et rectus, qui ab ipso procedit, item virtus illius, et voluntas ejus, qui ad plenitudinem gloriæ ejus apparuit. Hunc qui accipiunt, veritatis et gratiæ perfectæ typo signantur.

A Τοῦ ἁγίου Κλήμεντος ἐπισκόπου Ῥώμης, μετὰ τὸν ἀπόστολον Πέτρον τοῦ ἀποστολικοῦ θρόνου ἡγησαμένου, εἰς τὸ ἅγιον Πνεῦμα.

Μακάριος ὁ κεκλεισμένους ὀφθαλμοὺς ἀνοίξας, καὶ διωκόμενον ἄσθματι πνεῦμα διὰ τοῦ ἐγεῖραι ἀναλαβών. Τὸ χαμαὶ κεῖσθαι τοῦτο ἦν καὶ τὸ ἐπὶ ποδῶν μὴ ἑστάναι, τὸ τὴν ἀλήθειαν οὐκ ἔχειν. Ἀνάστασις δέ ἐστι Πατρὸς ἡ ἐπίγνωσις, καὶ ἐπιφάνεια τοῦ Υἱοῦ, ᾗ τὰς αἰσθήσεις ἐφανέρωσε. Μακάριος ἀνὴρ ὁ γινώσκων τὴν τοῦ Πατρὸς δόσιν δι' ἐκπορεύσεως τοῦ παναγίου Πνεύματος. Μακάριος ὁ γινώσκων καὶ λαβών, ὅτι τὸ ἅγιον Πνεῦμά ἐστιν ἡ δόσις αὐτοῦ, καὶ τοῦτο ἐν τύπῳ περιστερᾶς παρέσχε. Τὸ γὰρ ζῶον ἀκακίαν ἔχει, καὶ ἄχολόν ἐστιν. Ἄκακος δὲ ὁ Πατὴρ Πνεῦμα ἔδωκεν ἄκακον, ἀόργητον, ἀπίκραντον, τέλειον, ἀμίαντον, ἀπὸ σπλάγχνων ἰδίων προϊέμενος, ἵνα ῥυθμίσῃ τοὺς αἰῶνας, καὶ τοῦ ἀοράτου δῷ τὴν ἐπίγνωσιν. Ἔστιν οὖν τοῦτο ἅγιον καὶ εὐθὲς, τὸ ἀπ' αὐτοῦ προελθὸν, καὶ δύναμις αὐτοῦ, καὶ θέλημα αὐτοῦ, εἰς πλήρωμα δόξης αὐτοῦ φανερωθέν. Τοῦτο οἱ λαβόντες τυποῦνται ἀληθείας τύπῳ, χάριτος τελείας.

B

(27) A Joanne Baptista Cotelerio erutum est, et vulgatum inter notas ad libri I *Recognitionum* caput 24, pag. 347. Non ausim asserere ex eodem opere excerptum, ex quo Basilius superius fragmentum exscripsit. Nempe cum Basilii consilio, non secus atque præcedens, opportunum accommodumque esset, probabile est Basilium neque illud omissurum fuisse, si ibidem exstitisset.

# S. CLEMENTIS I

## ROMANI PONTIFICIS

# EPISTOLÆ DECRETALES

(Mansi, *Concil.*, I, 107.)

## D. COUSTANTII MONITUM IN EPISTOLAM SEQUENTEM.

(*Epistolæ Romanorum Pontif.*, t. I, Append., p. 1.)

### I.

Joannes Baptista Cotelerius inter ea, quæ *Clementina* inscripsit [60-63], epistolam sequentem Græce et Latine edidit. Ejusdem interpretationem jam habebamus a Rufino acceptam, quam Isidorus Mercator, adoptans in fronte collectionis suæ cum non modica accessione præposuit. Cum autem hanc Isidori collectionem suo loco exhibituri simus, nonnullis forte supervacaneum videbitur, epistolam ei insertam aut hic repræsentare, aut illic recudere. Sed neque hanc sine Græco, quo primum scripta est, edere, neque in mera Isidori collectione Græcum, quo caruit, adjicere convenit. Eo autem propensius primigenium textum Græcum una cum Cotelerii interpretatione hic præmittimus, quod Rufini e Græco in Latinum conversiones quam liberæ sint et indiligentes, nemo non novit. Qui autem illius desiderat interpretationem, Mercatoris collectionem, in qua competentem sibi locum obtinebit, adeat.

[60-63] *Patres Apost.*, I sæc., tom. I, pag. 533.

Digitized by Google

II.

Rufinus præfat. in vulgatos *Recognitionum* Clementis libros epistolam istam his libris posteriorem opinatur. Photius vero cod. CXII et CXIII, dedicationem esse existimat operis, quod actus Petri et disputationes cum Simone necnon recognitionem Clementis ejusque patris ac fratrum complectebatur; atque hujus sententiæ subscribit Cotelerius, maxime cum ad calcem epistolæ fingatur Clemens jussu Petri ad Jacobum mittere opus cum hac inscriptione, *Clementis Epitome prædicationum Petri in peregrinationibus*, sive, ut Rufino magis placuit, *Itinerarium Petri*. Quo dicto, statim subdit pseudo-Clemens, atque epistolam claudit his verbis: *Cæterum exponere ut jussus sum incipiam*; quibus sane aliquod opus proxime subsecuturum promittitur. Præterea cum epistolæ hujus fine, ut postrema nota indicabimus, tam apte cohæret *Recognitionum* Clementis exordium, ut opus istud hic promitti nihil prope dubitemus.

III.

Unde confici arbitramur, ut epistolæ hujus ac mox dicti *Itinerarii* unus et idem sit parens. Cum autem *Itinerarium* illud Ecclesia respuat ut nugis ac fabulis refertum, ideoque Gelasii ejusque concilii judicio inter apocrypha rejectum sit [46], eodem judicio et de hac epistola quid censendum sit edocemur. Idem quoque judicium firmat manifesta illius cum Clementinis homiliis consensio, quam Cotelerii marginalibus notis adjuti exploratam habuimus. Neque vero inficias ibit quisquam, qui citata loca cum epistola nostra contulerit, utrumque opus ex officina una prodiisse.

IV.

Sensit etiam Rufinus [47] id epistolæ hujus veritati adversari, quod Clemens proxime Petro successisse in ea prædicatur; ac sibi objici non dissimulat, *quomodo cum Linus et Cletus in urbe Roma ante Clementem hunc fuerint episcopi, ipse Clemens ad Jacobum scribens, sibi dicat a Petro docendi cathedram traditam.* Ille quidem respondet: *Cujus rei hanc accepimus esse rationem, quod Linus et Cletus fuerunt quidem ante Clementem episcopi in urbe Roma, sed superstite Petro, videlicet ut illi episcopatus curam gererent, ipse vero apostolatus impleret officium*, indeque factum, *ut et illi ante Clementem numerentur episcopi, et Clemens tamen post obitum Petri docendi susceperit sedem.* Sed hanc rationem nullam esse jam demonstravimus cum aliis momentis, tum Romanorum pontificum catalogis, quos texuerunt antiqui Patres. In his quippe Linus et Cletus ante Clementem, non solum ut Romani episcopi, sed etiam ut proximi Petri successores recensentur.

V.

Sed et inde certa et explorata est epistolæ hujus falsitas, quod eam Clemens post passionem Petri ad Jacobum scribere fingitur, quem ante Petrum obiisse indubitatis monimentis notum habetur. Nam Jacobum anno Christi 62, a Judæis occisum esse convenit: Petrum autem aliqui anno 65, plures anno 66, alii aut 67 aut 68, nulli sane ante 65, passum existimant. Hac difficultate motus Herigerus Leobiensis abbas, qui sæculo XI florebat, apud nostrum Edm. Martene *Thesaur. Anecdot.* tom. I, pag. 117, *de epistolis decretalibus Jacobi et Clementis ad alterutrum missis, in quibus ita Clemens ait de Petro, sicut jam passo*, quærit quomodo istud componi possit. *Igitur*, inquit, *Petro vivente manifestum est eum non scripsisse: et Jacobum* (tamen) *octo annis manifestum est ante passionem Petri decessisse. Post passionem vero Petri Linus* XII *annis, et Anacletus* (hoc est *Cletus*) *totidem cooperatores Clementis, qui Petro vere successerat, exstitere. Multo minus igitur istorum tempore potuit Jacobo rescribere. Post decessum vero ipsorum cum Clemens solus novem annis Romanæ præsideret Ecclesiæ, multo adhuc minus credendum est potuisse rescribere completo a passione Jacobi* XXXII *annorum tempore.* Quibus in verbis illud obiter notandum, quod is scriptor tertium quoddam circa successionem beati Petri systema explicat. Nam Clementem Petro vere successisse pro certo habet, ac nihilominus post Petri mortem et Linum duodecim annis et Cletum totidem Romanam Ecclesiam administrasse non dubitat, non quidem veluti successores Petri, sed tanquam *cooperatores Clementis*; adeo ut Clemens tantum XXIV annis post mortem Petri solus Romanam Ecclesiam regere cœperit. Nempe post Rufinum duplex ea de re nata erat ac vulgo obtinebat opinio, quam Photius cod. CXIII memorat his verbis: *Clementem secundum a Petro urbis Romæ episcopum fuisse quidam autumant, alii vero quartum; Linum enim et Anacletum inter utrumque pontifices intercessisse.* Hinc nonnulli scriptores dum modo unam, modo alteram inconsiderate sequuntur opinionem, in manifestam verborum pugnam incidere, uti videre est in *Libro pontificali*, cujus auctor in Petro et Clemente ipsum Clementem proximum Petri successorem facit; in Lino autem et Cleto, quot Linus post Petrum, et quot deinde Cletus annos sederit, recenset. Ita et martyrologii apud Bedam vulgati scriptor ad IV Kal. Decembr. de S. Clemente hæc habet: *Hic ex præcepto B. Petri Ecclesiæ suscepit pontificatum. Linus et Cletus ideo ante eum scribuntur, quia ab ipso Principe apostolorum ad ministerium sacerdotale episcopi sunt ordinati.* Proxime tamen antea de eodem præmittit: *Hic quartus post Petrum Romæ episcopus ordinatus est*, nec meminit quod ad VI Kal. Mali Anacletus *quartus post B. Petrum Ecclesiam rexisse* ab ipso dictus fuerat: aut quod ad VI Kal. Decembris prædicarat de S. Lino, *Primus post apostolum Petrum Romanam Ecclesiam tenuit annos* XII, *menses* III, *dies* XII. Ab hac verborum pugna purgatur Martyrologium item Bedæ ascriptum, quod Bollandus initio tomi II mensis Martii vulgavit.

VI.

Postquam a Rufino Latinitate donata est hæc epistola, etiam nonnullis antiquis canonum collectionibus, nominatimque codicis a Pasch. Quesnello vulgati quibusdam exemplaribus inserta est. Unde minime mirum est eam anno 442, a concilio Vasensi I, can. 16, ac subinde a Nicolao I, Joanne VIII, aliisque Clementis nomine fuisse laudatam.

—

[46] *Gelas.* epist. 33, n. 7. [47] Rufin. præfat. in lib. *Recog.*

Digitized by Google

# EPISTOLA I.

## AD JACOBUM FRATREM DOMINI.

*Enarrat Clemens, qua ratione Petrus brevi moriturus, congregatis fratribus, et concione præmissa, qua ipsius Clementis meritum effert, et multa ei tradit regendæ Ecclesiæ præcepta, ipsum sibi successorem ordinat, ac jubetur Clemens post mortem Petri epitomen prædicationum ipsius ad Jacobum mittere.*

(Eadem est ac sequens, nisi quod multis interpolationibus ab Isidoro Mercatore, seu potius ab alio quodam multo quam Isidorus antiquiore accreta est.)

—

# EADEM EPISTOLA,

*Rufino Torano, Aquileiensi presbytero, interprete* [48].

—

Clemens Jacobo (28) fratri Domini, et Episcopo episcoporum, regenti Hebræorum sanctam Ecclesiam Hierosolymis, sed et omnes Ecclesias, quæ ubique Dei providentia fundatæ sunt, cum presbyteris et diaconibus, et cæteris omnibus fratribus. Pax tibi sit semper.

Notum [49] tibi facio, domine, quia Simon Petrus (29), qui veræ fidei merito, et integræ prædicationis obtentu, fundamentum esse Ecclesiæ definitus est, qua de causa etiam Domini ore divino cognominatus est Petrus, qui fuit primitiæ electionis Domini, apostolorum primus, cui et primo Deus Pater Filium revelavit, cui et Christus competenter beatitudinem contulit, qui et vocatus est et electus, et conviva Domini et comes effectus, tanquam bonus et probatissimus discipulus, qui obscuriorem mundi plagam Occidentis (velut omnium potentior) illuminare præceptus est, quique et integre potuit implere præceptum. Sed quousque sermonem protraho, refugiens indicare quod triste est, quod quidem necesse est, licet tarde, proferre? Hic denique ipse Petrus, qui pro immensa charitate, quam erga omnes homines gerebat, palam cum omni fiducia (adversante etiam tyranno totius mundi) bonum prædicare non destitit, et regem omnium sæculorum per orbem terræ, et usque ad ipsius Romanæ urbis hujus notitiam, ut etiam ipsa salvaretur, invexit; hic, inquam, pro pietate pati volens præsentem vitam finivit [50]. In ipsis autem diebus, quibus vitæ finem sibi imminere præsensit, in conventu fratrum positus, apprehensa manu mea, repente consurgens, in auribus totius Ecclesiæ hæc protulit verba : « Audite me fratres et conservi mei : quoniam, ut edoctus sum ab eo qui misit me, Domino et magistro meo Jesu Christo, dies mortis meæ instat, Clementem hunc episcopum vobis ordino, cui soli meæ prædicationis et doctrinæ cathedram trado [51] : qui mihi ab initio usque in finem comes in omnibus fuit, et per hoc veritatem totius meæ prædicationis agnovit : qui in omnibus tentationibus meis socius exstitit, fideliter perseverans : quem præ cæteris expertus sum Deum colentem, homines diligentem, castum, discendi studiis deditum, sobrium, benignum, justum, patientem, et scientem ferre nonnullorum (etiam ex his qui in verbo Dei instituuntur) injurias.

Propter quod ipsi trado a Domino mihi traditam potestatem ligandi et solvendi; ut de omnibus quibuscunque decreverit in terris, hoc decretum sit et in cœlis. Ligabit enim quod oportet ligari, et solvet quod expedit solvi, tanquam qui ad liquidum Ecclesiæ regulam noverit [52]. Ipsum ergo audite, scientes quia quicunque contristaverit doctorem

[48] Vide præf. in *Recogn.* ad Gaudentium, ubi ait hanc a se olim interpretatam atque editam. [49] Vide infra (t. II) *Epitomen historiæ Clementinæ*, sive *Librum de gestis sancti Petri*, anno 1555, opera Adriani Turnebi Græce editum, et Latine redditum a Joachimo Perionio O. B. [50] *Gesta* sive *Epitome* cit., p. 412, edit. Coloniensis ann. 1569. [51] *Const.* VII, 46. [52] II quæst. 3, *Quicunque contrist.* Et in epist. I Alexandri papæ I.

(28) Cum hæc epistola scripta sit, ut in fronte et capite illius apparet, post obitum S. Petri, adeoque post XIII annum Neronis, ad Jacobum fratrem Domini scripta esse nequit : utpote qui, teste Hieron. *De viris illustribus*, septimo anno Neronis Hierosolymis occisus est; unde patet, quod hæc epistola vel non sit Clementis, vel potius ad Simonem, qui etiam frater Domini fuit, scripta sit, et in titulum epistolæ mendose vox, *Jacobum*, irrepserit. Ita Possevinus in *Apparatu sacro*, in verbo Clemens Romanus. Sev. Binius.

(29) Sequentes variantes lectiones, notulasque suppeditavit Harduinus, qui non has Clementis epistolas tantum, sed etiam reliquas Isidorianæ collectionis contulit cum ms. Bibliothecæ collegii Paris. Soc. Jesu; in quo hujus epistolæ hic titulus habetur : *Incipit Epistola Clementis ad Jacobum fratrem Domini.* Deest autem, *Petrus*, recte.

Digitized by Google

veritatis, peccat in Christum, et Patrem omnium exacerbat Deum, propter quod et vita carebit. Ipsum autem qui præest cæteris, oportet medici vicem agere, et non feræ bestiæ furore commoveri. » Hæc eo dicente, ego procidens ad pedes ejus, rogabam, excusans me, et declinans honorem cathedræ, vel potestatem. At ille respondens : Pro hoc, inquit, ne me rogaveris. Hoc enim fieri statutum est mihi, et eo magis, quod excusas ; quia hæc cathedra eum qui cupit eam, et audacter expetit, non requirit, sed ornatum moribus et in verbis eruditum. Quod si esset alius melior, si quis mihi alius adjutor tam sedulus astitisset, si quis tam plene doctrinæ meæ rationem cepisset, sed et ecclesiasticas dispositiones a me tam plene didicisset, habens alium talem, non te cogerem opus bonum suscipere nolentem. Superfluum est ergo alium quærere, cum primitias eorum qui ex gentibus per me salvantur, et præcipue hujus urbis, te primum obtulerim Deo. Sed et illud intuere, quia si periculum peccati timens, suscipere refugis Ecclesiæ gubernacula; certus esto, quia amplius peccas, qui populum Dei velut in fluctibus positum et periclitantem, cum juvare possis, subterfugis; tui tantummodo habens considerationem, et non quod in commune omnibus expedit, providens. Sed certus esto, quod necesse est te suscipere omne periculum, quia nec ego pro salute omnium ab obsecrando cessabo. Quanto ergo mihi citius acquieveris, tanto me citius laboris et tristitiæ meæ mœrore relevabis. Novi etiam hoc, o Clemens, quod tibi tædia et molestias, pericula etiam et opprobria ineruditi vulgi indocilisque conciliem; quæ tu tamen scio quod constanter et fortiter feres, respiciens ad illam spem, quæ tibi apud Deum patientiæ præparat coronam. Sed et illud cupio, te mecum justa ratione perspicere, quando maxime opera tua indiget Christus, nunc cum inimicus adversus sponsam ejus commovet bellum, an futuro in tempore, quando jam Christus post victoriam triumphabit, nec ultra ullius opera indigebit? Quis non etiam parvi sensus intelligat, quod istud est tempus, in quo operam tuam Christus requirit? Tota igitur mente in præsenti necessitate præbe operam tuam, et auxilium in præliis exhibe regi optimo, remunerationes magnificas post victoriam reddituro [53]. Libenter ergo suscipe episcopatus officium, eo maxime, quod ecclesiasticas dispositiones a me probabiliter didicisti, ut salus eorum, qui per nos confugerunt ad Deum, nequaquam vacillet. Verumtamen et breviter te de ipsius dispensationis ordine coram omnibus commonere necessarium duco [54].

Te quidem [55] oportet irreprehensibiliter vivere, et summo studio niti, ut omnes vitæ hujus occupationes abjicias ; ne fidejussor existas, ne advocatus litium fias, neve id ulla aliqua occupatione prorsus inveniaris mundialis negotii occasione perplexus. Neque enim judicem aut cognitorem sæcularium negotiorum hodie te ordinare vult Christus [56], uti ne præfocatus præsentibus hominum curis, non possis verbo Dei vacare, et secundum veritatis regulam secernere bonos a malis. Ista namque opera, quæ tibi minus congruere superius exposuimus, exhibeant sibi invicem discentes, id est laici; et te nemo occupet ab his studiis, per quæ salus omnibus datur.

Sicut enim [57] tibi impietatis crimen est, neglectis verbi Dei studiis, sollicitudines suscipere sæculares : ita et unicuique laicorum peccatum est, nisi invicem sibi etiam in his quæ ad communis vitæ usum pertinent, operam fideliter dederint. Te vero securum facere ex his, quibus non debes vacare [58], omnes communiter elaborent. Quod si forte a semetipsis hoc laici non intelligunt, per diaconos edocendi sunt, ut tibi solius Ecclesiæ sollicitudines derelinquant; quo ipsam, ut dignum est, dispensare sufficias, et veritatis verbo abundantius et studiosius deservire. Si enim mundialibus curis fueris occupatus, et teipsum decipies, et eos qui te audiunt. Non enim poteris, quæ ad salutem pertinent, plenius singulis quibusque distinguere. Et ex eo fiet, ut et tu tanquam qui non docueris quæ ad salutem hominum pertinent puniaris [59], et discipuli per ignorantiam pereant.

[60] Idcirco tu quidem ad hoc solum vacato, ut opportune et sine intermissione doceas verbum Dei, per quod salutem consequi possint [61]. Illi vero cum tanta reverentia tua verba suscipiant, tanquam qui sciant legatum te et præconem esse veritatis, et quodcunque super terram ligaveris, esse ligatum et in cœlo; et quodcunque solveris super terram, etiam ibi esse solvendum [62]. Quoniam quidem et tu, ut dixi, quæ oportet, ligabis, et quæ expedit solves. Et ad te quidem qui præes, ista sint monita, et his similia. Ad presbyteros vero sint ista [63] : Ante omnia, ut pudicitiæ studentes, adolescentes nuptiis jungant, quo calorem ferventis ætatis conjugali lege præveniant. Sed ne in provectioribus quidem curam habere hujuscemodi negligant, quia, in multis, etiam cum senuerit corpus, concupiscentia viget [64]. Ne forte ergo fornicationis labes, occasione accepta, tanquam venenum pessimum serpat in vobis, cavere et antevenire necessarium est, ne quod in vobis adulterii occultum coalescat [65] incendium. Et quid in omnibus peccatis adulterio gravius? Secundum namque in [66] pœnis obtinet locum, quoniam quidem primum illi habent, qui

[53] *recepturus*, in c. Just. [54] *duxi*. [55] 12 q. 1, *Te quidem*. [56] Deest hæc vocula in c Just. [57] 11 q 1, *Sicut enim*. [58] *et his quibus debes vacantem*, idem codex. [59] *deponaris*. [60] Idem in epistola Evaristi papæ. [61] Ivo, in Decret. lib. v. [62] Matth. xvi. [63] Const. iv, 10. [64] Nic. I. ep. 49. [65] *culescat*. [66] 32 quæst. 7. *Quid in omnibus*.

Digitized by Google

aberrant a Deo, etiamsi sobrie vixerint [67]. Propter quod vos, o presbyteri, Ecclesiam excolite, et ordinate [68] sponsam Christi ad pudicitiam. Sponsam autem dico, omnem Ecclesiæ congregationem; quæ si pudica inventa fuerit a sponso suo, ingentibus ab eo donis et muneribus honorabitur; et vos, velut ministri sponsæ, et amici sponsi, ingenti gaudio et lætitia perfruemini. Si vero sponsa hæc reperta fuerit commaculata peccatis, ipsa quidem, tanquam indigna, non tradetur regalibus [69] toris. Vos autem pœnas dabitis, si forte per vestram negligentiam vel desidiam obrepserit contagio sæva peccati. Idcirco ante omnia sobrietatis et pudicitiæ sollicitudinem gerite. Valde enim apud Deum grave crimen ducitur fornicatio, cujus species sunt quidem plures, sicut vobis et ipse Clemens diligenter exponet. Verumtamen prima species adulterii est, virum propria uxore solummodo non esse contentum, et mulierem non proprio tantum servare se viro. Si ergo castus fuerit quis, potest et humanus et misericors fieri, per quod et ipse æternam a Deo misericordiam consequatur. Sane sicut adulterii venenum cunctis malis perniciosius est, ita amor fraternus et charitas totius boni fastigium tenet. Et ideo diligite omnes fratres vestros, et cum religione ac misericordia respicite ad omnes [70]. Orphanis exhibete vosmetipsos parentes. Viduis virorum curam impendite, cum omni castitate, quæ necessaria sunt, præbentes. Juniores tamen viduas nuptiis copulate. His qui ignorant artificia, exquirite honestas aliquas occasiones, quibus victum necessarium quærant; artificibus vero operam providete, debilibus misericordiam facite. Scio autem hæc omnia facturos vos, si charitatem præ cæteris et ante omnia in vestro corde figatis. Cujus charitatis, et recipiendæ, et habendæ, maximum erit fomentum, si frequenter inter vosmetipsos communem cibum vestrum mensamque faciatis, et inquantum unusquisque prævalet, crebrius panes ac sales suos cum fratribus suis sumat. Per hæc enim præcipue charitas comparatur, et causa totius boni in hujusmodi communione consistit. Ubi autem pax et bonitas, ibi et salus. Propter quod communes facite cibos vestros cum his qui secundum Deum fratres sunt, quia per hæc temporalia officia, pacis et charitatis fructibus gaudia æterna merebimini [71]. Multo autem sollicitius esurientes reficite, et sitientibus potum date, nudis vestimentum; ægros visitate, et eos qui in carcere sunt, prout possibile est, juvate; peregrinos satis prompte in domibus vestris suscipite [72]. Et ne omnia nunc singulatim dicam, omne bonum ipsa per se (si in vobis fuerit) charitas vos facere docebit, sicut et econtrario eos qui a salute alieni sunt, omne malum faeere odium docet.

Si qui [73] ex fratribus negotia habent inter se, apud cognitores sæculi non judicentur; sed apud presbyteros Ecclesiæ, quidquid illud est, dirimatur et omni modo obediant statutis eorum. Super omnia autem avaritiam fugite; quæ homines occasione præsentis lucri ab æternis separat bonis. Pondera, mensuras, stateras, pro locis quibusque æquissima custodite; deposita fideliter restituite. Quæ omnia, et si qua sunt similia his, ita demum sollicite et diligenter implebitis, si futurum Dei judicium sine intermissione in vestro corde volvatis. Quis enim peccare poterit, si semper ante oculos suos Dei judicium ponat? Quod in fine mundi certum est agitandum, ut tandem qui bene in hac vita egerunt, consequantur bona reposita; peccatores autem ut consequantur præparatas et reconditas pœnas, de quibus ita futurum dubitare omnino non possumus; siquidem hæc omnia ita esse ventura verus nobis Propheta prædixit. Unde et vos, qui estis veri prophetæ discipuli, abjicite a cordibus vestris ante omnia discordias et animorum dissensiones, ex quibus omne malum opus procedit, et benignitatem ac simplicitatem tota mente servate. Quod si forte alicujus cor vel livor, vel infidelitas, vel aliquod malum ex his quæ superius memoravimus, latenter irrepserit; non erubescat, qui animæ suæ curam gerit, confiteri hæc huic qui præest, ut ab ipso per verbum Dei et consilium salubre curetur, quo possit integra fide et operibus bonis pœnas æterni ignis effugere, et ad perpetuæ vitæ præmia pervenire.

Diaconi vero Ecclesiæ [74], tanquam oculi sint episcopi oberrantes [75], et circumlustrantes cum verecundia actus totius Ecclesiæ, et perscrutantes diligentius, si quem videant vicinum fieri præcipitio, et proximum esse peccato, ut referant hæc ad episcopum, et commoneri ab eo possit is qui in præcipitium lapsurus est, uti revocetur, et non corruat in peccatum. Negligentiores [76] quoque, et eos qui rarius ad audiendum verbum Dei accedunt, nec sollicite ad episcopi tractatum conveniunt, ipsi commoneant et hortentur. Si enim assidui sint ad audiendum, non solum vitæ æternæ ex salubri commonitione capiunt lucra, verum et quæcunque illæ sunt tristitiæ vel mœrores, quæ [77] ex præsentis vitæ necessitatibus et cladibus temporum veniunt, quæque malorum sermonibus [78] in corde suo velut jacula defixa circumferunt, abjiciuntur omnia prædicatione veritatis, et vitæ æternæ doctrina [79], et eruditione purgata. Alioquin si multo tempore auditum subtrahant a verbo Dei, et remaneant [80] in cultu [81] vitiorum, sine dubio spinis erunt ac [82] sentibus occupati. Et quid aliud, nisi ad ignem talis hæc terra præparabitur? De his ergo, ut diximus, diaconis [83]

[67] Et in *Decr.* Ivo, lib. VII. [68] *adornate.* [69] *extrudetur a regalibus.* [70] Constit. IV 2. [71] Item in ep. 2 S. Evaristi papæ. [72] Matth. XXV. [73] 11. quæst. 1, *Si qui est.* [74] Distinct. 93, *Diaconi Ecclesiæ.* [75] Const. II, 44. [76] Ms. *Negligentiores*, et ita semper. [77] Ms. *qui*, et ex recentiori manu *quæ.* [78] Ms. *quæcunque sermonibus suis.* [79] Ms. *vitæ æternitate, doctrina*, etc. [80] *inculti vitiorum*, etc. [81] Ms. *a cultu.* [82] *Deum amiserunt, spinis ac.* [83] Ms. *diaconi.*

Digitized by Google

cura sit. Sed et eos qui secundum carnem ægrotant, sollicite perquirant, et plebi (si forte plebs [84] ignorat) indicent de his, ut et ipsi visitent eos, et quæ necessaria sunt, præbeant eis cum conscientia ejus qui præest. Quod [85] tamen etiam si clam fecerint, non peccabunt, sed et de peregrinis similiter episcopo suggerant refovendis; et cætera his similia, quæ ad cultum Ecclesiæ et disciplinam ejus pertinent, diaconis curæ sint [86]. Qui catechizant, id est qui verbo instruunt incipientes, primo oportet, ut ipsi instructi sint; de anima enim agitur hominum. Et oportet eum qui docet et instruit animas rudes, esse talem, ut pro ingenio discentium semetipsum possit aptare, et verbi ordinem pro audientis capacitate dirigere. Debet ergo ipse præcipue [87] apprime esse eruditus et doctus, irreprehensibilis, maturus, impavidus, sicut ipsi probabitis fore Clementem hunc post me. Multum est autem, si ego nunc de singulis, quæ unusquisque habere debeat, prosequar.

Verumtamen illud est quod præ cæteris ab omnibus vobis cupio in commune servari, ut concordiam teneatis, per quod solum [88] potestis portum quietis intrare, et civitatem summi regis, quæ pax nominatur, habitare [89]. Similis [90] namque est status omnis Ecclesiæ magnæ navi, quæ per undosum pelagus diversis e locis et regionibus viros portat, ad unam potentis regni urbem properare cupientes. Sit ergo navis hujus Dominus [91], ipse omnipotens Deus, gubernator vero sit Christus. Tum deinde proretæ officium episcopus impleat, presbyteri nautarum, diaconi dispensatorum locum teneant: hi qui catechizant, nautologis conferantur; epibatis autem, totius fraternitatis multitudo similis sit; ipsum quoque mare hic mundus habeatur: ventorum vero varietates et turbinum, diversis tentationibus conferantur: persecutiones, tribulationes et pericula, fluctibus exæquentur. Terreni vero spiritus, qui vel de torrentibus, vel de convallibus spirant, pseudoprophetarum et seductorum, seu pravæ doctrinæ verba ducantur [92]: promontoria vero et loca confragosa, hi qui in potestatibus sæculi sunt judices, et pericula minantur et mortes. Dithalassa [93] vero loca, quæ duplicibus undæ fallacis æstibus verberantur, dubiis mente, et de repromissionum veritate nutantibus conferantur, atque his qui irrationabili fidem nostram ratione discutiunt. Hypocritæ autem et dolosi, piratis similes habeantur. Jam vero rapidus vortex, et tartarea Charybdis, et saxis illisa naufragia, ac mortiferæ submersiones, quid aliud æstimanda sunt, quam peccata? Restat igitur, ut hæc navis cursu prospero tuta possit portum desideratæ urbis intrare, ita Deo precem fundere navigantes, ut mereantur audiri. Audiri autem a Deo ita demum merebitur quis, si orationes ipsæ [94] bonis moribus et bonis operibus adjuventur. Sed ante omnia cum quiete et silentio, epibatæ (id est laici) in suis unusquisque resideant locis, ne forte per inquietudinem, et inconditos inutilesque discursus, si passim vagari cœperint, vel ab officio suo nautas impediant, vel in alterum latus per inquietudinem eorum navis pressa demergatur. Nautologi de mercedibus [95] commoneant; et nihil omnino quod ad diligentiam vel ad disciplinam pertinet, diaconi negligant. Presbyteri velut nautæ aptent singula ad instructionem navis diligenter, et instruant quæ in suo tempore requirenda sunt. Episcopus tanquam proreta, vigilanter et sollicite gubernatoris verba custodiat Christi. Salvator Dominus gubernator Ecclesiæ suæ, diligatur ab omnibus, et ipsius solius præceptis ac jussis credat et obediat omnis Ecclesia. Deo quoque indesinenter supplicetur a cunctis de prosperitate ventorum, ut navigantes omnem tribulationem et omne periculum superent, tanquam mare profundum mundi istius et vitæ humanæ pelagus navigantes, in quo esuriendum sit et sitiendum, nuditatem quoque ferendam, morbos etiam corporis et ægritudines tolerandas. Insuper et hominum insidiis ac dolo sæpe laborandum, quippe qui dispergendos se nonnunquam noverint, sed aliquando etiam congregandos, vomitus quoque et sugillationes ferendas, cum ex confusione peccatorum et rejectione criminum, velut male congregati in visceribus fellis, jactura facienda est, et abjicienda prorsus e corde omnis intrinsecus quæ latet amaritudo peccati, si qua forte ex desideriis iniquis, velut ex cibis noxiis, congregata est. Quam utique cum evomuerit quis et abjecerit, ingentis ægritudinis liberabitur morbo, si tamen post vomitum, quæ ad sanitatem pertinent, sumat. Verumtamen scitote cuncti [96], quod supra omnes vos laboret episcopus; quia unusquisque vestrum suum proprium fert laborem, ille vero et suum et singulorum. Propter quod, o Clemens, tanquam qui omnibus præesse te noveris, singulos (prout potueris) juva, et singulos releva, qui et singulorum onus et sollicitudinem portas. Unde et ego nunc hanc tibi injungens dispensationem, scio quia accipio gratiam magis, quam præsto. Sed esto confidens et fortiter ferens; certus quia laboris tui meritum recipies, cum ad portum quietis incolumem hanc provexeris navem. Ibi mercedes et præmia pro omnium salute suscipies, si hic pro omnium incolumitate vigilaveris. Itaque si te multi e fratribus propter rigorem justitiæ odio habuerint, ex hoc quidem non læderis, sed ex hujuscemodi odiis amor tibi conciliabitur Dei. Et ideo satage magis et refuge, ne lauderis ab iniquis, et ne a pessime agentibus diligaris; sed potius propter justam dispensationem [97], et æquissimam regulam disciplinæ. a Christo collaudari merearis [98]. Hæc

[84] Ex ms. dele *plebs* [85] Dist. 93, *Diaconi Ecclesiæ*. [86] Ms. *cura sit*. [87] In ms. abest vox *præcipue*. [88] *quam solam*. [89] Redundat vox *habitare*, nec legitur in ms. [90] Ivo in *Decret* part. III, c. 1. [91] Anaclet. epist. 1, Const. II, 61. [92] *vocentur*. [93] Ms. *Bithalassa*. [94] *ipsius* [95] *mercibus*. [96] Evarist. 2 epist. [97] Ms. *justitiæ dispensationem*. [98] *Gesta S. Petri*, p. 413.

Digitized by Google

cum dixisset, et his similia quam plurima, rursum respiciens ad populum, dixit : Sed et vos, charissimi fratres et conservi mei, huic qui præsidet vobis ad veritatem docendam, in omnibus obedite; scientes quod si quis hunc contristaverit, Christum, qui ei docendi credidit cathedram, non recipit. Et qui Christum non susceperit, nec Deum Patrem suscepisse judicabitur, et ideo nec ipse suscipietur in regno cœlorum. Propter quod satagite ad omnem collectam et congregationem semper convenire, ut non velut negligentes et desides a judice Christo condemnemini. Convenientes vero semper ad Clementem, date omnes operam pro ipso sentire, et summo studio favorem vestrum erga ipsum ostendere [99], scientes quia propter singulos vestrum, ipsi magis soli infestus est inimicus [100], et in ipsum majora suscitat bella.

Oportet ergo vos summo studio niti, ut omni erga illum vinculo amoris innexi plenissimo erga eum inhæreatis affectu. Sed et vos quoque ipsi unanimes in omni concordia perdurate, quo facilius etiam illi obedire omnes pari et consensu et unanimitate possitis. Propter quod et vos salutem consequi, et ille possit, obtemperantibus sibi vobis, promptius impositi oneris pondus evehere.[1] Quædam etiam ex vobis ipsis intelligere debetis, si qua sunt, quæ ipse propter insidias hominum malorum non potest evidentius et manifestius proloqui. Verbi gratia : [2] Si inimicus est alicui pro actibus suis, vos nolite exspectare, ut ipse vobis dicat : Cum illo nolite amici esse; sed prudenter observare debetis, et voluntati ejus sine commonitione obsecundare et avertere vos ab eo cui ipsum sentitis adversum [3]; sed nec loqui his, quibus ipse non loquitur, ut unusquisque qui in culpa est, dum cupit omnium vestrum amicitias reparare, festinet citius reconciliari ei, qui omnibus præest, et per hoc redeat ad salutem, cum obedire cœperit monitis præsidentis. Si vero quis amicus fuerit his quibus ipse amicus non est, et locutus fuerit his quibus ipse non loquitur, unus est et ipse ex illis qui exterminare volunt Ecclesiam Dei : et cum corpore vobiscum esse videatur, mente et animo contra vos est. Et est multo nequior hostis hic, quam illi qui foris sunt, et evidenter inimici sunt. Hic enim per amicitiarum speciem, quæ inimici [4] sunt, gerit, et Ecclesiam dispergit ac vastat [5]. Et cum hæc dixisset, in medio coram omnibus manus mihi imposuit, et in cathedra sua, ingenti verecundia fatigatum, sedere me compulit. Cumque sedissem, hæc ad me rursum locutus est : Deprecor te, o Clemens, coram omnibus qui præsentes sunt, ut posteaquam (sicut naturæ [6] debitum est) vitæ præsentis finem fecero, [7] Jacobo fratri Domini, descripta breviter, vel quæ ad initium fidei tuæ spectant, vel etiam quos ante fidem animos gesseris, sed et qualiter mihi ab initio usque ad finem comes itineris et actuum fueris, quæque per singulas civitates (me disputante) sollicitus auditor exceperis, quique in prædicationibus meis vel verborum fuerit ordo vel actuum; sed qui me finis in hac urbe repererit, sicut dixi, omnia quam potes, breviter comprehensa, ad ipsum te destinare non pigeat. Nec verearis ne forte multum de meo exitu contristandus sit, cum id me pro pietate sustinere non ambigat. Erit autem ei grande solatium, si didicerit, quod post me non imperitus vir aliquis, aut indoctus, atque ignorans divini verbi mysterium [8], et ecclesiastici ordinis disciplinam, vel doctrinæ regulam nesciens, susceperit cathedram meam; scit enim, quia si indoctus et inscius officium doctoris accipiat, sine dubio discipuli et auditores ignorantiæ tenebris obvoluti [9], in interitum demergentur. Unde et ego, mi domine Jacobe, cum hæc ab eo præcepta susceperim, necesse habui implere quod jusserat, indicans tibi et de his ipsis, simul et de illis breviter comprehendens, quæ per singulas quasque urbes digrediens, aut in prædicationis sermone protulerit, aut in gestorum virtute perfecerit; quamvis tibi de his plurima jam et plenius ante descripta, ipso jubente, transmiserim, sub eo ipso titulo, quem ipse præcipit affigi, [10] id est Clementis Itinerarium, [11] non Prædicationis Petri [12].

Sed et nunc exponere jam quæ præcepit, Domino opem ferente, incipiam : *Pœnitemini*, inquit, *et veram agite pœnitentiam* [13]. Omnes ergo homines, qui Christiano censentur vocabulo, Patrem et Filium et Spiritum sanctum, unum Deum et Dominum veraciter credere et confiteri, eumque tota mente et toto corde et tota virtute diligere, et proximos suos tanquam semetipsos, docibilesque esse usque ad perfectam doctrinam ad hæc perficienda, summopere oportet. Fides enim et dilectio, totius bonitatis est fundamentum. Sine fide autem placere Deo nemo poterit [14]. Christo itaque resurgente [15] et ascendente in cœlum, misso sancto Spiritu, collata apostolis scientia linguarum, adhuc in uno positi, Symbolum, quod fidelis nunc tenet Ecclesia, unusquisque quod sensit dicendo, condiderunt, ut discedentes ab invicem, hanc regulam per omnes gentes prædicarent. Summam ergo totius fidei catholicæ recen-

[99] *dependere.* [100] *infestat inimicus.* [1] Conc. Vasense II, c. 6, an. 442, distinct. 93. Et in epist. decr. 3 Anaclet. papæ cujus initium est : *Benedictus Deus*, et similiter Fabiani papæ, quæ incipit : *Divinis præceptis.* [2] Conc. Metense ann. 888, c. 8. [3] Ms. *aversum.* [4] *inimica.* [5] *Gesta Petri*, p. 413. [6] Ms. *naturale.* [7] Neronis anno 8, currente Christi 62, cæsus est, Petrus vero Neronis ejusdem 13 exeunte, Christi 67. [8] *ministerium*, ita et c. Just. [9] Ms. *involuti.* [10] Reliqua sententia non exstat in ms. nostro addita ab aliquo interpolatore. [11] Deest hæc negatio in ms. [12] Hic desinit epistola in quibusdam codicibus. Cætera sunt vice appendicis, addita circa annum 800, ut videtur. [13] Marc. I. [14] Hebr. XI. 6. [15] Venantii exp. in Symbolum c. 1, usque ad *Diligere ergo Deum*, etc.

Digitized by Google

sentes, in qua et integritas credulitatis ostenditur, et unius Dei Omnipotentis (id est sanctæ Trinitatis) æqualitas declaratur, et mysterium Incarnationis Filii Dei, qui pro salute humani generis a Patre de cœlo descendens, de Virgine nasci dignatus est, quoquo [16] ordine, vel quando mortem pertulerit, quomodo sepultus surrexerit, et in carne ipsa cœlos ascenderit, ad dextramque Patris consederit, judex venturus sit, ac qualiter remissionem peccatorum sacro baptismate renatis contulerit, et resurrectionem humani generis [17] in eadem carne et in vitam æternam futuram, sic docuerunt [18]. *Symbolum* enim Græce, Latine *collatio* dicitur. Et [19] hoc prædicti sancti apostoli inter se per Spiritum sanctum salubriter, ut dictum est, condiderunt [20]. Dicitur et indicium, quod per hoc, qui recte crediderit, indicatur. Ergo cunctis credentibus quæ continentur in præfato Symbolo, salus animarum et vita perpetua bonis actibus præparatur.

Et quod [21] in primordio ejusdem Symboli præponitur, *Credo in Deum Patrem omnipotentem;* præclarum fidei testimonium et fundamentum in prima fronte monstratur, quia salvus esse poterit, qui recte crediderit. *Credere enim oportet accedentem ad Deum* [22]; quoniam *corde creditur ad justitiam, et ore confessio fit ad salutem* [23]. Unde ait Propheta : *Credidi, propter quod locutus sum* [24]. Et illud : *Justus ex fide vivit* [25]. Et : *Nisi credideritis, non intelligetis* [26]. Ergo [27] in rebus humanis nullum opus incipitur, nisi labor omnis ad effectum venire credatur. Unde credendum est in Deum, a quo tam præsens vita, quam futura tribuatur. Deus autem appellatio est substantiæ sempiternæ, sive timoris divini. Igitur Deus sine principio, sine fine, simplex, incorporeus et incomprehensibilis. Patrem autem cum audis, agnosce quod habeat Filium veraciter genitum, sicut possessor dicitur qui aliquid possidet, et dominus qui habet quod dominetur. Deus ergo Pater, secreti sacramenti vocabulum est, cujus vere Filius est Verbum, et speculum, et character, et imago vivens Patris viventis, in omnibus Patri similis, ejusdem naturæ in divinitate, genitus, et genitori per omnia coæqualis. Nec quæratur quomodo genuit Filium; quod et angeli nesciunt, et prophetis incognitum est. Unde illud dictum est : *Generationem ejus quis enarrabit* [27a] ? Quam secretam originem cum proprio Filio, novit ipse solus qui genuit. [28] Nec Deus a nobis discutiendus est, sed credendus; qui in nobis ipsis nescimus, quod facimus, quomodo sapientia, ingenium, aut intellectus, aut consilium, aut mens nostra generat verbum. Sed sufficit nosse, quia lux genuit splendorem, sicut ait Propheta : *In splendoribus sanctorum ex utero ante Luciferum genui te* [29]. Et illud : *Hic Deus noster, et non reputabitur alter ad eum* [30]. Et post : *In terra visus est, et inter homines conversatus est* [30a].

[31] Diligere ergo Deum unumquemque ex toto corde, et ex tota anima, ut præfixum est, ex tota fortitudine [32] oportet, et proximum tanquam semetipsum, respondente Domino cuidam Scribarum ac dicente : *Primum omnium mandatum est, audi Israel : Dominus Deus tuus, Deus unus est;* et : *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, et ex tota anima tua, et ex tota mente tua, et ex tota virtute tua : hoc est primum mandatum. Secundum autem simile est illi : Diliges proximum tuum tanquam teipsum* [33]. Majus horum aliud mandatum non est, quod majus est omnibus holocautomatibus et sacrificiis. Unde et in Veteri Testamento scriptum habetur : *Quod tibi fieri non vis, alteri ne feceris* [34]. Et Dominus ait : *Omnia quæcunque vultis ut faciant vobis homines, et vos facite similiter illis* [35]. Quibus utrisque mandatis [36], per unum malitia compescitur, et per aliud benignitas propagatur, ut ne malum quis inferat, sed bonum impendat. Primum, ut caveat lædere; secundum ut norit bonum præstare. *Si enim fratrem quem vides, non diligis; Deum, quem non vides, quomodo potes diligere* [37] ? Sic ergo nos decet exercere curam nostram, ut non dimittamus curam vestram : et sic diligere nos, ne negligatur dilectio proximi; quia [38] Dei dilectio morti comparatur, dicente Sapientia : *Valida est dilectio ut mors* [39] : idcirco, quia sicut mors violenter separat animam a corpore, ita dilectio Dei separat animam violenter a mundano et carnali amore. *Qui enim,* Dominus inquit, *diligit me, mandata mea servabit* [40]. Nam qui Dei præcepta contemnit, Deum non diligit. Unde scriptum est : *Nolite putare quod maneatis in dilectione mea, si non servaveritis præcepta mea* [41]. Neque enim regem diligimus, si odio leges ejus habemus. Neque enim ex toto corde poterit ille Deum diligere, qui noscitur in proximi *corruere* [42] dilectione : quia per dilectionem proximi pervenitur ad charitatem Christi, quoniam, ut prælibatum est, in his duobus præceptis tota lex pendet et prophetæ [43]. Docibiles ergo, qui perfecte docti non sunt ad hæc peragenda, oportet omnes esse, et ut ipsi docti sint, et alios prudenter instruere, et perfecte possint docere, juxta Danielem prophetam, qui ait : *Populus autem sciens Deum suum, obtinebit et faciet, et docti in populo docebunt plurimos* [44]. Omnes docibiles, ut jam dictum est, qui docti [45] sunt, esse oportet; sed sacerdotes doctiores cæteris populis necesse fore docebat Christus dicens [46] : *Quia si cæcus cæco ducatum præstet, ambo in foveam cadunt* [47]. Sacerdotes [48]

[16] *quoque.* [17] *resurrectio futura sit.* [18] S. Aug., serm. 115, *De temp.*; Ruf. *in Symb.* [19] *quia.* [20] *contulerunt.* [21] *Ergo quod.* [22] Hebr. xi, 6. [23] Rom. x, 10. [24] Psal. cxv, 10. [25] Habac. ii, 4. [26] Isa. vii, 9. [27] Ruf., præf. *Expos. in Symb.* [27a] Isa. liii, 8. [28] Aug. serm. 181, *De temp.*; Ruf., l. c. [29] Psal. cix, 3. [30] Baruch iii, 36. [30a] Ibid., 38. [31] Hactenus Ven. Fort. [32] Matth. xxii. [33] Deut. vi; Matth. xxii; Marc. xii. [34] Tob. iv, 16. [35] Matth. vii, 12. [36] S. Greg., x *Moral.*, 4. [37] I Joan. iv. [38] S. Isid. 2, sent, 3. [39] Cant. viii. [40] Joan. xiv, 23. [41] Joan. xv, 10. [42] *errare.* [43] Matth. xxii, 40. [44] Dan. xi, 32. [45] *non.* [46] Hæc duo vocabula non sunt in ms. [47] Matth. xv, 14. [48] Distinct. 93, *Sacerdotes vero.*

Digitized by Google

vero sal terræ et mundi lumen [59] docens, præcepit in splendore bonorum operum Patrem glorificare Deum; de quibus Dominus ait: *Beati estis, cum maledixerint vobis homines, et persecuti vos fuerint, et dixerint omne malum adversum vos, mentientes propter me. Gaudete et exsultate, quoniam merces vestra copiosa est in cœlis; sic enim persecuti sunt prophetas, qui fuerunt ante vos. Vos estis sal terræ Quod si sal evanuerit, in quo salietur? Ad nihilum valet ultra, nisi ut foras mittatur, et conculcetur ab hominibus. Non potest civitas abscondi supra montem posita, neque accendunt lucernam, et ponunt eam sub modio, sed super candelabrum, ut luceat omnibus qui in domo sunt* [60], ut qui ingrediuntur lumen videant [61]. *Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant bona opera vestra, et glorificent Patrem vestrum, qui in cœlis est* [62]. Episcopos autem per singulas civitates, quibus ille non miserat, perdoctos et prudentes sicut serpentes, simplicesque sicut columbas, juxta Domini præceptionem, nobis mittere præcepit. Quod etiam facere inchoavimus, et Domino opem ferente, facturi sumus. Vos autem per vestras diœceses episcopos sacrate et mittite, quia nos ad alias partes, quod idem jussit, agere curabimus. Aliquos vero ad Gallias Hispaniasque [63] mittemus, et quosdam ad Germaniam et Italiam, atque ad reliquas gentes dirigere cupimus. Ubi autem ferociores et rebelliores gentes esse cognoverimus, illuc dirigere sapientiores et austeriores necesse habemus, qui quotidie non cessent divina seminare semina, et multos Christo lucrari, et ad rectam fidem et viam veritatis perducere, ut plures manipulos Domino valeant præsentare.

[64] In illis vero civitatibus, in quibus olim apud ethnicos archiflamines [65] eorum, atque primi legis doctores erant, episcoporum primates poni, vel patriarchas, qui reliquorum episcoporum judicia et majora (quoties necesse foret) negotia in fide agitarent, et secundum Dei voluntatem, sicut constituerunt sancti apostoli, ita ut ne quis injuste periclitaretur, definirent. [66] In illis autem civitatibus, in quibus dudum apud prædictos erant archiflamines, quos tamen minores tenebant quam memoratos primates, archiepiscopos institui præcepit, qui non tamen primatum, sed archiepiscoporum fruerentur nomine. Episcoporum quoque judicia, ut superius memoratum est, et majora Ecclesiarum negotia, si ipsi reclamaverint, aut aliquem timorem, aut istos vel alios suspectos habuerint, ad jam dictos primates vel patriarchas, ne aliquis nocenter [67] periret, transferri perdocuit [68]. In singulis vero reliquis civitatibus singulos, et non binos vel ternos aut plures episcopos, constitui præcepit, qui non primatum, aut archiepiscoporum, aut metropolitanorum nomine, quia matres civitatum non tenent, sed episcoporum tantum vocabulo potirentur; quoniam nec inter ipsos apostolos par institutio fuit, sed unus omnibus præfuit [69]. Hoc tamen prævidendum instituit, ne in villis, aut castellis vel modicis civitatibus, instituerentur episcopi; ne vile eorum nomen fieret. Episcopos ergo vicem apostolorum gerere, Dominum docuisse dicebat, et reliquorum discipulorum vicem tenere presbyteros debere insinuabat. Et si quis aliquem ex his scandalizaret, gravissimam illi pœnam inferri debere prædicabat. Cunctos se invicem diligere et adjuvare debere, et neminem ab adjutorio fratris se subtrahere instruebat. [70] Homicidas vero et adulteros, ac cunctos criminalibus nexibus alligatos, et qui eis coæquales non erant, ab eorum vexatione et accusatione, docente Domino, prohibebat, et nonnisi a coæqualibus aliquid eis inferri debere docebat; quia discipulum supra magistrum esse, aut ullam ei injuriam inferre, nullatenus debere oportet. [71] Infames etiam omnes, et quos primates et leges sæculi non suscipiunt, sed et laicos ab eorum accusatione et vexatione semper repelli debere, rogabat, et cunctos illis subditos esse præcipiebat. [72] Cunctorum sacerdotum vitam, superiorem sanctioremque ac discretam a sæcularibus et laicis hominibus esse, et spirituales quosque atque sacerdotes super carnales ac laicos semper constituendos docebat; quoniam pro minimo nobis esse debet, ut a talibus arguamur et judicemur, vel ab humano die. [73] Majores vero a minoribus nec accusari nec judicari ullatenus posse dicebat; quoniam non solum hoc divinas, sed et leges sæculi inhibere docebat.

Omnes ergo legum divinarum libenter violatores, et sacrarum institutionum voluntarie perturbatores, ecclesiastica indignos regula et sancta communione judicabat. Operatores vero earumdem, eisque obedientes, utrarumque ac cæterorum bonorum dignos esse dicebat. Unde et prophetas in testimonium sumebat: *Audite, cœli, et auribus percipe, terra, quoniam Dominus locutus est: Filios enutrivi et exaltavi, ipsi autem spreverunt me. Cognovit bos possessorem suum, et asinus præsepe domini sui, Israel autem non cognovit me, et populus meus non intellexit. Væ genti peccatrici! populo gravi iniquitate, semini nequam, filiis sceleratis! Dereliquerunt Dominum, blasphemaverunt Sanctum Israel, abalienati sunt retrorsum. Super quo percutiam vos ultra, addentes prævaricationem? Omne caput languidum, et omne cor mœrens: a planta pedis usque ad verticem non est in eo sanitas: vulnus et livor, et plaga tumens non est circumligata, nec curata medi-*

[59] *esse.* [60] Matth. v, 11–16. [61] Deest media hæc sententia in Lucensi codice. [62] Ibid., 16. [63] Ms. *Spaniasque* [64] Dist. 80, *In illis civitatibus;* et Leo IX, ep. 3. [65] *primi sacerdotes flamines.* [66] Vide Aut. Aug. in Adr. coll. datam Ingilr., c. 23, Jul. ep. 2. [67] *quis innocenter.* [68] *jussit.* [69] In *Decr.* Ivo. lib. 4 u. [70] 7 q. 1, *Beatus Petrus* Hadr., c. 63, collectionis. [71] 2, q. 7, *Laici in accusatione.* [72] Fab., ep. 2. [73] Jul. ep. 2, c. 36.

Digitized by Google

*camine, neque fota oleo. Terra vestra deserta, civitates vestræ igne succensæ: regionem vestram coram vobis alieni devorant, et desolabitur sicut in vastitate hostili, et derelinquetur*[64]. *Væ*, inquit, *qui dicitis bonum malum, et malum bonum, ponentes tenebras lucem, et lucem tenebras, ponentes amarum in dulce, et dulce in amarum. Propterea captivus ductus est populus meus, quia non habuit scientiam, et nobiles ejus interierunt fame, et multitudo ejus siti exaruit. Propterea dilatavit infernus animam suam, et aperuit os suum absque ullo termino. Et descendent fortes ejus, et populus ejus, et sublimes gloriosique ejus ad eum. Et incurvabitur homo, et humiliabitur vir, et oculi sublimium deprimentur. Et exaltabitur Dominus exercituum in judicio, et Deus sanctus sanctificabitur in justitia*[65]. Carnales spiritualibus resistere prohibebat. Et de his qui cervices suas contra magistros et seniores suos erigebant, hæc in exemplum adducebat[66]: *Detracta est ad inferos superbia tua, concidit*[67] *cadaver tuum: subter te sternetur tinea, et operimentum tuum erunt vermes. Quomodo cecidisti de cœlo, Lucifer, qui mane oriebaris? Corruisti in terram, qui vulnerabas gentes, qui dicebas in corde tuo: In cœlum conscendam, super astra Dei exaltabo solium meum; sedebo in monte Testamenti, in lateribus aquilonis; ascendam super altitudinem nubium, similis ero Altissimo. Verumtamen ad infernum detraheris in profundum laci. Qui te viderint, ad te inclinabuntur, teque prospicient; nunquid iste est vir, qui turbavit*[68] *terram, qui concussit regna, qui posuit orbem desertum, et urbes ejus destruxit, vinctis ejus non aperuit carcerem*[69]? Ebrietatem oppido prohibebat, et ebriosos, corpore et animo mortuos esse prædicabat; de quibus et in exemplum aiebat: *Væ qui consurgitis mane ad ebrietatem sectandam, et potandum usque ad vesperam, ut vino æstuetis: cithara, et lyra, et tympanum, et tibia, et vinum in conviviis vestris: et opus Domini non respicitis, nec opera manuum ejus consideratis*[70]. Et iterum: *Væ qui potentes estis ad bibendum vinum, et viri fortes ad miscendam ebrietatem: qui justificatis impium pro muneribus, et justitiam justi auferetis ab eo. Propter hoc, sicut devorat stipulam lingua ignis, et calor flammæ exurit, sic radix eorum quasi favilla erit, et germen eorum ut pulvis ascendet. Abjecerunt enim legem Domini exercituum, et eloquium Sancti Israel blasphemaverunt. Ideo iratus est furor Domini in populo suo, et extendit manum suam super eum, et percussit eum. Et conturbati sunt montes, et facta sunt morticina eorum quasi stercus in medio platearum. In omnibus his non est aversus furor ejus, sed adhuc manus ejus extenta*[71]. [72] Nullum etiam[73] presbyterum in alicujus episcopi parochia aliquid agere debere, absque ejus permissu, docebat[74]; sed et cunctos presbyteros propriis episcopis in omnibus absque mora obedientes, instituente Domino, esse debere docebat[75]. Nullum item aliena concupiscere aut præsumere, quæ eorum erant, sed unumquemque suis sibique commissis contentos esse docebat[76]. Neminem etiam alicui aliquid facere, nisi quod sibi fieri vellet, instruebat. Sanctam quoque Ecclesiam immaculatam omnes servare debere evangelizabat, cujus claves episcopos esse dicebat. Ipsi enim habent potestatem claudere cœlum, et aperire portas ejus, quia claves cœli facti sunt. Admonere autem eos neminem debere docebat, quia oculi Domini sunt, et *qui eos tangit, tangit pupillam oculi ejus*[77]. Et quanta pœna dignus sit qui eos scandalizat, ipsum Dominum docuisse dicebat, ubi ait: *Qui scandalizaverit unum de pusillis istis qui in me credunt, expedit ei ut suspendatur mola asinaria in collo ejus, et demergatur in profundum maris. Væ mundo a scandalis! Necesse est enim ut veniant scandala: verumtamen væ homini illi, per quem scandalum venit! Si autem manus tua scandalizat te, abscinde eam, et projice abs te. Bonum est tibi ad vitam ingredi debilem, quam duas manus habentem mitti in gehennam ignis. Et si pes tuus scandalizat te, abscinde eum, et projice abs te. Bonum est tibi introire ad vitam claudum, quam duos pedes habentem mitti in ignem æternum. Et si oculus tuus scandalizat te, erue eum, et projice abs te. Bonum est tibi unum oculum habentem in vitam introire, quam duos oculos habentem mitti in gehennam ignis. Videte, ne contemnatis unum ex his pusillis. Amen dico vobis: Quæcunque alligaveritis super terram, erunt alligata et in cœlo: et quæcunque solveritis super terram, erunt soluta et in cœlo. Iterum dico vobis, quia si duo ex vobis consenserint super terram, de omni re quamcunque petierint, fiet illis a Patre meo, qui in cœlis est. Ubi enim sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum*[78]. Et iterum per prophetam loquitur, dicens: *Expavit*, inquit, *cœlum super hoc, et horruit amplius vehementer, dicit Dominus*[79]. O intolerabilem malignitatem, o linguam iniquitatem loquentem contra Deum, et mentem in altitudinem cornu extollentem! Et iterum: *Impone, homo, tuæ linguæ ostium et seram.* Cessa, cornu in altitudinem extollens, et loquens adversus Deum iniquitatem et proximum tuum. Quousque insultas patienti Christo et fratribus? Sic autem peccantes in fratres, et percutientes eorum infirmam conscientiam in Christum graviter peccatis[80], et rei judicio effecti, infames efficiemini, et juste repellemini. Et iterum per prophetam loquitur, dicens: *Vos autem sacerdotes Domini vocabimini; ministri Dei nostri, dicetur vobis: Fortitudinem gentium comedetis, et in gloria eorum superbietis. Pro confusione vestra duplici et rubore, laudabunt partem eorum. Propter*

[64] Isai. I, 2 et seq. [65] Isai. V, 20 et seq. [66] *dicebat*. [67] *cecidit*. [68] Luc. *conturbavit*. [69] Isai. XIV, 11 et seq. [70] Isai. V, 11 et seq. [71] Ibid., 22 et seq. [72] Can. apost. 40. [73] Ms. *enim*. [74] *volebat*. [75] Can. apost. 36. [76] *contentum abire oportere*. [77] Zach. II, 8. [78] Matth. XVIII, 6 et seq. [79] Jerem. II. [80] I Cor. VIII, 12

Digitized by Google

*hoc in terra sua duplicia possidebunt, et lætitia sempiterna erit eis; quia ego Dominus diligens judicium, et odio habens rapinam in holocaustum; et dabo opus eorum in veritate, et fœdus perpetuum feriam eis. Et scietur in gentibus semen eorum, et germen eorum in medio populorum. Omnes qui viderint eos, cognoscent eos, quia isti sunt semen cui benedixit Dominus. Gaudens gaudebo in Domino, et exsultabit anima mea in Deo meo; quia induit me vestimento salutis, et indumento justitiæ circumdedit me, quasi sponsum decoratum corona, et quasi sponsam ornatam monilibus suis. Sicut enim terra profert germen suum, et sicut hortus semen suum germinat, sic Dominus Deus germinabit justitiam et laudem coram universis gentibus*[81]. [82] Eos autem a solo Domino aut judicandos, aut removendos, et non ab aliis esse dicebat, quia sui sunt, et non alterius. Et quis est, qui alterius judicet servum? Nam si non patiuntur homines, nec Deus deorum et Dominus dominantium hæc ullatenus patitur. Unde et prophetas sibi testes esse dicebat, per quos Dominus loquitur, dicens: *Ecce excoxi te, sed non quasi argentum elegi te in camino paupertatis. Propter me faciam, ut non blasphemer, et gloriam meam alteri non dabo. Audi me, Jacob et Israel, quem ego voco. Ego ipse, ego primus, et ego novissimus. Manus quoque mea fundavit terram, et dextera mea mensa est cœlos. Ego vocabo eos, et stabunt simul*[83]. *Me insulæ exspectabunt, et brachium meum sustinebunt. Salus autem mea in sempiternum erit, et justitia mea non deficiet. Audite me, qui scitis justum, populus meus, lex mea in corde eorum. Nolite timere opprobrium hominum, et blasphemias eorum ne metuatis. Sicut enim vestimentum, sic comedet eos vermis, et sicut lanam sic devorabit eos tinea. Salus autem mea in sempiternum erit, et justitia mea in generationes generationum*[84]. Et iterum: *Abscondita est via mea a Domino, et a Deo meo judicium meum transivit. Nunquid nescis, aut non audisti? Deus, sempiternus Dominus, qui creavit terminos terræ, non deficiet, neque laborabit, nec est investigatio sapientiæ ejus. Qui dat lasso virtutem, et his qui non sunt, fortitudinem et robur multiplicat. Deficient pueri et laborabunt, et juvenes in infirmitate cadent. Qui autem sperant in Domino, mutabunt fortitudinem: assument pennas sicut aquilæ: current, et non laborabunt: ambulabunt, et non deficient*[85]. *Taceant ad me insulæ, et gentes mutent fortitudinem. Accedant, et tunc loquantur, simul ad judicium propinquemus*[86]. Hos autem qui eos vetant, aut amovere vel damnare nituntur, Dominus per prophetam damnat[87], et usque ad satisfactionem eorum et Ecclesiæ damnatos esse docebat, ubi ait: *Talia elegerunt in viis suis, et abominationibus suis anima eorum delectata est. Unde et ego eligam illusiones eorum, et damnationem adducam eis; quia locutus sum eis, et non audierunt: feceruntque malum in oculis meis, et quæ nolui, elegerunt. Audite verbum Domini, qui tremitis ad verbum ejus; dixerunt fratres vestri, odientes vos, et abjicientes propter nomen meum: Glorificetur Dominus, et videbimus in lætitia vestra, ipsi autem confundentur*[88]. Non enim laborabunt frustra in conturbatione præsules mei, *quia semen benedictorum Domini est. Antequam clament, ego exaudiam; adhuc illis loquentibus, ego audiam*[89]. Ad glorificandum se, et divina mandata seminanda evangelizanda, eos Dominus elegit, et non ut prohibeantur, aut perturbentur, suggerebat; [90] quoniam qui eos lædit, eum lædit, cujus legatione funguntur. Prædicare eos assidue, et mandata Domini sine intermissione annuntiare rogabat. Opera eorum bona coram hominibus monstrare, et conscientiam bonam coram Deo habere insinuabat. Omnes principes terræ, et cunctos homines eis obedire, et capita sua submittere, eorumque adjutores existere præcipiebat, ut omnes pariter fideles et cooperatores legis Dei monstrarentur, ne de eis dicatur: *Confundentur et erubescent omnes qui pugnant adversum te, et erunt quasi non sint, et peribunt viri qui contradicunt tibi. Quæres eos, et non invenies viros rebelles tuos. Erunt quasi non sint, et veluti consumptio hominis bellantis adversum te*[91].

[92] Omnes ergo qui eis contraveniunt, ita damnatos et infames usque ad satisfactionem monstrabat, et nisi converterentur, a liminibus ecclesiæ alienos esse præcipiebat. [93] Homicidiorum vero tria genera esse dicebat, et pœnam eorum parilem fore docebat. Sicut enim homicidas interfectores fratrum, ita et detractores eorum, eosque odientes, homicidas esse manifestabat; quia et qui occidit fratrem suum, et qui odit, et qui detrahit ei, pariter homicidæ esse monstrantur[94]. Omnes etiam a carnalibus desideriis, quæ militant adversus animam, abstinere, et bonam eorum conversationem ac innocentem omnibus monstrare rogabat. Ex corde enim cunctos attentius invicem diligere insinuabat, et veram fraternitatem inter se habere docebat. Quotidiana enim illius prædicatio, inter cætera divina mandata, hæc erat, quam in ejus exemplum etiam tibi, frater charissime, significare curavi. [95] Bonorum, inquit, operum inter cætera semina ac negotia sunt, quantum unusquisque sapit et potest, totus intimi cordis, ut prælibatum est, visceribus Deum diligere, et proximum velut seipsum: abnegare seipsum sibi, ut Jesum Christum Dominum nostrum sequatur; et nihil ejus amori præponere, veritatem corde et ore proferre debere, et totam spem Deo semper com-

[81] Isai. LXI, 6 et seq. [82] Ivo in *Decr.*, p. 5, c. 232. Anacl., ep. 2. Alex. ep. 2. Telesph. Fab. Melc. Julius Dam., etc. [83] Isai. XLVIII, 10 et seq. [84] Isai. LI, 5 et seq. [85] Isai. XL, 27 et seq. [86] Isai. XLI, 1. [87] *Dominum damnare.* [88] Isai. LXVI, 3 et seq. [89] Isai. LXV, 23, 24. [90] Greg. XII, 22. [91] Isai. XLI, 11 et seq. [92] II, q. 3, *Si autem vobis.* [93] De pœnit. distinct. I. [94] I Joan. III, 15. [95] c. 4 Reg. S. Benedicti, ut quidam notavit ad oram in ms. Justelli.

Digitized by Google

mittere. Instruebat actus suæ vitæ omni hora custodire, et in omni loco Deum respicere; firmiter scire, cogitationes malas cordi suo advenientes, mox ad Christum allidere, et sacerdotibus Domini manifestare. Os suum a multo[96] vel pravo colloquio custodire, et verba vana, aut mendacia non loqui; quia *os quod mentitur, occidit animam*[97]. Verba divina libenter audire, et sacerdotibus suis libenter obtemperare, atque obedientes esse docebat. Prædicationi et orationi ac lectioni frequenter incumbere, et eleemosynas veras perficere. Desideria carnis non perficere, sed propriam frangere voluntatem : boni aliquid in se cum viderit, Deo applicare[98], non sibi : et malum a se factum cognoscat, et sibi imputet[99]. Multum loqui non amare, sed custodire labia sua, ne dolum aut malum loquantur. Diem judicii timere, gehennam expavescere, vitam æternam omni concupiscentia desiderare; non occidere, non adulterari, non furtum facere, non rem proximi concupiscere, non falsum testimonium dicere[100], sed omnes homines honorare, corpus custodire, vanas et caducas non amplecti delicias, jejunium et vigilias sanctas amare, pauperes recreare, nudos vestire, infirmos visitare, sitientes potare, mortuos sepelire, et diligenter eorum exsequias peragere, pro eisque orare et eleemosynas dare; dolentes consolari, et suis bonis refovere, et a malis actibus se alienum facere. Non esse superbum, non vinolentum, nec multum edacem, non somnolentum, non pigrum, non murmuratorem, nec detractorem; quia qui detrahit, non se [1], sed et multos alios occidit. Iram non perficere, nec iracundiæ tempus reservare. Dolum in corde non tenere, nec pacem falsam dare[2]. Charitatem non derelinquere, nec jurare, ne forte perjurium, quod absit! fiat. Malum pro malo non reddere, nec injuriam facere, sed factam patienter sufferre. Inimicos diligere, maledicentes se non maledicere, sed magis benedicere, et persecutionem pro justitia sustinere. Charitatem [3] amare, et nullum odio habere; quia *qui odit fratrem suum homicida est* [4]. Elationem fugere, zelum malum non habere, invidiam non exercere, nec contentionem amare. Cum discordantibus ante solis occasum in pacem redire, et de Dei misericordia nunquam desperare. Seniores venerari, et juniores diligere. Episcopos, sacerdotes suos, ac cunctos reliquos Ecclesiæ ministros, atque omnem plebem sibi commissam, verbo divino et mandato instruere ac dirigere, hosque omnes et eorum episcopos tota animi virtute diligere ut oculos suos, quia oculi sunt illorum. [5] Eorum præceptis in omnibus obedire, etiamsi ipsi aliter, quod absit! agant, memores scilicet illius Dominici præcepti : *Quæ dicunt, facite : quæ autem faciunt, facere nolite* [6]. Ipsi autem episcopi, si exorbitaverint[7], ab istis non sunt reprehendendi vel arguendi, sed supportandi[8], nisi in fide erraverint.

Illi ergo super istos sunt, non autem isti super illos; quoniam major a minore nec argui, nec judicari potest. Nullus se extollat erga doctores[9] magistros suos, quia discipulus super magistrum esse non debet, nec potest [10]. [11] Nullus velit dici sanctus, antequam sit; sed prius sit, ut[12] verius dicatur. Præcepta Domini, doctorumque ac magistrorum, factis quotidie adimplere, et in Christi nomine pro inimicis orare oportet. [13] Obedientia enim et humiliatio quæ magistris agitur, Domino exhibetur. *Timor Domini delectabit cor, et dabit lætitiam et gaudium in longitudinem dierum. Timenti Deum bene erit in extremis, et in die defunctionis suæ benedicetur* [14]. *Væ dissolutis corde, qui non credunt Deo*, et resistunt mandatis ejus, et inobedientes ac contumaces sunt his qui ejus legatione funguntur : *et ideo non protegentur ab eo. Væ his qui perdiderunt sustinentiam, qui dereliquerunt vias rectas, et diverterunt in vias pravas. Et quid facient, cum inspicere cœperit Dominus? Qui timent Dominum, non erunt incredibiles verbo illius : et qui diligunt illum, conservabunt viam illius. Qui timent Dominum, inquirent quæ beneplacita sunt illi : et qui diligunt eum, replebuntur lege ipsius. Qui timent Dominum, præparabunt corda sua, et in conspectu illius sanctificabunt animas suas. Qui timent Dominum, custodiunt mandata illius, et patientiam habebunt usque ad inspectionem illius, dicentes : Si pœnitentiam non egerimus, incidemus in manus Dei, et non in manus hominum : secundum enim magnitudinem illius, sic et misericordia ipsius cum ipso est* [15]. *Venite* (inquit) *filii, audite me, timorem Domini docebo vos* [15a]. *Currite dum lumen vitæ habetis, ne tenebræ mortis vos comprehendant* [16]. *Omnis qui vult vitam, et cupit videre dies bonos, prohibeat linguam suam a malo, et labia ejus ne loquantur dolum. Divertat a malo, et faciat bonum : inquirat pacem, et persequatur eam : quia oculi Domini super justos, et aures ejus ad preces eorum. Vultus autem Domini super facientes mala, ut perdat de terra memoriam eorum* [16a]. *Propterea nolite fieri sicut equus et mulus, in quibus non est intellectus. Sed lætamini in Domino, et exsultate justi, et gloriamini omnes recti corde* [17]. *Quia multi venient ab oriente et occidente*, Domino dicente, et a septentrione atque meridie, *et recumbent cum Abraham et Isaac et Jacob* [18]. Propter quod [19], deprecor te, frater charissime, ut doceas attentius hunc prædicationis ordinem et absolutionum dies, ut salventur animæ hominum, quæ occulta Dei virtute, quem debeant diligere, priusquam doceantur, agnoscunt. Operum vero ratio potestati et arbitrio uniuscujus-

[96] *malo.* [97] cap. 1, 11. [98] *attribuere.* [99] *applicet.* [100] Deut. v. [1] f. *se solum*, ita ms. Just. [2] *prætendere.* [3] *Castitatem*, ita ms. c. [4] 1 Joan. III, 15. [5] 2, q. 7, *Sacerdotes.* [6] Matth. XXIII, 3. [7] Conc. Rom. V, sub Symmacho. [8] *portandi.* [9] *ac.* [10] Matth. X; Luc. VI. [11] c. 4 Reg. S. Benedicti. [12] *quo.* [13] cap. 5. [14] Eccli. I, 12, 13. [15] Eccli. II, 15 et seq. [15a] Psal. XXXIII, 12. [16] Joan. XII, 35. [16a] Psal XXXIII, 13. [17] Psal. XXXI, 9, 11. [18] Luc. XIII, 29 [19] *Recognit.* IV.

Digitized by Google

que permittitur, et hoc ipsorum est proprium. Desiderium vero habere erga doctorem veritatis, hoc a Patre cœlesti donatum est. Sed salus in eo est, ut voluntatem ejus, cujus amorem et desiderium, Deo largiente, conceperis, facias; ne dicatur sermo ejus ad nos, quem idem dixit : *Quid autem me dicitis, Domine, Domine, et non facitis quæ dico*[20] ? Est ergo proprii muneris, ut unusquisque sit, prout Dominus noster dederit, perfectus in Ecclesia, mittensque semina divina, ut de nobis, non prædictus sermo, sed ille dicatur, quem alibi Dominus noster dixit : *Ideo*, inquit, *omnis scriba doctus in regno cœlorum, similis est homini patrifamilias, qui profert de thesauro suo nova et vetera*[21]. Nullus ergo[22], inquit, impediat ordinem, aut locum occupet irrationabiliter, vel temporum permutet vices; sed primo quæ sit justitia ejus, quæ voluntas, requiramus, ut bonis operibus ac Dei gratia repleamur. Deus enim his qui recte sentiunt et bona agunt præsto est, quoniam hic manifestat seipsum. Nam si quis velit (antequam actus suos emendet) de his requirere, quæ non potest invenire, stulta et inefficax erit hujusmodi inquisitio. Tempus enim breve est, et in judicio Dei gestorum causa agitur, non quæstionum. Ideoque ante omnia hoc quæramus, quid nos aut qualiter agere oporteat, ut æternam vitam consequi mereamur. Nam si exiguum hoc tempus vitæ per inanes occupamus et inutiles quæstiones, inanes A sine dubio et vacui ab operibus bonis pergemus ad Deum, ubi judicium operum nostrorum fiet. Unaquæque etenim res suum tempus habet et locum.[23] Operum hic locus, hoc tempus est; meritorum, sæculum futurum. Curratur igitur per viam mandatorum Dei, et a beatorum præceptorum Domini institutis, et a Spiritus sancti doctrina non recedatur. Quapropter præparanda sunt corda nostra ac corpora, sanctæ mandatorum ejus suorumque episcoporum ac prædicatorum[24] obedientiæ militatura, ut suæ gratiæ jubeat nobis auxilium ministrari, et fugientes gehennæ pœnam, ad vitam valeamus omnes pervenire æternam.

[25] Hæc itaque, frater charissime Jacobe, ab ore sancti Petri jubentis accepi, tibique, ut optabas, B insinuare studui, ut servari omnia immaculata præcipias, quia ecclesiastica non oportet negligenter, sed diligenter expleri negotia. Hæc ergo præcepta nemo credat absque sui periculo negligere vel dissimulare, quia in judicio Dei ignis æterni tormenta sustinebit, qui ecclesiastica decreta neglexerit. Qui vero te audierit, ut jusserat minister[26] Christi Jesu, gloriam accipiet. Qui autem te non audierit, imo loquentem Dominum per te, ipse sibi damnationem accipiet. Curandum[27] ergo et attendendum est nobis omnibus, quod in perpetuum expedit, ut Christi passionibus per patientiam participemus, atque regni ejus mereamur esse consortes. Amen.

---

# EPISTOLA[28] II.

## AD JACOBUM FRATREM DOMINI.

*De sacratis vestibus et vasis.*

CLEMENS[29] Romanæ Ecclesiæ præsul, JACOBO C Hierosolymorum episcopo.

[30] Quoniam, sicut a beato Petro apostolo accepimus, omnium apostolorum Patre, qui claves regni cœlestis accepit, qualiter tenere debemus de sacramentis, quæ geruntur in sanctis, te ex ordine nos decet instruere.[31] Tribus enim gradibus commissa sunt sacramenta divinorum secretorum, id est presbytero, diacono et ministro[32], qui cum timore et tremore clericorum, reliquias fragmentorum corporis Dominici custodire debent, ne qua putredo in sacrario inveniatur ne cum negligenter agitur[33], portioni corporis Domini gravis inferatur injuria. Communio enim corporis Domini nostri Jesu Christi si negligenter erogetur, et presbyter minora non curet admonere officia, gravi anathemate[34] et digna humiliationis plaga feriatur. Certe tanta in[35] altario holocausta offerantur, quanta populo sufficere debeant. Quod si remanserint, in crastinum[36] non reserventur, sed cum timore et tremore, clericorum diligentia consumantur. Qui autem residua corporis Domini, quæ in sacrario relicta sunt,[37] consumunt, non statim ad communes accipiendos cibos conveniant; ne[38] putent sanctæ portioni commisceri cibum, qui per aqualiculos digestus, in secessum funditur. Si ergo mane Dominica portio editur, usque ad sextam jejunent ministri qui eam consumpserunt. Et si

[20] Luc. VI, 46. [21] Matth. XIII, 52. [22] *Recognit.* 2. [23] Clem., ep. 3. [24] præf. Reg. S. Benedicti [25] Clem., ep. 2. [26] *utilis erit m. J. C. et.* [27] *currendum.* [28] In altero e mss. nostris, qui sunt ex antiquissimis, titulus est : *Item epistola præceptorum S. Clementis Papæ, missa Jacobo fratri Domini.* In altero : *Incipit prima S. Clementis Romani ad Jacobum de sacramentis Ecclesiæ.* Ita Harduinus, qui ex prædictis codicibus has variantes lectiones animadvertit. [29] C. H. *Clemens Jacobo charissimo.* [30] De consec. distinct. 2, *Tribus gradibus.* [31] Humb. *adv. Nicetam.* [32] *hypodiacono.* [33] Luc. cod. legit : *et si negligenter agendo portionem corporis* (manus antiqua addit *et sanguinis*) *Domini N. J. C. presbyter minora non curat*, etc. [34] *percussus* ex c. Just. [35] De consec. distinct. 2, *Tribus gradibus*, vel *Tanta in.* Et in *Decret.* Ivo. lib. I. [36] Ms. *In crastinum.* [37] Humb., cit. loco. [38] *nec.*

Digitized by Google

tertia vel quarta hora aoceperint, jejunent usque ad vesperam. Sic secreta sanctificatione æterna custodienda sunt sacramenta. De vasis sane sacris ita gerendum est : Altaris palla, cathedra [39], candelabrum et velum, si fuerint vetustate consumpta, incendio dentur, quoniam non licet ea quæ in sanctuario fuerint, male tractari, sed incendio universa tradantur. Cineres quoque eorum in baptisterio inferantur, ubi nullus transitum habeat, aut in pariete, aut in fossis pavimentorum jactentur, ne introeuntium pedibus inquinentur. Nemo per [40] ignorantiam clericus palla mortuum credat obvolvendum, aut diaconus scapulas operire velit [41], quæ fuit in altari, aut certe quæ data est in mensam [42] Domini. Qui hæc fecerit, vel leviter quasi nihil et negligenter habuerit divina mysteria [43], diaconus triennio, sexque mensibus a Dominico alienus erit altari, gravi percussus anathemate. Quod si clericum presbyter non communuerit [44], decem annis et quinque mensibus excommunicatus sit ; propterea quod de Dominicis sacramentis subjecta sibi non commonuerit ministeria, et postea cum grandi humilitate matri reconcilietur Ecclesiæ. [45] Pallas vero et vela, quæ in sanctuarii sordidata fuerint ministerio, diaconi cum humilibus ministris juxta [46] sacrarium lavent, non ejicientes foras a sacrario velamina Dominicæ mensæ, ne forte pulvis Dominici corporis male decidat a sindone foris abluta, et erit hæc operanti peccatum : idcirco intra sacrarium ministris præcipimus, hæc sancta [47] cum diligentia custodire. Sane pelvis nova comparetur, et præter hoc nihil aliud tangat. Sed nec [48] ipsa pelvis velis apponatur lavandis, nisi quæ ad Dominici altaris cultum pertinent. [49] Pallæ altaris solæ in ea laventur, et in alia vela januarum [50]. De velis autem januarum [51] cura sit [52] ostiariis ex admonitione majorum, ne quis negligens aut ignarus ad velum januæ domus Domini manus incondite tergat ; sed statim coercitus discat omnis homo, quia velum atrii domus Domini sanctum est. [53] Præcipimus etiam ne excommunicato [54] Ecclesiæ, sive laico, de fragmentis oblationum Domini ponatur ad mensam. Unde scis tu, qui passim sacrarii [55] panes indignis impendis, unde nosti, si a mulieribus mundi sunt hi quibus impendis ? Hinc et David ab Abimelech [56] sacerdote interrogatus, cum panes sibi ad comedendum posceret, si mundus esset a muliere, cum se mundum ante triduum profiteretur, panes propositionis manducavit.

[57] Ad Dominica autem mysteria tales eligantur, [58] qui ante ordinationem suam conjuges suas non noverint [59]. Quod si post ordinationem, ministro altaris contigerit proprium invadere cubile uxoris, sacrarii non intret limina, nec sacrificii portitor fiat, nec altare contingat, nec ab offerentibus holocausti oblationem suscipiat, nec ad Dominici corporis portationem [60] accedat, nec [61] aquam sacerdotibus porrigat ad manus. Ostia [61*] forinsecus claudat, minora gerat officia, urceum sive calicem ad altare non sufferat [62]. Si forte quispiam presbyter, sive diaconus, sacrarii sindonem vel velum, subtracta vendiderit, [63] Judæ Iscariotis similis æstimabitur [64]. Qui propter cupiditatem fecerit hoc opus, noverit se supradicti Judæ suscepturum pœnam [65]. Clericus vero solus ad feminæ tabernaculum non accedat, nec properet, sine majoris natu principis jussione. [66] Nec presbyter solus cum sola adjungatur, sed duobus adductis testibus visitet infirmam. Nec solus cum sola femina fabulas misceat. [67] Nec archidiaconus aut diaconus, sub prætextu officii humilitatis [68], frequenter domicilia matronarum, aut forte per clericos aut domesticos ejus, matronæ mandent secreti [69] aliquid. Si cognitum fuerit, et ille deponatur, et illa a liminibus arceatur Ecclesiæ. Sed si forte aliqua intercessio fuerit, episcopo suggeratur. Et si talis est, ad quam debeat ire pio [70] interventu ipse pergat. Sin autem, de latere suo dirigat, cum duobus aut tribus, qui hoc sanare debeant [71]. Sane ad visitandam mulierem infirmam nullus clericus ingrediatur, nisi cum duobus aut tribus. Nemo tamen clericorum [72] cum extranea habitet femina [73], nisi proxima aut soror fuerit. Et hoc cum magna sollicitudine fiat. Non ignoramus malitias Satanæ. Universa hæc cum mansuetudine ecclesiastica complenda sunt ministeria. Negotium enim Dei non decet negligenter expleri. Iterum atque iterum de fragmentis Dominici corporis demandamus. Calicem vero ad perferendum sanguinem Domini, præparatum cum tota munditia ministerii, minister præparet, ne, non bene lotus calix, diacono peccatum fiat offerenti. Ita cum omni honestate, cuncta quæ supra exposuimus, oportet impleri. Tales ad [74] ministerium

[39] *canthara.* De consec. distinct. 1 : *Altaris palla.* [40] De consec. distinct. 1 : *Nemo per.* [41] Conc. Aru., cap. 3, et 5; Autiss. 12, 13. [42] Ms. *in mensa;* at Gratianus *in mensam.* [43] Ms. *habuerit ministeria.* [44] Ms. *admonuerit*, et ita rursum postea. [45] Ivo. part. III, c. 266. [46] Ms. *intra*, ut mox. [47] In ms. absunt hæc duo verba. [48] Ms. *non.* [49] Ms. *Pallæ, in alia pelve laventur, et in.* [50] Absunt a c. Justelli. [51] De consec. distinct. 2 : *Tribus gradibus*, § *Tanta in.* [52] Ms. *etiam cura sit*, cæteris omissis, *de velis autem januarum.* [53] Matisc. 11, c. 6. [54] Ms. *ne unquam extero.* [55] *sanctuarii.* [56] Ita ms. at Vulgata, et Hebræa *Achimelech.* [57] Aliter in mss. Hard. et Just. quæ reservantur notis. [58] Ms. *qui ante ordinationem conjuges suas noverint.* [59] Scilicet, *si semper continere noluerint.* Sic legit hunc locum et interpretatur Humbertus cardinalis, tempore Leonis IX, lib. *contra Nicetam.* [60] *portionem* c. Just. [61] *sed.* [61*] Ms. *aquam sacerdotum porrigat manibus; ostia*, etc. [62] *urcium sane ad altare suggerat.* c. Har. et Just. [63] II Tur. 25, III Brac. 3. [64] Ms. *Inde similis æstimabitur Scariotis.* [65] Hipp. 26. [66] In ms. deest hæc integra sententia, quoniam inferius repetitur. [67] Turon. III, 2, 9. [68] *hum. vel officii.* [69] Ms. *secretim.* [70] *pro.* [71] Ms. *debeat sanare.* [72] In ms. abest vox ea *clericorum.* [73] Συνεισάκτῳ, de qua sæpe in conciliis et Patribus. [74] Distinct. 23 : *Tales ad.*

Digitized by Google

eligantur clerici, qui digne possint Dominica sacramenta tractare. Melius est enim Domini sacerdoti paucos habere ministros, qui possint digne opus Dei exercere, quam multos inutiles, qui onus grave ordinatori adducant. A principio epistolæ usque ad hunc locum, de sacramentis delegavi bene intuendis [75] : ubi non murium stercora inter fragmenta Dominicæ portionis appareant, neque [76] putrida per negligentiam remaneant clericorum, et convenientes, qui accipere sibi medicinam desiderant, putrida cum viderint, magis cum ridiculo et fastidio videantur accipere, et in peccatum magis decidant per negligentiam clericorum. Quapropter nemo clericorum ultra hæc dissimulet, aut negligere ullatenus audeat, sed libenter, quæ jussa sunt, expleat, et sacramenta divina nequaquam negligenter contrectet. Ideoque tam juvenes quam senes de his, et de omni conversatione sua, et conversione, et pœnitentia valde esse sollicitos oportet, satisque agere, ut, hæc condigne agant, et de reliquo ornent tam clerici quam sæculares animas suas ornamentis dignissimis, dogmatibus scilicet veritatis, decore pudicitiæ, splendore justitiæ, candore pietatis, aliisque omnibus, quibus compositam [77] decet esse rationabilem mentem. Tum præterea declinare a consortiis inhonestis et infidelibus, et societates habere fidelium, atque illos frequentare conventus, in quibus de pudicitia, de justitia, de pietate tractatur. Orare semper Deum ex toto corde, et ab ipso petere quæ decet, ipsi gratias agere, veram pœnitudinem gerere præteritorum gestorum, aliquantulum etiam, si possibile est, per misericordias pauperum juvare pœnitentiam. Per hæc enim facilior venia dabitur, et indulgenti citius indulgebitur. Quod si provectioris ætatis sit is, qui ad pœnitentiam venit, eo magis gratias agere debet Deo, quod postquam finis [78] est omnis impetus concupiscentiæ carnalis, scientia veritatis accepta, nulla ei imminet pugna certaminis, per quam, insurgentes adversus animam, reprimat corpòris voluntates [79]. Superest ergo ei in agnitione veritatis, et misericordiæ operibus exerceri, ut afferat fructus dignos pœnitentiæ. Nec putet, quia in temporis longitudine documentum conversionis ostenditur, et non in devotionis ac propositi firmitate. Deo enim manifestæ sunt mentes, quia non temporum rationem colligit, sed animorum. Ipse enim probat, si quis, agnita veritatis prædicatione, non distulit, neque tempus negligendo consumpsit [80], sed statim et, si dici potest, eodem momento præterita perhorrescens, futurorum desiderium cepit, et in amorem regni cœlestis exarsit. Propter quod nemo vestrum ultra dissimulet, nec retro respiciat, sed ad Evangelium regni Dei libenter accedat. Non dicat pauper : Quia, cum dives factus fuero, tunc convertar. Non requirit a te Deus pecuniam, sed animum misericordem et piam mentem. Neque dives conversionem suam differat pro sollicitudine sæculari, dum cogitat quomodo dispenset abundantiam frugum. Neque dicat intra semetipsum : Quid faciam? ubi recondam fructus meos? Neque dicat animæ suæ : *Habes multa bona reposita in annos multos, epulare et lætare.* Nam dicetur ei : *Stulte, hac nocte auferetur abs te anima tua, et quæ parasti cujus erunt* [81] ? Itaque festinet ad pœnitentiam omnis ætas, omnis sexus omnisque conditio, ut vitam consequatur æternam. Juvenes quidem in eo grati sint, quod in ipso impetu desideriorum, cervices suas jugo subjiciunt disciplinæ. Senes et ipsi laudabiles, quia multi temporis consuetudinem, in qua male præventi sunt, pro Dei amore [82] commutant. Nemo ergo differat, nemo cunctetur. [83] Quæ enim causa cunctandi est ad bene agendum? Animus sibi male conscius, dum videtur sibi nullam pœnam pati, credit quia non judicet Dominus; cum abuti patientia Dei, et non intelligere parcentis benignitatem, jam sit magna damnatio. Unde scriptum est : *Maledictus omnis qui opus Domini negligenter agit* [84]. Quapropter pastoralis ordinis est, infatigabiliter revocare, quidquid ad correctionem populorum, imo magis filiorum spiritualium quantum est fas intelligere, cognoverit pertinere, et non, quod absit! cum suo periculo alienæ spei per solam negligentiam facere detrimentum; sed quod ad generalis salutis spectat compendium, salubri necesse est providere tractatu. [85] Homini religioso parum esse debet inimicitias aliorum non exercere, vel non augere male loquendo, nisi eas etiam exstinguere bene loquendo studuerit. [86] Ecce oris nostri buccina ad aures hominum personamus, neque se deinceps excusabit non monitum, qui, quod sequi debeat, tam verbis quam litteris edocetur. [87] Qualis autem condemnatio, et qualis imminet maledictio his qui in patres peccant, divina nos docet Scriptura. Si enim Cham filius Noe [88], cum vidisset nudum suum patrem, quoniam non cooperuit patris corporalis [89] nuditatem, sed egressus, nuntiavit eam fratribus, et illi vestimento eum cooperuerunt; ipse quidem Cham et illi qui ex eo nati sunt, sub maledicto facti sunt; qui autem cooperuerunt, magnam benedictionem meruerunt; multo magis isti majore et ampliore condemnatione digni sunt qui patribus obviare, aut contra eos insurgere nituntur, aut injuriam vel contumeliam eis inferre moliuntur; quoniam qui eis resistit, Deo resistit, et qui eis injuriam vel contumeliam facit, Deo, cujus legatione funguntur, facit : *Expavit cœlum super hoc, et horruit amplius vehementer, dicit Dominus* [90]. O intolerabilem malignitatem! o linguam loquentem iniquitatem!

[75] *tuendis.* [76] S. Greg. in Sacram. cap. *De ord. subdiaconi.* [77] *comptam*, ita ms. [78] *fractus.* [79] *voluptates.* [80] *contempsit.* [81] Luc. XII, 19, 20. [82] *timore.* [83] Aug. in Ps. IX. apud Prosperum, sent. 138. [84] Jerem. XLVIII. [85] Prosper. sent. 178. Calixt. ep. 1. [86] 2. Quæst 7, *Sacerdotes, et reliqui.* [87] Justinia. de 3 capitulis. [88] Gen. IX. [89] *corporalem.* [90] Jer. II.

Digitized by Google

quitatem contra Deum, et mentem in altitudinem cornu extollentem! Et iterum : *Impone, homo, tuæ linguæ ostium et seram*[91]. Cessa[92] in altitudinem extollens, et loquens adversus Deum iniquitatem et proximum tuum. Quousque insultas patienti Christo et fratribus? Hæc nos familiarius docebat, et hæc nobis publicitus[93] prædictus magister et instructor atque ordinator noster, princeps apostolorum Petrus, in Ecclesia prædicabat, exemplum dans, ut et nos similiter faciamus : *Humiliamini*, inquit, *in conspectu Domini, et exaltabit vos*[94]. *Nolite detrahere alterutrum, quoniam qui detrahit fratri, aut qui judicat fratrem suum, detrahit legi, et judicat legem. Qui autem judicat legem, non est factor legis, sed judex. Unus est enim legislator et judex, qui potest perdere et liberare. Tu autem quis es, qui judicas proximum*[94*]. Non oportet. Non præcipit nos judicare invicem, sed magis auxilium ferre.[95] Væ erit, inquit, his qui fratres tribulant, et eis qui eos persequuntur. Vos autem quanto amplius tribulamini, tanto purgatiores atque beatiores efficiemini, si tamen ipsa tribulatio patienter fuerit supportata. Quod etiam ipse nos Dominus docuit : *Beati qui persecutionem patiuntur propter justitiam*[96]. Et item : *Beati eritis, cum vos oderint homines, et persecuti vos fuerint, et ejecerint nomen vestrum tanquam malum. Gaudete in illa die et exsultate, quoniam merces vestra multa est in cœlo*[97]. Unde et ipse ait : *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, et ex tota anima tua, et ex totis viribus tuis, et proximum tuum sicut teipsum*[97*]. Non enim, inquit, recte diligit Deum, qui fratrem insequitur : nec diligit proximum qui ei detrahit, vel qui illum accusat; quia quod sibi quis fieri non vult, hoc alteri nullatenus facere debet. Discite, inquit, filii mei, sapientiam, et tenete fidem rectam, et amplectimini charitatem, ut non excidatis. *Data est enim a Domino potestas, et virtus ab Altissimo, qui interrogabit opera vestra, et cogitationes scrutabitur vestras*[98]. Qui autem custodierint justitiam juste judicabuntur : et qui didicerint[98*] justa,[99] juste invenient quid respondeant. Semper cavetote. Præcepit enim ne aliquando peccato consentiamus et prætermittamus præcepta Dei nostri.[100] Ecclesias per congrua et utilia facite loca, quæ divinis precibus sacrare oportet, et in singulis sacerdotes, divinis orationibus Deo dicatos, poni. Quos ab omnibus venerari oportet, et non quoquam gravari. Semper vitate mala, et pro animabus vestris ne confundamini dicere verum[1]. Mendacia fugite, et veritatem corde proferte, quoniam multos jam supplantavit suspicio[2]. Charitatem semper diligite, et fratres adjuvate. Erunt enim quasi non sint et peribunt viri qui contradicunt vobis. Unde et Dominus ait : *Qui vos audit, me audit; et qui vos spernit, me spernit; et qui spernit me, spernit eum qui me misit*[3]. Et item : *Qui enim non est adversum vos, pro vobis est. Quisquis enim potum dederit vobis calicem aquæ in nomine meo, quia Christi estis, amen dico vobis, non perdet mercedem suam. Et qui scandalizaverit unum ex his pusillis credentibus in me, bonum est ei magis, si circumdaretur mola asinaria collo ejus, et in mare mitteretur. Et si scandalizaverit te manus tua, abscinde illam. Bonum est tibi debilem introire in vitam, quam duas manus habentem ire in gehennam, in ignem inexstinguibilem, ubi vermis eorum non moritur, et ignis non exstinguitur. Et si pes tuus scandalizat te, amputa illum. Bonum est tibi, claudum introire in vitam æternam, quam duos pedes habentem, mitti in gehennam ignis inexstinguibilis, ubi vermis eorum non moritur, et ignis non exstinguitur. Quod si oculus tuus scandalizat te, ejice eum. Bonum est tibi luscum introire in regnum Dei, quam duos oculos habentem mitti in gehennam ignis, ubi vermis eorum non moritur, et ignis non exstinguitur. Omnis enim homo igne salietur, et omnis victima salietur*[4]. *Bonum est sal : quod si sal insulsum fuerit, in quo illud salietis? Habete sal in vobis, et pacem habete inter vos*[5]; quia quisquis vestrum recte docuerit, et juste vixerit, habebit gloriam. Qui autem secus egerit, indubitanter pœnam sustinebit. Ideo bona agere vos semper oportet, ut bravium æternæ vitæ percipiatis.

His ergo bene parete sententiis. Ne quis hæc præcepta minime credat implenda, et judicio Dei æterni ignis tormenta sustineat, qui ecclesiastici operis sacra neglexerit. Hæc igitur, frater Jacobe, de ore sancti Petri jubentis audivi : Si quis præcepta hæc non integra custodierit, sit anathema usque ad adventum Domini nostri Jesu Christi. Hæc præcepta a sancto Petro apostolo accepi; et tibi, frater charissime, insinuare curavi, ut servari omnia præcipias sine macula. Si quis vero audierit te, utilis erit minister Jesu Christi. Qui autem non audierit te, imo loquentem Dominum per te, ipse sibi damnationem accipiet.[6] Omnipotens Deus, charissime, sua te protectione custodiat, atque ad cœlestis remunerationem patriæ, multiplici animarum fructu perducat. Deus te iterum iterumque incolumem custodiat, reverentissime frater. Amen.

[91] Eccli. xxviii. [92] *corrue*. [93] *publice*. [94] 1 Petr. v. [94*] Jac. iv, ad quem tamen hæc scribi dicitur epistola. [95] Alex., ep. 1. [96] Matth. v, 10. [97] Ibid., 11. [97*] Matth. xxii, 37. [98] Sap. vi, 4. [98*] *crediderint*. [99] Abest hæc vocula a c. Just. [100] 10 q. 7, *Ecclesias per.*, et de cons. dist. 1, *Ecclesias*. [1] Eccli. iv [2] Eccli. iii. [3] Luc. x, 16. [4] *sale salietur*. [5] Marc. ix, 39 et seq. [6] S. Greg. ep. 27, lib. vii.



Digitized by Google

# EPISTOLA [7] III.

## AD EPISCOPOS, PRESBYTEROS, DIACONOS, ETC., ET UNIVERSOS FIDELES, DE OFFICIO SACERDOTIS ET CLERICORUM,

*Rufino Torano Aquileiensi presbytero interprete.*

CLEMENS urbis Romæ episcopus omnibus coepiscopis, presbyteris, diaconis ac reliquis clericis, et cunctis principibus majoribus minoribusve, omnibusque generaliter [8] fidelibus benedictio, claritas et gloria in gratia Dei, quæ data est nobis in Christo Jesu Domino nostro.

Urget nos, fratres, multus amor vester, et religiosa invitat devotio, quia debitores sumus, ut quædam vobis scribamus. Vos ergo, qui sacerdotio Domini fruimini, et in specula estis positi, plus scire oportet, ut subditos vobis populos pleniter docere possitis, eisque ad regna cœlorum ducatum præbere, Deo annuente, valeatis. Unde et ipsa per se Veritas ait: *Vobis datum est nosse mysterium regni Dei, cæteris autem in parabolis* [9], etc. Propter quod consilium do unicuique vestrum, constanter docere verba divina; et discentibus, libenter accommodare aurem verbo Dei. Vestrum enim, quia legatione Domini fungimini, est docere populos; eorum vero est vobis obedire ut Deo [10]. Si autem vobis episcopis non obedierint omnes presbyteri, diaconi ac subdiaconi, et reliqui clerici, omnesque principes, tam majoris ordinis quam inferioris, atque reliqui populi tribus et linguæ non obtemperaverint, non solum infames, sed et extorres a regno Dei et consortio fidelium, ac a liminibus sanctæ Dei Ecclesiæ alieni erunt. Nam vestrum est eos instruere; eorum est vobis obedire ut Deo, cujus legatione fungimini, dicente Domino: *Qui vos audit, me audit, et qui vos spernit, me spernit* [11]; et: *Qui vos recipit, me recipit, et qui me recipit, recipit eum qui me misit* [12]. Nihil enim injustius vel inhonestius est, quam filios patribus rebelles, aut clericos vel laicos doctoribus, seu discipulos magistris inobedientes vel protervos existere. Novimus enim primum hominem per inobedientiam cecidisse: idcirco omnes hoc vitium summopere cavere monemus. Et quia *Dominus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam* [13], Dominus noster mittens vos vice sua in loco apostolorum ad prædicandum, præcepit vobis docere omnes, omnesque vobis fideliter obedientes, ut ipsi, existere; quoniam nec aliter terra pariet fructus suos, nisi culta receperit semen, et irrigata germinaverit, et pariat quæ est paritura. Sic et omnis homo, qui libenter non receperit verbum Dei, illudque in corde suo germinare non siverit, ac minime crediderit doctoribus et episcopis suis, non benevolus, sed rebellis atque inobediens exstiterit, fructum non germinabit nec pariet, sed similis est arbori illi, de qua Dominus ait: *Omnis arbor quæ non facit fructum bonum, excidetur, et in ignem mittetur* [14]. [15] Primus enim pontifex Aaron, chrismate compositionis perunctus, princeps populi fuit; et tanquam rex, primitias et tributum per capita accepit a populo: et judicandi populum sorte suscepta, de mundis immundisque judicabat. Sed et si alius ex ipso unguento perunctus est, virtute inde concepta, etiam ipse rex aut propheta aut pontifex fiebat. Quod si temporalis gratia ab hominibus composita, tantum potuit, intelligite jam quantum sit illud unguentum, quod a Deo de virgulto vitæ prolatum est, cum hoc quod ab hominibus factum est, tam eximias inter homines conferat dignitates. Quid enim in præsenti sæculo propheta gloriosius, pontifice clarius, rege sublimius? Omnis enim pontifex sacro chrismate perunctus, et in civitate constitutus, Scripturis sacris conditus [16], charus et pretiosus hominibus oppido esse debet. [17] Quem, quasi Christi locum tenentem, honorare omnes debent, eique servire, et obedientes ad salutem suam fideliter existere, scientes quod sive honor, sive injuria, quæ ei defertur, in Christum redundat, et a Christo in Deum. [18] Audire ergo eum attentius oportet, et ab ipso suscipere doctrinam fidei, monita autem vitæ a presbyteris inquirere, a diaconis vero ordinem disciplinæ. Propter quod deprecor vos conservos et adjutores meos, ut discatis attentius animarum curam gerere, et pro omnibus stare, maxime tamen pro his qui in cultu divino laborant. Ecclesiarum omnium curam habetote, servisque earum adjutorium præbete, viduarum religiosam curam gerite, pupillos enixius liberate [19], pauperibus misericordiam facite, juvenes pudicitiam docete. Et, ut breviter totum dicam, alterutrum vos, in quibus res poposcerit, sustentate. Deum colite, qui creavit cœlum et terram, et Christo credite, invicem vos diligite, et misericordes estote in omnes, non verbo solo, sed opere et rebus implete charitatem [20]. [21] Agite pro viribus, conservi dilectissimi, quia bonum est ut unusquisque vestrum, secundum quod potest, prosit accedentibus ad fidem religionis nostræ. Et ideo no vos pigeat, secundum sapientiam, quæ vo-

[7] In ms. nostro titulus est: *Item incipit Epistola generalis Clementis papæ, omnibus tam majoribus, quam inferioris ordinis clericis, ac cunctis fidelibus scripta.* HARDUINUS. [8] In c. Just. dicitur *epistola generalis.* [9] Luc. VIII, 10. [10] 11. q. 3, *Si autem vobis.* — Conc. Tribur., c. 8. [11] Luc. X, 16. [12] Matth. X, 40. [13] Jacob, IV, 6, et I Petr. V, 5. [14] Matth. VII, 19. [15] *Recognit.* 1. [16] *eruditus.* [17] *Recognit.* 3, c. 66. [18] Dist. 5, *Audire episcopum.* [19] *juvate.* [20] *repleti charitate.* [21] *Recognit.* 3, c. 37.

Digitized by Google

bis per Dei providentiam collata est, instruere ignaros et docere. Desiderium ergo habere omnes erga doctorem veritatis, eumque ut oculos suos amare oportet; quia et ipsum populum sibi commissum, ceu proprios filios, amare et docere condecet; hoc enim ei a Patre cœlesti donatum est[22]. Sed et salus in eo est, ut voluntatem ejus cujus amorem et desiderium, Deo largiente, conceperint, faciant.[23] Si quis ergo fidelis voluerit existere, et desiderat baptizari, exutus prioribus malis, de reliquo pro bonis actibus hæres bonorum cœlestium ex gestis propriis fiet. Accedat autem qui vult ad sacerdotem suum, et ipsi det nomen suum, atque ab eo audiat mysteria regni cœlorum, jejuniis frequentibus operam impendat, ac semetipsum in omnibus probet, ut tribus mensibus jam consummatis, in die festo possit baptizari. Baptizetur autem unusquisque in aquis perennibus, nomine trinæ beatitudinis invocato super se, perunctus primo oleo per orationem sanctificato, ut ita demum, per hæc consecratus, possit percipere locum cum sanctis.[24] Nullus enim propter opprobrium senectutis aut juventutis, vel nobilitatem generis, a parvulis et minus eruditis, si quid forte est utilitatis aut salutis, inquirere negligat. Qui enim rebelliter vivit, et discere atque agere bona recusat, magis diaboli quam Christi membrum esse ostenditur, et potius infidelis quam fidelis monstratur. Quomodo ergo non omnibus hoc amabile est, cunctisque exoptatum, ut quæ ignorat, discat, et quæ didicerit, doceat? [25] Certissimum namque est, quod neque amicitia, neque propinquitas generis, neque regni sublimitas, homini debet esse pretiosior veritate, quia nihil est pretiosius anima. [26] Dominus autem creator omnium, ex initio ad imaginem suam hominem fecit, eique dominationem terræ, marisque et aeris ipsius dedit, veritatemque inquirere præcepit, sicut et verus nobis propheta enarravit, et ipsa rerum ratio docet. Solus enim homo rationalis est, et consequens est, ut ratio in rationalibus [27] dominetur. Hic enim ab initio, cum adhuc justus esset, cunctis vitiis et omni fragilitate superior erat; ubi autem peccavit, et factus est servus peccati, simul et fragilitati efficitur debitor et obnoxius. Quod idcirco scriptum est, ut sciant homines, quia sicut ex impietate passibiles facti sunt, ita per pietatem possunt esse impassibiles [28]: et non solum impassibiles, verum et parva in Deum fide aliorum passiones curantes. Ita enim verus ipse propheta promisit, dicens: *Amen dico vobis, si habueritis fidem sicut granum sinapis, dicetis monti huic: Transi hinc, et transibit*[29]. Hujus vocis etiam vos ipsi documenta cepistis, et jam facta quædam per magistros nostros, ipsos videlicet apostolos, non ignoratis; quia, astantibus nobis, eorum meritis dæmones cum passionibus, quas hominibus invexerant, transierunt et fugati sunt. [30] Quia ergo alii quidem homines patiuntur, alii patientes sanant, causa sine dubio vel patiendi vel curandi noscenda est; quæ non alia esse, quam patientibus quidem, infidelitatis, curantibus vero, fidei, demonstratur. Infidelitas enim dum non credit futurum Dei judicium, peccandi licentiam præbet; peccatum vero, hominem passionibus obnoxium facit. Fides autem, futurum Dei judicium esse credens, continet homines a peccato. Non peccantes vero, non solum liberi sunt a dæmonibus et passionibus, verum et aliorum dæmones et passiones fugare possunt. [31] Ex his ergo omnibus colligitur, quod origo totius mali ab ignorantia descendat, et ipsa sit omnium malorum mater, quæ incuria et ignavia gignitur, negligentia vero alitur et augetur, atque in sensibus hominum radicatur, dum amatur; quam si quis forte doceat effugandam velut antiquis et hæreditariis sedibus, moleste et indignanter avellitur. Et ideo paululum laborandum nobis est, ut indignantes, ignorantiæ præsumptionem scientiæ ratione resecemus; in his præcipue, qui in aliquibus minus rectis opinionibus præventi sunt, per quas, quasi sub specie alicujus scientiæ, ignorantia in his vehementius radicata est. Nihil enim est gravius, quam si id quod ignorat quis, scire se credat, et defendat verum esse, quod falsum est: quod tale est, quale si quis ebrius sobrium se putet, et agat quidem cuncta ut ebrius, sobrium se tamen et ipse putet, et dici a cæteris velit. Ita sunt ergo et hi, qui ignorantes quod verum est, speciem tamen alicujus scientiæ tenent, et mala quasi bona gerunt, atque ad perniciem quasi ad salutem festinant. [32] Propter quod ante omnia properandum est ad agnitionem veritatis, ut possimus, quasi lumine nobis inde accenso [33], errorum tenebras depellere. Grande enim malum est, ut diximus, ignorantia; sed quia substantiam non habet, facile ab his, qui studiosi sunt, effugatur. Non enim aliud est ignorantia, nisi non cognovisse quod expedit. Ubi autem cognoveris, perit ignorantia. Quæri ergo magnopere debet veritatis agnitio, quam nemo alius assignare potest, nisi verus propheta Hæc enim [34] via [35] est, vitam volentibus ingredi et summum [36] iter bonorum operum pergentibus ad civitatem salutis. [37] Si quis sane audiens sermonem veri prophetæ velit aut nolit recipere et amplecti onus ejus, id est mandata vitæ, habet in sua potestate; liberi enim sumus arbitrii. Nam si hoc esset, ut videntes ea, jam non haberent in potestate aliud facere, quam audierant; vis erat quædam naturæ, per quam liberum non esset ad aliam migrare sententiam. Aut si rursus ex audientibus nullus omnino reciperet, et hoc naturæ vis erat, quæ unum aliquid fieri cogeret, et alteri parti non daret locum.

[22] *Recognit.* IV, c. 5. [23] *Recognit.* III, c. 67. [24] Dist. 38, *Nullus episcopus.* — *Recognit.* I, c. 67. [25] Aug. Luc. lib. I *In Wibertum.* [26] *Recognit.* V, c. 2. [27] *rationalis irrationabilibus.* [28] ἀπαθεῖς. [29] Matth. XVII, 19. [30] *Recognit.* V, c. 3. [31] *Recognit.* V, c. 4. [32] *Recognit.* ibid., c. 5. [33] *succenso.* [34] Mss. et Recognit. *porta est vitæ, volentibus ingredi, et iter.* HARDUINUS. [35] *porta.* [36] *semita.* [37] *Recognit.*, V, c. 6.

Digitized by Google

Nunc autem, quia liberum est animo, in quam velit partem declinare judicium suum, et quam probaverit, eligere viam; constat evidenter, inesse hominibus arbitrii libertatem. [38] Igitur priusquam audiat quis, quod ei expedit, certum est quia ignoret: et ignorans vult et desiderat, quod non expedit agere, propter quod pro hoc non judicatur. Cum vero audierit causas erroris sui, et rationem veritatis acceperit, tunc si permanserit in his erroribus, quibus dudum fuerat præventus, recte jam vocabitur ad judicium, daturus pœnas, quia vitæ hujus spatium, quod ad bene vivendum accepit, in ludibriis consumpserit errorum. Qui vero audiens hæc, libenter accipit, et gratulatur bonorum sibi doctrinam fuisse delatam; requirat intentius, et discere non desinat, usquequo cognoscat, si est vere aliud sæculum, in quo bonis præmia præparata sint. Et cum certus de hoc fuerit, gratias agat Deo, quod sibi veritatis lumen ostenderit, ac de cætero dirigat actus suos in omnibus operibus bonis, quorum sibi in futuro mercedem certus est præparatam, demirans per omnia et stupens cæterorum hominum errores, et quod ante oculos positam veritatem nemo videat. Ipse tamen gaudens super divitias sapientiæ, quas invenit, satiabiliter [39] his perfruatur, et exercitio bonorum operum delectetur, festinans ad sæculum futurum mundo corde et pura conscientia pervenire, ubi etiam videre Deum regem omnium possit. [40] His autem omnibus carere nos et fraudari, sola facit ignorantia. Dum enim ignorant homines, quantum boni habeat scientia, ignorantiæ malum de se non patiuntur excludi; nesciunt enim quanta sit in horum permutatione diversitas. Propter quod consilium do unicuique discenti, libenter præbere autem verbo Dei, et cum amore veritatis audire quæ dicimus, ut mens optimo semine suscepto, per bonos actus lætos afferat fructus. Nam si, me docente ea quæ ad salutem pertinent, recipere quis abnuit, et animo pravis opinionibus occupato obsistere nititur; non ex nobis, sed ex semetipso habebit pereundi causam. Debet enim justo judicio examinare quæ dicimus, et intelligere, quia verba loquimur veritatis, ut cognitis his quæ sunt, ut sunt, in bonis actibus dirigens viam suam, regni cœlorum possit particeps inveniri, subjiciens sibi carnis desideria, et dominus eorum factus, ut ita demum etiam ipse fiat dominatoris omnium jucunda possessio. [41] Nam qui permanet in malo, et servus est mali, non potest effici portio boni, donec permanet in malo; quia ab initio, ut ante jam diximus, duo regna statuit Deus; et potestatem dedit unicuique hominum, ut illius regni fiat portio, cui se ad obediendum ipse subjecerit. Et quia definitum est apud Deum, non posse unum hominem utriusque regni esse servum; omni studio date operam, in boni regis aulam [42] ac jura

A

B

C

D

concurrere. Propter hoc denique verus propheta, cum esset præsens nobiscum, et quosdam ex divitibus negligentes erga Dei cultum videret, hujus rei ita aperuit veritatem: *Nemo potest*, inquit, *duobus dominis servire;* et: *Non potestis Deo servire et mammonæ* [43]; mammona, patria eorum voce, divitias vocans. [44] Hic ergo verus propheta, qui in Judæa nobis apparuit, ut audistis; qui, stans publice, sola jussione faciebat cæcos videre, surdos audire, fugabat dæmones, ægris sanitatem reddebat et mortuis vitam: cumque nihil esset ei impossibile, etiam cogitationes hominum pervidebat, quod nulli est possibile, nisi soli Deo. Hic annuntiabat regnum Dei; cui nos de omnibus quæ dicebat, tanquam vero prophetæ, credimus; firmitatem fidei nostræ non solum ex verbis ejus, sed et operibus assumentes; quia dicta legis, quæ ante multas generationes de præsentia ejus exposuerant, in ipso designantur, et imagines gestorum Mosis, et ante ipsum patriarchæ Jacob, ipsius per omnia typum ferebant. Tempus quoque adventus ejus, hoc est ipsum in quo venerat, prædictum ab his constat; et super omnia, quod esset a gentibus exspectandus, sacris litteris comprehensum est, quæ in eo pariter universa completa sunt. [45] Quod autem Judæorum propheta [46] prædixit eum a gentibus exspectandum, supra modum in eo fidem veram firmat. Si enim dixisset a Judæis exspectandum, non aliquid eximium prophetasse [47] videretur, quod a contribuli populo, et a propria gente speraretur is, cujus adventus ad salutem mundi fuerat repromissus. Videtur enim magis consequens ratio esse, ut hoc fieret, quam quod prædicebat magnificentia prophetalis. Nunc autem cum prophetæ dicant, omnem illam spem, quæ de salute mundi repromittitur, et novitatem regni, quæ instruenda per Christum est, atque omnia quæ de eo indicantur ad gentes esse transferenda, jam non secundum consequentiam rerum, sed incredibili quodam vaticinationis eventu, magnificentia prophetica confirmatur. Judæi namque ex initio, adfore aliquando hunc virum, per quem cuncta reparentur, verissima traditione susceperunt; et quotidie meditantes ac prospicientes, quando ejus fieret adventus; ubi adesse eum viderunt, et signa ac prodigia, sicut de eo scriptum fuerat, adimplentem; invidia excæcati, agnoscere nequiverunt præsentem, in cujus spe lætabantur absentis. Intellexerunt tantum sancti apostoli, qui a Deo electi sunt, et nos, qui post ab eis electi sumus. [48] Hoc autem providentia Dei factum est, ut agnitio boni hujus etiam gentibus traderetur; et hi qui nunquam de eo audierant, nec a prophetis didicerant, agnoscerent eum; illi vero, qui quotidianis meditationibus evanuerant, ignorarent. Ecce enim nunc per vos, qui præsentes estis, et desideratis audire doctrinam fidei ejus, et agnoscere quis et quomodo et qualis

[38] *Recognit.* v. c. 7, totidem verbis. [39] *insatiabiliter.* [40] *Recognit.*, ibid., c. 8 [41] *Recognit.*, ibid., c. 9. [42] *fœdum.* [43] Matth. vi, 24. [44] *Recognit.* v, c. 10. [45] *Recognit.*, ibid., c. 11. [46] Agg. ii. [47] Gen. xlix, 10. [48] *Recognit.* v, c. 12.

Digitized by Google

sit ejus adventus, prophetica veritas adimpletur. [49] Hoc enim prophetæ [50] prædixerant, quia a vobis quærendus esset, qui de eo nunquam audistis. Et ideo videntes in vobis ipsis prophetica dicta compleri, huic uni recte creditis, hunc recte exspectatis, de hoc recte inquiritis, ut non solum exspectetis eum, sed et hæreditatem regni ejus credentes consequamini, secundum quod ipse dixit, quia unusquisque illius fit servus, cui se ipse subjecerit. [51] Propterea ergo vigilate, et Dominum Deumque nostrum vobis conscribite Dominum, qui et cœli ac terræ Dominus est. Et ad ipsius vos imaginem ac similitudinem reformate, sicut ipse verus propheta docet, dicens: *Estote boni, et misericordes sicut et Pater vester cœlestis misericors est, qui oriri facit solem suum super bonos et malos, et pluit super justos et injustos* [52]. Hunc ergo imitamini, et hunc timete; et sicut mandatum datur hominibus, *Dominum Deum tuum timebis, et illi soli servies* [53]. [54] Infidelibus quidem dormit Dominus, et absens habetur his a quibus esse non creditur, et mandatis ejus non obediunt; atque ob id illis videtur quasi dormire Dominus, quia pro peccatis suis non exaudiuntur. [55] Quapropter cunctis fidelibus, et summopere omnibus presbyteris et diaconis et reliquis clericis attendendum est ut nihil absque episcopi proprii licentia agant. [56] Non utique missas sine ejus jussu quisquam presbyterorum in sua parochia agat, non baptizet, nec quidquam absque ejus permissu faciat. Similiter et reliqui populi, majores scilicet ac minores [57], per ejus licentiam, quidquid agendum est, agant: nec sine ejus permissu a parochia abscedant, vel in ea adventantes morari præsumant. Animæ vero eorum ei creditæ sunt. Ideo omnia ejus consilio agere debent, et eo inconsulto nihil. [58] Quicunque enim obediunt episcopis suis, videntur quidem aliquid gratiæ conferre Deo. Qui autem eis non obediunt, indubitanter rei et reprobi existunt. Porro ipsi a Deo donum summi muneris consequuntur, qui per justitiæ et præceptorum ejus semitas incedentes doctoribus suis (qui recte episcopi intelliguntur) libenter obediunt. De quibus et beatus Petrus, instructor et ordinator noster, et princeps apostolorum, manifeste cunctos audientes instruebat, dicens: [59] Videntur mihi, qui loquuntur verba veritatis, et qui illuminant animas hominum, similes esse radiis solis; qui ut processerint et apparuerint mundo, celari ultra aut occultari nullatenus possunt, dum non tam videntur ab omnibus, quam videre omnibus præstant. Unde et bene ipsa per se Veritas ad Veritatis præcones ait: *Vos estis lux mundi*; et: *Non potest civitas abscondi supra montem posita, neque accendunt lucernam et ponunt eam sub modio, sed supra candelabrum, ut luceat omnibus qui in domo sunt* [60]. Si quis ergo his obedierit, Deo, ut dictum est, magnum munus offert. Qui autem his restiterit, aut inobediens exstiterit, non his, sed Domino Salvatori nostro, cujus legatione funguntur, resistit. [61] Propter quod primum est omnium, justitiam Dei, regnumque ejus inquirere, et suis jussionibus obtemperare; justitiam quidem, ut recte agere doceamur; regnum vero, ut, quæ sit merces posita laboris et patientiæ, noverimus; in quo est bonis quidem æternorum bonorum remuneratio, his autem qui contra voluntatem ejus egerint, pro uniuscujusque gestis pœnarum digna restitutio. [62] Hic ergo, hoc est, in præsenti vita positos, oportet nos agnoscere voluntatem Dei, ubi et agendi, et sacrificandi est locus; [63] quoniam in aliis locis sacrificare et missas celebrare non licet, nisi in his, in quibus episcopus proprius jusserit, aut ab episcopo regulariter ordinato, tenente videlicet civitatem, consecratus fuerit. Aliter enim non sunt hæc agenda, nec rite celebranda, docente nos Novo et Veteri Testamento. Hæc apostoli a Domino acceperunt, et nobis tradiderunt; hæc nos docemus, vobisque et omnibus, absque reprehensione, tenere et docere, quibus agendum est, mandamus. [64] Unaquæque etenim res tempus suum habet et locum. Operum hic locus est, tempus vero meritorum est sæculum futurum. Ne ergo impediamur, ordinem locorum ac temporum permutantes, primo, quæ sit Dei justitia, requiramus, et tanquam iter acturi, abundanti viatico bonis operibus repleamur, quo possimus ad regnum Dei, tanquam ad urbem maximam, pervenire. Deus enim his qui recte sentiunt per ipsa opera mundi, quæ fecit, manifestus est [65]; ipsius creaturæ suæ utens testimonio: et ideo cum de Deo dubitatio esse non debeat, de sola nunc ejus justitia requiramus et regno. Idcirco persuadeo primum, justitiam ejus esse requirendam, ut per hanc iter agentes, et in via veritatis positi, verum prophetam invenire possimus, non velocitate pedum, sed bonorum operum velocitate currentes; ut ipso duce usi, nullum viæ hujus patiamur errorem. Si enim ipsum sequentes, ingredi meruerimus illam, quo pervenire cupimus, civitatem; omnia jam de quibus quæritur, oculis videbimus, tanquam hæredes omnium facti. Intelligite itaque viam esse hunc vitæ nostræ cursum; viatores, eos qui nos instruunt, vel bona opera gerunt; portam vero, prophetam de quo dicimus; urbem, regnum esse, in quo residet omnipotens Pater, quem soli videre possunt hi qui mundo sunt corde. Non ergo nobis difficilis videatur hujus itineris labor, quia in fine ejus requies erit. Nam et ipse verus propheta, ab initio mundi per sæculum currens, festinat ad requiem. Adest enim nobis om-

[49] *Est quod.* [50] Isa. LXV. [51] *Recognit.*, V, c. 13. [52] Luc. VI, 27; Matth. V, 45. [53] Deut. VI, 13. [54] *Recognit.* VIII. [55] 16, quæst. 1, *Cunctis fidelibus.* [56] Conc. Tribur. 32. Ivo, p. II, c. 223. [57] *seniores ac juniores.* [58] *Recognit.* II. [59] Hæc beati Petri apostoli verba habentur in libro VIII *Recognitionum*, c. 4. [60] Matth. V, 14. [61] *Recognit.* II, c. 20. [62] De consecr., distinc. 1, *Hic ergo, id est.* [63] Felix IV, ep. 1, [64] *Recognit.* II, et supra in epist. 1. [65] Rom. I.

Digitized by Google

nibus diebus; et si quando necesse est, apparet, et corrigit nos, ut obtemperantes sibi, ad vitam perducat æternam. De his autem qui negligunt viam quæ salutis, et adhuc [66] non bene fideles, et præceptis ejus suorumque pontificum jussionibus inobedientes, vel contumaces eis existunt, [67] Dominus noster Jesus Christus, mittens discipulos suos, præcepit nobis, dicens: *Ut in quamcunque civitatem aut domum introierimus, dicamus: Pax huic domui. Et si quidem*, inquit, *fuerit ibi filius pacis, veniet super eum pax vestra. Si vero non fuerit, pax vestra ad vos revertetur. Euntes autem de domo vel civitate illa, etiam pulverem qui adhæserit pedibus vestris, excutiatis super eos. Tolerabilius erit terræ Sodomorum et Gomorrhæorum in die judicii, quam illi civitati vel domui* [68]. Quod utique ita demum fieri præcepit, si prius in civitate vel domo veritatis sermo prædicetur; ex quo vel recipientes veritatis fidem, filii pacis et filii Dei fiant; vel non recipientes arguantur, quasi inimici pacis et Dei. Ita ergo et nos, magistri instituta sectantes, primo pacem proponimus auditoribus, ut absque ulla perturbatione possit via salutis agnosci. Quod si quis pacis verba non suscipit, neque acquiescit veritati, scimus adversus eum pugnam verbi movere, et arguere [69] acrius, confutando ignorantiam, et redarguendo peccata. Necessario igitur pacem proponimus, ut si quis est filius pacis, pax nostra veniat super eum; ab eo autem qui se alienum paci effecerit, regredietur ad nos pax nostra. [70] Et si iterum in mandatis habemus, ut venientes ad civitatem, discamus prius quis in ea dignus sit, ut apud eum cibum sumamus [71]; quanto magis convenit noscere, quis, qualisve sit is, cui immortalitatis verba credenda sunt? Solliciti enim, et valde solliciti esse debemus, ne margaritas nostras mittamus ante porcos [72]. Sed et alias ob causas, utile est viri hujus habere me notitiam. Si enim sciam, quia in his, de quibus non potest dubitari quod bona sint, emendatus est et inculpabilis; hoc est, si sobrius, si misericors, si justus, si mitis et humanus est, quæ utique bona esse nullus ambigit; tunc consequens videbitur, ut ei qui obtinet bona virtutum, etiam, quod deest fidei et scientiæ, conferatur; et in quibus maculari videtur ejus vita, quæ est in reliquis probabilis, emendetur. Si vero in his quæ palam sunt peccatis involutus permanet inquinatus, non me oportet aliquid de secretioribus et remotis divinæ scientiæ proloqui, sed magis protestari et convenire eum, ut peccare desinat, et actus suos a vitiis emendet. Quod si ingesserit se, et provocaverit nos dicere, quæ eum, minus recte agentem, non oporteat audire; prudenter eum debemus eludere [73]: nam nihil omnino respondere, auditorum causa [74], utile non videtur: ne forte existiment nos responsionis penuria declinare certamen, et fides eorum lædatur, non intelligentia [75] propositi nostri [76]. [77] Magna contumelia, et grave nobis erit peccatum, si ita desipiamus, ut cum videamus eum qui idola colit esse sobrium, nos qui Deum colimus, sobrii esse recusemus. Non hoc sit inter nos, sed magnum habeamus studium, ut si illi qui errant homicidium non faciunt, nos ne irascamur quidem. Et si illi adulterium non committunt, nec concupiscamus quidem alienam mulierem. Si illi amant proximos suos, nos etiam diligamus inimicos nostros. Si illi mutuo dant his qui habent unde reddant, nos etiam his demus, a quibus recipere non speramus. Et per omnia nos, qui [78] æterni sæculi hæreditatem speramus, debemus præcedere [79] eos, qui præsens tantum sæculum noverunt; scientes, quia si opera illorum nostris operibus collata, in die judicii similia inveniantur ac paria, confusio nobis erit, quod æquales inveniamur in operibus, his qui propter ignorantiam condemnantur, et nullam spem futuri sæculi habuerunt. [80] Et vere digna confusio est, ubi nihil amplius gessimus ab his quibus amplius intelleximus. Quod si confusio nobis erit, æquales his inveniri in operibus bonis; quid erit nobis, si inferiores nos ac deteriores, examinatio futura reperiat? Audite ergo, quomodo de his nos ipse verus propheta docuerit. Ad eos autem qui negligunt audire verba sapientiæ, ita ait: *Regina austri surget in judicio cum generatione hac, et condemnabit eam, quia venit a finibus terræ audire sapientiam Salomonis: et ecce plusquam Salomon hic, et non audiunt* [81]. Ad eos vero, qui de malis actibus gerere detrectabant pœnitentiam, ita ait: *Viri Ninivitæ surgent in judicio cum generatione hac, et condemnabunt eam, quia pœnitentiam egerunt in prædicatione Jonæ, et ecce plus quam Jonas hic* [82]. Videtis ergo, quomodo eos, qui erudiebantur ex lege, adductis ad exemplum illis qui ex gentili ignorantia veniebant, et ostendens eos nec æquales illis esse qui in errore positi videbantur, ex ipsa tantum comparatione condemnat. Ex quibus omnibus sermo, quem proposuimus, approbatur, ut castimonia, quæ aliquatenus etiam ab his in errore sunt positi custoditur; multo prius et attentius, et per singulas quasque, sicut supra ostendimus, species a nobis, qui veritatem sequimur, teneatur; eo magis, quod apud nos observantiæ ejus præmia æterna sunt posita. Aliter enim nemo salvus esse poterit, nisi his observationibus pro viribus operam dederit. Deus vos in sua voluntate, unumquemque in suo ordine semper custodiat, fratres, sibi placere in omnibus concedat. Amen.

[66] *ob hoc.* [67] *Recognit.* II. [68] Matth. X, 11; Luc. X, 8. [69] *urgere.* [70] *Recognit.* II, c. 3 et 4. [71] Matth. X. [72] Matth. VII. [73] *erudire.* [74] *causæ.* [75] *non intellecta diligentia.* [76] In *Recognit.*, *non intelligentium propositum nostrum.* HARDUINUS. [77] *Recognit.* VI, c. 13. [78] *quia.* [79] *præcellere.* [80] *Recognit.* L. VI, c. 14. [81] Matth. XII, 42; Luc. II, 24. [82] Ibid., 41; Jon. III, 5.

Digitized by Google

# EPISTOLA IV.

*Scripta discipulis suis Julio et Juliano, qui malorum hominum persuasionibus aliquatenus a recta via declinaverant, [et his atque] gentibus, inter quas habitabant, directa.*

CLEMENS Romanæ urbis episcopus, charissimis fratribus JULIO et JULIANO, ac reliquis consodalibus nostris, gentibusque quæ circa vos sunt.

Oportet fratres, omnes doctores, qui ad salutem animarum instituti sunt, et ad lucrandas animas episcopi sunt consecrati, pro cunctis sollicitudinem gerere, et errantes ad viam veritatis et ad portum salutis reducere. Et licet propter gentes, quæ circa vos sunt, in modico vos errasse contigerit; melius est tamen redire ad veritatis viam, quam diutius in ipso errore perseverare [83]. Quoscunque enim de his, qui vos errare fecerunt, vel de his, qui adhuc verbum prædicationis non audierunt, potestis, vobiscum assumite, et ad viam veritatis adducite, ne infructosi, sed fructuosi Domino inveniamini. [84] Et quoniam quidem, sicut a cultore neglecta terra, spinas et tribulos necessario producit, ita sensus vester longi temporis incuria multas et noxias opiniones rerum et intelligentias falsæ scientiæ germinavit; opus est nunc multa diligentia ad excolendum rus mentis vestræ, ut hoc sermo veritatis (qui est verus et diligens cordis colonus) assiduis excolat disciplinis. Vestrum ergo est præbere obedientiam, et occupationes ac sollicitudines superfluas amputare, ne bonum verbi semen enecet noxium germen. Potest enim fieri, ut multi temporis negligentiam brevis et assidua reparet diligentia. Incertum namque est uniuscujusque tempus vitæ. Et ideo festinandum est ad salutem, ne forte cunctantem mors repentina præveniat. [85] Et ob hoc acrius adnitendum [86] est, ut, dum est temporis spatium, collecta malæ consuetudinis vitia resecentur. Quod non aliter facere poteritis, nisi ut irascamini quodammodo adversum vosmetipsos pro his quæ inutiliter gessistis ac turpiter. Hæc enim est utilis [87] vita [88], et justa et necessaria iracundia, ut unusquisque, in quibus erravit, et perperam gessit, indignetur, et semetipsum accuset. Ex qua indignatione accenditur in nobis ignis quidam, qui velut agro sterili immissus, consumptis et excoctis radicibus pessimæ voluntatis [89], bono semini verbo Dei fecundiorem cordis præparet glebam. Puto autem, quod satis dignas habeatis causas iracundiæ, ex quibus justissimus ignis iste coalescat [89*], si consideretis, in quantos vos errores deduxerit ignorantiæ malum, quantosque lapsus et quanta præcipitia ad peccandum dederit: a quantis vos bonis abstraxerit, et in quæ præcipitarit mala, et, quod est super omnia gravius, quod vos in futuro sæculo æternis pœnis obnoxios fecit. Nonne pro his omnibus, ubi vobis veritatis lumen effulsit, ignis justissimæ indignationis accenditur, et iracundiæ Deo placitæ intra vos consurgit incendium, quo consumatur et radicitus intereat omne germen, si quod forte intra vos malæ conscientiæ [90] pullulavit? [90*] Unde et ipse qui misit nos, cum venisset, et omnem mundum vidisset ad malitiam declinasse, non continuo ei pacem, in erroribus posito, dedit, ne eum confirmaret in malis, sed ignorantiæ ejus ruinis scientiam veritatis opposuit; ut, si qui forte resipiscerent, lumen veritatis aspicerent, deceptos se, et in præcipitia erroris abstractos merito dolerent, et iracundiæ salutaris ignem adversus deceptricem suam conciperent ignorantiam. Ob hoc itaque dicebat: *Ignem veni mittere in terram, quem volo ut accendatur* [91]. Est ergo pugna quædam, quæ gerenda nobis est in hac vita. Sermo enim veritatis et scientiæ necessario separet homines ab errore et ignorantia; sicut sæpe videmus, putrefactas et emortuas carnes corporis a connexione viventium membrorum, ferro secante [92], separari. Tale ergo aliquid est, quod agit veritatis agnitio. Necesse enim, ut salutis causa filius, verbi gratia, qui sermonem receperit veritatis, a parentibus separetur incredulis, aut rursum pater separetur a filio, aut filia a matre. Et hoc modo inter propinquos atque consanguineos, credentes atque incredulos, scientiæ atque ignorantiæ, veritatisque et erroris pugna consistit [93]. Et ob hoc iterum dicebat, qui nos misit: *Non veni pacem mittere in terram, sed gladium* [94]. [95] Quod si dicat aliquis: Et quomodo justum videtur separari filios a parentibus? Audi quomodo: Quia cum ipsis si in errore permaneant, neque illis proderunt; et ipsi cum illis pariter interibunt. Justum igitur et valde justum est, separari eum qui salvari vult, ab eo qui non vult. Sed et illud adverte, quia non ex illis qui rectius intelligunt venit ista separatio. Illi enim volunt interesse pariter, et prodesse his, et docere meliora. Sed et istud proprium est ignorantiæ vitium, ut confutantem se veritatis lucem non ferat habere de proximo. Et ideo ex illis ista nascitur separatio. Nam qui scientiam veritatis accipiunt, quia bonitatis plena est, tanquam a bono Deo datam [96], cupiunt eam,

[83] *perdurare.* [84] *Recognit.* VI, c. 2. [85] *Recognit.*, ibid., c. 3. [86] *innitendum.* [87] Hæc vox videtur superflua. [88] Forte *vitæ.* In *Recognitionibus: Hæc enim est justa*, vocibus aliis omissis. HARDUINUS. [89] *voluptatis.* [89*] *concalescat.* [90] in *Recognit.*, *concupiscentiæ.* HARDUINUS. [90*] *Recognit.* VI, c. 4. [91] Luc. XII, 49. [92] *secantis.* [93] *consurgit.* [94] Matth. X, 34. [95] *Recognit.* VI, c. 5. [96] In *Recognit.*, *data.* HARDUINUS.

Digitized by Google

si fieri potest, cum omnibus habere communem, etiam cum his qui oderunt eos et persequuntur. Sciunt enim quia peccatum, ipsorum causa ignorantiæ est [97]. Propterea denique ipse magister, cum ab his qui ignorabant eum duceretur ad crucem, orabat Patrem pro interfectoribus suis, et dicebat : *Pater, dimitte eis peccatum, quia nesciunt quid faciunt* [98]. Imitantes quoque discipuli magistrum, etiam ipsi, cum paterentur, similiter pro interfectoribus suis orabant. Quod si disciplina nobis est, orare etiam pro interfectoribus et persecutoribus nostris, quomodo non etiam parentum et propinquorum persecutiones ferre, et pro conversione eorum orare credimur ? [99] Tum deinde etiam [100] diligentius consideremus, quæ sit nobis causa parentes diligendi. [1] Pro eo, inquiunt, quia vitæ nostræ videntur auctores. Auctores quidem vitæ nostræ parentes non sunt, sed ministri. Non enim vitam præbent, sed ingrediendi nobis ad hanc vitam exhibent ministerium ; auctor autem vitæ unus et solus est Deus. Si autem auctorem vitæ diligere volumus, illum nobis esse diligendum sciamus. Sed illum, inquiunt, cognoscere non potuimus, istos autem et novimus, et in affectu habemus. Esto, non potuistis cognoscere quis [2] sit Deus : quid [3] tamen non sit Deus perfacile scire potuistis. Nam quomodo latere potuit hominem, quod lignum, aut lapis, aut æs, vel alia hujusmodi materia, Deus non sit? Quod si in his quæ facile deprehendere potuistis, animum ad discutiendum noluistis intendere ; certum est, quia in agnitione Dei impediti estis, non impossibilitatis, sed ignaviæ vitio ; nam si voluissetis, ex his ipsis inutilibus simulacris profecto accepissetis intelligentiæ viam. [4] Certum est, quia per ferrum facta sunt simulacra ; ferrum vero per ignem confectum est, qui ignis aqua exstinguitur ; aqua autem per spiritum movetur, spiritus autem a Deo initium habet. Sic enim dixit Moses propheta : *In principio fecit Deus cœlum et terram. Terra autem erat invisibilis et incomposita, et tenebræ erant super faciem abyssi, et spiritus Dei erat super aquas* [5]. Qui spiritus Dei jussu, quasi ipsa manus conditoris, lucem separavit a tenebris, et post illud invisibile cœlum istud visibile produxit, ut superiora quidem habitaculum faceret angelis, inferiora vero hominibus. Propter vos ergo jussu Dei, aqua, quæ erat super faciem terræ, secessit, ut terra vobis produceret fructus. Cui etiam humorum venas latenter inseruit, ut vobis ex ea profluerent fontes et flumina. Propter vos producere jussa est animantia, et omnia quæ vestro usui voluntatique servirent. Annon propter vos venti spirant, ut ex ipsis concipiens fructus vobis terra parturiat? Nonne propter vos imbres profluunt, et tempora vicissitudines mutant ? Num propter vos sol oritur, et occidit, mutationes luna perpetitur ? Propter vos mare exhibet famulatum suum, ut vobis ingratis cuncta subjaceant. Nonne pro his omnibus justa erit ultionis pœna, quia horum omnium largitorem, quem ante omnia et agnoscere et venerari debuistis, solum præ cæteris ignoratis ? [6] Sed et nunc per idem vos adhuc in intelligentiam ejus duco. Videtis etenim, quod omnia gignuntur ex aquis, aqua vero per unigenitum ex initio facta est, unigeniti vero omnipotens Deus caput est, per quem tali ordine, ut supra diximus, pervenitur ad Patrem. Cum autem perveneritis, agnoscite hanc esse voluntatem ejus, ut per aquas, quæ primæ creaturæ [7] sunt, denuo renascamini. Qui enim regeneratus fuerit per aquam, bonis operibus repletus, hæres efficitur ejus a quo in incorruptione regeneratus est. Propter quod, paratis animis accedite, quasi filii ad patrem, ut peccata vestra diluantur, et causa eorum sola ignorantia fuisse probetur apud Deum. Nam si post agnitionem horum permanetis in incredulitate, vobis jam perditionis vestræ causa, et non ignorantiæ, reputabitur. Nec putetis, quod etiamsi omnem pietatem colatis, omnemque justitiam, baptismum vero non accipiatis, spem possitis habere apud Deum ; imo majore pœna digni eritis, qui bona opera non bene operati estis. Confertur enim meritum homini ex bonis gestis ; sed si ita gerantur, sicut Deus jubet. Deus autem jussit, omnem colentem se baptismo consignari. [8] Quod si vos renueritis, ut vestræ voluntati magis, quam Dei, obtemperetis ; contrarii sine dubio et inimici estis voluntati ejus. Sed dicitis fortasse : Quod confert aquæ baptismus ad Dei cultum? Primo quidem, quia quod Deo placuit, impletur. Secundo, quia regenerato ex aquis, et Deo renato, fragilitas prioris nativitatis, quæ vobis per hominem facta est, amputatur, et ita demum pervenire poteritis ad salutem : aliter impossibile est. Sic enim nobis cum sacramento verus propheta testatus est, dicens : *Amen, amen, dico vobis, nisi quis denuo renatus fuerit ex aqua viva, non introibit in regnum cœlorum* [9]. Et ideo accelerate : est enim in aquis istis misericordia ejus quædam, quæ ex *initio ferebatur super eas* ; et agnoscit eos qui baptizantur sub appellatione triplicis sacramenti, et eripit eos de suppliciis futuris, quasi donum quoddam offerens Deo animas per baptismum consecratas. Confugite ergo ad aquas istas : solæ sunt enim, quæ possint vim futuri ignis exstinguere : ad quas qui moratur accedere, constat in eo adhuc infidelitatis idolum permanere, et ab ipso prohiberi ad aquas properare quæ salutem conferunt. Sive enim justus, sive sit injustus, baptismus ei per omnia necessarius est. Justo quidem, ut adimpleatur in eo perfectio, et

[97] *Recognitionum* auctor, rectius : *Peccati ipsorum causa ignorantia est.* HARDUINUS. [98] Luc. XXIII, 34. [99] Recoguit. *debemus.* HARDUINUS. [100] *illud.* [1] *Recognit.* VI, c. 6. [2] *quid.* [3] *qui.* [4] *Recognit.* VI, c. 6. [5] Gen. I, 1. [6] *Recognit.* VI, c. 8. [7] *creatæ.* [8] *Recognit.* VI, c. 9. [9] Joan. III, 5.

Digitized by Google

regeneretur Deo; injusto vero, ut peccatorum quæ gessit, remissio concedatur. [10] Omnibus ergo festinandum est, sine mora renasci Deo, et demum consignari ab episcopo, id est septiformem gratiam Spiritus sancti percipere (30-31), quia incertus est uniuscujusque exitus vitæ. [11] Cum autem regeneratus fuerit per aquam, et postmodum septiformi Spiritus gratia ab episcopo (ut memoratum est) confirmatus, quia aliter perfectus esse Christianus nequaquam poterit, nec sedem habere inter perfectos, si non necessitate, sed incuria aut voluntate remanserit (ut a beato Petro accepimus, et cæteri sancti apostoli, præcipiente Domino, docuerunt), et demum ex operibus bonis ostendat in se similitudinem ejus, qui eum genuit, Patris. Post hæc vero agnoscat Deum honorare. Honor autem ejus est, ut ita vivat, sicut ipse vult; vult enim unumquemque ita vivere, ut homicidium et adulterium nesciat, odium et avaritiam fugiat, iram, superbiam, jactantiam respuat et exsecretur, invidiam quoque, et cætera his similia, penitus a se ducat aliena. Est sane propria quædam nostræ religionis observantia, quæ non tam imponitur hominibus, quam proprie ab unoquoque Deum colente, exusa puritatis expetitur; de castimoniæ dico cautela, cujus species multæ sunt. Sed primo, ut observet unusquisque, ne menstruatæ mulieri misceatur; hoc enim exsecrabile ducit lex Dei [12]. Quod si lex de his non admonuisset nos, ut catuli [13] libenter volveremur in stercore [14]. Debemus aliquid amplius habere animalibus, utpote rationales homines, et cœlestium sensuum capaces, quibus summum studium esse debet, ab omni inquinamento cordis conscientiam custodire. [15] Bonum est autem, et puritati conveniens, etiam corpus aqua diluere. Bonum vero dico, non quasi principale illud, in quo mens purificatur, sed quod sequela sit illius boni hoc, in quo caro diluitur. Sic enim, et magister noster quosdam Pharisæorum et scribarum, qui videbantur esse cæteris meliores, et a vulgo separati, increpabat, dicens eos hypocritas; quia ea solummodo quæ hominibus videbantur, purificabant; corda vero, quæ solus Deus aspicit, inquinata relinquebant et sordida. Ad quosdam ergo ex ipsis, non ad omnes, dicebat: *Væ vobis scribæ et Pharisæi hypocritæ, quia mundatis quod deforis est calicis et paropsidis, intus autem plena sunt sordibus. Pharisæe cæce, munda prius quod intus est: et quod deforis est, erit mundum* [16]! Vere enim, si mens mundetur luce scientiæ, cum ipsa fuerit munda ac splendida, tunc etiam ejus, qui deforis est, hominis ipsa necessario curam gerit, id est carnis suæ, ut et ipsa purificetur. [17] Ubi autem ista, quæ deforis est, purificatio carnis negligitur, certum est neque de puritate mentis ac munditia cordis curam geri. Ita ergo fit, ut is qui intrinsecus mundus est, mundetur sine dubio et extrinsecus. Non semper autem is, qui mundatur extrinsecus, etiam intrinsecus mundus est, videlicet cum agit hæc, ut hominibus placeat. [18] Sed et illa species castimoniæ observanda est, uti ne passim et libidinis solius causa, cum feminis coeat quis, sed posteritatis reparandæ gratia; quæ observantia cum etiam in nonnullis pecudibus inveniatur, pudoris est, si non ab hominibus rationalibus et Deum colentibus observetur. Ergo omnes peccaverunt et egent auxilio Dei (32). Propter quod, charissimi, sectamini semper charitatem, et æmulamini meliora et spiritualia, et adjuvate vos invicem, ut Deo semper in omnibus placere valeatis [19]. Amen.

# EPISTOLA V.

*De communi vita et reliquis causis, suis discipulis scripta, Hierosolymitanisque directa* (33).

Dilectissimis fratribus et condiscipulis, Hierosolymis cum charissimo fratre Jacobo coepiscopo habitantibus, Clemens episcopus.

Communis [20] vita, fratres, omnibus necessaria est et maxime his qui Deo irreprehensibiliter militare cupiunt, et vitam apostolorum, eorumque discipulorum imitari volunt. [21] Communis enim usus omnium, quæ sunt in hoc mundo, omnibus esse ho-

[10] Siric. ep. 1, initio. [11] *Recogn.* VI, c. 10. [12] Levit. XVIII. [13] *cantharides*, imo *canthari*, ut bene Turrianus ex Græco codice lib. V, cap. 24. [14] Deest hæc comparatio in c. Just. [15] *Recogn.* VI, c. 11. [16] Matth. 23, 25. [17] Hæc ab Hemerobaptistis Ebionitis inserta qq. videntur. [18] *Recogn.* VI, c. 12. [19] I Cor. XIV. [20] 12, q. 1, *Dilectiss. fratribus.* [21] Faustinianus hæc dicit lib. XI *Recogn.*, p. 138, quæ refellit ipsemet Clemens.

(30-31) De confirmatione loquitur.

(32) *Ergo omnes peccaverunt*, etc. Hæc conclusio calumniose reprehenditur ab hæreticis: ita enim sanctus Clemens (aut qui sub ejus persona delitescit) argumentatur: Si ratio naturalis et lex colendi Deum non sufficit ad observandam hanc speciem castitatis, quam pecudes, sine ratione et lege naturæ instinctu servant, et ita mutabiles sunt homines; sequitur omnes esse peccatores, et auxilio Dei egere, ad bene vivendum. Quo nihil verius, nihil subtilius, nec ad rem accommodatius dici potuit. Sev. Binius.

(33) Hæc epistola encyclica est; sic dicta, quod omnibus Ecclesiis communis esset, et per manus singulis tradita, universum Christianum orbem circumiret. Diversa tamen est ab illa encyclica, in qua virginitas, teste Epiphan. hæresi 30, deprædicata fuit, quæque suo tempore, quo integra exstabat, in sanctis Ecclesiis, ut ait, legebatur: sicut et illa quæ ad Corinthios scripta fuit. Cujus autem fidei ac firmitatis sint hæ quinque titulo Clementis notatæ, vide Turrianum lib. II, *adversus Magdeburgenses*. Sev. Binius

Digitized by Google

minibus debuit; sed per iniquitatem alius hoc suum esse dixit, et alius illud, et sic inter mortales facta divisio est. Denique Græcorum quidam sapientissimus [22], hæc ita sciens esse, ait: *Communia debere esse amicorum omnia* [23], *et sicut non potest* (inquit) *dividi aer, neque splendor solis, ita nec reliqua quæ communiter in hoc mundo omnibus data sunt ad habendum, dividi debere, sed habenda esse communia.* Unde et Dominus per prophetam loquitur, dicens: *Ecce quam bonum et quam jucundum habitare fratres in unum* [24]. Istius enim consuetudinis more retento, etiam apostoli, eorumque discipuli, ut prædictum est, una nobiscum et vobiscum communem vitam duxere. Unde (ut bene nostis) *erat multitudinis eorum cor unum et anima una: nec quisquam eorum aut nostrum, de his quæ possidebat, aliquid suum esse dicebat, sed omnia illis et nobis erant communia, nec quisquam egens erat inter nos. Omnes autem, qui domos vel agros possidebant, vendebant eos, et pretia eorum, et reliquas res quas habebant, afferebant, ponentes ante pedes apostolorum* [25], sicut nobiscum quidam vestrum cognoverunt et viderunt: *et dividebant singulis, prout cuique opus erat.* Ananias autem, vir austerus, et Sapphira [26] uxor ejus [27], qui mentiti sunt apostolis de pretio agrorum suorum, quos vendiderant, nobis præsentibus [28], in conspectu omnium circumstantium, a conspectu apostolorum, propter peccatum eorum et mendacium quod fecerunt, mortui delati sunt ambo. Cæteraque quæ de talibus [29] cognovimus et vidimus, nec recordatione, nec demonstratione digna sunt. Quapropter hæc vobis cavenda mandamus, et doctrinis et exemplis apostolorum obedire præcipimus; quia hi qui mandata eorum postponunt, non solum rei, sed extorres fiunt. Quæ non solum vobis cavenda, sed et omnibus prædicanda sunt. [30] Relatum est etiam nobis, quod quidam in vestris partibus commorantes, adversantur sanis doctrinis, et (prout eis videtur) non secundum traditionem Patris [31], sed juxta sensum suum docere videntur. [32] Multas enim quidam (ut audivimus) vestrarum partium, secundum ingenium hominum, ex his quæ legunt, verisimilitudines capiunt: et ideo diligenter observandum est, ut lex Dei, cum legitur, non secundum propriam ingenii intelligentiam legatur vel doceatur. Sunt enim multa verba in Scripturis divinis, quæ possunt trahi ad eum [33] sensum, quem sibi unusquisque sponte præsumpsit, sed fieri non oportet. Non enim sensum quem extrinsecus adulteretis, alienum et extraneum debetis quærere, aut quomodo [34] ipsum Scripturarum auctoritate confirmetis; sed ex ipsis Scripturis sensum capere veritatis. Et ideo oportet ab eo intelligentiam discere Scripturarum, qui eam a majoribus, secundum veritatem sibi traditam servavit ut et ipse possit ea, quæ recte suscepit, competenter asserere. Cum enim ex divinis Scripturis integram quis et firmam regulam veritatis susceperit, absurdum non erit, si aliquid etiam ex eruditione communi ac liberalibus studiis, quæ forte in pueritia attigit, ad assertionem veri dogmatis conferat; ita tamen, ut ubi vera didicit, falsa et simulata declinet. [35] Incertum est enim etiam juvenibus vitæ tempus, senibus autem jam nec incertum est; non enim dubitatur, quin quantumcunque est quod putatur superesse, breve sit. Et ideo tam juvenes quam senes oportet de conversione et pœnitentia valde esse sollicitos, et satagere [36], ut de reliquo ornent animam suam ornamentis dignissimis, id est dogmatibus veritatis, decore pudicitiæ, splendore justitiæ, candore pietatis, aliisque omnibus, quibus comptam decet esse rationalem mentem. [37] Unde, consilium dantes, vestram prudentiam hortamur, ut ab apostolicis regulis non recedatis, sed communem vitam ducentes, et Scripturas sacras recte intelligentes, quæ Domino vovistis, adimplere satagatis. Et cum oratione assidua Dei gratiam obtinere merueritis, tunc, sine suspicione mali interitus [38], vota possint celebrari festiva. Deus autem pacis sit cum omnibus vobis. Amen.

[22] Platonem intelligit. [23] In ms. atque editis Merlini et Crabbi pauca inseruntur, de quibus in notis. Ea Surius et post eum alii resecuerunt, cum tamen legantur l. x *Recogn.* [24] Psal. cxxxii, 1. [25] Act. iv, 34. [26] Ms. *Zaphira.* [27] Act. v. [28] Non videtur tunc Hierosolymis exstitisse Clemens, natione Romanus, qui plures post annos fidem suscepit. Verba Latinii notis nostris inseremus [29] Ms. *cætera, quæ talia.* [30] Dist. 37, *Relatum est.* [31] *traditiones Patrum.* [32] *Recognit.* x, c. 42. [33] *Recognit., ad suum.* Hæc quoque ex Harduino desumpta sunt. [34] *ut quoquomodo.* [35] *Recognit.* x, c. 43. [36] *satisagere.* [37] 2, q. 1, *Dilectiss. fratribus.* [38] *inter vos.*

Digitized by Google

# FRAGMENTA.

## I.

EX DECRETO GRATIANI.

(De consecr., dist. *Sacerdotum aliorumque.*)

*Quando celebratur missa, presbyterium laicus ingredi non præsumat.*

Sacerdotum, aliorumque clericorum Ecclesiæ servientium honores, a laicorum loco discrete apparere convenit. Quamobrem nulli laicorum liceat in eo loco, ubi sacerdotes et reliqui clerici consistunt (quod presbyterium nuncupatur), quando missa celebratur consistere, ut libere ac honorifice possint sacra officia exercere celebrari].

## II.

*Ex vetustissimo codice Lucensi annorum circiter mille ex epistola B. Clementis ad Jacobum.*

1. Episcopus irreprehensibilis sit, non fideijussor, A nec advocatus litium, nec aliis curis negotiorum mundialium perplexus. Presbyter pudicus, carceres visitet, et peregrinos suscipiat, stateras æquales habeat.

2. Diaconi tanquam oculi et aures episcopi sint. Catechumeni instruantur.

*De perceptione, cujus supra.*

3. Sacramentum cum omni timore Dei servetur a presbyteris, diaconibus et ministris.

4. Communio in crastinum non servetur, sed cum timore Dei sumatur; ac clericus nec celeriter cibos accipiat.

5. Vasa sacrarii, vel vela vetusta ustulentur, et in sacro fonte pulvis obruatur.

6. De palla nullus mortuus obruatur, nec diaconus imponat, vela et pallas subdiaconus in sacrario lavet. B

# CONSTITUTIONES APOSTOLICÆ.

# PROŒMIA.

## J. B. COTELERII JUDICIUM

### DE CONSTITUTIONIBUS APOSTOLICIS

(*Patres apostolici*, t. I, ed. Amstælod. 1724.)

Ex multis, quæ de Constitutionibus apostolicis vario doctorum sermone jactantur, vera quædam sunt, alia falsa, cætera ejusmodi, ut veritatem an falsitatem contineant, certa nequeat argumentatione percipi. Ea si in principio Adnotationum istarum secreverimus, operæ pretium nos facturos non nescimus. C

Itaque verum est, Constitutionum apostolicarum διατάξιλον, opus esse apocryphum et pseudepigraphum, ab apostolis non profectum, nec ab apostolico Clemente. Scilicet, quamvis auctor canonis ultimi apostolici, si diversus est ab eo de quo agimus, aliter statuat; quamvis illos apostolorum canones veros censere soleant Græci posteriores, apostolicas vero διαταγάς, Clementis quidem, sed postea adulteratas; quamvis Æthiopes a Græcis edocti apostolicam Octabiblum ut sacram et divinam venerentur; quamvis S. Epiphanius hæresi 80, cap. 7 et Cedrenus duobus in locis, inter Veterum testimonia relatis, θεῖον λόγον Diataxibus tribuant; attamen liquido constat, ad apostolos et Clementem non pertinere σύνταγμα, quod prima Ecclesiæ tempora latuit, quod a tot sanctis Patribus ignoratum fuit, aut neglectum, quod plurimis suspicionem movit suppositionis, plurimis certitudinem dedit falsitatis; quod catholica Ecclesia a canone Scripturarum divinarum excludit; quod denique sexcenta complectitur cum veritate, cum verisimilitu-

Digitized by Google

dine pugnantia, recentiora temporibus apostolicis, atque ab apostolico charactere remotissima.

Nec minus verum est, antiquas constitutiones dictas apostolorum, post compositionem suam interpolatricibus manibus subjacuisse. Id clare demonstrant loca citata a B. Epiphanio, et a parente *Operis imperfecti in Matthæum*; quorum pleraque nunc partim non exstant, partim cum magna differentia verborum et sensuum leguntur. Atque ob eam interpolationis famam Græci in Trullo congregati profitentur, canone 2, Constitutionibus apostolorum Clementinis jam olim ab hæreticis vim factam per nonnulla malaque additamenta. Sed quod merito mirere, Photius, diligentissimus hujuscemodi rerum investigator, neque depravationis, neque judicii Trullani mentionem facit, nostris διαταγαῖς benignior, quemadmodum et Nicetas Pectoratus atque Georgius Cedrenus. Quippe qui sextam suam synodum videantur sprevisse, et in constitutionibus nullam agnovisse corruptionem.

Quod autem Διαταγαῖς τῶν ἀποστόλων διὰ Κλήμεντος favet Photius, causa non est odium in Latinos; quibus iniquus in *Μυριοβίβλῳ* non apparet, utpote tunc orthodoxus et catholicus; cum contra Trullani episcopi, Latinæ Ecclesiæ hostes haud dubii, iisdem διατάξεσι nigrum theta præfixerint. Causa est, libri præstantia, et forte Epiphanii encomium. Certe si, quemadmodum verisimile fit, existimavit Photius, Constitutiones opus esse vetus ac probum, sub nomine apostolorum et Clementis conflictum, tribus reprehensionibus iisque non insolubilibus obnoxium, κακοπλαστίας, contumeliarum Deuteronomio factarum, et Arianismi; non intelligo cur adeo culpanda putetur illius critica. Ita fateri ille poterit quod in re est, ab antiquo homine non indocto, at fingendi satis imperito, nec semper veraci, in lucem prolatos fuisse post apostolicum sæculum libros plurimis inconsequentiis ac inconsiderantiis, nonnullis erroribus respersos, de Deuteronomio incaute, de sancta et individua Trinitate periculose loquentes. Ut vero suspicer Constitutiones a Photio non esse attributas Romano Clementi, facit tum magni Magistri existimatio, tum quod eodem loci non magis abjudicat apostolico *Recognitiones*, quas refertas docet absurdis, et Arianismo, quam Constitutiones: quis autem credat ita sentire virum doctissimum et prudentissimum, ut tale scriptum non putet falso auctoris titulo fuisse donatum? tum denique quia idem in Præfatione ad Nomocanonem ambigue de apostolorum canonibus disserit, ut et in his ipsis Bibliothecæ codicibus CXII, CXIII. Quocirca secundum nostram suspicionem, Clementis dicta sunt Photio ea duo Scripta, quoniam Clementino nomine inscripta ferebantur. Quanquam, ut dicam ingenue, contextus orationis, et censura cum posterioris epistolæ Clementis, tum disputationis Petri cum Apione, non mediocrem pariunt difficultatem. Cur enim non pari modo proscripsit Constitutionum ac *Recognitionum* libros, nisi forte quia in censuris illis non tam suam, quam Eusebii proponit opinionem. Sed de Photio hactenus. Suo quisque utatur arbitrio?

Veritate etiam, sicut et auctoritate, nituntur variæ hujus apocryphi appellationes, διατάγματα ἀποστόλων seu ἀποστολικά, τῶν ἀποστόλων seu ἀποστολικαὶ διατάξεις aut διαταγαί, διαταγαὶ vel διατάξεις Κλήμεντος sive διὰ Κλήμεντος, τῶν ἀποστόλων διὰ Κλήμεντος διατάξεις aut διαταγαί, et ὀκτάβιβλος Κλήμεντος: item διάταξις, διδασκαλία, καθολικὴ διδασκαλία, et κανόνες sive libri *Canonum apostolorum*. Cujus postremi nominis mentio quoque, apud Œcumenium, ad Actorum IX, 10, hoc modo, καὶ οὗτος ὁ Ἀνανίας διάκονος ἦν ὡς αὐτὸς Παῦλος μαρτυρεῖ ἐν τοῖς κανόσι. Sed cum hujus editionis typis veterum testimonia mandarentur, nondum occurrerat locus; de quo vide quæ adnotabo ad libri VII caput 46. Cæterum an Joannes Damascenus *Orthodoxæ fidei* lib. IV, cap. 18, quando canones apostolorum per Clementem editos cum divinis voluminibus annumerat, constitutiones, vel duntaxat canones constitutionibus subnexos intelligat, quæri potest. Malim accipere de solis canonibus; quo majori parte erroris vir sanctus et doctus sublevetur; et quia rarior prima acceptio; et propter Trullanos Patres, quorum sententiam videtur secutus. Adde quod ejusdem libri cap. 13, morem adorandi ad Orientem refert ad traditionem apostolorum non scriptam; cum tamen is mos scriptus reperiatur in Constitutionibus.

Jam vero præter supra dictis veris opposita, falsum etiam est, auctorem Constitutionum atque *Recognitionum* eumdem esse. Habemus Photii judicium, qui prærogativam quidem sanioris doctrinæ tribuit primo operi; at eloquentiæ, ac polymathiæ posteriori. Et quis non videt illius scriptorem virum fuisse sanctarum Scripturarum rituumque ecclesiasticorum scientissimum; hujus, hominem in iis rudiorem? Huc accedit quod non semper conveniunt dogmata utriusque. Verbi gratia *Constitut.*, lib. VIII, cap. 46, inter inanima recensentur sol, luna, stellæ; contra *Recognit.* lib. V, cap. 16. Sic (alia prætereo) Ebioniticæ Ἀναγνωρισμοῦ lotiones, in καθολικῇ διδασκαλίᾳ condemnantur.

Perperam quoque confunduntur Constitutiones cum *Clementinis*. Aperte siquidem ac exserte distinguit Nicephorus *Historiæ ecclesiasticæ* lib. III, cap. 18. Nec sinit hæsitare præsens editio, quæ utrumque σύγγραμμα, ac posterius nunc primum complectitur. Errat itidem Humbertus Cardinalis, dum Ordinationes seu Constitutiones, a Niceta Pectorato laudatas, ad Itinerarium Petri apostoli transfert, cum quo nihil commune habent, longe de aliis rebus quam de Petri peregrinationibus disserentes. Ansam erroris Humberto dedit ignoratio utriusque apocryphi, solaque notitia hujus Gelasiani decreti, *Itinerarium nomine Petri apostoli, quod appellatur sancti Clementis libri decem* (ita rectius dubio procul antiquæ editiones, quam recentiores *octo* vel *novem*) *apocryphum*. Creditum Cardinali, Græcos nihil

Digitized by Google

habere nomine Clementis prænotatum, extra *Itinerarium Petri* et *Canones apostolorum*.

Sed et veritati adversatur, Constitutionum apostolicarum compositorem nomen Clementis Romani sibi non assumpsisse. Quod nomen et in fronte voluminis præfixum cernitur, et assertores habet cum canonibus, apostolorum ultimo, et Trullano 2, Photium, Nicetam Pectoratum, Zonaram, Alexium Aristinum, Balsamonem, Matthæum Blastarem, Nicephorum Callisti, Nicetam Serronium, etc., refragatorem autem ex antiquis neminem. Nec mirum si qui apostolorum Diataxes scribebat, apostolorum personam induerit; Clementem vero, hoc est, ut credi volebat, se, putaverit in libri corpore occultandum.

At ista mihi ambigua sunt, quo primum tempore libri Constitutionum pseudoapostolicarum lucem conspexerint, quando interpolati sint, quem habuerint parentem, quem corruptorem, et quibus in locis fuerint depravati. Certo novi, quod primus scriptor post tempora apostolica et ante Epiphanium vixerit; sed an propior illis vel huic, plane nescio. Nempe Patrum secundi ac tertii sæculi silentium non est nota indubia, non exstitisse eorum ætate Diataxes : quandoquidem apocrypha diu ignorantur, diutius contemnuntur; unde incerta solent habere principia. Utrum etiam is in eodem ac Arius hæreseos luto hæserit, necne, dicere non possum. S. Epiphanius laudem orthodoxiæ ei tribuit; et quæ in opere Ariana videntur, forte interpolatori tribui debent, ut a Trullanis censetur; forte ἀρχαϊκὰ sunt, hæretica non sunt, depellique, licet ægre, possunt juxta mentem Photii. Quid tamen si Epiphanium deceperit titulus? si catholicum putaverit, quod apostolicum autumabat, nec inexcusabile videbatur? Jam interpolationis centones ignoti fuerunt Epiphanio, et scriptori *Operis imperfecti in Matthæum*; noti Anastasio Antiocheno *Quæstionum ac Responsionum* auctori : quo autem tempore primum ex otiosi hominis officina manaverint, similiter non liquet. Obscurum præterea quod aiunt, alii ab eadem manu mutationes in Ignatio et in Constitutionibus prodiisse, alii a Diataxeon consarcinatore pseudo-Ignatium solere compilari quasi vel non potuerit B. Ignatii depravator ex *Catholica doctrina* complura mutuari; vel non credibilius fiat, sua ex pseudo-Clementinis Diataxibus auxisse pseudo-Ignatium; cujus interpolationes verus Ignatius manifestissimas facit; cum Constitutionum corruptelæ præter paucissimas occultissimæ sint? Mitto viri docti Davidis Blondelli in censura epistolæ primæ decretalis Clementi ascriptæ divinationem : Quod qui διαταγὰς scripsit, natione fuerit Palæstinus aut Phœnix, utpote qui thronum Hierosolymitanum reliquis præferat, lib. VIII, cap. 10, et nomina mensibus inventa a Tyriis imponat. Non agitur de eminentia sedium, ubi episcopus Alexandrinus præteritur. Jacobum eo in loco præponit pseudo-Clemens, in aliis multis postponit. Phœnicenne patriam habuerunt quicunque iisdem mensium nominibus usi inveniuntur, quibus διαταγεῖς nostri?

Ad hæc, dubito affirmare cum viris doctis, τῶν ἀποστόλων διδαχάς seu διδαχήν, apud Eusebium *Hist.* lib. III, cap. 25, Athanasium in Epistola festali 39, et in *Synopsi sacræ Scripturæ*, si illius est, Nicephorum Constantinopolitanum in *Στιχομετρίᾳ*, (ubi vulgo legitur διδαχή, cum ms. codex, si fides Joanni Croio, cap. 1 *Observationum in Novum Testamentum*, exhibeat διαδοχαί, manifesto arbitror, vitio pro διδαχαί) et Nicephorum Callisti *Eccles. Hist.*, lib. II, cap. 46, diversum esse opus a Constitutionibus apostolicis, sive Catholica doctrina. Zonaras enim ad mox dictam Athanasii Epistolam, laudatus ab eruditissimo ac diligentissimo Usserio, in Prolegomenis epistolarum Ignatianarum, cap. 7, quique exstat etiam in mss. 277, 507. Reg. Biblioth. loquitur ad hunc modum : Τὴν δὲ διδαχὴν τῶν ἀποστόλων, τινὲς λέγουσιν εἶναι τὰς διὰ τοῦ Κλήμεντος γραφείσας τῶν ἀποστόλων διατάξεις, ἃς ἡ λεγομένη ἕκτη σύνοδος ἀναγινώσκεσθαι οὐ συγχωρεῖ, ὡς νοθευθείσας καὶ παραφθαρείσας [39-58] ὑπὸ αἱρετικῶν. Concinitque Matthæus Blastares, collector Canonum inedito, in multorum bibliothecis latens, littera β, cap. 11, ubi de S. Athanasii loco, his verbis : Ἔξωθεν δὲ τῶν κανονιζομένων εἶναί φησι, τὴν Σοφίαν Σολομῶντος, etc., τὸν Ποιμένα, καὶ τὴν διδαχὴν τῶν ἁγίων ἀποστόλων· ταύτην δὲ ἡ ἕκτη σύνοδος ἠθέτησεν.

Sed contra sic argumentantur. Primo, Athanasius Διδαχὴν τῶν ἀποστόλων inter eos libros numerat qui catechumenis legendi essent; cum libri Constitutionum episcopis sint dicati, resque ad Ecclesiæ regimen spectantes tractent, et alia quædam μυστικώτερα, quæ idcirco canone apostolorum ultimo in vulgus efferri vetantur. Secundo, διδαχή, apud Nicephorum Constantinopolitanum, ejusque στιχομετρίας interpretem Anastasium Bibliothecarium, versiculis 200, solummodo constat; longe autem prolixiores sunt Constitutiones. Tertio, in Scripturarum indiculo, Anastasii Nicæni *Quæstionibus* subjecto, in publica Oxoniensis Academiæ Bibliotheca, Διδαχαὶ τῶν ἀποστόλων et Διδασκαλία Κλήμεντος, ut distincta opera, pariterque apocrypha recensentur; at διδασκαλίας titulum præferunt Diataxes; itaque Διδαχαὶ a Constitutionibus secerni debent. Quarto, a *Synopsi* Athanasiana Διδαχὴ ἀποστόλων et Κλημέντια velut duo libri memorantur; in Clementinis autem continentur Constitutiones, quippe quæ Clementis nomen præferunt. Quinto, agens de Clementis operibus Eusebius, Doctrinas apostolorum omittit. Sexto, codicem apostolicarum Constitutionum multa Ariana complectentem, nec Ariani pro confirmatione sui erroris adduxerunt, nec adductum Athanasius expendit : quo fit ut, exstante Athanasianis temporibus *Apostolorum Do-*

[39-58] Al. παραγραφείσας.

Digitized by Google

*etrina*, nondum lucem aspicerent nostræ *Constitutiones*. Concludunt, et τῶν ἀποστολικῶν Διδαγμάτων librum, citatum in *Quæstionibus*, nomen Anastasii Nicæni præferentibus, quæstione 93, eumdem habendum cum ἀποστόλων Διδαχαῖς, alium a Diataxibus; et Constitutiones hodiernas etiam ex διδαχῇ apostolorum, et διατάξει Epiphaniana fuisse consarcinatas.

Verumtamen non desunt quæ ad hæc omnia reponamus; hunc in modum. Ad 1. Non solis episcopis, sed et laicis quoque, omnibusque Christianis Diataxis et catholica Doctrina nuncupatur; ut fidem faciunt prima libri verba: Οἱ ἀπόστολοι καὶ οἱ πρεσβύτεροι πᾶσι τοῖς ἐξ ἐθνῶν πιστεύσασιν εἰς τὸν Κύριον, etc. Et vero quis ausit asseverare, quod postremus apostolorum canon tantum ætatis ferat ac prima Διατάξεων editio, qua utebatur S. Epiphanius; quodque primus διαταγεὺς sua voluerit occultare? Deinde ex Athanasiana *Synopsi* observat vir non mediocri eruditione, Joannes Dallæus *De Pseudep. apostol.* l. I, c. 4, duo fuisse *Doctrinæ apostolicæ* velut corpora, aliud quo totus liber continebatur, aliud in quo ea duntaxat libri legebantur, quæ a Patribus tanquam utilia excerpta fuerant. Unde conficitur, ut canone apostolico extremo, de integris διατάγαις seu διδαχαῖς agente, possit B. Athanasius in ἑορταστικῇ de solis excerptis loqui. Ad 2. Forte Nicephorus Constantinopolitanus tantum viderat διδαχὴν decurtatam, ideoque constantem versibus solummodo σ', 200. Vel præferre oportet lectionem ms. Croiani, ,ς, 6000. Ad 3. Indiculus ille etiam subjungitur Anastasii *Quæstionibus* in codice 1789 Bibliothecæ Christianissimi regis. Ita vero habet:

*De LX libris, et quinam extra illos sint.*

Περὶ τῶν ξ' βιβλίων, καὶ ὅσα τούτων ἐκτός.

1, *Genesis*. 2, *Exodus*. 3, *Leviticus*. 4, *Numeri*. 5, *Deuteronomium*. 6, *Josue*. 7, *Judices*, *et Ruth*. 8, *Regnorum* (seu *Regum*) *primus*. 9, *Regnorum secundus*. 10, *Regnorum tertius*. 11, *Regnorum quartus*. 12, *Paralipomena*, *quintus* [59]. 13, *Job*. 14, *Psalterium*. 15, *Proverbia*. 16, *Ecclesiastes*. 17, *Cantica* sive *Canticum Canticorum*, *quintus* [60]. 18, *Esdras*. 19, *Osee*. 20, *Amos*. 21, *Michæas*. 22, *Joel*. 23, *Jonas*. 24, *Abdias*. 25, *Nahum*. 26, *Habacuc*. 27, *Sophonias*. 28, *Aggæus*. 29, *Zacharias*. 30, *Malachias*. 31, *Isaias*. 32, *Jeremias*. 33, *Ezechiel*. 34, *Daniel*. 35, *Evangelium secundum Matth.* 36, *secundum Marcum*. 37, *secundum Lucam*. 38, *secundum Joannem*. 39, *Acta apostolorum*. 40, *Jacobi Epistola*. 41, *Petri*. 42, *Petri*. 43, *Joannis*. 44, *Joannis*. 45, *Joannis*. 46, *Judæ*. 47, *Pauli ad Romanos*. 48, *ad Corinthios*. 49, *ad Corinthios*. 50, *ad Galatas*. 51, *ad Ephesios*. 52, *ad Philippenses*. 53, *ad Colossenses*. 54, *ad Thessalonicenses* 55, *ad Thessalonicenses*. 56, *ad Timotheum*. 57, *ad Timotheum*. 58, *ad Titum*. 59, *ad Philemonem*. 60, *ad Hebræos*.

Καὶ ὅσα ἔξω τῶν ξ', α', Σοφία Σολομῶντος. β', Σοφία Σιράχ. γ', Μακκαβαίων. δ', Μακκαβαίων. ε', Μακκαβαίων. ς', Μακκαβαίων. ζ', Ἐσθήρ. η', Ἰουδίθ. θ', Τωβίτ.

*Et qui extra LX sunt:* 1, *Sapientia Salomonis*, *Sapientia Sirach*. 3, *Maccabæorum*. 4, *Maccabæorum*. 5, *Maccabæorum*. 6, *Maccabæorum*. 7, *Esther*. 8, *Judith*. 9, *Tobias*.

Καὶ ὅσα ἀπόκρυφα· α', Ἀδάμ. β', Ἐνώχ. γ', Λάμεχ. δ', Πατριάρχαι. ε', Ἰωσὴφ Προσευχή. ς', Ἐλδὰμ καὶ Μοδάμ. ζ', Διαθήκη Μωσέως [63]. . . . . θ', Ψαλμοὶ Σολομῶντος. ι', Ἡλιοῦ ἀποκάλυψις. ια', Ἡσαΐου ὅρασις. ιβ', Σοφονίου Ἀποκάλυψις. ιγ', Ζαχαρίου Ἀποκάλυψις. ιδ', Ἔσδρα Ἀποκάλυψις. ιε', Ἰακώβου Ἱστορία. ις', Πέτρου Ἀποκάλυψις. ιζ', Περίοδοι καὶ Διδαχὴ τῶν ἀποστόλων. ιη', Βαρνάβα Ἐπιστολή. ιθ', Παύλου Πράξεις [64]. κ', Παύλου Ἀποκάλυψις. κα', Διδασκαλία Κλήμεντος.

*Et qui apocryphi:* [61] 1, *Adam*. 2, *Henoch*. 3, *Lamech*. 4, *Patriarchæ*. 5, *Josephi Oratio*. 6, *Eldad et Medad*. 7, *Testamentum Mosis* [62]. . . . . 9, *Psalmi Salomonis*. 10, *Eliæ Revelatio seu Apocalypsis*. 11, *Esaiæ visio*. 12, *Sophoniæ Revelatio*. 13, *Zachariæ Revelatio*. 14, *Esdræ Revelatio*. 15, *Jacobi Historia*. 16, *Petri Apocalypsis*. 17, *Periodi aut Circuitus et Doctrinæ apostolorum*. 18, *Barnabæ Epistola*. 19, *Pauli Actus*. 20, *Pauli Apocalypsis*. 21, *Doctrina Clementis*. 22, *Ignatii Do-*

[59] Cum superioribus numerata. [60] Id est, quintus librorum versibus constantium: l. Epiphan. *De mens. et pond.*, c. 4. [61] Vide ad Hermæ lib. I, vis. 2, cap. 3. [62] Locus vacuus in membranis. [63] f. ἀνάληψις Μωσέως *Assumptio Mosis*, ex Athanasio, et Nicephoro CP. [64] f. Πράξεις.

Digitized by Google

*etrina.* 23, *Polycarpi Doctrina.* 24, *Evangelium secundum Barnabam.* 25, *Evangelium secundum Matthæum.*

Ubi Διδαχὰς τῶν ἀποστόλων et Διδασκαλίαν Κλήμεντος distingui video, non video qua ratione distinguantur. Quidni ut Liber, à Libri Epitome? Ad hæc multæ fuerunt διδασκαλίαι et Doctrinæ. Ignatii et Polycarpi hic. Doctrina Petri, apud Origenem et Damascenum. Διδασκαλίαι τῶν ἁγίων ἀποστόλων, lib. v, juris Græco-Romani in Interrogatione 2 Marci Alexandrini et Responsione Theodori Balsamonis ad illam, necnon Didascalia apostolica, quæ apud Æthiopes circumfertur. Cur itaque non exstiterit etiam Διδασκαλία Κλήμεντος, diversa a Καθολικῇ διδασκαλίᾳ? Ad 4. Bene duo libri fiunt in *Synopsi* Athanasii vocitata, Διδαχὴ τῶν ἀποστόλων, et Κλημέντια, quo pacto apud Nicephori Historiam lib. III, cap. 18, Διατάξεις ἀποστολικαί et τὰ Κλημέντια. Ad 5. Ad eumdem forsan modum omittuntur ab Eusebio Clementinæ Diataxes, quarum alibi meminit sub nomine Doctrinarum apostolicarum, quo videntur præteriri Clementinæ Periodi, quas alio in loco commemorat, appellans Petri Actus. Ad 6. Quot alia Veterum citare licuit Arianis, et dissolvenda Athanasio relinquere? Verbi gratia, ut a Clemente non discedam, *Recognitionum* libros, plenos Arianismi. Quæ tamen ab iis fuisse prolata non legimus in S. Athanasii Scriptis. Ad primam conclusionem. Locus Anastasii non exstat quidem in Quæstionibus editis per Jacobum Gretserum; sed in Editione Gentiani Herveti profertur. Liber vero ms. num. 1789, Thesauri regii, post Anastasii Quæstiones centum, habet scriptum :

*De apparitione Domini; ex Constitutionibus apostolicis.*

*Nam natus quidem est Dominus noster Jesus Christus ex sancta Virgine Maria, in Bethlehem, secundum Ægyptios Chœac* 29 [66], *hora decima noctis; quod est* VIII *Kalendas Januarii. Baptizatus autem est tricesimo ætatis suæ anno, a Joanne,* 11 *mensis Tybi, Januarii* 6, *hora septima diei, in fluvio Jordane. Mansit autem nobiscum in mundo, prædicans evangelium regni cœlorum, et curans*

[66] Περὶ τῆς ἐπιφανείας τοῦ Κυρίου· ἐκ τῶν ἀποστολικῶν Διαταγμάτων.

Ἐτέχθη μὲν γὰρ ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου Μαρίας ἐν Βηθλεὲμ, ἐν μηνὶ κατὰ Αἰγυπτίους Χοιὰχ (al. Χυὰχ) κε′ (f. κθ′) [in marg. Δεκεμβρίῳ (f. add. κε′)], ὥρᾳ ἑβδόμῃ τῆς ἡμέρας (f. δεκάτῃ τῆς νυκτός), ὅ ἐστιν πρὸ ὀκτὼ Καλάνδων Ἰανουαρίων· ἐβαπτίσθη δὲ ἐν τῷ τριακοστῷ αὐτοῦ ἔτει, ὑπὸ Ἰωάννου, τοῦ Τυβὴ (al. Τυβὶ) ια′, [in marg. Ἰαννουαρίῳ, ς′.] ὥρᾳ δεκάτῃ τῆς νυκτὸς (f. ἑβδόμῃ τῆς ἡμέρας), ἐν τῷ Ἰορδάνῃ ποταμῷ. Ἔμεινεν δὲ σὺν ἡμῖν ἐν τῷ κόσμῳ, κηρύσσων τὸ εὐαγγέλιον τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν, καὶ θεραπεύων πᾶσαν νόσον καὶ πᾶσαν μαλακίαν ἐν τῷ λαῷ, ἕως ἐγένετο ἐτῶν λϐ′, καὶ μηνῶν τριῶν, ἐν δὲ τῷ τριακοστῷ τρίτῳ ἔτει αὐτοῦ ἐσταυρώθη, Φαμενὼθ κθ′ [in marg. Μαρτίῳ, κγ′], ἡμέρᾳ ἕκτῃ, ὥρᾳ ἕκτῃ τῆς ἡμέρας, καὶ τῆς σελήνης ιϐ′· ἀνέστη δὲ ἐν τριημέρῳ, Ἁρμουθὴ (al. Φαρμουθὶ) (f. deest. α′) [in marg. Ἀπριλλίῳ] ἡμέρᾳ πρώτῃ, ὥρᾳ ἕκτῃ τῆς νυκτός· καὶ ὤφθη πᾶσιν ἡμῖν τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ· καὶ ἐφανέρωσεν τὴν δόξαν αὐτοῦ· δι' ἡμερῶν τεσσαράκοντα, διδάσκων ἡμᾶς κηρύσσειν ἐπὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ μετάνοιαν καὶ ἄφεσιν ἁμαρτιῶν. Ἀνελήφθη δὲ Παγὼν γ′ (f. ι′) [in marg. Μαΐῳ γ′], ὥρᾳ 0′ τῆς ἡμέρας.

*omnem morbum et omnem ægritudinem in populo* [67], *donec natus fuit annos* XXXII, *et menses tres. In tricesimo tertio autem ætatis suæ anno crucifixus est, Phamenoth.* 23, (*Martii* 25) [68], *die sexto, hora diei sexta, et* XIV, *Luna. Resurrexit autem in triduo, mensis Pharmuthi* 1, (*Martii* 27) *die primo, hora sexta noctis; et visus est ab omnibus nobis discipulis ejus* [69]; *ac manifestavit gloriam suam per dies quadraginta, docens nos prædicare in nomine suo pœnitentiam et remissionem peccatorum* [70]. *Assumptus est autem Pachon decimo* (*Maii* 5) [71], *hora diei nona.*

Idemque fragmentum ex τῶν ἀποστολικῶν Διατάξεων exhibet codex 1067, cum quibusdam varietatibus; ut quod prætermittit quæ in margine prioris leguntur, et quod non ponit dies mensium Chœac, Tybi et Phamenoth. Verum dici potest pertinere ἀποσπασμάτιον ad Διδασκαλίας et Διδάξεις τῶν ἀποστόλων, aut ad Diataxes primas, vel aliquam earum interpolationem nobis incognitam; qualis Æthiopica; quam nostræ partim similem esse, partim dissimilem, colligitur ex iis quæ apud Damianum a Goes de Æthiopum religione referuntur. Sane in *Quæstionibus* Anastasii, quæst. 60, p. 398, ista habentur, ex Constitutionibus apostolicis, ὅταν γὰρ καθίσῃ, etc., nec inveniuntur in nostris. Apostolicæ etiam nescio cujus Constitutionis Jacobi meminit Joannes Nicænus de nativitate Domini tom. II *Auctarii* Combefisiani. Atque apostolicam Constitutionem fictitiam nec exstantem contra sacras imagines Catholicis objiciunt Iconomachi apud Nicephorum CP. in Antirrhetico 2, cod. Reg. 781. Vide quoque infra ad lib. III, cap. 14.

Ad 2 conclusionem. Etiamsi concedatur *Doctrinam apostolorum* et *Constitutiones* differre, incertum adhuc remanet, an primarum Constitutionum corruptor illam *Doctrinam* compilarit; sicut Epistolam Barnabæ videtur exscripsisse. Concludo ego ex

[66] Vide infra ad lib. v, cap. 13 et 14. [67] Decembris 25, l. *Chron. Alex.*, p. 532, 534. [68] Matth. IV, 23; IX, 35. [69] Martii 23. [70] Aprili maxima ex parte respondet. [71] Luc. XXIV, 47. [71] Maii 3.

Digitized by Google

ante dictis, probabilius censeri διδαχὴν inter et διδασκαλίαν ac διάταξιν nihil intercedere discriminis.

Reliqua ad Constitutiones apostolicas pertinentia, vel visa sunt leviora ac tritiora, vel infra in locis controversis, explicabuntur commodius. Non præteribo tamen quæ inter scribenda hæc didici. I. Nonnulla harum Constitutionum capitula referri in principio trium Collectionum canonum manu exaratarum Reg. Biblioth. unius Arabicæ, Græcarum aliarum. II. Solemne esse Orientalibus, eadem capita in limine Conciliorum ponere; quo de ultimo auctor mihi Abraham Ecchellensis in Notis ad Catalogum Hebedjesu p. 167, etc. Nam de totius operis Arabica versione exploratum habebam, eam in non una Bibliotheca servari. III, denique spem dari, Clementinas constitutiones cum variis apostolorum canonibus aliisque Æthiopicis scriptis brevi in lucem prodituras, cura et studio Vanslebii clarissimi illius linguæ peritia, in Prædicatorum familia theologi.

# FRANCISCI PAGI

## DE CONSTITUTIONIBUS ET CANONIBUS APOSTOLICIS JUDICIUM.

*(Ex breviario Gestorio Pontificum Romanorum, in Vita Clementis, § V et seqq.)*

Hic paucis agendum de Constitutionibus et Canonibus apostolorum nomine inscriptis; quarum duarum collectionum multi auctorem faciunt S. Clementem; quia licet ambæ inter apocrypha recenseantur, *Canones* tamen *apostolorum* vulgo dicti singulari quadam Ecclesiæ Primitivæ doctrina referti sunt. Constitutiones quidem VIII libris comprehensas Carolus Bovius, Ostunensis episcopus, anno 1573 in lucem emisit, et e Græco in Latinum sermonem transtulit. Eas postea Franciscus Turrianus Latine interpretatus est, et commentariis illustravit. Verum harum Constitutionum auctor non est Clemens Romanus, quia Eusebius, lib. III, c. 15, et Hieronymus *De scriptoribus ecclesiasticis*, cum de scriptis S. Clementis agunt, unam duntaxat illius ad Corinthios Epistolam recensent. Præterea Humbertus Cardinalis, episcopus Silvæ Candidæ, Leonis IX, apud Constantinopolin legatus, Nicetæ Pectorato, Constitutionum apostolicarum loca quædam contra Sabbati jejunium, objicienti, his verbis respondet: *Hoc asserere conaris ex Apocryphis libris et canonibus, pari sententia SS. Patrum repudiatis;* et paulo post: *Unde nos quoque omne Apocryphum abjicientes dedignamur audire eorum fabulosas traditiones, quia non sunt ut lex Domini.* Citaverat autem Nicetas quintum et septimum librum Ordinationum, seu Constitutionum apostolicarum. Ex qua Humberti responsione Christianus Lupus, p. II, ad Canonem II Trullanum, colligit *Constitutiones* illas apocryphas esse, fuisse sententiam sedis apostolicæ, cujus legationem Humbertus gerebat. Præter Lupum, legendi etiam Schelstratius in p. II *Antiquit. illustratæ*, dissert. 2, c. 2; Natalis Alexander sec. 1, aliique, qui plura de hisce constitutionibus habent.

Quod attinet ad collectionem, quæ sub ejusdem Clementis nomine circumfertur, qui apostolorum canones numero 85, in unum corpus collectos fidelibus proposuisse perhibetur, eam Petrus de Marca *Concord. sacerdotii et imperii*, lib. III, c 2, n. 5, anteriorem synodo Nicæna, sed posteriorem anno 258 videri scribit. Ratio prioris est, quia Constantinus imp. ep. 2 ad Eusebium et Antiochenos citat canonem 13, ex quo eruitur, eos canones ante Nicænam synodum cognitos fuisse. Eos vero fuisse posteriores anno 258, ex eo deducit, quod Firmilianus Cæsareæ episcopus iis usus est ad probandam consuetudinem, quæ vigebat in Oriente, repudiandi hæreticorum baptismi, cum tamen ipsi aperte faverent. Canon enim 45 sic conceptus est: *Episcopum vel presbyterum, qui hæreticorum baptismum, vel sacrificium admiserit, deponi jubemus. Quæ est enim conventio Christi cum Belial? Vel quæ pars est fideli cum infideli?* Et canon 46: *Episcopus vel presbyter eum, qui vere habet baptismum, si de integro baptizaverit; vel si eum, qui ab impiis pollutus est, non baptizaverit, deponatur, ut qui irrideat mortem et crucem Domini, et non discernat sacerdotes a falsis sacerdotibus.* Cum itaque Firmilianus in epist. ad Cyprianum contra hæreticorum baptisma militans, consuetudinem a Stephano Papa laudatam, stylo acriore, quam oportebat Christianum episcopum, excipiens anno 256 aut 257 quo eam scripsit, canones prædictos non allegarit, ex ejus silentio colligere est, incognitos ea ætate fuisse canones apostolicos.

Eos canones, post concilii Nicæni tempora, tam in Oriente quam in Occidente, apud quosdam Catholicos, prævaluisse (varia tamen de eorum numero fortuna) licet colligere ex antiquissima canonum collectione, quæ primum in Oriente a Græcis fuit confecta, et ante tempora Dionysii Exigui exstitit. Unde quod Gelasius papa in Romana LXX episcoporum synodo posuit: *Liber canonum apostolicorum apocryphus*, commodo sensu venit intelligendum. Præterquam enim quod hæc verba non habentur in cod. Justelli, dici potest id a Papa Gelasio dictum, quia hi canones non sunt ab apostolis, sed ab aliis collecti, unde recte Marca laudatus num. 7: *Variæ sunt classes apocryphorum in*

Digitized by Google

*Notitia Gelasii, ut observarunt viri eruditi, cum non tantum figmenta hæreticorum veniant in hunc censum, sed etiam Opuscula tractatorum, in quibus sunt nævi quidam.* Nec alio exemplo indigemus quam Eusebii *Historia*, quam apocryphis accenset Gelasius, cum tamen paulo antea eam suscipiendam statuisset; quod, nimirum, velit hos Historiarum libros nævis quibusdam permistos, *licet*, inquit, *propter rerum notitiam singularem, quæ ad instructionem pertinent, usquequaque non dicimus renuendos.* Idem, inquit Schelstratius laudatus cap. 1, dicendum de Canonibus apostolorum, singulari quadam Ecclesiæ primitivæ doctrina refertis, licet aliunde, ob certos nævos, inter apocrypha a Gelasio recensitis.

Neque ab antiquis, tam Græcis quam Latinis scriptoribus, subdit idem Schelstratius, hi canones fuere rejecti, ut patet ex L canonibus ubique olim receptis, et confirmat post Gelasium collectio Dionysii Exigui. Post Dionysium Cresconius, nescio cujus civitatis in Africa episcopus, qui in sua collectione, usque ad L canones apostolorum enumerat et ad titulos suos comprobandos adducit. Meminit et Anastasius Bibliothecarius Stephani papæ IV, seu potius III, qui in synod. Lateranensi, anno 769, statuit action. IV: *Non amplius suscipiantur Apostolorum prolata, per S. Clementem, nisi* L *capita, quæ suscepit sancta Dei catholica Romana Ecclesia.* Publicavit hoc concilium Holstenius et laudatam ex eo decisionem confirmat Humbertus Leonis IX legatus, in responsione ad librum Nicetæ, presbyteri et monachi, contra Latinos editum: *Clementis librum, id est Petri apostoli* Itinerarium *et* Apostolorum canones *numerant Patres inter apocrypha, exceptis* L *capitulis, quæ decreverant orthodoxæ fidei adjungenda.* Et hæc quidem de Ecclesia Occidentali L apostolorum canones non improbante, sed demum per pontifices et synodos approbante, et ubique fere recipiente.

At latius sese extendit Orientis Ecclesia, in recipiendis apostolorum canonibus, quos LXXXV, omnium primus suæ L titulorum collectioni inseruit Joannes Scholasticus, ut notat Justellus in Præfat. ad tom. II *Biblioth. Juris canonici*, et idem Joannes Antiochenæ Ecclesiæ presbyter, ex ordine Scholasticorum qui in præfatione ait: *SS. Domini discipuli et apostoli* LXXXV *canones, Clementis opera ediderunt.* Eos, post hanc Joannis collectionem recepit et probavit synodus Trullana, can. 2, et post eam synodus generalis 7, quæ actione 1, consensit e Bibliotheca patriarchii Constantinopoleos tam canonum SS. apostolorum, quam SS. synodorum libros in medium afferri: *Et notarius venerabilis patriarchii legit: Canon SS. Apostolorum* LIII (nunc LVI). *Si quis presbyter eum, qui convertitur a peccato, non susceperit, sed abjecerit, deponatur,* etc Usque ad LXXVII, recenset Alexius Aristenus, Ecclesiæ Constantinopolitanæ diaconus, in *Synopsi canonum*, quæ primum publicata est tom. II *Biblioth. Juris Canonici*, ubi post Aristenum subnectitur *Epitome canonum* Simeonis Magistri et Logothetæ, in qua exhibentur canones apostolorum LXXXII. Subnectitur et *Synopsis canonum* Arlenii monachi, qui ad cap. 4, subdit: *SS. apostolorum canones* LXXXV, et alios apostolorum canones passim exhibet ut LXXXV canones ab eo admissos constet; quos et diu, ante illos collectores, admisit Photius, in *Nomocanone*, ad quem edita præfatione, scribit: *Canones, qui SS. apostolorum dicuntur, Clementis opera collecti* LXXXV. Et quibus videre licet Orientales passim omnes LXXXV canones admisisse, qui de facto, post decretum Gratiani, jussu Gregorii XIII editum, reperiuntur, uti et passim in omnibus Conciliorum editionibus. Plura Schelstratius laudatus et Natalis Alexander diss. 17, sæculi I Ecclesiæ.

---

# IN CONSTITUTIONES APOSTOLICAS

## ADNOTATIO CRITICA ET CHRONOLOGICA.

(Mansi, *Concil.*, I, 254; Florentiæ, 1759, in folio.)

Constitutiones, quas vocant apostolicas, opus esse spurium, ab iis, quibus ascribuntur, apostolis, tum et ab ipsa apostolorum ætate penitus alienum, nemo theologus modo ignorat vel diffitetur. Quibus vel silentibus vel dissimulantibus, res tamen ipsa per se loqueretur, cum operis illius auctor ineptus sit adeo interdum, ut ab apostolorum, quam affectat, gravitate se penitus degenerem ostendat. Celebris est similitudo, qua Deo Patri, Filio, et Spiritui sancto episcopum, presbyterum et diaconum comparat lib. II, cap. 26. Nec minus ineptit cum lib. VI, cap. 20, vetera sacrificia ante idololatriam populi præmissa tantummodo, et sponte offerenda, sed populo demum in crimen prolapso, ut sacrificiis numen agnosceret lege injunctum fuisse statuit. Privatam ultionem per se quidem justam agnoscit, quam ideo vetuit Deus, ait, eo quod *tolerantiam* ultione *præstantiorem* agnoverit lib. VI, cap. 23. Si scriptorem hunc audias, Afrorum consuetudo de rebaptizandis hæreticis, Romanorum disciplina, quæ sacramentum illud a quocunque tandem collatum admittit et suscipit, tanto præstantior est, quanto veritas errorem præcedit. Vide lib. VI, cap. 15. Ætatem etiam multo præ apostolica



Digitized by Google

recentiorem prodit consuetudo illa templorum ritu Christianis peculiari excitatorum, cujus meminit auctor lib. II, cap. 57. Templa enim a Christianis sæculo demum secundo primum erigi cœpisse mihi admodum probatur. Cum episcopos ad varias orbis ecclesias destinatos recenset, eos commemorat, qui diu post apostolos vixerunt. Vide lib. VII, cap. 47. Quin et scriptoris illius ætate Ecclesia Christi totum per orbem diffusa, catholicæ nomen sibi merito vindicabat, quo illam elogio idem auctor non semel mactat. Id vero quam immerito de Ecclesia, qualis erat apostolorum ætate affirmaretur, nemo non intelligit. Ex his omnibus probatum arbitror lucubrationem hanc apostolorum ætatem nec sapere, nec præferre.

At cujus demum ætatis opus illud judicaremus? Alii aliter sapiunt. Ego vero cum in lib. I, cap. 23, etc., adeo multis commendatam legerim episcopis erga resipiscentes fideles benignitatem, et clementiam; cum omnes cujuscunque tandem criminis reos, idololatria quidem excepta, ad pœnitentiam et pacem, siquidem veniam poposcerint, admitti: scriptor ille mandet; id ego quidem contra Montanistas dictum suspicor, quorum hæresis sæculo labente secundo emersit. Ex quo confici posse censeo lucubrationem hanc sæculo tertio procudi facile potuisse. Sed et medio circiter sæculo illo tertio evoluto S. Dionysius Alexandrinus a Basilide episcopo consultus quota noctis hora jejunium solvi liceret Sabbato antepaschali, respondit, se definire nihil ausurum, cum Romani ad galli cantum illud prorogare consueverint, alii citius solverint. Id profecto demonstrat ignoratas ab illo fuisse apostolicas constitutiones, cum in illis lib. V, cap. 18, ad gallicinium prorogandum Sabbati hujus jejunium edicatur. Cum tamen, ut supra monui, ætate illa vixerit auctor, qua Ecclesia totum late per orbem tandem promulgata, et dilatata erat; idque demum ætate Constantini obtinuerit: ideo Constantini ætate antiquiorem non existimaverim. Rursus autem sæculo quarto ineunte, anno, quantum arbitror 309, concilium Eliberitanum celebratum est, cujus primus canon admitti vetat ad communionem illos, qui a fide ad idololatriam apostataverint, quantumcunque de crimine dein pœnituerint, idque demum repugnare videtur apostolicæ illi constitutioni, cujus supra mentio facta est; ex qua conjectura docemur constitutionem illam nondum anno illo innotuisse. Vicissim vero auctor de Filio Dei ita passim et frequenter loquitur, quemadmodum Antenicæni Patres scribere consueverunt, et voce *omousion*, quanquam sæpe res et occasio postulaverit, nunquam utitur, quo argumento probari posse arbitror Nicæni concilii celebrationem opus idem præcessisse. Quæ si conjecturæ admittantur, intra spatium illud, quod anno 309 et 325 concluditur, vulgatarum constitutionum sedes figenda est.

Utcunque res habeat sese, utile est opus ad multa, et dogmatum nostrorum vetustati astruenda apprime necessarium.

---

# DE CONSTITUTIONIBUS APOSTOLICIS

EDITIS

## AB HIPPOLYTO EPISCOPO PORTUENSI,

([De Magistris,] *Acta Martyrum ad Ostia Tiberina sub Claudio Gothico* (Romæ, 1795, in folio), in Dissertatione *De Vita et Scriptis S. Hippolyti episcopi Portuensis*, p. 134.)

### CAPUT PRIMUM.

*Titulus in* Constitutionibus apostolicis *corruptus restituitur. Clemens Romanus et Hippolytus in his colligendis edendisque adlaborarunt. Paulus Samosatenus* Constitutionum *corruptor.*

I. Inter vetustiora sacræ antiquitatis monumenta, quem locum sibi vindicent *Constitutiones apostolorum*, nemo ignorat, quamvis auctor, earumque editor ignoretur; quemadmodum et corruptor qui eas interpolavit hactenus delituit. Neque enim si nomen Clementis Romani præseferunt, ipsi tribui possunt, qui ante vixit, quam plura in *Constitutionibus* enarrata locum haberent. In editorem vero earumdem *Constitutionum*, qui III sæculo vixit, hujusmodi censura non cadit, quando huic tempori omnia fere conveniunt, quæ his *Constitutionibus* continentur. Hunc editorem fuisse Hippolytum palam faciemus, qui non levem ob causam, sed gravissimam, *Ecclesiæ Canonum* editioni omnium primus manum admovit, cæterisque viam stravit ad eximium opus novis accessionibus locupletandum; quo in opere, quibus institutis ac moribus ab initio Ecclesia usa fuerit, appareret. Adhuc titulus earumdem *Constitutionum* sui editoris nomen prodit, est enim hujusmodi: Διαταγαὶ τῶν ἁγίων ἀποστόλων διὰ Κλήμεντος τοῦ Ῥωμαίων ἐπισκόπου τε καὶ πολίτου, ἢ καθολικὴ διδασκαλία: *Constitutiones sanctorum apostolorum per Clementem episcopum et civem Romanum, seu Catholica Doctrina.* Mirari quis possit viros acutissimos, maxime Cotelerium, Beveregium, Grabium, Clericum, qui minutissima quæque scrutati sunt, non animadvertisse Clementem dici non modo episcopum, sed et *civem Romanum*: idque importune admodum præter morem totius antiquitatis. Ac plures quidem Clementis Romani cum laude meminerunt, nemo unus tamen *civem* Romanum appellat. Accedunt scripta Clementis, partim vera, partim falso ipsi tributa, in

Digitized by Google

quibus hujusmodi appellatio nusquam occurrit nisi in *Homiliis* et *Constitutionibus*, idque tam nulla fide, ut etiamnum de Clementis patria disputent eruditi. Constitutionum itaque titulus hoc modo se habuit: Διαταγαὶ τῶν ἁγίων ἀποστόλων διὰ Κλήμεντος τοῦ Ῥωμαίων ἐπισκόπου, καὶ Ἱππολύτου, ἡ καθολικὴ διδασκαλία: *Constitutiones sanctorum apostolorum per Clementem Romanorum episcopum, et Hippolyti Catholica doctrina.* Quam facile nomen Ἱππολύτου in aliud τοῦ πολίτου, *Hippolyti* in *civis* immutatum sit, quisque videt, unaque apparet quanti sit hæc emendatio. Nam diserte quid Clementi, quidve Hippolyto tribuendum in *Constitutionibus*, ipso titulo distinguitur; et Clementi quidem *Constitutiones apostolorum*, sive earum collectio ascribitur: Hippolyto autem *Catholica Doctrina*, hæreticis opposita. Recte autem Baronius aliique doctissimi viri censuerunt uno eodemque opere contineri *apostolorum Constitutiones*, et *Doctrinas*, διαταγὰς καὶ διδασκαλίας, quod opus critici alioqui solertissimi in duo dissecarunt (34). Neque enim ab ipsis animadversum est, ex hisce *Constitutionibus* excerpta quædam exstare breviora vel prolixiora, ut cuique commodum fuit; ea vero excerpta criticis imposuerunt, quasi ad opus aliud pertinerent.

II. *Cur nomen Hippolyti servatum sit in* VIII *Constit. libro.*—Mansit vero incorruptum Hippolyti nomen octavo libro earumdem *Constitutionum*, sive quia is liber aliquando primus fuit; sive quia a cæteris avulsus Hippolyti nomen tantummodo retinuit. Est autem inscriptio hujus octavi libri: Περὶ χειροτονιῶν διὰ Ἱππολύτου: *De ordinationibus per Hippolytum* (35), aut etiam Ἱππολύτου κανόνες ἐκκλησιαστικοὶ περὶ ἀπαρχῶν: *Hippolyti canones ecclesiastici de primitiis* (36), prout nimirum sibi quisque descripserat vel caput quartum quod est *de ordinationibus*, vel tricesimum *de primitiis* ex hisce *Constitutionibus*. Is certe liber VIII in varias lacinias discerptus est, indeque alii confecti libelli, quemadmodum Πέτρου καὶ Παύλου τῶν ἁγίων Ἀποστόλων διατάξεις, vel κανόνες διάφοροι: *Petri et Pauli SS. apostolorum constitutiones* vel *canones diversi* (37). Neque temere octavo huic libro Hippolyti nomen præmitti consuevit, quando initium sumit ex opusculo Περὶ χαρισμάτων, *De charismatibus*, quod certissime Hippolyto vindicat inscriptio cathedræ marmoreæ, in qua legitur ΠΕΡΙ ΧΑΡΙCΜΑΤΩΝ ac deinde sequitur ΑΠΟCΤΟΛΙΚΗ ΠΑΡΑΔΟCIC. Quod sane argumento est, octavum librum fuisse initium *Apostolicæ traditionis* atque adeo *Constitutionum*, quas Clemens collegerat, Hippolytus vero in vulgus emisit. Aliis autem libris VII continebatur ἡ Καθολικὴ διδασκαλία δι' Ἱππολύτου: *Catholica Doctrina per Hippolytum*, in qua colligenda atque ordinanda nescio an plus operæ auctor posuerit, quam in cæteris operibus, quæ bene multa et laboriosa confecit.

III. *In Oriente fere ubique permansit Hippolyti nomen.*—Quamobrem in Oriente ubi locum non habuit illa depravatio nominis Hippolyti, contrarium contigit; extrito nimirum Clementis nomine, illud Hippolyti apud Orientales fere permansit, in quem veluti Ecclesiæ legum conditorem universi respiciunt. Namque in Syrorum vetustissimis codicibus ante sæculum VIII exaratis occurrunt

ܬܫܒܘܚܬܐ ܕܫܠܝܚܐ ܥܠ ܐܣܝ ܡܫܝܚܐ

*Constitutiones apostolorum per Hippolytum* (38). Atque in sacris Arabum voluminibus, vel Coptitarum potius Ecclesiæ Alexandrinæ, eorum lingua utentium

هذه قوانين الكنيسة الوصايا التى كتبها ابوليدس الناطق فيه

*Isti sunt canones Ecclesiæ, mandata quæ scripsit Hippolytus, per quem loquitur* [ Ecclesia ] (39). Æthiopes autem a priscis temporibus post *Canones apostolorum quos* CXXVII *numerant, recensent*

ሴኖዶስ : ዘሐዋሊድስ : ሊቀ : ጳጳሳት : ዘርሜ: ሀፒ

(40). *Canones Hippolyti doctoris papæ Romæ* XXXVIII. Quinimo Hippolyti nomen apud Æthiopes adeo invaluit, ut pro voce *Canonis* acceptum sit: neque enim aliunde repetere licet dictiones *Abtelis*, *Abseltis*, et *Betelsat* quibus secundam collectionem appellant, quam ab ipso *Abulides*, nomine quo Hippolytum dicunt, varie inflexo et corrupto. Cum enim in sua lingua non habeant illarum dictionum, quibus pro titulis utuntur, originem; aiunt hos titulos *Abtelis* seu *Betelsat* et *Abseltis* lingua Græca significare *Canonem* (41), quod falsum esse ac alienum nemo non videt. Ludolphus hujusmodi corruptiones tribui mavult Coptitis; imo vero cum omnem doctrinam ab ipsis acceperint Æthiopes, necesse non est menda etiam accepisse, ac facilius ab ultimis, nisi ab utrisque, id nomen vitiatum est. Hæc autem ita se habere titulus ipse confirmat hujus alterius Collectionis

ግጽው : ወሥርዐት : አብስልጥስ : ዋናሳ : ዘአግዚእነ :

*Repræsentatio et ordinatio Absaltis Canonum Domini nostri.* Ubi apparet suo Canones, ac suo Collectorem appellari proprio nomine, quod aliud non est ab illo Hippolyti. Cum vero plurium numero etiam utantur ad eam collectionem significandam, nempe

(34) Usser. *Proleg. in Ep. Ignat.*, cap. 7; Pearson., *Vind. Ignat.* I, 4.
(35) Grab. ex cod. Barocc. XXVIII et Vindob.
(36) LLoyd. in *Collat. Synodic. Bevereg.* ap. Wolf. *Anecd.* IV, p. 116.
(37) V. Grab., *Spicil.* I, p. 85.
(38) Mss. cod. Vat., n. 107.
(39) Ex cod. mss. Macarii presb. Vid. Asseman. *B. O.* tom. I, p. 619 et III, p. I, p. 15.
(40) Ap. Ludolph. *Hist. Æthiop.*, II, p. 304.
(41) Ludolph., l. c., p. 330.

Digitized by Google

አብጥሊስት : *Abtelisat*, collectanea vel mandata *Hippolytea* intelligunt. Is liber canones LXXXI comprehendit, quos et *Apostolorum* dicunt.

IV. *An recte Constitutiones præseferant nomen Clementis Rom.*—Verumtamen Clementem Romanum omnium primum huic operi manum admovisse, non video qua ratione inficiari quis possit. Supersunt adhuc in *Constitutionibus* utcunque corruptis vestigia ævi quo compilatæ primum fuerunt. Namque ubi plurium Ecclesiarum fit mentio, quæ ab apostolis proprios episcopos ordinatos habebant, non ultra tertiam successionem progrediuntur; veluti cum dicitur de Smyrnensi. Σμύρνης δὲ Ἀρίστων πρῶτος, μεθ' ὃν Στραταΐας ὁ Λωΐδος, καὶ τρίτος Ἀρίστων : *Smyrnæ Aristo primus, post quem Stratæas Loidis filius, ac tertius Aristo* (42). Nulla hic Polycarpi, ejusque decessoris Bucoli, fit mentio, adeoque Cotelerius adnotavit : *Post secundum Aristonem numerare licet Bucolum, indeque Polycarpum ab apostolo Joanne Smyrnæis præpositum, inquiunt veteres, quique ideo poterat hoc loco memorari;* poterat quidem ab alio quam Clemente memorari, siquidem quæ scripsit Cotelerius expedita sunt (43). Clemens itaque non ultra eam successionem atque traditionem progredi potuit, *quam ante oculos habuit*, ut verbis utar Irenæi. Nam S. doctor cum argumentis a traditione petitis uteretur adversus hæreticos, præcipue ad Clementem provocat : Τρίτῳ τόπῳ ἀπὸ τῶν ἀποστόλων τὴν ἐπισκοπὴν κληροῦται Κλήμης, ὁ καὶ ἑωρακὼς τοὺς μακαρίους ἀποστόλους, καὶ συμβεβληκὼς αὐτοῖς, καὶ ἔτι ἐναύλον τὸ κήρυγμα τῶν ἀποστόλων, καὶ τὴν παράδοσιν πρὸ ὀφθαλμῶν ἔχων, κ. τ. λ. *Tertio loco ab apostolis episcopatum sortitur Clemens, qui et vidit ipsos apostolos, et contulit cum eis, et cum adhuc insonantem prædicationem apostolorum, et traditionem ante oculos haberet... annuntians quam in recenti ab apostolis acceperat traditionem. Traditione igitur quæ est ab apostolis sic se habente in Ecclesia, et permanente apud nos, revertamur ad eum quæ est ex Scripturis ostensionem* (44). Hoc idem argumentum a traditione derivatum commendat Irenæus in præfatione libri tertii ad amicum, quem superius non alium fuisse ab Hippolyto indicavimus : *Evenit itaque neque Scripturis jam, neque traditioni consentire eos. Adversus tales certamen nobis est, o dilectissime.* Irenæi ergo tempore post Scripturas erat in Ecclesia certa quædam traditio, de qua nemo nisi hæreticus dubitaret. Hanc eamdem traditionem collectam esse a Clemente satis indicat Irenæus, quam in Archivo Ecclesiæ Romanæ depositam, aut certe alicubi servatam vulgavit Hippolytus. Quamvis enim non id modo agamus ut *Constitutiones* Clementi vindicemus, communis tamen aliqua ex parte est causa ipsius et Hippolyti, cum operis eximii constructionem ille delineaverit, iste perfecerit. Uterque autem Græce scripsit, sed alteruter Latinam aliquam dictionem adhibuit vulgo usurpatam, quemadmodum ubi ait : Ἔστω δὲ τῶν τόπων προνοῶν ὁ διάκονος, ἵν' ἕκαστος τῶν εἰσερχομένων εἰς τὸν ἴδιον τόπον ὁρμᾷ, καὶ μὴ παρὰ τὸ ἰντρόϊτον καθέζωνται. *Diaconus autem locis provideat, ut ingredientium quisque locum suum petat, et nemo in* Introitu *resideat.* Prodit ibidem se auctor, mutuatus τὸ *intrôitor* ab Latinis, quos inter vivebat, alioqui ab usitatis apud Græcos dictionibus non recessisset. Hujusmodi est etiam πρόσρησις, Latinis *allocutio*, et προσλαλεῖν, *alloqui*, ut Romanam consuetudinem auctor exprimeret potius quam Græcam (45). Sed et non pauca invenire licet, quæ ut Romanæ conveniunt Ecclesiæ, ita incertum est an aliis conveniant, sub initium III sæculi (46). Atque hæc invito pessimo hæretico, qui *Constitutiones* adulteravit, remanserunt, de quo aliqua sunt dicenda.

## CAPUT II.

### *Quis primus Constitutionum corruptor.*

I. Hunc hominem in Oriente vixisse indicant mensium nomina, quæ propria fuere Syro-Macedonum, *Xanthici* nempe, *Dystri*, *Corpiæi*, *Hyperberetæi* : tum quoque Antiochiæ vel in eo tractu diversatum esse indicat solemnis formula publicæ precationis in qua episcopus Alexandrinus prætermittitur : Ὑπὲρ τοῦ ἐπισκόπου ἡμῶν Ἰακώβου καὶ τῶν παροικιῶν αὐτοῦ δεηθῶμεν. Ὑπὲρ τοῦ ἐπισκόπου ἡμῶν Κλήμεντος καὶ τῶν παροικιῶν αὐτοῦ δεηθῶμεν. Ὑπὲρ τοῦ ἐπισκόπου ἡμῶν Εὐοδίου καὶ τῶν παροικιῶν αὐτοῦ δεηθῶμεν. *Pro episcopo nostro Jacobo et paræciis ejus oremus. Pro episcopo nostro Clemente ac paræciis ejus oremus. Pro episcopo nostro Evodio, et paræciis ejus oremus* (47). Quæ prætermissio ad veterem simultatem Ecclesiæ Antiochenæ cum Alexandrina referenda est (48), auctam recenti odio adversus Dionysium M. Alexandriæ episcopum. Nihil enim vetat, imo plura suadent corruptorem *Constitutionum* fuisse Paulum Samosatenum, dum sibi præsidium ex eo codice non contemnendæ auctoritatis polliceretur. Hinc illa quæ Arianismum sapiunt, nemo utique ad Clementem et Hippolytum, summos divinitatis Christi assertores, pertinere arbitrabitur. Facile autem Samosateno ejusve asseclis tribui possunt; dum plura inserunt a *Constitutionibus* aliena, et catholico dogmati prorsus inimica; de quibus Photius : Καὶ ἔτι Ἀριανισμῷ, ὅπερ ἄν τις καὶ βιαίως διακρού-

(42) *Constit.* VII, 46
(43) V. Le Quien, *Or. Chr.*, I, 740
(44) S. Iren., III, 3 et 5.
(45) *Constit. ap.* II, 57, 48, et VIII, 5. V. Tertullian. *De an*, IX, 9.

(46) Πυλωροὶ, ὑποδιάκονοι, κοιμητήρια, κ. τ. λ. *ostiarii, subdiaconi, cæmeteria*, ubi conventus Christianorum.
(47) *Constit.* V, 14, 17 et 20, et can. 30.
(48) V. Petav., *Theol. dogm.*, t. IV, p. 112.

Digitized by Google

φαντό. *Adhuc arguuntur Arianismi crimine, quod nonnisi violenter quis poterit depellere* (49). Quoniam vero constat in Oriente vixisse corruptorem *Constitutionum*, alium a Paulo Samosateno assignare non possumus. Huic omnia conveniunt, maxime quæ sapiunt Judaismum, veluti est exæquatio Sabbati cum die Dominico (50) cum ipse in gratiam reginæ Palmyrenorum Zenobiæ in comperto fuerit judaizans. Patres certe qui ultimo Antiocheno concilio adversus Samosatenum interfuerunt, non mores tantummodo, sed et *spuriam* damnant *falsamque doctrinam :* Ὅπου δὲ ἀποστὰς τοῦ κανόνος ἐπὶ κίβδηλα καὶ νόθα διδάγματα μετελήλυθεν, οὐδὲν δεῖ τοῦ ἔξω ὄντος τὰς πράξεις κρίνειν. *Sed quoniam a fidei regula recedens, ad spuriam et adulterinam doctrinam se transtulit, hominis ab Ecclesia alieni actus examinare nihil attinet* (51). Nostra igitur accusatio, quæ tam præclaro nititur testimonio, alioqui tam levis est si cum cæteris conferatur Samosateni criminibus, ut haberi pro calumnia non possit. Quamvis autem non adeo reprehendatur vetus illa consuetudo, illustria quædam nomina præmittendi novis operibus, ac statuendi auctores inter se colloquentes; profecto ea fictio perpetua inducendi apostolos adhuc vivos, quam Photius κακοπλαστίαν appellavit, duxitque accusationum esse levissimam, illico planum hominem prodit, ac ineptissimum, qui absurda, plura et secum pugnantia eo narrandi modo se admittere non pervidit. Quod sane vitium facile sanari potest, si, ea fictione sublata, non in conventu aliquo apostolorum quasi viventium oratio, at ipsa referatur traditio; quemadmodum non dubitamus fecisse Clementem atque Hippolytum, gravissimos viros et sanctissimos. An vero *adhibito examine critico accuratissimo, possint supposititia a genuinis distingui, et sic nobis appareant multa genuina apostolorum monumenta*, quod sibi suasit hoc sæculo vir antiquitatem *Constitutionum* ultra quam par erat extollens, id hujusmodi critici viderint accuratissimi (52).

II. *Paulus Samosatenus non uno loco se prodit in Constitutionibus.* — Nobis *Constitutionum* corruptorem sat est indicasse, quem etiam loquentem audire, ac prope oculis intueri si quis velit in hæc animadvertat. Ὁ ἐπίσκοπος..... οὗτος ἄρχων καὶ ἡγούμενος ὑμῶν. Οὗτος ὑμῶν βασιλεὺς καὶ δυνάστης. Οὗτος ὑμῶν ἐπίγειος θεὸς μετὰ θεὸν, ὃς ὀφείλει τῆς παρ' ὑμῶν τιμῆς ἀπολαύειν..... ὁ γὰρ ἐπίσκοπος προκαθεζέσθω ὑμῶν, ὡς θεοῦ ἀξίᾳ τετιμημένος, ᾗ κρατεῖ τοῦ κλήρου, καὶ τοῦ λαοῦ παντὸς ἄρχει. Ὁ δὲ διάκονος τούτῳ παριστάσθω ὡς ὁ Χριστὸς τῷ Πατρὶ, καὶ λειτουργείτω αὐτῷ ἐν πᾶσιν ἀμέμπτως, ὡς ὁ Χριστὸς ἀφ' ἑαυτοῦ ποιῶν οὐδὲν, τὰ ἀρεστὰ ποιεῖ τῷ Πατρὶ πάντοτε. Ἡ δὲ διάκονος εἰς τύπον τοῦ ἁγίου Πνεύματος τετιμήσθω ὑμῖν, μηδὲν ἄνευ τοῦ διακόνου πράττουσα, ἢ φθεγγομένη, ὡς οὐδὲ ὁ Παράκλητος ἀφ' ἑαυτοῦ τι λαλεῖ, ἢ ποιεῖ, ἀλλὰ δοξάζων τὸν Χριστὸν περιμένει τὸ ἐκείνου θέλημα. *Qui episcopus est..... hic princeps et dux vester : hic vester rex et dynastes : hic vobis post Deum terrenus Deus, cui honorem præstare debetis.... Igitur episcopus vobis præsideat tanquam Dei dignitate condecoratus, ob quam clero præest, et plebi universæ imperat. Diaconus autem episcopo assistat, ut Christus Patri, ipsique in omnibus inculpate ministret, quemadmodum Christus, nihil a se ipso faciens, quæ placita sunt Patri semper operatur. At diaconissa a vobis in figuram sancti Spiritus honoretur, quæ absque diacono nihil agat, aut loquatur, sicut nec Paracletus a se quidquam loquitur aut facit, sed Christum glorificans, expectat illius voluntatem* (53). Haud frustra hæc impie scripsit Samosatenus, cum ea quæ animo volutabat effecerit, atque Anomœis eam paritatem reliquerit : Ἡμεῖς λέγομεν Πατέρα καὶ Υἱὸν καὶ ἅγιον Πνεῦμα, ὡς ἐπίσκοπον, καὶ πρεσβύτερον, καὶ διάκονον : *Nos dicimus Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum esse instar episcopi et presbyteri et diaconi* (54). Ac revera Samosatenus pro episcopo Antichristum in semetipso exhibuit, *homo peccati, filius perditionis, qui adversatur et extollitur supra omne quod dicitur Deus, aut quod colitur, ita ut in templo Dei sedeat ostendens se tanquam sit Deus* (55). Βῆμα μὲν καὶ θρόνον ὑψηλὸν ἑαυτῷ κατασκευασάμενος... τοῖς δὲ ὡς ἐν οἴκῳ Θεοῦ σεμνοπρεπῶς καὶ εὐτάκτως ἀκούουσιν, ἐπιτιμῶν καὶ ἐνυβρίζων... μεγαλορρήμονῶν περὶ ἑαυτοῦ καθάπερ οὐκ ἐπίσκοπος, ἀλλὰ σοφιστὴς καὶ γόης. Ψαλμοὺς δὲ τοὺς μὲν εἰς τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν παύσας... εἰς ἑαυτὸν δὲ ἐν μέσῃ τῇ ἐκκλησίᾳ τῇ μεγάλῃ τοῦ Πάσχα ἡμέρᾳ ψαλμῳδεῖν γυναῖκας παρασκευάζων, ὧν καὶ ἀκούσας ἄν τις φρίξειεν. *Nam et tribunal et sublimem thronum sibi ipse construxit.... eos qui cum gravitate ac modestia sicut in domo Dei decet, audirent, increpabat et contumeliis afficiebat... de se autem ipso magnifice loquebatur non ut episcopus, sed ut sophista et impostor. Quin etiam psalmos in honorem Domini nostri Jesu Christi abolevit.... mulieres vero in medio ecclesiæ magno Paschæ die psalmos quosdam canere ad sui ipsius laudem instituit, quod quidem audientibus horrorem merito incusserit.* Hæc Patres illi gravissimi postremæ Antiochenæ synodi damnare pergunt in Paulo Samosateno (56), quæ licet protrita, operæ pretium hic fuit referre; ut eo magis vera deprehendantur, lucemque accipiant ex præmeditato Samosateni consilio, quo in *Constitutionibus apostolorum* suum virus occultaverat. Neque enim Ecclesiam illam florentissimam post Demetrianum corrumpere adeo potuisset, ut plures haberet etiam episcopos

(49) Phot., cod. CXIII.
(50) *Constit.* VIII, 33.
(51) Ap. Euseb. *H. E.* VII, 30.
(52) Baratter., *De Const. apost.* dissert. 2. pag. 284.
(53) *Constit. ap.* II, 26.
(54) Anomæ. Arian. Dial. I, *De Trin.* int. op. S. Max. conf. t. II, p. 406.
(55) II Thess. II, 4.
(56) Ap. Euseb. *H. E.* VII, 30.

Digitized by Google

nequitiæ suæ fautores, nisi quibusdam veluti præstigiis eos depravasset : eo sane usus artificio, quo maxime solent impostores, ut a falsitate sibi præsidium acquirant, cum a veritate non possint. Quamobrem nemo non videt quam impudenter Sandius, Whistonus, aliique novi Ariani provocent ad *Constitutiones apostolorum*, ad loca scilicet interpolata, ut suam asserant impietatem. Dum enim ad pessimum corruptorem provocant, non profecto Ecclesiæ doctrinam, sed Paulum Samosatenum ducem sequuntur, quo auctore nec ipsi veteres Ariani gloriati sunt.

III. *P. Samosatenus ex ipsis locis, quæ intacta reliquit, refellitur.*—Quæcunque autem in *Constitutionibus* violentas manus evaserunt, contraria sunt prorsus illis quæ interpolator inseruit. Ipso initio *Constitutionum*, Christi divinitas, atque etiam Spiritus sancti prædicatur; quod initium quia nulli magis convenit quam Hippolyto, ascribemus : Θεοῦ φυτεία ἡ καθολικὴ Ἐκκλησία, καὶ ἀμπελὼν αὐτοῦ ἐκλεκτὸς, οἱ πεπιστευκότες εἰς τὴν ἀπλανῆ θεοσέβειαν αὐτοῦ, οἱ τὴν αἰώνιον καρπούμενοι διὰ πίστεως βασιλείαν αὐτοῦ, οἱ δύναμιν αὐτοῦ εἰληφότες καὶ μετουσίαν τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ὡπλισμένοι διὰ Ἰησοῦ, καὶ ἐνστερνισμένοι τὸν φόβον αὐτοῦ, ῥαντίσματος μέτοχοι τοῦ τιμίου καὶ ἀθώου αἵματος τοῦ Χριστοῦ, οἱ παῤῥησίαν εἰληφότες τὸν παντοκράτορα Θεὸν, Πατέρα καλεῖν, συγκληρονόμοι καὶ συμμέτοχοι τοῦ ἠγαπημένου Παιδὸς αὐτοῦ (57)· ἀκούσατε διδασκαλίαν ἱερὰν, οἱ ἀντεχόμενοι τῆς ἐπαγγελίας αὐτοῦ ἐκ προστάγματος τοῦ Σωτῆρος, ὁμόστοιχον ταῖς ἐνδόξοις φθογγαῖς αὐτοῦ. Φυλάσσεσθε οἱ Θεοῦ υἱοὶ ἅπαντα εἰς ὑπακοὴν Θεοῦ πράσσειν. Καὶ γένεσθε ἀρεστοὶ ἐν πᾶσι Χριστῷ τῷ Θεῷ ἡμῶν. *Ecclesia catholica plantatio Dei, ac vinea ejus electa sunt, qui in certissimam Dei religionem credidere, qui sempiternum ejus regnum per fidem compararunt, qui ejus virtutem et Spiritus sancti participationem acceperunt, per Jesum armati, ac timorem ejus toto pectore amplexi; aspersionem pretiosi et innocentis sanguinis Christi communicantes, qui fiduciam acceperunt, ut nomine Patris Deum omnipotentem appellarent, cohæredes et consortes dilecti Filii ejus : audite qui ex præcepto Salvatoris promissionem ejus retinetis, sacram doctrinam, gloriosis ejus vocibus consonam. Attendite, filii Dei, ut omnia in obedientia Dei faciatis; et in omnibus estote Christo Deo nostro accepti.* Sinceram hic habemus confessionem *Dei Patris omnipotentis, Christi Dei nostri, et Spiritus sancti*, in quam falsarius non invasit, ne statim initio deprehenderetur. Ecclesia vero dicitur ἀμπελὼν ἐκλεκτὸς *vinea electa* Dei ex Isaia juxta Symmachi versionem.

IV. *Symmachi versio ab Hippolyto adhibita Constitutionum initio.* Ἀπονηστίζεσθαι *quo sensu accipiatur.* — Reliqui enim interpretes, tam Septuaginta quam Aquila ac Theodotio, Hebræum שבת litteris tantum Græcis expresserunt Σωρήχ. *Solus Symmachus* electam *interpretatus est*, ait Hieronymus (58). Quoniam vero ante Hippolytum nemo Symmachi mentionem fecit, nemo scriptorum, qui exstant, ipsius interpretatione est usus, neque potuit ante Hippolytum, quando hujus ævo Symmachus floruit; ad cæteras demonstrationes hæc etiam accedit, ut Hippolyto vindicemus *Constitutiones apostolicas*. Præterea toto sæculo III, Origene uno excepto, nullum novimus, qui Symmachi versionem prodiderit; quæ animadversio ad investigandum tempus quo editæ fuerunt *Constitutiones* haud levioris est ponderis. Hippolytus autem interpretationem Symmachi haud semel profert in paucis quæ supersunt (59). Hippolyti est etiam τὸ ἀπονηστίζεσθαι, *jejunium solvere*, quemadmodum in sede marmorea ipsius Hippolyti legitur ἀπονηστίζεσθαι δὲ δεῖ οὗ ἂν ἐμπέσῃ Κυριακή. *Solvere autem oportet jejunium ubi Dominica inciderit.* Eadem significatione idem verbum sæpius occurrit in *Constitutionibus* (60), quamvis Hervetus contrario sensu verterit *jejunare*, quemadmodum et cl. auctor, qui hospitalem tabulam Cluniensem illustravit (61). Joseph autem Scaliger diverse in *Constitutionibus* accipiendum dixit, atque in Hippolyti sede interpretanda, perperam *jejunium transferre* vertit, quem alii secuti sunt (62). Ante Hippolytum nemo id verbum usurpavit, ideoque a lexicographis ignoratur : post Hippolytum Dionysius Alexandrinus adhibuit, sed ita ut ab Hippolyto accepisse propemodum significet; nam refert Ecclesiæ Romanæ in solvendo jejunio consuetudinem (63) quæ in *Constitutionibus* etiam recurrit, ut eas Romæ confirmet fuisse compositas.

V. *Hippolyti doctrina et ingenium in Constitutionibus adhuc elucent.*—Non verba modo, sed et alia Hippolyti animadvertere licet in *Constitutionibus*, veluti cum appellat Jesum Christum ἀρχιερέα πάντων τῶν λογικῶν ταγμάτων, *Pontificem universorum rationalium ordinum*, quam sententiam Hippolyti contra hæresim Beronis repetitam, haud

(57) Hinc sumit initium interpolatio, quæ inepte apostolos inducit loquentes; at facile restitui possunt quæ sequuntur si legamus : ἀκούσαντες διδασκαλίαν ἱερὰν οἱ ἀντεχόμενοι τῆς ἐπαγγελίας αὐτοῦ ἐκ προστάγματος τοῦ Σωτῆρος, ὁμόστοιχον ταῖς ἐνδόξοις φθογγαῖς αὐτοῦ. Φυλάσσοντες ὡς Θεοῦ υἱοὶ ἅπαντα εἰς ὑπακοὴν Θεοῦ πράσσειν, καὶ γενόμενοι ἀρεστοὶ ἐν πᾶσι Χριστῷ τῷ Θεῷ ἡμῶν. *Ex præcepto Salvatoris audientes sacram doctrinam gloriosis ejus vocibus consonam, quicunque ipsius promissionis adhærent, observantes tanquam Dei filii, ut omnia in obedientiam Dei faciant, utque in omnibus accepti sint Christo Deo nostro.*

(58) S. Hieron. *Comm. in Isa.* v, 2; Coteler. in *Constit. ap.* I, not. 2; Montfauc., *Hexapl.* II, p. 96.

(59) S. Hippol. *in Gen.* I, Op. t. II, p. 23; et *in psalm.* XXXVII, ex mss. cod. B. M. ap. Bandin. I, 36.

(60) *Constit.* v, 15.

(61) Dichiaraz. *Di una tav. ospit.*, p. 40.

(62) V. Hesych. ἀπονηστήσασθαι et J. Albert. not. ac *Thesaur. Eccl.* Svicer.

(63) Dion. Alex., *Ep. ad Basilid.*, I.

Digitized by Google

omnino probat Petavius (64); jurene an injuria, suo loco inspiciendum erit. Quin etiam liturgia quam exhibent *Constitutiones*, Romana est, quæ adhuc in pervigilio Paschatis præcipua sui parte servatur. Nam et Justinus Martyr eamdem liturgiam designat, ac Romæ scribens non aliam indicasset. Quamvis autem in eo consentiant eruditi, quod Justini et *Constitutionum* una sit eademque liturgia, nihilominus Romanam fuisse negant, atque ab Oriente repetunt. Quod necesse non est, cum in Occidente potius in usu fuerit, adeoque Græci eam plerumque omiserunt in suis codicibus. Accedit S. Procli Constantinopolitani testimonium insigne, qui omnium primam eam liturgiam recenset: Ὅ τε μακάριος Κλήμης, ὁ τοῦ κορυφαίου τῶν ἀποστόλων μαθητὴς καὶ διάδοχος, αὐτῷ τῶν ἱερῶν ἀποστόλων ὑπαγορευσάντων: *Beatus nimirum Clemens summi illius apostolorum principis discipulus et successor, qui sacris apostolis ei dictantibus illam edidit* (65). Hoc testimonio cum premantur qui nimium se faciles ad ejurandam veritatem præbent, negant S. Procli esse; quique adeo ratione uti nolentes, dimittendi sunt. Quoniam vero animadvertimus, Hippolytum παρονομασίαις vel *annominationibus* delectatum esse, hujusmodi ingenium in *Constitutionibus* quoque se prodit, ubi paganorum sacrificulos non *sacerdotes*, ἱερέας, appellat auctor, sed μιερέας *profanos, immundosque* (66) quemadmodum et *Sibyllam* Ἀβυλλαν dixit quasi ἀβούλην, *inconsultam* ac *dementem*. Sed et Hippolyti doctrina eadem fuit in *Constitutionibus* aliisque suis operibus, nimirum catholica: Epiphanius certe de *Constitutionum* codice verba faciens, in quem non adeo depravatum inciderat, hoc judicium protulit: Πᾶσα γὰρ ἐν αὐτῷ κανονικὴ τάξις ἐμφέρεται, καὶ οὐδὲ τῆς ἐκκλησιαστικῆς διοικήσεως, καὶ κανόνος καὶ πίστεως. *Omnis quippe canonicus ordo in ipso continetur, et nihil a fide alienum, adulteratumque, neque a confessione, neque ab ecclesiastica administratione, et canone, ac fide.* Quin etiam ulterius progressus est, easdemque *Constitutiones* θεῖον λόγον, *divinum sermonem* appellavit (67). Quid si S. Epiphanius (68) incorruptam vidisset ac sinceram Hippolyti collectionem? Hanc enim perpetuo διάταξιν vel διατάξεις, *Constitutionem* et *Constitutiones* apostolorum dicit, propterea quod jam proprio nomine in ipsis inducti erant apostoli, tanquam legislatores ac magistri doctrinam et præcepta proferentes. Hippolytus autem nonnisi παράδοσιν ἀποστολικήν, *traditionem apostolicam*, exposuerat, quæ illa fictione loquentium apostolorum non indigebat. Hinc suspectæ primum *Constitutiones*, deinde etiam inter apocrypha relatæ, veluti ab *hæreticis corruptæ*.

VI. *De Canonibus apostolicis. An ab Hippolyto collecti.*—Quoniam vero postremum *Constitutionum* librum, qui octavus est, nominatim in codicibus Hippolyto tributum *Canones apostolorum* sequuntur, de ipsis aliquid est subjiciendum. Hanc equidem collectionem pervetustam esse ante concilii Nicæni tempora, cum rigidiores critici fateantur, nihil sane in eadem occurrit quod Hippolyti ævo non conveniat: ipsius quinimo ingenium prodit canon de Paschate, ne celebretur πρὸ τῆς ἐαρινῆς ἰσημερίας μετὰ Ἰουδαίων, *ante vernum æquinoctium cum Judæis*; qui utique debetur synodis hac de re coactis pontifice Victore, unde argumentum habuit Hippolytus evulgandi librum *De Paschate*, ac deinde Paschalem Canonem. Plurimos ex hisce canonibus ab Ecclesia Romana fuisse receptos exploratum est, quod minime factum esset, si canones alios E. R. servasset ab his diversos. Unde vero Ecclesia Romana canones accepisset, nisi a seipsa? Idque adeo verum est, ut Zephyrini pontificis nomen iisdem canonibus præmittatur, qui ab E. R. probati sunt (69). Temere autem assumptum esse nomen Zephyrini, cum revera sub ipso vixerit, scripseritque Hippolytus, nemo sibi suaserit, quamvis epistola illius nomine conficta sit. Neque vero Hippolytus inscio vel nolente pontifice in tabularia penetrare, ac reconditos canones in lucem primus edere potuisset; ut si Zephyrini auctoritas intercesserit, ipsius nomen alicubi in sua collectione commendasse Hippolytum, aut certe sui operis tempus designasse opinari liceat. In Oriente quidem ea obtinuit sententia, canones apostolorum fuisse ab Hippolyto collectos, unde et ad *canones apostolorum* per *Hippolytum* allegant, quemadmodum Joannes Darensis, qui VIII et IX sæculo vixit, ostendit neminem suo ævo dubitasse, quin Hippolytus fuerit eorumdem canonum editor

ﻫﻮﻟﻴﻦ ﺍﻩ ﻣﻨﻪﻝ ﻫﻜﺴﻞ ﺣﻢ
ﺍﻫﻜﻠﻮﻫ ﻫﻤﻢ

*Quod quidem et canones apostolorum, qui per Hippolytum, præcipiunt* (70). Sermo erat de primo apostolorum canone: *Episcopus a duobus aut tribus episcopis ordinetur.* Denique ipse Hippolytus hanc sententiam confirmat alio in opere quod posterioribus annis elucubravit: Οἶκον Θεοῦ τὴν Ἐκκλησίαν, ἐπιστέλλων ὁ Παῦλος Τιμοθέῳ καλεῖ: Ἐὰν δὲ βραδύνω, ἵνα εἰδῇς πῶς δεῖ ἐν οἴκῳ Θεοῦ ἀναστρέφεσθαι, ἥτις ἐστὶν Ἐκκλησία τοῦ Θεοῦ ζῶντος. Τούτου τοῦ οἴκου ἀγαθὰ τὰ τοῦ Πνεύματος χαρίσματα, τά τε περὶ Τριάδος, καὶ τὰ λοιπὰ δόγματα, οἵτε παραδοθέντες ὑπὸ τῶν ἀποστόλων θεσμοὶ καὶ κανόνες. Ἐν δὲ τούτῳ θαυμαστῶς ἡ ἀρετὴ ἐπιτελεῖται, καλουμένη δικαιοσύνη. *Domum Dei vocat*

(64) Petav., *Theol. Dogm*, XII, 10; *Constit.* VI, pag. 30.
(65) S. Procl., *Ep. de tradit. div. miss.*
(66) Mairan., *Præf. in S. Justin.*, p. II, 10, 2 et seqq.
(67) *Constit.* II, 28, et V, 7.
(68) S. Epiphan., hær. LXX, 10; et hær. LXXX, 7.
(69) Distinct. XVI, 2, Decr. Grat.
(70) Io. Darens ap. Abr. Ecchell. *De Eccl. Al. Orig.*, p. 192. V. Assem. *B. O.* t. II, p. 118, et Cave, *H. L.* t. II, p. 131.

Digitized by Google

*Paulus Ecclesiam, ad Timotheum scribens :* Si autem tardavero, ut scias quomodo oporteat te in domo Dei conversari, quæ est Ecclesia Dei vivi (71). *Hujus domus bona sunt Spiritus charismata, et de Trinitate, cæteraque dogmata, et traditiones, Constitutionesque, et Canones apostolorum. In his autem mirabiliter virtus perficitur, quæ justitia nuncupatur* (72). Provocat quodammodo ad ipsum opus quo de agimus, et singulatim recenset non modo *charismata, et apostolorum traditiones*, verum etiam *Canones*, adeoque hos pariter in collectione Hippolyti fuisse manifestius apparet. De numero itaque canonum quos Hippolytus recensuit incerti sumus, de collectione non item. Quemadmodum vero superius testimonium Hippolyto convenit, qui titulum ipsum sui operis in eoque contenta expressit, ita nemo imposterum loqui eo modo potuisset. Nam paulo post, eodem III sæculo vertente, cum Hippolyti opus corruptum interpolatumque in Oriente fuerit, atque adeo, sicuti nunc exstat, inter apocrypha relatum : quisnam subinde in præcipua Ecclesiæ laude posuisset, eam apocryphis dubiisve Constitutionibus administrari ? Equidem ad Hippolyti laudem pertinet, quod aliæ collectiones pervetustæ ab hæreticis vel fictæ vel interpolatæ, ac magnis Patrum nominibus insignitæ, cum repudiatæ fuerint ; una ipsius collectio quamvis interpolata multum aliis præstet Nam sicut διδασκαλία τοῦ Ποιμένος improbata fuit, ita quoque Ἰγνατίου διδασκαλία, Πολυκάρπου διδασκαλία aliæque hujusmodi, de quibus recte pronuntiavit M. Athanasius : Αἱρετικῶν ἐστιν ἐπίνοια, γραφόντων μὲν ὅτι θέλουσιν αὐτά, χαριζομένων δὲ καὶ προστιθέντων αὐτοῖς χρόνους, ἵνα ὡς παλαιὰ προφέροντες, πρόφασιν ἔχωσιν ἀπατᾶν ἐκ τούτου τοὺς ἀκεραίους. *Hæreticorum sunt commentum, qui ea scribunt quando volunt ; illis autem largiuntur, et adjiciunt tempora, quo tanquam antiqua proferentes, ex ea re occasionem habeant decipiendi homines simplices* (73).

## CAPUT III.

*Quænam causa Hippolytum ad hoc opus incitaverit. Constitutiones potissimum Tertulliano et Montanistis oppositæ.*

I. Tertullianus, Montanistarum præstigiis fascinatus, paulatim in eorum sectam inclinare cœpit, a qua demum abreptus est. Quod ubi animadvertit Hippolytus, binos opposuit eidem sectæ tractatus, quorum alterum *De charismatibus* inscripsit, *Περὶ χαρισμάτων ;* alteri titulum *Apostolica traditio*, Ἀποστολικὴ παράδοσις fecit. Montanistas enim invaluisse falsa miracula jactando exploratum est, eaque finxisse non ut paganos Judæosve ad fidem pertraherent, sed ut perverterent orthodoxos. Ait autem Hippolytus charismata divinitus dari, οὐκ εἰς τὴν ἐνεργούντων ὠφέλειαν, ἀλλ' εἰς τὴν τῶν ἀπίστων συγκατάθεσιν, ἵνα οὓς οὐκ ἔπεισεν ὁ λόγος, τούτους ἡ τῶν σημείων δυσωπήσῃ δύναμις. Τὰ γὰρ σημεῖα οὐ τοῖς πιστοῖς ἡμῖν, ἀλλὰ τοῖς ἀπίστοις, Ἰουδαίων τε καὶ Ἑλλήνων. Οὔτε γὰρ τὸ δαίμονας ἐκβάλλειν ἡμέτερον κέρδος, ἀλλὰ τῶν ἐνεργείᾳ Κυρίου καθαιρομένων. *Non ad utilitatem ea operantium, sed ad infidelium assensionem concedi : ut quibus non persuasit sermo, hos virtus signorum flectat ac pudore afficiat.* Signa enim non *nobis* fidelibus eduntur, sed infidelibus, *cum Judæorum tum Græcorum. Neque enim dæmones ejicere, nostrum emolumentum est, sed eorum qui per Domini operationem purgantur.* Ac Tertullianus quidem somnia mulierecularum insolenter nimis *charismata* vocabat, quemadmodum in visione illa de anima corporali sit: *Et Deus testis et Apostolus*, charismatum *in Ecclesia futurorum idoneus sponsor : Tu, nec si res ipsa de singulis persuaserit, credas* (74). Montanistæ vero suis fallaciis lucrum undique corradebant, etsi propter cœlestia dona se ab Ecclesia descivisse causarentur. Quid ergo sit *charisma* eos docet Hippolytus : Οὐκ ἔστιν ἄνθρωπος πιστεύσας διὰ Χριστοῦ εἰς τὸν Θεὸν, ὃς οὐκ εἴληφε χάρισμα πνευματικόν. Αὐτό τε γὰρ τὸ ἀπαλλαγῆναι πολυθέου ἀσεβείας καὶ πιστεῦσαι Θεῷ Πατρὶ διὰ Χριστοῦ, χάρισμά ἐστι Θεοῦ· τό τε ἀποῤῥίψαι τὸ Ἰουδαϊκὸν κάλυμμα, καὶ πιστεῦσαι ὅτι εὐδοκίᾳ Θεοῦ ὁ πρὸ αἰώνων Μονογενὴς, ἐν ὑστέρῳ καιρῷ ἐκ Παρθένου γεγένηται δίχα ὁμιλίας ἀνδρός· καὶ ὅτι ἐπολιτεύσατο ὡς ἄνθρωπος ἄνευ ἁμαρτίας πληρώσας πᾶσαν δικαιοσύνην τὴν τοῦ νόμου· καὶ ὅτι συγχωρήσει Θεοῦ σταυρὸν ὑπέμεινεν, αἰσχύνης καταφρονήσας ὁ Θεὸς Λόγος· καὶ ὅτι ἀπέθανε, καὶ ἐτάφη καὶ ἀνέστη διὰ τριῶν ἡμερῶν, καὶ μετὰ τὴν ἀνάστασιν τεσσαράκοντα ἡμέρας παραμείνας τοῖς ἀποστόλοις, καὶ πληρώσας πᾶσαν διάταξιν ἀνελήφθη ἐπ' ὄψεσιν αὐτῶν πρὸς τὸν ἀποστείλαντα αὐτὸν Θεὸν καὶ Πατέρα. Ὁ ταῦτα πιστεύσας, οὐχ ἁπλῶς οὐδὲ ἀλόγως, ἀλλὰ κρίσει καὶ πληροφορίᾳ, χάρισμα εἴληφεν ἐκ Θεοῦ. Ὡσαύτως δὲ καὶ ὁ πάσης αἱρέσεως ἀπαλλαγείς. *Nemo per Christum in Deum credens, qui non acceperit charisma spirituale. Ipsum etenim hoc, liberatum esse impio multorum deorum cultu, et credidisse Deo Patri per Christum, charisma Dei est : ut et abjecisse Judaicum velamen, ac credidisse quod Dei beneplacito Unigenitus qui ante sæcula existebat, in extremo tempore ex Virgine natus est sine viri concubitu : et quod in vita tanquam homo versatus est absque peccato, impleta omni justitia legis : quodque permissione Dei Deus Verbum* sustinuit crucem, confusione contempta : *et quod mortuus est, ac sepultus et resurrexit in triduo, atque post resurrectionem cum apostolis diebus quadraginta permansit, completaque omni constitutione, assumptus est in eorum conspectu ad Deum et Patrem qui eum miserat. Qui hæc credidit, non stolide ac citra rationem, sed cum judicio ac certitudine, is charisma*

(71) I Tim. III, 15.
(72) S. Hippol. *in psalm.* LXIV, 5, ex Cat. Corder.
(73) S. Athan., ep. Festal., t. II, 39.
(74) Tertull., *De an.* IX, p. 270

Digitized by Google

*a Deo consecutus est : similiter et qui ab omni hæresi servatus fuit.* Dona vero quæ vulgo gratis data dicuntur, in Ecclesia quærenda esse, ac suo tempore non defuisse testatur Hippolytus : Ταῦτα δέ φαμεν, οὐ τὰς ἀληθεῖς προφητείας ἐξουθενοῦντες. Ἴσμεν γὰρ αὐτὰς κατ' ἐπίπνοιαν Θεοῦ ἐν τοῖς ὁσίοις ἐνεργεῖσθαι, ἀλλὰ τὸ θράσος τῶν ἀλαζονευομένων καταστέλλοντες. *Hæc autem dicimus, non quod veras prophetias contemnamus, quas scimus Dei afflatu in sanctis fieri, sed ut arrogantium confidentiam cohibeamus.* Atque hoc veluti proœmium fuit majoris operis, quod ad sartam tectamque servandam Ecclesiæ disciplinam Hippolytus primus excogitavit.

II. *Tertullianus traditionum vindex, hisce armis ab Hippolyto expugnatur.* — Nam si quæ respublica suas habuit leges quibus uteretur atque consisteret, ea profecto fuit Christiana, quæ sanctissimis legibus atque institutis usa ab initio, ubique terrarum propagata est. Has leges atque instituta quæ Clemens collegerat, Hippolytus edidit, cum adhuc religiose in Ecclesia servarentur : nemoque ex hæreticis tam esset impudens, qui mores in Ecclesia receptos negare posset. Ac Tertullianus profecto quo doctior eo pervicacior, facile omnem cohortationem qua ad sanitatem revocaretur, omnemque confutationem insanæ hæreseos quam, veritate abnegata, amplectebatur, contempsisset. Unum supererat argumentum ex traditione petitum; illud ipsum scilicet, quo is pro Ecclesia fortissime dimicaverat. Nam vere præ cæteris animadvertit E. Norisius : *Nullus veterum aut tam sæpe, aut tam valide traditionem inculcavit, uti Tertullianus* (75). Hoc itaque telo veluti de ipsius manibus erepto, Hippolytus furentes Montani asseclas compescuit ac prope delevit. Sed qui Ecclesiæ legibus ab origine repetitis unam sectam aggressus est, plures alias imposterum exorturas eodem labore confecit. Hippolyti certe canonum collectio adeo probata est sub eodem titulo, quo in ipsius marmorea sede fuit inscripta Παράδοσις ἀποστολική, ut eamdem Constantinus M. haud semel episcopis commendaverit (76) atque a PP. inter præcipua Ecclesiæ propugnacula adversus hæreticos fuerit recensita; καὶ ὅροι γὰρ ἐτέθησαν ἡμῖν, καὶ θεμέλιοι, καὶ οἰκοδομὴ τῆς πίστεως, καὶ Ἀποστόλων παραδόσεις, καὶ γραφαὶ ἅγιαι, καὶ διαδοχαὶ διδασκαλίας, καὶ ἐκ πανταχόθεν ἡ ἀλήθεια τοῦ Θεοῦ ἠσφάλισται, καὶ μηδεὶς ἀπατάσθω τοῖς καινοῖς μύθοις. *Nam et termini præscripti nobis sunt, et fundamenta posita et fidei structura*, et apostolorum traditiones, *et sacræ litteræ, et cælestis* doctrinæ propagata successio, *ac denique divina veritas ex omni parte munita est, et constituta. Proinde nemo se inanibus fabulis in errorem abduci patiatur* (77). Lubet etiam unius ex recentioribus judicium de hoc opere proferre. *Sunt illi canones, Constitutionesque antiquissimæ, multa in illis excellentissima et magni ponderis continentur* (78).

III. *Cur ab avaritia damnanda initium faciant Constitutiones apostolorum.* — Quamobrem nemo amplius mirabitur si ab avaritia damnanda incipiunt *Constitutiones apostolicæ* : Ἀπέχεσθε οὖν πάσης πλεονεξίας, *Abstinete igitur ab omni avaritia* (79). Namque hoc vitium vehementer exprobrat Montano suisque mulierculis coævus Hippolyto auctor : Ὁ πρακτῆρας χρημάτων καταστήσας, ὁ ἐπ' ὀνόματι προσφορῶν τὴν δωροληψίαν ἐπιτεχνώμενος. Οὐ δοκεῖ σοι πᾶσα Γραφὴ κωλύειν προφήτην λαμβάνειν δῶρα, καὶ χρήματα; ὅταν οὖν ἴδω τὴν προφῆτιν εἰληφυῖαν καὶ χρυσὸν καὶ ἄργυρον καὶ πολυτελεῖς ἐσθῆτας, πῶς αὐτὴν μὴ παραιτήσομαι; *Qui pecuniarum exactores constituit : qui sordidam munerum captationem, oblationum nomine callide obvelavit. Non tibi videtur Scriptura universa prohibere, ne propheta munera et pecunias accipiat? Cum igitur videam prophetissam aurum et argentum, vestesque pretiosas accepisse, quomodo eam non repudiabo?* (80) Vetant insequenti capite *Constitutiones*, maledictis quempiam incessere : Ἀλλὰ καταρᾶταί σέ τις; σὺ εὐλόγησον αὐτόν : *Sed aliquis tibi maledicit? tu benedic ei* (81) propterea quod bacchantes Montanistæ, nullum finem maledicendi facerent : Τὴν δὲ καθόλου καὶ πᾶσαν τὴν ὑπὸ τὸν οὐρανὸν Ἐκκλησίαν βλασφημεῖν διδάσκοντος τοῦ ἀπηυθαδισμένου πνεύματος. *Universam vero, quæ per orbem terrarum sparsa est, Ecclesiam, idem ille arrogantissimus spiritus maledictis appetere eos docebat* (82). Illud magis mirum, quod *Constitutionum* compilator sub initium tam multus sit in virorum ornatum : quasi vero apostolorum ævo id probrum inolevisset : Μὴ καλλωπιζόμενος εἰς τὸ ἀγρευθῆναί τινα... Πιστῷ γάρ σοι ὄντι καὶ ἀνθρώπῳ τοῦ Θεοῦ, οὐκ ἔξεστι τρέφειν τὰς τρίχας τῆς κεφαλῆς, καὶ ποιεῖν εἰς ἓν, ὅ ἐστι σπατάλιον· ἢ ἀπόχυμα, ἢ μεμερισμένην τηρεῖν· οὐδὲ μὲν ὀγκοποιεῖν, ἢ διαξαίνοντά τε καὶ πλάσσοντα οὖλην διατιθεῖν, ἢ ξανθοποιεῖν αὐτήν. *Ne ornes te, ut quæpiam capiatur...Tibi enim qui fidelis et homo Dei es, non licet nutrire comam, et in unum colligere, quod spatalium est : vel effundere, aut discriminatam servare : neque etiam tumefacere, neque carpendo ac formando crispam reddere, neque eam flavam facere* (83). Atque is quidem cultus facile in Cataphrygas vel Montanistas Asiatico luxu diffluentes invasit : quod et Apollonius ipsis objicit : Προφήτης, εἰπέ μοι, βάπτεται; προφήτης στιβίζεται; προφήτης φιλοκοσμεῖ; *Dic mihi, tingitne capillos propheta? num propheta stibio oculos linit? an studet ornari pro-*

(75) Noris Op. t. III, col. 1016.
(76) Ap. Eus. *De Vit. Const.* III, 67.
(77) S. Epiph. hær. LV, 3.
(78) Albaspin. Observ. I, 13.
(79) *Constit. ap.* I, 1.
(80) Apollon. ap. Euseb. *H. E.* V, 18.
(81) *Constit. ap.* I, 2.
(82) Ap. Euseb., V, 16.
(83) *Constit. ap.* I, 3.

Digitized by Google

phœta? (84) Deinde ad coercendam muliercularum licentiam, quæ nimia erat apud Montanistas, plura congeruntur in primo *Constitutionum* libro, eademque toto opere sæpius inculcantur. Maximilla certe Montanistarum prophetissa, nullum habuit infensiorem Hippolyto, qui novam Jesabelem in Apocalypsi memoratam, ipsam fuisse interpretatus est (85).

IV. *Errores Montanistarum singillatim ab Hippolyto rejecti.* — Sed neque ullus error proprius Montanistarum fuit, qui non refellatur in *Constitutionibus*. Illi negabant Ecclesiæ potestatem dimittendi graviora crimina, *Constitutiones* ubique asserunt: Καὶ τοῖς μετανοοῦσιν ἄφεσιν διδόναι χρή... Γνώριζε οὖν, ὦ ἐπίσκοπε, τὸ ἀξίωμά σου, ὅτι ὡς τοῦ δεσμεῖν ἐκληρώσω τὴν ἐξουσίαν, οὕτω καὶ τοῦ λύειν. *Pœnitentibus autem venia concedenda est... Agnosce igitur, episcope, dignitatem tuam, quod sicut sortitus es potestatem ligandi, ita et solvendi.* Montanistas autem digito monstrat auctor, ubi ait: Δέξαι οὖν τὸν μετανοοῦντα μὴ διστάζων ὅλως, μηδὲ παρεμπο-διζόμενος ὑπὸ τῶν ἀνηλεῶς λεγόντων, μὴ δεῖν τοιούτοις συμμολύνεσθαι, μήτε λόγου κοινωνεῖν. *Igitur pœnitentem recipe; nec te ullatenus dubitare faciant, aut a proposito retrahant, qui immisericorditer dicunt, non oportere cum hujusmodi coinquinari, neque vel sermone communicare* (86). Hæc adversus Montanistas dicta esse adnotavit Cotelerius, aut vetustiores etiam hæreticos, quamvis Moshemius ad Novatianos perperam distulerit (87). Neve ullum crimen excipi posset, exempla proferuntur Davidis, et Manassis, quorum unus mœchiæ atque homicidii, alter idololatriæ reus fuerat: hæc enim peccata excipiebant Montanistæ, quos veluti alloquitur *Constitutionum* auctor cum ait: Μείζων εἰδωλολατρείας οὐκ ἔστιν ἁμαρτία. Εἰς Θεὸν γάρ ἐστι δυσσέβεια. Ἀλλ' ὅμως καὶ αὐτὴ διὰ γνησίας μετανοίας συγκεχώρηται. *Gravius delictum idololatria non reperitur: est enim in Deum impietas: nihilominus tamen et illud per sinceram pœnitentiam condonatum est* (88). Illi secundas nuptias damnabant, quæ in *Constitutionibus* ita non improbantur, ut manifeste arguatur contrarius error: Λόγον ὑφέξει τῷ Θεῷ, οὐχ ὅτι δευτέρῳ γάμῳ συνήφθη, ἀλλ' ὅτι τὴν ἑαυτῆς ἐπαγγελίαν οὐκ ἐφύλαξε. *Rationem Deo reddet, non quod secundis nuptiis copulata sit, sed quod professionem suam non servarit* (89): sermo erat de viduis, quæ castitatem fuerant professæ. Quoniam vero Montanus dissolvendas esse nuptias docuerat, id quoque in *Constitutionibus* est vetitum, μήτε μὴν μετὰ γάμον ἐκβάλλειν ἀκατάγνωστον ἐξέστω. *Non ergo post nuptias liceat ejicere inculpatam.* Multiplicatis jejuniis, quin etiam Quadragesimis, maxime nitebantur Montanistæ: at certa jejunia, atque unam Quadragesimam prisco more servandam *Constitutiones* memorant: Ὑμῖν φυλακτέα ἡ νηστεία τῆς Τεσσαρακοστῆς, μνήμην περιέχουσα τῆς τοῦ Κυρίου πολιτείας τε καὶ νομοθεσίας. *Servandum vobis est jejunium Quadragesimæ, continens recordationem conversationis Dominicæ, et legis latæ* (90). Denique Montanistæ nefas esse aiebant Christiano persecutionem fugere; *Constitutiones* contra, ex his quæ Hippolyti nomen præseferunt, non modo ex Evangelii præscripto fugientes persecutionem tuentur, sed laudant etiam ac fratribus commendant: Τοὺς διωκομένους διὰ πίστιν, καὶ εἰς πόλιν ἐκ πόλεως φεύγοντας, διὰ τὸ μεμνῆσθαι τῶν λόγων τοῦ Κυρίου, προσλαμβάνεσθε. Ἐπιστάμενοι γὰρ, ὅτι τὸ μὲν πνεῦμα πρόθυμον, ἡ δὲ σὰρξ ἀσθενὴς, ἀποδιδράσκουσι, καὶ τὴν ἁρπαγὴν τῶν ὑπαρχόντων προΐενται, ἵνα ἀνεξάρνητον ἐν ἑαυτοῖς τὸ ὄνομα τοῦ Χριστοῦ διατηρήσωσιν. Ἐπικουρεῖτε οὖν αὐτοῖς τὰ πρὸς χρείαν, ἐντολὴν Κυριακὴν πληροῦντες. *Eos qui persecutionem patiuntur fidei causa, et de civitate in civitatem fugiunt, quod meminerint verborum Domini* (91) *suscipite. Cum enim norint spiritum quidem promptum esse, carnem vero infirmam, aufugiunt, et facultatum suarum direptionem permittunt ac negligunt, ut in se ipsis nomen Christi illibatum, et negatione non proditum conservent. Suppeditate ergo illis quæ sunt necessaria, mandatum Dominicum adimplentes* (92).

V. *Proprii Tertulliani errores ab Hippolyto confutati.* — Ad hæc Tertullianus Montanista, ex novæ sectæ institutis consectaria quædam deduxit, unde et privatim errores alios ascivit. Cujusmodi ille est quem edito libro *De fuga in persecutione* docet, sui Paracleti, Montani scilicet auctoritate fretus, *nulla occasione martyrium redimere fas esse.* Adversus eam sententiam hæc profert *Constitutionum* auctor: Εἰ δὲ καὶ οἷός τέ ἐστιν ἅπαντα τὸν βίον ἑαυτοῦ ἀποδόμενος ῥύσασθαι αὐτοὺς ἐκ τοῦ δεσμωτηρίου, μακάριος ἔσται καὶ φίλος τοῦ Χριστοῦ. Εἰ γὰρ ὁ τὰ ὑπάρχοντα πτωχοῖς δοὺς, τέλειος, μετὰ τὴν περὶ τῶν θείων γνῶσιν, πολλῷ μᾶλλον ὁ ὑπὲρ μαρτύρων. *Jam vero si quis potest tradita omni substantia sua eos* [martyres] *ex carcere liberare, beatus erit ac Christi amicus. Nam cum is qui bona sua pauperibus dat, perfectus sit post cognitionem rerum divinarum, multo erit perfectior qui pro martyribus cuncta largietur* (93). Christianum salva fide militare non posse Tertullianus pronuntiavit (94), Hippolytus contra in his quæ a corruptore servata sunt: Στρατιώτης προσιὼν διδασκέσθω μὴ ἀδικεῖν, μὴ συκοφαντεῖν, ἀρκεῖσθαι δὲ τοῖς διδομένοις ὀψωνίοις· πειθόμενος προσδεχέσθω, ἀντιλέγων δὲ ἀποβαλλέσθω.

(84) Ap. Euseb. v, 18.
(85) Ap. S. Epiphan. hær. li, 33.
(86) *Constit.* ii, 14, 18 et seq.
(87) Moshem. *Instit. mai.* p. 219.
(88) *Constit.* iii, 1.
(89) Ibid. vi, 14.
(90) Ibid. v, 13.
(91) Matth. xxvi, 41.
(92) *Constit.* viii, 45.
(93) Ibid. v. 1.
(94) Tertullian. *De cor. mil.*, xi.

Digitized by Google

*Miles accedens doceatur nemini injuriam inferre, non calumniari, contentus esse sibi datis stipendiis : obtemperans his admittatur, repugnans rejiciatur* (95). Eo tandem vesaniæ Tertullianus prolapsus est ut a levissima deceptus muliere, nuntioque remisso nedum rectæ fidei, sed etiam rationi : *animam corporaliter ostensam esse crederet, quæ spiritus videbatur, sed non inanis, et vacuæ qualitatis : imo quæ etiam teneri repromitteret* (96). Sed ea quoque fabula in *Constitutionibus* convellitur : Ψυχὴν ἀσώματον ἐν ἡμῖν καὶ ἀθάνατον ὁμολογοῦμεν, ἀλλ' οὐ φθαρτὴν ὡς τὰ σώματα, ἀλλ' ἀθάνατον, ὡς λογικὴν καὶ αὐτεξούσιον. *Animam nostram incorpoream et immortalem confitemur, non autem interitui obnoxiam ut corpora, imo mortis expertem, utpote rationalem ac liberæ potestatis* (97).

VI. *Tertullianus ac Montanistæ nominetenus præteriti, sed undique in Constitutionibus explosi.*—Atque hæc necessario edisserenda fuerunt, ne amplius lateret utrumque Hippolyti opus, *Περὶ χαρισμάτων*, et *Ἀποστολικὴν παράδοσιν*, Montanistis oppositum fuisse, maximeque Tertulliano in eam sectam vergenti : etsi nomen ipsius, quo facilius ab hæresi pedem referret, bene ab Hippolyto suppressum fuerit. Neque enim ipsius famæ Tertullianus pepercisset, si quid in se nominatim conscriptum esset. In *Constitutionibus* itaque frustra Tertulliani mentio aut Montani quæreretur ; præsertim vero cum plura sustulerit corruptor, quæ apostolorum ævo convenire non poterant, plura adhuc incaute reliquerit, quæ ad posteriora tempora manifeste referenda sunt. Ad Montanistas vero ac Tertullianum cuncta fere spectant quæ universim in *Constitutionibus* afferuntur. In ipso enim ultimo capite illud inculcatur : Ἕκαστον ἐμμένειν τάξει τῇ δοθείσῃ αὐτῷ, καὶ μὴ ὑπερβαίνειν τοὺς ὅρους. *Unusquisque in ordine sibi dato permaneat, neque regularum terminos transcendat.* Deinde auctor Montanistas propius designando, in eorum licentiam invehitur : Εἰκότως τὸν ἐπηρτημένον κίνδυνον τοῖς τὰ τοιαῦτα πράττουσι προειδόμενοι, καὶ τὴν εἰς τὰς θυσίας, καὶ εὐχαριστίας ἀμέλειαν, ὑφ' ὧν οὐκ ἐχρῆν προσαγομένας ἀσεβῶς, παίγνιον ἡγουμένων τὴν ἀρχιερατικὴν τιμὴν ἥτις μίμησιν περιέχει τοῦ μεγάλου ἀρχιερέως Ἰησοῦ Χριστοῦ Βασιλέως ἡμῶν, ἀνάγκην ἔσχομεν καὶ τοῦτο παραινέσαι· ἤδη γάρ τινες ἐξετράπησαν ὀπίσω τῆς ἑαυτῶν ματαιότητος. *Idcirco jure periculum iis qui hæc faciunt impendens prospicientes, et negligentiam in sacrificiis et gratiarum actionibus* [Eucharistiis], *eo quod impie offerantur ab iis a quibus non oportet, quique honorem pontificium complexum magni pontificis Jesu Christi Regis nostri imitationem pro ludo habent ; ideo inquam, necesse fuit de eo quoque admonere : jam enim quidam conversi sunt retro post vanitatem suam* (98). Hæc utique in codicibus Hippolyto tributa Montanistas feriunt, *apud quos vel mulieres episcopi erant et presbyteri, et ad cæteros gradus allegebantur, nullum ut sexus discrimen servaretur.* Ἐπίσκοποί τε παρ' αὐτοῖς γυναῖκες, καὶ πρεσβύτεροι γυναῖκες, καὶ τὰ ἄλλα, ὡς μηδὲν διαφέρειν (99). Postrema autem verba in Tertullianum dicta sunt vano prophetiæ nomine deceptum ; quem paulo ante suis in Danielem Commentariis pariter Hippolytus notaverat : Πάντες γὰρ σήμερον οἱ εἰς αὐτὸν πιστεύοντες, τὰ λόγια Χριστοῦ φθεγγόμεθα, ὡς διὰ στόματος αὐτοῦ λαλοῦντες τὰ ὑπ' αὐτοῦ προτεταγμένα· τοῖς γὰρ ἁγίοις καὶ φοβουμένοις αὐτὸν, αὐτοῖς μόνοις ἑαυτὸν ἀποκαλύπτει. Εἰ γάρ τις δοκεῖ καὶ ἐν Ἐκκλησίᾳ νῦν πολιτεύεσθαι, φόβον δὲ Θεοῦ μὴ ἔχει, οὐδὲ τοῦτον ὠφελεῖ ἡ πρὸς τοὺς ἁγίους σύνοδος. *Quicunque enim hodie in ipsum credimus, oracula Christi loquimur, tanquam ipsius ore prædicantes quæ sunt ab ipso constituta. Sanctis quippe ac se timentibus tantummodo se ipsum revelat. Nam si quis videtur vel in Ecclesia modo versari, timorem autem Dei non habet : neque huic prodest ad sanctos accessisse in conventu* (100). Ac siquidem hæc sunt contumeliæ illæ, quibus ait Hieronymus Tertullianum esse permotum ut Ecclesiam desereret, apparet hominem sui lapsus causam, quam habere nullam poterat, in Romanum clerum summa injuria detorsisse (1). Notatu enim dignum est, quod ipse cum Catholicos animalium nomine ac pluribus conviciis cumularet, nemo tum temporis fuit qui nominatim Tertullianum refelleret. Caius enim, Ecclesiæ Romanæ presbyter, adversus Proclum Montani columen eximie scripsit ; Hippolytus in E. R. pari gradu, adversus Montanistas : uterque ea moderatione ut ipse Tertullianus neutrum sit insectatus, ac potius Apollonium exagitaverit, orthodoxum scriptorem, at non ex Romano clero, utpote qui in Oriente vixerit. Cæterum scripsisse Hippolytum contra Montanistas, eosque acerrime præ cæteris impugnasse, in dubium revocari nequit, cum vetus auctor sedulo in ea scripta inquisierit : Τίνας ὑπολήψεις εἶχεν ὁ ἁγιώτατος Ἱππόλυτος περὶ τῆς τῶν Μοντανιστῶν αἱρέσεως, καὶ τίνας ὁ ἐν ἁγίοις τῆς Νύσσης Γρηγόριος. *Quidnam senserit sanctissimus Hippolytus de Montanistarum hæresi, quidve S. Gregorius Nyssenus* (2).

(95) *Constit.* VIII, 32.
(96) Tertullian. *De anim.* IX.
(97) *Constit.* VI, 11.
(98) *Constit.* VIII, 46.
(99) Epiphan. hær. XLIX, 2.
(100) Hippol. *In Dan.* X, 7.
(1) Hieron. in *Catal. Script. Eccl.* LIII.
(2) Steph. Gobar. ap. Phot. cod. CCXXXII.

Digitized by Google

# VETERUM TESTIMONIA
## DE CONSTITUTIONIBUS APOSTOLICIS.

*Canon apostolicus ultimus.*

Sint autem vobis omnibus clericis, et laicis libri venerabiles et sancti, etc. Clementis Epistolæ duæ; et Constitutiones, vobis Episcopis per me Clementem in octo libris nuncupatæ; quas non oportet coram omnibus divulgare, ob mystica quæ in eis sunt.

A Ἔστω δὲ ὑμῖν πᾶσι κληρικοῖς, καὶ λαϊκοῖς βιβλία σεβάσμια καὶ ἅγια, etc. Κλήμεντος ἐπιστολαὶ δύο· καὶ αἱ Διαταγαὶ ὑμῖν τοῖς ἐπισκόποις δι' ἐμοῦ Κλήμεντος, ἐν ὀκτὼ βιβλίοις προσπεφωνημέναι· ἃς οὐ χρὴ δημοσιεύειν ἐπὶ πάντων διὰ τὰ ἐν αὐταῖς μυστικά.

*Eusebius, Hist. eccl., lib. III, cap. 25.*

Inter libros nothos collocetur et Actuum Pauli scriptura, et liber qui dicitur Pastor, et Revelatio Petri, insuperque Barnabæ quæ fertur Epistola, et quæ dicuntur Doctrinæ apostolorum.

Ἐν τοῖς νόθοις κατατετάχθω καὶ τῶν Παύλου Πράξεων ἡ γραφή, ὅ τε λεγόμενος Ποιμὴν, καὶ ἡ Ἀποκάλυψις Πέτρου· καὶ πρὸς τούτοις, ἡ φερομένη Βαρνάβα Ἐπιστολὴ, καὶ τῶν ἀποστόλων αἱ λεγόμεναι Διδαχαί. Lege Niceph., l. II, c. 46.

*Ex Ruf. interpret.*

Post hæc jam scriptura est, quæ dicitur Actus Pauli; sed et libellus qui appellatur Pastoris, et revelatio Petri: de quibus quammaxime dubitatur. Fertur etiam Barnabæ Epistola, et Doctrina quæ dicitur apostolorum

*S. Athanasius in epistola Festali, tom. II, edit. Paris., p. 39, 40.*

Sunt et alii libri præter hos; non quidem canonici, sed quos Patres sanxerunt legi iis qui accedunt ad fidem, cupiuntque in pietatis verbo institui: ut Sapientia Salomonis, etc., et quæ vocatur Doctrina apostolorum, et Pastor. Attamen, dilecti, cum illi canonici sint, hi vero legantur, nusquam fit apocryphorum mentio; sed sunt hæreticorum commentum, qui ea scribunt quando volunt, illis autem largiuntur et adjiciunt tempora, quo tanquam antiqua proferentes, ex ea re occasionem habeant decipiendi homines simplices.

B Ἔστιν καὶ ἕτερα βιβλία τούτων ἔξωθεν· οὐ κανονιζόμενα μὲν, τετυπωμένα δὲ παρὰ τῶν Πατέρων ἀναγινώσκεσθαι τοῖς ἄρτι προσερχομένοις καὶ βουλομένοις κατηχεῖσθαι τὸν τῆς εὐσεβείας λόγον· Σοφία Σολομῶντος, etc., καὶ Διδαχὴ καλουμένη τῶν ἀποστόλων, καὶ ὁ Ποιμήν. Καὶ ὅμως, ἀγαπητοὶ, κἀκείνων κανονιζομένων, καὶ τούτων ἀναγινωσκομένων, οὐδαμοῦ τῶν ἀποκρύφων μνήμη· ἀλλὰ αἱρετικῶν ἐστιν ἐπίνοια, γραφόντων μὲν ὅτε θέλουσιν αὐτὰ, χαριζομένων δὲ καὶ προστιθέντων αὐτοῖς χρόνους, ἵνα ὡς παλαιὰ προφέροντες, πρόφασιν ἔχωσιν ἀπατῆν ἐκ τούτου τοὺς ἀκεραίους.

*In Synopsi sacræ Scripturæ.*

Iterum libri Novi Testamenti quibus contradicitur, sunt hi, etc. Doctrina apostolorum, Clementina: ex quibus veriora et a Deo inspirata, electa sunt ac translata. Hæc sunt quæ leguntur, etc.

C Τῆς νέας πάλιν Διαθήκης ἀντιλεγόμενα ταῦτα, etc. Διδαχὴ ἀποστόλων, Κλημέντια· ἐξ ὧν μετεφράσθησαν ἐκλεγέντα τὰ ἀληθέστερα καὶ θεόπνευστα· Ταῦτα τὰ ἀναγινωσκόμενα, etc.

*S. Epiphanius, hæresi 45, num. 5.*

Quin et apostoli in libro qui Constitutio vocatur, aiunt: Ecclesia catholica est Dei plantatio ac vinea. *Locus exstat initio Constitutionum.*

Ἀλλὰ καὶ οἱ ἀπόστολοί φασιν ἐν τῇ Διατάξει τῇ καλουμένῃ, ὅτι φυτεία Θεοῦ καὶ ἀμπελὼν ἡ καθολικὴ Ἐκκλησία.

*Hæresi 70, num. 10.*

Ad hoc autem iidem Audiani detorquent apostolorum Constitutionem; qui quidem liber a multis revocatus in dubium, non est tamen improbandus. Omnis quippe canonicus ordo in ipso continetur; et nihil fide adulteratum, neque a confessione, ne-

Εἰς τοῦτο δὲ οἱ αὐτοὶ Αὐδιανοὶ παραφέρουσι τὴν τῶν ἀποστόλων Διάταξιν, οὖσαν μὲν τοῖς πολλοῖς ἐν ἀμφιλέκτῳ, ἀλλ' οὐκ ἀδόκιμον. Πᾶσα γὰρ ἐν αὐτῇ κανονικὴ τάξις ἐμφέρεται, καὶ οὐδὲν παρακεχαραγμένον τῆς πίστεως, οὐδὲ τῆς ὁμολογίας, οὐδὲ τῆς ἐκ-

Digitized by Google

κλησιαστικῆς διοικήσεως, καὶ κανόνος, καὶ πίστεως. Τὸ δὲ ῥητὸν, ἀφ' οὗ γνώμην λαμβάνοντες περὶ τοῦ Πάσχα, κακῶς παερμηνεύουσιν οἱ προειρημένοι, καὶ ἀγνοοῦντες ἑτέρως ὑπολαμβάνουσιν. Ὁρίζουσι γὰρ ἐν τῇ αὐτῇ διατάξει οἱ ἀπόστολοι, ὅτι *ὑμεῖς μὴ ψηφίζητε, ἀλλὰ ποιεῖτε ὅταν οἱ ἀδελφοὶ ὑμῶν οἱ ἐκ περιτομῆς· μετ' αὐτῶν ἅμα ποιεῖτε.* Καὶ οὐκ εἶπαν· *Ὅταν οἱ ἀδελφοὶ ὑμῶν, οἱ ἐν περιτομῇ· ἀλλά· οἱ ἐκ περιτομῆς·* ἵνα δείξωσι τοὺς ἀπὸ τῆς περιτομῆς εἰς τὴν Ἐκκλησίαν μετελθόντας, ἀρχηγοὺς εἶναι μετ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον, etc. Παρὰ τοῖς ἀποστόλοις δὲ τὸ ῥητὸν δι' ὁμόνοιαν ἐμφέρεται, ὡς ἐπιμαρτυροῦσι, λέγοντες, ὅτι *κἂν τε πλανηθῶσι, μηδὲ ὑμῖν μελέτω.* Ἐξ αὐτῶν δὲ τῶν ἐκεῖσε εἰρημένων ῥητῶν ἡ ἀντίθεσις ὀφθήσεται. Φάσκουσι γὰρ τὴν ἀγρυπνίαν φέρειν, μεσαζόντων τῶν Ἀζύμων. Οὐ δύναται δὲ τοῦτο πάντοτε γενέσθαι ἐν τῇ ψήφῳ τῇ ἐκκλησιαστικῇ.

A que ab ecclesiastica administratione, et canone, ac fide. Porro dictum, a quo sententiam de Paschate accipiunt, prædicti male interpretantur, et per inscitiam alieno sensu sumunt. Definiunt enim in ea constitutione apostoli : *Vos nolite computare ac decernere, sed tunc celebrate, quando fratres vestri qui ex circumcisione sunt : cum illis una peragite.* Et non dixerunt : *Quando fratres vestri, qui in circumcisione sunt*, sed : *Qui ex circumcisione sunt;* ut ostenderent, eos qui ex circumcisione ad Ecclesiam transierunt, futuros post illud tempus duces et auctores, etc. Apud apostolos vero dictum illud propter concordiam positum est, quemadmodum testantur his verbis : *Et quamvis aberrent, ne vobis curæ sit.* Cæterum ex vocibus ipsis quæ ibi prolatæ B sunt, oppositio et repugnantia apparebit. Nam aiunt pervigilium agendum esse in medio Azymorum. Hoc autem, in ecclesiastica temporum supputatione, fieri perpetuo non potest. *Lege quod notabo ad Const. apost., lib.* v, *cap.* 17, *et cap.* 19.

*Numero* 11.

Λέγουσι γὰρ οἱ αὐτοὶ ἀπόστολοι, ὅτι ὅταν ἐκεῖνοι εὐωχῶνται, ὑμεῖς νηστεύοντες ὑπὲρ αὐτῶν πενθεῖτε, ὅτι ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς ἑορτῆς τὸν Χριστὸν ἐσταύρωσαν· καὶ ὅταν αὐτοὶ πενθῶσι, τὰ ἄζυμα ἐσθίοντες ἐν πικρίσιν, ὑμεῖς εὐωχεῖσθε.

Dicunt enim iidem apostoli; quando illi epulantur, vos jejunantes pro ipsis lugete, quoniam in die festivitatis Christum crucifixerunt : et quando illi lugent, azyma edentes cum lactucis agrestibus, vos epulamini. *Lege Constit., lib.* v, *cap.* 15.

*Ibidem.*

Αὖθις αὐτῶν ἀκούοντες ἐν τῇ Διατάξει, ὅτι ὁ κακῶν C ἑαυτοῦ τὴν ψυχὴν ἐν Κυριακῇ, ἐπικατάρατός ἐστι τῷ θεῷ.

Cum iterum eosdem apostolos audiamus, in Constitutione dicentes : Qui affligit animam suam in Dominica, maledictus est Deo. *Lege Const., lib.* v, *cap.* 20.

*Numero* 12.

Παρατηρεῖται δὲ ἡ Ἐκκλησία ἄγειν τὴν ἑορτὴν τοῦ Πάσχα, τουτέστι τὴν ἑβδομάδα τὴν ὡρισμένην καὶ ἀπ' αὐτῶν τῶν ἀποστόλων ἐν τῇ Διατάξει, ἀπὸ δευτέρας Σαββάτων, ὅπερ ἐστὶν ἀγορασμὸς τοῦ προβάτου.

Observat autem Ecclesia, ut festum Paschatis peragat, hoc est, hebdomadam decretam etiam ab ipsis apostolis in Constitutione, a secunda Sabbatorum, quod est emptio agni. *Const. apost., lib.* v, *cap.* 13, 15, 18, 19.

*Hæresi* 75, *num.* 6.

Εἰ δὲ καὶ χρὴ τὸ τῆς Διατάξεως τῶν ἀποστόλων λέγειν, πῶς ἐκεῖ ὡρίζοντο τετράδα καὶ Προσάββατον νηστείαν (Usserius corrigit, νηστεύειν) διὰ παντὸς, χωρὶς Πεντηκοστῆς· καὶ περὶ τῶν ἓξ ἡμερῶν τοῦ Πάσχα, πῶς παραγγέλλουσι μηδὲν ὅλως λαμβάνειν, ἢ ἄρτου καὶ ἁλὸς καὶ ὕδατος, ποίαν τε ἡμέραν ἄγειν, πῶς τε ἀπολύειν εἰς ἐπιφώσκουσαν Κυριακὴν, φανερόν ἐστι. Et infra : Εἶτα δὲ εἰ μὴ περὶ τῆς αὐτῆς ὑποθέσεως τετράδων καὶ Προσαββάτων οἱ αὐτοὶ ἀπόστολοι ἐν τῇ Διατάξει ἔλεγον, καὶ ἄλλως ἐκ πανταχόθεν εἴχομεν ἀποδεῖξαι· ὅμως περὶ τούτου ἀκριβῶς γράφουσι.

Si vero etiam oportet ex apostolorum Constitutione loqui; quo modo illic definierunt jejunandum esse perpetuo quarta feria et Prosabbato, excepta D Pentecoste; et de sex diebus Paschatis, quomodo præcipiunt nihil omnino sumere, præter panem et salem et aquam, qualemque diem agere, et quo pacto jejunium solvere in illucescente Dominica; manifestum est. *Et paulo post :* Deinde vero, si de eodem argumento Quartarum et Prosabbatorum iidem apostoli in Constitutione non dixissent; etiam aliter undique possemus demonstrare : quanquam ea de re accurate scribunt. *Lege Constit., lib.* v, *cap.* 15, 20; *lib.* vii, *cap.* 23; *lib.* v, *cap.* 13, 15, 18, 19.

*Hæresi* 80, *num.* 7.

Καὶ περὶ μὲν οὖν τοῦ γενείου ἐν ταῖς Διατάξεσι τῶν ἀποστόλων φάσκει ὁ θεῖος λόγος καὶ ἡ διδασκαλία μὴ φθείρειν, τουτέστι μὴ τέμνειν τρίχας γενείου,

Et quidem de barba, in Constitutionibus apostolorum ait divinus sermo, et doctrina : non corrumpendos esse, hoc est, non esse secandos pilos bar-

Digitized by Google

hæ, neque usurpandum meretricium ornatum, neque debere justitiæ incessum superbiæ speciem habere. *Constit.*, *lib.* I, *cap.* 3.

A μηδὲ ἑταιρισμῷ κατακομεῖσθαι, μήτε ὑπερηφανίας ὑπόδειγμα δικαιοσύνης τὴν προσέλευσιν ἔχειν.

*Auctor Operis imperfecti in Matthæum, apud S. Chrysostomum. Ad Matth.* VI, 3.

Aliter certe sicut apostoli interpretantur in libro Canonum, qui est de episcopis; dextra est populus Christianus, qui est ad dextram Christi; sinistra autem, omnis populus, qui est ad sinistram. Hoc ergo dicit: Ne Christianum facientem eleemosynam, qui est dextra, infidelis aspiciat, qui est sinistra. Christianus autem si Christianum viderit eleemosynas facientem, non est contra Christi præceptum, quoniam ambo dextra sunt. *Vide Not. ad Const. ap.*, *lib.* III, *c.* 14.

*Ad Matth.* XXV, 18.

Qui ministerium suum bene consummaverit, apparet quia ex Deo fuerat ordinatus; qui autem ministerium suum non bene consummaverit, ex hominibus ordinatus est. Quo modo autem quidam sacerdotes ex hominibus ordinantur, manifeste in libro octavo Canonum apostolorum dicitur. Qui autem ex hominibus ordinatus est, quantum ad Deum non est diaconus aut sacerdos. *Constit.*, *lib.* VIII, *cap.* 2.

*Maximus, in epistolam octavam Dionysii, post medium.*

Porro in sacris institutorem vocat beatum apostolum Paulum, ut eum qui ipsum ordinaverat in pontificatum Ecclesiæ Atheniensis, sicut in sacris apostolorum Constitutionibus scriptum est. *Lib.* VII, *cap.* 46.

B Ἱεροθέτην δὲ καλεῖ τὸν ἅγιον ἀπόστολον Παῦλον, ὡς χειροτονήσαντα αὐτῷ τὴν ἀρχιερωσύνην τῆς Ἐκκλησίας τῶν Ἀθηνῶν, καθὼς ἐν ταῖς ἱεραῖς τῶν ἀποστόλων γέγραπται διαταγαῖς. Lege ad cap. 2, *De Eccles. hierarch.*, et in Prologo.

*Timotheus presbyter, tractatu de iis qui accedunt ad Ecclesiam, in Auctario Bibliothecæ Patrum Combefisiano, tom.* II, *p.* 453 *D.*

Audi apostolorum verba: Videte, etc. *Constit.*, *lib.* VI, *cap.* 16.

Ἄκουε τῶν ἀποστολικῶν· Ὁρᾶτε τὰ ἐπ' ὀνόματι, etc.

*Canon Trullanus secundus.*

Placuit autem et hoc sanctæ huic synodo pulcherrime ac optime, ut ab hoc tempore firmi stabilesque maneant ad animarum medelam et perturbationum curationem, octoginta quinque canones, sancitis a sanctis et gloriosis apostolis, qui præcesserunt nos. Quoniam autem in illis canonibus præceptum est, ut recipiamus eorumdem sanctorum apostolorum per Clementem constitutiones, quibus jam olim ab heterodoxis ad Ecclesiæ perniciem inserta sunt quædam adulterina et aliena a pietate, quæ elegantem ac decoram speciem divinorum dogmatum nobis obscurarunt; has constitutiones conducibiliter ad Christianissimi gregis ædificationem ac securitatem, rejecimus; hæreticæ falsitatis fetus nequaquam immiscentes, et germanæ ac integræ apostolorum doctrinæ inserentes, etc.

C Ἔδοξε δὲ καὶ τοῦτο τῇ ἁγίᾳ ταύτῃ συνόδῳ κάλλιστά τε καὶ σπουδαιότατα, ὥστε μένειν καὶ ἀπὸ τοῦ νῦν βεβαίους, καὶ ἀσφαλεῖς πρὸς ψυχῶν θεραπείαν καὶ ἰατρείαν παθῶν, τοὺς ὑπὸ τῶν πρὸ ἡμῶν ἁγίων καὶ ἐνδόξων ἀποστόλων ὀγδοήκοντα πέντε κανόνας. Ἐπειδὴ δὲ ἐν τούτοις τοῖς κανόσιν ἐντέταλται δέχεσθαι ἡμᾶς, τὰς τῶν αὐτῶν ἁγίων ἀποστόλων διὰ Κλήμεντος διατάξεις, αἷς τισι πάλαι ὑπὸ τῶν ἑτεροδόξων ἐπὶ λοιμῇ τῆς Ἐκκλησίας, νόθα τινὰ καὶ ξένα τῆς Ἐκκλησίας [78-39] παρενετέθησαν, τὸ εὐπρεπὲς κάλλος τῶν θείων δογμάτων ἡμῖν ἀμαυρώσαντα, τὴν τῶν τοιούτων διατάξεων προσφόρως ἀποβολὴν πεποιήμεθα, πρὸς τὴν τοῦ Χριστιανικωτάτου ποιμνίου οἰκοδομὴν καὶ ἀσφάλειαν, οὐδαμῶς ἐγκρίνοντες τὰ τῆς αἱρετικῆς ψευδολογίας κυήματα, καὶ τῇ γνησίᾳ τῶν ἀποστόλων καὶ ὁλοκλήρῳ διδαχῇ παρενείροντες, etc.

*Nicephorus Constantinopolitanus patriarcha, in fine Chronologiæ, ubi de libris Scripturarum.*

*Ex versione Anastasii Bibliothecarii.*

Et quæ Novi (Testamenti) sunt apocrypha, etc. Doctrina apostolorum, versus 200, etc.

Καὶ ὅσα τῆς Νέας εἰσὶν ἀπόκρυφα, etc. Διδαχὴ ἀποστόλων· στίχοι σ' [40], etc.

*Photius, Bibliothecæ cod.* CXII, CXIII.

Lecta sunt Clementis Romani duo volumina librorum; quorum alteri titulus est, *Constitutiones apostolorum per Clementem;* in quo etiam continen-

'Ανεγνώσθη Κλήμεντος τοῦ 'Ρώμης τεύχη βιβλίων δύο· ὧν τὸ μὲν ἐπιγράφεται, *Διαταγαὶ τῶν ἀποστόλων διὰ Κλήμεντος*, ἐν ᾧ καὶ οἱ τῶν συνοδικῶν κανό-

[78-39] al. εὐσεβείας. [40] al. ϛ.

των τῷ ἀθροίσματι τῶν ἀποστόλων κανόνες ἐπιγραφόμενοι περιέχονται. Εἰ infra : Αἱ δέ γε Διαταγαὶ τρισὶ μόνοις δοκοῦσιν ἐνέχεσθαι· κακοπλαστίᾳ, ἣν οὐ χαλεπὸν ἀποσκευάσασθαι· καὶ ὅτι καὶ τοῦ Δευτερονομίου ὕβρεις τινὰς ἐπαφίησιν[61], ἃ[62] καὶ ῥᾷστον διαλύσασθαι· καὶ ἔτι Ἀρειανισμῷ, ὅπερ ἄν τις καὶ βιαίως διακρούσαιτο. Ἡ μέν τοί γε τῶν τοῦ Πέτρου Πράξεων βίβλος τῷ τε λαμπρῷ καὶ τῇ σεμνότητι, καὶ ἔτι τῷ καθαρῷ καὶ συντόνῳ, καὶ τῇ ἄλλῃ ἀρετῇ τοῦ λόγου, καὶ πολυμαθείᾳ τοσοῦτο ἔχει πρὸς τὰς Διαταγὰς τὸ παραλλάττον, ὡς μηδὲ συγκρίσει τῇ κατὰ τοὺς λόγους πρὸς ἀλλήλας παραβάλλεσθαι τὰς βίβλους, etc.

A tur illi canones, qui inter synodicos censui apostolorum ascribuntur. *Et infra :* Porro Constitutiones, ex tribus duntaxat capitibus reprehensioni videntur obnoxiæ : ex mala fictione, quam excutere non est difficile : et quod contra Deuteronomium criminationes quasdam adducant; quod etiam facillime dilui potest : et adhuc ex Arianismo; quod aliquis, licet violenter poterit depellere. Cæterum liber Actorum Petri, splendore et majestate, ad hæc puritate et vehementia, aliisque orationis dotibus, atque multiplici doctrina, tantum Constitutiones superat, ut hos inter libros nulla comparatio, ad sermonem quod attinet, institui debeat, etc.

*Nicetas Pectoratus, Lib. contra Latinos, post medium. Tomo sexto Antiquæ Lectionis, Henr. Canisii; et in Bibliotheca Patrum, tom. IV, part.* II, *nec non apud Baronium, Annalium tom. II, in Appendice.*

Apostolorum vertices, in quinto quidem libro Ordinationum, qui de martyribus inscribitur, juxta Clementem[63] : *Quartam feriam et sextam præcepit nobis jejunare Dominus : unam quidem, propter traditionem; alteram, propter passionem : ipsum autem Sabbatum*[64] *non tradidit nobis jejunare, quoniam non oportet, præter illud solum, in quo Creator omnium, sub terra fuit.* Unde juxta calcem ejusdem libri, iterum sic loquitur[65] : *Omne quidem Sabbatum et omnem Dominicum celebrandum*[66] *esse dicimus. Gaudere enim oportet in his, et non lugere.* Septimo quidem libro earum Constitutionum, juxta vicesimum quartum caput[67], hoc inquiunt : *Sabbatum namque et Dominicum celebramus*[67*]*; quia illud quidem divinæ operationis est memoria, hic*[68] *vero resurrectionis. Unum vero tantum Sabbatum custodiendum est in toto anno, Sepulturæ Domini; quo jejunare oportet. Quando enim Christus in sepulcro jacuit, discipuli potentiorem circa eum fletum habebant, quam gaudium ex memoria divinæ operationis,* etc.

*Multo post :*

In sexto libro Clementis Ordinationum, quæ ab eo conscriptæ sunt, juxta septimum decimum caput, apostoli hæc dicunt : *Episcopum, et presbyterum et diaconum, dicimus, qui unam habent uxorem, ordinari, quamvis vivant eorum conjuges, quamvis defunctæ : non licet eos post manus*[69] *impositionem innuptos esse, nec insuper ad nuptias ire; aut si nupserint, alteras amplecti, sed sufficere quas habent cum ad ordinationem venerunt.*

*Circa finem :*

Reliqui autem Verticum, in septimo[70] libro Institutionum, juxta sextum decimum caput liquidius dixerunt : *Scimus enim,* inquit[71-72], *quia hi qui circa Simonem, et Cleobium, et Judam, conscripserunt libros in nomine Christi et discipulorum ejus, circumferunt ad seductionem vestram, et eorum qui diligunt Christum, et nos servos ipsius. Et in veteribus quidam conscripserunt libros apocryphos Moysi, et Enoch, et Adam, Isaiæ, et David, et Eliæ, et trium patriarcharum, corruptiones facientes atque veritatis inimicos libros.*

*Humbertus episcopus Sylvæ Candidæ, in responsione ad Nicetæ librum, multo post initium; ibidem.*

Reprehendens enim nos, cur jejunemus Sabbatis, dicis : *Quarta et sexta feria jugiter jejunandum; una propter traditionem, altera propter passionem Domini; Sabbato autem nunquam, nisi uno.* Et hoc asserere conaris ex apocryphis libris et canonibus, pari sententia sanctorum Patrum repudiatis. Nam Clementis liber[73], id est Itinerarium Petri apostoli, et Canones apostolorum numerantur[74] inter apocrypha, exceptis capitulis quinquaginta, quæ decreverunt regulis orthodoxis[75] adjungenda. Unde nos quoque omne apocryphon[76] abjicientes, dedignamur audire eorum fabulosas traditiones, quia non sunt ut lex Domini.

*Georgius Cedrenus, in Compendio Historiarum; editionis Xylandri pag.* 173, *lin.* 52, etc. *Editionis regiæ tom. I, pag.* 211, A, etc.

Περὶ οὗ ἐν ταῖς ἀποστολικαῖς Διατάξεσιν ὁ μέγας ἀπόστολος Πέτρος οὕτω φάσκει· Ἡ δὲ καταρχὴ τῶν νέων

De quo in Constitutionibus apostolicis magnus apostolus Petrus ita disserit : *Hæreses vero novæ ini-*

[61] f. ἐπαφιεῖσιν. [62] ἁσίνεϐ. [63] Cap. 15. [64] al. *jejunare Sabbatum.* [65] Cap. 20. [66] al. *Dominicam celebrandam* [67] Cap. 23. [67*] al. *Dominicam celebremus.* [68] al. *hæc.* [69] al. *manuum.* [70] *l. sexto.* [71-72] al. *inquiunt.* [73] al. *librum.* [74] al *numeravere.* [75] al *orthodoxiæ.* [76] al. *omnem apocryphum.*

Digitized by Google

*tium habuerunt a Simone Mago; qui factis in Syria multis absurdis et prodigiosis, Romam adveniens, Ecclesiam magnopere vexavit, per magiam, et diabolicam operationem ac peritiam. Nam cum in Cæsarea Stratonis mihi Petro obvius fuisset, conabatur*, etc. Lib. VI, c. 7, 8, 9.

A αἱρέσεων γέγονεν ἀπὸ Σίμωνος τοῦ Μάγου· ὃς καὶ ἐν Συρίᾳ πολλὰ διαπραξάμενος ἄτοπα, καὶ ἐν Ῥώμῃ γενόμενος, πολὺ τὴν Ἐκκλησίαν ἔσκυλε διὰ μαγείας καὶ διαβολικῆς ἐνεργείας καὶ ἐμπειρίας. Ἐν μὲν γὰρ Καισαρείᾳ τῇ Στράτωνος ἐμοὶ Πέτρῳ συντυχὼν, ἐπειρᾶτο, etc.

*Idem, edit. Basil., p.* 195, *l.* XLII, etc. *Reg. tom.* 1, *p.* 237, *D*, etc.

De quibus sane etiam in apostolicis Constitutionibus divinus sermo ait: *Jam vero etiam*, etc. Lib. VI, cap. 22, 20; lib. 5. cap. 12.

Περὶ ὧν μέντοι κἀν ταῖς ἀποστολικαῖς Διατάξεσί φησιν ὁ θεῖος λόγος· Ἤδη δὲ καὶ, etc.

*Idem, edit. prioris p.* 238, *l.* 1, etc., *posterioris tom. I, p.* 289, *B*, etc.

Et in apostolicis Constitutionibus divinus sermo ita loquitur: *Judex autem non sit personarum acceptator*, etc. Lib. II, cap. 5, 37, 42, 9, 49.

B Καὶ ἐν ταῖς ἀποστολικαῖς Διατάξεσιν ὁ θεῖος λόγος οὕτως φησίν· Ἔστω δὲ ὁ κριτὴς ἀπροσωπόληπτος, etc.

*Joannes Zonaras, ad canonem apostolorum sexagesimum.*

Multi libri ab impiis hominibus adulterati sunt, in simpliciorum perniciem: sicut et apostolicæ Constitutiones episcopis scriptæ per sanctum Clementem, quæ ideo synodice rejectæ sunt.

Πολλὰ βιβλία παρὰ τῶν ἀσεβῶν ἐνοθεύθησαν εἰς βλάβην τῶν ἁπλουστέρων· ὥσπερ καὶ αἱ διὰ τοῦ Κλήμεντος γραφεῖσαι τοῖς ἐπισκόποις ἀποστολικαὶ Διαταγαὶ, αἳ διὰ τοῦτο καὶ συνοδικῶς ἀπεβλήθησαν.

*Lege eumdem, ad canonem ultimum apostolorum, et ad canonem Laodicenum sexagesimum. Ex ejus etiam ineditis Scholiis, ad epistolam festalem S. Athanasii, citat ista Jacobus Usserius, in dissertatione de scriptis Ignatii, Polycarpi et Romani Clementis, cap.* 7.

Doctrinam vero apostolorum, quidam dicunt esse Constitutiones per Clementem scriptas; quas quæ sexta dicitur synodus legi non permittit, veluti adulteratas et corruptas ab hæreticis.

C Τὴν Διδαχὴν δὲ τῶν ἀποστόλων, τινὲς λέγουσιν εἶναι τὰς διὰ τοῦ Κλήμεντος γραφείσας Διατάξεις, ἃς ἡ λεγομένη ἕκτη σύνοδος ἀναγινώσκεσθαι οὐ συγχωρεῖ, ὡς νοθευθείσας καὶ παραφθαρείσας ὑπὸ αἱρετικῶν.

*Alexius Aristinus, in Synopsi canonum; ex Trullana Constantinopolitana synodo, num.* 7, *Bibliothecæ juris canonici veteris tom. II, p.* 698.

Quæ ab heterodoxis furtim inserta sunt Constitutionibus apostolorum per Clementem editis, sunt repudianda. *Eadem verba usurpat Simeon Magister et Logotheta, in Epitome can., ibid.*, p. 742.

Τὰ παρὰ τῶν ἑτεροδόξων κλοπιμαίως ἐμβεβλημένα ταῖς διὰ Κλήμεντος τῶν ἀποστόλων Διατάξεσιν, ἀποκήρυκτα.

*Ex ejusdem scriptoris mss. scholiis, ad canonem apostolorum ultimum, ista citat Usserius, in dissertatione de S. Ignatio*, etc., *cap.* 15.

Secundus canon synodi sextæ in Trullo habitæ, omnino rejicit hasce Constitutiones; propterea quod iis nonnulla ab heterodoxis adjecta fuerint adulterina, et aliena a pietate.

D Ὁ δεύτερος κανὼν τῆς ἐν τῷ Τρούλλῳ γενομένης ἕκτης συνόδου, παντελῶς ἀποβάλλεται τὰς τοιαύτας Διαταγὰς [87] διὰ τὸ ἐν αὐταῖς ὑπὸ τῶν ἑτεροδόξων προστεθῆναί τινα νόθα καὶ ξένα τῆς εὐσεβείας.

*Constantinus Harmenopulus, in Epitome canonum, sect.* 2, *tit.* 4, *tom. I Juris Græco-Romani, p.* 28.

In libro qui dicitur sanctorum apostolorum Constitutiones, hæc tradita sunt: *Diaconissa nihil eorum quæ presbyteri*, etc., *lib.* VIII, *cap.* 28.

Ἐν ταῖς λεγομέναις τῶν ἁγίων ἀποστόλων Διατάξεσι, ταῦτα διείληπται· Διακόνισσα οὐδὲν ὧν οἱ πρεσβύτεροι, etc.

*Theodorus Balsamon, ad canonem apostolorum ultimum.*

Tu autem scias, quod licet hic scriptum sit, ut legamus Clementis Constitutiones, sed non divulgemus; attamen secundus canon sextæ synodi

Σὺ δὲ γίνωσκε ὡς εἰ καὶ γέγραπται ἐνταυθοῖ ἀναγινώσκειν ἡμᾶς τὰς Διαταγὰς τοῦ Κλήμεντος, πλὴν μὴ δημοσιεύειν αὐτὰς, ἀλλ' ὁ β' κανὼν τῆς ς' συν-

[87] Cod. R. 2418, διατάξεις.

Digitized by Google

ὁδου ἀπηγόρευσε τὴν τούτων ἀνάγνωσιν, διὰ τὸ γε νέσθαι παραποίησιν ἐν αὐταῖς.

A earum lectionem prohibuit, quoniam in illis adulteratio facta est. *Lege ejusdem Responsa ad Interrogationes Marci Alexandrini, cap. 1 et 2, in Jure Græco-Romano, tom. I, p. 363.*

*Matthæus Blastares, nondum editus, initio Collectionis canonum, per titulos, ordine alphabetico; ubi de canonibus apostolorum.*

Φησὶ γὰρ (ἡ ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ ἕκτη σύνοδος) τοὺς ὑπὸ τῶν πρὸ ἡμῶν ἁγίων Πατέρων καὶ δεχθέντας καὶ κυρωθέντας, ἀλλὰ μὴν καὶ παραδοθέντας ἡμῖν ἐπ' ὀνόματι τῶν ἁγίων καὶ ἐνδόξων ἀποστόλων, ὀγδοήκοντα πέντε κανόνας, τὸ κῦρος ἔχειν καὶ ἡμεῖς κελεύομεν· πλὴν τῶν τοῦ Κλήμεντος ἐπιστολῶν τε καὶ διατάξεων. Αὗται γὰρ πρὸς τῶν δυσσεβῶν πολὺ τὸ νόθον καὶ σφαλερὸν εἰσεδέξαντο.

Ait enim, (sancta et œcumenica sextæ synodus) a sanctis Patribus qui ante nos fuerunt, receptos atque confirmatos, sed et nobis nomine sanctorum et gloriosorum apostolorum traditos, octoginta quinque canones, auctoritatem habere nos quoque præcipimus, exceptis Clementis epistolis et constitutionibus : illæ enim ab impiis multam adulterationem ac falsitatem acceperunt.

*Ibidem, littera β', capite 11.*

Ἃς δὲ προστίθησι διὰ τοῦ Κλήμεντος δύο ἐπιστολὰς, καὶ τὰς πονηθείσας τούτῳ Διατάξεις τῶν ἀποστόλων· ὕστερον ὁ τῆς ἕκτης συνόδου δεύτερος κανὼν διέγραψεν, ὡς πολὺ τὸ νόθον πρὸς τῶν αἱρετικῶν καὶ παράγγραπτον δεξαμένας.

B Quas vero (canon apostolorum octogesimus quintus) adjicit duas Clementis epistolas, et ab eodem elaboratas Constitutiones apostolorum, postea secundus sextæ synodi canon abrogavit, quasi quæ per hæreticos multum adulterationis ac interpolationis accepissent.

*Et paulo post :*

Ἔξωθεν δὲ τῶν κανονιζομένων εἶναί φησιν (ὁ μέγας Ἀθανάσιος) τὴν Σοφίαν Σολομῶντος, etc., καὶ τὴν Διδαχὴν τῶν ἁγίων ἀποστόλων· ταύτην δὲ ἡ ἕκτη σύνοδος ἠθέτησεν, ὡς δεδήλωται.

Extra autem canonicos libros ait esse, (magnus Athanasius) Sapientiam Salomonis, etc., et Doctrinam sanctorum apostolorum : hanc autem sexta synodus rejecit, quemadmodum jam declaratum est.

*Et infra, de canone apostolorum sexagesimo.*

Οὐ μόνον γὰρ οἱ περὶ πλείστου τὸ ψεῦδος ποιούμενοι, λόγοις οἰκείοις τὸ δυσσεβὲς αὐτῶν φρόνημα κρατύνειν πειρῶνται, ἀλλὰ καὶ τοῖς τῶν εὐσεβῶν συγγράμμασιν τὰ σφέτερα παρενείρουσιν· ὡς ἐν ταῖς βηθείσαις ἐπιστολαῖς τοῦ ἱεροῦ Κλήμεντος, καὶ ταῖς Διατάξεσιν ἐσκαιώρηται.

C Non solum enim qui maximi faciunt mendacium, propriis libris impiam suam sententiam nituntur confirmare; sed etiam sua, scriptis piorum inscrunt; quemadmodum in memoratis sacri Clementis epistolis et Constitutionibus perperam factum fuit.

*In littera κ', capite 3, ubi de canone Trullano secunda.*

Τοὺς πέντε καὶ ὀγδοήκοντα τῶν ἁγίων ἀποστόλων, φημὶ, πλὴν τῶν διὰ Κλήμεντος Διατάξεων, αὗται γὰρ πολὺ τὸ νόθον πρὸς τῶν κακοδόξων δίκην ζιζανίων εἰσεδέξαντο, τὸ κῦρος ἔχειν κελεύει.

Octoginta quinque canones sanctorum apostolorum, inquam; exceptis Constitutionibus per Clementem scriptis (ipsæ enim multam adulterationem a pravæ sententiæ hominibus, instar zizaniorum acceperunt) jubet habere auctoritatem. *Vide not. in Const. ap., lib. VI, c. 8.*

*Nicephorus Callisti, Ecclesiasticæ historiæ lib. III, cap. 18*

Τοῦτον συγγραφέα καὶ τῶν ἀποστολικῶν Διατάξεων, ἀλλὰ δὴ καὶ τῶν ἱερῶν κανόνων πιστεύομεν.

D Hunc (Clementem) et apostolicarum Constitutionum, et sacrorum quoque apostolicorum Canonum auctorem esse credimus. *Lege lib. II, c. 46.*

*Nicetas Serronius, vel, ut alii, Serranus aut Serrensis, ad Orationem quadragesimam secundam S. Gregorii Nazianzeni, num. 26, pag. 1153. C. tom. II. Ad ista verba Theologi, tom. I, p. 685. A.* Τοιοῦτον γὰρ τὸ ὑπὲρ ἡμῶν σφάγιον, ἔνδυμα ἀφθαρσίας καὶ ὃν καὶ καλούμενον. *Talis enim est victima pro nobis cæsa, quæ incorruptionis indumentum et est et appellatur.*

Illud autem, *Incorruptionis indumentum*, ex Octabiblo Clementina sumptum est, ubi hæc verba sunt : *Ut dignos eos habeat lavacro regenerationis, quod incorruptionis indumentum est.* In Constit. lib. VIII, cap. 6, ubi vide not.

*Constitutiones apostolicas laudant præterea Anastasius, quem alii Sinaitam, alii Nicænum vocant, in Quæstionum et Responsionum volumine; editionis Gretseri, Resp. 1, 6, 12, 14, 15, 16, 20, 22, 35, 46, 52, 60, 64 et 65. Nicolaus Methonensis,* De corpore et sanguine Christi, *in Bibliotheca Patrum, et alii. Denique a multis refertur, Æthiopes has Constitutiones pro vere apostolicis habere. Qua de re plus semel egimus in notis.*



Digitized by Google

# ΔΙΑΤΑΓΑΙ (3)
# ΤΩΝ ΑΓΙΩΝ ΑΠΟΣΤΟΛΩΝ

ΔΙΑ

# ΚΛΗΜΕΝΤΟΣ

## ΤΟΥ ΡΩΜΑΙΩΝ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΤΕ ΚΑΙ ΠΟΛΙΤΟΥ

Η

# ΚΑΘΟΛΙΚΗ ΔΙΔΑΣΚΑΛΙΑ.

—

# CONSTITUTIONES
## SANCTORUM APOSTOLORUM

PER

# CLEMENTEM
## EPISCOPUM ET CIVEM ROMANUM

SEU

# CATHOLICA DOCTRINA.

(Cotelerius, *Patres apostolici*, ed. Amstælod. 1724, t. I.)

—

### CAPITA LIBRI PRIMI.


I. De avaritia.

II. De non reddenda contumelia, nec ulciscendo eo, qui injuriam fecit.

III. De ornatu, et peccato inde proficiscente.

IV. Quod non oportet de iis, qui male vivunt, satagere, sed operi suo vacare.

V. Quos Scripturæ libros oporteat legere.

VI. Quod oporteat abstinere ab omnibus gentilium libris.


### ΚΕΦΑΛΑΙΑ ΤΟΥ ΠΡΩΤΟΥ ΒΙΒΛΙΟΥ.


α'. Περὶ πλεονεξίας.

β'. Περὶ τοῦ μὴ ἀνθυβρίζειν, ἢ ἀμύνασθαι τὸν ἀδικοῦντα.

γ'. Περὶ καλλωπισμοῦ, καὶ τῆς ἐκεῖθεν ἁμαρτίας.

δ'. Ὅτι οὐ δεῖ περιεργάζεσθαι τοὺς κακῶς ζῶντας, ἀλλὰ τῷ οἰκείῳ ἔργῳ σχολάζειν.

ε'. Ποῖα τῆς Γραφῆς βιβλία δεῖ ἀναγινώσκειν.

ς'. Περὶ τοῦ ἀπέχεσθαι πάντων τῶν ἔξωθεν βιβλίων.


### VARIORUM NOTÆ.

(3) *Διαταγαί*. In Eclogis codicis Mazariniani, nunc Regii 2347 : Διαταγαὶ τῶν ἁγίων καὶ πανευφήμων ἀποστόλων, αἱ διὰ Κλήμεντος προσφωνηθεῖσαι· βιβλίον πρῶτον. Ἐν τῇ *Καθολικῇ διδασκαλίᾳ* καὶ παραίνεσις περὶ λαϊκῶν, ἐν κεφαλαίοις ια'. *Constitutiones sanctorum maximeque prædicandorum apostolorum, quæ per Clementem nuncupatæ fuerunt. Liber primus. In* Catholica doctrina *etiam cohortatio de laicis, in capitibus* 11; nimirum, præfatione pro capite primo computata. Agebamus mox de titulis. *Doctrinam* vero, *Doctrinam sacram, Doctrinam catholicam* dictas Constitutiones, in ipsis etiam reperies, Præfatione, et lib. II, cap. 12, (in lemmate) cap. 39, lib. VI, cap. 14 et 18. Quod nomen διδασκαλίας, sicut διδαχῆς, est Novi Testamenti. Act. II, 42 : Ἦσαν δὲ προσκαρτεροῦντες τῇ διδαχῇ τῶν ἀποστόλων. II Timoth. III, 10 : Σὺ δὲ παρηκολούθηκάς μου τῇ διδασκαλίᾳ. Cot.

Digitized by Google

ζ'. Περὶ γυναικὸς φαύλης.
η'. Περὶ ὑποταγῆς γυναικὸς πρὸς ἄνδρα καὶ φιλάνδρου καὶ σώφρονος.
θ'. Περὶ τοῦ μὴ συλλούεσθαι γυναῖκα ἀνδράσιν.
ι'. Περὶ μαχίμου καὶ γλωσσώδους γυναικός.

A VII. De muliere prava.
VIII. De uxoris virum diligentis et castæ subjectione erga maritum.
IX. Quod mulier non debet cum viris lavare.
X. De muliere contentiosa et loquace.

# ΒΙΒΛΙΟΝ ΠΡΩΤΟΝ.

## ΠΕΡΙ ΛΑΪΚΩΝ.

Οἱ ἀπόστολοι καὶ οἱ πρεσβύτεροι πᾶσι τοῖς ἐξ ἐθνῶν πιστεύσασιν εἰς τὸν (4) Κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ τοῦ παντοκράτορος Θεοῦ, διὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, πληθυνθείη ἐν ἐπιγνώσει αὐτοῦ.

B Θεοῦ φυτεία ἡ καθολικὴ Ἐκκλησία, καὶ ἀμπελὼν αὐτοῦ ἐκλεκτὸς (5), οἱ πεπιστευκότες εἰς τὴν ἁπλανῆ θεοσέβειαν αὐτοῦ, οἱ τὴν αἰώνιον καρπούμενοι διὰ πίστεως βασιλείαν αὐτοῦ, οἱ δύναμιν αὐτοῦ εἰληφότες καὶ μετουσίαν τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ὡπλισμένοι διὰ Ἰησοῦ, καὶ ἐνστερνισμένοι τὸν φόβον αὐτοῦ (6), ῥαντίσματος μέτοχοι τοῦ τιμίου καὶ ἀθώου αἵματος τοῦ Χριστοῦ, οἱ παῤῥησίαν εἰληφότες τὸν παντοκράτορα Θεὸν πατέρα καλεῖν, συγκληρονόμοι καὶ συμμέτοχοι τοῦ ἠγαπημένου Παιδὸς αὐτοῦ· ἀκούσατε διδασκαλίαν ἱερὰν οἱ ἀντεχόμενοι τῆς ἐπαγγελίας αὐτοῦ ἐκ προστάγματος τοῦ Σωτῆρος, ὁμόστοιχον (7) ταῖς ἐνδόξοις φθογγαῖς αὐτοῦ. Φυλάσσεσθε, οἱ Θεοῦ υἱοὶ, ἅπαντα εἰς C ὑπακοὴν Θεοῦ πράσσειν· καὶ γένεσθε ἀρεστοὶ ἐν πᾶσι Χριστῷ τῷ Θεῷ (8) ἡμῶν· ἐὰν γάρ τις ἀνομίαν με-

[58-72] Isa. v, 7, 2. Citat. Epiphan. hær. 45, n. 5.

# LIBER PRIMUS.

## DE LAICIS.

Apostoli et presbyteri, omnibus qui ex gentibus in Dominum Jesum Christum crediderunt; gratia vobis et pax ab omnipotente Deo, per Dominum nostrum Jesum Christum, in agnitione ejus multiplicetur.

B Ecclesia catholica, plantatio Dei est, et vinea ejus electa [58-72]; qui in certissimam Dei religionem credidere, qui sempiternum ejus regnum per fidem compararunt, qui ejus virtutem et Spiritus sancti participationem acceperunt, per Jesum armati, et timorem ejus toto pectore amplexi, aspersionem pretiosi et innocentis sanguinis Christi communicantes, qui fiduciam acceperunt ut nomine patris Deum omnipotentem appellarent, cohæredes et consortes dilecti Filii ejus: audite, qui ex præcepto Salvatoris promissionem ejus retinetis, sacram doctrinam, gloriosis ipsius vocibus consoC nam. Attendite, filii Dei, ut omnia in obedientia Dei faciatis; et in omnibus estote Christo Deo nostro accepti. Si quis enim iniquitatem sectetur,

## VARIORUM NOTÆ.

(4) *Εἰς τὸν*, etc. Ms. Vindob. ἐπὶ τόν.

(5) *Ἀμπελὼν αὐτοῦ ἐκλεκτός*. Epithetum ἐκλεκτὸς sumptum est ex versione Symmachi Is. v, 2. Ille enim vocem שֹׂרֵק Σωρὴκ, *Sorek*, reddiderat ἐκλεκτὴν, uti discimus ex SS. Basilio et Hieronymo ad eum textum. Addit Hieronymus, interpretationem hanc solius Symmachi esse. Idemque ac Basilius docuerat Theodoritus ibidem; verum hodie non habemus integra ejus verba. Editi libri, καὶ ἐφύτευσα ἄμπελον. Ἔχει δὲ ἑρμηνεία τὸ ἀληθές· ἐκλεξάμενος γὰρ Ἀβραὰμ τὸν πατριάρχην ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, ἐκ τῶν τούτου κλημάτων τὸν ἄμπελῶνα ἐφύτευσεν· cum sensus postulet, post ἄμπελον, hæc aut similia, Σωρὴκ Σύμμαχος ἡρμήνευσεν *ἐκλεκτὴν*. A Tertulliano quoque *Adversus Judæos*, cap. 13; *Contra Marcionem*, lib. III, cap. 23; lib. IV, cap. 29; Origene homil. 12, in *Jeremiam*, et ad Matthæi XXI, D 33, etc; Ambrosio *Hexaemeron* lib. III, cap. 12; Chrysostomo et Cyrillo in *Isaiam*, aliisque, retinetur ex LXX Sorek, Sorec, vel Sorech, Σωρὴκ aut Σωρὴχ. Itaque abest a vero, quod tanquam ex Procopio Gazæo Curterii ait Jacobus Usserius, in Syntagmate de editione LXX Interpretum, cap. 4, ubi Vulgata Græca editio habet Σωρὴκ, ibi veros Septuaginta scripsisse ἐκλεκτὴν. Fraudi fuit viro insigniter docto Liber indiligenter visus; in quo ἐκλεκτὴν non refertur ad Σωρὴχ, sed ad σταφυλὴν, vocabulum ejusdem versiculi. Et vero שֹׂרֵק non raro in sacro contextu usurpatur. Insignis est locus Gen. XLIX, 11, quem præclare versum invenies in disputatione Archelai adversus Manichæum, post Socratem et Sozomenum præstantissimi Valesii, pag. 202, col. 2, *qui alligavit ad vitem pullum suum, et ad optimam vitem pullum asinæ suæ*. At Seniores per ἕλιξ exposuerunt; id autem cum multa apud Græcos significet, possitque intelligi etiam de funiculo, ac de cilicio, occasio errandi exstitisse videtur Latinis Interpretibus, qui reddunt apud Hieronymum in *Traditionibus Hebraicis*, et apud Augustinum lib. XVI, *De civitate Dei*, cap. 41, ac lib. XII *contra Faustum Manichæum*, cap. 42: *Alligans ad vitem pullum suum, et funiculo pullum asinæ*, aut, *et cilicio pullum asinæ suæ*. In quod erratum non incurrissent, si cum Theodorito quæst. 110, *in Genesim*, Diodoro in Catena ms. in Genesim, ac forte Cyrillo in *Glaphyris*, legissent καὶ τῇ ἕλικι τῆς ἀμπέλου. S. Cyprianus *helicem* servat, lib. I *Testimoniorum*, c. 21, et S. Ambrosius aliique *ad palmitem* interpretantur. *Arbitror ergo*, Rufini verba sunt, Præfatione in librum *De benedictionibus Judæ*, quem sequetur qui volet, me nullatenus repugnante, *quod hic ipse Græcus sermo in Latinis exemplaribus antiquitus positus est, ut et alia nonnulla, et per tempus a scriptoribus non intelligentibus pro* ἕλικι *cilicium dici putatum est*. Cot.

(6) *Ἐνστερνισμένοι τὸν φόβον αὐτοῦ*. Cum Turriano posui in Versione *timorem ejus toto pectore amplecti*, sicut Zonaras ἐνστερνιζόμεθα canone 1, Concilii generalis VII, explicat ἀγαπητικῶς δεχόμεθα καὶ κατασπαζόμεθα. Forte tamen in sensu passivo accipi debet, pro circumdati ac pectus muniti timore Dei. ID.

(7) *Ὁμόστοιχον*. Ms. Vind. ὁμοστοίχως, *convenienter*. Vulg. lectio et melior. CLER.

(8) *Χριστῷ τῷ Θεῷ*. Uterque codex Vindob. Κῷ, hoc est, Κυρίῳ, quod rationi loquendi apostolorum est magis consentaneum, quam secutus esse videtur qui hunc fœtum apostolis supposuit; sed Orthodoxus Librarius Κυρίῳ mutavit in Θεῷ. ID.

Digitized by Google

et quæ Dei voluntati adversa sunt faciat; ille ac si ex gente iniqua esset, a Deo reputabitur.

ταδιώκῃ καὶ τὰ ἐναντία τῷ θελήματι τοῦ Θεοῦ ποιῇ, ὡς παράνομον ἔθνος, τῷ Θεῷ ὁ τοιοῦτος λογισθήσεται.

## CAPUT PRIMUM.

### *De avaritia.*

Abstinete igitur ab omni avaritia et injustitia: etenim in lege scriptum est: « Non concupisces uxorem proximi tui, neque agrum ejus, neque servum ejus, neque ancillam ejus, neque bovem ejus, neque subjugale ejus, nec quæcunque proximi tui sunt [73]; » quia omnis horum cupiditas a malo est. Qui enim uxorem, aut servum, aut ancillam proximi concupiscit; jam mente adulter ac fur est; nisi resipiscat, judicatus est a Domino nostro Jesu Christo; per quem Deo gloria, in sæcula. Amen. In Evangelio siquidem, repetens, firmans et adimplens legis Decalogum, ait: « Quia in lege scriptum est: Non mœchaberis; ego autem dico vobis [74]: » id est, Ego per Mosen in lege locutus sum; nunc vero idem ipse dico vobis: « Quicunque aspexerit uxorem proximi ad concupiscendum eam, jam mœchatus est eam in corde suo; » hic qui concupivit, animi adulter judicatus est. Qui vero bovem aut asinum cupit, nonne cogitat furari, et sua facere, et abducere? Rursus qui agrum appetit, et in eo affectu perseverat, nonne maligne id agit, ut terminos agri scalpendo, cogat possessorem, nullo sibi pretio tradere? Dicit enim alicubi propheta: « Væ qui adjungunt domum ad domum, et agrum agro continuant, ut aliquid proximi auferant [75]: » idcirco ait: « Nunquid habitabitis soli in terra? Audita namque sunt hæc in auribus Domini Sabaoth [76]. » Et alio in loco: « Maledictus qui transfert terminos proximi sui; et dicet omnis populus: Fiat. » Unde et Moses ait: « Non transmovebis fines proximi tui, quos patres tui posuerunt [77]. » Ob hanc igitur causam timores, mortes, judicia, damnationes hominibus hujusmodi divinitus impendent; iis autem qui Deo obediunt, una hæc lex Dei simplex, vera ac viva insita est: « Quod ab alio oderis tibi fieri, tu alteri ne feceris [78]. » Non vis ut alius uxorem tuam nequiter ad stuprum aspiciat, neque ipse in uxorem proximi tui oculum im-

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Α'.

### *Περὶ πλεονεξίας.*

Ἀπέχεσθε οὖν πάσης πλεονεξίας καὶ ἀδικίας· καὶ γὰρ ἐν τῷ νόμῳ γέγραπται· « Οὐκ ἐπιθυμήσεις (9) τὴν γυναῖκα τοῦ πλησίον σου, οὐδὲ τὸν ἀγρὸν αὐτοῦ, οὐδὲ τὸν παῖδα αὐτοῦ, οὔτε τὴν παιδίσκην αὐτοῦ, οὔτε τὸν βοῦν αὐτοῦ, οὔτε τὸ ὑποζύγιον αὐτοῦ, οὔτε ὅσα τοῦ πλησίον σου ἐστίν· » ὅτι ἡ πᾶσα τούτων ἐπιθυμία ἐκ τοῦ πονηροῦ ὑπάρχει. Ὁ γὰρ ἐπιθυμήσας τὴν γυναῖκα, ἢ τὸν παῖδα, ἢ τὴν παιδίσκην τοῦ πλησίον, ἤδη κατὰ διάνοιαν μοιχὸς καὶ κλέπτης ἐστίν. Ἐὰν μὴ μεταγνῷ, κέκριται (10) ὑπὸ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, δι' οὗ (11) ἡ δόξα τῷ Θεῷ (12) εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν. Λέγει γὰρ ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ, ἀνακεφαλαιούμενος καὶ στηρίζων καὶ πληρῶν τὴν Δεκάλογον τοῦ νόμου· « Ὅτι ἐν τῷ νόμῳ γέγραπται· Οὐ μοιχεύσεις· ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν· » τουτέστιν, ἐν τῷ νόμῳ διὰ Μωσέως ἐγὼ ἐλάλησα, νῦν δὲ ὁ αὐτὸς ὑμῖν λέγω· « Πᾶς ὅστις ἐμβλέψει εἰς τὴν γυναῖκα τοῦ πλησίον πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι αὐτὴν, ἤδη ἐμοίχευσεν αὐτὴν ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ· » οὗτος ἐκρίθη μοιχὸς κατ' ἔννοιαν, ὁ ἐπιθυμήσας. Ὁ δὲ τὸν βοῦν ἢ τὸν ὄνον ἐπιθυμήσας, οὐκ ἐπὶ τῷ κλέψαι, καὶ ἰδιοποιήσασθαι, ἢ καὶ ἀπαγαγεῖν αὐτὰ διανοεῖται; ἢ ὁ τὸν ἀγρὸν πάλιν ἐπιθυμήσας, καὶ ἐπιμείνας τῇ τοιᾷδε διαθέσει, οὐ πονηρεύεται, ὅπως ὀρογλυφήσας ἀναγκάσῃ τὸν ἔχοντα τοῦ μηδενὸς ἀποδόσθαι αὐτῷ; φησὶ γάρ που ὁ προφήτης (13)· « Οὐαὶ οἱ συνάπτοντες οἰκίαν πρὸς οἰκίαν, καὶ ἀγρὸν πρὸς ἀγρὸν ἐγγίζοντες, ἵνα τοῦ πλησίον ἀφέλωνταί τι· » διὸ λέγει· « Μὴ οἰκήσητε μόνοι ἐπὶ τῆς γῆς; ἠκούσθη γὰρ εἰς τὰ ὦτα Κυρίου Σαβαὼθ ταῦτα. » Καὶ ἀλλαχοῦ· « Ἐπικατάρατος ὁ μετατιθεὶς ὅρια τοῦ πλησίον αὐτοῦ, καὶ ἐρεῖ πᾶς ὁ λαός, γένοιτο. » Διό φησι καὶ (14) ὁ Μωσῆς· « Οὐ μετακινήσεις ὅρια τοῦ πλησίον σου, ἃ ἔθεντο πατέρες σου (15). » Διὰ τοῦτο οὖν φόβοι, θάνατοι, δικαστήρια, καταδίκαι, παρὰ τοῦ Θεοῦ τοῖς τοιούτοις ἐπακολουθοῦσι· τοῖς δὲ ὑπηκόοις Θεῷ ἀνθρώποις εἷς νόμος Θεοῦ ἁπλοῦς, ἀληθὴς, ζῶν, οὗτος ἐνυπάρχει· « Ὃ σὺ μισεῖς ὑφ' ἑτέρου σοι γενέσθαι, σὺ ἄλλῳ οὐ ποιήσεις (16). » Οὐ

[73] Exod. xx, 17. [74] Matth. v, 27. [75] Isa. v, 8. [76] Deut. xxvii, 17. [77] Deut. xix, 14. [78] Tob. iv, 16.

## VARIORUM NOTÆ

(9) *Οὐκ ἐπιθυμήσεις.* Convenientius Hebraicæ veritati, Exod. xx, 17, ac nunc in LXX, a quibus addita videntur nonnulla velut paraphrastice ex aliis Scripturæ testimoniis. Optime autem διαταγεῖς nostri ὑποζύγιον paulo post mutant in ὄνον. Mos enim LXX חֲמוֹר interpretari ὄνον et ὑποζύγιον. Et cum Zachariæ IX, 9, iidem habeant, ἐπιβεβηκὼς ἐπὶ ὑποζύγιον καὶ πῶλον νέον, Matth. XXI, 5, citatur, ἐπιβεβηκὼς ἐπὶ ὄνον καὶ πῶλον υἱὸν ὑποζυγίου. Similiterque Balaami ὄνος Numer. XXII, 21, etc. Petro epist. II, cap. II, vers. 16, est ὑποζύγιον. Legendus Suidas in voce Ὑποζύγια. Cot.

(10) *Κέκριται.* Huic voci prælegitur καὶ in Vind. ms. incommode. Cler.

(11) *Δι' οὗ.* Idem ms. ᾧ, incommode. Orthodoxi Librarii esse videtur. Id.

(12) *Τῷ Θεῷ.* Abest ab utroque cod. Vindobonensi, et debuit abesse mutato δι' οὗ in ᾧ a manu orthodoxa. Id.

(13) *Ὁ προφήτης.* Ms. Vindob. Ἡσαΐας, quæ est glossa. Id.

(14) *Καί.* Omittitur in utroque cod. et debet omitti, jam enim ad testimonium citatus est Moses. Id.

(15) *Ἃ ἔθεντο πατέρες σου.* Absunt hæc ab utroque perperam, sunt enim non tantum in Hebraico textu, verum etiam in LXX Intt. Male etiam ab iis abest vox ἁπλοῦς, paulo post. Id.

(16) *Ὃ σὺ μισεῖς ὑφ' ἑτέρου, κ. τ. λ.* Proxime accedit ad Vulgatam Tob. IV, 16: *Quod ab alio oderis fieri tibi, vide ne tu aliquando alteri facias*, Græci. καὶ ὃ μισεῖς, μηδενὶ ποιήσῃς. Infra lib. III, cap. 15: Ὃ μισεῖς σοι γενέσθαι, οὐδὲ ἄλλῳ σὺ ποιή-

Digitized by Google

βούλει τῇ γυναικί σου τινὰ ἐμβλέψαι κακῶς εἰς διαφθορὰν αὐτῆς, μηδὲ σὺ τῇ τοῦ πλησίον σου γυναικὶ κακοήθως ἀτενίσῃς. Οὐ βούλει σου τὸ ἱμάτιον ἀρθῆναι, μηδὲ σὺ τὸ τοῦ ἑτέρου ἄρῃς. Οὐ θέλεις πληγῆναι, λοιδορηθῆναι, ὑβρισθῆναι, μηδὲ σὺ ἄλλῳ ταῦτα διαθῇς.

A probe intendas. Non vis pallium tibi furto tolli, neque tu alterius abstuleris. Non vis pulsari, male audire, contumeliis affici; neque ipse alium similibus afficias.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Β'

### *Περὶ τοῦ μὴ ἀνθυβρίζειν, ἢ ἀμύνασθαι τὸν ἀδικοῦντα*

Ἀλλὰ καταρᾶταί σέ τις; σὺ εὐλόγησον αὐτόν· ὅτι γέγραπται ἐν τῇ βίβλῳ τῶν Ἀριθμῶν· « Ὁ εὐλογῶν σε εὐλόγηται· καὶ ὁ καταρώμενός σε, κεκατήραται. » Ὁμοίως καὶ ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ γέγραπται· « Εὐλογεῖτε τοὺς καταρωμένους ὑμᾶς· » ἀδικούμενοι μὴ ἀνταδικήσητε, ἀλλ' ὑπομείνατε· ὅτι λέγει ἡ Γραφή· « Μὴ εἴπῃς, Τίσομαι τὸν ἐχθρόν, ἃ με ἠδίκησεν· ἀλλ' ὑπόμεινον, ἵνα σε ἐκδικήσῃ (17) ὁ Κύριος, καὶ ἐκδικίαν ἐπαγάγῃ τῷ ἀδικοῦντί σε. » Καὶ γὰρ πάλιν ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ λέγει· « Ἀγαπᾶτε (18) τοὺς ἐχθροὺς ὑμῶν· καλῶς ποιεῖτε τοῖς μισοῦσιν ὑμᾶς, καὶ προσεύχεσθε ὑπὲρ τῶν ἐπηρεαζόντων ὑμᾶς καὶ διωκόντων· καὶ ἔσεσθε υἱοὶ τοῦ Πατρὸς ἡμῶν τοῦ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ὅτι τὸν ἥλιον αὐτοῦ ἀνατέλλει ἐπὶ πονηροὺς καὶ ἀγαθοὺς, καὶ βρέχει ἐπὶ δικαίους καὶ ἀδίκους. » Προσέχωμεν οὖν, ἀγαπητοὶ, ταῖς ἐντολαῖς ταύταις, ἵνα τέκνα φωτὸς εὑρεθῶμεν πράσσοντες αὐτάς. Βαστάζετε οὖν, οἱ δοῦλοι καὶ υἱοὶ τοῦ Θεοῦ, ἀλλήλους. Ὁ μὲν ἀνὴρ πρὸς τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα ἔστω μὴ ὑπερήφανος, ἀλλὰ πρᾶος καὶ ἐπιεικὴς καὶ ἡσύχιος· ἡ δὲ γυνὴ πρὸς τὸν ἄνδρα αἰδήμων καὶ ἐπιμελὴς καὶ ἁγνὴ καὶ ὑποτεταγμένη· ἵνα ὁ μὲν ἀνὴρ ἀγαπᾷ τὴν γυναῖκα, ἡ δὲ γυνὴ φοβῆται τὸν ἄνδρα.

## CAPUT II.

### *De non reddenda contumelia, nec ulciscendo eo qui injuriam fecit.*

Sed aliquis tibi maledicit? tu benedic ei: quoniam scriptum est in libro Numerorum[79]: « Qui benedicit tibi, benedictus est, et qui maledicit tibi maledictus est. » Similiter et in Evangelio scriptum est: « Benedicite iis qui maledicunt vobis[80]; » injuria affecti, injuriam ne referatis, sed tolerate; quandoquidem Scriptura dicit: « Ne dicas: Ulciscar inimicum de iis quæ in me inique egit, sed exspecta, ut te vindicet Dominus, et vindictam inducat in eum, qui te injuria affecit[81]. » Rursus enim in Evangelio ait: « Diligite inimicos vestros; benefacite his qui oderunt vos; et orate pro persequentibus et calumniantibus vos; et eritis filii Patris vestri, qui in cœlis est; qui solem suum oriri facit super malos et bonos, et pluit super justos et injustos[82]. »[83] Attendamus itaque, dilecti, hæc præcepta, ut ea facientes reperiamur filii lucis. Quocirca, servi ac filii Dei, ferte vos mutuo. Ac maritus quidem ne in uxorem superbus arrogansque sit, sed benignus ac facilis,

[79] Cap. XXIV, 9. [80] Luc. VI, 28. [81] Prov. XX, 22. [82] Matth. V, 44. [83] L. Ignat. Interpol. ad Philad. 3.

## VARIORUM NOTÆ.

σεις, et lib. VII, cap. 2: Πᾶν ὃ μὴ θέλεις γενέσθαι σοι, καὶ σὺ τοῦτο ἄλλῳ οὐ ποιήσεις. Philo Judæus apud Eusebium *Præparat. evangel.* VIII, 7: Ἅ τις παθεῖν ἐχθαίρει, μὴ ποιεῖν αὐτόν. Chrysostomus hom. 13, ad populum Antiochenum: Ὃ μισεῖς, ἄλλῳ μὴ ποιήσῃς. Valerianus Cemeliensis homil. 13: *Quod tibi non vis, alio* (pro *alii*) *ne facias.* Operis imperfecti in Matthæum auctor ad cap. XXI, vers. 10. Pseudo-Clemens Epistola decretali 1, ac vulgo Latini: *Quod tibi fieri non vis, alteri ne feceris.* Quo de ultimo insignem Ælii Lampridii in Alexandro Severo locum nemo nescit. Inveni etiam in membranis Regiis num. 2386, hoc Apophthegma Orionis philosophi, editum an ineditum juxta nescio: Ὅπερ σὺ μισεῖς παρ' ἑτέρων σοι γενέσθαι, τοῦτο εἰς ἑτέρους μὴ ποίει. Præterea Act. XV, 29, in exemplaribus Irenæi, Cypriani, auctoris versionis Æthiopicæ, nonnullisque hodiernis, post πορνείας cernebatur et cernitur, καὶ ὅσα μὴ θέλετε ἑαυτοῖς γενέσθαι, ἑτέροις μὴ ποιεῖν. *Et quæcunque non vultis vobis fieri, aliis ne feceritis.* Vide primum lib. III, *Adversus hæreses*, cap. 12, secundum lib. III *Testimoniorum ad Quirinum*, cap. penult. Vide etiam *Prima religionis Christianæ rudimenta apud Saxones et Alemanos*, quæ cum Haymonis Historia edita fuerunt Lugduni Batavorum, p. 31. In Sexti Sententiis, sent. 169: *Quod pati non vis ab alio, neque id facias.* Nilus παραινέσει tertia, γενοῦ τοῖς πᾶσιν, ὡς σοι θέλεις πάντας. Denique cap. 5 *Eclogarum* S. Maximi, Socrati tribuitur, ἃ πάσχοντες ὑφ' ἑτέρου ὀργίζεσθε, ταῦτα τοῖς ἄλλοις μὴ ποιεῖτε. Cot.

(17) Ἐκδικήσῃ. Βοηθήσῃ. Alter codd. Vindobon. minus recte. Cler.

(18) Ἀγαπᾶτε, etc. Omittit εὐλογεῖτε τοὺς καταρωμένους ὑμᾶς, quod mox citaverat ex Lucæ VI, 28. Eademque omissio in Latino Interprete, ac in multis Patribus Græcis et Latinis, Isidoro Pelusiota lib. IV, epist. 11, Ambrosio in psalmum XXXVIII, auctore *Operis imperfecti in Matthæum*. Hieronymo, etc. Augustinus variat, interdumque agnoscit illud, *Benedicite his qui vobis maledicunt*, ut libro contra Adimantum cap. 17, interdum ignorat, ut epistola 54, et sermone 170, *De tempore*. Apud Origenem vero tom. XXII et XXV, *in Joannem*, et apud Cyprianum lib. *De bono patientiæ*, ac lib. *De zelo et livore*, invenies duntaxat: *Diligite inimicos, et orate pro eis, qui vos persequuntur.* At apud nonnullos comma de quo agimus, ad finem versus transfertur. Pari modo in ordine verborum versiculi sequentis multum discrepant antiqui, sed sine ullo sensus dispendio, aliis exhibentibus: *Qui pluit super bonos et malos, et solem suum oriri facit super justos et injustos.* Ita Tertullianus, II in Marcionem, 17, et Palladius Dialogo de Vita S. Chrysostomi cap. 16. Lege Origenem relatum in *Catena in Matthæum*. Aliis: *Qui solem suum oriri facit super justos et injustos, et pluit super bonos et malos.* Sic Philastrius parte III, hæresi 83, et Basilius Seleuciensis in fine orationis 16, ubi etiam ὅς τις ponit, quod legebant Interpretes, Latinus, Syrus et Persa. Aliis: *Qui pluit super justos et injustos, et solem suum oriri facit super malos et bonos.* Eo modo Basilius Cæsariensis *Asceticarum constitutionum* cap. 1. Quibusdam cum Vulgata, quibusdam cum Græco concordantibus; quibusdam modo uni, modo alteri accedentibus. Cot.

Digitized by Google

suæ tantum uxori placere cupiens, eique honorate blandiri, studens esse illi suavis.

## CAPUT III

*De ornatu, et peccato inde proficiscente*

Ne ornes te, ut quæpiam in te capiatur. Sive enim ab ea coactus, in ea pecces, æterna mors tibi a Deo superveniet, et acerbo sensus cruciatu punieris. Sive non committas scelus, sed mulierem repellas, ac neges ei; etiam in hoc, re licet infecta, peccasti; quod scilicet, cultu tuo illaqueasti mulierem, ut te appeteret; effecisti enim, ut hoc modo affecta appetitu adulterium in te committeret; non tamen adeo in culpa es; quia ad eam quæ amore tui irretita est, non misisti: neque enim tu appetisti illam, ei vero te si non dedas, misericordiam a Domino Deo consequeris, qui dixit: « Non mœchaberis, et Non concupisces [84]. » Quod si illa te aspecto, aut tibi intempestive occurrens, mente percussa est, et ad te misit; tu autem, ut erga Deum religiosus, negasti ei; hæc vero, quia es formosa juventute conspicuus, corde adeo vulnerata est, ut te amare cœperit; tu peccati mulieris reus inveniris, tanquam auctor scandali, et maledicti hæres [86]. Quare Dominum Deum precare, ut nihil tibi mali propterea infligatur. Neque enim hominibus te oportet placere, in peccatum; sed potius Deo adhærere, in vitæ sanctitatem, et in requiem æternam. Pulchritudinem tibi a Deo et natura tributam noli insuper ornare; sed eam modeste tempera apud homines; ita ut comæ capillum non nutrias; conscindas potius ac concerpas eum; ne pexus, et illæsos retinens capitis pilos, aut unguentis delibutus, illas mulieres ad te pellicias, quæ sic capi aut capere solent. [87-88] Neque vestitu exquisito, ad decipiendum utaris; nec fascias vel crepidas pedibus tuis nequiter componas; sed quod solum honestas et necessitas postulant usurpa: neque auream palam digitis tuis induas; quandoquidem hæc omnia meretriciæ vitæ

A

B

C

φανος, μηδὲ ἁλαζὼν, ἀλλ' εὔσπλαγχνος, εὐμετάδοτος, τῇ ἰδίᾳ γυναικὶ μόνον (19) βουλόμενος ἀρέσκειν, καὶ ταύτην κολακεύειν ἐντίμως, σπουδάζων καταθύμιος εἶναι αὐτῇ.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Γ'.

*Περὶ καλλωπισμοῦ, καὶ τῆς ἐκεῖθεν ἁμαρτίας.*

Μὴ καλλωπιζόμενος εἰς τὸ ἀγρευθῆναί τινα ἑτέραν (20) ἐπὶ σοί. Εἴτε γὰρ ἀναγκασθεὶς (21) ὑπ' αὐτῆς, ἁμαρτήσῃς εἰς αὐτὴν, θάνατος παρὰ Θεοῦ ἐπελεύσεταί σοι αἰώνιος, ἐν αἰσθήσει πικρῶς κολαζομένῳ. Εἴτε μὴ ποιήσῃς τὸ μύσος, ἀλλ' ἀποσεισάμενος αὐτὴν, ἀρνήσῃ αὐτὴν [84], καὶ τοῦτο ἡμαρτες, εἰ καὶ μὴ ποιήσῃς (22), μόνον δὲ τὸ διὰ τοῦ καλλωπισμοῦ σου παγιδεῦσαι γυναῖκα εἰς τὸ ἐπιθυμῆσαί σου· ἐποίησας γὰρ τὴν τοῦτο παθοῦσαν, διὰ τῆς ὀρέξεως μαχεσθῆναι ἐπὶ σοί· ἀλλ' οὐχ οὕτως ὑπάρχεις, διὰ τὸ μὴ προσαποστεῖλαί σε τῇ ἐπὶ σὲ πεπαγιδευμένῃ· οὐ γὰρ σὺ ἐπεθύμησας αὐτῆς· μὴ συνεπιδιδοὺς δὲ αὐτῇ ἑαυτὸν, ἐλεηθήσῃ ὑπὸ Κυρίου τοῦ Θεοῦ τοῦ εἰπόντος· « Οὐ μοιχεύσεις, » καὶ, « Οὐκ ἐπιθυμήσεις. » Εἰ γὰρ ἐκείνη θεασαμένη σε, ἢ ἀκαίρως συναντήσασα, ἐπλήγη τὴν διάνοιαν, καὶ προσέπεμψέ σοι, σὺ δὲ ὡς θεοσεβὴς ἠρνήσω (23) αὐτὴν (24), ἐκείνη μέντοι τὴν καρδίαν ἐτραυματίσθη, εὐμόρφου νεωτέρου ὑπάρχοντός σου καὶ καλλωπισμένου, ὥστε ἐρασθῆναί σου, ἕνεκας εὑρίσκῃ σὺ τοῦ ἐκείνης παραπτώματος, ὡς αἴτιος αὐτῆς σκανδάλου γενόμενος, καὶ τοῦ οὐαὶ κληρονόμος (25). Διὸ δεήθητι Κυρίου τοῦ Θεοῦ, ὅπως μηδέν σοι διὰ τούτου κακὸν στηριχθῇ. Οὐ γὰρ ἀνθρώποις σε χρὴ ἀρέσκειν εἰς ἁμαρτίαν, ἀλλὰ Θεῷ εἰς ὁσιότητα ζωῆς τε καὶ ἀναπαύσεως τῆς αἰωνίου ἀντέχεσθαι. Τὸ ὑπὸ τῆς φύσεώς σοι δεδομένον ἐκ Θεοῦ κάλλος μὴ προσεπικαλλώπιζε, ἀλλὰ ταπεινοφρόνως μετρίασον αὐτὸ πρὸς ἀνθρώπους, οὕτω τὴν τρίχα σου τῆς κόμης μὴ παρατρέφων, μᾶλλον δὲ συγκόπτων καὶ καθαίρων αὐτήν· ἵνα μὴ κατακτενιζομένου (26) σου καὶ ἄσκυλτον τηροῦντος τὴν κεφαλὴν, ἢ καταμεμυρισμένου σου, ἐπαγάγῃς σεαυτῷ τὰς οὕτως ἀγρευομένας ἢ ἀγρευούσας γυναῖκας. Μηδὲ ἐπιτετηδευμένῃ σὺ τῇ ἐσθῆτι χρήσῃ εἰς ἀπάτην, μηδὲ ἀναξυρίδας (27), ἢ

[84] Al. αὐτό, sic Vien. 2. [85] Exod. xx, 14, 17. [86] Matth. v, 28. [87-88] Epiphan. hær. 80, n. 7.

## VARIORUM NOTÆ.

(19) *Móvor.* Deest in mss. Vindob. nec sane sensui necessarium est. CLER.

(20) *Ἑτέραν.* Al. ἑταίραν. Alter codex νεωτέραν, quod absurdum sane non est, juniores enim potissimum καλλωπισμοῖς alliciuntur. Ib.

(21) *Ἀναγκασθείς.* Blanditiis, nempe, quæ non minus πειθανάγκη sunt, quam minæ. Ib.

(22) *Ποιήσῃς.* Al. ἐπίσεις pro ἐπίσης. Alter Vindob. ἐπ' ἴσης pro ἐπ' ἴσῃ, *perinde*. Alioqui Græce ἐν ἴσῳ dicere solent. Ib.

(23) *Ἠρνήσω αὐτήν.* Eclogæ in codice Regio addunt, ἀπέσχου τε καὶ οὐχ ἡμαρτες εἰς αὐτήν. Hoc est, interprete Turriano, *et abstinuisti, neque in eam peccasti.* Quæ exciderunt a Græco contextu propter repetitionem vocis αὐτήν. COT.

(24) *Ib.* Alter Vindob. ἀπέχου τε καὶ οὐχ ἡμαρτες εἰς αὐτήν, non male. CL.

(25) *Καὶ τοῦ οὐαὶ κληρονόμος.* Absunt ab utroque Vindobonensi. Ib.

(26) *Κατακτενιζομένου.* Uterque cod. Vind. κατακνιζομένου, *pruriente*, quod non est a reipsa alienum, quamvis vulg. lectio commodum sensum pariat. Ib.

(27) *Μηδὲ ἀναξυρίδας ἢ κρηπῖδάς σου*, κ. τ. λ. His respondent, meo quidem judicio, quæ ex apostolorum διατάξεσι ait S. Epiphanius in hæresi Massalianorum, cap. 7: Μήτε ὑπερηφανίας ὑπόδειγμα, δικαιοσύνης τὴν προσέλευσιν ἔχειν. Ita quippe distinguo, vertendum autem arbitror, *neque superbiæ speciem, justitiæ incessum habere.* Id est, non oportere ut vir justus et fidelis in suo ingressu fastum ostendat. Siquidem fasciæ, et crepidæ, similiaque nimii cultus, non modo luxuriam indicant, sed et arrogantiam, in quam etiam *Constitutiones* invehi patet ex adverbio ταπεινοφρόνως paulo ante posito. Non me præterit, eruditissimum Usserium in cap. 9 Prolegomenorum ad S. Ignatium, componere cum verbis Epiphanii initium sequentis capitis: Οὐκ ἔσῃ ὡς πετόμενος καὶ ἐμπιπατῶν καὶ ἁλώμενος ἐν ταῖς ῥύμαις, ἀκαιροσκόπτης τῶν κακῶς ζώντων. Verum eo capite non agi-

Digitized by Google

χρηπῖδάς σου τοῖς ποσὶ κακοτέχνως ὑπορράψῃς (28) · ἀλλὰ τὸ τῆς σεμνότητος καὶ τῆς χρείας μόνον · μηδὲ χρυσήλατον σφενδόνην τοῖς δακτύλοις σου περιθῇς, ὅτι ταῦτα πάντα ἑταιρισμοῦ τεκμήρια ὑπάρχει (29), ἅπερ παρὰ τὸ προσῆκον ἐπιτηδεύων οὐ ποιήσεις δικαίως. Πιστῷ γάρ σοι ὄντι καὶ ἀνθρώπῳ τοῦ Θεοῦ οὐκ ἔξεστί σοι τρέφειν τὰς τρίχας (30) τῆς κεφαλῆς, καὶ ποιεῖν εἰς ἓν (31), ὃ ἐστι σπατάλιον · ἢ ἀπόχυμα (32), ἢ μεμερισμένην τηρεῖν · οὐδὲ μὲν ὀγκοποιεῖν, ἢ διαξαίνοντά (33) τε καὶ πλάσσοντα οὖλην διατιθεῖν, ἢ ξανθοποιεῖν αὐτήν· ἐπείπερ καὶ ὁ νόμος ἀπαγορεύει φάσκων ἐν τῷ Δευτερονομίῳ · « Οὐ ποιήσετε ὑμῖν σεισόην (34), οὐδὲ ἀναξυρίδας (35). » Χρὴ δὲ οὐδὲ γενείου

A indicia sunt; quibus si præter officium studueris, juste non ages. Tibi quoque qui fidelis et homo Dei es, non licet nutrire comam, et in unum colligere, quod spatalium est; vel effundere, aut discriminatam servare; neque etiam tumefacere, neque carpendo ac formando crispam reddere, neque flavam facere eam : quandoquidem et lex in Deuteronomio vetat dicens : « Non facietis vobis sisoem, neque anaxyridas[89]. » Oportet præterea non barbæ pilum corrumpere, nec formam hominis contra naturam mutare[90]. « Non » enim, inquit lex, « depilabitis barbas vestras[91]. » Nam decori gratia creator Deus leves mulieres fecit; id porro viris inconcinnum

[89] Lev. xix, 27; et xxi, 5. [90] Epiph. ibid. [91] Ibid.

## VARIORUM NOTÆ.

tur de superbo incessu, sed de inani curiosaque cursitatione. Ἀναξυρίδες porro quid sint, præter Lexicographos Pollucem, Hesychium, Suidam, Phrynichum, auctorem Etymologici magni, auctorem Glossarum Herodoti, et præter Diodorum Siculum lib. v, Himerium Sophistam in Photii codice CCXLIII, aliosque, Hieronymus et Theodoritus docent, quando exponunt textum Danielis III, 21, ad quem legi debet Scholium Græcum prout correctum fuit a Drusio *Quæst. Hebraic.* lib. III, cap. 60. Imperite vero Erasmus, interpretans Chrysostomi homiliam 37 *in Acta apostolorum*, ἀναξυρίδας facit gladios peculiares, anaxyridas ductos. At recte Rufinus in Josephi Ἀρχαιολογίας lib. III, cap. 11 (al. 8), vertit Vastrapas, quæ, teste Glossarii Latino-Græci scriptore, femoralia sunt. A nobis Gallis inde appellantur *des guêtres*. Atque de integumentis ac ornamentis femorum et pedum, multa ne diceremus, eo nos fasce levarunt viri docti diligentia sua. Monemus tantum de loco *Nomicarum Glossarum* : Ὀδονάρια (seu ὀώνάρια aut οὐδωνάρια) τὰ περιαπτόμενα τοῖς ποσὶν ὑφάσματα, ἃ λέγεται ποδάπανα κατὰ Καθαρῶν · τὰ δὲ ἄλλα, πόδια (ita corrigunt) ὡς εἰπεῖν, τὰ ἐξ ἱματίων γεγενημένα, ἃ παρά τισιν ὀδώνια κέκληται ἢ βράκαι, χερσὶ περιτιθέασι, δακτυλίους δὲ τοῖς ποσίν; sic eum restituendum videri, ἃ λέγεται πόδια. Πανάριον vel Πανάρια κατὰ Καθαρῶν; non vero juxta sententiam clarissimi theologi Dionysii Petavii ad Panarii Epiphaniani verba, hæresi 59 Catharorum, cap. 11 : Ὡς Ἐπιφάνιος κατὰ Καθαρῶν. Ct.

bora, offer Domino spontanea tua. Ait enim Scriptura: « Honora Dominum de justis tuis laboribus [34]. » In Corbonam mittere si non potes, saltem peregrinis unum, vel duo, vel quinque æra minuta tribue [35]. Thesauriza tibi cœlestes divitias, quas neque tinea, neque fures devastare queant [36]. Hæc agens, noli episcopum tuum judicare, neque laicum gregalem tuum; nam si fratrem judices, judex absque ele- A ξένοις ἐν, ἢ δύο, ἢ πέντε λεπτά. Θησαύριζε σαυτῷ τὸν οὐράνιον πλοῦτον, ὃν οὔτε σὴς, οὔτε κλέπται λυμανοῦνται. Καὶ ποιῶν οὕτω, μὴ κρῖναι τὸν ἐπίσκοπόν σου ἢ τὸν συλλαϊκόν· ἐὰν γὰρ κρίνῃς τὸν ἀδελφόν, κριτὴς ἐγένου, μηδενός σε προχειρισαμένου· τοῖς γὰρ ἱερεῦσιν ἐπετράπη κρίνειν μόνοις· ὅτι εἴρηται αὐτοῖς· « Κρῖμα δίκαιον κρίνατε. » Καὶ πάλιν· « Γίνεσθε τραπεζῖται δόκιμοι (31). » Ὑμῖν γὰρ οὐκ ἐπιτέτραπται.

[34] Prov. III, 9. [35] Marc. XII, 41. [36] Matth. VI, 20.

## VARIORUM NOTÆ.

evangelistam, et Josephum explicare per δῶρον. Sed ab illis δῶρον sumitur duntaxat de dono pietatis. Δῶρον τῷ Κυρίῳ reddunt LXX, Levit. I, 10, et II, 4, et III, 1. Δῶρον τῷ Θεῷ apud Epiphanium hæresi 33, cap. 4; et δῶρον Θεοῦ in Josepho lib. I *contra Apionem* statim a medio. Neque enim sollicitare oportet Josephi lectionem, cum δῶρον Θεοῦ eodem modo dicat, quo alibi χρήματα Θεοῦ, et Θεοῦ θησαυρόν: quove Lucas c. XXI, v. 4, posuit τὰ δῶρα τοῦ Θεοῦ, *munera Dei*. Cot.

(31) *Γίνεσθε τραπεζῖται δόκιμοι.* Mandatum hoc, licet nullibi Scripturarum exstet, laudatur tamen tanquam Scripturæ etiam a Clemente Alexandrino, sub finem Stromatei I; Origene ad Matth. XXII, 23, 24; XXIV, 4, 5; Pamphylo, initio Apologetici pro Origene; Palladio, *De vita Chrysostomi* c. 4 et Nicephoro, *Historiæ ecclesiasticæ* lib. X, c. 26. Evangelicum autem esse tradunt cum Apelle hæretico, apud Epiphanium hæresi 44, c. 2, Cassianus, collatione I, cap. 20, et II, c. 9, atque auctor *Quæstionum Cæsario*, Gregorii Nazianzeni fratri, ascriptarum, responsione ad interrogationem 140. Qui tamen locus effictus est ex illo citato Palladii, scriptoris Cæsario recentioris. Christo tribuunt præter postremos tres, *Clementinorum* pater homil. 2, n. 51, homil. 3, n. 50, et homil. 18, n. 20; Origenes tom. XIX in *Joannem* ad cap. VIII, vers. 20; Hieronymus sub finem epistolæ 152; Chrysostomus, sermone *Cur in Pentecoste Acta apostolorum legantur*, paulo post initium, et Socrates lib. III *Historiæ* cap. 16. Contra, apostolicam vocem appellat Dionysius Alexandrinus in Epistola *ad Philemonem Romanorum presbyterum*, cujus verba referuntur ab Eusebio *Hist. eccl.*, lib. VII, c. 7. Et Pauli esse ait Cyrillus Alexandrinus, ad Isaiæ III, 3. Usurpant vero idem effatum, aut ob oculos habent e Patribus plurimi. Vide præcipue, si lubet, Clementem Stromateum lib. VI, p. 655; lib. VII, p. 754; Origenem homilia 3 in *Leviticum*, homil. 12 (Hieronymo 9) in *Jeremiam* paulo post medium, homil. 19 in eumdem prophetam sub finem, homilia 2 in *Ezechielem* paulo post initium, tom. XII in *Matthæum* non longe a principio, et ad Matthæi XXIII, 37; item homil. 1 in *Lucam*, quem locum imitatur Ambrosius initio Commentariorum in illud Evangelium; præterea in Joannem tom. XXV, ad capitis VIII versiculum 46, et tom. XXXII, ad cap. XIII, vers. 20; Athanasium Epistola *ad Solitarios* circa principium, Cyrillum Hierosolymitanum catechesi VI, in fine; Basilium homilia in principium *Proverbiorum* ante medium et ad *Isaiæ* I, 22; III, 2; V, 20; Gregorium Nazianzenum carmine iambico 18, p. 218; Ambrosium in *Lucæ* XIX, 45; Hieronymum lib. I *Apologiæ adversus Rufinum* cap. 4, lib. III Commentariorum in Epistolam ad *Ephes.*, in finem capitis IV, et ad vers. 10 cap. V, et libro in Epistolam ad *Philemonem* ad vers. 5; Procopium Gazæum super *Leviticum* pag. 33; Gregorium Papam lib. XXXIII *Moralium* cap. 26; Damascenum *Orthodoxæ fidei* lib. IV, cap. 18, et Epiphanium diaconum, sermone panegyrico *ad Synodum generalem septimam*. Quæritur nunc, quid de celeberrimo loco sentiendum sit. Equidem doctorum virorum sententiæ studiosos doctrinarum non fugiunt. Meam ego paucis verbis lectori examinandam ita propono. Ex traditione, sive non scripta, sive in quodam melioris notæ apocrypho relata ferebatur, divino Novi Testamenti oraculo pronuntiari: *Estote probi trapezitæ*. Id aliquis compertum apposuit ad oram codicis sui, Matth. XXV, 27, et Luc. XIX, 23, ubi τραπεζιτῶν mentionem factam videbat. Alius adnotandum putavit ad locum consimilem Apostoli I Thessal. V, 21. Tertius forsan, tribus in prædictis locis collocavit. Ac nescio an non etiam scriptum fuerit in margine Epistolæ primæ Joannis cap. IV, vers. 1. Inde postea in sacrum contextum verba spuria irrepserunt. Quo factum, ut velut Scripturæ, velut evangelica, velut Christi, velut apostolica, velut Pauli, velut Christi simul et Pauli (quod videtur putasse Socrates) citarentur. Certe cum textibus memoratis solent conjungi. Remque declarat Cyrillus Alexandrinus, cum dicit: Τοιοῦτόν τι καὶ ὁ μακάριος Παῦλός φησι· Γίνεσθε φρόνιμοι τραπεζῖται, πάντα δοκιμάζετε, τὸ καλὸν κατέχετε, ἀπὸ παντὸς εἴδους πονηροῦ ἀπέχεσθε. Quæ posteriora leguntur in dicta Epistola ad Thessalonicenses. Itaque notari meretur ingens Rufini confidentia: qui eo quod nostrum testimonium non reperiret in apostolicis exemplaribus quibus utebatur, vertendo locum Dionysii in Eusebii *Historia*, γίνεσθε δόκιμοι τραπεζῖται, non est interpretatus, sed pro eo substituit, *Omnia legite, quæ bona sunt tenete;* quo modo dictum Apostolicum I Thessalon. V, 21, adducit S. Augustinus libro *De natura et gratia* cap. 39. Minoris errati reus arguitur Nicephorus lib. X, cap. 26, ubi Socratem Historicum pro more compilans, quod ille Christo et Apostolo ascribit, generali voce θείου λόγου proponit: quo (si mea valet suspicio) *Constitutionum* præsentem locum involvat, de quibus dici θείον λόγον ex Epiphanio et Cedreno observavimus initio notarum. Sicut autem hic habetur τραπεζῖται δόκιμοι, et capite sequenti ἀργυρονόμοι ἐπιστήμονες: ita in Philone Judæo, libro *De judice*, ad finem, ἀργυραμοιβὸς ἀγαθός; in Gregorio Nazianzeno, carmine supra citato, εὐφυὴς ἀργυρογνώμων· in Cyrillo Alexandrino, φρόνιμοι τραπεζῖται· in Origene, tractatu 27 in Matthæum, *prudentes nummularii;* homil. 1 in Lucam, *ab exercitatissimis trapezitis;* ad *Joannis* XIII, 20, καλοὶ τραπεζῖται· in Theodoro Studita, serm. Catechet. 125, τῶν καλῶν τραπεζιτῶν; in Hieronymo, I adversus Rufinum, *probus trapezita*, in caput V Epistolæ ad Ephesios *prudentissimi trapezitæ*, in Epistolam ad Philemonem *callidus trapezita*, in Ambrosio ad c. I et XIX Lucæ, *bonus nummularius, boni nummularii;* in Epiphanio diacono, *a divinis trapezitis*, et in Joanne Climaco *Scalæ* gradu 4, paulo ante finem, ἄριστος τραπεζίτης. Denique cum verbis capitis subsequentis merito conferentur ista Chrysostomi in sermone jam laudato: Καθάπερ γὰρ οἱ τραπεζῖται τὸ μὲν κίβδηλον καὶ παράσημον ἐκβάλλουσι νόμισμα, τὸ δὲ δόκιμον καὶ ὑγιὲς δέχονται; necnon ista Damasceni pariter citati: Γενώμεθα δόκιμοι τραπεζῖται, τὸ μὲν γνήσιον καὶ καθαρὸν χρυσίον σωσεύοντες, τὸ δὲ κίβδηλον παραιτού-

Digitized by Google

Τοὐναντίον γὰρ εἴρηται τοῖς ἔξω τοῦ ἀξιώματος τοῦ δικαστικοῦ, ἢ διδασκαλικοῦ (32) ὑπάρχουσι· « Μὴ κρίνετε, καὶ οὐ μὴ κριθῆσεσθε. » Estote probi trapezitæ[38]: » vobis autem id non est permissum; imo contra, iis qui dignitatem aut judicis aut magistri non habent, dictum est: « Nolite judicare, et non judicabimini [39-39]. »

A ction effectus es; atqui solis sacerdotibus judicare est concessum, quippe quibus dictum sit: « Judicium justum judicate[37]; » et rursum: « Es-

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΑΖ'.

*Περὶ κατηγόρων καὶ συκοφαντῶν· καὶ ὅπως* (33) *χρὴ μὴ προχείρως πιστεύειν ἢ ἀπιστεῖν τούτοις τὸν κριτήν, ἀλλὰ μετὰ ἀκριβοῦς ἐξετάσεως.*

Τὸν μέντοι ἐπίσκοπον δεῖ κρίνειν ὀρθῶς, καθὼς γέγραπται· « Τὴν δικαίαν κρίσιν κρίνετε. » Καὶ ἀλλαχοῦ· « Τί δὲ καὶ ἀφ' ἑαυτῶν οὐ κρίνετε τὸ δίκαιον; » Γίνεσθε οὖν ὡς ἀργυρονόμοι ἐπιστήμονες. Καθάπερ γὰρ οὗτοι τὰ φαῦλα τῶν νομισμάτων ἀποκρίνουσι, τὰ δὲ δόκιμα οἰκειοῦνται· τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον καὶ τὸν ἐπίσκοπον χρὴ, τὰ μὲν ἄμωμα κατέχειν, τὰ δὲ ἐπίμωμα ἢ θεραπεύειν, ἢ ἀνιάτως νοσοῦντα ἀπορρίπτειν· καὶ μὴ ταχέως κόπτειν, μηδὲ οἷς δήποτε πιστεύειν· ἐγχωρεῖ γάρ τινας καὶ διὰ ζῆλον, ἢ φθόνον κατά τινος ἀδελφοῦ ἐνστήσασθαι ψευδῆ κατηγορίαν· ὡς οἱ δύο πρεσβύτεροι ἐπὶ τῆς Σωσάννης ἐν Βαβυλῶνι, καὶ ἡ Αἰγυπτία ἐπὶ τῷ Ἰωσήφ. Σὺ οὖν, ὡς Θεοῦ ἄνθρωπος, τὰ τοιαῦτα μὴ προχείρως παραδέχου, ἵνα μὴ ἀνέλῃς τὸν ἀθῷον καὶ ἀποκτείνῃς τὸν δίκαιον. Ὁ γὰρ τοιαῦτα παραδέχεσθαι θέλων, ὀργῆς πατήρ ἐστι μᾶλλον ἢ εἰρήνης· ὅπου δὲ ὀργὴ, ἐκεῖ ὁ Κύριος οὐκ ἔστιν· ἡ γὰρ ὀργὴ τοῦ Σατανᾶ ὑπάρχουσα φίλη, λέγω δὲ, ἡ παρὰ τὸ δίκαιον κινουμένη διὰ τῶν ψευδαδέλφων, οὐδέποτε ἄφησι γενέσθαι ὁμόνοιαν ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ. Ὅθεν ἐπιγινώσκοντες τοὺς τοιούτους ἄφρονας, ἐριστὰς, ζηλωτὰς, χαιρεσικάκους (34), μὴ πιστεύετε αὐτοῖς· ἀλλὰ καὶ παρατηρεῖσθε τοὺς τοιούτους, ἀκούοντές τι παρ' αὐτῶν κατὰ ἀδελφοῦ· ὅτι οὐδὲν ἐν ὀφθαλμοῖς αὐτῶν φόνος· καὶ οὔ τις οὐχ ὑπονοεῖ, καταβάλλουσιν ἄνδρα. Σὺ οὖν πρόσεχε τῷ κατηγορηθέντι, ἐν σοφίᾳ παρατηρῶν τὴν ἀναστροφὴν αὐτοῦ, τίς καὶ ὁποία τυγχάνει· καὶ εἰ εὕροις αὐτὸν ἀληθεύοντα, κατὰ τὴν τοῦ Κυρίου διδαχὴν ποίησον, καὶ μόνον παραλαβὼν τὸν κατηγορηθέντα, ἔλεγξον αὐτὸν, ὅπως μεταγνῷ, μηδενός σοι συμπαρόντος. Εἰ δὲ οὐ πεισθείη, γενόμενος δεύτερος, ἢ τρίτος, οὕτως αὐτῷ ὑπόδειξον τὸ πλημμέλημα, νουθετήσας αὐτὸν ἐν πραότητι καὶ παιδείᾳ· ὅτι « ἐν καρδίᾳ ἀγαθῇ ἀναπαύσεται σοφία· ἐν δὲ καρδίᾳ ἀφρόνων οὐ διαγινώσκεται. »

## CAPUT XXXVII.

*De accusatoribus et delatoribus; et quod judex non debeat illis facile credere, vel non credere, sed adhibita diligenti inquisitione.*

Porro episcopum oportet recte judicare; sicut scriptum est: « Justum judicium judicate[40]; » et alibi: « Quid vero a vobis ipsis quod justum est non judicatis[41]? » Estote igitur tanquam argentarii periti. Ut enim illi nummos adulterinos rejiciunt, probos autem retinent; eumdem ad modum oportet ut episcopus quæ non habent maculam complectatur, quæ autem maculosa sunt, vel curet, vel si desperanter laborent, abjiciat; non tamen statim amputet, nec quibusvis credat[42]; fit enim nonnunquam, ut aliqui æmulatione ac invidia ducti adversus fratrem falsam accusationem instituant; ut olim Babylone duo senes adversus Susannam[43], utque Ægyptia mulier contra Josephum[44]. Talia tu, qui homo Dei es, non temere admittes, ne forte innocentem perimas, et occidas justum. Qui enim hæc libenter audit, magis iræ pater est, quam pacis; ubi vero ira est, hinc Dominus abest; quia ira Satanæ amica; illam dico, quæ, a falsis fratribus contra æquitatem concitata, nunquam concordiam in Ecclesia subsistere patitur. Unde cognitis iis hominibus, imprudentibus, contentiosis, æmulis, malevolentibus, nolite fidem illis habere; quin potius cum eos audieritis fratrem criminari, cautionem adhibete; quia homicidium ludus illis videtur ac nihilum; et ubi nemo suspicatur, prosternunt hominem. Tu ergo accusatum considera, et sapienter expende mores illius, qui ac quales sint; et si accusatorem vere ac juste loqui compereris, secundum Domini doctrinam facito; reum assumptum solum, nemine præsente argue, ut pœnitentiam agat: quod si non patitur se persuaderi, adhibitis duobus vel tribus, ipsi quantum deliquerit ostende[45], admonens eum cum mansuetudine ac disciplina; quoniam « in corde bono requiescet sapientia; in corde autem imprudentium non dignoscitur[46]. »

[37] Deut. I, 16, et XVI, 18; Zach. VII, 9. [38-39] Luc VI, 37. [40] Jo. VII, 24. [41] Luc XII, 57. [42] Laudatur a Cedreno. Vide Vet. Testim. [43] Dan. XIII. [44] Gen. XXXIX. [45] Matth. XVIII, 15. [46] Prov. XIV, 33.

## VARIORUM NOTÆ.

μενοι. Omiseram notare assertionem Constitutoris, de præcepto, *Estote probi trapezitæ*, sacerdotibus dato, congruere cum oratione Dionysii Alexandrini de eodem dicto πρὸς τοὺς δυνατωτέρους emisso: alios tamen id vocis pro generali monito habuisse. Cor.

(32) Ἢ *διδασκαλικοῦ*. Deest in codice altero Vindobonensi, et abesse debet; sermo enim est de judice, non de doctore. Cler.

(33) Ὅπως. Legit ὅτι alter cod. Vind. Ib.

(34) *Χαιρεσικάκους*. Vind. codices, ἐπιχαιρεσικάκους, a quibus abest ζηλωτάς. Ib.

Digitized by Google

## CAPUT XXXVIII.

*Quod oporteat delinquentes privatim arguere, et pœnitentes recipere, secundum constitutionem Domini.*

Si ergo in ore trium vestrum persuasus fuerit, bene habet; sin aliquis obduret, dic Ecclesiæ [47]; quam si non audierit, sit tibi sicut ethnicus et publicanus; nec amplius eum tanquam Christianum in Ecclesia relinque, sed tanquam ethnicum remove; volentem tamen resipiscere, suscipe; neque enim ethnicum vel publicanum in communione recipit Ecclesia, priusquam eum priorum impietatum pœniteat; Dominus enim noster Jesus, Christus Dei, mores mutantibus instituit pœnitentiam.

## CAPUT XXXIX.

*Exempla pœnitentiæ.*

Etenim ego Matthæus, unus ex duodecim, qui vobis in hac doctrina loquuntur, sum apostolus, et quidem qui prius fueram publicanus; qui vero nunc per fidem misericordiam consecutus sum, priorum operum pœnitens, et dignus habitus ut apostolus et verbi divini præco efficerer. Et Zacchæus, quem Dominus pœnitentem ac illi supplicantem recepit, ipse etiam publicanus antea fuit. Jam vero milites et turba publicanorum cum accedunt ad Dominicum de pœnitentia sermonem, a propheta Joanne post baptismum audiunt : « Nihil amplius quam quod constitutum est vobis, facite [48]. » Similiter nec deplorata est vita ethnicorum, modo pœnitentia ducti abjiciant incredulitatem. Itaque velut ethnicum et publicanum habe eum, qui in malo opere deprehensus pœnitentiam detrectat. Si vero postea sententiam mutet, et ab errore se retrahat : quem-

A

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΛΗ'.

*Ὅτι χρὴ* (35) *τοὺς ἁμαρτάνοντας ἰδιαζόντως ἐξελέγχειν, καὶ τοὺς μετανοοῦντας προσδέχεσθαι, κατὰ τὴν τοῦ Κυρίου διάταξιν.*

Ἐὰν οὖν πεισθῇ ἐπὶ στόματος τῶν τριῶν ὑμῶν, εὖ ἂν ἔχοι· εἰ δέ τις σκληρύνοιτο, εἰπὲ τῇ Ἐκκλησίᾳ· ἐὰν δὲ καὶ τῆς Ἐκκλησίας παρακούσῃ, ἔστω σοι ὡς ὁ ἐθνικὸς καὶ ὁ τελώνης· καὶ μηκέτι αὐτὸν ὡς Χριστιανὸν παραδέχου ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ, ἀλλ' ὡς ἐθνικὸν παραιτοῦ· εἰ δὲ βούλοιτο μετανοεῖν, προσλαμβάνου· οὐδὲ γὰρ τὸν ἐθνικὸν, ἢ τὸν τελώνην εἰς κοινωνίαν παραδέχεται (36) ἡ Ἐκκλησία, πρὶν ἢ μεταγνῷ ἕκαστος αὐτῶν ἐκ τῶν προτέρων ἀσεβημάτων· τοῖς γὰρ μεταμελομένοις τόπον μετανοίας ὥρισεν ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς, ὁ Χριστὸς (37) τοῦ Θεοῦ.

B

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΛΘ'.

*Παραδείγματα ἐπὶ μετανοίας.*

Καὶ γὰρ ἐγὼ Ματθαῖος, εἷς τῶν δώδεκα τῶν ἐν τῇδε τῇ διδασκαλίᾳ λαλούντων ὑμῖν, εἰμὶ ἀπόστολος καὶ αὐτὸς ὢν τελώνης μὲν πρότερον, νῦν δὲ διὰ τοῦ πιστεύειν ἠλεημένος, μετεγνωκώς τε τῶν προτέρων πράξεων, καὶ ἠξιωμένος ἀπόστολος εἶναι καὶ κήρυξ τοῦ λόγου, καὶ Ζακχαῖος, ὃν ὁ Κύριος προσελάβετο ἐν μετανοίᾳ δεηθέντα αὐτοῦ, ὁμοίως καὶ αὐτὸς τελώνης τὸ πρότερον ὑπῆρχεν. Ἤδη δὲ καὶ στρατιῶται καὶ τελωνῶν ὄχλος προσελθόντες τῷ Κυριακῷ περὶ μετανοίας λόγῳ, ἀκούουσι παρὰ τοῦ προφήτου Ἰωάννου μετὰ τὸ βάπτισμα· « Μηθὲν πλέον παρὰ τὸ διατεταγμένον ὑμῖν ποιεῖτε. » Ὁμοίως δὲ καὶ τοῖς ἐθνικοῖς οὐκ ἀπέγνωσται ἡ ζωὴ, ἐὰν μετανοήσαντες, τὴν ἀπιστίαν ἀποβάλλωσιν. Ὡς τελώνην οὖν ἢ ἐθνικὸν ἔχε τὸν ἐπὶ κακῷ ἔργῳ ἐλεγχθέντα, καὶ μὴ μεταγνώσκοντα. Ἐὰν δὲ ὕστερον μετανοῇ καὶ ἐπιστρέφῃ ἐκ τῆς πλάνης (38)· ὡς καὶ τοὺς ἐθνικοὺς (39) ὁπόταν

C

[47] Matth. XVIII, 15. [48] Luc. III, 13.

## VARIORUM NOTÆ.

(35) *Ὅτι χρὴ*, κ.τ.λ. Titulus iste ad præcedentia quoque spectat. Sed observatum fuit ab episcopo Ostunensi Bovio, lemmatum horum auctorem defunctorie rem egisse. Cot.

(36) *Παραδέχηται.* Ita habet cod. Vind. omissis vocibus ἡ Ἐκκλησία. Cler.

(37) *Χριστός.* Addit cod. Vind. Υἱός, *Filius.* Id.

(38) *Καὶ ἐπιστρέφῃ ἐκ τῆς πλάνης.* Desunt hic in altero codice Vind. Sed sunt post μετανοεῖν, minus commode. Id.

(39) *Ὡς καὶ τοὺς ἐθνικούς.* Quod ethnici, qui Christianam religionem amplecti gestiebant, admissi quondam fuerint in Ecclesiam, ad audiendum verbum Dei, res est certissima pariter ac notissima : ob quam Origenes in Homiliis sæpe alloquitur compellatque catechumenos et catechumenas. Quod vero spectat ad pœnitentes, docemur a viris eruditis : principio, antequam excogitarentur celebres illæ stationes, quæ enarrantur canone ultimo Gregorii Thaumaturgi, quarumque in prima (Fletus dicebatur) qui versabantur, extra ecclesiæ ostium consistebant; tunc, inquam, peccatoribus pœnitentiam agentibus licuisse introire in sacram ædem, atque lectionibus concionibusque interesse. Quinimo apud Latinos per canonem 4 Ilerdensem non excluduntur ab ejusmodi beneficio, refractarii ac in malo obdurati. Generaliterque dicitur ab Hispanis, concilii Valentini can. 1 : *Sacrosancta Evangelia ante munerum illationem, vel missam Catechumenorum, in ordine lectionum, post Apostolum legantur : quatenus salutaria præcepta Domini nostri Jesu Christi, vel sermonem sacerdotis, non solum fideles, sed etiam catechumeni, ac pœnitentes, et omnes qui ex diverso sunt, audire licitum habeant. Sic enim pontificum prædicatione audita nonnullos ad fidem attractos evidenter scimus.* Et antea sanxerant Afri, concilii Carthaginensis 4, cap. 84 : *Ut episcopus nullum prohibeat ingredi Ecclesiam, et audire verbum Dei, sive gentilem, sive hæreticum, sive Judæum, usque ad missam catechumenorum.* Quod capitulum Burchardus, lib. III, cap 28, attribuit concilio apud Valentias habito cap. 16, forsan per σφάλμα μνημονικόν. Afros tamen tempore Tertulliani non ita sensisse, conjici datur per illud libri *De præscriptione hæreticorum*, cap. 41 : *In primis quis catechumenus, quis fidelis, incertum est : pariter adeunt, pariter audiunt, pariter orant : etiam ethnici si supervenerint, sanctum canibus, et porcis margaritas, licet non veras, jactabunt.* Videsis de Judæis, in præsentia omnium interpretantibus legem, clarissimum Valesium ad Eusebii *Hist.* lib. II, cap. 6. Cot.

Digitized by Google

θέλουσι μετανοεῖν, εἰς ἐκκλησίαν προσδεχόμεθα, ὅπως τοῦ λόγου ἀκούωσιν, οὐ μὴν κοινωνοῦμεν αὐτοῖς, μέχρις οὗ τὴν σφραγῖδα λαβόντες τελειωθῶσιν (40)· οὕτω καὶ τοῖς τοιούτοις, μέχρις οὗ μετανοίας καρπὸν ἐπιδείξωσιν ἐπιτρέπομεν εἰσέρχεσθαι, ὅπως τοῦ λόγου ἀκούοντες, μὴ τελέως ἄρδην ἀπόλωνται· μὴ κοινωνείτωσαν δὲ ἐν τῇ προσευχῇ (41), ἀλλ' ἐξερχέσθωσαν μετὰ τὴν ἀνάγνωσιν τοῦ νόμου καὶ τῶν προφητῶν καὶ τοῦ Εὐαγγελίου, ὅπως διὰ τοῦ ἐξιέναι βελτιωθῶσι (42) τὴν ἀναστροφὴν τοῦ βίου, σπουδάζοντες περὶ τὰς συνάξεις ἅπαντᾷν ὁσημέραι, καὶ τῇ δεήσει σχολάζειν, ὅπως καὶ αὐτοὶ δυνηθῶσιν εἰσδεχθῆναι, καὶ οἱ θεώμενοι αὐτοὺς κατανυγῶσι, καὶ ἀσφαλέστεροι γένωνται, εὐλαβούμενοι τοῖς ὁμοίοις περιπεσεῖν.

A admodum gentiles, quando pœnitentiam agere volunt, in ecclesiam ad audiendum verbum admittimus, non tamen cum iis communicamus, donec per baptismi sigillum consummationem accipiant; ita, inquam, ad meliora conversis, donec pœnitentiæ fructus ostendant, in ecclesiam ingredi permittimus; ut Dei doctrinam audientes, non statim ac funditus intereant: hi tamen in oratione non communicent; sed post legis, prophetarum ac Evangelii lectionem egrediantur, ut exeundo vitam et mores emendent; studentes occurrere quotidie ad sacros conventus, et orationi vacare; quo et ipsi possint admitti, et qui eos viderint compungantur, metuque similis calamitatis cautiores evadant.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Μ'.

*Ὅτι οὐ χρὴ ἐχθρωδῶς διακεῖσθαι περὶ τὸν ἅπαξ ἢ δεύτερον ἁμαρτάνοντα.*

Οὐ μέντοι γε βδελύξῃ τὸν περιπεσόντα ἑνὶ καὶ δευτέρῳ σφάλματι, ὦ ἐπίσκοπε, οὐδὲ κωλύσεις αὐτὸν τοῦ Κυριακοῦ λόγου, οὐδὲ κοινῆς διαίτης αὐτὸν ἐξώσεις· ἐπείπερ οὐδὲ ὁ Κύριος παρῃτεῖτο μετὰ τῶν τελωνῶν ἐσθίειν καὶ τῶν ἁμαρτωλῶν, καὶ (43) ὑπὸ τῶν Φαρισαίων ἐγκαλούμενος περὶ τούτου, ἔλεγεν· « Οὐ χρείαν ἔχουσιν οἱ ἰσχύοντες ἰατροῦ, ἀλλ' οἱ κακῶς ἔχοντες. » Τοῖς οὖν δι' ἁμαρτίας ἀφορισθεῖσι παρ' ὑμῶν, καὶ συναναστρέφεσθε καὶ συναυλίζεσθε (44), ἐπιμελούμενοι, παρακαλοῦντες, ὑποστηρίζοντες, λέγοντες αὐτοῖς· « Ἰσχύσατε χεῖρες ἀνεμέναι, καὶ γόνατα παραλελυμένα. » Παρακαλεῖν γὰρ χρὴ τοὺς πενθοῦντας, καὶ τοῖς ὀλιγοψυχοῦσι προθυμίαν διδόναι, ὅπως μὴ τῇ ἀμετρίᾳ τῆς λύπης εἰς ἀφροσύνην χωρήσωσιν· ἐπείπερ « ὀλιγόψυχος ἰσχυρῶς ἄφρων. »

B

## CAPUT XL.

*Quod non oporteat hostiliter affici erga illum qui semel, vel iterum peccavit.*

Cæterum, episcope, eum qui in unum et alterum prolapsus fuerit peccatum, noli exsecrari; nec ab auditione Dominici sermonis illum arceas nec a fratrum convictu pellas: quandoquidem nec Dominus cum publicanis ac peccatoribus comedere recusabat; cumque eam ob causam a Pharisæis arguereturque, ita respondit: « Non opus habent medico qui valent, sed qui male habent [49]. » Cum iis igitur, qui peccatorum ergo a vobis excommunicati sunt, conversatione ac convictu jungimini, curam habentes, consolantes, suffulcientes, atque illis dicentes: « Confortamini manus remissæ, et genua soluta [50]. » Consolandi enim sunt qui lugent, et animo deficientes recreandi; ne magnitudine mœstitiæ ad amentiam deveniant; quoniam « pusillanimis valde insipiens est [51]. »

C

[49] Matth. IX, 12. [50] Isa. XXXV, 3. [51] Prov. XIV, 29, *in LXX.*

## VARIORUM NOTÆ.

(40) *Μέχρις οὗ τὴν σφραγῖδα λαβόντες τελειωθῶσιν.* Utrumque, tam nomen, quam verbum baptismum indicat. Dicunt enim Græci Patres de lavacro regenerationis σφραγὶς, σφραγὶς τοῦ κηρύγματος, σφραγὶς δεσποτικὴ, vel Κυρίου, vel ἐν Κυρίῳ, ἐν Χριστῷ, σφραγὶς τῆς πίστεως, τῆς ἀληθείας σφράγισμα, δευτέρου βίου σφραγὶς, σφραγὶς ὀνομάτων Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος, σωτήριον σφράγισμα, σφραγὶς θεία, ἁγία, μυστικὴ, πνευματικὴ, ἐπουράνιος, βασιλικὴ, ἀθανατοποιὸς, ἄθραυστος, ἀκατάλυτος, ἀνεπιχείρητος, etc., σφραγίζειν, σφραγίζειν τῷ βαπτίσματι. De baptizato, ἐσφραγισμένος, de non baptizato, ἀσφράγιστος. Latini, *signum, signum fidei, signum Christi, sigillum, signaculum, signaculum fidei, obsignatio fidei, vel baptismi. Signare, obsignare, baptismo consignare.* Pari modo, eodemque in sensu, τελειοῦν, τελειοῦσθαι, τελείωσις, τέλειον, *perficere, perfectus, consummatio*, invenias non raro, apud utriusque Ecclesiæ doctores. Atque ex his Epiphanio lux affulget, qui scribit in hæresi 74, *Pneumatomachorum*, cap. 11, si libros editos consulimus, ἐπισφραγὶς τῆς χάριτος, οὐ σύνδεσμος τῆς Τριάδος. Hoc est, ex mente virorum doctissimorum, qui expungunt, οὐ, *idem ille* Spiritus sanctus *gratiæ sigillum est, ac Trinitatis vinculum.* Cum ex his verbis Ancorati cap. 7: ἐπεὶ σφραγὶς τῆς χάριτος σύνδεσμος τῆς Τριάδος, (editio mere Græca mediam non habet virgulam,) verisimilior lectio conficiatur, ἐπεὶ σφραγὶς τῆς χάριτος ὁ σύνδεσμος τῆς Τριάδος; emergatque iste sensus utrobique, *quandoquidem sigillum gratiæ est conjunctio Trinitatis*, in baptismate videlicet, de quo agitur. Id. — *Μέχρις.* Vind. cod. ἄχρι. Cler.

(41) *Μὴ κοινωνείτωσαν δὲ ἐν τῇ προσευχῇ*, etc. Notum id. Sed notabilis in primis locus Joannis Jejunatoris, sub finem Theodori Balsamonis pag. 1102: *In rei autem sacræ celebratione omnes qui pœnitentiam agunt, et non communicant, diximus catechumenorum edicto debere ex templo egredi, et stare in ferula; in matutino autem, vesperis, et reliquis, templi aditum non eis esse prohibitum, quominus possint ingredi, et in eo stare, si velint.* Memoratus Balsamon ad canonem Laodicenum 19, in quo sancitur de hoc ritu, prava laborat interpunctione: Ἐν μετανοίᾳ δέ εἰσιν, inquit, οἱ διά τινα ἁμαρτήματα ἐπιτιμηθέντες πιστοὶ, οἱ ἀξιούμενοι καὶ τῆς ἁγίας μεταλήψεως. Pone cum cod. Reg. 2431, punctum post ἐπιτιμηθέντες. Cot.

(42) *Βελτιωθῶσι.* Vind. cod. ἐπιβελαιωθῶσι. Cler.

(43) *Καί.* Vind. cod. ὃς καί. Id.

(44) *Συναναστρέφεσθε καὶ συναυλίζεσθε.* Orationis series postulat συναλίζεσθε quod verbi interpretatur Turrianus. Rem autem ipsam videbis apud Dionysium Alexandrinum in *Historia ecclesiastica* Eusebii, lib. VI, cap. 42. Cot.

Digitized by Google

## CAPUT XLI.

*Quomodo oporteat recipere pœnitentem, et quomodo agere cum peccatoribus, et quando ab Ecclesia abscindere.*

Jam si quis conversus, fructus pœnitentiæ ediderit, tunc ad orationem admittite; ut filium illum prodigum, qui perierat, et patria bona cum meretricibus abligurierat, posteaque porcos pascebat, de quorum siliquis cupiebat expleri, nec obtinebat; quando pœnitentia ductus est, et ad patrem rediit, dixitque: « Peccavi in cœlum, et coram te, jam non sum dignus vocari filius tuus [82]; » pater, liberorum amans, cum musico apparatu accepit; priorem stolam, annulum et calceamenta reddidit; mactatoque vitulo saginato, lætus epulabatur cum amicis. Ita igitur et tu facito, o episcope: ac quemadmodum ethnicum sacro lavacro tinctum, in Ecclesiam inducis post institutionem; sic et hunc, per manuum impositionem, utpote pœnitentia purgatum, cunctis pro eo deprecantibus, restitue in antiqua pascua; eritque in loco baptismi, impositio manuum: etenim per impositionem manuum nostrarum, Spiritus sanctus dabatur credentibus. Et si quis fratrum nunquam prolapsus, reprehenderit te, quod huic sis reconciliatus, dicito ei: « Tu semper mecum es, et mea omnia tua sunt: epulari autem et gaudere oportebat, quia frater tuus hic mortuus erat, et revixit, perierat, et inventus est [83]. » Nam quod Deus non solum ignoscat pœnitentibus, sed et eos in pristinam dignitatem restituat, abunde testatur

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΜΑ'.

*Ὅπως δεῖ προσίεσθαι τὸν μετανοοῦντα, καὶ ὅπως διαγίνεσθαι πρὸς τοὺς ἁμαρτάνοντας, καὶ πότε ἐκκόπτειν τῆς Ἐκκλησίας.*

Εἰ δέ τις ἐπιστραφεὶς μετανοίας καρπὸν ἐπιδείξηται, τότε καὶ εἰς προσευχὴν εἰσδέξασθε αὐτόν· ὡς τὸν υἱὸν τὸν ἀπολωλότα, τὸν ἄσωτον, τὸν μετὰ πορνῶν μειώσαντα τὴν πατρικὴν οὐσίαν, τὸν χοίρους βόσκοντα, καὶ κερατίων ἐμπλησθῆναι ἐπιθυμοῦντα, καὶ μὴ τυγχάνοντα, μεταγνόντα καὶ παλινδρομήσαντα πρὸς τὸν πατέρα, καὶ εἰπόντα· « Ἥμαρτον εἰς τὸν οὐρανὸν καὶ ἐνώπιόν σου, καὶ οὐκέτι εἰμὶ ἄξιος καλεῖσθαι υἱός σου, » μετὰ μουσικῶν ὁ φιλότεκνος πατὴρ προσελάβετο, καὶ τὴν ἀρχαίαν στολὴν, καὶ τὸν δακτύλιον, καὶ τὰ ὑποδήματα ἀποδοὺς, σφάξας τε τὸν σιτευτὸν μόσχον ηὐφραίνετο μετὰ τῶν φίλων. Οὕτως οὖν καὶ σὺ ποίει, ὦ ἐπίσκοπε· ἀλλ' (45) ὥσπερ τὸν ἐθνικὸν λούσας εἰσδέχῃ μετὰ τὴν διδασκαλίαν, οὕτω καὶ τοῦτον χειροθετήσας (46), ὡς ἂν μετανοίᾳ κεκαθαρισμένον, πάντων ὑπὲρ αὐτοῦ προσευχομένων, ἀποκατάστησις αὐτὸν εἰς τὴν ἀρχαίαν αὐτοῦ νομήν· καὶ ἔσται αὐτῷ ἀντὶ τοῦ λούματος ἡ χειροθεσία· καὶ γὰρ διὰ τῆς ἐπιθέσεως τῶν ἡμετέρων χειρῶν ἐδίδοτο Πνεῦμα ἅγιον τοῖς πιστεύουσι. Κἂν τις τῶν μὴ σεσαλευμένων ἀδελφῶν αὐτοῦ ἐπεγκαλέσῃ σοι, ὅτι δὴ κατηλλάγης αὐτῷ, εἰπὲ πρὸς αὐτόν· « Σὺ πάντοτε μετ' ἐμοῦ εἶ, καὶ τὰ ἐμὰ πάντα σά ἐστιν· εὐφρανθῆναι δὲ ἔδει καὶ χαρῆναι, ὅτι ὁ ἀδελφός σου οὗτος νεκρὸς ἦν, καὶ ἀνέζησε, καὶ ἀπολωλὼς, καὶ εὑρέθη. » Ὅτι γὰρ οὐ μόνον προσδέχεται ὁ Θεὸς τοὺς μετανοοῦντας, ἀλλὰ καὶ εἰς τὴν προτέραν ἀξίαν ἀποκαθίστησιν (47), ἱκανὸς μάρτυς ὁ

[82] Luc. xv, 18, 19. [83] Ibid. 31, 32.

## VARIORUM NOTÆ.

(45) Ἀλλ'. Καὶ alter cod. Vind. Cler.

(46) *Χειροθετήσας.* Hæc est impositio manuum reconciliatoria; de qua etiam cap. 18 et 43, quamque sæpe Patres, sæpe concilia commemorant. Insigniter S. Cyprianus epist. 9: *Nam cum in minoribus peccatis agant peccatores pœnitentiam justo tempore, et secundum disciplinæ ordinem ad Exomologesin veniant, et per manus impositionem episcopi et cleri jus communicationis accipiant; nunc crudo tempore, persecutione adhuc perseverante, nondum restituta Ecclesiæ ipsius pace, ad communicationem admittuntur, et offertur nomen eorum, et nondum pœnitentia acta, nondum exomologesi facta, nondum manu eis ab episcopo et clero imposita, Eucharistia illis datur.* Optatus post medium libri II: *Dum manum imponitis et delicta donatis.* Concilium Carthaginense 4, canone 76: *Is qui pœnitentiam in infirmitate petit, si casu, dum ad eum sacerdos invitatus venit, oppressus infirmitate obmutuerit, vel in phrenesim versus fuerit, dent testimonium qui eum audierunt, et accipiat pœnitentiam. Et si continuo creditur moriturus, reconcilietur per manus impositionem, et infundatur ori ejus Eucharistia. Si supervixerit, admoneatur a supra dictis testibus, petitioni suæ satisfactum, et subdatur statutis pœnitentiæ legibus, quandiu sacerdos, qui pœnitentiam dedit, probaverit.* Et canon 3 concilii Arausicani 1: *Qui recedunt de corpore pœnitentia accepta, placuit sine reconciliatoria manus impositione eis communicari: quod morientis sufficit consolationi, secundum definitiones Patrum, qui hujusmodi communionem congruenter viaticum nominarunt. Quod si supervixerint, stent in ordine pœnitentium, et ostensis necessariis pœnitentiæ fructibus, legitimam communionem cum reconciliatoria manus impositione percipiant.* Cot.

(47) *Εἰς τὴν προτέραν ἀξίαν ἀποκαθίστησιν.* Et lib. VIII, cap. 9. Cum Cypriano, epist. 19, Eusebio, apud Damascenum lib. II *Parallelorum* cap. 86, et iis qui pœnitentiam secundum baptismum, baptismum lacrymarum, baptismum pœnitentiæ appellant. Quin etiam Chrysostomus Parænesi 1, ad *Theodorum lapsum*, Palladius *Historiæ Lausiacæ* cap. 140, et Joannes Climacus *Scalæ* gradu 5, p. 127, afferunt quosdam pœnitentia acta sanctiores exstitisse, quam fuerant antequam deliquissent, atque felicitate ac pietate superasse eos qui in justitia baptismali perseveraverant. Scribitque Lactantius lib. V, cap. 13: *Cum et Deo satisfacere liceat; et nullus sit tam mulus Dei cultor, qui data facultate, ad placandum Deum non revertatur, et quidem devotione majori. Peccati enim conscientia, et metus pœnæ religiosiorem facit; et semper multo firmior est fides, quam reponit pœnitentia.* Sed alia videtur fuisse Ecclesiæ mens, cum laicos lapsos ab ordinibus sacris exclusit, clericos vero pœnitentes pristinis gradibus non restituit; item concilii Eliberitani, quod canone 38, jus baptizandi in necessitate tribuit solummodo fidelibus qui lavacrum suum integrum habent. Subscribit quoque Athanasius in illud, *Quicumque dixerit*, etc. Edit. Paris.,

Digitized by Google

ἅγιος Δαβὶδ, ὃς μετὰ τὴν εἰς τὸν Οὐρίαν ἁμαρτίαν, ἠύχετο τῷ Θεῷ λέγων· « Ἀπόδος μοι τὴν ἀγαλλίασιν τοῦ σωτηρίου σου, καὶ πνεύματι ἡγεμονικῷ στήριξόν με. » Καὶ πάλιν· « Ἀπόστρεψον τὸ πρόσωπόν σου ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν μου, καὶ πάσας τὰς ἀνομίας μου ἐξάλειψον. Καρδίαν καθαρὰν κτίσον ἐν ἐμοὶ, ὁ Θεὸς, καὶ πνεῦμα εὐθὲς ἐγκαίνισον ἐν τοῖς ἐγκάτοις μου. Μὴ ἀποῤῥίψῃς με ἀπὸ τοῦ προσώπου σου, καὶ τὸ πνεῦμά σου τὸ ἅγιον μὴ ἀντανέλῃς ἀπ' ἐμοῦ. » Καὶ σὺ οὖν ὡς συμπαθὴς ἰατρὸς, τοὺς ἡμαρτηκότας πάντας θεράπευε, χρώμενος σωτηρίοις πρὸς βοήθειαν ἀγωγαῖς, μὴ μόνον τέμνων, ἢ καίων, ἢ ξήρια προσφέρων (48), ἀλλὰ καὶ ἐπιδεσμῶν, καὶ μοτῶν καὶ ἐνιεὶς γλυκέα φάρμακα ἐπουλωτικὰ (49), καὶ καταβρέχων λόγοις παρακλητικοῖς. Ἐὰν δὲ κοῖλον ᾖ τὸ τραῦμα, θρέψον αὐτὸ (50) ἡδεῖ ἐμπλάστρῳ, ἵνα γεμισθὲν, ἴσον τῷ ἀρτίῳ ἀποτελεσθῇ· ἐὰν δὲ ῥυπανθῇ, τότε κάθαρον ξηρίῳ, τουτέστι λόγῳ ἐπιτιμητικῷ· ἐὰν δὲ ὑπέρογκον γένηται, δριμεῖ κολλυρίῳ ἐξομάλισον αὐτὸ ἀπειλῇ κρίσεως· κἂν νομὴ γένηται, καυτηρίασον αὐτὸ, καὶ τὴν σηπεδόνα ἔκκοψον, στιβώσας νηστείαις· ἐὰν δὲ ταῦτα ποιήσῃς, καὶ γνῷς, ὅτι ἀπὸ ποδῶν ἕως κεφαλῆς οὐκ ἔστι μάλαγμα ἐπιθεῖναι, οὔτε ἔλαιον, οὔτε καταδέσμους, ἀλλ' ἐπεκτείνεται ἡ νομὴ καὶ προλαμβάνει πᾶσαν ἕξιν, ὡς ἡ γάγγραινα πᾶν μέλος σήπουσα· τότε μετὰ πολλῆς σκέψεως καὶ συμβουλίας καὶ ἑτέρων ἰατρῶν ἐμπείρων, ἀπόκοψον τὸ διασαπὲν μέλος, ἵνα μὴ τὸ πᾶν διαφθαρῇ (51) σῶμα τῆς Ἐκκλησίας. Μὴ ῥᾳδίως οὖν ἴσθι πρόχειρος εἰς τὸ ἀποκόπτειν, μηδὲ ταχέως ἐπὶ τὸν μυριόδοντα πρίονα (52) δρμα· ἀλλὰ πρῶτα χρῶ σμίλῃ, τὰ ἀποσπάσματα διαιρῶν, ὅπως τὸ ἐντὸς ἐγκείμενον αἴτιον τὸ τὸν πόνον (53) ποιοῦν ἐκκριθὲν, ἀναλγὲς τὸ σῶμα τηρήσῃ. Ἐὰν δέ τινα ἀμετανοήτως ἔχοντα βλέπῃς καὶ ἀπεσκληρωκότα, τότε μετὰ λύπης καὶ πένθους ἀνιάτως

A sanctus David, qui post peccatum in Uriam commissum, his verbis Deum precabatur: « Redde mihi lætitiam salutaris tui, et spiritu principali confirma me[54]; » et iterum : « Averte faciem tuam a peccatis meis, et omnes iniquitates meas dele. Cor mundum crea in me, Deus, et spiritum rectum innova in visceribus meis. Ne projicias me a facie tua, et spiritum tuum sanctum ne auferas a me[55]. » Igitur et tu, sicut misericors medicus, omnes peccatores sana, utens salutiferis atque ad subsidium aptis remediis; non solum secans, aut urens, aut sicca et mordacia medicamenta adhibens; verum etiam alligans, et linamentum indens, et pharmaca lenia ac cicatricem obducentia infundens, et verbis consolationis irrigans.[56] Porro si vulnus altum fuerit, B suavi emplastro fove illud, ut carne repletum parti integræ æquale reddatur; sin vero sordes contrahat, tunc repurga mordaci pulvere, hoc est, objurgatorio sermone; si autem intumuerit, complana acri collyrio, nimirum, minis judicii; et si ulcus serpat, cauterio utere, et putredinem extrahe, jejuniis scilicet affligens. Hæc cum feceris, si deprehendis quod a pedibus usque ad caput non est malagma imponere[57], nec oleum, nec ligamina; sed dilatatur ulcus, et omnem medicationem anticipat, ad modum gangrænæ cuncta membra putrefacientis; tunc multa cum circumspicientia et consultatione, adhibitisque aliis medicis experientibus abscinde membrum putridum, ut non corrumpatur totum C corpus Ecclesiæ. Ne igitur facilis ac promptus sis ad secandum. Nec statim ad serram plurimis dentibus armatam prosilias; sed prius utere scalpello, et scinde abscessum, ut egesta quæ intus residet causa ægritudinis, corpus sanum et doloris expers remaneat. Si demum impœnitentem aliquem videris

[54] Psal. L, 14. [55] Ibid. 11. [56] I. Ignat. ad Polyc. 2. [57] Isa. I, 6.

## VARIORUM NOTÆ.

tom. I, p. 974, cum Hilario ad psalm. CXXXVII, vers. 2, Epiphanio hæres. 59, capp. 1, 2, 5, 9, 10, et Hieronymo lib. II, *adversus Jovinianum* cap. ult. Hæc licet contraria appareant, vera nihilominus omnia sunt. Etenim lapsus, post peractam pœnitentiam, justus iterum efficitur ac Dei filius quemadmodum erat; cautior in posterum evadit ad vitandum peccatum, et aliquando seipso multisque D stantibus religiosior redditur. Verumtamen ratione status, gradum innocentiæ amittit, qui absque dubio gradu restitutionis sublimior est ac perfectior. Eodem plane modo, quod vidua, per continentiam iterum virgo audit, interdumque seipsa adhuc virgine et multis virginibus præstat; cum vidualis status virginali omnino postponatur. Vide præter allegatos, etiam Philastrium, parte II, hæresi 42, et Isidorum Pelusiotam lib. III, epist 157. Cot.

(48) *Τέμνων, ἢ καίων, ἢ ξήρια προσφέρων.* Tertullianus *De pœnitentia* cap. 10 : *Miserum est secari, et cauterio exuri, et pulveris alicujus mordacitate cruciari.* Libri II *adversus Marcionem* cap. 16 : *Quid enim, si medicum quidem dicas esse debere, ferramenta vero ejus accuses, quod secent, et inurant, et amputent, et constrictent? quando sine instrumento artis, medicus esse non posset. Sed accusa male secantem, importune amputantem, temere inurentem; atque ita ferramenta quoque ejus, ut mala ministeria, reprehende. De Scorpiaco* cap. 5 : *Et est plane quasi sævitia medicinæ, de scalpello, deque cauterio, de sinapis incendio : non tamen secari, et inuri, et extendi* (editiones Rigaltiana priores addunt *morderique*) *idcirco malum, quia dolores utiles affert.* Et imitator Tertulliani Lucifer in tractatu *Quod moriendum sit pro Filio Dei*, paulo ante finem : *Prospicimus enim, quod licet ferro medicus secet, cauterio urat, sinapis incendio ad omnem dolorem ægrum deducat, tamen nec secari, inuri, exedi, morderique esse inimicum : quippe quod idcirco bonum sit, quia dolores inutiles auferat per adhibitos salutis causa dolores.* Quo ex ultimo loco, me etiam tacente, intelliges, lector, scribendum in Tertulliano, *exedi* (pro *extendi*) *morderique.* Adi, sodes, Joannem Climacum cap. 2 *Epist. ad Pastorem.* Id.

(49) *Ἐπουλωτικά.* Alter Vindob. ἀπουλωτικά. Cler.

(50) *Αὐτό*, etc. Idem αὐτὸ δι' ἐμπλάστρου. Id.

(51) *Διαφθαρῇ.* Φθαρῇ cod. Vindob. Id.

(52) *Μυριόδοντα πρίονα.* Nonnus Paraphrastes de crurifragio duorum latronum cum Christo crucifixorum, πουλυόδοντι πόδες τέμνοιντο σιδήρῳ. Cot.

(53) *Τὸ τὸν πόνον.* Uterque Vindob. τῶν πόνων. Quod si admittatur, delendum ποιοῦν. Cler.

Digitized by Google

et obduratum, tunc cum dolore ac luctu ab Ecclesia insanabilem reseca. Ait enim Scriptura: « Auferetis malum ex vobis ipsis[58]. » Et : « Cautos facietis filios Israel[59]. » Et rursum : « Non accipies personam divitis in judicio; et pauperis non misereberis in judicio; quoniam Domini est judicium[60]. »

A ἔχοντα, τῆς Ἐκκλησίας ἀπόκοπτε. Λέγει γὰρ ἡ Γραφή[57*] · « Ἐξαρεῖτε γὰρ τὸν πονηρὸν ἐξ ὑμῶν αὐτῶν. » Καί· « Εὐλαβεῖς ποιήσετε τοὺς υἱοὺς Ἰσραήλ. » Καὶ πάλιν· « Οὐ λήψῃ πρόσωπον πλουσίου ἐν κρίσει, καὶ πένητα οὐκ ἐλεήσεις ἐν κρίσει, ὅτι τοῦ Κυρίου ἡ κρίσις. »

## CAPUT XLII.

*Judicem non debere esse acceptorem personarum.*

Si autem falsa sit et calumniosa accusatio; vosque pastores una cum diaconis, vel per acceptionem personarum, vel per munerum pactionem, volentes calumniatori gratum facere, mendacium tanquam veritatem amplexi fueritis, et accusatum, licet culpæ non affinem, expuleritis ab Ecclesia; rationem reddetis in die Domini; quoniam scriptum est : « Innocentem et justum non occides : non accipies munera ad percutiendam animam; munera enim excæcant oculos sapientum, et pervertunt verba justorum[61]. » Et rursus : « Qui justificant impium propter munera, et justitiam justi auferunt[62]. » Attendite igitur, ne acceptores personarum facti, huic Domini voci subjiciamini. Quare injustam cujuslibet condemnationem, et improborum patrocinium vitate. « Væ enim illi, qui dicit malum bonum, et bonum malum; amarum dulce, et dulce amarum; qui ponit lumen tenebras, et tenebras lumen[63]. » Nam quando alios injuste condemnabitis, ipsi contra vos sententiam feretis; quia Dominus ait : « Quo judicio judicaveritis, judicabimini, et quo condemnaveritis, condemnabimini[64]. » [65] Ergo si absque personarum acceptione judicatis, agnoscetis accusatorem, qui adversus proximum suum falsum fert testimonium, et declarabitis eum delatorem, invidum, homicidam, malignis altercationibus et criminationibus cuncta turbantem, in verbis instabilem, sibimet in dictis suis contrarium, et proprii oris verbis captum : ipsi quippe fortis laqueus incumbit, labia sua.[66] Tu hunc virum, convictus cum fuerit falsi testimonii, judicabis severe, et gladio ignis trades; faciesque ipsi quemadmodum proximo malitiose facere destinabat[67]; quantum enim ipse potuit, fratrem necavit, aures judicis occupando : scriptum autem est : « Qui effuderit sanguinem hominis, pro eo sanguis ejus effundetur[68]; et auferes sanguinem innoxium a te, qui effusus est sine causa[70]. »

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΜΒ'.

*Ὅτι χρὴ* (54) *ἀπροσωπόληπτον εἶναι τὸν κριτήν.*

Ἐὰν δὲ ψευδὴς ᾖ ἡ κατηγορία τῆς διαβολῆς, καὶ ὑμεῖς οἱ ποιμένες σὺν τοῖς διακόνοις (55) τὸ ψεῦδος ὡς ἀλήθειαν παραδέξησθε, ἢ διὰ προσωποληψίαν, ἢ διὰ δώρων ἐξαλλαγήν, βουλόμενοι τὸ ἀρεστὸν τῷ διαβόλῳ ποιεῖν, τὸν κατηγορούμενον μὲν, ὑπάρχοντα δὲ τοῦ ἐγκλήματος ἀλλότριον, ἀπώσησθε τῆς Ἐκκλησίας, λόγον ὀφέξετε ἐν τῇ ἡμέρᾳ Κυρίου· ὅτι γέγραπται· « Ἀθῶον καὶ δίκαιον οὐκ ἀποκτενεῖς· οὐ λήψῃ δῶρα, πατάξαι ψυχήν· τὰ γὰρ δῶρα ἐκτυφλοῖ ὀφθαλμοὺς σοφῶν, καὶ λυμαίνεται ῥήματα δικαίων. » Καὶ πάλιν « Οἱ δικαιοῦντες τὸν ἀσεβῆ ἕνεκεν δώρων, καὶ τὸ δίκαιον τοῦ δικαίου αἴροντες. » Προσέχετε (56) οὖν, μήπως προσωπολῆπται γενόμενοι ὑποπέσητε τῇ φωνῇ τοῦ Κυρίου ταύτῃ. Φυλάσσεσθε οὖν τὸ κατακρίνειν τινὰς ἀδίκως, καὶ συνηγορεῖν τοῖς πονηροῖς. « Οὐαὶ γὰρ τῷ λέγοντι τὸ πονηρὸν καλὸν, καὶ τὸ καλὸν πονηρὸν, τὸ πικρὸν γλυκὺ, καὶ τὸ γλυκὺ πικρὸν, τῷ τιθέντι τὸ φῶς σκότος, καὶ τὸ σκότος φῶς. » Ἐὰν (57) γὰρ ἑτέρους ἀδίκως κατακρίνητε, καθ' ἑαυτῶν ἀποφαίνεσθε· ὅτι λέγει Κύριος· « ὯΙ κρίματι κρίνετε, κριθήσεσθε, καὶ ᾧ καταδικάζετε, καταδικασθήσεσθε. » Εἰ οὖν ἀπροσωπολήπτως κρίνετε, ἐπιγνώσεσθε τὸν κατηγοροῦντα κατὰ τοῦ πλησίον αὐτοῦ μαρτυρήσαντα (58) ψευδῆ, καὶ ἐπιδείξας αὐτὸν συκοφάντην, βάσκανον, φονέα, ταράσσοντα ὡς κακὸν ἀντιλογίαις, ἄστατον ἐν τοῖς λόγοις, ἑαυτῷ ἐναντίον ἐφ' οἷς φθέγγεται, καὶ ἀλισκόμενον ῥήμασιν ἰδίου στόματος· παγὶς γὰρ αὐτῷ ἰσχυρὰ ἐφέστηκε, τὰ ἴδια χείλη. Ὃν μετὰ τοὺς ἐλέγχους τῆς ψευδολογίας κρινεῖς ἀποτόμως, καὶ τῇ μαχαίρᾳ τοῦ πυρὸς παραδώσεις· καὶ ποιήσεις αὐτῷ, ὃν τρόπον ἐπονηρεύσατο ποιῆσαι τῷ πλησίον· ὅσον γὰρ ἐλάλησεν[69] ἐπ' αὐτῷ, ἐφόνευσε τὸν ἀδελφὸν, προλαβὼν τὰ ὦτα τοῦ κριτοῦ· γέγραπται δὲ, ὅτι « ὁ ἐκχέων αἷμα ἀνθρώπου, ἀντὶ τοῦ αἵματος αὐτοῦ ἐκχυθήσεται· (59) καὶ ἐξαρεῖς τὸ αἷμα τὸ ἀναίτιον ἀπὸ σοῦ, τὸ ἐκχυθὲν μάτην. »

B

C

D

[57*] Has voces supplevimus ex versione Latina, quanquam in textu Græco subintelligi possint. Ed. Patrol. [58] Deut. xvii, 7. [59] Lev. xv, 31. [60] Exod. xxiii, 3; Levit. xix, 15; Deut. i, 17. [61] Exod. xxiii, 7, 8; Deut. xxvii, 25 et xvi, 19. Cedrenus. Vide Vet. Testim. [62] Isa. v, 23. [63] Ibid. 20. [64] Matth. vii, 2; Luc. vi, 37. [65] Laudat Cedrenus, ibidem. [66] Cedrenus, ibidem. [67] Deut. xix, 19. [68] Al. τὸ ἑ. ἐλάχησεν. Deest in utroque Vind. [69] Gen. ix, 6. [70] Deut. xix, 13.

## VARIORUM NOTÆ.

(54) Ὅτι χρή. Alia est inscriptio capitis in altero cod. Vindobonensi, sed quæ nihil ad rem : Ὅτι χρὴ τοὺς ἁμαρτάνοντας ἰδιαζόντως ἐλέγχειν, καὶ τοὺς μετανοοῦντας προσδέχεσθαι κατὰ τὴν τοῦ Κυρίου διάταξιν. Forte id caput hinc excidit. Id.

(55) Ὑμεῖς οἱ ποιμένες σὺν τοῖς διακόνοις. Judicii ecclesiastici erga peccatorum reos frequens mentio in libro hoc, ut et apud Veteres. Eo in judicio sacerdotibus diaconos jungit etiam B. Hieronymus ad illud Michææ : *Audite hoc principes domus Jacob, et judices domus Israel*, cap. III, v. 9; habitumque in conventu clericorum dicunt Eliberitani episcopi canone 74 cot.

(56) *Προσέχετε*, etc. Hæc vox et decem sequentes desunt in altero, cod. Vindob. Cler.

(57) Ἐάν, κ. τ. λ. Ante has voces leguntur in cod. Vindob. προσέχετε, etc., quæ in superioribus aberant. Id.

(58) *Μαρτυρήσαντα*. Cod. Vind. μαρτυρίαν.

(59) Ἀντὶ τοῦ αἵματος, αὐτοῦ ἐκχυθήσεται.

Digitized by Google

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΜΓ'.

### Ὅπως χρὴ τοὺς συκοφάντας τιμωρεῖσθαι.

Ποιήσεις οὖν αὐτὸν ἀποσυνάγωγον, ὡς φονέα ἀδελφοῦ. Ἔπειτα χρόνου διαστάντος, ἐὰν λέγῃ μετανοεῖν, στιβώσατε αὐτὸν νηστείαις· καὶ μετὰ ταῦτα χειροθετήσαντες αὐτὸν προσδέξασθε, ἀσφαλισάμενοι μέντοι αὐτὸν, μή τινα ταράξῃ πάλιν. Εἰ δὲ πάλιν (60) εἰσελθών, ὁμοίως στασιάζει, οὐ παυόμενος τοῦ ταράσσειν, καὶ κατακερτομεῖν τὸν ἀδελφὸν, ἐκ φιλονεικίας μώμους (61) ἐπιτηδεύων, ἐκβαλεῖτε αὐτὸν ὡς λοιμὸν, ἵνα μὴ τὴν Ἐκκλησίαν λυμαίνηται τοῦ Θεοῦ. Ὁ τοιοῦτος γὰρ ταραχὰς συνίστησι πόλεσιν (62)· οὗτος γὰρ κἂν ἔσω ᾖ, μὴ πρέπων τῇ Ἐκκλησίᾳ, περισσὸς καὶ μάταιος τυγχάνει, σπιλῶν, ὅσον τὸ ἐπ' αὐτῷ (63), τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ. Εἰ γάρ τινες τῶν ἀνθρώπων γεννώμενοι καὶ περισσὰ τῶν σωμάτων μέλη προσηρτημένα ἔχοντες, οἷον δακτύλους, ἢ ὑπερσαρκώματα, περικόπτουσιν ἀφ' ἑαυτῶν ταῦτα, διὰ τὴν ἀπρέπειαν, καὶ οὐδεμία προσγίνεται ἀπρέπεια, ἀπολαβόντος τοῦ ἀνθρώπου διὰ τοῦ τεχνίτου τὴν φυσικὴν εὐκοσμίαν· πόσῳ μᾶλλον ὑμεῖς οἱ ποιμένες τῆς Ἐκκλησίας, ὑπαρχούσης σώματος ἀρτίου καὶ μελῶν ὑγιεινῶν, ἐπὶ (64) Θεὸν πιστευόντων ἐν φόβῳ Κυρίου καὶ ἀγάπῃ, ὅταν εὑρεθῇ ἓν μέλος περισσὸν, πονηρὰ φρονοῦν, καὶ τῷ λοιπῷ σώματι ἀπρέπειαν ἐμποιοῦν, καὶ χειμάζον αὐτὸ στάσει καὶ μάχῃ καὶ καταλαλιᾷ, παρέχον αὐτῷ φόβους (65), πράγματα, μώμους, καταλαλίας, ἐγκλήματα, ἀκαταστασίας, καὶ τὰ τοιαῦτα τοῦ διαβόλου ἐνεργήματα ἐκτελῶν, ὡσὰν κεχειροτονημένος ὑπὸ τοῦ διαβόλου σκυβαλίζειν τὴν Ἐκκλησίαν διὰ βλασφημιῶν καὶ πολλῆς ἀκαταστασίας καὶ ἔριδος καὶ διχοστασίας. Οὗτος (66) οὖν δεύτερον ἔξω τῆς Ἐκκλησίας βληθεὶς, ἀξίως ἀπετμήθη τῆς τοῦ Κυρίου συναγωγῆς· καὶ μᾶλλον νῦν κεκόσμηται ἡ τοῦ Κυρίου Ἐκκλησία, ἢ τὸ πρῶτον, ὅτε τὸ περιττὸν ἐκέκτητο καὶ ἑαυτῇ ἀνοίκειον μέλος· διὸ ἀπὸ τοῦ νῦν ἀβλασφήμητός ἐστι καὶ ἀσκυβάλιστος,

## CAPUT XLIII.

### *Quomodo oporteat punire calumniatores.*

Hunc igitur Ecclesia extorrem efficies, velut fratricidam. Interjecto dein tempore, si pœnitere se profiteatur, jejunia ipsi infligite; et postea manibus impositis admittite, præmunitum tamen ac edoctum molestiam iterum alteri non creare. Quod si rursum in Ecclesiam ingressus, similem concitat seditionem, nec desinit turbas ciere, et fratri convicia ingerere, studio contendendi excogitans crimina; ejicite eum tanquam pestiferum, ne Ecclesiam Dei depopuletur. Hujusmodi enim homo tumultum facit in civitatibus; hic, licet intro consistat, Ecclesiæ indecorus, supervacuus est ac inanis, maculans, quoad ejus est, corpus Christi. Nam si nonnulli homines, ab ortu superflua quædam membra corpori connexa habentes, puta, digitos, vel carnes supercrescentes, sponte ea accrementa, propter fœditatem, abscindunt; neque vero ullatenus indecens est, quod homo opera cujuspiam artificis naturalem recuperat pulchritudinem; quanto magis vos pastores Ecclesiæ, quæ est corpus integrum, constans ex membris sanis, in Deum cum timore Domini et charitate credentibus, facere idem oportet, quando inventum fuerit membrum quoddam inutile, male erga alia affectum, et reliquo corpori deformitatem conficiens, illique vexationem, seditionem, bellum ac detractionem inferens, necnon eidem incutiens timores, molestias, vituperationes, obtrectationes, criminationes, tumultus, similiaque exsequens diaboli opera; quasi homo a diabolo electus ad Ecclesiam maledictis, multaque seditione, contentione, discordia inquinandam. Is igitur extra Ecclesiam iterum projectus, merito a Domini cœtu abscissus est: multoque ornatior nunc apparuit Domini Ecclesia, quam antea, cum supervacaneum eique non affine membrum habebat; quocirca jam

## VARIORUM NOTÆ.

Gen. IX, 6. Pono virgulam in medio, et post eam subintelligo vel τὸ αἷμα, quod agnoscitur a Cedreno edit. Basil, p. 238, lin. 24; nec non ab Irenæo lib. V, cap. 14; et Hieronymo ad Sophoniæ I, 17, vel τό duntaxat, quemadmodum habetur in editione Complutensi, et in Chrysostomo hom. 27, in *Genesim*. Textus Hebræus: *Qui effuderit sanguinem hominis, in homine*, aut *per hominem, sanguis ejus effundetur*. LXX, vulgo quidem, ut in hoc *Constitutionum* loco; at apud Complutenses: Ἀντὶ τοῦ αἵματος ἀνθρώπου, τὸ αὐτοῦ ἐκχυθήσεται. Hoc est ex Ambrosiana versione, *pro sanguine hominis, ejus effundetur*. Quæ tamen verba Ambrosius cap. 26 libri *De Noe et arca*, minus commode distinxit et explicavit, collocata distinctione post pronomen *ejus* (ita quippe expositio illius postulat), acceptoque textu de effusione non sanguinis, sed hominis. In Cedreno autem: Ἀντὶ τοῦ αἵματος ἐκείνου ἐκχυθήσεται τὸ αἷμα αὐτοῦ· quod Hieronymus interpretatur, *pro sanguine ejus effundetur sanguis illius*; et Irenæi interpres verterat (nisi me mea fallit critica): *sanguis illius pro sanguine ejus effundetur*. Denique in Chrysostomo ἀντὶ τοῦ αἵματος αὐτοῦ τὸ αὐτοῦ ἐκχυθήσεται, atque ita in *Vita Nili junioris* a Cariophylo edita p. 137. Unde colligitur legisse Senes, בדם האדם aut בדם. Cæterum observabis, si id quoque dignum observatu videbitur, a Patribus concilii Trosleiani c. 13, usurpari verba enarrationemque Hieronymi in loco citato. Omittebam imprudens locum exstantem in synodo S. Patricii canone 6, qui tamen animadversione dignus est. *Audi item Dominum dicentem*: « *Qui effuderit sanguinem innocentem, sanguis ipsius effundetur.* » Forte enim qui illum textum suggessit, legebat in Græco, αἷμα ἀθῶον, pro αἷμα ἀνθρώπου, non bene percipiens Scripturam in compendium deductam. Cor.

(60) *Πάλιν*. Deest in cod. Vind. Cler.

(61) *Μώμους*. In altero Vind. μωμοῦν, quod est melius. Verte: *studio contendendi irridere eum aggressus*. Id.

(62) *Πόλεσι*. Codex Vind. πόλει. Idem.

(63) *Τὸ ἐπ' αὐτῷ*. Cod. Vind. καὶ ἐπ' αὐτῷ, πᾶν. Id.

(64) *Ἐπί*. Τῶν ἐπί, ms. Vind. Id.

(65) *Φόβους*. Alter ms. φόβον, non male. Id.

(66) *Οὗτος*. Ante hanc vocem habet alter codd. Vind. Εἰ ἐξώσητε τὸν τοιοῦτον ἑαυτῶν καὶ περικόψητε, *si expuleritis talem a vobis et absciderit*is. Quæ tamen necessaria non videntur. Id.

Digitized by Google

deinceps nulli detractioni, nulli contumeliæ fetori subjacet, liberata hominibus improbis, fraudulentis, conviciatoribus, inhumanis, proditoribus, virtutis osoribus, voluptatis amantibus, inanis gloriæ cupidis, impostoribus, opinione sapientiæ inflatis, quique id operam dant ut Domini agnos dispergant, aut potius dissipent. Tu ergo, episcope, satage una cum clero tibi subjecto, verbum veritatis recte tractare; quia Dominus ait: « Si obliqui ambulaveritis ad me, et ego ad vos oblique ambulabo [71], » et alio in loco: « Cum sancto sanctus eris, et cum innocente innocens eris, et cum perverso perverteris [72]. » Sancte igitur ambulate, ut potius ex hoc laudem a Domino consequamini, quam ex contrario reprehensionem.

A πονηρῶν ἀπαλλαγεῖσα, δολίων, λοιδόρων, ἀνημέρων, προδοτῶν, μισοκάλων, φιληδόνων, κενοδόξων, ἀπατηλῶν, δοξοσόφων, ἔργον θεμένων διασπείρειν, μᾶλλον δὲ διασκορπίζειν τὰ τοῦ Κυρίου ἀρνία. Σὺ οὖν, ὦ ἐπίσκοπε, σπούδαζε ἅμα τῷ ὑπὸ σὲ κλήρῳ, ὀρθοτομεῖν τὸν λόγον τῆς ἀληθείας· ὅτι λέγει Κύριος· « Ἐὰν πλάγιοι πορεύησθε πρός με, κἀγὼ πρὸς ὑμᾶς πλαγίως πορεύσομαι. » Καὶ ἀλλαχοῦ· « Μετὰ ὁσίου ὁσιωθήσῃ, καὶ μετὰ ἀθώου ἀθῷος ἔσῃ, καὶ μετὰ στρεβλοῦ διαστρέψεις. » Ὁσίως οὖν πορεύεσθε, ἵνα μᾶλλον ἐπαίνου καταξιωθῆτε (67) ὑπὸ τοῦ Κυρίου, ἢ μέμψεως ἐκ τοῦ ἐναντίου.

## CAPUT XLIV.

*Quod debeat diaconus sublevare onus episcopi, et leviora quæque dirigere.*

Unanimitatem igitur inter vos habentes, o episcopi, pacem mutuam colite, misericordes, fratrum amantes, cum diligentia pascite populum, concorditer docentes eos qui vobis subjecti sunt, consentire, ac idem iisdem de rebus existimare, ut « non sint in vobis schismata [73]; » sitis autem « unum corpus et unus spiritus, perfecti eadem mente et eadem sententia [74], » secundum Dominicam sanctionem. [75] Ac diaconus quidem cuncta ad episcopum referat, ut Christus ad Patrem: quæcunque tamen potest, per se moderetur, accepta ab episcopo potestate, sicut Dominus a Patre, creare ac providere accepit; at majores causas episcopus judicet. Cæterum sit diaconus, episcopi auris et oculus, et os, cor pariter et anima; ut episcopus in pluribus quam par est

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΜΔ'.

*Ὅτι χρὴ τὸν διάκονον ἐπικουφίζειν τὸ βάρος τῶν ἐπισκόπων, καὶ διευθύνειν τὰ κουφότερα* (68).

(13) *Καὶ γὰρ καὶ ἡμεῖς*, etc. Itaque ab alia manu est titulus; potissimum ut concipitur in editione Boviana: *Quod non oportet otiosum comedere; sicuti Petrus piscator, et alii apostoli; Paulus vero et Aquila scenas faciebant, Judas et Jacobus agricolæ erant. Narrat Hegesippus et Tertullianus Romanus*, hoc est *Latinus*. Solum duo dicit Constitutor: primum, apostolos inter evangelizandum, artes suas exercuisse. Id vero innuitur quoque a S. Hieronymo epist. 4 *ad Rusticum* his verbis: *Apostoli habentes potestatem de Evangelio vivere, laborabant manibus suis, ne quem gravarent; et aliis tribuebant refrigeria, quorum pro spiritualibus debebant metere carnalia.* Et a S. Isidoro in *Regula* sua, sic: *Siquidem et Petrus princeps apostolorum piscatoris gessit officium; et omnes apostoli corporale opus faciebant, unde vitam corporis sustentabant.* Contra ex B. Augustini sententia, libro *De opere monachorum*, cap. 20, cæteri apostoli, et fratres Domini, et Cephas manibus non operabantur, sed Paulus duntaxat et Barnabas, I Corinth. IX, 4, etc. Alterum quod dicit Constitutor est, ex apostolis opificibus exstitisse alios piscatores, alios fabricatores tabernaculorum, alios agricolas. Et quidem piscatoriam exercebant Petrus et Andreas, et filii Zebedæi Jacobus et Joannes, uti patet per Matthæi caput IV, Marci I, et Lucæ V, perque plurima Patrum testimonia, inque iis Origenis homilia 17 *in Numeros*. Quanquam idem Adamantius tomo I *in Celsum*, pag. 48 August. edit., videtur Jacobum et Joannem nautas facere, Petrum et Andream piscatores. Verum eo loci magis ex mente Celsi sermonem instituit, quam ex sua. Etenim paulo post, pag. 49, cum aliis Ecclesiæ doctoribus apostolos dividit in piscatores et publicanos. In Chronico Hippolyti Thebani, et in Nicephoro lib. II, cap. 3, Zebedæus ἰδιοναύκληρος est, *navim propriam habens*. Jam vero Paulus et Aquila Actorum XVIII, 3, nuncupantur σκηνοποιοὶ τὴν τέχνην, et nomen σκυτοτόμου tribuitur Paulo, per Theodoritum quæstione 16, *in Judices*. De Juda autem Jacobi, agricola, seu (ut Bovius) Juda et Jacobo agricolis, nihil succurrit quo rem confirmem. Tantum memini hæc generalia me legere in conciliis, scripta a synodo Mediolanensi anni 679, ad Constantinum Pogonatum imperatorem: *Nam si relegas* [al. *recolas*], *insignissime imperator, non cum dialecticis, non cum rhetoricis, non cum grammaticis, sed cum rurieolis et piscatoribus, Dominus posuit rationem, et his tradidit sui secreta consilii, quos et principes ordinavit, quibus ligandi solvendique tribuit potestatem.* Immo ms. codex 1007 Bibliothecæ Regiæ, qui complectitur quatuor Evangelia, contrarium docet in observatione subjuncta Evangelio Matthæi. Integram illam adnotationem de duodecim apostolis adducere ac interpretari minime gravabor.

1. *Petrus, qui et Simon, et Cephas et Simeon.*
2. *Andreas frater ejus.*
3. *Jacobus filius Zebedæi: et Joannes,* 4. *Propter Boanerges vocabantur filii tonitrui.*
5. *Philippus, qui in Hierapoli.*
6. *Bartholomæus. Hic Indos docet.*
7. *Matthæus publicanus.*
8. *Thomas qui et Didymus. Prædicavit Parthis et Indis.*
9. *Jacobus Alphæi. Interpretationem habet*, discipulus vitæ.
10. *Thaddæus. Hic a Matthæo* (*cap.* X, 3) *quidem vocatur Lebbæus; a Luca vero* (*cap.* VI, 16) *Judas Jacobi; a Marco autem* (*cap.* II, 14) *Levis, qui sedebat ad telonium. Exponitur porro*, laudatio.
11. *Simon Cananites. Cruci affixus fuit. Appellaturque etiam Simeon, et Cleophas et Judas.*
12. *Atque Matthias, qui in locum Judæ suffectus est.*

*Publicani, Matthæus, Jacobus et Judas.*

*Matthæus dicit* (*cap.* X, 3) *se appellatum fuisse nomine publicani. At Marcus* (*cap.* II, 14, III, 18).

α'. Πέτρος, ὁ καὶ Σίμων, καὶ Κηφᾶς, καὶ Συμεών.
β'. Ἀνδρέας, ἀδελφὸς αὐτοῦ.
γ'. Ἰάκωβος, υἱὸς Ζεβεδαίου· καὶ Ἰωάννης, ὃν Ἐκαλοῦντο, διὰ τὸ Βοανεργές, υἱοὶ βροντῆς.
ε'. Φίλιππος, ὁ ἐν Ἱεραπόλει.
ς'. Βαρθολομαῖος· οὗτος Ἰνδοὺς διδάσκει.
ζ'. Ματθαῖος ὁ τελώνης.
η'. Θωμᾶς, ὁ καὶ Δίδυμος, Πάρθοις καὶ Ἰνδοῖς.
θ'. Ἰάκωβος Ἁλφαίου. Ἑρμηνεύεται δὲ *μαθητὴς* ζωῆς.
ι'. Θαδδαῖος. Οὗτος παρὰ μὲν τῷ Ματθαίῳ Λεββαῖος καλεῖται· παρὰ δὲ τῷ Λουκᾷ Ἰούδας Ἰακώβου· παρὰ δὲ Μάρκῳ Λευὶς, καθήμενος παρὰ τὸ τελώνιον. Ἑρμηνεύεται δὲ *ἄνεσις* [*f. αἴνεσις*].
ια'. Σίμων ὁ Κανανίτης. Σταυρῷ προσηλώθη· ὁ καὶ Συμεών, καὶ Κλεώπας καὶ Ἰούδας λεγόμενος.
ιβ'. Καὶ Ματθίας. ὁ ἀντὶ Ἰούδα εἰσαχθείς.

Τελῶναι, Ματθαῖος, Ἰάκωβος, καὶ Ἰούδας.

Ματθαῖος λέγει αὐτὸν κεκλῆσθαι τελώνης· ὁ δὲ Μάρκος τὸν Ἰάκωβον Ἁλφαίου· ὁ δὲ Λουκᾶς,

Digitized by Google

ristiæ vacent, corpori Domini cum timore ministrantes; alii turbam circumspectent, eique silentia faciant. Qui autem pontifici assistit diaconus, plebi dicat: Ne quis contra aliquem; ne quis in hypocrisi. His transactis, mutuo se salutent viri, mutuo se mulieres, osculo in Domino; nemo tamen dolose id agat, quemadmodum Judas Dominum osculo tradidit. Et post hoc precetur diaconus pro universa Ecclesia, pro toto mundo, et ejus partibus, et frugibus terræ, pro sacerdotibus, et principibus, pro pontifice ac rege, pro pace universali. Deinde episcopus, populo pacem precatus, benedicat ei; sicut et Moyses sacerdotibus præcepit, ut populo his verbis benedicerent: « Benedicat tibi

A σαντες (55), μετὰ τὴν τῶν κατηχουμένων καὶ τὴν τῶν μετανοούντων ἔξοδον, προσευξάσθωσαν τῷ Θεῷ, « τῷ ἐπιβεβηκότι ἐπὶ τὸν οὐρανὸν τοῦ οὐρανοῦ, κατὰ ἀνατολάς, » ὑπομιμνησκόμενοι καὶ τῆς ἀρχαίας νομῆς τοῦ κατὰ ἀνατολὰς παραδείσου, ὅθεν ὁ πρῶτος ἄνθρωπος ἀθετήσας τὴν ἐντολὴν, ὄφεως συμβουλίᾳ πεισθεὶς, ἀπεβλήθη. Οἱ δὲ διάκονοι μετὰ τὴν προσευχὴν, οἱ μὲν τῇ προσφορᾷ τῆς εὐχαριστίας σχολαζέτωσαν, ὑπηρετούμενοι τῷ τοῦ Κυρίου σώματι μετὰ φόβου, οἱ δὲ τοὺς ὄχλους διασκοπείτωσαν, καὶ ἡσυχίαν αὐτοῖς ἐμποιειτωσαν. Λεγέτω δὲ ὁ παρεστὼς τῷ ἀρχιερεῖ (56) διάκονος τῷ λαῷ· Μή τις κατά τινος· μή τις ἐν ὑποκρίσει. Εἶτα καὶ ἀσπαζέσθωσαν ἀλλήλους (57) οἱ ἄνδρες, καὶ ἀλλήλας αἱ γυναῖκες, τὸ ἐν

## VARIORUM NOTÆ.

tuitos scribit auctor libri *De moribus* illorum, tom. V B. Ambrosii. Et de περιστροφῇ circumactu adorantium, cæremonia per Numam Pompilium inducta, legendus est Plutarchus tom. I, p. 69. Sicuti de conversione in ortum mane, in austrum meridie, in occasum vesperi, dum oratur, consuli potest Mercurius cap. ult. *Asclepii*. Denique consuetudo Manichæorum, in precibus suis vertentium sese ad locum in quo sol et luna apparerent, notatur a S. Augustino in loco citato, et in *Disputat. contra Fortunatum* non procul ab initio, et lib. XIV *contra Faustum* cap. 11 (edentur infra ad *Recognit.* IV, 27). Qui ritus in Ἀνεκδότοις Manichaismi anathematismis hoc modo exprimitur: Ἀναθεματίζω τοὺς μὴ πρὸς ἀνατολὰς μόνον, τῷ ἀληθεῖ Θεῷ εὐχομένους, ἀλλὰ τῇ τοῦ ἡλίου κινήσει συμπεριφερομένους, ἐν ταῖς μυρίαις αὐτῶν προσευχαῖς. Verum ut a diverticulo redeamus ad viam, mos inflectendi corpus versus nascentem solem non placuit S. Leoni serm. 7 *De Christi Nativitate* cap. 4. Adeo in hujusmodi rebus judicium uniuscujusque cæteris non facit præjudicium. Videatur Valfridus Strabo cap. 4, libri *De exordiis et incrementis rerum ecclesiasticarum*. Id.

(55) *Καταιρησαντες*. Idem codex: ἐπιβλέψαντες. CLER.

(56) Ἀρχιερεῖ. Ἱερεῖ. Id.

(57) Ἀσπαζέσθωσαν ἀλλήλους. Et lib. VIII, cap. 11; Amalarius diaconus lib. III *De ecclesiasticis officiis*, cap. 32: *Interrogatus sum ab aliquibus, quare non invicem porrigant sibi oscula viri et feminæ in officio missæ. Quibus quamvis tunc non responderim, respondendum nunc fore arbitror. Carnales amplexus, quibus junguntur sæpissime viri et feminæ, vitandi sunt in ecclesiæ conventu. Ac ideo sequestrantur viri et feminæ in ecclesia, non solum ab osculo carnali, sed etiam situ locali. Ab his personis dantur oscula mutua in ecclesia, quæ nullam titillationem libidinosæ suggestionis cogunt excitare.* Quæ postrema periodus legitur cap. 39 libri *De officiis divinis*. Alcuino tributi. Atque hujus moris vestigia inhærent opusculo *Ad virginem lapsam*, apud Ambrosium, et apud Hieronymum: *Nonne*, inquit, *vel illum locum tabulis separatum, in quo in ecclesia stabas, recordari debuisti: ad quem religiosæ et nobiles matronæ certatim currebant, tua oscula petentes, quasi sanctioris, quasi dignioris?* aut ut codex Regius 31: *Quæ sanctiores et meliores steterant?* Contrariam consuetudinem (ut in disciplina variatum est) innuit Tertullianus lib. II *Ad uxorem*, cap. 4, his verbis: *Quis autem* gentilis *sinat conjugem suam visitandorum fratrum gratia vicatim aliena, et quidem pauperiora quæque tuguria circuire?* etc. *Jam vero alicui fratrum ad osculum convenire?* Item Severus dialogo 2, cap. 7, ubi de B. Martino et regina Ma-

B ximi imperatoris uxore, quæ Martino in convivio ministraverat: *Præclare, inquit Posthumianus, nostros istos, ut Martini non egrediantur exemplum, tua constringit oratio: sed profiteor tibi, quia hæc surdis auribus audientur. Nam si Martini sequerentur vias, nunquam causas de osculo diceremus, et universis sævæ opinionis opprobriis careremus.* Ἀγάπη δέ. verba sunt Clementis Alexandrini *Pædag.* III, 11, paulo ante finem, οὐκ ἐν φιλήματι, ἀλλ' ἐν εὐνοίᾳ κρίνεται. Οἱ δὲ οὐδὲν ἀλλ' ἢ φιλήματι καταφοφοῦσι τὰς ἐκκλησίας, τὸ φιλοῦν ἔνδον οὐκ ἔχοντες αὐτό. Καὶ γὰρ δὴ καὶ τοῦτο ἐκπέπληκεν ὑπονοίας αἰσχρὰς καὶ βλασφημίας, τὸ ἀναίδην χρῆσθαι τῷ φιλήματι, ὅπερ ἐχρῆν εἶναι μυστικόν. *Dilectio autem non in osculo censetur, sed in benevolentia. Illi autem nihil aliud quam osculo ecclesias conturbant, cum ipsam intus non habeant amicitiam. Etenim hoc utique turpem incussit opinionem, et maledicentiam, quod impudenter osculo uterentur, quod esse oportebat*

C *mysticum.* Hæc de osculo pacis et dilectionis, inter missarum solemnia dari solito. Præter quod, aliud, nempe recens baptizatis datum, observasse mihi videor in hoc S. Cypriani loco epist. 59: *Nam et quod vestigium infantis in primis partus sui diebus constituti mundum non esse dixisti, quod unusquisque nostrum adhuc horreat exosculari, nec hoc putamus ad cœlestem gratiam dandam impedimento esse oportere. Scriptum est enim:* « *Omnia munda sunt mundis* (*Tit.* I, 15). » *Nec aliquis nostrum id debet horrere, quod Deus dignatus est facere. Nam etsi adhuc infans a partu novus est, non ita est tamen, ut quisquam illum in gratia danda atque in pace facienda horrere debeat osculari, quando in osculo infantis unusquisque nostrum pro sua religione ipsas adhuc recentes Dei manus debeat cogitare, quas in homine modo formato et recens nato quodammodo exosculamur, quando id quod Deus fecit amplectimur.* Et in isto B. Chrysostomi ad finem sermonis

D *De utilitate lectionis Scripturarum*, tom. V: Οὐδαμοῦ θρῆνος, οὐδαμοῦ δάκρυα ἐνταῦθα, ἀλλ' ἀσπασμοὶ, καὶ φιλίαι, καὶ περιπλοκαὶ τῶν ἀδελφῶν, τὸ οἰκεῖον μέλος ἐπιγινωσκόντων, καὶ ὥσπερ ἐκ μακρᾶς ἀπολαβόντων ἀποδημίας. Ἐπειδὴ γὰρ πρὸ τοῦ φωτίσματος ἐχθρὸς ἦν, μετὰ δὲ τὸ φώτισμα γέγονε φίλος τοῦ κοινοῦ πάντων ἡμῶν Δεσπότου, διὰ τοῦτο πάντες συνηδόμεθα, διὰ τοῦτο καὶ τὸ φίλημα εἰρήνη καλεῖται, ἵνα μάθωμεν ὅτι πόλεμον κατέλυσεν ὁ Θεὸς, καὶ πρὸς τὴν οἰκείωσιν ἐπανήγαγε τὴν ἑαυτοῦ. *Nusquam lamenta, nusquam lacrymæ hic; sed salutationes, et oscula, et amplexus fratrum qui suum membrum agnoscunt, et tanquam ex longinqua reversum peregrinatione recipiunt. Nam quoniam ante baptismum inimicus erat, post baptismum autem amicus est factus omnium nostrum communis Domini, propterea gratulamur omnes; idcirco etiam osculum pax voca-*

Digitized by Google

Κυρίῳ φίλημα (58)· ἀλλὰ μή τις δολίως, ὡς Ἰούδας τὸν Κύριον φιλήματι παρέδωκε. Καὶ μετὰ τοῦτο προσευχέσθω ὁ διάκονος ὑπὲρ τῆς Ἐκκλησίας ἁπάσης, καὶ παντὸς τοῦ κόσμου, καὶ τῶν ἐν αὐτῷ μερῶν, καὶ ἐκφοριῶν, ὑπὲρ τῶν ἱερέων καὶ τῶν ἀρχόντων, ὑπὲρ τοῦ ἀρχιερέως καὶ τοῦ βασιλέως, καθόλου εἰρήνης. Καὶ μετὰ τοῦτο ὁ ἀρχιερεὺς ἐπευχόμενος τῷ λαῷ εἰρήνην (59), εὐλογείτω τοῦτον· ὡς καὶ Μωσῆς ἐνετείλατο ἱερεῦσιν εὐλογεῖν τὸν λαὸν τούτοις τοῖς ῥήμασιν· « Εὐλογήσαι σε Κύριος, καὶ φυλάξαι σε· ἐπιφάναι Κύριος τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἐπὶ σὲ, καὶ δῴη (60) σοι εἰρήνην. » Ἐπευχέσθω οὖν καὶ ὁ ἐπίσκοπος, καὶ λεγέτω· « Σῶσον τὸν λαόν σου, Κύριε, καὶ εὐλόγησον τὴν κληρονομίαν σου· ἣν ἐκτήσω, καὶ περιεποιήσω τῷ τιμίῳ αἵματι τοῦ Χριστοῦ σου, καὶ ἐκάλεσας βασίλειον ἱεράτευμα, καὶ ἔθνος ἅγιον. » Μετὰ δὲ ταῦτα γινέσθω ἡ θυσία, ἑστῶτος παντὸς τοῦ λαοῦ, καὶ προσευχομένου ἡσύχως· καὶ ὅταν ἀνενεχθῇ (61), μεταλαμβανέτω ἑκάστη τάξις καθ' ἑαυτὴν τοῦ Κυριακοῦ σώματος καὶ τοῦ τιμίου αἵματος, ἐν τάξει (62), μετὰ αἰδοῦς καὶ εὐλαβείας, ὡς βασιλέως προσερχόμενοι σώματι· καὶ αἱ γυναῖκες κατακεκαλυμμέναι τὴν κεφαλὴν, ὡς ἁρμόζει γυναικῶν τάξει, προσερχέσθωσαν. Φυλαττέσθωσαν δὲ αἱ θύραι, μή τις ἄπιστος εἰσέλθοι, ἢ ἀμύητος.

A Dominus, et custodiat te; ostendat Dominus faciem suam super te, et det tibi pacem [37]. » Precetur ergo episcopus, et dicat: « Salvum fac populum tuum, Domine; et benedic hæreditati tuæ [38]; quam acquisivisti ac possedisti, pretioso sanguine Christi tui [39], et appellasti regale sacerdotium, ac gentem sanctam [40]. » Post illa sacrificium fiat, stante omni populo, et tacite precante: cumque oblatum fuerit, unusquisque ordo seorsum, Dominicum corpus, ac pretiosum sanguinem sumat, accedentes ordinate, ac cum reverentia et timore, utpote ad corpus regis: mulieres etiam velato capite, uti feminarum ordinem decet, accedant. Portæ autem custodiantur, ne quis infidelis, aut nondum baptismo initiatus, ingrediatur.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΝΗ'. B CAPUT LVIII.

*Περὶ συστατικῶν, ἤτοι ξένων* (63), *λαϊκῶν, κληρικῶν, ἐπισκόπων· καὶ ὡς οὐ χρεία διαφορεῖν.*

*De hominibus commendatis, peregrinis scilicet, laicis, clericis aut episcopis; et quod sine differentia sint recipiendi qui ecclesiam ingrediuntur.*

Εἰ δέ τις ἀπὸ παροικίας ἀδελφὸς ἢ ἀδελφὴ ἐπέλθῃ, σύστασιν ἐπικομιζόμενοι (64)· διάκονος ἐπικρι-

Quod si frater aut soror ex alia parœcia advenerit, qui commendatitias afferant, diaconus quæ

[37] Num. VI, 24. [38] Psal. XXVII, 9. [39] Act. XX, 28. [40] I Pet. I, 19, et II, 9.

## VARIORUM NOTÆ.

C *tur, ut discamus quod Deus bello finem imposuerit, quodque ad suam reduxerit amicitiam.* Quia autem in hac nota, et alibi allego librum *Ad virginem lapsam*, quem viri docti abjudicant quidem Ambrosio, Hieronymo, Augustino, sed nemini adjudicant; cujus parentis fetum illum esse autumem, aperiam. Puto esse Niceæ; adductus in eam opinionem, auctoritate Gennadii, illiusque descriptorum Honorii Augustodunensis et Trithemii. Ait in *Catalogo Scriptorum ecclesiasticorum*, cap. 22 Gennadius: *Niceas Romatianæ civitatis episcopus edidit* Ad lapsam virginem *libellum, pæne omnibus labentibus emendationis incentivum.* Cot.

(58) *Τὸ ἐν Κυρίῳ φίλημα. Osculum in Domino*, sive osculum sanctum interpretantur sancti Patres, osculum verum, sincerum, sine dolo, nequaquam simulatum, ex corde, non ex ore tantummodo, absimile osculo Judæ, et columbinum, scilicet ob columbarum simplicitatem. Quod postremum epithetum usurpat auctor libri *De officiis divinis* (inter D Alcuini opera, cap. 40. Prætereaque osculum castum, religiosum, non impudicum, spiritale, non carnale, διὰ στόματος σώφρονος καὶ μεμυκότος (Clem. Alex.), atque, ut ab Haymone ad Roman. XVI, 16, dicitur, nullatenus columbinum, nempe propter salacitatem columbæ. Id.

(59) *Ὁ ἀρχιερεὺς ἐπευχόμενος τῷ λαῷ εἰρήνην, εὐλογείτω τοῦτον.* Inter varias pacis prædicationes, ac populi benedictiones, hujus ante sacrificium peragi solitæ meminit, præ.er liturgographos, Rituumque ecclesiasticorum collectores atque explanatores, S. Chrysostomus, sermone 1 *De sancta Pentecoste*, 36, tomi V, et homilia 3 in *Epistolam ad Colossenses.* Præclare sub finem Commentar. in *Epist. ad Rom.* apud Hieronymum: *Ideo in ecclesia pax primo annuntiatur; ut ostendat se cum omnibus esse pacificum, qui corpori communicaturus est Christi.* Id.

(60) *Καὶ δῴη.* Præmittuntur hæc hisce verbis: Ἐλεήσαι σε, ἐπάραι Κύριος τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἐπὶ σέ, in altero cod. Cler.

(61) *Ἀνενεχθῇ.* Ἀνέλθῃ, in altero cod. Id.

(62) *Ἐν τάξει.* Desunt in altero cod. Id.

(63) *Ἤτοι ξένων*, etc. Hæc et sequentia inscriptionis verba desunt in altero cod. Vindobon. Nimirum, post συστατικῶν subaudiendum putavit librarius ἐπιστολῶν, non hominibus commendatis. Id.

(64) *Σύστασιν ἐπικομιζόμενοι.* Quia mos ecclesiasticus dandi litteras commendatitias, cæterasque canonicas seu regulares ac formatas, a multis et luculenter fuit explicatus; ne actum agendo, nihil egisse videar, contentus ero subjunxisse nonnullas quorumdam locorum citari solitorum correctiones, quas arbitror fuisse prætermissas, nequaquam tamen prætermittendas judico. Quatuor autem erunt: 1ª in Joanne Zonara, 2ª in Theodoro Balsamone, 3ª in Constantino Harmenopulo, postrema in Nicephoro Callisti. Etenim apud Zonaram legitur in interpretatione ad 12 canonem apostolorum: Συστατικαὶ ἐπιστολαί εἰσιν, αἱ διδόμεναι κληρικοῖς ἢ λαϊκοῖς ἀφωρισμένοις, ἢ ἀναγνώσταις, ἐν ἑτέρᾳ πόλει ἀπιοῦσι. καὶ συνεστῶσαι τῷ ἐκεῖ ἐπισκόπῳ αὐτοὺς, ὡς λυθέντας τῶν ἐπιτιμίων, ἢ πιστοὺς ὄντας· cum ex sensu, ex ms. Regio 277, et ex canone 13 synodi Chalcedonensis reponi debeat, ἢ ἀγνώστοις. Canon ita habet, in Zonara et Balsamone: Ξένους κληρικοὺς καὶ ἀγνώστους, ἐν ἑτέρᾳ πόλει δίχα συστατικῶν γραμμάτων τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου μηδὲ ὅλως μηδαμῇ λειτουργεῖν. Prætera libri Balsamonis editi, inverso ordine, collocant canones Laodicenos 41, 42, uti ostendunt cum duo Regii scripti, tum utriusque canonis interpretationes, quarum prior competit canoni qui illic postponitur, posterior vero canoni qui primas tenet. Itaque locorum commutatio fieri debet, et canon iste: Ὅτι οὐ δεῖ ἱερατικὸν ἢ κλη-

Digitized by Google

ad eos spectant probet, inquirens, an fideles sint, an Ecclesiæ filii, an a nulla hæresi contaminati: et rursum an illa nupta vel vidua sit, atque ita, cognito eorum statu, quod vere credant, et in Domini religione cum Ecclesia concordent, deducat singulos ad congruum eis locum. Si autem presbyter ex parœcia advenerit, excipiatur a presbyteris in communitatem: et si diaconus, a diaconis; si vero episcopus, cum episcopo sedeat, a quo parem honorem obtinebit; rogabisque eum, o episcope, ut populum alloquatur in sermone doctrinæ; peregrinorum enim cohortatio et admonitio acceptissima et utilissima est: « Nullus quippe propheta, ait Dominus, acceptus est in sua patria [32]. » Permittes etiam arbitrio illius, ut offerat eucharistiam: quam si, tanquam sapiens, propter reverentiam et honorem tibi habitum, offerre noluerit, coges ut saltem populo benedicat. Quod si, dum sedetur, vir quispiam superveniat honestus, et in sæculo clarus, sive alterius

A νέτω τὰ κατ' αὐτοὺς, ἀνακρίνων εἰ πιστοὶ, εἰ ἐκκλησιαστικοὶ, εἰ μὴ ἀπὸ αἱρέσεώς εἰσι μεμολυσμένοι· καὶ πάλιν, εἰ ὕπανδρος, ἢ χήρα· καὶ οὕτω γνοὺς τὰ κατ' αὐτοὺς, ὡς εἰσιν ἀληθῶς πιστοὶ καὶ ὁμογνώμονες ἐν τοῖς Κυριακοῖς, ἀπαγέτω ἕκαστον εἰς τὸν προσήκοντα αὐτῷ τόπον· εἰ δὲ καὶ πρεσβύτερος (65) ἀπὸ παροικίας ἐπέλθοι, προσδεχέσθω ὑπὸ τῶν πρεσβυτέρων κοινωνικός [31]· εἰ δὲ διάκονος, ὑπὸ τῶν διακόνων· εἰ δὲ ἐπίσκοπος, σὺν τῷ ἐπισκόπῳ καθεζέσθω, τῆς αὐτῆς ἀξιούμενος ὑπ' αὐτοῦ τιμῆς· καὶ ἐρωτήσει αὐτὸν, ὦ ἐπίσκοπε, προσλαλῆσαι τῷ λαῷ λόγους διδακτικούς· ἡ γὰρ τῶν ξένων παράκλησις καὶ νουθεσία εὐπαράδεκτος (66) καὶ ὠφελιμωτάτη σφόδρα· « Οὐδεὶς γὰρ προφήτης, φησὶν, δεκτὸς ἐν τῇ ἰδίᾳ πατρίδι. » Ἐπιτρέψεις δ' αὐτῷ καὶ τὴν εὐχαριστίαν ἀνοῖσαι· ἐὰν δὲ δι' εὐλάβειαν, ὡς σοφὸς, τὴν τιμήν σοι τηρῶν, μὴ B θελήσῃ ἀνενέγκαι, κἂν εἰς τὸν λαὸν εὐλογίαν αὐτὸν ποιήσασθαι καταναγκάσεις. Εἰ δὲ ἐν τῷ καθέζεσθαι (67), ἕτερός τις ἐπέλθοι εὐσχήμων καὶ ἔνδοξος ἐν

[31] al. κοινονικῶς. Sic alter cod. Vind. [32] Luc. IV, 24; Joann. IV, 44.

## VARIORUM NOTÆ.

ρικὸν, ἄνευ κελεύσεως ἐπισκόπου ὁδεύειν, quadragesimus primus haberi, hic vero: Ὅτι οὐ δεῖ ἱερατικὸν ἢ κληρικὸν, ἄνευ κανονικῶν γραμμάτων ὁδεύειν, quadragesimus secundus. Scio dicta decreta aliter ordinari solere. Verum Balsamonis ordo servatur in versione Gentiani Herveti, in ms. codice viri clarissimi, nec unquam satis, ob propensam erga litteratos voluntatem, laudati Claudii Jolii canonici Parisiensis, et in Zonara Bibliothecæ Regiæ cod. C 277, 566, favente ejusdem Zonaræ interpretatione, innititurque his verbis Matthæi Blastaris: Ἀλλ' οὐδὲ ὁ μα' τῆς ἐν Λαοδικείᾳ, ἔτι δὲ καὶ ὁ μϐ', κληρικὸν ἢ ἱερατικὸν ὅλως ὁδεύειν οὐκ οἴεται δεῖν, δίχα κελεύσεως τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου, ἢ κανονικῶν τούτου ἐπιστολῶν. Ad hæc aut falsus est Harmenopulus, aut verba illius mutila leginus, aut scripsit in *Epitome canonum*, sect. 2, tit. 3:

Ὁ λγ' τῶν ἀποστόλων, ὁ ιγ' τῆς δ'.

Καὶ ὁ ζ' τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ.

Ξένος ἱερεὺς ἅμα συστατικῷ, vel μετὰ συστατικοῦ, ἀναχρινέσθω, καὶ εἰ ὀρθοτομεῖ, προσδεχέσθω, εἰ δ' οὔκ, ἀποπεμπέσθω, τὰ πρὸς χρείαν λαβών. Res est, non conjectura. Denique suppleo Nicephorum *Hist. eccles.* lib. XII, cap. 30, unde excidit syllaba αὐ: et rescribo, γραμμάτων δίχα, ἃ πρὸς αὐτοὺς (vulgo τοὺς) ὁμοδόξους δηλοῖ. *Absque litteris, quæ illos ejusdem secum opinionis esse declarant.* Fundus supplementi, archetypa verba Sozomeni, lib. VII, cap. D 27: Δίχα γραμμάτων ἀφικνουμένοις, ἃ πρὸς σφᾶς αὐτοὺς ὁμοδόξους δηλοῖ. Cot.

(65) *Εἰ δὲ καὶ πρεσβύτερος*, etc. Enarrantur frequenter in Operibus ecclesiasticis, quæ ad episcopos cæterosque clericos peregrinos spectant; honor illis haberi solitus; jura synthroni, sacrificii, concionis et benedictionis delata; ususque in hujusmodi rebus et abusus. Sed præcipue cum constitutione conferri debent loca Irenæi, apud Eusebium, *Hist.* lib. V, cap. 24; Cypriani epist. 28 et 32; Athanasii *Homilia de semente*, edit. Paris., t. I, p. 1064; Basilii epist. 72, 82, 85; Chrysostomi in fine epistolæ 125; Hieronymi epist. 61, cap. 4; Synesii sub finem epistolæ 67; Socratis *Eccl. hist.* lib. VI, cap. 14; Georgiique Alexandrini in *Vita Chrysostomi* num. 43, et scriptoris anonymi, ejusdem *Vitæ* num. 91; denique Gennadii *De viris illustribus* cap. 21 et penult. Notetur insuper quod in *Gestis collationis Carthaginensis cum Donatistis* dicitur, cognitione I, num. 16: *Poterit unusquisque nostrum honoris sibi socio copulato, vicissim sedere eminentius, sicut peregrino episcopo juxta considente collega.* Quibus omnibus adjungi possunt canones, Arelatensis 19: *De episcopis peregrinis qui in urbem sulent venire, placuit, eis locum dari ut offerant;* in *Capitularibus*, lib. VI, cap. 240: *Ut peregrino episcopo locus sacrificandi detur, utque benigne suscipiatur;* undecimus Sardicensis, 30 Patricii, Auxilii et Issernini, Trullanus 20; et iste concilii Carthaginensis 4, num. 33: *Episcopi vel presbyteri si causa visitandæ ecclesiæ ad alterius ecclesiam venerint, in gradu suo suscipiantur, et tam ad verbum faciendum, quam ad oblationem consecrandam invitentur.* Ex locis porro citatis critica nostra indigere videtur ide Athanasii, utpote (nisi fallor) mancus et imperfectus: Παραγίνεται πολλάκις εἰς πόλιν ἀνὴρ δυνάμενος διδάσκειν Ἑλληνιστί. Ὁ τὴν ἀκοὴν θελγόμενος, σπεύδει εἰς τὴν ἐκκλησίαν, οὐ τὴν ἰατρείαν τῆς ψυχῆς, ἀλλὰ τῶν λόγων τὸ κάλλος μόνον ἁρπάσαι. Ἀνεχώρησεν ὁ εὐγλώττως λαλῶν, ἀνεχώρησε καὶ τῆς ἐκκλησίας τὸ ζιζάνιον· οὐ γὰρ ἔχει τὸ σιτῶδες, τὸ πιστόν. Ὁ δὲ πιστὸς, κἂν εὐγλώττως λέγῃ, τὰ λεγόμενα σπουδάζει κατακούειν, κἂν Συριστὶ, κἂν Ῥωμαϊστὶ, κἂν διαφόρῳ γλώττῃ· οὐ γὰρ ζητεῖ λόγους, ἀλλ' ἔργα. Sensum integrum ac probum elicies, si post εὐγλώττως inseruerit κἂν ἀγλώττως. *Venit sæpe in urbem vir Græce docendi peritus: ibi captator voluptatis auriun, in ecclesiam deproperat, non ut medicinam animæ, sed ut duntaxat pulchritudinem verborum rapiat. Recedit facundus ille habita oratione, recedit etiam ab ecclesia zizanium: non enim habet quidquam frumentale, quidquam fidei. Fidelis vero, sive quis diserte sive indiserte dicat, contendit audire ea quæ dicuntur, sive Syriaco, sive Latino, sive alio quovis sermone ille utatur: non enim verba quærit, sed opera.* Per Socratem vero corrigendus venit Nicephorus lib. XIII, cap. 13, sic: Ἰδίᾳ αὐθεντίᾳ μὴ προσταγεὶς ἐλειτούργησας. In Socrate: Μὴ προσταγεὶς παρ' ἐμοῦ, ἐν αὐταῖς (ἐκκλησίαις) ἐλειτούργησας, οἰκείᾳ αὐθεντίᾳ χρησάμενος, et cætera a Nicephoro et ab Epiphanio Scholastico non intellecta. Id.

(66) *Εὐπαράδεκτος*. Deest in altero cod. Cler.

(67) *Ἐν τῷ καθέζεσθαι*. Si quem clam sunt diversi antiquorum mores, ut concionatores sedentes aut stantes sermonem haberent ad populum, utque plebs conciones, lectiones, et psalmodiam audiret

Digitized by Google

τῷ βίῳ, ἢ ξένος, ἢ ἐγχώριος· σὺ ὁ ἐπίσκοπος ὁ προσλαλῶν τὸν περὶ Θεοῦ λόγον, ἢ ὁ ἀκούων τοῦ ψάλλοντος, ἢ τοῦ ἀναγινώσκοντος, μὴ προσωποληπτῶν καταλίπῃς τὴν διακονίαν τοῦ λόγου, ἵνα διατάξῃ αὐτῷ προεδρίαν· ἀλλὰ μένε ἡσύχιος, μὴ διακόπτων σου τὸν λόγον, ἢ τὴν ἀκοήν· οἱ δὲ ἀδελφοὶ διὰ τῶν διακόνων παραδεχέσθωσαν αὐτόν· εἰ δὲ τόπος οὐκ ἔστιν, ὁ διάκονος τὸν μᾶλλον νεώτερον ἐγείρας, μετὰ λόγου, ἀλλὰ μὴ μετ' ὀργῆς, ἐκεῖνον καθισάτω· δίκαιον δὲ τοῦτο καὶ ἀφ' ἑαυτοῦ τὸν φιλάδελφον (68) ποιῆσαι· ἐὰν δὲ ἀνανεύῃ, ἐγείρας αὐτὸν ἀναγκαστῶς, ὀπίσω πάντων στῆσον (69), ἵνα παιδευθῶσι καὶ οἱ λοιποὶ ἀντιπαραχωρεῖν τοῖς ἐντιμοτέροις. Εἰ δὲ πτωχὸς, ἢ ἀγενὴς (70), ἢ ξένος ἐπέλθοι, πρεσβύτης ἢ νέος τῇ ἡλικίᾳ, καὶ τόπος οὐχ ὑπάρχει, καὶ τούτοις τόπον ποιήσει ἐξ ὅλης τῆς καρδίας αὐτοῦ ὁ διάκονος, ἵνα μὴ πρὸς ἄνθρωπον αὐτοῦ γένηται ἡ προσωπόληψις, ἀλλὰ πρὸς Θεὸν ἡ διακονία εὐάρεστος. Τῷ δ' αὐτῷ [34] ποιείτω καὶ ἡ διάκονος, ταῖς ἐπερχομέναις γυναιξὶ, πτωχαῖς ἤτοι πλουσίαις.

A sive ejusdem regionis [33]: tu, episcope, dum de Deo sermonem habes ad plebem, aut dum audis eum qui psallit vel legit; ne per acceptionem personæ relinquas verbi ministerium, ut illi locum inter primas sedes constituas; verum quietus mane, nec interrumpe sermonem tuum, vel auditionem; fratres vero eum per diaconos recipiant; atque si locus desit, diaconus, omnium juniorem, prudenter, non autem præfracte loco movens, honoratum illum sedere faciat; cui æquum est ut alter fraternæ charitatis studiosus cedat sponte; quod si renuerit, vi motum, post omnes colloca, quo etiam cæteri discant honoratioribus concedere. Cum autem pauper, vel ignobilis, vel peregrinus, isque senex, aut juvenis, intervenerit, sedibus occupatis, iis quoque diaconus B ex toto corde locum faciet, ut non gratificatio ejus homines spectet, sed Deo acceptum fiat ministerium ejus. Idem et servet diaconissa, in advenientibus mulieribus, sive pauperibus sive divitibus.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΝΘ'.

*Ὅτι χρὴ ἕκαστον ὄρθρου καὶ ἑσπέρας σπουδαῖον εἶναι περὶ τὰς συνάξεις.*

Διδάσκων δὲ, ὦ ἐπίσκοπε, κέλευε καὶ παραίνει τῷ λαῷ, εἰς τὴν ἐκκλησίαν ἐνδελεχίζειν ὄρθρου καὶ ἑσπέρας ἑκάστης ἡμέρας (71), καὶ μὴ ἀπολείπεσθαι τὸ

## CAPUT LIX.

*Quod debeat unusquisque mane et vespere collectarum esse studiosus.*

Cum autem doces, episcope, jube et persuade populo, ut singulis diebus mane et vespere ecclesiam frequentet, nec ullatenus desistat, sed assidue con-

[33] l. Jacob. II. [34] al. τὸ δ' αὐτό. Sic alter cod. Vind.

## VARIORUM NOTÆ.

stans vel sedens; adeat ille ad Bernardini Ferrarii C libros *De sacris concionibus*, et ad Jacobi Sirmondi notas in carmen 16 Apollinaris Sidonii. Noster in ea vivebat Ecclesia, in qua sessionis consuetudo obtinebat. Cernere licet hic, et capp. 11, 57; et lib. VIII, cap. 5. Observatum adhæc fuit, ritus eos a Judæis ad Christianos pervenisse: citanturque eam in rem cum aliis testimoniis verba Philonis corrupta, libro *Quod quisquis virtuti studet liber sit*, circa medium: Εἰς ἱεροὺς ἀφικνούμενοι τόπους, οἳ καλοῦνται συναγωγαὶ, καθ' ἡλικίας ἐν τάξεσιν ὑπὸ πρεσβυτέροις νέοι καθέζονται, μετὰ κόσμου τοῦ προσήκοντος ἔχοντες ἀκροατικῶς· εἶθ' ὁ μὲν τὰς βίβλους ἀναγινώσκει λαβὼν, ἕτερος δὲ τῶν ἐμπειροτάτων, ὅσα μὴ γνώριμα παρελθὼν ἀναγινώσκει. Constabit sensus, si expulso ultimo ἀναγινώσκει, substituatur ἀναδιδάσκει, quo modo citatur ab Eusebio *Præpar. evang.*, l. VIII, c. 12. Consule, si placet, *Micrologi* caput 9 de Græcis non sedentibus dum legitur epistola. Consule etiam Opusculum 39 Petri Damiani contra eos qui sedent, quando vel canonica Horarum celebrantur officia, vel etiam ipsa missarum offeruntur terribilia sacramenta; ubi tamen probatur mos sedendi inter nocturni officii lectiones. Videre quoque poteris, ubi te ad magnificentissimam regis Christianissimi bibliothecam conferes, antiquissimum a me jam memoratum codicem ms. S. Gregorii Nazianzeni seu theologi, recensitum numero 155, in cujus variis tabellis unam reperies theologi cum diacono suo, opinor, stantis, et ad populum pariter stantem, mulieribus modico intervallo post viros collocatis, concionem habentis. Cot.

(68) *Φιλάδελφον.* In altero Vind. codice ἀδελφὸν ὡς, *ut fratrem*. Cler.

(69) *Ἐγείρας αὐτὸν ἀναγκαστῶς, ὀπίσω πάντων στῆσον.* In Regula S. Pachomii articulo 85. *Si quis iracundus et furiosus, frequenter irascatur sine causa, et propter rem inanem et vacuam; per sex vices commonebitur, et in septima facient eum sur-* D *gere de ordine sessionis suæ, et inter ultimos collocabitur*, etc. Et in Regula S. Benedicti cap. 43: *Quod si quis ad nocturnas vigilias post Gloriam psalmi* XCIV (*quem propter hoc omnino protrahendo et morose volumus dici*) *occurrerit, non stet in ordine suo in choro, sed omnium ultimus stet, aut in loco quem talibus negligentibus seorsum constituerit abbas*, etc. Cujus posterioris præcepti vestigia premit caput 131, lib. I synodi Aquisgranensis anno 816, congregatæ. Nec multum dissimilis est alia censura concilii Trullani can. 7; et concilii Nicæni 2, can. 5, per quam clericus ad ultimum gradum ordinis sui amandatur, fitque sociorum omnium ὑποδάθμιος. Cot.

(70) Ἀγενὴς. Ἐθαγενὴς, alter cod. Vindob. Cler.

(71) *Εἰς τὴν ἐκκλησίαν ἐνδελεχίζειν ὄρθρου*, etc. Et capitibus 36, 39. Libri autem VIII, cap. 12, oratur pro iis qui justam ob causam a Synaxi absentes sunt. Ita passim antiqui Christianos ad collectas invitant, ecclesiæ frequentationem suadent, queruntur de neglectu ea in re, eumque neglectum non paucis canonibus castigant. Et vero celebrabantur conventus sacri, tempore apostolorum singulis diebus, Act. II, 46, sed solemniores die Dominica, Act. XX, 7, et I Corinth. XVI, 2. Postea effecerunt persecutiones, cum summe sævirent hostes veritatis, ut rarius conveniretur: tantumque in Dominicis diebus: quod colligitur ex *Apologetico* Justini Martyris, et ex Plinii Epistola. Invaluerunt deinde Synaxes Sabbati, quas fortassis infra illustrabimus; et stationes seu congregationes quartæ sextæque feriæ, de quibus Tertullianus in *Libro de jejuniis*, Epiphanius in *Expositione fidei*, et Socrates lib. V, cap. 22: Τῶν δὲ λαῶν, verba sunt Athanasii Epistola *ad Solitarios* p. 847, ἐν τῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ συνελθόντων, τετάρτῃ γὰρ ἦν Σαββάτου. Latin *Protestatione populi Alexandrini* p. 867: Σύναξις γὰρ ἔμελλε τῇ παρασκευῇ γίνεσθαι. Prætereaque anniversariæ martyrum commemorationes ex S. Cypriano notæ invectæ sunt, retentis semper cœtibus, quos sacer-

Digitized by Google

veniat; utque nullus subducendo se, Ecclesiam mutilet, corpusque Christi mancum faciat. Non enim de sacerdotibus duntaxat dictum est; sed et quisque laicus de se quoque intelligat, reputans quod a Domino dictum sit : « Qui non est mecum, contra me est, et qui non congregat mecum, spargit [25]. » Igitur vos ipsos, qui estis membra Christi, nolite spargere, fratrum cœtus non adeundo. Qui caput habetis Christum, juxta promissionem suam nobis fidelibus præsentem et consociatum, vestri curam ne projiciatis, nec Salvatorem suis membris privetis, nec illius corpus partiamini, nec membra ejusdem dispergatis, neque verbo Dei huic vitæ necessaria præponatis; sed singulis diebus congregemini, mane et vespere, psallentes et orantes in ædibus Dominicis, mane quidem dicentes psalmum sexagesimum secundum, vespere vero centesimum quadragesimum. [26] Præcipue autem die Sabbati, et die qua Dominus resurrexit, hoc est Dominica, studiosius ad ecclesiam occurrite, ut laudibus prosequamini Deum, qui condidit omnia per Jesum, eumque ad nos amandavit, pati permisit, ac ex mortuis suscitavit. Qua enim expurgatione apud Deum utetur, qui ad audiendum salutarem de resurrectione sermonem non convenit in die Dominico? in quo et tres precationes stando peragimus, ad memoriam illius, qui in triduo resurrexit: et in quo habentur lectio prophetarum, Evangelii prædicatio, sacrificii oblatio, et sacri cibi donum.

A σύνολον, ἀλλὰ συνέρχεσθαι διηνεκῶς, καὶ μήτε τὴν Ἐκκλησίαν κολοβοῦν ἑαυτὸν ὑφαιροῦντα, καὶ παρὰ μέλος ποιεῖν τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ· οὐ γὰρ μόνον περὶ ἱερέων ἐρρέθη, ἀλλὰ καὶ ἕκαστος τῶν λαϊκῶν περὶ ἑαυτοῦ ἀκουέτω, λογιζόμενος ὅτι εἴρηται ὑπὸ τοῦ Κυρίου· « Ὁ μὴ (72) ὢν μετ' ἐμοῦ, κατ' ἐμοῦ ἐστι, καὶ ὁ μὴ συνάγων μετ' ἐμοῦ, σκορπίζει. » Μὴ οὖν ἑαυτοὺς μέλη ὄντας τοῦ Χριστοῦ σκορπίζετε, μὴ συναθροιζόμενοι. Χριστὸν κεφαλὴν ἔχοντες (73), κατὰ τὴν ἐπαγγελίαν αὐτοῦ συνόντα καὶ κοινωνοῦντα (74) ἡμῖν, μὴ ἀμελεῖτε ἑαυτῶν, μηδὲ ἀποστερεῖτε τὸν Σωτῆρα τῶν οἰκείων μελῶν, μηδὲ διαιρεῖτε τὸ σῶμα αὐτοῦ, μηδὲ σκορπίζετε τὰ μέλη αὐτοῦ, μηδὲ προκρίνετε τοῦ θείου λόγου τὰς βιωτικὰς χρείας· ἀλλ' ἑκάστης ἡμέρας συναθροίζεσθε ὄρθρου καὶ ἑσπέρας, ψάλλοντες B καὶ προσευχόμενοι ἐν τοῖς Κυριακοῖς· ὄρθρου μὲν λέγοντες ψαλμὸν τὸν ξβ', ἑσπέρας δὲ τὸν ρμ' (75). Μάλιστα δὲ ἐν τῇ ἡμέρᾳ τοῦ Σαββάτου, καὶ ἐν τῇ τοῦ Κυρίου ἀναστασίμῳ, τῇ Κυριακῇ, σπουδαιτέρως ἀπαντᾶτε, αἶνον ἀναπέμποντες τῷ Θεῷ τῷ ποιήσαντι τὰ πάντα διὰ Ἰησοῦ, καὶ αὐτὸν εἰς ἡμᾶς (76) ἐξαποστείλαντι, καὶ συγχωρήσαντι παθεῖν, καὶ ἐκ νεκρῶν ἀναστήσαντι. Ἐπεὶ τί ἀπολογήσεται τῷ Θεῷ ὁ μὴ συνερχόμενος ἐν τῇδε τῇ ἡμέρᾳ ἀκούειν τοῦ σωτηρίου περὶ τῆς ἀναστάσεως λόγου; ἐν ᾗ καὶ τρὶς εὐχὰς ἐστῶτες ἐπιτελοῦμεν (77), μνήμης χάριν τοῦ διὰ τριῶν ἀναστάντος ἡμερῶν· ἐν ᾗ προφητῶν ἀνάγνωσις, καὶ Εὐαγγελίου κηρυκεία, καὶ θυσίας ἀναφορὰ, καὶ τροφῆς ἱερᾶς δωρεά.

[25] Matth. XII, 30. [26] I. Ignat. interpol. ad Magnes. 9.

## VARIORUM NOTÆ.

dotes extra ordinem pro ecclesiarum necessitatibus indicebant. Tandem mos inolevit, ut quotidie publicæ preces fierent, mane et vespere, ἑωθινοὶ ὕμνοι, προσευχαὶ ἑωθιναὶ, λυχνικοί τε ἅμα ψαλμοὶ, καὶ προσευχαὶ, inquit B. Epiphanius cap. antepenult. *Expositionis fidei :* utque recitarentur quas vocant Horas canonicas, de quibus inferius : et ut multis in Ecclesiis quotidianum sacrificium, quotidiana missa, quotidiana oblatio, locum haberet; quemadmodum docemur per canonem 5 concilii Toletani primi, per sermonem Ambrosii 34, et per epistolam Augustini 118. Cot.

(72) *Ὁ μή.* Præfigitur ὅτι, quod præmittitur etiam orationi directæ, quamvis omitti quoque possit, ex altero cod. Vindobon. Cler.

(73) *Ἔχοντες.* Alter cod. ἔχετε. Id.

(74) *Κοινωροῦντα.* In eodem ms. συνοικοῦντα ὑμῖν. Cot.

(75) *Ὄρθρου μὲν λέγοντες ψαλμὸν τὸν ξβ', ἑσπέρας δὲ τὸν ρμ'.* Lib. VIII, cap. 35: τὸν ἐπιλύχνιον ψαλμόν, et cap. 37: τὸν ὄρθρινον. De quibus psalmis videndi præter recentiores, Athanasius *Epistola ad Marcellinum*, pag. 975, et libro *De virginitate*, p. 1057; Chrysostomus in psalmum CXL, paulo post initium; Cassianus *De cœnobiorum institutis* lib. III, cap. 3, 6; Benedictus *Regulæ* suæ cap. 12, 18; Aurelianus in *Ordine psallendi*, et Amalarius *De eccles. off.* lib. IV, cap. 10. Quod si mihi concedatur aliquid extra rem loqui, conabor medelam afferre loco S. Epiphanii circa psal. CXL, qui locus non infeliciter per Joannem Croium tentatus fuit. En verba Cyprii præsulis, posita in libro *De ponderibus et mensuris* cap. 6: Ἐν τῷ ἑκατοστῷ τεσσαρακοστῷ ψαλμῷ ἔκειτο ἐν τῷ Ἑβραϊκῷ οὕτως· *Ἀδωναΐ, Ἠλιχὰ Καριθὶ, Ἰσμαὴλ Ἰεββιτὰ Ἀκώλ·* ἃ ἐστιν ἑρμηνευόμενα· *Κύριε, ἐξέκραξα πρὸς σὲ, εἰσάκουσόν μου, πρόσχες τῇ φωνῇ. In centesimo quadragesimo psalmo locus est qui sic Hebraice legitur: « Adonai, Elicha Carithi, Ismael Jebbita Hacol. » Hoc est: « Domine, clamavi ad te, exaudi me, intende voci. »* Ad quæ notat Croius cap. 12 *Observationum in Novum Testamentum*, aliter in Hebræo Scripturæ contextu legi, nimirum : Ἀδωναΐ, Κερατιχὰ, Οὖσα Αἰ, Ἀαζινὰ Κωλί, et Ἰσμαὴλ Ἰεββιτά, voces nihil mutari debere in Σεμὰ Ἠλί. Ἐκσιβά. Mihi vero longius petitum videtur verbum Ἐκσιβά· magisque placet Ἐββιτά pro Ἀββιθά, הבימה. Cot.

(76) *Εἰς ἡμᾶς.* Desunt in altero cod. Vind. Cler.

(77) *Τρὶς* vel *τρεῖς εὐχὰς ἑστῶτες ἐπιτελοῦμεν.* Et trium precum mentio in canone 19 Laodicenæ synodi. Et scripserat in libro *De Paschate* S. Irenæus, teste auctore *Quæstionum ad Orthodoxos*, cap. 115, apud Justinum martyrem, cœpisse a temporibus apostolicis consuetudinem non flectendi genu in die Dominico. *De geniculis non adorare*, inquit Hieronymus *Contra Luciferianos* cap. 4, post Tertullianum *De corona* cap. 3. Is mos apostolicus intermittendæ genuflexionis eo die, ac precandi corpore stante et erecto, non autem strato ac inclinato, indicatur etiam atque exponitur ab Hilario, *Prologo in psalmos;* Petro Alexandrino, *Oratione de Paschate;* Basilio cap. 27, libri *De Spiritu sancto;* Augustino, epist. 119, cap. 15, 17; Cassiano lib. II *De institutis cœnobiorum* cap. 18, et collatione 21, cap. 20; Maximo Taurinensi, sermone 3 *De Pentecoste*, qui est inter Ambrosianos 60; Martino Bracarensi, *Collectionis canonum* cap. 57; Patribus Trullanæ synodi canone 90; concilii Turonensis 3, can. 37; et

Digitized by Google

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ξ'.

## CAPUT LX.

*Παράδειγμα πρὸς ζῆλον ἐνάγον, ἡ Ἑλλήνων* (78) *καὶ Ἰουδαίων μάταιος συνδρομὴ ἐπὶ τοὺς νεὼς καὶ τὰς συναγωγάς.*

*Exemplum ad æmulationem inducens; gentilium et Judæorum vanus ad delubra et synagogas concursus.*

Πῶς δὲ οὐ πολέμιος Θεοῦ ὁ περὶ τὰ πρόσκαιρα μὲν νύκτα καὶ μεθ' ἡμέραν σπουδάζων, τῶν δὲ αἰωνίων ἀμελῶν; καὶ λουτρῶν μὲν καὶ προσκαίρου τροφῆς, ἑκάστης (79) μεταποιούμενος, τῶν δὲ ἀεὶ παραμόνων οὐκ ἐπιστρεφόμενος; πῶς δ' οὐχὶ καὶ νῦν ἐρεῖ τῷ τοιούτῳ ὁ Κύριος· Ἐδικαιώθη τὰ ἔθνη ὑπὲρ ὑμᾶς (80)· ὥσπερ καὶ τὴν Ἱερουσαλὴμ ὀνειδίζων ἔλεγεν· « Ἐδικαιώθη Σόδομα ἐκ σοῦ. » Εἰ γὰρ τὰ ἔθνη ἐξ ὕπνου αὐτῶν καθ' ἡμέραν ἀναστάντα, τρέχει ἐπὶ τὰ εἴδωλα, τοῦ λατρεύειν αὐτοῖς, καὶ πρὸ παντὸς ἔργου καὶ πάσης πράξεως πρῶτον αὐτοῖς προσεύχονται, καὶ ἐν ταῖς ἑορταῖς, καὶ ἐν ταῖς πανηγύρεσιν αὐτῶν οὐκ ἀφυστεροῦσιν (81), ἀλλὰ σχολάζουσιν· οὐχ οἱ τοπικοὶ (82) μόνον, ἀλλὰ καὶ οἱ πόρρωθεν οἰκοῦντες· καὶ ἐν τοῖς θεάτροις αὐτῶν ὡς ἐν συναγωγῇ πάντες συνέρχονται. Ὁμοίως καὶ οἱ μάτην λεγόμενοι Ἰουδαῖοι, καθ' ἑξ ἡμέρας ἀργοῦντες, τῇ ἑβδόμῃ ἡμέρᾳ συνίασιν εἰς τὴν συναγωγὴν αὐτῶν (83), οὐδέποτε παραφίοντες (84) ἢ παραμελοῦντες, οὔτε τῆς ἀργίας αὐτῶν, οὔτε τῆς συναγωγῆς αὐτῶν· οἱ τῆς δυνάμεως τοῦ Λόγου ἐν τῇ

Quomodo autem non est hostis Dei, qui rebus quidem temporariis per noctem et diem vacat, æternas vero negligit? qui quidem balnearum et cibi caduci quotidie satagit, perpetuo autem durantium curam non gerit? Et quomodo non etiam nunc huic dicet Dominus : Justificatæ sunt super vos gentes, sicut exprobrans Hierosolymæ, aiebat : « Justificata est Sodoma ex te[37]. » Nam si gentiles quotidie, e somno surgentes, ad idola properant, ut ea venerentur; et ante omne opus, omnemque actionem eis primum supplicant, atque in festis suis ac celebritatibus adeundis non negligentes sunt, sed admodum studiosi; non solum incolæ, sed etiam qui procul habitant : et in theatris suis tanquam in synagoga omnes conveniunt; similiter et qui abs re vocantur Judæi, post singulos quosque sex dies feriantur, septimo ad synagogam suam conveniunt, nunquam intermittentes aut negligentes, neque vacationem suam, neque suos conventus; cum tamen per incredulitatem suam sint exinaniti a virtute,

[37] Ezech. xvi, 52.

## VARIORUM NOTÆ.

scriptoribus librorum ritualium. Petri Alexandrini locus, sive canon illius 15, apud Zonaram et Balsamonem ita compleri debet ac restitui etiam ex mss. regiis : Οὐκ ἐγκαλέσει τις ἡμῖν παρατηρουμένοις τετράδα καὶ παρασκευήν· ἐν αἷς καὶ νηστεύειν ἡμῖν κατὰ παράδοσιν εὐλόγως προστέτακται· τὴν μὲν τετράδα, διὰ τὸ γενόμενον συμβούλιον ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων ἐπὶ τῇ προδοσίᾳ τοῦ Κυρίου· τὴν δὲ παρασκευήν, διὰ τὸ πεπονθέναι αὐτὸν ὑπὲρ ἡμῶν· τὴν γὰρ Κυριακήν, χαρμοσύνης ἡμέραν ἄγομεν, διὰ τὸν ἀναστάντα ἐν αὐτῇ· ἐν ᾗ οὐδὲ γόνατα κλίνειν παρειλήφαμεν. Sed cum paulatim res in desuetudinem abiret, renovari debuit per canonem Nicænum ultimum. Addiderunt postea Græci Dominicæ diei diem Sabbati. Τὰς δὲ πάσας Σαββατοκυριακάς, dicitur in libello *Pœnitentiali* Joannis Jejunatoris, et in *Canonario* Joannis monachi, qui tractatus subjunguntur operi Joannis Morini *De administratione sacramenti Pœnitentiæ*: ... καὶ ἑορτὰς [al. ἑορτὰς Δεσποτικὰς] καὶ δωδεκαήμερον, ὁμοίως δὲ καὶ τὰς ἀπὸ τοῦ Πάσχα ἡμέρας ἕως τῶν Ἁγίων πάντων μὴ γονυκλινεῖν ἐν ταῖς εὐχαῖς, ἀλλὰ μόνον προσκυνήσεις ποιεῖν κατὰ πάντα. *Omnibus autem Sabbatis et diebus Dominicis, et festis* [*Dominicis*] *et Dodecahemero, similiter et diebus a Paschate usque ad festum Omnium Sanctorum, in orationibus genua non flectere, sed sese tantum inclinare.* Ad quod decretum obiter observo, aliter scivisse episcopos concilii Carthaginensis 4, can. 82: *Pœnitentes etiam diebus remissionis genua flectant.* In *Juris Græco-Romani* lib. III, ubi de Luca Patriarcha, num. 9: Οἱ ἀποστολικοὶ κανόνες κολάζουσι τὸν ἐν τῷ τυχόντι Σαββάτῳ ἢ τῇ Κυριακῇ γονυκλινοῦντα ἢ νηστεύοντα. *Apostolici canones puniunt eum qui in quovis Sabbato, vel die Dominico genu flectit, vel jejunat.* Hoc tamen de genuflexione videtur esse σφάλμα μνημονικόν· neque enim legitur in *Canonibus apostolorum*. Denique non omittam quem codices Regii tres 912, 2381, 2419, et codex v. Cl. Claudii Jolii continent inter alios partim editos lib. III *Juris Græco-Romani*, partim ineditos, canonem nondum publicatum Nicephori confessoris et synodi cum illo congregatæ, quod nostro proposito conducat. Sic autem habet: Χρὴ χάριν ἀσπασμοῦ κλίνειν γόνυ ἐν Κυριακῇ, καὶ ἐν ὅλῃ τῇ Πεντηκοστῇ· οὐ μὴν τὰς ἐξ ἔθους γονυκλισίας ποιεῖν. Hoc est, *Oportet salutationis causa genu flectere in die Dominico, et in tota Pentecoste· non vero solemnes genuflexiones facere.* Lege Reginonem *De ecclesiastica discipl.*, lib. I, c. 380. Item Nilum ep. 92, aut lib. III, ep. 132. Cot.

(78) *Ἡ Ἑλλήνων*, etc. In altero cod. Vind. horum loco legimus : Τοὺς πιστοὺς ἀπὸ τῆς τῶν Ἑλλήνων καὶ Ἰουδαίων ματαίας συνδρομῆς. Quæ inscriptio melius capiti convenit. Cler.

(79) *Ἑκάστης*. Addit idem codex ἡμέρας, recte. Id.

(80) *Ὑμᾶς*. Alter codex ἡμᾶς. Id.

(81) *Ἀφυστεροῦσι*. Ἀποστεροῦσι, alter cod. Id.

(82) *Οἱ τοπικοί*. Habet idem οἱ ἐγγὺς τοπικοί, non male. Idem.

(83) *Τῇ ἑβδόμῃ ἡμέρᾳ συνίασιν εἰς τὴν συναγωγὴν αὐτῶν*. Corrige Philonem Judæum in libro *De somniis*, pag. 1125, sic : Μετὰ τοῦ συνήθους σχήματος προελεύσεσθε, τὴν μὲν δεξιὰν εἴσω χεῖρα συναγαγόντες, τὴν δὲ ἑτέραν ὑπὸ τῆς ἀμπεχόνης παρὰ ταῖς λαγόσι πήξαντες, ἵνα μηδ' ἄκοντές τι τῶν εἰς τὸ σωθῆναι παράσχησθε; καὶ καθεδεῖσθε ἐν τοῖς συναγωγίοις ὑμῶν, τὸν εἰωθότα θίασον ἐγείροντες; καὶ ἀσφαλεῖς τε ἱερὰς βίβλους ἀναγινώσκοντες, κἂν εἴ τι μὴ τρανὲς εἴη διαπτύσσοντες, καὶ τῇ πατρίῳ φιλοσοφίᾳ διὰ μακρηγορίας ἐνευκαιροῦντές τε καὶ ἐνσχολάζοντες; ac verte : *An cum habitu consueto progrediemini* (agitur de Judæis in Sabbato), *dextram quidem manum intra continentes, aliam vero sub veste ad ilia defigentes, ut neque inviti quidquam eorum quæ saluti vestræ conducant faciatis? Et residebitis in cœtibus vestris, agitantes solitos choros? Tutique tegentes sacra volumina, et si quid non clarum complectantur explicantes, ac in patria philosophia longis sermonibus tempus terentes atque otium consumentes.* Male ediderunt, διαπτύοντες : totumque locum inepte interpretati sunt. Id.

(84) *Παραφίοντες*. Alter cod. παραφέντες. Cler.



Digitized by Google

tum Verbi, tum nominis Judæ quo se nuncupant : Judas enim, *confessio* interpretatur : hi autem qui cædem Christi scelerate perpetrarunt, non confitentur Deo, ut et per pœnitentiam salvi fiant ; si ergo qui salutem non habent, in iis quibus nihil juvantur, frequentes adsunt; tu quid Domino Deo respondebis, qui Ecclesiam illius deseris, et ne gentes quidem imitaris, sed per desertionem tuam deses evadis, aut apostata, aut improbus? Quibus dicit Dominus per Jeremiam : « Justificationes meas non custodistis, sed neque secundum justificationes gentium ambulastis ; prope et superastis eos. » Et iterum : « Justificavit animam suam Israel præ prævaricatrice Juda [58]. » Rursumque : « Si mutaverint gentes deos suos ; et isti non sunt dii. Idcirco transite ad insulas Chitiorum, et videte, et in Cedar mittite, et considerate vehementer, si facta sunt hujusmodi ; » quia illi quidem non commutant instituta sua : « Populus vero meus, inquit, mutavit gloriam suam in id ex quo nihil juvabitur [59]. » Qua ergo ratione purgabit se, qui ecclesiam Dei aut refugit aut neglectui habet?

## CAPUT LXI.

*Quod non sit fas anteponere sæcularia divinis.*

Si quis autem allato prætextu operis sui, minimum de ecclesia laborat, « excusans excusationes in peccatis [60] ; » sciat is, quod artes sint fidelium operæ subsecivæ; pietas vero opus. Artes ergo vestras tanquam subsecundarium opus, ad victum parandum colite; at pietatem tanquam primarium exercete; sicut Dominus aiebat : « Operamini, non cibum qui perit, sed qui permanet in vitam æternam. » Et adhuc : « Hoc autem est opus Dei, ut credatis in eum, quem misit ille [61]. » Igitur studete ne unquam Ecclesiam Dei deseratis. Quod si quis eam despexerit, et in gentilium profanum ac impu-

A ἀπιστίᾳ αὐτῶν κενωθέντες, προσέτι δὴ καὶ οὗ (85) ὀνόματος ἑαυτοὺς καλοῦσιν Ἰούδα· Ἰούδας γὰρ *ἐξομολόγησις* ἑρμηνεύεται (86)· οὗτοι δὲ οὐκ εἰσὶν ἐξομολογούμενοι Θεῷ, τὸ πάθημα (87) τοῦ Χριστοῦ παρανόμως πεποιηκότες, ἵνα καὶ (88) μεταγνόντες σωθῶσιν. Εἰ οὖν οἱ μὴ σῳζόμενοι, ἐν οἷς οὐκ ὠφελοῦνται πυκνάζουσι (89)· σὺ τί ἂν ἀπολογήσῃ Κυρίῳ τῷ Θεῷ, ὁ τῆς Ἐκκλησίας αὐτοῦ ἀπολειπόμενος, καὶ μηδὲ τὰ ἔθνη μιμούμενος, ἀλλὰ διὰ τοῦ ἀπολείπεσθαι ῥᾳθυμῶν, ἢ ἀποστατῶν, ἢ κακοποιῶν ; οἷς λέγει ὁ Κύριος διὰ τοῦ Ἱερεμίου (90)· « Τὰ δικαιώματά μου οὐκ ἐφυλάξατε, ἀλλ' οὐδὲ κατὰ τὰ δικαιώματα τῶν ἐθνῶν ἐπορεύθητε, παρ' ὀλίγον καὶ ὑπερβάλλετε αὐτούς. » Καὶ πάλιν· « Ἐδικαίωσε τὴν ψυχὴν αὐτοῦ Ἰσραὴλ ἀπὸ τῆς ἀσυνθέτου (91) Ἰούδα. » Καὶ ἐξῆς· « Εἰ ἀλλάξονται ἔθνη θεοὺς αὐτῶν, καὶ οὗτοι οὐκ εἰσὶ θεοί· διότι (92) B διέλθετε εἰς νήσους Χετιεὶμ, καὶ ἴδετε, καὶ εἰς Κηδὰρ ἀποστείλατε, καὶ νοήσατε (93) σφόδρα, εἰ γέγονε τοιαῦτα· » ὅτι ἐκεῖνα μὲν οὐκ ἀμείβουσι τὰ ἑαυτῶν νόμιμα· « ὁ δὲ λαός μου, φησὶν, ἠλλάξατο τὴν δόξαν αὐτοῦ, ἐξ ἧς οὐκ ὠφεληθήσεται. » Πῶς οὖν (94) ἀπολογήσεταί τις ὀλιγωρήσας ἢ ἐκστὰς τῆς ἐκκλησιας τοῦ Θεοῦ;

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΞΑ'.

*Ὅτι οὐχ ὅσιον προκρίνειν τὰ βιωτικὰ τῶν θείων.*

Εἰ δέ τις τὴν τοῦ ἔργου τοῦ ἰδίου πρόφασιν ἐπιφέρων, ὀλιγωρεῖ, « προφασιζόμενος προφάσεις ἐν ἁμαρτίαις, » γινωσκέτω ὁ τοιοῦτος, ὡς αἱ τέχναι τῶν πιστῶν ἐπέργιά εἰσιν· ἔργον δὲ ἡ θεοσέβεια. Τὰς οὖν τέχνας ὑμῶν ὡς ἐν παρέργῳ ποιεῖτε, εἰς διατροφὴν ὑμῶν C ἔργῳ δὲ τὴν θεοσέβειαν ἀσκεῖτε· ὡς καὶ ὁ Κύριος ἔλεγεν· « Ἐργάζεσθε μὴ τὴν βρῶσιν τὴν ἀπολλυμένην, ἀλλὰ τὴν μένουσαν εἰς ζωὴν αἰώνιον. » Καὶ πάλιν· « Τοῦτο δέ ἐστι τὸ ἔργον τοῦ Θεοῦ, ἵνα πιστεύσητε εἰς ὃν ἀπέστειλεν ἐκεῖνος. » Σπουδάζετε (95) οὖν μηδέποτε τὴν Ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ καταλιπεῖν. Εἰ δέ τις ταύτην ὑπερίδοι, εἰς μιαρὸν δὲ ἐθνῶν εἰσέλθοι (96), ἢ

[58] Jer. III, 11. [59] Jer. II, 10, 11. [60] Psal. CXL, 4. [61] Joan. VI, 27, 29.

## VARIORUM NOTÆ.

(85) *Οὗ.* Idem ἐξ ου, melius. CLER.

(86) *Ἰούδας γὰρ ἐξομολόγησις ἑρμηνεύεται.* Passim auctores Judam de confessione et laude, confessore et laudatore interpretantur. At Clementi Alexandrino in Miscellaneo I, p. 285, Judas etiam est *potens* δυνατός, יָדָה quippe significat robur ac potestatem, et יָדָה *dejecit*, quod est potentis. COT.

(87) *Πάθημα.* Alter codex πάθος. ID.

(88) *Καί.* Idem μή, quam lectionem si sequamur, eventum, non consilium significabitur ; non enim Judæi crucifixerunt Christum, eo animo, ne salutem consequerentur. Alioqui si legamus ἵνα καί, iis particulis significabitur consilium, aut nexus confessionis et salutis. ID.

(89) *Πυκνάζουσι.* Συνεχῶς ἀπαντῶσιν, in altero cod. quod glossema esse videtur. ID.

(90) *Διὰ τοῦ Ἱερεμίου.* Turrianus legebat, aut potius legi volebat, διὰ τοῦ εἰρημένου. Vertit enim, *per eum qui dictus est*, ut intelligatur Ezechiel propheta, paulo ante citatus, e cujus cap. 5, vers. 7, et cap. 16, vers. 47, factus est iste textus. Itaque noster labitur memoria. COT.

(91) *Τῆς ἀσυνθέτου.* Alter cod. τοῦ. Sed hic Juda κατὰ τὴν προσωποποιίαν, quasi mulier describitur, ut sæpe apud Jeremiam. CLER.

(92) *Διότι.* Unus codicum addit καὶ ἀλλαχοῦ δ' ἑτέρου, perperam, nam ejusdem prophetæ verba D proferuntur. Alter tollit præpositionem εἰς ante νήσους. ID.

(93) *Νοήσατε σφόδρα.* In altero μάθετε. ID.

(94) *Πῶς οὖν.* Idem cod. habet τί, *quid*. ID.

(95) *Σπουδάζετε.* In altero codice hinc inchoatur novum caput, cum hac inscriptione : Περὶ ἀδιαφορίας, καὶ ὅτι οὐ χρὴ συντρέχειν τὸν πιστὸν εἰς Ἰουδαίων συναγωγὰς, ἢ αἱρετικῶν εὐκτήρια, ἢ Ἑλλήνων θεάματα. ID.

(96) *Εἰς μιαρὸν δὲ ἐθνῶν εἰσέλθοι.* I Corinth. VIII, 10 : *Si enim quis viderit eum qui habet sciantiam, in idolio recumbentem.* In Zonara ad canonem 7, Ancyrani concilii : Εἰ δέ τινες ἐν ἑορτῇ ἐθνικῇ συνειστιάθησαν ἐθνικοῖς ἐν (lege cum libris Regiis καὶ) ἀπίστοις ἐν τόπῳ ἀφωρισμένῳ τοῖς ἐθνικοῖς, ἐν εἰδωλείῳ τυχὸν, ἢ ἄλλῳ τόπῳ εἰς τελετὰς αὐτοῖς τελουμένας ἀνειμένῳ. Scilicet multi e Christianis, partim curiosi animi vitio, partim noxiæ voluptatis aviditate, partim persecutionis metu, in templa ethnico-

Digitized by Google

baptizandi jus concedunt, aut absolute, aut in necessitate solummodo, ac extra ordinem. Absolute, Tertullianus in loco citato, Cyrillus Hierosolymitanus circa finem Catecheseos 17; Hieronymus *Contra Luciferianos* cap. 4, et Patres synodi Illiberitanæ, can. 77, idque colligitur etiam ex canone 12 concilii Aurelianensis 1. In necessitate, ac extra ordinem, Gelasius epist. 9: concilium Eboracense anni 1194, cap. 4; concilium Londoniense anni 1200, cap. 3; Nicephorus Confessor, *Juris Græco-Romani* p. 196, et Theodoritus ac Procopius ad II Paral. XXIX. Quibus addere potes Hilarium supra citatum, et locum Constitutoris in fine cap. 46, lib. ult. Sequuntur diaconos, inferiores clerici. De illis noster cap. 11, item pseudo-Ambrosius. Sed notabilia sunt præ cæteris verba scriptoris anonymi de non denuo baptizandis qui semel in nomine B Christi tincti fuerint, in *Observationibus* Nicolai Rigaltii ad S. Cyprianum pag. 134: *Et ideo cum salus nostra in baptismate spiritus, quod plerumque cum baptismate aquæ conjunctum est, sit constituta, si quidem per nos baptisma tradetur, integre et solemniter et per omnia quæ scripta sunt assignetur, atque sine ulla ullius rei separatione tradatur: aut si a minore clero per necessitatem traditum fuerit, eventum exspectemus, ut aut suppleatur a nobis, aut a Domino supplendum reservetur.* Jam vero circa laicos eamdem diversitatem reperire est. Baptizabant initio cuncti Christiani, si fides falso Ambrosio. In necessitate, atque extra ordinem, licite hoc fieri a laicis, opinio communis est veterum ac recentiorum (l. Harmenop. epit. sect. 5, tit. 1). Consule finem cap. 46, lib. VIII præsentis operis: Χρὴ τὰ ἀβάπτιστα νήπια, ἐὰν εὑρεθῇ τις εἰς τόπον, μὴ ὄντος ἱερέως, βαπτισθῆναι. Εἰ βαπτίσει δὲ καὶ ὁ ἴδιος πατὴρ, ἢ οἱοσδήποτε ἄνθρωπος, μόνον ἵνα ἐστὶ Χριστιανὸς, οὐκ ἔστιν ἁμαρτία. *Infantes non baptizatos, oportet, si quo loco reperiatur quis, ubi non sit sacerdos, baptizari. Quod si vel pater, aut quilibet alius, modo sit Christianus, baptizet, peccatum non committit.* Canon est Nicephori Confessoris 16, in *Jure Græco-Romano*, at 51 apud Glycam *Annalium* parte III, p. 324: Ἀλλὰ, inquit, καὶ ὁ πεντηκοστὸς πρῶτος κανὼν τοῦ ἐν πατριάρχαις Κωνσταντινουπόλεως ἁγιωτάτου Νικηφόρου, καὶ τῶν σὺν αὐτῷ ἁγίων Πατέρων, τάδε διορίζεται· Τὰ ἀβάπτιστα νήπια, μὴ ὄντος ἱερέως, καὶ πατὴρ αὐτὰ βαπτίσει, καὶ οἷος ἕτερος τύχῃ, μόνον ἔσται [al. ἔστω] ὀρθόδοξος. *Canon autem quinquagesimus primus sanctissimi patriarchæ Constantinopolitani Nicephori, et aliorum sanctorum Patrum, qui præsentes ipsi adfuerunt, hæc decernit: Infantes nondum baptizatos, si sacerdos nullus adsit, et pater baptizare potest, et quivis alius, modo sit orthodoxus.* Scilicet, istius concilii non pauca decreta perierunt, præter 17 edita, et 28 inedita quæ leguntur post Matthæum Blastarem in D mss. Regiis; atque in Joliano; corruptusque jacet numerus in *Protheoria* Harmenopuli ad *Epit. canon.* ubi Nicephoro tribuuntur tantum canones decem. Nam *Epitomes* ejusdem sect. IV, tit. 2, laudatur canon 14, qui apud Blastarem est 15, eique subjunguntur 13 et 16 hic noster. Baptisma vero per laicos ordinarie datum, illicitum autumant omnes; invalidum nonnulli, manifesto errore; sic Matthæus ille Blastares, canonum collector, nondum typis mandatus, littera β, cap. 3, et Synodus ab eo inibi memorata; sic etiam Theodorus Scutariota in Scholio ad Hæresim 22, lib. IV *Thesauri* Nicetæ Choniatæ. Accipe verba Græca Matthæi monachi cum Latina interpretatione:

| | |
|---|---|
| *Ἔτι καὶ περὶ τῶν βαπτιζομένων παρὰ ἀριέρων.* | *Adhuc de iis qui baptizati sunt a non sacerdotibus.* |
| Ἐζητήθη καὶ τοῦτο, | *Hoc quoque quæsitum* |

*fuit, interrogante Manuele Heracleensi, an recipere oporteat tanquam fidelem, eum quem qui sacerdos non est, et sacerdotem se esse simulat, baptizavit: id enim tunc temporis in illius diœcesi accidit. Et decrevit synodus, hos etiam rebaptizari debere. Quia scilicet, inquit, juxta sacros apostolorum canones quadragesimum sextum et quadragesimum septimum solis episcopis ac sacerdotibus licet sancto baptismate initiare. Ostenditur autem idem, etiam per canones vigesimum sextum et quadragesimum sextum Laodicenæ synodi: quorum ille quidem præcipit, ut non exorcizent qui ab episcopis non fuerunt promoti et ordinati: hic vero vult, ut qui baptizandi sunt fidem episcopis aut presbyteris recitent. Quin etiam prædicti sextæ synodi et concilii Carthaginensis canones, eos qui ob negligentiam suam ambigunt utrum baptizati fuerint, baptismum recipere jubent. Equidem æquum non est, nec tutum, divino fidelium cœtui annumerare eum qui baptizatus fuerit ab homine quinon accepit baptizandi, ac per baptismum remissionem peccatorum dandi potestatem; nambaptismus sordes peccatorum eluit. Etenim non parvum periculum est, ne forte per hujusmodi dubitationem, ipse quidem expiatione sancti baptismatis privatus sit, nos vero cum haud baptizato communicemus latenter. Quod si quis instet ac dicat, propter preces a laico factas, atque unctionem sacri olei, verum existimari debere baptisma collatum ab homine experte sacerdotii; ille etiam dixerit ordinatos a non consecrato, episcopum se esse mentiente, pro clericis reputari debere, cum fraus innotuerit: id porro absurdum est, et contrarium quarto canoni secundæ synodi, qui de Maximo Cynico constituit, ipsum nec fuisse, nec esse episcopum, ab illo autem ordinatos, nihil magis inde fuisse consecutos, abrogatis, videlicet, omnibus quæ contra leges ille fecerat. Pugnat pariter cum 18 canone*

τοῦ Ἡρακλείας ἐρομένου Μανουὴλ, εἰ χρὴ δέχεσθαι ὡς πιστὸν, ὃν ἀνίερος ἐβάπτισεν, τὸ ἱεράσθαι πλασάμενος· τοῦτο γὰρ ἐπὶ τῆς ἐνορίας αὐτοῦ τηνικαῦτα συνέβη. Καὶ ἐψηφίσατο ἡ σύνοδος, καὶ τούτους ἀναβαπτίζεσθαι· ἐπεὶ γάρ, φησὶ, κατὰ τοὺς ἱεροὺς τῶν ἀποστόλων κανόνας, τὸν τεσσαρακοστὸν ἕκτον καὶ τὸν τεσσαρακοστὸν ἕβδομον, μόνοις ἐπισκόποις ἐδόθη καὶ ἱερεῦσιν, ἡ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος τελετή. Δείκνυται δὲ τοῦτο καὶ ἐκ τοῦ εἰκοστοῦ ἕκτου καὶ τεσσαρακοστοῦ ἕκτου τῆς ἐν Λαοδικείᾳ συνόδου· τοῦ μὲν, μὴ ἐξορκίζειν τοὺς μὴ προαχθέντας ὑπὸ ἐπισκόπων, κελεύοντος· τοῦ δὲ, τοὺς φωτιζομένους τὴν πίστιν ἀπαγγέλλειν τοῖς ἐπισκόποις ἢ πρεσβυτέροις. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ οἱ ῥηθέντες τῆς ἕκτης συνόδου καὶ τῆς ἐν Καρθαγένῃ, τοὺς ἀμφιβόλως ἔχοντας εἰ ἐβαπτίσθησαν ἀμελητὶ, βαπτίζειν προστάττουσιν. Οὐμενοῦν δσιον οὐδὲ ἀσφαλὲς, τὸν βαπτισθέντα παρὰ τοῦ μὴ λαβόντος ἐξουσίαν βαπτίζειν, καὶ διὰ τοῦ βαπτίσματος ἄφεσιν διδόναι ἁμαρτημάτων, ῥυπτικὸν γὰρ τούτων τὸ βάπτισμα, τῷ θείῳ τῶν πιστῶν καταλέγειν χορῷ· οὐ μικρὸς γὰρ ὁ κίνδυνος, μήποτε παρὰ τὸν τοιοῦτον δισταγμὸν, αὐτὸς μὲν τῆς τοῦ ἁγίου βαπτίσματος καθάρσεως στερηθῇ, ἡμεῖς δὲ ἀβαπτίστῳ λάθωμεν κοινωνοῦντες. Εἰ δέ τις ἐνίσταιτο λέγων, διὰ τὰς γινομένας παρὰ τοῦ λαϊκοῦ εὐχὰς, καὶ τὴν χρίσιν τοῦ ἁγίου μύρου, ἀληθὲς χρῆναι τὸ πρὸς τοῦ ἀνιέρου διδόμενον λογίζεσθαι βάπτισμα, οὕτος ἂν φήσαι καὶ τοὺς χειροτονηθέντας πρός τινος ἀνιέρου καὶ τὸν ἐπίσκοπον ὑποκρινομένου, δεῖν εἶναι κληρικοὺς καὶ μετὰ τὸ φωραθῆναι, ὅπερ ἄτοπον, καὶ ὑπεναντίον τῷ τετάρτῳ κανόνι τῆς δευτέρας συνόδου, τῷ περὶ Μαξίμου τοῦ κυνικοῦ διαταττομένῳ, μήτε αὐτὸν γενέσθαι, ἢ εἶναι ἐπίσκοπον, καὶ τοὺς ὑπ' αὐτοῦ χειροτονηθέντας, μηδὲν τέλεον ἐντεῦθεν ἀπονασθαι, πάντων ἀκυρωθέντων ὧν ἀθέσμως ἐκεῖνος ἔπραξεν. Ἔτι γε μὴν καὶ τῷ ιζ' τῆς ἐν Σαρδικῇ, τοὺς πα-

Digitized by Google

ἱερείας (60) χειροτονεῖν, ἀλλ' οὐ τῆς Χριστοῦ διατάξεως. Εἰ δὲ καὶ ἔδει ὑπὸ γυναικῶν βαπτίζεσθαι, πάνρὰ Μουσαίου καὶ Εὐτυχιανοῦ ἀνιέρων ὄντων χειροτονηθέντας, τοῦ κλήρου τελέως ἐκβάλλοντι, καὶ εἰς τὴν τῶν λαϊκῶν κατάγοντι χώραν. Ὥσπερ οὖν ἐκεῖνοι ἀχειροτόνητοι, οὕτω καὶ οὗτοι ἀβάπτιστοι λογισθήσονται. Καὶ ὥσπερ οἱ τῶν Ἀγαρηνῶν βαπτιζόμενοι παῖδες, τῷ μὴ δυσωδίας ἀπόζειν, Χριστιανοὶ οὐ λογίζονται· οὕτως οὐδὲ οἱ μύρῳ χριόμενοι πρὸς τῶν ἀνιέρων, ὅτι μηδὲ δέδοται τοῖς τοιούτοις, ἁγιασμοῦ τινος ὅλως μεταδιδόναι. Εἰ δέ τις ἀνθυποφέρει τὸ παρὰ τοῦ μεγάλου Ἀθανασίου ἔτι παιδὸς ὄντος γεγονὸς, ἐνθυμηθήτω τὸν θεσπίζοντα πολιτικὸν νόμον, ὅτι τὸ παρὰ κανόνας, οὐχ ἕλκεται εἰς ὑπόδειγμα· καὶ οὐ νόμος Ἐκκλησίας, τὸ σπάνιον.

*Sardicensi, qui a Musæo et Eutychiano non sacerdotibus ordinatos, e clero penitus ejecit, ac in laicorum ordinem redegit. Quemadmodum igitur illi ordinatione carent, ita et isti pro baptismi expertibus habebuntur. Et sicut Agarenorum filii, qui ne fetorem redoleant, tinguntur ac baptizantur, Christiani non censentur; ita nec qui oleo unguntur a non sacratis; quoniam talibus concessum non est quidquam prorsus sanctificationis impertire. Si quis autem præterea objiciat quod contigit magno Athanasio adhuc puero, consideret legem civilem in cujus statuto dicitur, illud quod contra canones est, non trahi in exemplum : consideret etiam hoc effatum; non est lex Ecclesiæ, quod raro evenit.*

ραγγελίας ἀκούοντες τῆς λεγούσης (a)· Οὐκ ἐπιτρέπομεν λαϊκὸν ποιεῖν τι τῶν ἱερατικῶν, οἷον θυσίαν ἢ βάπτισμα, ἢ χειροθεσίαν, ἢ εὐλογίαν μικρὰν ἢ μεγάλην. Οὐχ ἑαυτῷ γάρ τις λαμβάνει τὴν τιμὴν, ἀλλ' ὁ καλούμενος ὑπὸ τοῦ Θεοῦ. Διὰ γὰρ τῆς ἐπιθέσεως τῶν χειρῶν τοῦ ἐπισκόπου δίδοται ἡ τοιαύτη δόξα [al. ἐξουσία]· ὁ δὲ μὴ ἐγχειρισθεὶς ταύτην, ἀλλ' ἁρπάσας καὶ τυραννήσας αὐτὴν ἑαυτῷ, τὴν ἁμαρτίαν καὶ τὴν τιμωρίαν τοῦ Σαοὺλ καὶ Ὀζία [al. Ὀζίου] ὑποστήσεται. Οὐ μὴν δὲ ἀλλ' οὐδὲ τοῖς λοιποῖς κληρικοῖς ἐπιτρέπομεν βαπτίζειν, οἷον διακόνοις, ἢ ἀναγνώσταις, ἢ ψάλταις, ἢ ὑπηρέταις, ἢ [al. ἀλλ' ἢ] μὴ μόνοις ἐπισκόποις καὶ πρεσβυτέροις ἐξυπηρετουμένων αὐτοῖς τῶν διακόνων· οἱ δὲ τολμῶντες τοῦτο, τῶν Κοριτῶν

*Christiani non censentur; ita nec qui oleo unguntur a non sacratis; quoniam talibus concessum non est quidquam prorsus sanctificationis impertire. Si quis autem præterea objiciat quod contigit magno Athanasio adhuc puero, consideret legem civilem in cujus statuto dicitur, illud quod contra canones est, non trahi in exemplum : consideret etiam hoc effatum; non est lex Ecclesiæ, quod raro evenit.*

*ptionem, quæ dicit : Non permittimus, ut laicus faciat aliquid rerum sacerdotalium, verbi gratia sacrificium vel baptisma, vel impositionem manus, vel benedictionem tum parvam tum magnam. Nec enim quisquam sibi sumit honorem, sed qui vocatur a Deo. Nam per impositionem manuum episcopi, datur hæc dignitas [auctoritas] : qui autem eam non habet sibi commissam, sed illam sibi rapuit ac per tyrannidem occupavit, peccatum suppliciumque Saulis et Oziæ sustinebit. Non solum hoc, sed nec reliquos clericos baptismum conferre volumus; veluti diaconos, aut lectores, aut psaltas, aut ministros; nisi solos episcopos et presbyteros, ministrantibus diaconis. Qui autem id præsumpserint, Coritarum pœnas ferent.*

In *Annalibus* Michaelis Glycæ pag. 243, 244 (locum Nicephori lib. III, cap. 37, ut obscuriorem prætermitto) pro falsa ea opinione profertur primo factum Dionysii præsulis, qui baptizatum a laico baptizavit iterum. Narratio incerta, nec ad rem pertinens, quia baptismus arena non aqua peractus dicitur. Referunt Joannes Moschus λειμωναρίου cap. 176; Cedrenus edit. Basil. pag. 206 et Nicephorus ubi mox. Profertur secundo auctoritas canonum apostolicorum, laicis prohibentium sacerdotalia munia, etiam si necessitas ingruat. Cum in toto hoc opere ne verbum quidem de necessitate; solummodo a sacris functionibus arcetur plebs lib. II, cap. 27, lib. III, cap. 10, et lib. ult., cap. 46. Additur in Glyca ex *Vita S. Athanasii*, pueros per Athanasium puerum baptizatos, ab Alexandro Alexandrino rebaptizatos fuisse. Verum biographus iste, cujus locum reperies in fine tom. II S. Athanasii pag. 27 videtur non intellexisse hæc verba antiquioris biographi apud Photium cod. 258 : Τούτους ἐπιχρίσας, διὰ τῆς ἐν Χριστῷ σφραγῖδος ἐτελείωσεν : quæ exponi debent de consignatione et confirmatione, non autem de baptismo : sicut liquet per historicos ecclesiasticos Rufinum lib. I, cap. 14, et Sozomenum lib. II, cap. 17, qui αὐτολεξεὶ narrant baptismum non fuisse iteratum. Hæc quoque reperi in Gregorio Hamartolo chonographo nondum edito, ubi de baptismo arenaceo retulit :

Ποῦ νῦν εἰσιν οἱ κοσμικούς τινας καὶ γυναῖκας λέγοντες βαπτίσαι ποτὲ κατὰ περίστασιν μὴ παρόντος ἱερέως, καὶ εἰς βάπτισμα θεῖον καὶ τέλειον αὐτοῖς λογισθῆναι φιλονεικοῦντες, μᾶλλον δὲ τερατολογοῦντες καὶ βλασφημοῦντες ἐκ πολλῆς ἀγνωσίας καὶ αὐθαδείας, μὴ δὲ τῆς ἱερᾶς τῶν ἀποστόλων διδασκαλίας δὲ τα-

*Ubi nunc sunt, qui aiunt, ut laici et mulieres baptizent aliquando, in necessitate, absente sacerdote, quique contendunt, imo potius ex multa ignorantia et pervicacia prodigiose ac impie affirmant, hoc in baptismum divinum perfectumque hominibus imputari : nec audiunt sacram apostolorum doctrinam atque præce-*

(60) Ἱερείας. Negat quoque S. Epiphanius in Christiana religione esse debere ἱερείας et ἱερίσσας, ridetque clerum Pepuzianorum Cataphrygum, episcopos et presbyteros mulieres; item sacerdotissas Antidicomarianitarum et Collyridianorum. Addit in hac postrema hæresi num. 3, diaconissas sacerdotio non fungi. Unde patet error ac erroris origo, tum pseudo-Ambrosii ad I Tim. III, 11, scribentis : *Sed Cataphrygæ erroris occasionem captantes, propter quod post diaconos mulieres alloquitur, etiam ipsas diaconas ordinari debere vana præsumptione defenduntur, cum sciant apostolos septem diaconos elegisse. Nunquid nulla mulier tunc idonea inventa est, cum inter undecim apostolos sanctas mulieres fuisse legamus? Sed ut hæretici animum suum verbis, non sensu legis astruere videantur, apostoli verbis contra sensum inniuntur apostoli, ut cum ille mulierem in ecclesia in silentio esse debere præcipiat, illi econtra etiam auctoritatem in Ecclesia vindicent ministerii,* tum Mariani Scoti, et Sigeberti, qui adnotant ann. Domini 525, 526, Acephalos hæreticos dicere, *Paulum apostolum in Epistolis præcepisse feminas diaconas debere fieri, quia eas commemorat post diaconos.* Nimirum ignorarunt ordinem et functiones diaconissarum, quas dubio procul in ecclesiis suis nullas videbant. Et Ambrosiaster quidem sacerdotissas mutavit in diaconissas : Marianus autem ex Cataphrygibus fecit acephalos, lapsu, ut videtur, memoriæ : at Sigebertus Marianum exscripsit. Doctius et melius ementito Ambrosio supposititius Hieronymus in eumdem Scripturæ textum : *Similiter eas ut diaconos eligi jubet. Unde intelligitur quod de his dicat, quas adhuc hodie in Oriente diaconissas appellant.* Et ad Roman. XVI, 1 : *Sicut etiam nunc in Orientalibus diaconissæ mulieres, in suo sexu ministrare videntur in baptismo, sive in ministerio verbi, quia privatim docuisse feminas invenimus, sicut Priscillam, cujus vir Aquila vocabatur.* Ib.

(a) Τοῦτο εἴρηται ἐν τῷ γ' βιβλίῳ τῶν ἀποστολικῶν Διατάξεων *Hoc dictum est in* III *libro apostolicarum Constitutionum*, cap. 10, 11.

Digitized by Google

tatis erratum est, nou autem Christi institutum. Quod si oportuisset a mulieribus baptismum administrari, profecto Dominus a matre sua fuisset baptizatus, et non a Joanne[1]; aut quando nos ad baptizandum misit[2], una quoque misisset et mulieres ad idem ministerium : jam vero nihil tale usquam neque injunxit, neque scripto tradidit, quippe qui et naturæ ordinem, et rei decentiam probe nosset, ut et naturæ conditor, et constitutionis legislator.

## CAPUT X.

*Quod non debeat laicus opus sacerdotale facere: baptisma, aut sacrificium, aut manus impositionem, aut benedictionem.*

Sed nec laicis permittimus quamlibet sacerdotalium functionum usurpare; ut sacrificium, vel baptisma, vel impositionem manus, vel benedictionem tum parvam, tum magnam. « Nec enim quisquam sibi sumit honorem, sed qui vocatur a Deo[3]. » Nam per impositionem manuum episcopi, datur hæc dignitas : qui autem eam non habet sibi commissam, sed sibi illam rapuit, Oziæ supplicium[4] sustinebit.

## CAPUT XI.

*Quod præterquam episcopo, vel presbytero, nulli cæterorum clericorum liceat quæ sunt sacerdotum exercere : et quod ordinare, soli episcopo conveniat, nulli vero alii.*

Sed neque reliquos clericos baptismum conferre volumus; veluti lectores, aut psaltes, aut janitores, aut ministros; nisi solos episcopos, et presbyteros, ministrantibus diaconis. Qui autem id præsumpserint, Coritarum pœnas ferent[5]. Non etiam potestatem damus presbyteris, ordinandi diaconos,

τως ἂν καὶ ὁ Κύριος ὑπὸ τῆς ἰδίας μητρὸς ἐβαπτίζετο, καὶ οὐχ ὑπὸ Ἰωάννου, ἢ καὶ ἡμᾶς ἀποστέλλων ἐπὶ τὸ βαπτίζειν, συναπέστειλεν ἂν ἡμῖν καὶ γυναῖκας ἐπὶ τούτῳ· νῦν δὲ οὐδαμοῦ, οὔτε προσέταξεν, οὔτε ἐγγράφως παρέδωκεν, εἰδὼς καὶ τὴν ἀκολουθίαν τῆς φύσεως, καὶ τὴν εὐπρέπειαν τοῦ πράγματος, ὡς καὶ τῆς φύσεως δημιουργὸς, καὶ τῆς διατάξεως νομοθέτης.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ι'.

*Ὅτι οὐ χρὴ λαϊκὸν ποιεῖν ἱερατικὸν ἔργον, βάπτισμα, ἢ θυσίαν, ἢ χειροθεσίαν, ἢ εὐλογίαν.*

Ἀλλ' οὔτε λαϊκοῖς ἐπιτρέπομεν ποιεῖν τι τῶν ἱερατικῶν ἔργων· οἷον θυσίαν, ἢ βάπτισμα, ἢ χειροθεσίαν, ἢ εὐλογίαν μικρὰν ἢ μεγάλην (61). « Οὐχ ἑαυτῷ γάρ τις λαμβάνει τὴν τιμὴν, ἀλλὰ ὁ καλούμενος ὑπὸ τοῦ Θεοῦ. » Διὰ γὰρ τῆς ἐπιθέσεως τῶν χειρῶν τοῦ ἐπισκόπου δίδοται ἡ τοιαύτη ἀξία· ὁ δὲ μὴ ἐγχειρισθεὶς ταύτην, ἀλλ' ἁρπάσας αὐτὴν ἑαυτῷ, τὴν τιμωρίαν τοῦ Ὀζία ὑποστήσεται.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΑ'.

*Ὅτι, πλὴν ἐπισκόπου ἢ πρεσβυτέρου, οὐδενὶ τῶν λοιπῶν κληρικῶν ἐπιτέτραπται τὰ τῶν ἱερέων ἐνεργεῖν· τὸ δὲ χειροτονεῖν μόνῳ ἐπισκόπῳ προσήκει, ἑτέρῳ δὲ οὐδενί.*

Ἀλλ' οὔτε τοῖς λοιποῖς κληρικοῖς ἐπιτρέπομεν βαπτίζειν· οἷον ἀναγνώσταις, ἢ ψάλταις, ἢ πυλωροῖς, ἢ ὑπηρέταις· ἢ μόνοις (62) ἐπισκόποις, καὶ πρεσβυτέροις, ἐξυπηρετουμένων αὐτοῖς τῶν διακόνων. Οἱ δὲ τολμῶντες τοῦτο, τῶν Κοριτῶν ὑπόσουσι τὴν δίκην. Οὐκ ἐπιτρέπομεν δὲ πρεσβυτέ-

[1] Matth. III, 13. [2] Matth. XXVIII, 19. [3] Heb. V, 4. [4] II Paral. XXVI. [5] Num. XVI.

## VARIORUM NOTÆ.

ὑποίσουσι τὴν δίκην. Καὶ μέν τοι οὐδὲ πρεσβυτέροις χειροτονεῖν διακόνους, ἢ διακονίσσας, ἢ ἀναγνώστας, ἢ ὑπηρέτας, ἢ πυλωροὺς, ἀλλ' ἢ μόνοις τοῖς ἐπισκόποις. Αὕτη γάρ ἐστι τάξις ἔννομος, ἐκκλησιαστικὴ, καὶ θεάρεστος ἁρμονία, καὶ κατάστασις. Μάτην οὖν ἐρεσχελοῦσιν, ἢ τό γε ἀληθέστερον εἰπεῖν, θεομαχοῦσιν, οἱ τὰ τῆς ἱερωσύνης χαρίσματα καὶ ἐνεργήματα, κοσμικοῖς τε καὶ γυναιξὶν [al. κοσμικοῖς ἀνδράσι καὶ γυναιξὶν] ἀπονέμοντες ἐπὶ καταστροφῇ τῶν ἀκουόντων, καὶ πειθομένων τῇ ματαιολογίᾳ καὶ φλοιαρίᾳ [al. φλυαρίᾳ] τῶν μηδὲ ὅ τί ποτέ ἐστιν ἱερωσύνη καὶ διαφορὰ κοσμικοῦ τε καὶ ἱερέως πάμπαν εἰδότων.

*Rursus non permittimus presbyteris ordinare diaconos, vel diaconissas, vel lectores, vel ministros, vel janitores, sed solis episcopis. Hic enim est ordo legitimus, ecclesiasticus, et Deo placens concentus, atque status. Frustra itaque cavillantur, aut ut verius loquar, cum Deo pugnant, qui sacerdotii charismata seu dona, et functiones sæcularibus [viris] itemque mulieribus tribuunt, ad interitum audientium, et fidem habentium vaniloquentiæ ac nugis hominum, qui nullo penitus modo sciunt quidnam tandem sit sacerdotium, quidve differat laicus a sacerdote.*

Vide præter allata canonem Illiberitanum XXXVIII et confer cum Auxilio lib. II, cap. 10, apud Morinum *De sacris ordinationibus*, parte II, pag. 565. Restat de mulieribus baptizantibus. Illarum porro eadem ratio est ac laicorum. Prohibitionem, etiam contra hæreticarum mulierum procacitatem, habes in Tertulliano *De virginibus velandis*, cap. 9, *De præscriptione hæreticorum* cap. 41, *De baptismo* cap. 17; Epiphanio hæresi 42, cap. 4; hæresi 79, cap. 3 et 7; Chrysostomo *Homilia de Bernice, Prosdoce et Domnina*, tom. I, et in consilio Carthaginensi 4, can. 100. Potestatem vero in necessitate, confirmavit Urbanus papa II. Nec silentio obtegi debet magnus error Attonis episcopi Vercellensis, Epistola ad Ambrosium sacerdotem Mediolanensem tom. VIII *Spicilegii* Acheriani p. 124, ortus ex non intellecto canone 12, concilii Carthaginensis 4, quasi diaconæ feminas baptizaverint; cum duntaxat ministerium eas baptizantibus præbuerint, ut videbitur infra ad cap. 15. Cot.

(61) *Εὐλογίαν μικρὰν ἢ μεγάλην.* Benedictionem parvam interpretantur viri docti, quæ a presbyteris datur; magnam, quæ ab episcopis. Potuissent ex canon. Basilii 27, Regensi 5, Agathensi 44, Herardi 78, et aliis, magnam de publica, parvam de privata accipere. Porro hujus capitis et sequentis varias lectiones ex Georgio Hamartolo habes paulo supra: easdemque exhibet codex Regius 1326. Ed.

(62) *Ἢ μόνοις.* Hinc excidit ἀλλά, nam ἢ nunquam significat *nisi*, sed ἀλλ' ἢ id significare nemo nescit. Repetitio vocula ἢ festinantem librarium fefellit. Miror hoc fugisse diligentiam Cotelerii. His dudum editis, ex collatione codd. Vindobonensium vidi unum esse in quo legitur ἀλλ' ἢ. Cleb.

Digitized by Google

ροις χειροτονεῖν διακόνους, ἢ διακονίσσας, ἢ ἀναγνώστας, ἢ ὑπηρέτας, ἢ ᾠδοὺς, ἢ πυλωροὺς, ἀλλὰ μόνοις τοῖς ἐπισκόποις. Αὕτη γάρ ἐστι τάξις ἐκκλησιαστικὴ καὶ ἁρμονία.

vel diaconissas, vel lectores, vel ministros, vel cantores, vel janitores; sed episcopis solis. Hic enim est ecclesiasticus ordo, et concentus.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΒ'.

*Ἀποτροπὴ βασκανίας.*

Περὶ δὲ φθόνου, ἢ ζήλου, ἢ καταλαλιᾶς, ἢ ἔριδος, ἢ φιλονεικίας, προείρηται ὑμῖν, ὅτι ταῦτα Χριστιανοῦ (63) ἀλλότρια, καὶ μάλιστα ἐπὶ χηρῶν. Ἐπειδὴ δὲ ὁ ἐνεργῶν διάβολος πολύτροπος καὶ ποικίλος ὑπάρχων, εἰς τὰς μὴ χήρας ἐμπομπεύει, ὡς καί ποτε εἰς τὸν Κάϊν. Ἔνιαι γὰρ λέγουσιν εἶναι χῆραι, τὰ δὲ τῆς χηρείας ἄξια παραγγέλματα οὐ ποιοῦσιν, ὡς οὐδ' ὁ Κάϊν τὰ ἀδελφικὰ δικαιώματα. Ἀγνοοῦσι γὰρ ὡς οὐ τὸ ὄνομα τῆς χηρείας εἰς βασιλείαν αὐτὰς εἰσάξει, ἀλλ' ἡ ἀληθὴς πίστις καὶ τὰ ὅσια (64) ἔργα. Εἰ δέ τις τὸ μὲν ὄνομα τῆς χηρείας κέκτηται, τὰ δὲ τοῦ ἀντικειμένου ἐπιτελεῖ ἐπιτηδεύματα, ἡ μὲν χηρεία αὐτῆς οὐ λογισθήσεται, ἐξωσθεῖσα δὲ τῆς βασιλείας, αἰωνίᾳ κολάσει παραδοθήσεται. Ἀκούομεν γάρ τινας χήρας ζηλοτύπους, φθονερὰς, διαβόλους, βασκαινούσας ταῖς ἑτέρων ἀνέσεσιν· αἱ δὲ τοιαῦται οὐκ εἰσὶ τοῦ Χριστοῦ, οὐδὲ τῆς ἐκείνου διδασκαλίας μαθήτριαι. Δέον γὰρ αὐτὰς, ἐνδυθείσης αὐτῶν συγχήρας ὑπό τινος, ἢ λαβούσης ἀργύρια (65), ἢ τροφὴν, ἢ πόμα, ἢ ὑπόδεσιν, θεασαμένας τὴν ἀδελφὴν αὐτῶν ἀναψύξασαν, εἰπεῖν·

## CAPUT XII.

*Dehortatio ab invidia.*

De invidia vero, æmulatione, maledicentia, discordia, et contentione, jam vobis diximus, aliena esse hæc a Christiano, maximeque a viduis. Cum tamen diabolus, impulsor versutus et mille nocendi artes callens, in falso viduas tanquam triumpho ejus paratas collimet; quemadmodum olim in Cainum. Nonnullæ enim se viduas prædicant, at viduitate digna præcepta non servant; sicut nec Cainus jura fraterna. Ignorant enim, quod non viduitatis nomen illas in regnum introducet, sed vera fides, et sancta opera. Si quæ vero nomen viduitatis obtinet, et adversarii studia peragit; viduitas ejus non computabitur, et repulsa a regno, æternæ pœnæ tradetur. Audimus enim quasdam esse viduas æmulas, invidas, calumniatrices, aliarum levamentis anxias. Quæ tales sunt, ad Christum non pertinent, nec discipulæ æstimantur doctrinæ Christianæ. Siquidem, cum aliqua pariter vidua a quopiam induta fuit, aut accepit vel pecuniam, vel cibum, vel potum, vel calceos; oportuisset eas, recreatam sororem suam intuitas, dicere:

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΓ'.

*Ὅπως δεῖ προσεύχεσθαι τὰς χήρας ὑπὲρ τῶν διδόντων τὰ πρὸς τὰς χρείας.*

Εὐλογητὸς (66) εἶ, ὁ Θεὸς, ὁ ἀναψύξας τὴν συγχήραν· εὐλόγησον, Κύριε, καὶ δόξασον τὸν διακονήσαντα αὐτῇ, καὶ τὸ ἔργον αὐτοῦ ἀναδῆναι ἐν ἀληθείᾳ πρὸς σέ· καὶ μνησθήσῃ (67) αὐτοῦ εἰς ἀγαθὸν ἐν ἡμέρᾳ ἐπισκοπῆς αὐτοῦ (68). Καὶ τὸν ἐπίσκοπόν μου τὸν καλῶς σοι λειτουργήσαντα (69), καὶ διδάξαντα εὔκαιρον ἐλεημοσύνην γυμνῇ οὔσῃ τῇ συγχήρᾳ μου γενέσθαι· προσθείης αὐτῷ δόξαν, καὶ δώῃς αὐτῷ στέφανον καυχήσεως ἐν ἡμέρᾳ ἀποκαλύψεως ἐπισκοπῆς σου. Ὁμοίως καὶ ἡ λαβοῦσα χήρα τὸ ἔλεος, συμπροσευχέσθω τῷ διδόντι αὐτῇ τὴν διακονίαν (70).

## CAPUT XIII.

*Quomodo oporteat viduas orare pro iis, qui necessaria tribuunt.*

Benedictus es, Deus, qui conviduam recreasti: benedic, Domine, et clarifica eum, qui illi subministravit; ut opus ejus in veritate ascendat ad te: et memineris illius, in bonum, die visitationis ejus. Sed et benedic episcopo meo, qui recte tibi ministravit, et opportunam eleemosynam convetulæ meæ nudæ fieri docuit: addas ei gloriam et des ei coronam exsultationis in die quo revelabitur visitatio tua. Similiter et vidua, quæ misericordiam accepit, compreccetur pro eo, qui illi præbuit ministerium.

## VARIORUM NOTÆ.

(63) *Χριστιανοῦ*. Codex alter Χριστιανοῖς. CLER.

(64) *Ὅσια*. Idem habet θεῖα. ID.

(65) *Ἀργύρια*. Alter cod. ἀργύριον. ID.

(66) *Εἶ*. Abest a cod. altero Vind. ID.

(67) *Καὶ μνησθήσῃ*. Alter cod. μνήσθητι sine καί. ID.

(68) *Αὐτοῦ*. Idem σοῦ non mutata sententia; *visit enim Deus*, homines *visuntur*. ID.

(69) *Σοὶ λειτουργήσαντα*. Absunt ab altero codice, ut et δόξαν καὶ δώῃς αὐτῷ. Quæ omnia sine sensus jactura tolli revera possunt. ID.

(70) *Τὴν διακονίαν*. Locutio Scripturæ et Patrum in significanda eleemosyna. Nihil enim frequentius, quam διακονία et διακονεῖν, *ministerium* et *ministrare*, hoc sensu. Unum sufficiet, sed præ cæteris illustre testimonium, quod Joannes Damascenus ex Doctrina Petri excerpsit, ac in *Paralellorum* suorum lib. II, cap. 16, retulit: *Dives est ille, qui multis misericordiam tribuit, et qui ad Dei imitationem, ea quæ habet impertit. Deus enim res a se conditas omnino nobis tribuit. Quocirca hoc scitote, qui divitiis polletis, vos ministrare debere, cum plura quam vobis opus sint acceperitis. Intelligite deesse ea aliis, quæ vobis supersunt. Erubescite qui aliena retinetis, atque æquitatem Dei vobis imitandam proponite, et nemo pauper erit.* Græce ex Bibliotheca Claromontana hujus urbis: Ἐκ τοῦ ἁγίου Πέτρου· *Πλούσιος ἐκεῖνός ἐστιν ὁ πολλοὺς ἐλεῶν, ὁ δὲ κατὰ Θεοῦ μίμησιν ἐπιδιδοὺς ἐξ ὧν ἔχει. Θεὸς γὰρ πάντα πᾶσιν ἔδωκεν ἐκ τῶν αὐτοῦ κτισμάτων. Σύνετε δὴ, πλούσιοι, ὅτι διακονεῖν ὀφείλετε, λαβόντες πλείονα, ὧν αὐτοὶ χρῄζετε. Μάθετε ὅτι ἑτέροις λείπει τὰ ὑμῖν περισσεύοντα· αἰσχύνθητε κατέχοντες ἀλλότρια. Μιμήσασθε ἰσότητα Θεοῦ, καὶ οὐδεὶς ἔσται πένης.* Cujus loci postrema citata reperies in Gregorio Nazianzeno orat. 16, p. 254, sic: Μὴ γενώμεθα κακοὶ τῶν δοθέντων ἡμῖν οἰκονόμοι, ἵνα μὴ ἀκούσωμεν Πέτρου λέγοντος· *Αἰσχύν-*

Digitized by Google

## CAPUT XIV.

*Quod secundum Domini constitutionem, non debeat jactare se, nec nomen suum prædicare, quæ munus tribuit.*

At quæ beneficium largitur, nomen suum occultet, ut sapiens; nec tuba canat ante se; quo fiat eleemosyna apud Deum in abscondito, sicut Dominus ait: « Te autem faciente eleemosynam, nesciat sinistra tua, quid faciat dextera tua; ut sit eleemosyna tua in abscondito [6]. » Ac vidua precetur pro largitore, quicunque tandem ille sit, cum ipsa sanctum Christi altare existat: « Et Pater, qui videt in abscondito, in aperto reddet [7] » conferenti benignitatem. Sed viduæ quæ secundum Dei mandatum vivere nolunt, curam habent sciscitandi multum, quæ fuerit subministratrix, et quæ acceptrices. Quod cum vidua rescivit, queritur de illa quæ subministravit, dicens: An nesciebas me tibi esse illa calamitosiorem? Quid igitur illam mihi prætulisti? Talia dicendo, decipit; neque cogitat, non fuisse hanc voluntatem hominis, sed Dei mandatum. Si enim ipsa testatur, se propiorem ac nudiorem illa fuisse, majorique inopia afflictam; considerare debet eum qui ita ordinavit, et cum silentio ac sine accusatione largitricis ingressa in domum suam, atque in faciem procumbens, supplicare Deo, ut peccatum ei remittatur. Nam Deus præcepit beneficæ ne velut tragico boatu decantet beneficium: vidua vero conquesta est quod illa nomen suum non proclamarit, ut ipsa quoque eo audito ad accipiendum curreret: neque solum expostulavit, sed etiam ipsi maledixit, oblita illius qui ait: « Qui benedicit tibi, benedictus est; et qui maledicit tibi, maledictus est [8]. » Dicit autem Dominus: « Cum intraveritis in domum, dicite: Pax huic domui; et si fue-

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΔ'.

*Ὅτι οὐ χρὴ κομπάζειν, καὶ περιαγγέλλειν τὸ ἑαυτῆς ὄνομα, τὴν καρποφοροῦσαν, κατὰ τὴν τοῦ Κυρίου διάταξιν.*

Ἡ μέντοι εὖ ποιοῦσα, ἀποκρυψάτω τὸ οἰκεῖον ὄνομα, ὡς σοφή· μὴ σαλπίζουσα ἔμπροσθεν αὐτῆς· ἵνα γένηται ἡ ἐλεημοσύνη πρὸς τὸν Θεὸν ἐν κρυπτῷ· καθὼς φησιν ὁ Κύριος, ὅτι· « Σοῦ δὲ ποιοῦντος ἐλεημοσύνην, μὴ γνώτω ἡ ἀριστερά σου, τί ποιεῖ ἡ δεξιά σου (71), ὅπως ᾖ σου ἡ ἐλεημοσύνη ἐν τῷ κρυπτῷ. » Καὶ ἡ χήρα προσευχέσθω ὑπὲρ τοῦ δεδωκότος, ὅστις ποτ' ἂν ᾖ, ἅγιον θυσιαστήριον Χριστοῦ (72) ὑπάρχουσα· « Καὶ ὁ Πατὴρ ὁ βλέπων ἐν τῷ κρυπτῷ, ἀποδώσει » τῷ εὖ ποιοῦντι « ἐν τῷ φανερῷ. » Ἀλλ' αἱ μὴ κατ' ἐντολὴν Θεοῦ ζῆν θέλουσαι χῆραι, φροντίζουσι πολυπευστεῖν, τίς ἡ διακονησαμένη, καὶ τίνες αἱ λαβοῦσαι· καὶ μαθοῦσα, ἐπιμέμφεται τῇ διακονησαμένῃ, λέγουσα· Οὐκ ᾔδης ὅτι ἐγώ σοι μᾶλλον παρ' (73) ἐκείνην θλιβομένη; Ὅτι οὖν προετίμησας ἐκείνην ἐμοῦ; Ταῦτα δὲ λέγει ἄφρων ὑπάρχουσα, οὐ νοοῦσα ὅτι οὐκ ἀνθρώπου τοῦτο θέλημα γέγονεν, ἀλλὰ Θεοῦ πρόσταγμα. Εἰ γὰρ μαρτυρεῖ αὕτη ὅτι ἐγγυτέρω ὑπῆρχε, καὶ ἐν πλείονι ἐνδείᾳ ἐξητάζετο, καὶ μᾶλλον αὐτὴ γυμνὴ ἦ ἐκείνη, ὀφείλει νοεῖν τὸν διαταξάμενον, καὶ ἀποσιγήσασα, καὶ μὴ μεμψαμένη τὴν διακονήσασαν, εἰσελθοῦσα εἰς οἶκον ἑαυτῆς, καὶ ἐπὶ πρόσωπον ἑαυτὴν βαλοῦσα, ἱκετεῦσαι τὸν Θεὸν ἀφεθῆναι αὐτῇ τὸ πλημμέλημα. Ὁ γὰρ Θεὸς ἐνετείλατο τῇ εὖ ποιούσῃ μὴ τραγῳδεῖν τὴν εὐποιΐαν· ἡ δὲ ἐμέμφετο, ὅτι μὴ ἐκήρυξεν αὐτῆς (74) τὸ ὄνομα, ἵνα καὶ αὐτὴ μαθοῦσα δράμῃ εἰς τὸ λαβεῖν· καὶ οὐ μόνον ἐμέμφετο, ἀλλά γε καὶ κατηρᾶτο αὐτῇ, ἐπιλαθομένη τοῦ εἰπόντος· « Ὁ εὐλογῶν σε εὐλόγηται, καὶ ὁ καταρώμενός σε κεκατήραται. » Λέγει δὲ ὁ Κύριος· « Ὅταν εἰσέρχησθε εἰς οἶκον (75), λέγετε· Εἰρήνη τῷ οἴκῳ

[6] Matth. VI, 2. [7] I. Polycarp., cap. 4; pseud-Ignat. ad Tars. 9 [8] Matth. VI, 6. [9] Gen. XXVII, 29.

## VARIORUM NOTÆ.

*θητε οἱ κατέχοντες τὰ ἀλλότρια, καὶ μιμήσασθε ἰσότητα Θεοῦ, καὶ οὐδεὶς ἔσται πένης.* Sed fallitur Nicetas interpres Græcus, dum adnotat: Ἔστι δὲ ἡ χρῆσις ἐκ τῆς ὀκταβίβλου τῶν ἀποστολικῶν διατάξεων (in uno ms. διαγμάτων), ἣν ὕστερον ἡ ἕκτη σύνοδος ἀπεδοκίμασεν ὡς ἐπιβουλευθεῖσαν καὶ νοθευθεῖσαν παρὰ τῶν αἱρετικῶν. *Est autem hic locus ex illo apostolicarum Constitutionum opera octo libros complectente, quod postea sexta synodus improbavit, tanquam ab hæreticis depravatum et adulteratum.* Sed et Latini scriptores nomen diaconiæ ita usurparunt. Cassianus collatione 18, cap. 7: *Cum diaconiam nostris fratribus deferremus.* Similiterque collat. 21, cap. 1, 8, 9. Et Gregorius papa, lib. VIII, epist. 20; lib. IX, epist. 24. Quem ultimum locum operæ pretium fuerit conferre cum loco Joannis Diaconi lib. II *De Vita S. Gregorii* cap. 51, ut alter per alterum corrigatur. Melius enim in Gregorio, *mensis pauperum, et exhibendæ diaconiæ.* Ac vice versa rectius in Joanne, *ad mensas pauperum, vel diaconis exhibitionem.* Hinc diaconiæ (quarum mentio passim) appellatæ sunt ædes erogandis eleemosynis consecratæ. Cot.

(71) *Μὴ γνώτω ἡ ἀριστερά σου, τί ποιεῖ ἡ δεξιά σου.* Matth. VI, 3. Citavimus in Testimoniis veterum ista ex Commentariis Incerti ad Matthæum: *Aliter certo, sicut apostoli interpretantur in libro Canonum qui est de episcopis, dextra est populus Christianus qui est ad dextram Christi, sinistra autem omnis populus qui est ad sinistram. Hoc vero dicit, ne Christianum facientem eleemosynam, qui est dextra, infidelis aspiciat, qui est sinistra. Christianus autem si Christianum viderit eleemosynas facientem, non est contra Christi præceptum, quoniam ambo dextra sunt.* Ea vero cum nec in hoc loco, ubi textus evangelicus profertur, nec in toto libro II, qui peculiariter de episcopis est, nec alibi *Constitutionum* reperiantur, procul dubio per posteriores sublata fuerunt, quemadmodum diximus initio notarum; quia, scilicet, displicebant. Certe allatam interpretationem, probatam licet pseudo-Theophilo Antiochensi, Joannes Chrysostomus arguit. Ib.

(72) *Χριστοῦ.* Alter Vindobon. cod. Θεοῦ. Passim miscentur Θεός, Κύριος et Χριστός, etiam in Novi Testamenti codicibus. Cler.

(73) *Παρ'.* Sequuntur in altero cod.: Ἐγγυτέρω παρ' ἐκείνην ὑπῆρχον καὶ μᾶλλον. Ib.

(74) *Αὐτῆς.* Alter cod. ἑαυτῆς. Ib.

(75) *Οἶκον.* Addit cod. alter τινός. Ib.

Digitized by Google

τούτῳ· καὶ ἐὰν ᾖ ἐκεῖ υἱὸς εἰρήνης, ἡ εἰρήνη ὑμῶν ἐπαναπαύσεται ἐπ' αὐτόν· ἐὰν δὲ μὴ ᾖ ἄξιος, ἡ εἰρήνη ὑμῶν πρὸς ὑμᾶς ἐπιστρέψει.

A rit ibi filius pacis, pax vestra requiescet super illum; sin autem non fuerit dignus, pax vestra revertetur ad vos [10]. »

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΕ'.

*Ὅτι ἀπρεπὲς τὸ λοιδορεῖν τὸν πλησίον· ἀλλότριον γὰρ (76) Χριστιανῶν τὸ καταρᾶσθαι.*

Εἰ οὖν ἡ εἰρήνη ἐπὶ τοὺς (77) πέμψαντας αὐτὴν ἐπ' ἐκείνους, πάλιν ἐπιστρέφει ἐπὶ τοὺς προηκαμένους αὐτήν, διὰ τὸ μὴ εὑρεῖν ἀξίους αὐτῆς (78), πολὺ μᾶλλον ἡ κατάρα ἐπιστρέψει εἰς κεφαλὴν τοῦ ἀδίκως αὐτὴν ἐκπέμψαντος, ὡς οὐκ ἀξίου ὄντος λαβεῖν αὐτὴν ἐκείνου πρὸς ὅνπερ ἐξαπεστάλη. Πᾶς γὰρ ὁ μάτην λοιδορῶν, ἑαυτὸν ἀρᾶται (79), καθά φησιν ὁ Σολομών· « Ὥσπερ ὄρνεα πέτονται καὶ στρουθοί, οὕτως ἀρὰ ματαία οὐκ ἐπελεύσεται ἐπ' οὐδενί. » Καὶ πάλιν λέγει· « Οἱ δὲ ἐκφέροντες λοιδορίας, ἀφρονέστατοί εἰσιν. » Ὥσπερ δὲ (80) ἡ μέλισσα, ἐν τῇ δυνάμει αὐτῆς ἀσθενὴς οὖσα, ἐπὰν πλήξῃ τινά, τὸ κέντρον ἀποβάλλει, καὶ γίνεται στεῖρα (81)· τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ὑμεῖς ὃ ἐὰν ποιήσητε ἄδικον εἰς ἑτέρους, τοῦτο εἰς (82) ἑαυτοὺς ἐνεργήσετε· « Λάκκον γὰρ ὤρυξε, καὶ ἀνέσκαψεν αὐτὸν, καὶ ἐμπεσεῖται εἰς βόθρον ὃν εἰργάσατο. » Καὶ πάλιν (83)· « Ὁ ὀρύσσων βόθρον τῷ πλησίον αὐτοῦ (84), ἐμπεσεῖται εἰς αὐτόν. » Οὐκοῦν ὁ φεύγων κατάραν, ἕτερον μὴ καταράσθω· ὃ γὰρ μισεῖς σοι γενέσθαι, οὐδὲ ἄλλῳ σὺ ποιήσεις. Διὸ νουθετεῖτε τὰς ἀπειθεῖς, ἐπιπλήσσετε ταῖς ἀναισχύντοις, παρακαλεῖτε τὰς ὀλιγοψύχους, ἰσχυροποιεῖτε τὰς ἀσθενούσας, ἐπαινεῖτε τὰς ἐν ὁσιότητι ὁδευούσας. Εὐλογείτωσαν μᾶλλον, καὶ μὴ λοιδορείτωσαν· εἰρηνοποιείτωσαν, καὶ μὴ πόλεμον ἐμποιείτωσαν. Μήτε οὖν ἐπίσκοπος, μήτε πρεσβύτερος, μήτε διάκονος, μήτε ἄλλος τις ἐκ τοῦ καταλόγου τοῦ ἱερατικοῦ λοιδορίᾳ τὴν γλῶσσαν μολυνέτω, ἵνα μὴ ἀντὶ εὐλογίας κατάραν κληρονομήσῃ. Ἔστω δὲ σπουδὴ καὶ ἐπιμέλεια τῷ ἐπισκόπῳ, ὅπως μηδὲ λαϊκὸς κατάραν ἐκφέρῃ· περὶ πάντων γὰρ αὐτῷ μέλλειν ὀφείλει, περὶ κληρικῶν, περὶ παρθένων, περὶ χηρῶν, περὶ λαϊκῶν. Διὰ τοῦτο, ὦ ἐπίσκοπε, τοὺς συνεργούς σου τῆς ζωῆς καὶ τῆς δικαιοσύνης ἐργάτας, διακόνους εὐαρέστους Θεῷ προχειρίζου, οὓς ἐκ παντὸς τοῦ λαοῦ δοκιμάζεις εἶναι ἀξίους, καὶ εἰς τὰς τῆς διακονίας

## CAPUT XV.

*Quod non deceat conviciari proximo : alienum enim esse a Christianis maledicere.*

Si ergo pax apud eos, qui illam ad alios miserunt, rursum ad præmittentes redit, quod non invenerit dignos ipsa, multo magis maledictio revertetur in caput inique immittentis eam, quod is ad quem amandata est, non mereatur illam recipere. Quisquis enim sine causa conviciatur, sibi maledicit, ut Salomon ait : « Sicut aves volant, et passeres, sic maledictum vanum non in nullum veniet [11]. » Et iterum dicit : « Qui autem proferunt convicia, B insipientissimi sunt [12]. » Quemadmodum vero apis, viribus infirma, cum pupugerit aliquem, aculeum amittit, efficiturque sterilis : pari modo et vos, quam injuriam aliis intuleritis, hanc vobis facietis. « Lacum enim aperuit, et effodit eum ; et incidet in foveam quam fecit [13]. » Et rursus : « Qui fodit foveam proximo suo, incidet in eam [14]. » Ergo qui maledici refugit, ne alteri maledicat. Nam quod oderis tibi fieri, neque alteri tu feceris. Quocirca monete immorigeras, objurgate inverecundas, consolamini pusillo animo præditas, fortificate infirmas, laudate sanctitatis iter ingressas. Benedicant potius, et non convicientur ; pacem, non bellum faciant. Itaque nec episcopus, nec presbyter, nec diaconus, nec quivis alius sacri ordinis, linguam C convicio inquinet ; ne pro benedictione maledictionem sortiatur. Studeat autem et curet episcopus, ut neque laicus maledictum proferat : omnibus enim prospicere debet, clericis, virginibus, viduis, laicis. Propterea, episcope, tibi in vita adjutores, justitiæ operarios, Deoque gratos diaconos elige, quos ex omni populo dignos esse probaris, et subeundis diaconici officii laboribus maxime accommodatos. Etiam elige diaconissam fidelem et sanctam, ad mulierum ministeria. Fit enim nonnunquam, ut in quibusdam domibus, virum diaconum

[10] Luc. x, 5; Matth. x, 13. [11] Prov. xxvi, 2. [12] Prov. x, 18. [13] Psal. vii, 16. [14] Prov. xxvi, 27.

## VARIORUM NOTÆ.

(76) *Ἀλλότριον γάρ.* Alter codex καὶ ἀλλότριον, nec loco convenit αἰτιολογικὴ particula. Cler.

(77) *Ἐπὶ τούς* ad *ἐκείνους*. Absunt in altero cod. et postea sequitur προσηκαμένους utrumque perperam. Cler.

(78) *Αὐτῆς*. Legit idem ἑαυτῆς, recte. Id.

(79) *Πᾶς γὰρ ὁ μάτην λοιδορῶν, ἑαυτὸν ἀρᾶται.* Juxta illud Ecclesiastici xxi, 30 : *Dum maledicit impius diabolum, maledicit ipse animam suam :* Ἐν τῷ καταρᾶσθαι ἀσεβῆ τὸν Σατανᾶν, αὐτὸς καταρᾶται τὴν ἑαυτοῦ ψυχήν. Cot.

(80) *Δέ*. Idem cod. Vind. οὖν, quod melius. Cler.

(81) *Καὶ γίνεται στεῖρα.* Tribus modis accipi potest : 1° simpliciter, ut sensus sit : apem, cum pupugerit, sterilem evadere, nec amplius gignere. Id vero nullibi me legere memini. 2° Subintelligendo κέντρου. Hoc est, *privatur aculeo.* Quod traD ditur a multis. Unde proverbialis locutio in Platonis *Phædone*, ὥσπερ μέλιττα τὸ κέντρον ἐγκαταλιπὼν οἰχήσομαι. *Velut apis aculeo relicto discedam.* 3° Improprie, et ratione mellis nequaquam conficiendi postea. Plinius lib. xi, cap. 18 : *Aculeum apibus natura dedit, ventri consertum. Ad unum ictum hoc infixo, quidam eas statim emori putant. Aliqui, nonnisi in tantum adacto, ut intestini quidpiam sequatur : sed fucos postea esse, nec mella facere, velut castratis viribus, pariterque et nocere et prodesse desinere.* Cot.

(82) *Εἰς*. Idem ἐπ', quod est perinde. Cler.

(83) *Πάλιν*. In altero ὁ Σολομών, rectius, nam proxime superior locus est Davidis. Id.

(84) *Τῷ πλησίον αὐτοῦ*. Absunt hæc, et facile supplentur. Id.

Digitized by Google

ad mulieres non possis mittere, propter infideles : destinabis igitur mulierem diaconissam, ob improborum cogitationes. Diaconissa siquidem femina ad multos usus indigemus. Ac in primis quidem cum baptizantur mulieres, diaconus tantum earum frontem unget oleo sancto, et post diaconissa eas illinet : non enim opus est ut feminæ aspiciantur a viris. Verum, duntaxat in manus impositione, caput mulieris unget episcopus : quemadmodum

A χρείας εὐσκύλτους. Προχείρισαι δὲ καὶ διάκονον (85) πιστὴν καὶ ἁγίαν εἰς τὰς τῶν γυναικῶν ὑπηρεσίας. Ἔστι γὰρ ὁπόταν ἐν τισιν οἰκίαις ἄνδρα διάκονον γυναιξὶν οὐ δύναται [15] πέμπειν, διὰ τοὺς ἀπίστους· ἀποστελεῖς οὖν γυναῖκα διάκονον, διὰ τὰς τῶν φαύλων διανοίας. Καὶ γὰρ εἰς πολλὰς χρείας, γυναικὸς χρήζομεν διακόνου (86). Καὶ πρῶτον μὲν ἐν τῷ φωτίζεσθαι γυναῖκας, ὁ διάκονος χρίσει μὲν μόνον τὸ μέτωπον αὐτῶν τῷ ἁγίῳ ἐλαίῳ (87), καὶ μετ' αὐτὸν ἡ

[15] f. δύνασαι. Sic cod. Vindob.

## VARIORUM NOTÆ.

(85) *Διάκονον*. Alter cod. διακόνισσαν, ut et paulo post. Ib.

(86) *Εἰς πολλὰς χρείας, γυναικὸς χρήζομεν διακόνου*. Officia diaconissarum, præter ea de quibus antea diximus, alia multa fuerunt. Diaconissa in *Constitutionibus*, lib. II, cap. 26, introducit mulieres ad diaconum et ad episcopum; lib. III, cap. 7, præest viduis; hoc capite, et 19, feminarum curam gerit, ad quas mittitur honestatis causa, ubi ministerio illius opus est. Atque ita Epiphanius, cap. 3, hæres. 79, et cap. 21 *Expositionis fidei*. In suo sexu ministrat, in ministerio verbi, et privatim docendo; dicitur in Commentariis ad Rom. XVI, 1, tom. VIII Hieronymi. Hoc etiam loco ad baptizandas feminas adhibentur diaconissæ, ut eas inungant, neve a viris aspiciantur nudæ. Et quidem quod spectat ad unctionem, illustre habemus in Joannis Moschi *Prato spirituali*, cap. 3, exemplum, de Conone presbytero, cui in cœnobio ibi memorato baptismum accedentibus conferre demandatum fuerat : Αὐτὸς δὲ ἔχριεν καὶ ἐβάπτισεν τοὺς ἐπὶ τοῦτο παραγενομένους. Καθ' ὅτι οὖν ἔχριεν γυναῖκα, ἐσκανδαλίζετο. *Ipse autem ungebat et baptizabat eos qui ad hoc veniebant. Quoties ergo mulierem inungeret, scandalizabatur.* Ἐν μιᾷ οὖν ἦλθεν κόρη Περσία, ἐπὶ τὸ βαπτισθῆναι· ἦν δὲ εὐειδὴς πάνυ ὡραία, ὥστε μὴ δυνηθῆναι τὸν πρεσβύτερον αὐτὴν χρῖσαι τῷ ἁγίῳ ἐλαίῳ. Καὶ ποιησάσης αὐτῆς δύο ἡμέρας, ἤκουσεν ἀρχιεπίσκοπος Πέτρος, ἐξεπλάγη ἐπὶ τῷ γεγονότι, καὶ ἠθέλησεν ἀφορίσαι διάκονον γυναῖκα ἐπὶ τῷ αὐτῷ. Ἀλλὰ τοῦτο οὐκ ἐποίησεν, διὰ τὸ μὴ ἐπιδέχεσθαι τὸν τόπον. *Quadam vero die venit puella orta ex Perside, ut baptizaretur; quæ ita speciosa erat, ac tantæ pulchritudinis, ut non posset presbyter eam sancto oleo inungere. Cum sic vero illic puella mansisset duos dies, audiens archiepiscopus Petrus, obstupuit ea de re vehementer, voluitque ad hoc opus delegare diaconissam mulierem; sed non fecit, quod locus*, cœnobium videlicet, *id non pateretur*. Ambrosius Camaldulensis vertit, *ne contra canones fecisse videretur*, quia male legebat τύπον, quemadmodum pro γεγονότι, γέροντι. Quod pertinet autem ad revelandas velandasque feminas, et ad reliqua diaconarum munia in baptismo mulierum, consuli possunt Epiphanius et pseudo-Hieronymus citati, Atto Vercellensis *Epistola ad Ambrosium*, Justinianus Novella 6. Noster cum lib. ult., cap. 28, tum hocce lib. III, cap. 16, ubi diaconissæ fiunt susceptrices feminarum, ut et in canone 74 Nicæno Arabico, et in *Vita S. Pelagiæ*, cap. 8, lib. I, *De Vitis Patrum*, Rosweydi. *Et unam de diaconissis*, inquit Jacobus diaconus, Vitæ illius scriptor, *juberet ejus beatitudo transmittere mecum*. Et mox : *Statim transmisit mecum dominam Romanam primam diaconissarum*. Posteaque: *Sanctus Nonnus episcopus exorcizavit eam*, Pelagiam, *et baptizavit, et imposuit ei signum Domini, tradiditque illi corpus Christi : fuitque illi mater spiritalis sancta domina Romana prima diaconissarum*. In Matthæo Blastare elemento γ, cap. 13 : Αἱ μέντοι διάκονοι γυναῖκες τίνα τὴν ὑπηρεσίαν τῷ τότε ἐν τῷ κλήρῳ ἐπλήρουν, τοῖς πᾶσι σχεδὸν ἠγνόηται νῦν· πλὴν εἰσιν οἱ λέγουσιν, ὅτι ταῖς βαπτιζομέναις τῶν γυναικῶν ὑπηρέτουν, ἀνδρῶν ὀφθαλμοῖς οὐ θεμιτὸν ὄν, γυμνουμένας ταύτας ὁρᾶσθαι, ὑπεράκμους ἤδη βαπτιζομένας. Hoc est: *Porro diaconissæ quidnam ministerii per illud tempus in clero adimplerent, ab omnibus fere nunc ignoratur. Sunt tamen qui dicant, quod in baptismo mulierum ministrarent, cum nefas sit feminas in ætatis flore baptizandas, oculis virorum nudas objici.* Videre etiam potes in canone 12 synodi Carthagin. IV, quomodo eas quæ baptismo initiabantur docerent tam respondenda baptizatori, quam vitæ post lavacrum transmittendæ rationem. Denique ad diaconas pertinuisse puto visitationem carcere detentorum, necnon collectionem pecuniæ ad liberandos eos. Id sane innuunt Lucianus et Libanius. Ille hisce verbis de Peregrino : Καὶ ἔωθεν μὲν εὐθὺς ἦν ὁρᾶν παρὰ τῷ δεσμωτηρίῳ περιμένοντα γραῖδια, χήρας τινάς, καὶ παιδία ὀρφανά· οἱ δὲ ἐν τέλει αὐτῶν καὶ συνεκάθευδον ἔνδον μετ' αὐτοῦ, διαφθείροντες τοὺς δεσμοφύλακας. *Ac mane quidem illico videre erat juxta carcerem præstolantes anus, viduas aliquas, et pueros orbos : qui autem apud ipsos in dignitate erant, cum ipso intus dormiebant, corruptis custodibus :* Οἱ ἐν τέλει mihi sunt diaconi ecclesiastica dignitate suffulti; quorum fuisse in carcerem commeare, discimus ex epistola 10 S. Cypriani. Libanius vero orat. 16, *in Tisamenum*, edit. Morell., p. 452, sic loquitur : Μητέρα δὲ γραῶν, εἴπερ εἴη τῷ δεδεμένῳ, πλανωμένην ἀγείρειν ὅσον προσαιτοῦσα δύνηται. *Matrem vero vetularum, si vincto contigerit, vagantem colligere quidquid mendicando possit.* Paucisque interjectis : ἢ τοῖς ὑπηρέταις ἦν ἀναμιμνήσκων, πρὸς πολλῶν γόνατα προσπεσεῖν, id est : *aut ministros* (diaconos mea quidem sententia) *commonefaceret ad multorum genua procidere.* Ac *Oratione de vinctis*, quam Jacobo Gothofredo debemus : Ταῦτα εἰπὼν ἀκούει· Διατί οὐ καλεῖς διὰ τῶνδε τῶν (malim ita, quam ut editum est, διὰ τῶν δετῶν *per vinctos*) ἐξιόντων γυναῖκα δεῦρο, τῶν ἐπὶ φιλανθρωπίᾳ φιλοτιμουμένων, εἶτ' αὐτῆς πρὸς τὰ γόνατα προσπεσὼν, πείθεις προσαιτοῦσαν ἄγειν τί σοι; *Postea quam hæc dixit, audit : Cur non vocas per hosce qui egrediuntur, mulierem huc aliquam ex iis quæ pro humanitate sua claræ habentur; indeque ad genua illius procidens, persuades ut mendicando aliquid tibi afferat?* Cor.

(87) *Ὁ διάκονος χρίσει*, etc. Unctio ante baptismum facta oleo sancto, benedicto, et exorcizato, mera cæremonia est; quæ ideo a diacono, vel presbytero, seu episcopo, semel aut bis, hoc vel illo modo, in his aut illis, aut in omnibus corporis membris peracta invenitur, juxta variam ecclesiarum ac gentium consuetudinem. Innumera hujusce rei possent proferri documenta, desumpta ex Ritualibus Æthiopum, Syrorum, Græcorum, Latinorum, ex conciliis, et ex Patribus. Sed peculiarem merentur animadversionem, præter textus *Constitutionum* hic, et lib. VII, cap. 22; *Recognitionum* lib. III, cap. 67; Joannis Moschi, qui citatus fuit in nota superiore, ac Ritualium librorum, loca sc-

Digitized by Google

διάκονος ἀλείψει αὐτάς· οὐ γὰρ ἀνάγκη τὰς γυναῖκας ὑπὸ ἀνδρῶν κατοπτεύεσθαι· ἀλλὰ, μόνον ἐν τῇ χειροθεσίᾳ (88), τὴν κεφαλὴν αὐτῆς χρίσει ὁ ἐπίσκοπος, ὃν τρόπον οἱ ἱερεῖς καὶ οἱ βασιλεῖς τὸ πρότερον ἐχρίοντο· οὐχ ὅτι καὶ οἱ νῦν βαπτιζόμενοι, ἱερεῖς χειροτονοῦνται, ἀλλ' ὡς ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ Χριστιανοὶ (89), βασίλειον ἱεράτευμα, καὶ ἔθνος ἅγιον, Ἐκκλησία Θεοῦ, στύλος καὶ ἑδραίωμα τοῦ νυμφῶνος [18]· οἱ ποτὲ οὐ λαὸς, νῦν δὲ ἠγαπημένοι (90) καὶ ἐκλεκτοί· οἷς ἐπεκλήθη (91) τὸ καινὸν αὐτοῦ ὄνομα· ὡς μαρτυρεῖ καὶ Ἡσαΐας ὁ προφήτης, λέγων· « Καὶ καλέσουσι τὸν λαὸν τὸ ὄνομα αὐτοῦ τὸ καινὸν, ὃ ὁ Κύριος ὀνομάσει αὐτόν. »

A sacerdotes et reges antiquitus ungebantur : non quod qui nunc baptizantur, ordinentur sacerdotes ; sed quia fiunt a Christo Christiani ( hoc est, unctionis cognomines), regale sacerdotium, et gens sancta [16], Ecclesia Dei, columna et firmamentum præsentis luminis [17] : qui aliquando non populus ; nunc autem dilecti et electi ; super quos invocatum est novum nomen ejus ; ut testatur Isaias propheta, dicens : « Et vocabunt populum nomine ejus novo, quo Dominus nominabit illum [19]. »

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙϚ'.

*Περὶ μυήσεως θείας τοῦ ἁγίου βαπτίσματος.*

Σὺ οὖν, ὦ ἐπίσκοπε, ἐκείνῳ τῷ τύπῳ χρίσεις τὴν κεφαλὴν τῶν βαπτιζομένων, εἴτε ἀνδρῶν εἴτε γυναικῶν, τῷ ἁγίῳ ἐλαίῳ, εἰς τύπον τοῦ πνευματικοῦ βαπτίσματος (92)· ἔπειτα ἢ σὺ ὁ ἐπίσκοπος, ἢ ὁ ὑπὸ σὲ πρεσβύτερος τὴν ἱερὰν ἐπ' αὐτοῖς εἰπὼν καὶ ἐπονομάσας ἐπίκλησιν Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος, βαπτίσεις αὐτοὺς ἐν τῷ ὕδατι· καὶ τὸν μὲν ἄνδρα ὑποδεχέσθω ὁ διάκονος (93)· τὴν δὲ γυναῖκα ἡ διάκονος (94)· ὅπως σεμνοπρεπῶς ἡ μετάδοσις τῆς ἀθραύστου σφραγῖδος γένηται. Καὶ μετὰ τοῦτο ὁ ἐπίσκοπος χριέτω τοὺς βαπτισθέντας τῷ μύρῳ (95).

## CAPUT XVI.

*De divina sancti baptismi initiatione.*

Tu igitur, episcope, ad illam formam caput eorum qui baptizantur, sive viri sint, sive mulieres, unges oleo sancto, in figuram spiritualis baptismi. Deinde aut tu, episcope, aut tibi subjectus presbyter, sacram super eos proferens nominatim invocationem Patris, et Filii, et Spiritus sancti, baptizabis eos in aqua. Ac virum quidem suscipiat diaconus ; mulierem vero diaconissa : ut cum decenti gravitate collatio sigilli infragilis peragatur. Et postea episcopus baptizatos ungat chrismate.

[18] I Pet. II, 9. [17] I Tim. III, 15. [18] al. νῦν φωτός. [19] Isa. LXII, 2.

## VARIORUM NOTÆ.

quentia : Cyrilli Hierosolymitani Catechesi mystagogica 2 ; Chrysostomi sub finem orationis 6, in *Epistolam ad Coloss.* ; Dionysii cap. 2 *Cœlestis hierarchiæ* ; auctoris *Responsionum ad Orthodoxos*, in operibus Justini Martyris, quæst. 137 ; Ambrosii, I *De sacramentis*, 2 ; Augustini *Sermone de illitu neophytorum*, et *Serm. de mysterio baptismatis* ; Theodulfi *De ordine baptismi*, cap. 10 ; concilii Matisconensis II, can. 3 ; et *Capitularium* lib. I, cap. 162 ; seu concilii Meldensis, cap. 9 ; apud Ivonem, parte I *Decreti*, cap. 269. Infeliciter porro lacunam in Responsione supposititii Justini supplere tentarunt interpretes : Ἐπειδὴ ἃ ποιεῖ... τὸν ἐνταφιασμὸν μετὰ τὸν θάνατον αὐτοῦ ποιεῖ τοῦ ἐνταφιζομένου, reponendo, sive ἡ Μαρία, πρός, sive ἡ μυρίζουσα τὸν Κύριον, πρός, contra contextus sensum, qui sane hæc aut similia postulat : ἡ Ἐκκλησία, πρός, quemadmodum legenti clarum fiet. Nec felicius paulo post expungunt vocem παλαιῷ, ex isto commate, χριόμεθα δὲ παλαιῷ ἐλαίῳ, ἵνα γινώμεθα χριστοί· substituuntque ἁπλῷ : non considerantes solemnem apud Patres allusionem ad Veteris Testamenti oleum, quo reges ac sacerdotes ungebantur, ideoque appellabantur *christi*. Codex Regius 2392 : Ἐκ τῶν Διατάξεων· *Ὅτι γυναῖκα βαπτιζομένην, ὁ ἐπίσκοπος μόνην τὴν κεφαλὴν χρίει· ὁ δὲ διάκονος, τὸ στόμα καὶ τὸ στῆθος, ἡ δὲ διακόνισσα, ὅλον τὸ σῶμα.* Cot. — *O.* Melius ὁ γάρ, ut habet alter cod. Vind. omisso μέν quod sequitur. Cler.

(88) *Ἐν τῇ χειροθεσίᾳ.* Hæc impositio manuum super baptizandos, tempore baptismi, nota est ex Ritualibus, ex Dionysio, ex aliis. Cot.

(89) *Χριστιανοί.* Subjicitur in altero cod. καλοῦνται, nec male. Cler.

(90) *Ἠγαπημένοι.* In singulari ἠγαπημένος καὶ ἐκλεκτός, in eodem. Id.

(91) *Οἷς ἐπεκλήθη*, etc. Ad finem capitis desunt in altero cod. Id.

(92) *Εἰς τύπον τοῦ πνευματικοῦ βαπτίσματος.* Et cap. seq. τὸ ἔλαιον, ἀντὶ Πνεύματος ἁγίου. Libro autem VII, cap. 22 : Ἵνα τὸ μὲν χρίσμα μετοχὴ ᾖ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Quia, scilicet, teste Theodulfo, lib. *De ordine Baptismi* cap. 10 : *In olei nomine intelligitur unctio sancti Spiritus.* Origenes in fine homiliæ 8 in *Leviticum* ; *Donum autem gratiæ Spiritus, per olei imaginem designatur.* Cot.

(93) *Καὶ τὸν μὲν ἄνδρα ὑποδεχέσθω ὁ διάκονος.* Masculi masculos, feminæ feminas de baptismo suscipiebant, juxta canonem 22 aut 24 Nicænum Arabicum, et Æthiopicum. In Actis S. Sebastiani : *Omnes isti sexaginta octo, a S. Polycarpo presbytero baptizati, et a S. Sebastiano suscepti sunt : feminarum autem matres factæ sunt Beatrix et Lucina.* Vita S. Epiphanii, sect. 8 : Ὃς καὶ πατὴρ αὐτοῦ (ita lego cum interprete) ἐγενήθη ἐπὶ τοῦ ἁγίου φωτίσματος. *Qui* Lucianus *etiam fuit pater ejus* Epiphanii *in sancto baptismate.* Paucisque interpositis ; Βερνίκην τὴν ἁγίαν παρθένον, ἥτις ἐγένετο μήτηρ τῆς ἀδελφῆς Ἐπιφανίου. Quæ sic vertenda : *Bernicem sanctam virginem, quæ mater,* spiritualis, intellige, *fuerat sororis Epiphanii.* Perperam enim interpres, cum non posset concoquere in virgine nomen matris, transformavit matrem sororis in sororem matris. Id.

(94) *Διάκονος.* Hic et infra διακόνισσα habet alter cod. Vind. Cler.

A ex gentibus, spiritualem gratiam, quemadmodum ait per Joelem : « Et erit post hæc, dicit Deus, et effundam de spiritu meo super omnem carnem; et prophetabunt filii vestri, et filiæ vestræ visiones videbunt, et senes vestri somnia somniabunt [57]; » omnem enim verbi vim et efficacitatem, et visitationem hujusmodi, Deus sublatam ex populo Judaico, in vobis, qui eratis gentiles, collocavit. Propter hoc, inquam, diabolus, invidens sanctæ Dei Ecclesiæ, ad vos se contulit, suscitavitque vobis afflictiones, persecutiones, seditiones, blasphemias, schismata, hæreses. Illum siquidem populum per Christi necem in potestatem redegerat [58] : vos vero, qui ab illius vanitate defecistis [59], variis modis subinde tentat, ut beatum Jobum. Etenim magno pontifici B Jesu filio Josedeci adversabatur [61] [ad breve tempus;] et nos sæpe expetivit [62], ut instar aquæ diffluueremus, quo deficeret fides nostra : sed noster Dominus ac magister illi in judicium statuto dixit : « Increpet Dominus in te, diabole, et increpet Dominus in te, qui elegit Hierosolymam : nonne ecce hoc erutum, ut torris [63]? » Quique dixit tunc iis qui summo sacerdoti assistebant : « Detrahite vestimenta sordida ab eo; » et subjunxit : « Ecce abstuli iniquitates tuas a te; » is dicet etiam nunc, sicut et aliquando nobis congregatis, de nobis pronuntiavit : « Rogavi ut non deficiat fides vestra [64]. »

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ϛ'.

*Ὅτι καὶ παρὰ Ἰουδαίοις συνέστη θεομισὴς διδασκαλία διαφόρων αἱρέσεων.*

Εἶχε μὲν οὖν καὶ ὁ Ἰουδαϊκὸς ὄχλος αἱρέσεις κακίας. Καὶ γὰρ καὶ Σαδδουκαῖοι ἐξ αὐτῶν, οἱ μὴ ὁμολογοῦντες νεκρῶν ἀνάστασιν· καὶ Φαρισαῖοι, οἱ τύχῃ καὶ εἱμαρμένῃ ἐπιγράφοντες τὴν τῶν ἁμαρτανόντων πρᾶξιν (88)· καὶ Βασμώθεοι (89), οἱ πρόνοιαν ἀρνούμενοι, ἐξ αὐτομάτου δὲ φορᾶς λέγοντες τὰ ὄντα συνεστάναι, καὶ ψυχῆς τὴν ἀθανασίαν περικόπτοντες· καὶ Ἡμεροβαπτισταὶ (90), οἵτινες καθ' ἑκάστην ἡμέ-

## CAPUT VI.

*Quod etiam apud Judæos exstiterit diversarum hæresium odiosa Deo doctrina.*

C Scilicet Judaicus quoque populus habuit nequitiæ hæreses. Etenim Sadducæi, qui non confitentur mortuorum resurrectionem [65], ex Judæis orti sunt; et Pharisæi [66], qui fortunæ ac fato opera peccantium adscribunt; et Masbothei, qui providentiam negant, asserunt autem cuncta ex fortuito motu constare, atque immortalitatem animi rescindunt; et Hemerobaptistæ, qui quotidie, nisi abluant se,

[57] Joel. II, 28. [58] I. Ignat. interpol. ad Trall. 11, ad Philad. 6. [59] I. Ignat. interpol. ad Smyrn. 7. [60] al. add. βραχύ. [61] Zach. III, 1. [62] Luc. XXII, 31. [63] Zach. III, 2. [64] Luc. XXII, 32. [65] Matth. XXII, 23. [66] Act. XV, 5.

## VARIORUM NOTÆ.

(85) *Καὶ δούς.* Alter ἔπεμψεν. CLER.

(86) *Ποίαν.* Alter cod. Vind. τοίαν, ut legit Int. Latinus. ID.

(87) *Ἐξυδαρωθῆναι.* Non ineleganter cribrationem frumenti Luc. XXII, 31, transtulit ad aquæ effluvium; velut in Danaidum fabula. COT. — Alter cod. Vindob. habet συνιάσαι, desuntque in eo verba : ὅπως ἐκλίπῃ ἡ πίστις ἡμῶν. CL.

(88) *Τύχῃ καὶ εἱμαρμένῃ ἐπιγράφοντες τὴν τῶν ἁμαρτανόντων πρᾶξιν. Pharisæorum est hoc supercilium, ut peccata propriæ voluntatis referant ad Conditoris injuriam; et illius justitiam calumnientur,* inquit Hieronymus, II *adversus Pelagianos*, 10. Scio Pharisæos, Josephi *Antiq. Jud.* XIII, 9; XVIII, 2 : *Bell. Jud.* II, 12, quædam humana fato tribuere, non omnia; et ita fato cuncta assignare, ut liberum arbitrium tolli nolint, utque fato ad singula adjuvante, manere dicant in nobis plerumque potestatem bene aut male agendi. Verum illi quoque qui adeo perplexim proposuerunt doctrinam suam mereD rito (quidquid senserint) suspecti exstitere, atque adhuc sunt. Legendus Epiphanius. COT.

(89) *Βασμώθεοι.* Per litterarum transpositionem. De Masbotheis, Masbotheanis, et Masbotheo vide Hegesippum in *Hist.* Eusebii, lib. IV, cap. 22, et Nicephori lib. IV, cap. 7; Theodoritum, *Hæretic. fabul.*, lib. I, cap. 1; Sophronium, *Epistola ad Sergium*, actione II concilii generalis VI. Item *Indiculum hæreseon* Hieronymo tributum, Isidorum *Originum* VIII, 4; Rabanum, II *De instit. cleric.*, 58; Honorium Augustodunensem *De hæresibus;* quibus in locis perperam *Marboni*, *Marbonei*, *Marbonenses*. Factæ autem sunt voces a Sabbati vocabulo, ut et nomen Φιλοσαββάτιος apud Epiphanium hæres. 51, n. 8. Sabbatum enim colebant isti hæretici : quod ex *Indiculo* discimus. Unde et Sabbatini vocantur, in Præfatione Arabica ad concilium Nicænum, quam Abrahamus Ecchellensis Latine interpretatus est. ID.

(90) *Ἡμεροβαπτισταί.* Nominantur Baptistæ a

non comedunt, imo et lectis, catinis, crateribus, poculis ac sedilibus nisi aqua purgaverint, nullatenus utuntur, et Ebionæi nostra ætate nunc exorti, qui Filium Dei volunt esse nihil aliud quam hominem, ex voluptate viri, et Josephi ac Mariæ conjunctione natum, affirmantes. Qui vero ab iis omnibus separarunt se, ac patrios ritus servant, Essæi sunt. Atque hæc in priore populo. Nunc autem malus seu diabolus, utpote ad malefaciendum sapiens, at boni omnino ignarus [67], ex nobis quosdam excussit, atque in iis hæreses ac schismata operatus est [68].

ραν, ἐὰν μὴ βαπτίσωνται, οὐκ ἐσθίουσιν, ἀλλὰ καὶ τὰς κλίνας καὶ τοὺς πίνακας ἤτοι κρατῆρας καὶ ποτήρια καὶ καθίσματα ἐὰν μὴ καθάρωσιν ὕδατι, οὐδενὶ χρῶνται. Καὶ οἱ ἐφ' ἡμῶν νῦν φανέντες Ἐβιωναῖοι (91), τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ ψιλὸν ἄνθρωπον εἶναι βουλόμενοι, ἐξ ἡδονῆς ἀνδρὸς καὶ συμπλοκῆς Ἰωσὴφ καὶ Μαρίας αὐτὸν γεννῶντες. Οἱ δὲ τούτων πάντων ἑαυτοὺς χωρίσαντες, καὶ τὰ πάτρια φυλάσσοντες (92), εἰσὶν Ἐσσαῖοι. Ταῦτα μὲν οὖν ἐν τῷ προτέρῳ λαῷ. Καὶ νῦν ὁ πονηρὸς, σοφὸς ὢν τοῦ κακοποιῆσαι, καὶ τὸ καλὸν ὅ τι ποτέ ἐστιν ἀγνοῶν, ἐξ ἡμῶν τινας ἐκβαλὼν, ἐνήργησεν ἐν αὐτοῖς αἱρέσεις καὶ σχίσματα.

## CAPUT VII.

*Unde prodierint hæreses, et quis fuerit impietatis earum dux et auctor.*

[69]Hæreses vero novæ initium habuere isto modo. Simonem quemdam, ex vico Gitthorum dicto, Sa-

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ζ'.

*Ὁπόθεν ἀνέφυσαν αἱ αἱρέσεις (93-94), καὶ ὅς τις αὐτῶν ἀρχηγὸς τῆς ἀσεβείας γεγένηται.*

Ἡ δὲ καταρχὴ τῶν νέων αἱρέσεων γέγονεν οὕτως. Σίμωνά τινα ἀπὸ Γιτθῶν (95) οὕτω καλουμένης κώ-

[67] Jerem. IV, 22. [68] I. Pseudo-Ignat. ad Philip. 4. [69] Citat Cedrenus. VideTestim. vet.

## VARIORUM NOTÆ.

Justino Martyre in *Dialogo*, p. 307. Joannes Nicænus Epistola ad Zachariam, tom. II *Auctarii* Combefisiani, p. 300 : Τῶν δὲ ἑπτὰ αἱρέσεων ὀνόματα, ταῦτα· πρῶτον Γραμματεῖς· δεύτερον Φαρισαῖοι· τρίτον Σαδδουκαῖοι· τέταρτον Ἡμεροβάπτιστοι· πέμπτον Ἀσιανοί· ἕκτον Ναζαραῖοι· ἕβδομον Ἡρωδιανοί. Emenda ex Epiphanio, Ἡμεροβαπτισταί· Ὀσσηνοί. Nασαραῖοι. Cot.

(91) *Νῦν φανέντες Ἐβιωναῖοι.* Ebionitarum, Semi-Judæorum, Semi-Christianorum, ideoque modo Judæis adnumeratorum, modo Christianis, ortus melius referetur cum Epiphanio et Hieronymo ad tempora Joannis apostoli, quam ut in *Chronico Alexandrino* ad annum proximum a morte illius. Et benigno interprete eget illud Paciani epist. I, ad Sympronianum : *Ut Judæorum hæreticos prætermittam, Dositheum Samaritanum, Sadducæos, et Pharisæos; quanti apostolorum temporibus emerserint, dinumerare perlongum est; Simon Magus, et Menander, et Nicolaus, et cæteri, quos fama recondit obscura. Quid posterioribus temporibus Ebion, et Apelles et Marcion, et Valentinus, et Cerdon; nec longe post eos, Cataphryges, et Novatiani.* Hujus sectæ princeps Ebion docuit suos, pari modo atque Cerinthus et Carpocrates, Christum ex Josepho et Maria, instar cæterorum hominum, genitum fuisse. Ubi corrigere oportet Irenæum, lib. I, cap. 26, tollendo particulam negantem ex his verbis : *Qui autem dicuntur Ebionæi, consentiunt quidem mundum a Deo factum : ea autem quæ sunt erga Dominum, non similiter ut Cerinthus et Carpocrates opinantur.* Patet per alia Irenæi loca. Postea divisi sunt Ebionæi, quia illorum nonnulli partus virginei miraculum agnoverunt. Joculari porro menda, in Paschasio Ratberto ad Matth. XXVI, 17, p. 1088, excusum invenies *Obionitæ* pro *Ebionitæ*. Id.

(92) *Τὰ πάτρια φυλάσσοντες.* Philo, describens Essæos actioni deditos : Τὸ ἠθικὸν εὖ μάλα διαπονοῦσιν, ἀλείπτοις χρώμενοι τοῖς πατρίοις νόμοις ; et in descriptione Essæorum contemplatorum, φιλοσοφοῦσι τὴν πάτριον φιλοσοφίαν. Notabuntur a lectore studioso verba Georgii Cedreni, edit. Basil. p. 164, Regiæ vero p. 199 : Μετὰ τῆς συνήθους σιωπῆς καὶ σεμνοπρεποῦς καταστάσεως, ἐπ' εὐχὰς πάλιν ἐπὶ τὸ αὐτὸ συνέρχονται, τοὺς βραχυτάτους ὕπνους καὶ κουφοτάτους ἐκτιναξόμενοι. Οὗπερ ἐστιν αἴτιον ἡ διηνεκὴς νῆψις, etc., hoc est : Esseni *cum solito silentio, et decora gravitate, rursus ad preces conveniunt, brevissimum ac levissimum somnum excussuri. Cujus quidem rei causa est sobrietas continua ;* et committentur cum his Josephi, *De bello Judaico*, lib. II, cap. 12, p. 786, e quibus expressa sunt, quæque exstant etiam in Porphyrio, lib. IV, de abstinentia a rebus animatis, indeque apud Eusebium *Præpar. evangel.* IX. 3 : Καὶ τοῖς ἔξωθεν ὡς μυστήριόν τι φρικτὸν, ἡ τῶν ἔνδον σιωπὴ καταφαίνεται. Τοῦτο δ' ἐστὶν, ἡ διηνεκὴς νῆψις. *Eorumque silentium*, vertit Rufinus, *extra tectum constitis, arcanum quoddam videatur horribile. Cujus quidem rei perpetua sobrietas causa est.* Etenim in loco Josephi de somno ne verbum quidem : rectius tamen sobrietas dicitur esse causa somni brevis levisque, quam silentii. Amplius cogitemus. Nollem vero tantopere peccasse Hieronymum, virum sane maximum, sed fatali illa sua properantia sæpe lapsum, quando Joviniano objicit : *Josephus in secunda Judaicæ captivitatis Historia, et in octavo decimo* Antiquitatum *libro, et* contra Apionem *duobus voluminibus, tria describit dogmata Judæorum, Pharisæos, Sadducæos, Essenos : quorum novissimos miris effert laudibus, quod et ab uxoribus et vino et carnibus semper abstinuerint et quotidianum jejunium verterint in naturam. Super quorum vita et Philo, vir doctissimus, proprium volumen edidit.* Silicet, nec disputans adversus Apionem Josephus mentionem fecit sectarum Judaicarum. Nec ullibi tradit Essenos vino et carnibus abstinuisse, aut quotidie jejunasse : imo contrarium edocet Περὶ ἀλώσεως, lib. II, cap. 12. Sed qui Esseni perpetuo jejunabant, nec unquam carne et vino utebantur, sunt illi a Philone Judæo litteris commendati. Cot.

(93-94) *Αἱρέσεις.* Addit. alter cod. Vindob. παρὰ Χριστιανοῖς. Cl.

(95) *Ἀπὸ Γιτθῶν. E Gitthis.* Nam Γιτθῶν malim; quamvis apud Georgium Syncellum p. 331, Γητθὼν legatur. Nomen loci puto fuisse גת, unde scriptoribus ecclesiasticis κώμη Γίττων, vel Γιττῶν, Γιτθῶν, Γητθῶν; p. 333 Syncelli, Γητῶν, Γαιτθίων. In Eusebii autem chronicis Γηθῶν, pro quo male excuderunt Γηθῶ. Et in Timotheo presbytero de receptione hæreticorum, cod. Reg. 2556. Γετθῶν, ut *Clementinorum* II, 22, necnon apud Palladium dialogo *De vita S. Chrysostomi* paulo post initium, pag. 6, editionis quam sub prelo habet Bigotius noster, variæ doctrinæ et felicis curiositatis nominibus celeberrimus. Sic Josephus גת Palæstinæ urbem, quæ ipsi, et apud Stephanum Polybio, Γίττα, Bibliorum interpretibus Γὲθ, ac *Geth*, Plinio *Getta*, appellat etiam Γιττῶν πόλιν. Id.

Digitized by Google

μης, Σαμαρέα, τῇ τέχνῃ μάγον, ἐνδυτάμενος ὁ διάβολος, ὑπηρέτην αὐτοῦ τῆς μοχθηρᾶς γνώμης ἐποιήσατο. Ἡνίκα δὲ Φίλιππος, ὁ συναπόστολος ἡμῶν (96), τῇ τοῦ Κυρίου δόσει, καὶ τῇ τοῦ Πνεύματος αὐτοῦ ἐνεργείᾳ, δυνάμεις ἰαμάτων (97) ἐπετέλει ἐν Σαμαρείᾳ, ὡς καταπλαγέντας τοὺς Σαμαρεῖς, εἰς πίστιν ἐλθεῖν τοῦ τῶν ὅλων Θεοῦ καὶ τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ, καὶ βαπτίσασθαι εἰς τὸ ὄνομα αὐτοῦ· ἤδη δὲ καὶ αὐτοῦ τοῦ Σίμωνος σημεῖα καὶ τέρατα θεασαμένου ἄνευ μαγγανείας τινὸς γοητικῆς ἐπιτελούμενα, καὶ εἰς θαῦμα καταπεσόντος, καὶ πιστεύσαντος, καὶ βαπτισθέντος, καὶ προσκαρτεροῦντος τῇ νηστείᾳ καὶ τῇ προσευχῇ· ἀκούσαντες ἡμεῖς τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ τὴν ὑπάρξασαν Σαμαρεῦσι διὰ Φιλίππου, παρεγενόμεθα πρὸς αὐτοὺς, καὶ πολὺ συμβαλλόμενοι τῷ λόγῳ τῆς διδασκαλίας, πᾶσι τοῖς βεβαπτισμένοις ἐπιτιθέντες τὰς χεῖρας, εὐχαῖς τὴν τοῦ Πνεύματος μετουσίαν ἐδωρούμεθα. Ἰδὼν δὲ Σίμων ὅτι διὰ τῆς ἐπιθέσεως τῶν χειρῶν ἡμῶν δίδοται τὸ Πνεῦμα τοῖς πιστεύουσι, λαβὼν χρήματα προσήνεγκεν ἡμῖν, λέγων· « Δότε κἀμοὶ τὴν ἐξουσίαν ταύτην, ἵνα κἀγὼ ᾧ ἂν ἐπιθῶ τὴν χεῖρα λαμβάνῃ Πνεῦμα ἅγιον· » βουλόμενος ὡς τὸν Ἀδὰμ τῇ γεύσει τοῦ ξύλου, τῆς κατ᾽ ἐπαγγελίαν ἀθανασίας ἐστέρησεν (98),

maritanum, arte magum diabolus cum invasisset, ministrum suæ pravæ voluntatis effecit. Quando enim Philippus coapostolus noster, Domini munere atque Dominici Spiritus virtute miracula sanationum in Samaria perpetrabat, ita ut Samaritani obstupefacti, ad credendum in omnium rerum Deum ac in Dominum Jesum adducerentur, et in nomine ejus baptizarentur [70]: cumque jam ipse quoque Simon signa et prodigia sine ullis præstigiis magicis perfici intuitus ac admiratus, credidisset, et baptizatus fuisset, et perseveraret in jejunio ac oratione: tunc nos, audientes de gratia Dei Samaritanis per Philippum concessa, ad eos venimus, multumque adauximus sermonem doctrinæ, ac impositis manibus super omnes baptizatos, per preces Spiritum sanctum illis communicabamus. Cernens autem Simon, quod nostrarum manuum impositione daretur credentibus Spiritus sanctus, accipiens pecuniam, nobis obtulit, dicens: « Date et mihi hanc potestatem, ut cuicunque etiam ego imposuero manum, accipiat Spiritum sanctum [71]: » volens (diabolus), ut quemadmodum Adamum per gustatum arboris pomum, promissa immortalitate pri-

[70] Act. VIII, 16. [71] Act. VIII, 19.

## VARIORUM NOTÆ.

(96) *Ὁ συνατόστολος ἡμῶν.* Eorum qui Ecclesiæ magistros temere aut absolutos volunt, aut condemnant, insigne exemplum suppeditatur nobis per Rufinum, Cedrenum, et Nicephorum, in iis quæ apud Eusebium ad Novi Testamenti Philippos, apostolum et diaconum pertinent. Etenim Rufinus interpretans illud Polycratis Ephesiorum episcopi, relatum *Historiæ Eusebianæ* lib. III, cap. 31, et lib. V, cap. 24 : Φίλιππον τὸν τῶν δώδεκα ἀποστόλων, quo tegeret errorem confusorum in unum duorum Philipporum, datarumque apostolo filiarum, quæ erant diaconi, in primo loco suppressit numerum: *Qui fuit*, inquit, *unus ex apostolis*, et in altero multo pejus unum e duodecim apostolis mutavit in evangelistam. Atque majori facinore idem hunc ad modum citatur a Cedreno edit. Basil., p. 203, Reg. 247: Φίλιππος ὁ ἐκ τῶν ἑπτὰ διακόνων, *Unus de septem diaconis*. Contra Nicephorus *Hist.*, lib. III, cap. 20, non intellectis verbis Eusebii lib. III, cap. ult., quæ etiam Rufinus contaminavit more suo, Papiam accusat, et cum Luca committit, quasi Philippum patrem filiarum prophetidum scripserit fuisse unum duodecim apostolorum, non autem, ut Lucas in *Actis* refert, unum e diaconis septem. Venio jam ad constitutionem; et dico quod, cum certum sit et a multis etiam veteribus observatum, apostoli nomen indi quoque viris apostolicis, qualis exstitit Philippus diaconus et Evangelii prædicator; erroris forsan immunes fuerunt Constitutor hic, Clemens Alexandrinus Strom., III, p. 448; Tertullianus, cap. 18, lib. *De baptismo;* Chrysostomus homil. 35 *in Genesim;* Burchardus in *Descriptione terræ sanctæ*, et si qui alii : si nempe Philippum diaconum intelligentes, appellavere apostolum, et cum majoribus apostolis conjunxere. Infra certe lib. ult cap. ult., qui eunuchum Candaces reginæ baptizavit Philippus, diaconus dicitur: ut ne amplius post Bellarminum asseratur noster ideo Philippum baptizatorem Simonis Magi, fecisse apostolum, quia per solos sacerdotes baptismum conferri volebat. Alia ratio est cum Augustini, tum pseudo-Epiphanii, pseudo-Dorothei, pseudo-Isidori, vel Isidori, Græci qui nonnulla inseruit Catalogo Hieronymiano, et Freculfi. S. Augustinus tractatu 6 *in Joannem* dubitat de Philippo Christi præcone in Samaria et Simonis ad fidem deductore, *Act.* VIII: fueritne unus ex apostolis, sive ex diaconis; et initio operis *De doctrina Christiana* cum apostolum vocat: at sermone *in Vigiliis Pentecostes*, re diligentius expensa, favet veræ sententiæ. Cæteros memoratos in fraudem manifesto egit *Historiæ ecclesiasticæ* auctoritas, et Catalogi Hieronymiani in Polycrate. Libellus cui titulus: Τοῦ ἁγίου Ἐπιφανίου ἐπισκόπου Κύπρου περὶ τῶν ἁγίων ἀποστόλων, ποῦ ἕκαστος ἐκήρυξε, καὶ πῶς καὶ ποῦ ἐτελεύτησαν, καὶ τὰ ἅγια αὐτῶν σώματα ποῦ κεῖνται καὶ ἐν ποίοις τόποις, codice 1026 Regiæ Bibliothecæ: Φίλιππος δὲ ὁ ἀπόστολος οὗτος ἦν ἀπὸ Βηθσαϊδᾶ ἐκ τῆς κώμης Πέτρου καὶ Ἀνδρέου· ἐν δὲ τῇ ἄνω Φρυγίᾳ ἐκήρυξε τὸ Εὐαγγέλιον· θνήσκει δὲ ἐν Ἱεραπόλει, καὶ ἐκεῖ θάπτεται ἐνδόξως μετὰ τῶν αὐτοῦ. Dictus Dorotheus, in membranis Regiis: Φίλιππος δὲ ὁ ἀπόστολος ἐν Φρυγίᾳ κηρύξας τὸ Εὐαγγέλιον, θάπτεται ἐν Ἱεραπόλει μετὰ τῶν ἑπτὰ θυγατέρων αὐτοῦ, ὧν Λουκᾶς ὁ εὐαγγελιστὴς ἐν ταῖς Πράξεσι τῶν ἀποστόλων ἀπεμνημόνευσε. Non animadvertit, quemadmodum nec Eusebius lib. III, cap. 31, quod recte objicitur a Notkero Martyrologo, ac per se patet, Lucam *Act.* XXI, 8, 9, loqui de Philippo uno e septem diaconis. Unde a Dorotheo Latino abest Lucæ allegatio: atque Nicephorus lib. II, cap. 44, verba Eusebii ad contrarium sensum deduxit. Porro suspectus mihi semper fuit interpolationis locus Adonis libro *De festivitatibus*, ubi Philippus apostolus dicitur *dormisse apud Hierapolim Asiæ civitatem cum patribus suis beato fine sepultus*. Idque duas ob causas. Quarum prima, similes loci: Dorothei (ut Hieronymum et Abdiam omittam): *Hierapoli vero cum filiabus suis honorifice sepultus est.* Quæ Græce habentur in Catalogi amplificatione, Rufini vertentis Eusebium: *cujus sepulcrum*

(97) *Ἰαμάτων.* In altero cod. Vind. deest. CLER.

(98) *Ἐστέρησεν.* In utroque cod. Vind. sequitur ὁ διάβολος et pro θέλξας legitur ἀπατήσῃ. CLER.

Digitized by Google

vavit [72], sic nos captura pecuniæ delinitos, e dono Dei expungeret, dum, permutatione facta, traderemus ei pro pecunia inæstimabilem Spiritus gratiam. Cæterum nobis omnibus hanc ob rem commotis, ego Petrus intuens in maleficum serpentem qui hominem occupabat, dixi Simoni : « Argentum tuum tecum sit in perditionem ; quoniam donum Dei existimasti pecunia possideri : non est tibi pars in sermone isto, neque sors in ista fide : cor enim tuum non est rectum coram Deo. Pœnitentiam itaque age de hac nequitia tua ; et roga Deum, si forte remittatur tibi hæc cogitatio cordis tui : in felle enim amaritudinis et obligatione iniquitatis cerno te esse [73]. » Quo quidem tempore Simon perterritus : « Obsecro, inquit, precamini vos pro me ad Dominum, ut nihil veniat super me horum quæ dixistis [74]. »

A οὕτω καὶ ἡμᾶς τῇ λήψει τῶν χρημάτων θέλξας, τῆς δόσεως τοῦ Θεοῦ περιγράψαι (99), ὅπως ἀντικαταλλαξάμενοι ἀποδώμεθα αὐτῷ χρημάτων τὴν ἀτίμητον τοῦ Πνεύματος δωρεάν. Πάντων δὲ ἡμῶν ἐπὶ τούτῳ ταραχθέντων, ἀτενίσας ἐγὼ Πέτρος εἰς τὸν ἐν αὐτῷ κακοῦργον ὄφιν, εἶπον τῷ Σίμωνι· « Τὸ ἀργύριόν σου σὺν σοὶ εἴη εἰς ἀπώλειαν, ὅτι τὴν δωρεὰν τοῦ Θεοῦ ἐνόμισας διὰ χρημάτων κτᾶσθαι· οὐκ ἔστι σοι μερὶς ἐν τῷ λόγῳ τούτῳ, οὐδὲ κλῆρος ἐν τῇ πίστει ταύτῃ· ἡ γὰρ καρδία σου οὐκ ἔστιν εὐθεῖα ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ. Μετανόησον οὖν ἀπὸ τῆς κακίας σου ταύτης, καὶ δεήθητι τοῦ Κυρίου, εἰ ἄρα ἀφεθήσεταί σοι ἡ ἐπίνοια τῆς καρδίας σου· εἰς γὰρ χολὴν πικρίας καὶ σύνδεσμον ἀδικίας θεωρῶ σε ὄντα. » Ἀλλὰ τότε μὲν ὁ Σίμων ἔμφοβος γενόμενος, φησί· « Παρακαλῶ, δεήθητε B ὑμεῖς ὑπὲρ ἐμοῦ πρὸς τὸν Κύριον, ὅπως μηδὲν ἐπέλθῃ ἐπ' ἐμὲ, ὧν εἰρήκατε. »

## CAPUT VIII.

*Quinam successerint Simonis impietati, et quas hæreses induxerint.*

Cum vero digressi sumus ad prædicandum in gentibus verbum vitæ, tunc diabolus effecit in populo, ut post nos mitteret pseudoapostolos ad verbi profanationem. Ac præmissus est Cleobius quidam, et Simoni adjunctus : ii autem discipuli erant cujusdam Dosithei, quem et superatum e primatu ejecerunt. Postea alii quoque aliorum ab-

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Η'.

*Τίνες τῆς Σίμωνος ἀσεβείας διάδοχοι, καὶ οἵων αἱρέσεων κατῆρξαν.*

Ἡνίκα δὲ ἐξήλθομεν ἐν τοῖς ἔθνεσι (100) κηρύσσειν τὸν λόγον τῆς ζωῆς, τότε ἐνήργησεν ὁ διάβολος εἰς τὸν λαὸν ἀποστεῖλαι ὀπίσω ἡμῶν ψευδαποστόλους εἰς βεβήλωσιν τοῦ λόγου· καὶ προεβάλοντο (1) Κλεόβιόν τινα, καὶ παρέζευξαν τῷ Σίμωνι· οὗτοι δὲ μαθητεύουσιν (2) Δοσιθέῳ τινὶ, ὃν καὶ παρευδοκιμήσαντες ἐξώσαντο τῆς ἀρχῆς. Εἶτα καὶ ἕτεροι ἑτέρων κατῆρξαν ἐπὶ-

[72] Gen. III. 23. [73] Act. VIII, 20. [74] Ibid., 24.

## VARIORUM NOTÆ.

*pulcrum est apud Hierapolim Asiæ urbem, una cum filiabus suis :* Isidori *De vita et morte sanctorum* cap. 75, et Frecultí in Chronicis : *simul cum filiabus suis ibidem requiescit.* Secunda causa, ejusdem Adonis verba hæc in Philippo diacono : *Apud Cæsaream requievit. Juxta quem tres virgines filiæ ipsius prophetissæ tumulatæ jacent : nam quarta filia illius plena Spiritu sancto in Epheso occubuit. Quidam tamen putant apud Hierapolim eas tumulatas, ubi apostolus Philippus unus de duodecim quiescit : cujus fuisse filiæ ab aliquibus scriptoribus putatæ sunt.* Conjectabam, a recentiore quodam expunctum *filiabus*, inductumque *patribus*. Sed doctiorum ac prudentiorum esto judicium. Cot.

(99) *Περιγράψαι.* Uterque στερῆσαι, et sequitur: ὑπὸ τοῦ διαβόλου τοίνυν καὶ ὁ Σίμων κινηθεὶς προσήνεγκε χρήματα, ὅπως, etc. Quæ re vera a librariis omissa videntur. Id.

(100) *Κηρύσσειν.* Addit alter εἰς τὸν κόσμον. Id.

(1) *Κλεόβιον.* Ad loca quæ de Cleobio sive Cleobulo doctissimus Usserius citat in Epistolam Ignatianam ad Trallianos, adde duo Theodoriti, *Hæreticarum fabularum* lib. I, cap. 1, ubi non scripserim ut vulgo Κλεοβανοί, sed Κλεοβιανοί, quod etiam apud Eusebium legebant Rufinus ac Nicephorus et lib. II in præfatione. Item alium Sophronii in synodo generali sexta, et alium Nicetæ Pectorati libro contra Latinos. Auctor *Operis imperfecti*, ad Matth. XXIV, 5 : *Hoc et Apostolus dixit his qui fuerunt antequam caperetur Jerusalem, quia prius venturi fuerant pseudo-Christi. Etenim hoc erat signum primum destructionis Jerusalem. Quod vere factum est. Venerunt enim Dositheus, et Simon, et Cleonius, et Varisuas in nomine Christi, et alii multi, quos Apostolus in Epistolis suis tangit.* Quis non videat statim veram lectionem, *Cleovius*, qui est Cleobius? Sed in nominis sequentis reconditiori emendatione aliquandiu hæsi, nescius quo me pacto expedirem : donec non infeliciter, ni fallor, subierunt mentem famosi impostores *Varjesus*, Barjesus, et *Varchosivas*, Barchosibas, Barchozibas, aliter Barchochebas. Cot.

(2) *Δοσιθέῳ.* Qui et Δοσθῆς ab Eulogio vocatur apud Photium : unde Δοσθηνοί ibidem, et in Damasceni libro *De hæresibus* membraneo Bibliothecæ Regiæ. Super Dositheo et Dositheanis conciliabuntur levi negotio quæ in speciem pugnantia occurrunt apud scriptores varios, pseudo-Clementem, Tertullianum, Origenem, Eusebium, Pacianum, Epiphanium, Chrysostomum in *Catena ad Matthæum*, pseudo-Chrysostomum in eumdem Evangelistam, Hieronymum, Theodoritum, Vigilium Tapsensem, Sophronium, Damascenum, Photium, Theophanem Cerameum, Theophylactum, Nicetam Choniatem Nicephorum, et auctorem Chronici Samaritani citatum ab Ecchellensi ad Hebedjesu; si duo admittantur Dosithei, uterque hæresiarcha, impugnator librorum propheticorum, et sacræ Scripturæ corruptor. Primus ante Christum, ex Judæo Samaritanus, et origo Sadducæorum, qui resurrectionem carnis agnoverit, docueritque severitatem morum, abstinentiam ab animatis, jejunium, virginitatem et continentiam. Alter post ortum Christi, pseudo-Christus, Samarita, Simonis Magi primo magister, postea discipulus, qui negaverit resurrectionem corporum, animæ immortalitatem, substantiam angelorum ac dæmonum, asseruerit vero mundum esse incorruptibilem. His ita constitutis, erroris arguemus Philastrium, quod veteri Dositheo ea assignet quæ recentiori fuerant tribuenda. Quin etiam a Theodorito ac Sophronio minus accurate Dositheus et Dositheani ponuntur post Simonem et Simonianos. Id.

Digitized by Google

των δογμάτων, (3) Κήρινθος, καὶ (4) Μάρκος, καὶ Μένανδρος, καὶ (5) Βασιλείδης, καὶ (6) Σατορνῖλος [τὸν] (7). Τούτων οἱ μὲν πολλοὺς θεοὺς (8), οἱ δὲ τρεῖς

A surdorum dogmatum auctores exstiterunt, Cerinthus, Marcus, Menander, Basilides, et Saturnilus. Ex iis alii quidem celebrant plures deos; alii vero

[τὸν] al. Στρατόνικος.

## VARIORUM NOTÆ.

(3) *Κήρινθος*. Nescit S. Epiphanius an Merinthus idem sit cum Cerintho, an alter ab illo ejusdem sententiæ hæreticus. Suspicari vero quis posset, Cerinthum per ludibrium et opprobrium accepisse nomen Merinthi, Μηρίνθου, id est, laquei. Sed arbitrarium hoc sit: Haud dubium certe, quin Cerinthi nomen exciderit e scholis Maximi ad Dionysii epistolam 8, quod paraphrasis Georgii Pachymeræ, retinet, atque etiam mss. codices. Cot.

(4) *Μάρκος*. De multis quæ ad Marcum hunc Magum pertinentia discimus ex Irenæi martyris opere *Adversus hæreses*, unum est, deceptio complurium feminarum ad Rhodanum per illius discipulos. Id mirum in modum verbis auget et amplificat Hieronymus Epistola 29, et sub finem 17 *Commentariorum in Isaiam*: nimiumque confidens memoriæ suæ, cum alia Irenæo affingit, tum profectionem Marci Ægyptii in Gallias et Hispanias. Jam quod hæresim Gnosticorum primus Hispanis intulerit Marcus Memphites; cujus auditores Agape et Helpidius Priscillianum instituerint, refertur a Severo: magna incuria temporum, si magum nostrum intelligit: incerta vero ac falsæ propiori fama, si alium: cum longe verisimilius fiat, imo tantum non constet, eam hæresim a Marci discipulis aut aliis Gnosticis in Hispania seminatam, forsanque ibi conservatam latenter, pravo Agapes, Helpidii, Priscilliani, necnon aliorum studio repullulasse. Adeo ut occasione veteris Marci non satis cogniti, recentior iste Marcus hypobolimæus prodierit: nescio an creditus quoque Idacio apud Isidorum cap. II libri *De Viris illustribus*, tanquam Memphiticus, magiæ scientissimus, discipulus Manis, et magister Priscilliani: ita enim quidam codices Isidori; cum alii nonnulli codices ejusdem tractatus faciant Marcum Manis et Priscilliani magistrum, quod de antiquo dici queat. Confirmatur nostra opinio auctoritate Hieronymi, in locis citatis; itemque in *Catalogo scriptorum ecclesiasticorum*, ubi Priscillianus dicitur accusari Gnosticæ, id est, Basilidis et Marci (ita veteres editiones cum libris Regiis) hæreseos, de quibus Irenæus scripsit. Cæterum a Marco hæretici, Justino sunt Marciani, Epiphanio Marcosii, Augustino Marcitæ, Marcunii in canone Nicæno Arabico 30. Turrianinæ editionis, denique Marcosæi Damasceno atque Timotheo presbytero. Id.

(5) *Μέναν̃δρος*. Huic patria fuit בפרת, opinor: Græce κώμη Καππαρεταΐας, Καπαρατταΐας, Καππαραττέας, Καπαρατέας (sic præstat legere in Nicephoro, quam Καπαρατέως), Καππαρατθέας, Καππαραθέας, et Timotheo presbytero mss. Καπερέτας. Longius abit Theodoritus. Μένανδρος, inquit, Σαμαρείτης, ἀπὸ Χαβραΐ κώμης. Quid si scriptum ab eo, Χαφράτ, et postea ex φ, factum β, ex ῑ, τ. Dicti autem sunt Menandri sectatores, Menandriani. Item Menandrianistæ ab Hegesippo *Eusebianæ historiæ* lib. IV, cap. 22: ἀπὸ τούτων Μενανδριανισταί: cujus vocis divisio in duas, quasi prima syllabæ esset particula μέν, peperit Adrianistas hæreticos, cum Adriano hæresiarcha; ut videre est apud Theodoritum, *Hæreticarum fabularum*, lib. I, cap. 1; lib. II in præfatione, apud Sophronium *Epistola ad Sergium*, et apud Nicephorum *Hist. eccles.* IV, 7. Id.

(6) *Βασιλείδης*. Accipe verba S. Hieronymi libro *De scriptoribus Ecclesiasticis*, sed emendatiora, meo quidem judicio, quam excusa sint. *Agrippa cognomento Castor, vir valde doctus, adversum viginti quatuor Basilidis hæretici volumina, quæ in Evangelium confecerat, fortissime disserit, prodens ejus universa mysteria, et prophetas enumerans, Barcabam, et Barcop; et ad terrorem audientium alia quædam barbara nomina; et Deum maximum ejus Abraxas, qui quasi annum continens, juxta Græcorum numerum supputetur. Moratus est autem Basilides, a quo Gnostici, in Alexandria, temporibus Hadriani: qua tempestate et Chochebas* (ms. Germani *Chozehas* ut in *Historia Miscella*), *dux Judaicæ factionis, Christianos variis suppliciis enecavit.* Posui primo *Barcop*, loco *Marcob. Barchob*, vel *Barchon* in Freculfo; ut responderet Βαρχώφ Eusebii *Hist.* IV, 7, ac Theodoriti *Hæret. fabul.* I, 4, quod ex Eusebio *Præpar. evang.* X. 3; et Hieronymo epist. 155, interpretari licet *filium vocationis*. Secundo posui *moratus est*, non ut vulgo *mortuus est*; quia sic reperi in quinque codicibus manu exaratis, Regiis quatuor, et uno Bibliothecæ monachorum S. Germani; et quia idem Hieronymus vertens Chronica Eusebii hoc modo loquitur: *Basilides hæresiarches in Alexandria commoratur: a quo Gnostici..... Chochebas dux Judaicæ factionis nolentes sibi Christianos adversum Romanum militem ferre subsidium, omnimodis cruciatibus necat.* Nec enim ovum ovo similius, quam hæc duo loca inter se sunt. Quia denique ex Stromateo Clemente colligi datur lib. VII, p. 764, Basilidem usque ad tempora Antonini Pii vitam produxisse. Atque hinc patet, quemadmodum legi debeat in *Hæreseon indiculo*, qui Hieronymo tribuitur; scilicet: *Contra hunc* Basilidem *Agrippa, cognomento Castor, vir valde doctus, scribit, prodens universa ejus mysteria, et prophetas enumerans, Barcabbam, et Barcop, et ad terrorem audientium alia etiam nomina barbara, religione composita; nominans etiam Deum maximum Abraxas, quasi annum continentem, si juxta Græcorum numerum computetur.* Nec minus claret, mendose apud Philastrium, ubi de Nicolao et Gnosticis, Barrabam vel Barrabbam locum occupare Barcabæ seu Barcabbæ: quod nominis auctore Epiphanio hæresi 26, num. 2, significat Syrince *filium stupri*, Hebraice *filium homicidii*. Retrahendo denique syllabam fugitivam *ne*, scribendum in Anonymo, quem Sirmondus sub titulo Prædestinati vulgavit, hæresi 3: *Quod nomen Græca ratione litterarum in hanc summam supputando pertingit.* Id.

(7) *Σατορνῖλος*. Quanto notissimus Saturninus, tanto obscurissimus qui marginem tenet Stratonicus, fictitius ut videtur hæreticus: nisi quis huc hariolando referre velit Stratioticos Epiphanii, Theodoriti, Sophronii, *Milites* dictos Philastrio, *quia de militaribus fuerunt*, affines forsan Hæmatitis apud Clementem Alexandrinum Stromateo VII extremo. Id.

(8) *Οἱ μὲν πολλοὺς θεούς*. Id est, αἰῶνας, cap. 10. Epiphanius hæresi 31, n. 2 *De Valentino*, τριάκοντα αἰῶνας, οὓς καὶ θεοὺς ὀνομάζει. Ante Epiphanium, Origenes *Homilia in librum Regnorum: Hæreticorum quidam derelinquentes Creatorem mundi, et Filium ejus, fingunt sibi alium, nescio quem, excelsiorem Deum, et alios similiter introducunt, sive quos αἰῶνας, sive quos deos appellant.* Vide Tertullianum I *adversus Marcionem* 5, et III *adversus Praxeam*. Vide etiam Ambrosium libro *De incarnationis Dominicæ mysterio*, cap. 4, et epistola 17.

*Tantos esse deos Basilidem credere jussit,*
*Quantos... et dies annus habet.*

Poeta incertus lib. I *contra Marcionem*. Emendabis autem ex Tertulliano et Philastrio Augustinum:

Digitized by Google

tres, contrarios, principio carentes, semper una existentes; at alii innumeros ac ignotos : et nonnulli quidem nuptias rejiciunt, opinati eas non esse opus Dei [75], alii autem quædam ciborum genera abominantur; quidam vero impudenter fornicantur [76]; quales qui nunc falso nomine dicti Nicolaitæ. Porro Simon cùm mihi Petro primum obvius fuisset in Cæsarea Stratonis, ubi ille fidelis Cornelius [77], qui antea gentilis erat, in Dominum Jesum per me credidit [78], verbum Dei conabatur pervertere; mecum autem aderant sancti filii; Zacchæus olim publicanus [79], et Barnabas, et Nicetas atque Aquila fratres Clementis Romanorum episcopi et civis, quique edoctus fuit a Paulo coapo-

A ἐναντίους (9), ἀνάρχους, ἀεὶ συνόντας ἑαυτοῖς, οἱ δὲ ἀπείρους (10) καὶ ἀγνώστους δοξάζουσι· καὶ οἱ μὲν τὸν γάμον ἀθετοῦσιν (11), οὐκ εἶναι τοῦ Θεοῦ ἔργον δοξάζοντες· ἄλλοι δέ τινα τῶν βρωμάτων βδελύσσονται· οἱ δὲ (12) ἀναίδην ἐκπορνεύουσιν, οἷοι οἱ νῦν ψευδώνυμοι Νικολαΐται (13). Ὁ μέντοι Σίμων (14) ἐμοὶ Πέτρῳ πρῶτον ἐν Καισαρείᾳ τῇ Στράτωνος, ἔνθα Κορνήλιος ὁ πιστὸς ἐπίστευσεν, ὢν ἐθνικὸς, ἐπὶ τὸν Κύριον Ἰησοῦν, δι' ἐμοῦ, συντυχών μοι ἐπειρᾶτο διαστρέφειν τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ, συμπαρόντων μοι τῶν ἱερῶν τέκνων, Ζακχαίου τοῦ ποτε τελώνου, καὶ Βαρνάβα, καὶ Νικήτου καὶ Ἀκύλα, ἀδελφῶν Κλήμεντος τοῦ Ῥωμαίων ἐπισκόπου τε καὶ πολίτου, μαθητευθέντος δὲ καὶ Παύλῳ (15) τῷ συναποστόλῳ ἡμῶν καὶ

B

[75] l. Ignat. interpol. ad Philad. 6. [76] Ignat. interpol. ad Trall. 11, ad Philad. 6. [77] Laudat Cedrenus, ubi supra. [78] Act. x. [79] Luc. xix, 2.

## VARIORUM NOTÆ.

*Ptolomæus quatuor Æonas, et alios quatuor asserere maluit.* Quod si splenem exercere utile est, leges inepta hæc inepti libelli quem *Synodicum* vocant, cap. 6 : Σύνοδος θεία καὶ ἱεραμερικὴ, συναθροισθεῖσα ὑπὸ τοῦ ὁσιωτάτου ἐπισκόπου Ἀχιλῶν (voluit dicere Ἀγχιάλου. Euseb. *Hist. eccl.* v, 19) : Σωτᾶ, καὶ ἑτέρων δυοκαίδεκα ἐπισκόπων· ἥτις ἐλέγξασα ἀπεκήρυξε τὸν σκυτέα Θεόδοτον, καὶ Μόντανον σὺν Μαξιμίλλῃ, ὀκτακοσίους καὶ ἑβδομήκοντα ὀκτὼ αἰῶνας δογματίζοντα, καὶ Πνεῦμα ἅγιον ἑαυτὸν εἶναι ἐπιφημίζοντα. Quot verba, tot jocularia figmenta. Et ad rem præsentem. confunduntur Theodotus Coriarius, Theodotus Montanista, et Theodotus Valentinianus, producunturque Æones 878, quia plures vel pauciores non placebat. Cor.

(9) *Τρεῖς ἐναντίους.* Marcion, Marcionistæ, Lucianistæ, Ptolemaitæ, Syneros, Setianus, aut forte Sethiani, Theodotus, Manichæi, et Eucbitæ in ea fuisse hæresi dicuntur ab auctore *Dialogorum* apud Origenem; Eusebio *Hær.* v, 13; Athanasio *De decretis Nicænæ synodi*, p. 275, et Oratione 4 *adversus Arianos*, p. 467; Cyrillo Hierosol. catechesi 16; Epiphanio, Augustino et Anonymo, *De hæresibus;* Gennadio, cap. 52 *De dogmatibus*, et Alcuino parte III *Confessionis fidei*, n. 35; Psello sub initium Dialogi *De operatione dæmonum*, atque scriptore Præfationis Arabicæ in concilium Nicænum. Sed in mendo cubat anonymus Sirmondi, hæresi 21. Habet quippe *Syrinum* pro Augustini *Synerum*, qui Eusebio, Theodorito, Nicephoro, Σύνερως, Sophronio Συνερός in libris impressis (Συνέρως in codice Regio), Rufino quoque *Synerus.* Id.

(10) *Ἀπείρους. Secundus, Æonas similiter docens factos, asserit tamen infinitos.* Philastrii verba. Id.

(11) *Τὸν γάμον ἀθετοῦσιν.* Saturninianos intelligit hoc et capp. 10, 26. Nam, teste Irenæo, et post eum Epiphanio, nuptiis conjungi ac liberos gignere, a Satana esse dixit Saturninus. Idque primus; ex Theodorito; quia, opinor, Simoniani, Menandriani, Nicolaitæ, matrimonium impugnabant, non studio fictæ castitatis, ut Saturniliani, sed libidinis gratia, invehendo, scilicet, promiscuos concubitus communitatemque feminarum, quo quid connubio magis adversum? Quocirca in commentariis in Apocalypsim inter Opera S. Ambrosii, ubi de Nicolaitis, recte conjunguntur nuptiarum detestatio, atque obvia copula. Quanquam, ut dicam quod verisimillimum arbitror, edoctus a Tertulliano *De præscriptione hæreticorum*, cap. 33, hæresis nuptiis interdicentium, aut sub apostolis fuit, aut ex doctrinis quæ jam tunc fuerunt, sumpsit seminium. Id.

(12) *Οἱ δέ*, etc. Alter quod Vindob. καὶ ἀναίδην πορνεύουσι. Cl.

(13) *Ψευδώνυμοι Νικολαΐται.* Habuit Nicolaus diaconus accusatores suos, habuit et defensores: utrosque ex parte dictos Stephano Gobaro in Bibliotheca Photii : priores quidem, Hippolytum, et Epiphanium; posteriores vero, Ignatium Theophorum, (interpolatum, videlicet, ex hisce constitutionibus), Clementem Stromateum, Eusebium Pamphili, ac Theodoritum. Addi possunt criminantibus multi, Irenæus, Tertullianus, Hilarius, Pacianus, Gregorius Nyssenus, Philaster, Hieronymus, Gelasius, Gildas, Anastasius, pseudo-Dorotheus, Agobardus, illiusque exscriptor Rabanus, auctor Catalogi hæresium per Sirmondum publici juris factus, Humbertus Sylvæ Candidæ, et alii plerique. Patronorum autem numerus crescit Victorino Petabionensi, Haymone Halberstatensi, Nicephoro, et quibusdam aliis a Cassiano memoratis collat. 18, cap. 16. Sed et mitius cum Nicolao agere videntur Augustinus, Isidorus, ac Patres concilii Turonensis II, can. 19, insuperque Sophronius, dum in hæreticis omittit Nicolaum, collocatis inter hæreses Nicolaitis. Itaque juxta benigniorem opinionem, Nicolaitæ falso assumpto nomine Nicolai, erant ψευδώνυμοι, *ficti homines*, ut loquar cum Victorino in Apocalypsim, *qui sub nomine Nicolai ministri fecerunt sibi hæresim*, aut ut cum Theodorito *Hæret. fabul.* lib. III, cap. 1, ψευδῶς σφᾶς αὐτοὺς ἐκ τῆς τοῦδε (Νικολάου) προσηγορίας ἐπονομάζοντες. Porro inter legendum auctores citatos in hac nota, observavi tria, scitu forte non indigna. Primum est, levicula menda apud Gregorium Nyssenum oratione 11 *contra Eunomium* edit. Paris. an. 1638, tom. II, pag. 704 : Μανιχαῖον, Νικόλαον, Ἀκόλουθον (scrib. Κόλουθον ex summariis Operi præfixis, ex Athanasio aliisque), Ἄετιον, Ἄρειον. Secundum, varians lectio in epistolis Hieronymi 1 et 48, ubi docetur, ex Nicolao ortam hæresim *Nicolaitarum*, vel *Ophitarum* : sic enim nonnulli codices, rectius quam alii quidam, *Neophytorum*, aut *Neophytarum;* cum Epiphanius, Indiculi auctor, et Augustinus a Nicolaitis Ophitas deducant. Tertium, error Humberti cardinalis, qui adversus Græcum Nicetam profert tanquam Patris Græci Epiphanii, testimonium hominis Latini ac futilis, Anonymi Sirmondiani, hæresi 4 nimirum, titulo mendacis libri deceptus. Cor.

(14) *Ὁ μέντοι Σίμων*, etc. Indiligens ad hæc Cedrenus. Id.

(15) *Μαθητευθέντος δὲ καὶ Παύλῳ.* Respiciebat ad hunc locum Blastares, quando in præfatione *Nomocanonis* exarabat de Clemente : Πέτρου δὲ ἦν

Digitized by Google

συνεργῷ ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ· καὶ τρίτον (16) ἐπ' αὐτῶν διαλεχθεὶς αὐτῷ εἰς τὸν περὶ προφήτου λόγον, καὶ περὶ Θεοῦ μοναρχίας, ἠττήσας αὐτὸν δυνάμει Κυρίου, καὶ εἰς ἀφωνίαν καταβαλὼν (17), φυγάδα κατέστησα εἰς τὴν Ἰταλίαν.

A stolo nostro et ad evangelium adjutore : cumque ter coram iis disceptassem quæstionem de propheta, et de monarchia, seu unitate Dei, atque illum virtute Domini devicissem, prostratumque obmutescere coegissem, effeci ut in Italiam fugeret.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Θ'.

*Ὅπως ὁ Σίμων γοητείαις τισὶ πτῆναι θελήσας, εὐχαῖς Πέτρου κατενεχθεὶς ἐξ ὕψους κάτω συνετρίβη τοὺς πόδας καὶ τὼ χεῖρε* (18) *τοὺς ταρσούς* (19).

## CAPUT IX.

*Quo modo Simon cum quibusdam præstigiis volare instituisset, precibus Petri ex alto deorsum præcipitatus, pedum et manuum extremitates fregit.*

Γενόμενος δὲ ἐν Ῥώμῃ (20), πολὺ τὴν Ἐκκλησίαν ἔσκυλε, πολλοὺς ἀνατρέπων (21), καὶ ἑαυτῷ περιποιούμενος, τὰ δὲ ἔθνη ἐξιστῶν μαγικῇ ἐμπειρίᾳ (22)· ὡς καί ποτε μέσης ἡμέρας προελθὼν εἰς τὸ θέατρον αὐτῶν, κελεύσας τοῖς δήμοις ἁρπαγῆναι κἀμὲ ἐν τῷ θεάτρῳ, ἐπηγγέλλετο πτῆναι δι' ἀέρος· πάντων δὲ ἐπὶ τούτῳ μετεώρων τυγχανόντων, ἐγὼ προσηυχόμην (23) κατ' ἐμαυτόν· καὶ δὴ μετεωρισθεὶς ὑπὸ δαιμόνων ἥρπατο (24) μετάρσιος εἰς ἀέρα, λέγων εἰς οὐρανοὺς ἀνιέναι, κἀκεῖθεν αὐτοῖς τὰ ἀγαθὰ ἐπιχορηγήσειν· τῶν δὲ δήμων (25) ἐπευφημούντων ὡς θεὸν, ἐκτείνας ἐγὼ τὰς χεῖρας εἰς οὐρανὸν σὺν (26) αὐτῇ διανοίᾳ, ἱκέτευον τὸν Θεὸν διὰ Ἰησοῦ τοῦ Κυρίου ῥῆξαι τὸν λυμεῶνα, καὶ τὴν ἰσχὺν τῶν δαιμόνων περικόψαι, ἐπ'

[80] Romam autem adveniens, Ecclesiam magnopere vexavit, multos evertens, ac sibi comparans, gentilesque peritia magica percellens : ita ut aliquando, cum in eorum theatrum meridie processisset, præcepissetque multitudini ut me quoque in theatrum raperent, se promitteret in aere volaturum : cunctis vero eam in rem intendentibus, ego apud me precabar : jamque a dæmonibus in altum sublatus, volabat sublimis per aerem, dicens se in cœlum ascendere, indeque ipsis bona suppeditaturum : cumque universa turba illum faustis acclamationibus ut deum prosequeretur, ego mente ac manibus ad cœlum protentis, supplicabam Deo per Jesum Dominum, ut exitiosum hominem detur-

[80] Hoc caput vide in Cedreno, ibid.

## VARIORUM NOTÆ.

ἄρα ὁμιλητὴς τοῦ μεγάλου· ἀλλὰ δὴ καὶ Παύλου τοῦ θείου· ὡς αὐτὸς δήπου περὶ ἑαυτοῦ ἱστορεῖ. Cot. Legitur in altero Vindob. cod. μαθητεύσαντι, quod refertur ad Paulum, qui Clementem *discipulum fecerat*. Cler.

(16) *Καὶ τρίτον*. Alter cod. τρίτον οὖν. Cl.

(17) *Εἰς ἀφωνίαν καταβαλών*. Pacianus epist. 2, de uno e certaminibus Petri cum Simone : *Nonne Simonem Petrus, judice astipulante, confundit?* Cot.

(18) *Τὼ χεῖρε*. Melius τῶν χειρῶν. Cl.

(19) *Ταρσούς*. Additum est in margine utriusque codicis : ἱστορεῖ Κλήμης, Ἡγήσιππος, Ἰουστῖνος, Εἰρηναῖος. Id.

(20) *Γενόμενος δὲ ἐν Ῥώμῃ*, etc. Romam venisse Petrum apostolum, ut Simoni Mago obsisteret, docent Eusebius *Historiæ* lib. II, cap. 14, Hieronymus in Catalogo, Ado in Chronicis, alii. *Clemens Romanus episcopus, Petri discipulus, Christi dignissimus martyr, Simonis hæresim a Petro apostolo cum ipso Simone superatam edocuit*. Verba anonymi *Prædestinatorum* oppugnatoris, in præfatione. Cot. — Codd. Vind. ἐκεῖνος δὲ γενόμενος. Cl.

(21) *Πολλοὺς ἀνατρέπων*. Male in Cedreno p. 174 edit. Basil., 211 Reg., πολλὰ ἀνατρέπων. Id.

(22) *Μαγικῇ ἐμπειρίᾳ*. Titulus, γοητείαις. Nihil hic esset adnotandum, nisi imperiti librarii corrupissent barbaram inscitamque interpretationem veterem Libelli monachorum imperatori Justiniano oblati, et lecti actione I concilii Constantinopolitani sub Menna, ad finem istorum Græcorum : Ἐξαπέστειλεν ὁ Θεὸς τῇδε τῇ πόλει, Ἀγαπητὸν, τὸν ὄντως ἀγαπητὸν Θεῷ καὶ ἀνθρώποις, ἀρχιερέα τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης, ἐπὶ καθαιρέσει τοῦ Ἀνθίμου τε καὶ τῶν εἰρημένων αἱρετικῶν, ὥσπερ ποτὲ Πέτρον τὸν μέγαν, τοῖς Ῥωμαίοις, ἐπὶ καθαιρέσει τῆς Σίμωνος γοητείας, *in depositione Simonis Goetiani*, vel *Goetici*, typis mandando : *Simonis Cretiam*, et ad marginem : *Zoetici*. Cot.—Legimus in Vind. codd. μαγικῇ, καὶ δαιμόνων ἐνεργείᾳ. Cl.

(23) *Ἐγὼ προσηυχόμην*. Ita cum aliis Philastrius in *Simone Mago*, Ambrosius *Hexaemeron* IV, 8; Augustinus lib. *De hæresibus*, hær. 1; Auctor incertus libri *contra Fulgentium Donatistam*, cap. 23; et Anonymus citatus nota antepenult., hæresi 1. Sed multis placuit Paulum Petro adjungere : Cyrillo Hierosolym. catechesi 6, Severo Sulpitio in *Historia sacra*, Prospero in libello cui titulus *Dimidium temporis*, cap. 13; Gregorio Turonensi *Historiarum*, lib. I, cap. 25, et *Miraculorum* lib. I, cap. 28; Isidoro in *Chronico*; Abboni, serm. 5, tom. IX *Spicilegii*; fabricatori Actorum Petri et Pauli, et Marcello cum apud Sigebertum *De viris illustribus*, cap. 1, tum apud Surium 12 Maii in Vita Nerei et Achillei. Consule Maximum Taurinensem homilia 5, in Natali Petri et Pauli, quam inseruerunt quoque sermonibus Ambrosii et Augustini; Freculfum parte II, lib. I, cap. 20; Petrum Damiani epist. 20 lib. I, epist. 14 lib. V; Nicephorum, etc. Legito etiam Dungalum ad finem libri *adversus Claudium* Taurinensem, ubi solius Pauli mentionem facit. Pari modo additum per nonnullos orationi jejunium : ut videre est in Augustino, epist. 86; Cassiano *De institutis cœnobiorum* III, 10; et Scriptore περὶ Φράγκων καὶ τῶν λοιπῶν Λατίνων, qui tamen minus probabiliter diem eumdem statuit jejunii atque conflictus, opinionem amplexus Glycæ et Cedreni. Melius interpunge locum Ratramni lib. IV *contra Græcos*, cap. 3, *Spicilegii* II, p. 120. Cot.

(24) *Ἥρπατο*. Alis sibi ad Icarium modum aptatis, si fides Hegesippo lib. III *De bello Judaico*, cap. 2; Abdiæ *Historiæ apostolicæ* lib. I, non multo ante finem; Patribus VI synodi ad imperatorem Constantinum actione 18; Maximo Taurinensi : vel conscensis quadrigis igneis, aut fabricato curru, juxta Arnobium lib. II, et Præfationem Arabicam concilii Nicæni. Id.

(25) *Τῶν δὲ δήμων*. Apud Cedrenum, τῶν δὲ δαιμόνων, manifesto vitio. Id.

(26) *Σὺν*. Ἐν, in Vind. codice melius. Cler.

Digitized by Google

baret, et dæmonum vim accideret, qui viribus ad hominum fraudem ac interitum uterentur; deturbando autem non occideret, sed confringeret; et subjiciens ac intuitus, ad Simonem dixi: Si ego homo Dei sum, et verus apostolus Jesu Christi, ac pietatis doctor, non autem erroris, qualis tu Simon, jubeo malis potestatibus illius qui a pietate descivit, Simonem Magum vehentibus, ut vectionem et occupationem dimittant, quo ex alto collabatur, et iis quos deceperat, habeatur ludibrio. His a me pronuntiatis, Simon spoliatus potestatibus, cum magno fragore corruit, ac vehementi casu elisus, coxam et pedum extrema frangit. Tunc vulgus exclamavit: Unus Deus, quem Petrus juste annuntiat revera solum; et multi a Simone defecerunt; aliqui tamen, digni illius interitu, in doctrina ejus nefaria perseverarunt. Atque hoc pacto prima et impiissima Simonianorum hæresi recepta est Romæ. Sed et per reliquos pseudoapostolos diabolus operabatur.

A ἀπάτῃ καὶ ἀπωλείᾳ ἀνθρώπων κεχρημένων αὐτῇ, ῥάξαντα [81] (27) δὲ μὴ θανατῶσαι, ἀλλὰ συντρίψαι· καὶ ὑπολαβών, ἀτενίσας εἶπον τῷ Σίμωνι· Εἰ θεοῦ ἄνθρωπος ἐγὼ, ἀπόστολος δὲ Ἰησοῦ Χριστοῦ ἀληθής, καὶ διδάσκαλος εὐσεβείας, ἀλλ' οὐ πλάνης (28), οἷος σὺ, Σίμων, προστάσσω ταῖς πονηραῖς δυνάμεσι τοῦ τῆς εὐσεβείας ἀποστάτου, ἐφ' αἷς ὀχεῖται Σίμων ὁ Μάγος, ἀφεῖναι τῆς κρατήσεως, ὅπως ἐξ ὕψους κατενεχθῇ εἰς γέλωτα τῶν ἀπατηθέντων ὑπ' αὐτοῦ. Καὶ εἰπόντος μου ταῦτα, περικοπεὶς τῶν δυνάμεων ὁ Σίμων, κατηνέχθη μετὰ μεγάλου ἤχου, καὶ ῥαγεὶς ἐξαίσιον [82], συντρίβεται τὸ ἰσχίον καὶ τῶν ποδῶν τοὺς ταρσούς (29). Καὶ φωνὴ τῶν ὄχλων λέγουσα· Εἷς ὁ Θεὸς, ὃν Πέτρος δικαίως καταγγέλλει τῇ ἀληθείᾳ μόνον· καὶ πολλοὶ ἀπέστησαν ἀπ' αὐτοῦ· τινὲς δὲ ἄξια τῆς ἀπωλείας αὐτοῦ ὄντες, παρέμειναν αὐτοῦ τῇ μοχθηρᾷ διδασκαλίᾳ. Καὶ οὕτω πρώτη ἐπάγη (30) ἡ τῶν Σιμωνιανῶν ἀθεωτάτη αἵρεσις ἐν Ῥώμῃ, καὶ διὰ τῶν λοιπῶν ψευδαποστόλων ἐνήργει ὁ διάβολος.

B

[81] al. ῥήξαντα. [82] al. add. πτῶμα.

## VARIORUM NOTÆ.

(27) *Ῥάξαντα*, vel *ῥήξαντα*. Perinde est. Ideoque hac ipsa in narratione pseudo-Chrysostomus serm. de pseudo-prophetis, tom. VI, ῥήξας. Basilius Seleuciensis lib. I *De Vita S. Theclæ*, edit. Paris. p. 268, καταῤῥήξας. Nicephorus Callisti filius lib. II, cap. 36, et Anonymus qui de Francis aliisque Latinis scripsit tom. II *Auctarii* Combefisiani p. 429, διεῤῥάγη· Cedrenus vero, καταῤῥάξαι. Theodoritus *Hæret. fabularum* I, 1, κατέῤῥαξε. Cor.

C

(28) *Ἀλλ' οὐ πλάνης*. Notanda varia lectio Georgii Cedreni loco citato, necnon Michaelis Glycæ *Annalium* parte III, p. 235, D, πλάνος. Ib.

(29) *Συντρίβεται τὸ ἰσχίον καὶ τῶν ποδῶν τοὺς ταρσούς*. Lib. II, cap. 14. Cedrenus, Glycas, συντρίβη. Capitis hujus lemma, hic, συνετρίβη τοὺς πόδας καὶ τὼ χεῖρε τοὺς ταρσούς: in versione Bovii, *fregit pedes et manus. Narrat Clemens, Hegesippus, Justinus, Irenæus*, de Justino ac Irenæo, falso: de pseudo-Clemente, en locum: at pseudo-Hegesippus laudatus etiam ab Hincmaro Opusculo I, cap. 32, et Arnobius crurifragii solummodo meminere; Maximus Taurin. crurum confractorum, plantarumque amissarum. Aliter in Niceta Choniate *Thesauri* lib. IV, cap. 1, nempe quod Simon in caput collapsus cerebro viam disperserit. Apud Damascenum vero *Parallelorum* lib. I, cap. 56, Eusebii nescio cujus sententia est, Mago corpus omnino perfractum. *Totus fractus corpore, debilitatisque cruribus.* Audias Græca Metaphrastis: Ὁ Σίμων τοῦ ἀέρος ἐξολισθήσας, κατὰ γῆς ἐλεεινῶς [al. ἐλεεινῷ] φέρεται καὶ ἀθλίῳ τῷ πτώματι· καὶ συντριβεὶς ἅπαν τὸ δύστηνον σῶμα, δευτεραῖος τὴν ἀθλίαν ψυχὴν ἀπορῥήγνυσι, δριμείαις ἀλγηδόσι κατατεινόμενος. Et carmine Walafridi Strabi, vel Fortunati, de S. Petro, tom. VI *Antiquæ lectionis* Canisii, p. 659, 660:

*Insuper et magicum falsi phantasma Simonis*
*Funditus evacuans, tetras detrusit in umbras,*
*Romanum vulgus solvens errore vetusto:*
*Qui præcelsa rudis scandit fastigia turris,*
*Atque coronatus lauri de fronde volavit:*
*Sed mox ætherias dimittens furcifer auras,*
*Cernuus ad terras confractis ossibus ambro* (a)
*Corruit et Petro cessit victoria bello.*

A quibus omnibus discedere licet per hæc, sumpta ex Actis mss. Petri et Pauli, cod. Reg. 1045: Ἔπεσεν εἰς τόπον καλούμενον *Σάκρα βία*, ὅ ἐστιν *ἱερὰ ὁδός*· καὶ τέσσαρα μέρη γενόμενος, τέσσαρας σήκας συνήνωσεν· οἵ εἰσιν εἰς μαρτύριον τῆς τῶν ἀποστόλων νικήσεως, ἕως τῆς σήμερον ἡμέρας. Lege f. συνήμωσεν, hoc est, *cruore conspersit*, quanquam Acta Latina nomine Marcelli, quæ Lucæ anno 1668 in publicum protulit Franciscus Maria Florentinus ad vetustius Ecclesiæ Occidentalis martyrologium: *Cecidit in locum, qui Sacra Via dicitur; et in quatuor partes fractus* (vel potius *factus*) *quatuor silices adunavit, qui sunt ad testimonium victoriæ apostolorum, usque in hodiernum diem.* Id.

D

(30) *Ἐπάγη*. A *πήγω, πηγνύω*. Veram Cedrenus accepisse videtur quasi esset ab ἐπάγω, ἐπάγνυμι: non parvo errore. Ita enim nostrum exscribit: Οὕτως ἡ πρώτη κατελύθη τῶν Σιμωνιανῶν αἵρεσις ἐν Ῥώμῃ.

Quæres dubio procul, quid sentiendum videatur de stupendo, et ut Isidorus Pelusiota lib. I, epist. 15, appellat, celeberrimo Simonis interitu. Ego præclaræ illius sententiæ memor, *Periculosum est credere et non credere*, nec assevero neque pernego, sed ἐπέχω plerumque. Cui cordi erunt hujusmodi miracula (sunt autem non paucis), habet in præsenti auctoritatem plurimorum gravissimorumque utriusque Ecclesiæ magistrorum; etiam, præter hisce notis indicatos, Epiphanii hæresi 21, n. 5; Hieronymi aut alterius ad psalmum IX; pseudo-Ambrosii ad Roman. VIII, 38, et Græcorum XXIX Junii. Qui vero ad diffidentiam propendebit magis (quo morbo magna pars eruditorum hodie jactatur) retardabitur ab assensu; partim narrationis origine, e libris apocryphis et pseudepigraphis; partim discrepantia referentium; partim silentio multorum, præsertimque Romanorum pontificum, qui sua tacere non solent; partim ob adnotationem S. Augustini scribentis ad Casulanum: *Est quidem et hæc opinio plurimorum, quamvis eam perhibeant esse falsam plerique Romani, quod apostolus Petrus cum Simone Mago die Dominico certaturus, propter ipsum magnæ tentationis periculum, pridie cum ejusdem urbis Ecclesia jejunaverit, et consecuto tam prospero gloriosoque successu, eumdem morem tenuerit, eumque imitatæ sint nonnullæ Occidentis Ecclesiæ.* Certe obscuram valde ac incertam Romæ fuisse eam famam innuit satis *Liber*

(a) Festus: « *Ambro*, turpis vitæ homo. »

Digitized by Google

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ι'.

### *Ὅπως (31) αἱ αἱρέσεις καὶ πρὸς ἑαυτὰς καὶ πρὸς ἀλήθειαν διαφωνοῦσιν.*

Τούτοις δὲ πᾶσιν ἐπίσης σκοπὸς ἦν εἷς καὶ ὁ αὐτὸς ἀθεότητος, τὸν μὲν παντοκράτορα Θεὸν βλασφημεῖν (32), ἄγνωστον δοξάζειν, καὶ μὴ εἶναι Πατέρα τοῦ Χριστοῦ, μηδὲ τοῦ κόσμου δημιουργόν, ἀλλ' ἄλεκτον, ἄῤῥητον, ἀκατονόμαστον, αὐτογένεθλον· νόμῳ καὶ προφήταις μὴ χρᾶσθαι· πρόνοιαν μὴ εἶναι· ἀνάστασιν μὴ πιστεύειν· κρίσιν μὴ εἶναι καὶ ἀνταπόδοσιν· ψυχὴν ἀθάνατον μὴ ὑπάρχειν (33)· ἡδονῇ χαίρειν μόνῃ· καὶ πρὸς πᾶσαν θρησκείαν ἀδιαφόρως ἐκκλίνειν (34). Οἱ μὲν γὰρ, πλείους εἶναι θεοὺς λέγουσιν· οἱ δὲ, τρεῖς ἀνάρχους· οἱ δὲ, δύο ἀγεννήτους· οἱ δὲ, αἰῶνας ἀπείρους. Καὶ οἱ μὲν αὐτῶν ἀγαμίαν διδάσκουσι, καὶ κρεῶν ἀποχὴν καὶ οἴνου· βδελυκτὰ λέγοντες εἶναι καὶ γάμον καὶ παίδων γένεσιν, καὶ βρωμάτων μετάληψιν· ἵν' ὡς σεμνοί τινες τὴν πονηρὰν αὐτῶν γνώμην ὡς ἀξιόπιστον παραδεχθῆναι ποιήσωσι· τινὲς δὲ ἐξ αὐτῶν νομοθετοῦσι κρεῶν ἀπέχεσθαι οὐχ ὡς ἀλόγων ζώων (35), ἀλλ' ὡς λογικὴν ἐχόντων ψυχὴν, καὶ φόνου δίκην εἰσπράσσεσθαι μελλόντων τῶν ταῦτα κατατολμώντων (36) σφάζειν· ἕτεροι δὲ ἐξ αὐτῶν, ἔλεγον μόνου δεῖν φάσκοντες χοιρείου ἀπέχεσθαι (37)· τὰ δὲ κατὰ νόμον καθαρὰ ἐσθίειν· καὶ περιτέμνεσθαι νομίμως· πιστεύειν δὲ εἰς Ἰησοῦν ὡς εἰς ὅσιον ἄνδρα (38) καὶ

## CAPUT X.

### *Quomodo hæreses et inter se et a veritate discrepent.*

Iis autem omnibus unus ac idem pariter erat scopus impietatis, ut omnipotentem Deum blasphemarent, censendo ignotum esse, et non esse Patrem Christi, neque mundi conditorem [83]; sed ineffabilem, impronuntiabilem, innominabilem, a se natum; lege ac prophetis non esse utendum; nullam existere providentiam; resurrectionem non credendam; non futurum judicium, nec retributionem; non esse animam immortalem; sola voluptate lætandum; atque licere ad omnem religionem indifferenter deflectere. Et alii quidem multos esse deos asserunt: alii vero tres principii expertes; alii autem duos ingenitos; et alii innumeros Æones. Quidam etiam eorum docent non esse nubendum, et abstinendum esse a carne et vino; affirmantes nuptias liberorumque procreationem, et ciborum sumptionem res esse abominabiles: ut tanquam viri graves ac severi pravam suam opinionem quasi fide dignam suscipi faciant. Ex iis autem nonnulli sanciunt abstinere a carnibus: non tanquam eæ sint animalium ratione carentium; sed veluti animam rationalem habentium; et quasi qui ea mactare audent, pœnas daturi sint homicidii. Alii

[83] I. Ignat. interpol. ad Trall. 6, ad Philad. 6, ad Sm. 6.

## VARIORUM NOTÆ.

*pontificalis*, cum habet duntaxat in Petro; idque juxta quædam exemplaria; alia enim iis carent: *Et dum diutius altercarentur, Simon divino nutu interemptus est.* Similia Simonianis leges in *Historia ecclesiastica* Eusebii lib. v, cap. 16 de Theodoto Montani socio. Cot.

(31) *Ὅπως.* Sequuntur hæc in utroque cod. Vind.: Ὁ διάβολος σκοπὸν ἐδίδου ἀθεότητος. Cl.

(32) *Τὸν μὲν παντοκράτορα*, etc. Primi hæretici Deum verum et omnipotentem blasphemiis appetebant; quia inficiabantur esse Patrem Christi, mundique opificem; superducebant vero falsum Deum, quem dicebant ignotum, ineffabilem, etc. Habent sensum hunc obscuriora verba, interpositu utriusque numinis, minus bene constructa. De ignoto Deo eadem impietas hæresi Elcesæorum tribuitur in *Jure Græco-Romano* p. 180, ubi Ἀλκεσίων perperam leges. Sed et ibidem manifesto pugnat cum veritate quod dicitur: Οὐαλεντῖνος καὶ Κέρδων ἐλθόντες ἐν τῇ Ῥώμῃ, ἐδίδασκον τὸν τῆς Παλαιᾶς Θεόν. Proinde locus depravatus est et imperfectus. Scribendum forsan, κατὰ τοῦ τῆς Παλαιᾶς Θεοῦ. *Valentinus et Cerdon Romam profecti, docebant adversus Veteris Testamenti Deum.* Cot.

(33) *Ψυχὴν ἀθάνατον μὴ ὑπάρχειν.* Permirum mihi videtur quod refert vir doctissimus Gilbertus Gaulminus lib. I Notarum ad opus Hebraicum *De vita et morte Mosis*, cap. 12, historicos Arabes sententiam, quæ animas cum corporibus exstingui affirmat, Origeni ascribere; cum ex Eusebii *Historia*, lib. VI, cap. 37, constet eum errorem de animi morte, in Arabia ortum, ab Origene fuisse confutatum. Ut taceam scripta Origenis, in quibus animæ immortalitas docetur. Id.

(34) *Πρὸς πᾶσαν θρησκείαν ἀδιαφόρως ἐκκλίνειν.* Apelles apud Eusebium, nullius in Christum sperantis fidem examinari vult, aut mutari. Idemque, ni fallor, fuit error Rhetorii cunctarum hæresium approbatoris; sed male expressus a Philastrio, quasi dixerit Rhetorius omnia hæreticorum dogmata pro veris habenda; quo quid absurdius? unde merito res B. Augustino incredibilis visa est. Mentionem facit Rhetorii S. Anastasius libro *De Incarnatione* adversus Apollinarium. Lege anonymum crebro a me citatum, hæresi 72. Id.

(35) *Οὐχ ὡς ἀλόγων ζώων.* Epiphanium consule hæresi 26, n. 10; hær. 42, p. 330, et Philastrium parte III, hæresi 54. Gennadius *De dogmatibus* cap. 17: *Animalium animæ non sunt substantivæ, sed cum carne ipsa carnis in nativitate nascuntur, et cum carnis morte finiuntur et moriuntur: et ideo nec ratione reguntur; sicut Plato et Alexander putant; sed ad omnia naturæ incitamento.* Quem locum plurimis abjectis, ideo protuli, ut indicarem, Alexandri in eo memorati causa Philonem Judæum libro suo *Quod bruta animalia ratione sunt prædita*, titulum etiam fecisse Ἀλέξανδρος. De Alexandro, in Eusebii *Historia*, et *Catalogo* Hieronymi. Id.

(36) *Τῶν ταῦτα κατατολμώντων.* Cod. Vind. τοὺς ταῦτα τολμῶντας. Vitiose. Cl.

(37) *Ἔλεγον μόνου δεῖν φάσκοντες χοιρείου ἀπέχεσθαι.* An deest aliquid? Post multum tempus Moameth (quemadmodum leges in Euthymii *Panoplia*) laudato esu cæterorum animalium, porcum solum abominatus est. Et ridentur a S. Basilio canone 28, qui abstinentiam a carne suilla vovebant. Vide Julianum Apostatam orat. 5, p. 332. Cot.

(38) *Ὡς εἰς ὅσιον ἄνδρα.* Dicti idcirco, ut videtur, Anthropiani a Cypriano epist. 73, et Lactantio lib. IV, cap. ult. Item Homuncionitæ: quod liquet per Prudentium in *Apotheosi*; pseudo-Hieronymi *Indiculum*, ubi *De Pneumatomachis seu Macedonianis*; Bedam ad Philipp. II, 6; necnon per Vigilium Tapsensem lib. III *De Trinitate*, circa medium. Chiffletii quippe lectio *Homousionista*, aperte pugnat cum sensu et verbis Vigilii, eo loco disputantis adversus Photinum, qui (inquit) Christum verum Deum abnegat, et hominem purum tantummodo confitetur. Sed et codex Regius 358 *Homuncionita* retinet. Objiciuntur a doctissimo Chiffletio

Digitized by Google

vero ex iis aiebant sola suilla abstinendum; comedenda quæ secundum legem munda habentur; circumcisionem ex lege usurpandam; et credi oportere in Jesum, ut in virum sanctum ac prophetam. Alteri scortari sine verecundia, et carne abuti docebant, et per omne nequiter factum volutari, quod hac solum ratione anima mundanos principes effugeret. Atque hi omnes sunt diaboli instrumenta, et filii iræ.

προφήτην. Ἄλλοι δὲ ἀναίδην (39) ἐκπορνεύειν (40), καὶ παραχρᾶσθαι τῇ σαρκὶ ἐδίδασκον, καὶ διὰ πάσης ἀνοσιουργίας (41) ἰέναι, ὡς οὕτω καὶ μόνως ἐκφεύξεσθαι τὴν ψυχὴν τοὺς κοσμικοὺς ἄρχοντας· οὗτοι δὲ πάντες τοῦ διαβόλου ὄργανα τυγχάνουσι, καὶ υἱοὶ ὀργῆς.

## CAPUT XI.

*Enarratio apostolicæ prædicationis.*

Nos vero Dei proles, et filii pacis, qui sacrum ac rectum pietatis verbum prædicamus, unum solum Deum annuntiamus, legis ac prophetarum Dominum, rerum creatorem, Christi Patrem; non sui causam, nec a se genitum, quod illi arbitrantur, sed æternum, et principio carentem, et lumen inaccessibile habitantem [84]; non secundum, aut tertium, aut multiplicem, sed solum æterne; non ignotum vel ineffabilem, sed per legem et prophetas prædicatum; omnipotentem, omnibus imperantem, cunctorum dominium habentem; Deum ac Patrem Unigeniti, et omnis creaturæ primogeniti [85]; unum Deum, unius Filii Patrem, non plurium, unius

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΑ'.

*Ἐξήγησις ἀποστολικοῦ κηρύγματος.*

Ἡμεῖς δὲ τέκνα Θεοῦ καὶ υἱοὶ εἰρήνης (42), τὸν ἱερὸν καὶ εὐθῆ λόγον κηρύσσοντες τῆς εὐσεβείας, ἕνα μόνον Θεὸν καταγγέλλομεν, νόμου καὶ προφητῶν Κύριον, τῶν ὄντων δημιουργὸν, τοῦ Χριστοῦ Πατέρα· οὐκ αὐταίτιον καὶ αὐτογένεθλον (43), ὡς ἐκεῖνοι οἴονται, ἀλλ' ἄϊδιον καὶ ἄναρχον, καὶ φῶς οἰκοῦντα ἀπρόσιτον· οὐ δεύτερον ὄντα, ἢ τρίτον, ἢ πολλοστὸν, ἀλλὰ μόνον ἀϊδίως· οὐκ ἄγνωστον, ἢ ἄλεκτον, ἀλλὰ διὰ νόμου καὶ προφητῶν κηρυσσόμενον· παντοκράτορα, παντάρχην, παντεξούσιον· Θεὸν καὶ Πατέρα τοῦ Μονογενοῦς, καὶ (44) πρωτοτόκου πάσης δημιουργίας (45)· ἕνα Θεὸν, ἑνὸς Υἱοῦ Πατέρα, οὐ πλειόνων, ἑνὸς Παρακλήτου (46) διὰ Χριστοῦ, τῶν ἄλλων τα-

[84] I Tim. VI, 16. [85] Col. I, 15.

## VARIORUM NOTÆ.

verba Anonymi Sirmondiani: *Septuagesimam et sextam hæresim fecerunt Homuncionitæ, qui dicunt in corpore hominis esse imaginem Dei, non in anima.* Verum tenebrio ille cum ex jecore suo sapit, nunquam non desipit: hic vero rem mutuatus a Philastrio et Augustino, nomen ipse adjecit. Ab Homuncionitis differunt quammaxime Homuntionates, utpote orthodoxi, ita per hæreticos appellati. In conflictu Arnobii catholici et Serapionis hæretici, initio: *Serapion dixit: Antequam ad hoc veniamus, quod vos Homuntionates arguamus, dicentes duas naturas esse in Christo, duasque substantias, cupio scire quis sis.* Forte Homuntionates, ἀπὸ Θεοῦ καὶ ἀνθρώπου ἐν Χριστῷ ὁμοῦ ὄντων, nisi sit legendum *Homusionates* aut *Homousionates*, ab ὁμοῦ οὐσιῶν, vel ab ὁμοούσιον. Cot.

(39) *Ἀναίδην ἐκπορνεύειν, καὶ παραχρᾶσθαι τῇ σαρκί.* Eadem Clemens Alexandrinus, ubi de Nicolao et Nicolaitis. In Lexico Suidæ: Παραχρᾶται, πολὺ σφοδρῶς συνουσιάζει, ἀκολάστως μίγνυται. Εἴρηται δὲ καὶ περὶ ἑκάστου πράγματος ἐκ περιουσίας γενομένου. Περὶ Ὠριγένους· Σοὶ δὲ κακομηχανία εἰς αἰσχρότατον ἄνδρα ἐπενοήθη. Αἰθίοπα γὰρ αὐτῷ παρεσκεύασαν εἰς παράχρησιν τοῦ σώματος. Sic lego e mss. Regiis, ex ipso Suida in voce Ὠριγένης, ex Epiphanio hæresi 64, n. 2 et Georgio Cedreno. Cot.

(40) *Ἐκπορνεύειν.* Cod. Vind. ἐκπορνεύουσι. Cler.

(41) *Διὰ πάσης ἀνοσιουργίας*, etc. Simoniani, Carpocratiani, Caiani, Gnostici. Corrige Præfationem Arabicam concilii Nicæni: *Octava secta Barbarorum dicitur, qui obscœnitatibus, adulteriis, fornicationibus, et omnis immunditiæ generibus sunt dediti*, etc. Ista sunt Borbororum: qui Borboriani, et Borboritæ. Cot.

(42) *Εἰρήνης.* Cod. Vind. ὄντες. Cler.

(43) *Οὐκ αὐταίτιον καὶ αὐτογένεθλον.* Quia nihil sui ipsius causa et pater esse potest; et quia quod ingenitum est, nec a se, nec ab alio est genitum: ut liquido constat, observaturque a pluribus, etiam antiquis. Verumtamen Deus, apud auctores qua sacros qua profanos, appellari solet, αὐτοαίτιος, αὐτογένεθλος, αὐτογενὴς, αὐτογένητος, αὐτογέννητος, αὐτόγονος, αὐτὸς ἐξ αὐτοῦ γενόμενος, αὐτολόχευτος, αὐτοπάτωρ, αὐτομήτωρ, αὐτοφυὴς, αὐτόφυτος, αὐτοπάρακτος, αὐτοποίητος, etc. Sed qui eas voces usurpant, ostendere volunt Deum a nullo esse. Unde in Hesychio αὐτογένεθλος, αὐτογέννητος αὐτογενὴς, αὐτολόχευτος, exponuntur: οὐκ ἔκ τινος γεννώμενος, Θεὸς ἀγέννητος. Vide Hilarium *De synodis*, ad anathematismum 12, p. 366; et Faustum ep. 5 *ad Ruricium*. Legito quoque *Recognit.* III, 3, 4, 11, necnon *Clementin.* XVI, 16. Cot.

(44) *Καὶ.* Omittitur in cod. Vind. Cler.

(45) *Δημιουργίας.* Κτίσεως in altero Vind. et sic loquitur Paulus. Hic quoque sunt Arianismi aut semi-Arianismi sat clara vestigia, quamvis caute propositi. Scriptor enim libri semetipse prodidisset, si nimis aperte esset locutus. Id.

(46) *Οὐ πλειόνων, ἑνὸς Παρακλήτου.* Contra hæreticos. Valentiniani quippe et Marcion duos filios, duos christos inducebant. De primis docet Irenæus lib. I, cap. 1; de Marcione Justinus *Apologetico* 2, Tertullianus, IV adversus illum 6, Athanasius *in Sabellianos*, et Optatus lib. IV. Præterea feriuntur anathemate Gnostici cap. 2 concilii Bracarensis 1, quod in divinitate Trinitatem Trinitatis ponerent. Et infra canone apostolico 41, al. 49, damnatur qui baptizaverit in tres filios, aut in tres paracletos: ubi vide quæ adnotabimus. Non sum nescius Origenem lib. II *De principiis*, cap. 7, citatum etiam in *Apologia* Pamphili, ita loqui: *Et duos quidem Deos ausos esse hæreticos dicere, et duos Christos audivimus; duos autem Spiritus sanctos nunquam cognovimus ab aliquo prædicari.* Verum idem Origenes ad Titi III, 10, referente Pamphilo, contra scripserat: *Sed et sunt qui Spiritum sanctum alium quidem dicant esse, qui fuit in prophetis, alium autem qui fuit in apostolis Domini nostri Jesu Christi.* Porro hunc *Constitutionum* locum Græcus a Turriano memoratus tanquam rejicien-

Digitized by Google

μάτων (47) ποιητὴν, ἕνα δημιουργὸν, διαφόρου κτίσεως διὰ Χριστοῦ ποιητὴν, τὸν αὐτὸν προνοητὴν, νομοθέτην δι' αὐτοῦ· ἀναστάσεως αἴτιον, καὶ κρίσεως, καὶ ἀνταποδόσεως, δι' αὐτοῦ γινομένων· τοῦτον αὐτὸν (48) καὶ ἄνθρωπον εὐδοκήσαντα γενέσθαι, καὶ πολιτευσάμενον ἄνευ ἁμαρτίας, καὶ παθόντα, καὶ ἀναστάντα ἐκ νεκρῶν, καὶ ἀνελθόντα πρὸς τὸν ἀποστείλαντα· καὶ πᾶν κτίσμα Θεοῦ καλόν φαμεν, καὶ οὐδὲν βδελυκτόν· πᾶν τὸ πρὸς σύστασιν δικαίως (49) μεταλαμβανόμενον, ἄριστον· πάντα γὰρ, κατὰ τὴν Γραφὴν, καλὰ λίαν. Γάμον νόμιμον, καὶ παίδων γένεσιν τίμιον καὶ ἀμόλυντον εἶναι πιστεύομεν· ἐπ' αὐξήσει γὰρ τοῦ γένους τῶν ἀνθρώπων, διαφορὰ σχημάτων (50) διεπλάσθη ἐν τῷ Ἀδὰμ καὶ τῇ Εὔᾳ. Ψυχὴν ἀσώματον ἐν ἡμῖν καὶ ἀθάνατον ὁμολογοῦμεν, ἀλλ' οὐ φθαρτὴν ὡς τὰ σώματα, ἀλλ' ἀθάνατον, ὡς λογικὴν καὶ αὐτεξούσιον· πᾶσαν μίξιν παράνομον, καὶ τὴν παρὰ φύσιν γινομένην ὑπό τινων, βδελυσσόμεθα ὡς ἀθέμιτον καὶ ἀνοσίαν. Ἀνάστασιν γενέσθαι ὁμολογοῦμεν δικαίων τε καὶ ἀδίκων, καὶ μισθαποδοσίαν. Τὸν Χριστὸν οὐ ψιλὸν ἄνθρωπον ὁμολογοῦμεν, ἀλλὰ Θεὸν Λόγον καὶ ἄνθρωπον, μεσίτην Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων, ἀρχιερέα τοῦ Πατρός. Οὔτε μὴν μετὰ Ἰουδαίων περιτεμνόμεθα, εἰδότες, ὅτι ἐλήλυθεν, ᾧ ἀπέκειτο (51), καὶ δι' ὃν ἐφυλάσσετο τὰ γένη (52), ἡ προσδοκία τῶν ἐθνῶν, Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς, ὁ ἐξ Ἰούδα ἀνατείλας, ὁ ἐκ βλαστοῦ υἱὸς, τὸ ἐξ Ἰεσσαὶ ἄνθος· οὗ ἡ ἀρχὴ ἐπὶ τοῦ ὤμου.

A Paracleti per Christum, aliorum ordinum effectorem, unum mundi fabricatorem; factorem diversarum creaturarum, per Christum, item provisorem; legislatorem, per eumdem Christum [86]; auctorem resurrectionis, judicii, ac remunerationis, quæ per eumdem fiunt. [87] Huic ipsi Filio placuisse hominem se facere, prædicamus; eumque sine peccato vixisse, tum passum esse, et resurrexisse a mortuis, et ascendisse ad illum a quo missus fuerat. Dicimus quoque omnem Dei creaturam esse bonam; nihil abominari oportere; quidquid ad sustentandos nos sumimus juste, optimum esse: omnia enim, secundum Scripturam, valde bona sunt [88]. Credimus legitimum matrimonium et liberorum procreationem, honorem mereri, atque inquinamento B vacare [89]: ad augmentum enim humani generis, in Adamo ac Eva diversitas sexuum formata fuit. Animam nostram incorpoream et immortalem confitemur, non autem interitui obnoxiam ut corpora, imo mortis expertem, utpote rationalem ac liberæ potestatis. Omnem concubitum legibus adversum, una cum eo quem contra naturam nonnulli usurpant, tanquam nefandum et impium exsecramur. Futuram justorum ac injustorum resurrectionem, atque mercedis solutionem confitemur. Christum non tantummodo hominem profitemur, sed Deum Verbum, et hominem, mediatorem Dei et hominum, pontificem Patris [90]. Neque vero cum Judæis circumcidimur; scientes quod venerit is, cui repositum erat, et propter quem servabandum atque fugiendum nota marginali proscribit: C cum tamen, si mutilus non est, obscuritate laborare videatur, non errore. Cot.

(47) *Διὰ Χριστοῦ.* Id. cod. Χρ. προβολέα, κ. τ. λ., ita ut Pater dicatur τοῦ Παρακλήτου, διὰ Χριστοῦ, προβολεὺς, καὶ τῶν ἄλλων ταγμάτων ποιητής. Est autem προβολὴ quod ἐκ τῆς τοῦ προβολέως substantia erumpit; sed ποίημα, aut κτίσις, quod, Creatore volente, ἐκ τῶν μὴ ὄντων fit. Qua de re consulendus Dionys. Petavius in *Dogmat. theol.*, t. I, *De Trinitate*. In eodem cod. deest ποιητήν, et δι' αὐτοῦ versu seqq. Cler.

(48) *Τοῦτον αὐτόν.* Melius cod. Vind. τὸν αὐτόν. Id.

(49) *Δικαίως.* Deest in altero. Id.

(50) *Διαφορὰ σχημάτων.* Pari modo σχῆμα accipiendum puto in Isaiæ prophetia cap. III, vers. 17: Καὶ ταπεινώσει ὁ Θεὸς ἀρχούσας θυγατέρας Σιών· καὶ Κύριος ἀνακαλύψει τὸ σχῆμα αὐτῶν, ut respondeat Hebraico תֹּאַר. Atque de sexu locum intellexerunt Syrus et Arabs interpretes. Cot.

(51) *Ὃ ἀπέκειτο.* Et cap. 23. Legebat Gen. XLIX, 10, ᾧ ἀπόκειται, quæ est verisimilior scriptura, et apud veteres usitatior, nec non ad Christum maxime accommodata, ideoque a Juliano Apostata apud Cyrillum lib. VIII contra eum, fraudi Christianorum ascripta. Nolim tamen rejicere penitus cæteras, præsertim frequentem quoque in scriptis SS. Patrum, τὰ ἀποκείμενα αὐτῷ, licet a Judæis orta videri possit, ex Justini martyris dialogo p. 348, 349. Certe utraque utitur Justinus ipse p. 73, 271, D 348, utuntur Origenes, Eusebius, Athanasius, Rufinus, Augustinus et Cyrillus Alexandrinus. Aliæ lectiones sunt: — I. ᾧ τὰ ἀποκείμενα. Epiphanius hæresi 20, n. 1: Ἕως ἂν ἔλθῃ ᾧ ἀπόκειται· ὡς δὲ ἔχει τὰ ἄλλα ἀντίγραφα, ἕως ἔλθῃ ᾧ τὰ ἀποκείμενα. Leg. hæres. 29, n. 3; hær. 42, p. 332, D. — II. ᾧ ἀπόκεινται; in Justini dialogo p. 349, l. I. Vetus interpres epistolæ interpolatæ Ignatii ad Philadelphenos cap. 9, in codice Petaviano, *Donec veniat cui reposita sunt*, atque ita apud S. Leonem serm. 5 in Epiphania; at serm. 3 in eadem solemnitate, *cui repositum est*. — III. Ὃ ἀπόκειται apud Ignatium interpolatum loco citato, ex ms. Joliano; Justinum p. 73 et 89, in exemplari; Origenem ad Matth. XIV, 5; Epiphanium hæresi 66, n. 74; Gregorium Nyssenum in libro *Testimoniorum*, tom. II, edit. Paris., ann. 1638, p. 154; Theodoritum ad hunc Genes. locum, in ms. teste Nobilio; Hesychium presbyterum Hierosolymæ serm. 1, *De Deipara*, sub finem; Cedrenum edit. Basil. p. 151, l. XII; et Gregentium f. 15, p. 2. — IV. Si ad verbum et non potius ex sensu citatur, οὗ ἐστι; infra *Clementinorum* lib. III, cap. 49. Denique simili modo, ὃς ἔστιν; aut ὃ ἐστι; in *Disputatione Archelai adversus Manichæum*, quam ad calcem Socratis et Sozomeni edendam curavit clarissimus Valesius, p. 202, col. 2: *Ait enim, intellige: Non deficiet princeps de Juda, neque dux de femore ejus, usquequo veniat qui est, et ipse erit expectatio gentium.* Id.

(52) *Ἐφυλάσσετο τὰ γένη.* Josephus de vita sua, ipso statim libri exordio, et I *adversus Apionem*, paulo post initium: Africanus apud Eusebium, *Hist. eccl.*, lib. I, cap. 7. Cot.



Digitized by Google

[86] I. Ignat. interpol. ad Philad. 9. [87] I. Ignat. interpol. ad Magnes. 11, ad Trall. 9, et 10, ad Smyrn. 1, 3. [88] Gen. I, 31. [89] Hebr. XIII, 4. [90] I Tim. II, 5.

## VARIORUM NOTÆ.

tur progenies, qui erat exspectatio gentium, Jesus Christus, qui ex Juda originem duxit, filius et germine, flos ex Jesse [91] : « Cujus principatus super humerum [92]. »

## CAPUT XII.

*Contra eos qui Christianæ religioni cum assentiantur, volunt tamen Judaicos ritus observare.*

Verum quia tunc ea hæresis ad fraudem validior visa est, et universa Ecclesia periclitabatur; congregati Hierosolymis nos duodecim (nam loco Proditoris Matthias electus fuit, ut nobiscum esset apostolus, accepta sorte Judæ [93]; sicut dixit Scriptura : « Episcopatum ejus accipiat alter [94]), » dispiciebamus una cum Jacobo fratre Domini, quid fieri oporteret : placuitque illi ac presbyteris, ut de sermonibus doctrinæ allocutio haberetur ad populum. Etenim quidam ex Judæa Antiochiam degressi, docebant fratres ibi consistentes, his verbis : « Nisi circumcidamini ritu Mosaico, et in aliis ritibus quos idem constituit incedatis, non potestis salvi fieri [95]. » Orta igitur contentione et quæstione non parva, Antiochenses fratres certiores facti quod omnes ea de re disquisituri conveneramus, miserunt nobis viros fideles ac Scripturarum peritos, ut de hac quæstione edocerentur : at illi Hierosolymam advenientes, nuntiaverunt nobis ea quæ in Ecclesia quoque Antiochena disputabantur, scilicet, quod quidam dicerent, oportere circumcidi, et reliquas cæremonias ac sanctimonias legis observare. Cumque aliud alii proferrent, ego Petrus surgens dixi ad eos : « Viri fratres, vos scitis, quoniam ab antiquis diebus, Deus in vobis elegit, per os meum audire gentes verbum Evangelii, et credere [96]; et qui novit corda Deus, testimonium perhibuit ipsis. » Cornelio enim [97], qui erat Romani imperii Centurio, Angelus Domini apparuit; et de me dixit ei, ut arcesseret me, et ex ore meo audiret verbum vitæ. Ille vero accersivit me a Joppe in Cæsaream Stratonis. Cum autem ad eum essem perventurus, volui cibum capere; quem dum pararent, eram in cœnaculo orans; et video cœlum apertum; atque quatuor initiis illigatum vas quoddam, velut linteum splendidum, in terram demitti, in quo erant omnia quadrupedia, et terræ reptilia, et volatilia cœli. Exstititque vox e cœlo ad me dicens : « Surge, Petre, occide, et manduca [98]. » Ego autem respondi : « Nequaquam, Domine; quia nunquam manducavi quidquam commune et immundum. » Tum vox secundo edita est, dicens : « Quæ Deus purificavit, tu communia ne putato [99]. » Hoc autem factum est ter : et receptum est vas in cœlum.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΒ'.

*Πρὸς τοὺς ὁμολογοῦντας* (53), *Ἰουδαΐζειν δὲ θέλοντας.*

Ἀλλ' ἐπεὶ τότε αὕτη ἡ αἵρεσις ἰσχυροτέρα πρὸς πλάνην ἔδοξεν εἶναι, καὶ τῆς Ἐκκλησίας ὅλης κινδυνευούσης, ἡμεῖς οἱ δώδεκα, συνελθόντες εἰς Ἱερουσαλὴμ (ἀντὶ γὰρ τοῦ προδότου Ματθίας σὺν ἡμῖν κατεψηφίσθη ἀπόστολος εἶναι, λαβὼν τὸ κλῆρον Ἰούδα, ὡς εἴρηται· « Τὴν ἐπισκοπὴν αὐτοῦ λάβοι ἕτερος »), ἐπεσκεπτόμεθα ἅμα Ἰακώβῳ τῷ τοῦ Κυρίου ἀδελφῷ, τί γένηται· καὶ ἔδοξεν αὐτῷ τε καὶ τοῖς πρεσβυτέροις, λόγους διδασκαλίας προσλαλῆσαι τῷ λαῷ. Καὶ γὰρ καί τινες κατελθόντες ἀπὸ τῆς Ἰουδαίας εἰς Ἀντιόχειαν ἐδίδασκον τοὺς ἐκεῖ ἀδελφούς, λέγοντες· ὅτι « Ἐὰν μὴ περιτμηθῆτε τῷ ἔθει Μωϋσέως, καὶ τοῖς ἄλλοις ἔθεσιν (54) οἷς διετάξατο περιπατῆτε, οὐ δύνασθε σωθῆναι. » Γενομένης οὖν στάσεως καὶ ζητήσεως οὐκ ὀλίγης, οἱ ἐν Ἀντιοχείᾳ ἀδελφοί, γνόντες ὅτι συνεληλύθαμεν πάντες περὶ τούτου ζητήσαντες (55), ἐξαπέστειλαν πρὸς ἡμᾶς ἄνδρας πιστοὺς καὶ τῶν Γραφῶν εἰδήμονας, μαθεῖν περὶ τοῦ ζητήματος τούτου· οἱ δὲ, παραγενόμενοι εἰς Ἱερουσαλὴμ, ἀνήγγειλαν ἡμῖν τὰ ζητηθέντα καὶ ἐν τῇ Ἀντιοχέων Ἐκκλησίᾳ, ὡς ὅτι τινὲς ἔλεγον, ὅτι δεῖ περιτέμνεσθαι, καὶ τὰς ἄλλας ἁγνείας παραφυλάττειν. Ἄλλων δὲ ἄλλο τι λεγόντων, ἐγὼ Πέτρος ἀναστὰς εἶπον πρὸς αὐτούς· « Ἄνδρες ἀδελφοί, ὑμεῖς ἐπίστασθε, ὅτι ἀφ' ἡμερῶν ἀρχαίων, ἐν ὑμῖν (56) ἐξελέξατο ὁ Θεὸς, διὰ τοῦ στόματός μου ἀκοῦσαι τὰ ἔθνη τὸν λόγον τοῦ Εὐαγγελίου, καὶ πιστεῦσαι· καὶ ὁ καρδιογνώστης Θεὸς ἐμαρτύρησεν αὐτοῖς. » Κορνηλίῳ γάρ ποτε ἑκατοντάρχῃ Ῥωμαϊκῆς ἀρχῆς ὤφθη ἄγγελος Κυρίου, καὶ περὶ ἐμοῦ εἶπεν αὐτῷ, ὅπως μεταστείληταί με, καὶ ἀκούσῃ ῥῆμα ζωῆς ἐκ τοῦ στόματός μου. Ὁ δὲ, μετεπέμψατό με ἀπὸ Ἰόππης εἰς Καισάρειαν τὴν Στράτωνος. Ὁπότε δὲ ἔμελλον πρὸς αὐτὸν ἐκπορεύεσθαι, ἐβουλήθην τροφῆς μεταλαβεῖν· καὶ παρασκευαζόντων, ἦμην ἐν τῷ ὑπερῴῳ προσευχόμενος· καὶ θεωρῶ τὸν οὐρανὸν ἀνεῳγότα, καὶ τέσσαρσιν ἀρχαῖς δεδεμένον σκεῦός τι, ὡς ὀθόνην λαμπρὰν, καὶ καθιέμενον ἐπὶ τῆς γῆς, ἐν ᾧ ὑπῆρχε πάντα τὰ τετράποδα, καὶ ἑρπετὰ τῆς γῆς, καὶ τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ. Καὶ ἐγένετο φωνὴ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ πρός με λέγουσα· « Ἀναστὰς, Πέτρε, θῦσον, καὶ φάγε. » Κἀγὼ εἶπον· « Μηδαμῶς, Κύριε, ὅτι οὐδέποτε ἔφαγον πᾶν κοινὸν καὶ ἀκάθαρτον. » Καὶ ἐγένετο φωνὴ (57) ἐκ δευτέρου, λέγουσα· « Ἃ ὁ Θεὸς ἐκαθάρισε, σὺ μὴ

[91] Gen. XLIX, 10; 9, in LXX; Isa. XI, 1. [92] Isa. IX, 6. [93] Act. I. [94] Psal. CVIII, 1. [95] Act. XV, 5. [96] Ibid. 7. [97] Act. X. [98] Ibid. 13. [99] Ibid. 15.

## VARIORUM NOTÆ.

(53) *Πρὸς τούς*, etc. Deest inscriptio in cod. Vindob. CLER.

(54) *Ἔθεσιν*. Ἅπασι in cod. Vind. CLER.

(55) *Ζητήσαντες*. Vir doctus Joannes Dallæus, ζητήσοντες. COT.

(56) *Ἐν ὑμῖν*. Ita Alexandrinus codex omnium veterrimus. Ita Irenæus lib. III, cap. 12. Sic etiam Chrysostomus : ex quo corrigendæ editiones Œcumenii et Theophylacti. Ib.

(57) *Φωνή*, etc. In altero cod. est, πάλιν φωνὴ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ. CLER.

Digitized by Google

κοίνου. » Τοῦτο δὲ ἐγένετο ἐπὶ τρίς· καὶ ἀνελήφθη τὸ σκεῦος εἰς τὸν οὐρανόν. Ὡς δὲ διηπόρουν, τί ἂν εἴη τὸ ὅραμα, εἶπέ μοι τὸ Πνεῦμα· « Ἰδοὺ ἄνδρες ζητοῦσί σε· ἀλλὰ ἀναστὰς πορεύθητι σὺν αὐτοῖς, μηδὲν διακρινόμενος, διότι ἐγὼ ἀπέστειλα αὐτούς. » Οὗτοι δὲ ἦσαν οἱ παρὰ τοῦ ἑκατοντάρχου. Καὶ οὕτως ἀναλογισάμενος, ἔγνων τὸ ῥῆμα Κυρίου (58) τὸ γεγραμμένον, ὅτι « Πᾶς ὃς ἂν ἐπικαλέσηται τὸ ὄνομα Κυρίου, σωθήσεται· » καὶ πάλιν· « Μνησθήσεται, καὶ ἐπιστραφήσεται πρὸς Κύριον πάντα τὰ πέρατα τῆς γῆς, καὶ προσκυνήσουσιν ἐνώπιον αὐτοῦ πᾶσαι αἱ πατριαὶ τῶν ἐθνῶν· ὅτι τοῦ Κυρίου ἡ βασιλεία, καὶ αὐτὸς δεσπόζει τῶν ἐθνῶν. » Καὶ ὡς πανταχοῦ περὶ τῆς κλήσεως τῶν ἐθνῶν εἴρηται, ἐννοήσας, ἀναστὰς ἐπορεύθην σὺν αὐτοῖς, καὶ εἰσῆλθον εἰς τὸν οἶκον τοῦ ἀνδρός· καὶ ἔτι μου διαγγέλλοντος τὸν λόγον, ἔπεσε τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐπ' αὐτὸν καὶ ἐπὶ τοὺς παρόντας σὺν αὐτῷ, καθὼς καὶ ἐφ' ἡμᾶς ἐν ἀρχῇ, καὶ οὐδὲν διέκρινε μεταξὺ ἡμῶν τε καὶ αὐτῶν, τῇ πίστει καθαρίσας (59) τὰς καρδίας αὐτῶν. Καὶ ἔγνων ἐγὼ ὅτι οὐκ ἔστι προσωπολήπτης ὁ Θεὸς, ἀλλ' ἐν παντὶ ἔθνει ὁ φοβούμενος αὐτὸν καὶ ἐργαζόμενος δικαιοσύνην, δεκτὸς αὐτῷ ἔσται (60)· ἐξέστησαν δὲ ἐπὶ τούτῳ καὶ οἱ ἐκ περιτομῆς πιστοί. Νῦν οὖν τί πειράζετε τὸν Θεὸν, ἐπιθεῖναι ζυγὸν βαρὺν ἐπὶ τὸν τράχηλον τῶν μαθητῶν, ὃν οὔτε ἡμεῖς, οὔτε οἱ πατέρες ἡμῶν ἰσχύσαμεν βαστάσαι; ἀλλὰ διὰ τῆς χάριτος τοῦ Κυρίου πιστεύομεν σωθῆναι, καθ' ὃν τρόπον κἀκεῖνοι· ἔλυσε γὰρ ἡμᾶς ὁ Κύριος ἐκ τῶν δεσμῶν, καὶ ἠλάφρυνε τὸ φορτίον ἡμῶν, καὶ τὸν ζυγὸν τοῦ βάρους πραότητι ἔλυσεν ἀφ' ἡμῶν. » Ταῦτα δέ μου εἰπόντος, ἐσίγησεν ἅπαν τὸ πλῆθος· ἀπεκρίθη δὲ Ἰάκωβος ὁ τοῦ Κυρίου ἀδελφὸς, λέγων· « Ἄνδρες ἀδελφοὶ, ἀκούσατε. Συμεὼν ἐξηγήσατο, καθὼς πρῶτον ὁ Θεὸς ἐπεσκέψατο λαβεῖν ἐξ ἐθνῶν λαὸν τῷ ὀνόματι αὐτοῦ (61)· καὶ τούτῳ συμφωνοῦσιν οἱ λόγοι τῶν προφητῶν, καθὼς γέγραπται·—Μετὰ ταῦτα ἀναστρέψω, καὶ ἀνοικοδομήσω τὴν σκηνὴν Δαβὶδ τὴν πεπτωκυῖαν, καὶ τὰ κατεσκαμμένα αὐτῆς ἀνοικοδομήσω, καὶ ἀνορθώσω αὐτὴν, ὅπως ἂν ἐκζητήσωσιν οἱ κατάλοιποι τῶν ἀνθρώπων τὸν Κύριον, καὶ πάντα τὰ ἔθνη, ἐφ' οὓς ἐπικέκληται τὸ ὄνομά μου ἐπ' αὐτοὺς, λέγει Κύριος ὁ ποιῶν ταῦτα.—Γνωστὰ ἀπ' αἰῶνός ἐστι τῷ Θεῷ πάντα τὰ ἔργα αὐτοῦ. Διὸ ἐγὼ ἔκρινα (62) μὴ παρενοχλεῖν τοῖς ἀπὸ τῶν ἐθνῶν ἐπιστρέφουσιν ἐπὶ τὸν Θεόν· ἀλλ' (63) ἐπιστεῖλαι αὐτοῖς τοῦ ἀπέχεσθαι ἀπὸ τῶν ἀλισγημάτων τῶν ἐθνῶν εἰδωλοθύτου, καὶ αἵματος, καὶ πνικτοῦ, καὶ πορνείας· » ἅπερ καὶ τοῖς πάλαι

A Dumque hæsitarem, quid sibi vellet illud visum, dixit mihi Spiritus : « Ecce viri quærunt te. Surge itaque et vade cum eis, nihil dubitans; quia ego misi illos [100]. » Ii autem erant illi qui a centurione veniebant. Atque ita mecum reputans, intellexi verbum Domini quod scriptum est : « Omnis qui invocaverit nomen Domini, salvus erit [1]; » et iterum : « Reminiscentur, et convertentur ad Dominum omnes fines terræ, et adorabunt in conspectu ejus universæ familiæ gentium; quoniam Domini est regnum et ipse dominabitur gentibus [2]. » Et cogitans, ubique de vocatione gentium mentionem fieri, surrexi, ac ivi cum eis; et intravi in domum viri [3]; cumque adhuc verbum annuntiarem, cecidit Spiritus sanctus in eum atque in illos qui cum eo

B aderant, quemadmodum in nos initio [4]; nihilque discrevit inter nos ac illos, fide purificans corda illorum [5]. Et ego agnovi quod Deus non est acceptor personarum [6]; sed in omni gente, qui timet eum, ac operatur justitiam, acceptus erit illi : et de hoc obstupuerunt etiam qui ex circumcisione fideles [7]. Nunc ergo quid tentatis Deum, imponere jugum grave super cervices discipulorum, quod neque nos neque patres nostri portare potuimus? sed per gratiam Domini credimus salvari, sicut et illi [8] : solvit enim nos Dominus ex vinculis, et onus nostrum leve effecit, et jugum gravitatis ac molestiæ dissolvit a nobis lenitate sua. » Hæc me dicente, universa multitudo silentium tenuit. Atque Jaco-

C bus frater Domini respondit, dicens : « Viri fratres, audite me. Simon narravit, quemadmodum primum Deus visitavit sumere ex gentibus populum nomini suo : et huic concordant verba prophetarum; sicut scriptum est [9] : — Post hæc revertar, et reædificabo tabernaculum Davidis, quod decidit, et diruta ejus reædificabo, et erigam illud; ut requirant cæteri hominum Dominum; et omnes gentes, super quas invocatum est nomen meum, dicit Dominus, faciens hæc. — Nota a sæculo sunt Domino omnia opera sua. Propter quod ego judicavi, non inquietandos eos qui ex gentibus convertuntur ad Deum; sed scribendum ad eos, ut abstineant se a contaminationibus gentilis idolothyti, et sanguine, et suffocatis, et fornicatione [10];» quæ etiam anti-

D quis illis, qui ante legem secundum naturam vivebant, sancita fuerant, Enoso, Henocho, Noæ, Melchisedeco, Jobo, et si quis hujusmodi fuit. Tunc placuit nobis apostolis, et episcopo Jacobo, et se-

[100] Ibid. 17. [1] Joel. II. 32. [2] Psal. XXI, 28. [3] Act. XI, 12. [4] Act. XI, 15. [5] Act. XV, 9. [6] Act. X, 34. [7] Ibid. 45. [8] Act. XV, 10. [9] Amos. IX, 11. [10] Act. XV, 13.

## VARIORUM NOTÆ.

(58) *Κυρίου.* Τοῦ Κυρίου. CLER.

(59) *Καθαρίσας.* Alter cod., καθαρίσαν, ut referatur ad πνεῦμα. ID.

(60) *Ἔσται.* In altero cod. ἐστί. ID.

(61) *Λαὸν τῷ ὀνόματι αὐτοῦ.* Lectio quorumdam interpretum, quorumdam mss., quarumdam editionum, nonnullorum Patrum, in his B. Chrysostomi, eoque forsan Œcumenio reddenda; Theophylacto autem non forsan, sed omnino, quod ex ipsius expositione manifestum fit. Alias hujus capitis variantes Scripturas similiter nota : neque enim exemplis carent. COT.

(62) *Ἔκρινα.* In altero cod. κρίνω. CL.

(63) *Ἀλλ'.* In eodem ἀλλ' ἤ, *nisi.* ID.

Digitized by Google

nioribus cum omni Ecclesia, eligere viros ex nobis, et mittere cum Barnaba, et cum Paulo gentium apostolo ac Tarsensi, Judam qui vocatur Barsabbas, et Silam, viros primarios in fratribus, atque scribere per manus eorum hæc : « Apostoli et seniores, et fratres, his qui sunt Antiochiæ et Syriæ et Ciliciæ fratribus ex gentibus, salutem. Quoniam audivimus quod quidam ex nobis turbaverunt vos verbis, evertentes animas vestras; quibus non mandavimus ; placuit collectis in unum, eligere viros, et mittere ad vos cum charissimis nostris Barnaba et Paulo, hominibus qui tradiderunt animas suas pro Domino nostro Jesu Christo, per quos scripsistis. Misimus autem cum ipsis Judam et Silam, qui et ipsi verbis referent eadem. Visum est enim Spiritui sancto et nobis, nihil ultra imponere vobis oneris, quam hæc necessaria; ut abstineatis vos ab immolatis simulacrorum, et sanguine, et suffocato, et fornicatione; a quibus custodientes vos, bene agetis. Valete [11].» Hanc igitur epistolam misimus ; ipsi autem sat multis diebus remansimus Hierosolymis, una conquirentes quæ ad communem utilitatem et ad censuram pertinerent.

A νενομοθέτητο (64) τοῖς πρὸ τοῦ νόμου φυσικοῖς, Ἐνὼς, Ἐνὼχ, Νῶε, Μελχισεδὲκ, Ἰὼβ, καὶ εἴ τις τοιοῦτος ἐγεγόνει· τότε ἔδοξεν ἡμῖν (65) τοῖς ἀποστόλοις, καὶ τῷ ἐπισκόπῳ Ἰακώβῳ, καὶ τοῖς πρεσβυτέροις σὺν ὅλῃ τῇ Ἐκκλησίᾳ, ἐκλεξαμένους ἄνδρας ἐξ ἡμῶν (66) αὐτῶν πέμψαι σὺν τοῖς περὶ Βαρνάβαν, καὶ Παῦλον, τὸν τῶν ἐθνῶν ἀπόστολον, τὸν Ταρσέα, καὶ Ἰούδαν τὸν καλούμενον Βαρσαββᾶν, καὶ Σίλαν, ἄνδρας ἡγουμένους ἐν τοῖς ἀδελφοῖς, γράψαντες διὰ χειρὸς αὐτῶν τάδε· « Οἱ ἀπόστολοι καὶ οἱ πρεσβύτεροι καὶ οἱ ἀδελφοὶ, τοῖς κατὰ τὴν Ἀντιόχειαν καὶ Συρίαν καὶ Κιλικίαν ἀδελφοῖς τοῖς ἐξ ἐθνῶν, χαίρειν. Ἐπειδὴ ἠκούσαμεν ὅτι τινὲς ἐξ ἡμῶν ἐτάραξαν ὑμᾶς λόγοις, ἀνασκευάζοντες τὰς ψυχὰς ὑμῶν, οἷς οὐ διεστειλάμεθα· ἔδοξεν (67) γενομένοις ὁμοθυμαδὸν, ἐκλεξαμένους ἄνδρας ἐκπέμψαι B πρὸς ὑμᾶς, σὺν τοῖς ἀγαπητοῖς ἡμῶν Βαρνάβᾳ καὶ Παύλῳ, ἀνθρώποις παραδεδωκόσι τὰς ψυχὰς αὐτῶν ὑπὲρ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, δι' ὧν ἐπεστείλατε. Ἀπεστάλκαμεν δὲ μετ' αὐτῶν Ἰούδαν καὶ Σίλαν, καὶ αὐτοὺς διὰ λόγου ἀπαγγέλλοντας τὰ αὐτά. Ἔδοξε γὰρ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι καὶ ἡμῖν, μηθὲν πλέον ἐπιτίθεσθαι ὑμῖν βάρος, πλὴν τούτων τῶν ἐπ' ἀνάγκαις, ἀπέχεσθαι εἰδωλοθύτων, καὶ αἵματος, καὶ πνικτοῦ, καὶ πορνείας. Ἐξ ὧν διατηροῦντες ἑαυτοὺς, εὖ πράξετε. Ἔρρωσθε. » Τὴν μὲν οὖν ἐπιστολὴν ἐξαπεστείλαμεν· αὐτοὶ δὲ ἐν ἱκαναῖς ἡμέραις ἐν Ἱεροσολύμοις ἐπεμείναμεν ἅμα συζητοῦντες πρὸς τὸ κοινωφελὲς εἰς διόρθωσιν.

## CAPUT XIII.

*Quomodo oporteat separari ab hæreticis.*

Post vero satis longum tempus, visitavimus fratres, et confirmavimus eos verbo pietatis, et hortati sumus ut hæreticos fugerent, qui in nomine Christi ac Mosis, cum Christo ac Mose bellant, et in ovium pelle lupum occulunt. [12] Hi namque sunt pseudochristi, et pseudoprophetæ, et pseudoapostoli, fallaces et corruptores ; vulpium partes, et vinearum humiliorum vastatores [13] ; per quos « refrigescet charitas multorum; qui autem perseveraverit usque in finem » indeflexus [14], « hic salvus erit [15].» De iisdem Dominus nos cautos reddens, ista denuntiavit : « Venient ad vos viri in vestimentis ovium; intrinsecus autem sunt lupi rapaces : a fructibus eorum cognoscetis eos : attendite

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΓ'.

*Ὅπως χρὴ χωρίζεσθαι τῶν αἱρετικῶν.*

Μετὰ δὲ χρόνον ἱκανὸν ἐπισκεψάμενοι τοὺς ἀδελφοὺς, καὶ στηρίξαντες αὐτοὺς τῷ λόγῳ τῆς εὐσεβείας, καὶ παρεγγυησάμενοι φεύγειν αὐτοὺς, οἳ ἐπ' ὀνόματι Χριστοῦ καὶ Μωσέως, πολεμοῦσι Χριστῷ καὶ Μωσεῖ, καὶ ἐν δορᾷ προβάτων τὸν λύκον καταχρίπτουσιν. Οὗτοι γάρ εἰσι ψευδόχριστοι, καὶ ψευδοπροφῆται, καὶ ψευδαπόστολοι, πλάνοι καὶ φθορεῖς, ἀλωπέκων μερίδες καὶ χαμαιζήλων ἀμπελώνων ἀφανισταί· δι' οὓς « ψυχθήσεται ἡ τῶν πολλῶν ἀγάπη· ὁ δὲ ὑπομείνας εἰς τέλος ἀδιάστροφος, οὗτος σωθήσεται· » περὶ ὧν ἀσφαλιζόμενος ἡμᾶς ὁ Κύριος, παρήγγειλεν· « Ἐλεύσονται, » λέγων, « πρὸς ὑμᾶς ἄνθρωποι ἐν ἐνδύμασι προβάτων· ἔσωθεν δέ εἰσι λύκοι ἅρπαγες· ἀπὸ τῶν καρπῶν αὐτῶν ἐπιγνώσεσθε

[11] Act. xv, 23. [12] Ignat. interpol. ad Trall. 6. [13] Psal. lxii, 11; Cant. ii, 15. [14] I. Ignat. interpol. ad Philad. 3. [15] Matth. xxiv, 12.

## VARIORUM NOTÆ.

(64) Ἅπερ καὶ τοῖς πάλαι νενομοθέτητο. Ut homines sanctos qui ante Moysen vixerunt, nemo dixerit comedisse idolothyta, aut fuisse fornicatores; ita non abhorret a vero, eosdem abstinuisse sanguine et suffocato. Siquidem ante diluvium vescendæ carnis copiam non esse factam docetur a Tertulliano iv *De jejuniis ;* Origene ad *Genes.* i, 29; Basilio, orat. 1 *De jejunio;* Chrysostomo, homil. 27, *in Genesim;* Hieronymo *adversus Jovinianum* lib. i, cap. 10; lib. ii, cap. 10; Theodoro ac Theodorito in hujus *Quæstionibus in Genesim*, num. 39, 51, 55. Et post diluvium audierunt Noe ac filii ejus a Deo : *Carnem cum sanguine non comedetis.* In interdictione autem sanguinis continetur interdictum suffocati, juxta illud Chrysostomi loco laudato : Τί ἐστι κρέας ἐν αἵματι ψυχῆς; τουτέστι, πνικτόν· τοῦ γὰρ ἀλόγου ἡ ψυχὴ τὸ αἷμα τυγχάνει. Tertullianus *Apologetici* cap. 9 : *Propterea quoque suffocatis, et morticinis abstinemus, ut quo sanguine contaminemur, vel intra viscera sepulto.* Consulantur quæ inferius in *Recognit.* i, 30. Cot.

(65) Ἡμῖν. Deest in altero. Cler.

(66) Ἡμῶν. Deest etiam in eodem. Id.

(67) Ἔδοξεν. Addit alter cod. ἡμῖν. Id.

Digitized by Google

αὐτούς. Προσέχετε ἀπ' αὐτῶν. Ἀναστήσονται γὰρ ψευδόχριστοι καὶ ψευδοπροφῆται, καὶ πλανήσουσι πολλούς. »

A ab eis [16]. Exsurgent enim pseudochristi, et pseudoprophetæ, et seducent multos [17]. »

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΔ'.

*Τίνες οἱ κηρύξαντες τὴν καθολικὴν διδασκαλίαν, καὶ τίνα τὰ δι' αὐτῶν παραγγέλματα.*

Δι' οὓς καὶ ἡμεῖς νῦν ἐπὶ τὸ αὐτὸ γενόμενοι, Πέτρος καὶ Ἀνδρέας, Ἰάκωβος καὶ Ἰωάννης υἱοὶ Ζεβεδαίου, Φίλιππος καὶ Βαρθολομαῖος, Θωμᾶς καὶ Ματθαῖος, Ἰάκωβος Ἀλφαίου καὶ Λεββαῖος ὁ ἐπικληθεὶς Θαδδαῖος, καὶ Σίμων ὁ Κανανίτης, καὶ Ματθίας ὁ ἀντὶ Ἰούδα καταψηφισθεὶς ἡμῖν [18]· Ἰάκωβός τε ὁ τοῦ Κυρίου ἀδελφὸς καὶ Ἱεροσολύμων ἐπίσκοπος, καὶ Παῦλος ὁ τῶν ἐθνῶν διδάσκαλος, τὸ σκεῦος τῆς ἐκλογῆς, ἅμα πάντες καὶ ἐπὶ τὸ αὐτὸ γενόμενοι, ἐγράψαμεν ὑμῖν τὴν καθολικὴν ταύτην διδασκαλίαν, B εἰς ἐπιστηριγμὸν ὑμῶν, τῶν τὴν καθόλου ἐπισκοπὴν (68) πεπιστευμένων· ἐν ᾗ δηλοῦμεν ὑμῖν, Θεὸν παντοκράτορα ἕνα μόνον ὑπάρχειν, παρ' ὃν ἄλλος οὐκ ἔστι· καὶ αὐτὸν μόνον σέβειν καὶ προσκυνεῖν, διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ (69) Κυρίου ἡμῶν, ἐν τῷ παναγίῳ Πνεύματι· καὶ ταῖς ἱεραῖς Γραφαῖς χρῆσθαι, νόμῳ καὶ προφήταις· γονεῖς τιμᾶν· ἅπασαν ἔκθεσμον πρᾶξιν φεύγειν· ἀνάστασιν πιστεύειν, καὶ κρίσιν· καὶ ἀνταπόδοσιν προσδοκᾶν· καὶ τοῖς κτίσμασιν αὐτοῦ πᾶσιν εὐχαρίστως προσέρχεσθαι, ὡς Θεοῦ ἔργοις, καὶ μηδὲν ἐν ἑαυτοῖς ἔχουσι φαῦλον· καὶ γαμεῖν νομίμως, ἀμεμπτος γὰρ ὁ τοιοῦτος γάμος· ὅτι καὶ « παρὰ Κυρίου ἁρμόζεται γυνὴ ἀνδρί· » καὶ ὁ Κύριος λέγει· « Ὁ ποιήσας ἀπ' ἀρχῆς, ἄρσεν καὶ θῆλυ C ἐποίησεν αὐτούς, καὶ εἶπεν· Ἕνεκεν τούτου καταλείψει ἄνθρωπος τὸν πατέρα αὐτοῦ καὶ τὴν μητέρα, καὶ προσκολληθήσεται τῇ γυναικὶ αὐτοῦ, καὶ ἔσονται οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν. » Μήτε μὴν μετὰ γάμον ἐκβάλλειν ἀκατάγνωστον ἐξέστω. « Φύλαξῃ γάρ, φησί, τῷ πνεύματί σου· καὶ γυναῖκα νεότητός σου μὴ ἐγκαταλίπῃς· ὅτι αὐτὴ κοινωνὸς (70) βίου σου, καὶ ὑπόλειμμα [23] πνεύματός σου· καὶ ἐγὼ ἐποίησα, καὶ οὐκ ἄλλος. » Φάσκει γὰρ ὁ Κύριος, ὅτι, « Ἃ ὁ Θεὸς ἔζευξεν (71), ἄνθρωπος μὴ χωριζέτω. » Ἡ γὰρ γυνὴ κοινωνός ἐστι βίου, ἑνουμένη εἰς ἓν σῶμα ἐκ δύο παρὰ (72) Θεοῦ· ὁ δὲ τὸ ἓν ἀνάπαλιν διαιρῶν εἰς δύο, ἐχθρὸς δημιουργίας Θεοῦ, καὶ προνοίας τῆς ἐκείνου ἀντίπαλος. Ὡσαύτως ὁ κατέχων τὴν παραφθαρεῖσαν (73), φύσεως Θεσμοῦ παράνομος (74)· ἐπείπερ « ὁ κατέχων μοι- D

## CAPUT XIV.

*Qui prædicarint catholicam doctrinam, et quæ sint illorum præcepta.*

Propter quos, nunc in unum congregati nos, Petrus et Andreas, Jacobus et Joannes filii Zebedæi, Philippus et Bartholomæus, Thomas et Matthæus, Jacobus Alphæi et Lebbæus cognomento Thaddæus, ac Simon Chananæus [18] et Matthias loco Judæ annumeratus nobiscum [19]; item Jacobus frater Domini, episcopus Hierosolymitanus, nec non Paulus gentium doctor [20], vas electionis [21], una omnes congregati, hanc catholicam doctrinam scripsimus vobis, ad confirmandos et corroborandos vos, quibus universalis episcopatus creditus est: in qua significamus vobis, Deum omnipotentem unum duntaxat existere, præter quem non sit alius; hunc solum colendum ac adorandum, per Jesum Christum Dominum nostrum, in sanctissimo Spiritu; utendum sacris Scripturis, lege ac prophetis; honorandos parentes; fugiendam omnem actionem iniquam; credendum resurrectionem ac judicium fore; exspectandam retributionem; cum gratiarum actione utendum in cibo cunctis Dei creaturis, utpote a Deo factis, nihilque pravi in se habentibus; matrimonium legitime contrahendum; tale enim culpa vacat; quia et « a Domino aptatur uxor viro [22]; » et Dominus ait: « Qui fecit ab initio, masculum et feminam fecit eos, et dixit: Propter hoc relinquet homo patrem suum ac matrem, et adhærebit uxori suæ; et erunt duo in carne una [23]. » Non ergo, post nuptias liceat ejicere inculpatam. « Custodies enim, inquit, spiritum tuum; et uxorem adolescentiæ tuæ ne derelinquas; quoniam hæc particeps tuæ vitæ, et reliquiæ spiritus tui; et ego feci, et non alius [24]. » Nam Dominus dicit: « Quæ Deus junxit, homo non separet [25]. » Uxor quippe, consors est vitæ, ex duobus in unum corpus a Deo adunata: qui autem unum rursus in duo dirimit, hostis est creationis Dei, et divinæ providentiæ adversarius. Similiter qui corruptam retinet, naturæ legem violat; quandoquidem « qui retinet adulteram, stultus est et impius [26]. Abscinde

[16] Matth. VII, 15. [17] Matth. XXIV, 24. [18] Matth. X, 2. [19] Act. I, 26. [19*] al. σὺν ἡμῖν. [20] I Tim. II, 7. [21] Act. IX, 15. [22] Prov. XIX, 14. [23] Matth. XIX, 4. [23*] al. λῆμμα pro λεῖμμα. [24] Mal. II, 15, 14. [25] Matth. XIX. 6. [26] Prov. XVIII, 22.

## VARIORUM NOTÆ.

(68) *Τὴν καθόλου ἐπισκοπήν.* In liturgiis, etiam Clementis infra, *πάσης ἐπισκοπῆς*. *Quia episcopatus unus est atque indivisus, episcoporum multorum concordi numerositate diffusus et unum per diversos antistites sacerdotium.* CLER.

(69) *Διὰ τοῦ*, etc. Sic loqui solebant Ariani, cum dicerent se adorare Patrem, per Filium et Spiritum sanctum, ut veluti innuerent non eodem cultu cum Patre coli Filium et Sp. S. Ideoque, ut hoc librarius emendaret, scripsit in altero cod. Vind.: Καὶ τὸν Κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν καὶ τὸ πανάγιον Πνεῦμα. Vereor ne orthodoxi, studio orthodoxiæ, in antiquissimis Patribus multa emendaverint. CLER.

(70) *Ὅτι αὐτὴ κοινωνός.* Hæc et seqq. usque ad *ἄλλος* desunt in altero cod. Vind. ID.

(71) *Ἔζευξεν.* Συνέζευξεν, in altero cod. ID.

(72) *Παρά.* Ὑπό, melius, ut videtur, in altero cod. ID.

(73) *Παραφθαρεῖσαν.* Alter codex μοιχαλίδα. ID.

(74) *Φύσεως θεσμοῦ παράνομος.* Subjicitur ratio; quod adultera sit etiam insidiatrix, et ut aiebat ille, venefica. Addo ex Isidoro Pelusiota epist. 76, lib. III: Ἡ μοιχεία πάντα τὸν βίον ἀνατρέπει τὸν ἀνθρώπινον. Cætera superius (*Patr. Gr.* t. II) ad Hermæ Mand. IV, cap. 1. COT.

Digitized by Google

enim eam, inquit, a carnibus tuis [27].» Nam adjutrix non est, sed insidiatrix, quæ mentem ad alium declinarit. Significamus etiam carnem non oportere circumcidi, sed fidelibus sufficere circumcisionem cordis in spiritu [28]. «Circumcidimini enim, inquit, Deo vestro, et circumcidite præputium cordis vestri [29].»

## CAPUT XV.

*Quod nec oporteat rebaptizare; nec recipere baptismum ab impiis collatum, qui non est baptismus seu lavatio, sed inquinamentum.*

Itidem contentos esse debere uno baptismo solo, in mortem Domini traditos [30], non illo quem infausti hæretici, sed quem irreprehensi sacerdotes conferunt in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. Neque igitur, ab impiis datus, vobis probetur; neque a sanctis concessus, per secundum baptismum infirmetur. Sicut enim unus Deus est [31], unus Christus, et unus Paracletus, una quoque mors Domini in corpore; ita et unum sit baptisma in eam mortem datum. Qui autem ab impiis illis inquinamentum accipiunt, participes eorum damnationis fient. Illi enim non sunt sacerdotes. Dicit quippe Dominus ad eos: «Quoniam et tu scientiam repulisti, repellam et ego te, ne sacerdotio fungaris mihi [32].» Nec vero qui ab iis baptizati sunt, initiati fuerunt, sed sunt inquinati, accipiuntque non remissionem peccatorum, sed vinculum impietatis. Neque hoc solum, verum etiam qui baptismo initiatos secundo nituntur baptizare, iterum Dominum crucifigunt [33], iterum eum interficiunt, divina irridenti, deludunt sancta, contumelia afficiunt Spiritum, sanctum illum sanguinem ut communem inhonestant; impie agunt in eum qui misit, in eum qui passus est, in eum qui testimonium perhibuit. Quinetiam qui propter contemptum noluerit baptizari, tanquam infidelis condemnabitur, et probrum feret tanquam ingratus ac incogitans. Dicit enim Dominus: «Nisi quis baptizatus fuerit ex aqua et Spiritu, non ingredietur in regnum cœlorum [34];» et rursus: «Qui crediderit, et baptizatus fuerit, salvus erit: qui vero non crediderit, condemnabi-

χαλίδα, ἄφρων καὶ ἀσεβής. Ἀπότεμε γὰρ αὐτήν, φησίν, ἀπὸ τῶν (75) σαρκῶν σου.» Οὐ γάρ ἐστι βοηθὸς, ἀλλ' ἐπίβουλος, πρὸς ἄλλον ἀποκλίνασα τὴν διάνοιαν. Μήτε δὲ περιτέμνεσθαι τὴν σάρκα, ἀρκεῖσθαι δὲ πιστοῖς τὴν τῆς καρδίας περιτομὴν ἐν πνεύματι. «Περιτμήθητε γὰρ, φησὶ, τῷ Θεῷ ὑμῶν, καὶ περιτέμνεσθε τὴν ἀκροβυστίαν τῆς καρδίας ὑμῶν.»

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΕ'.

*Ὅτι οὔτε ἀναβαπτίζειν χρὴ, οὔτε μὴν παραδέχεσθαι τὸ παρὰ τῶν ἀσεβῶν βάπτισμα δοθὲν, ὃ οὐκ ἔστι βάπτισμα, ἀλλὰ μόλυσμα.*

Ὁμοίως καὶ βαπτίσματι ἑνὶ ἀρκεῖσθαι μόνῳ, τῷ εἰς τὸν τοῦ Κυρίου θάνατον δεδομένῳ· οὐ τῷ παρὰ τῶν δυσωνύμων αἱρετικῶν, ἀλλὰ τῷ παρὰ τῶν ἀμέμπτων ἱερέων δεδομένῳ εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Μήτε δὲ τὸ παρὰ τῶν ἀσεβῶν, δεκτὸν ὑμῖν ἔστω· μήτε τὸ παρὰ τῶν ὁσίων ἀκυρούσθω διὰ δευτέρου. Ὡς γὰρ εἷς ὁ Θεὸς, εἷς ὁ Χριστὸς, καὶ εἷς ὁ Παράκλητος, εἷς δὲ καὶ ὁ τοῦ Κυρίου ἐν σώματι θάνατος· οὕτως ἓν ἔστω καὶ τὸ εἰς αὐτὸν διδόμενον βάπτισμα. Οἱ δὲ παρὰ ἀσεβῶν δεχόμενοι μόλυσμα, κοινωνοὶ τῆς γνώμης αὐτῶν γενήσονται. Οὐ γάρ εἰσιν ἐκεῖνοι ἱερεῖς (76). Λέγει γὰρ πρὸς αὐτοὺς ὁ Θεός· «Ἐπεὶ καὶ σὺ ἀπώσω γνῶσιν, ἀπώσομαί σε κἀγὼ τοῦ ἱερατεύειν μοι.» Οὔτε μὴν οἱ βαπτισθέντες ὑπ' αὐτῶν, μεμύηνται, ἀλλὰ μεμολυσμένοι ὑπάρχουσιν, οὐκ ἄφεσιν ἁμαρτιῶν λαμβάνοντες, ἀλλὰ δεσμὸν ἀσεβείας Οὐ μὴν δὲ, ἀλλὰ καὶ τοὺς μεμυημένους, ἐκ δευτέρου βαπτίζειν πειρώμενοι, ἀνασταυροῦσι τὸν Κύριον, ἀναιροῦσιν (77) αὐτὸν ἐκ δευτέρου, γελῶσι τὰ θεῖα, μυκτηρίζουσι τὰ ἅγια, ὑβρίζουσι τὸ Πνεῦμα (78), τὸ αἷμα τὸ ἅγιον ὡς κοινὸν ἀτιμάζουσιν, ἀσεβοῦσιν εἰς τὸν ἀποστείλαντα, εἰς τὸν παθόντα, εἰς τὸν μαρτυρήσαντα· ἀλλὰ καὶ ὁ ἐκ καταφρονήσεως (79) μὴ βουλόμενος βαπτισθῆναι, ὡς ἄπιστος κατακριθήσεται, καὶ ὀνειδισθήσεται ὡς ἀχάριστος καὶ ἀγνώμων· λέγει γὰρ ὁ Κύριος· «Ἐὰν μή τις βαπτισθῇ (80) ἐξ ὕδατος καὶ Πνεύματος, οὐ μὴ εἰσέλθῃ εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν.» Καὶ πάλιν· «Ὁ πιστεύσας, καὶ βαπτισθεὶς, σωθήσεται· ὁ δὲ ἀπιστήσας, κατακριθήσεται.» Ὁ δὲ λέγων, ὅτι «Ὅταν τελευτῶ, βαπτίζομαι (81), ἵνα μὴ ἁμαρτήσω, καὶ μ-

[27] Eccli. xxv, 36. [28] Rom. II, 29. [29] Jer. IV, 4. [30] Rom. VI, 4. [31] Ephes. IV, 5. [32] Ose. IV, 6. [33] Hebr. VI, 6. [34] Joan. III, 5.

## VARIORUM NOTÆ.

(75) Ἀπὸ τῶν. Ante hæc habet alter cod. τὴν καρδίαν, *reseca enim eam, quæ est cor* (tuum) *a carnibus tuis.* Nec sane inepte. CL.

(76) Οὐ γάρ εἰσιν ἐκεῖνοι ἱερεῖς. Et can. apost. 47. Basilius, can. 1: Οἱ δὲ ἀποῤῥαγέντες, λαϊκοὶ γενόμενοι, οὔτε τοῦ βαπτίζειν, οὔτε τοῦ χειροτονεῖν εἶχον τὴν ἐξουσίαν, et reliqua, quæ lege, ut et notata hic supra. Prætermitto, ne longior sim, loca multa veterum, in quibus aut generaliter baptismus hæreticorum impugnatur, aut de eo velut de re tantummodo disciplinæ agitur. Pauci quippe ad ima profundæ quæstionis penetrarunt, quod mira solertia fecit B. Augustinus. COT.

(77) Ἀναιροῦσιν. In altero cod. præfigitur καί. CL.

(78) Τὸ Πνεῦμα. In eodem additur τὸ ἅγιον, et postea ἀντὶ τοῦ ἅγιον legitur τίμιον. Quæ lectio præferenda Vulgatæ videtur. ID.

(79) Ὁ ἐκ καταφρονήσεως, etc. In eodem cod. Vind. πληθυντικῶς hæc exprimuntur: Οἱ ἐκ καταφρονήσεως μὴ βουλόμενοι, καὶ τὰ ἑξῆς. ID.

(80) Βαπτισθῇ. Alter cod. γεννηθῇ. ID.

(81) Ὅταν τελευτῶ, βαπτίζομαι. In dilationem tum baptismi, tum pœnitentiæ ad mortem usque, SS. Patres passim inveluntur; cum quibus jungendus Tertullianus *De pœnitentia*, cap. 6, licet libro *De baptismo*, cap. 18, utiliorem esse putet baptismi cunctationem. Hinc clinicos, seu ægros in lecto perfusos baptizatosque, ad sacerdotium et ad clerum non solebant promovere, uti docemur per canonem 12 synodi Neocæsariensis, perque epistolam Cornelii in Eusebio, lib. VI, cap. 43. COT.

Digitized by Google

πάνω τὸ βάπτισμα, » οὗτος ἄγνοιαν ἔχει Θεοῦ, καὶ τῆς ἰδιότητος φύσεως ἐπιλήσμων τυγχάνει. « Μὴ ἀναβάλλου γὰρ ἐπιστρέψαι (82) πρὸς Κύριον· οὐ γὰρ οἶδας τί τέξεται ἡ ἐπιοῦσα. » Βαπτίζετε δὲ ὑμῶν καὶ τὰ νήπια (83), καὶ ἐκτρέφετε αὐτὰ ἐν παιδείᾳ καὶ νουθεσίᾳ Θεοῦ. « Ἄφετε γὰρ, φησὶ, τὰ παιδία ἔρχεσθαι πρός με, καὶ μὴ κωλύετε αὐτά. »

A tur [35]. » Qui autem dicit : Cum moriar, curabo ut baptizer, ne interim peccem, et baptismum contaminem, is Deum ignorat, et naturæ suæ est immemor. « Ne differas enim converti ad Dominum [36], nescis enim quid superventura pariet dies [37]. » Sed et baptizate vestros pueros, atque eos educate in disciplina ac monitis Dei. « Sinite enim, inquit, parvulos venire ad me, et nolite eos prohibere [38]. »

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙϚ'.

*Περὶ τῶν ψευδεπιγράφων βιβλίων.*

Ταῦτα πάντα ἐπεστείλαμεν ὑμῖν, ἵνα εἰδέναι ἔχοιτε τὴν ἡμετέραν γνώμην [39], οἵα (84) τίς ἐστι, [40] καὶ τὰ ἐπ' ὀνόματι ἡμῶν παρὰ τῶν ἀσεβῶν κρατυθέντα (85) βιβλία μὴ παραδέχεσθαι. Οὐ γὰρ τοῖς ὀνόμασι χρὴ ὑμᾶς προσέχειν τῶν ἀποστόλων, ἀλλὰ τῇ φύσει τῶν πραγμάτων, καὶ τῇ γνώμῃ τῇ ἀδιαστρόφῳ· οἴδαμεν γὰρ ὅτι οἱ περὶ Σίμωνα καὶ Κλεόβιον (86), ἰώδη συντάξαντες βιβλία ἐπ' ὀνόματι Χριστοῦ (87) καὶ τῶν

B

## CAPUT XVI.

*De libris falso inscriptis.*

[41] Hæc omnia scripsimus vobis, ut notum haberetis qualis sit nostra sententia, et ne libros qui ab impiis, nominis nostri inscriptione, sunt firmati, reciperetis. [42] Non enim attendere debetis nomina apostolorum; sed naturam rerum, et rectam indeflexamque sententiam. Scimus quippe Simonem et Cleobium venenatos libros nomine Christi ac discipulorum ejus composuisse, atque circumferre, ad deci-

[35] Marc. XVI, 16. [36] Eccli. V, 8. [37] Prov. XXVII, 1. [38] Matth. XIX, 14. [39] al. ὑμετέραν γνῶσιν. [40] Timoth. δρᾶτε. [41] Citat Timoth. presbyt. lib. *De iis qui accedunt ad Ecclesiam.* [42] Citat Nicetas Pectoratus, libro contra Latinos; v. in test. vet.

## VARIORUM NOTÆ.

(82) *Ἐπιστρέψαι.* In eodem præponitur φησί. Citatur Ecclesiasticus, quamvis suppresso nomine et φησὶ refertur ad eum qui verba, quæ leguntur hic, scripsit. Sic sæpe fit apud scriptores ecclesiasticos, ut viri docti notarunt in epistol. Barnabæ. Sic et Latini, *inquit*, non addito nomine inquientis, quod sæpe in Seneca occurrit. CLER.

(83) *Βαπτίζετε δὲ ὑμῶν καὶ τὰ νήπια.* Apostoli et apostolici viri in periculo mortis constitutos infantes baptizabant statim; cæteros tardius aut citius, pro arbitrio parentum, certisque circumstantiis: quo factum ut variæ postea viguerint consuetudines in ætate baptizandorum puerorum. Eas colliges ex Tertulliano, lib. *De baptismo*, cap. antepenult.; Cypriano epist. 59 et Gregorio Nazianzeno orat. 40, p. 658. Sane ab Origene et Augustino baptismus parvulorum apostolica dicitur traditio. COT.

(84) *Οἵα.* Ὁποία, in ms. Vind. CL.

(85) *Κρατυθέντα.* Idem καττυθέντα. ID.

(86) *Οἱ περὶ Σίμωνα καὶ Κλεόβιον. Recognit.*, lib. II, n. 38. Hieronymus in Matthæi XXIV, 5 : *Quorum unus est Simon Samaritanus, quem in Actibus apostolorum legimus, qui se magnam dicebat esse virtutem : hæc quoque inter cætera in suis voluminibus scripta dimittens : Ego sum sermo Dei, ego sum speciosus, ego Paracletus, ego omnipotens, ego omnia Dei.* Auctor libri *De divinis nominibus*, cap. 6 : Σίμωνος ἀντιῤῥητικοὶ λόγοι. Et in *Præfatione Arabica* ad concilium Nicænum : *Sibi autem perfidi isti* Simonitæ *Evangelium effinxerunt, quod in quatuor tomos secantes, librum quatuor angulorum et cardinum mundi appellarunt.* De Cleobii scriptis alibi non legi; sed vero simile est ipsum quoque venenis suis chartas infecisse; ut a Dositheo factum auctores sunt Origenes in Joannis IV, 25, ac Eulogius apud Photium, cod. CCL. COT.

(87) *Ἐπ' ὀνόματι Χριστοῦ. Salvator nullum volumen doctrinæ suæ proprium dereliquit : quod in plerisque apocryphorum deliramenta confingunt.* Hieronymus ad Ezech. XLIV, 29. Scilicet, Domini et Servatoris nostri Jesu Christi nomen pleraque apocrypha gerebant in fronte : verbi gratia, *Epistola Jesu ad Abgarum regem*, a multis post Eusebium memorata; et in synodo Romana Gelasii, cum dicta epistola, liber *De infantia Salvatoris*, liber *De nativitate Salvatoris*, *Centimetrum de Christo*; apud S. Augustinum epist. ad Ceretinum, *Hymnus Domini*; et lib. I *De consensu evangelistarum*, cap. 9, Christi epistolæ ad Petrum et Paulum. *De magicis artibus*; actione 2 concilii Romani anno 745 habiti, *Epistola Jesu Christi, quæ de cælo cecidit.* Præterea ediderunt ex Suidæ *Philologia* historiam apocryphum *De Jesu Christo Filio Dei, mundi Salvatore*, quæ habetur in ejus *Lexico*, voce Ἰησοῦς. Denique in Anastasii Ὁδηγῷ, cap. 13, p. 260, ut falsa rejiciuntur τὰ λεγόμενα Παιδικὰ θαύματα τοῦ Χριστοῦ, *quæ vocantur Puerilia Christi miracula.* Atque hujus vel congeneris apocryphi initium extrema tenet regii ms. 2279, hoc pacto :

*Liber de pueritia et miraculis Domini et Salvatoris nostri Jesu Christi.*

*Necessarium duxi ego Thomas Israelita, cunctis inter gentes fratribus nota facere puerilia et magnifica Christi opera, quæ edidit Dominus noster ac Deus Jesus Christus, natus in regione nostra, apud Bethlehemam : ego iis obstupefactus; quorum hoc est initium.*

*Puer Jesus, annum ætatis quintum agebat. Cum autem pluisset, ac pluvia cessasset, Jesus cum aliis pueris Hebræis ludebat ad decursum rivi; et aquæ præterfluentes congregabantur in foveas. Tum ipsæ aquæ confestim factæ sunt puræ ac efficaces. Solo autem sermone percussit eas, atque omnino ei obtemperabant. Cumque ex ipsarum ripa molle lutum sustulisset, ex illo formavit passerculos nu-*

Λόγος εἰς τὰ παιδικὰ καὶ μεγαλεῖα τοῦ Κυρίου καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.

Ἀναγκαῖον ἡγησάμην ἐγὼ Θωμᾶς ὁ Ἰσραηλίτης, πᾶσι τοῖς ἐξ ἐθνῶν ἀδελφοῖς γνωρίσαι τὰ παιδικὰ καὶ μεγαλεῖα τοῦ Χριστοῦ, ὅσα ἐποίησεν ὁ Κύριος ἡμῶν καὶ Θεὸς Ἰησοῦς Χριστὸς γεννηθεὶς ἐν τῇ χώρᾳ ἡμῶν ἐν τῇ Βηθλεέμ. Ἐξιστάμενος, ὧν ἡ ἀρχή ἐστιν αὕτη.

Τὸ γὰρ παιδίον Ἰησοῦς πενταετὴς γενόμενος· βροχῆς δὲ γενομένης, καὶ παυσάσης τῆς βροχῆς, ὁ Ἰησοῦς ἔπαιζεν ἐπὶ διοδεύσει τινὸς ῥύακος, καὶ τὰ παραῤῥέοντα ὕδατα συνηγάγετο εἰς λάκκους, μεθ' ἑτέρων παίδων τῶν Ἑβραίων. Καὶ αὐτὰ τὰ ὕδατα παραχρῆμα ἐγένοντα καθαρὰ καὶ ἐνάρετα. Λόγῳ δὲ μόνῳ ἐπάταξεν αὐτὰ, καὶ πάντως ὑπετάσσοντο αὐτῷ. Ἐπάραντος δὲ ἐκ τοῦ χείλεος αὐτῶν πηλὸν

Digitized by Google

piendos vos, qui Christum nosque servos ejus dilexistis. Et vero apud veteres nonnulli conscripserunt

μαθητῶν αὐτοῦ, περιφέρουσιν εἰς ἀπάτην ὑμῶν τῶν πεφιλημένων Χριστὸν καὶ ἡμᾶς τοὺς αὐτοῦ δούλους.

## VARIORUM NOTÆ.

τ ρυφερὸν, ἔπλασεν ἐξ αὐτοῦ στρουθία τὸν ἀριθμὸν ιβ'. Ἦσαν οὖν καὶ τὰ παιδία παίζοντα σὺν αὐτῷ. Ἰδὼν δέ τις Ἰουδαῖος ἃ ἐποίησεν Ἰησοῦς ἐν Σαββάτῳ πλάττων τὸν πηλὸν, ἀπῆλθεν εὐθέως, καὶ ἀπήγγειλε τῷ πατρὶ αὐτοῦ Ἰωσὴφ, λέγων· Ἰδοὺ τὸ παιδίον σου παίζον ἐπὶ τοὺς ῥύακας, καὶ ἦρε πηλὸν, καὶ ἔπλασεν ἐξ αὐτοῦ στρουθία ιβ', καὶ βεβήλωι τὸ Σάββατον. Καὶ ἐλθὼν ὁ Ἰωσὴφ ἐπὶ τὸν τόπον, καὶ ἰδὼν, ἀνέκραξεν αὐτὸν, λέγων· Διατί ταῦτα ποιεῖς ἐν Σαββάτῳ, ὅτε οὐκ ἔξεστι ποιεῖν; Ὁ δὲ Ἰησοῦς συγκροτήσας τὰς παλάμας αὐτοῦ, ἀνέκραξε τοῖς στρουθίοις, καὶ εἶπεν αὐτοῖς· Ὑπάγετε, πετάσθητε, καὶ μέμνησθέ μου ζῶντες· καὶ πετασθέντων τῶν στρουθίων, ἐξῆλθον κράζοντα. Ἰδόντες δὲ οἱ Ἰουδαῖοι, ἐθαμβήθησαν, καὶ ἀπελθόντες διηγήσαντο τοῖς πρώτοις αὐτῶν ὅπερ εἶδον, σημεῖον πεποιηκὼς ὁ Ἰησοῦς. Ὁ δὲ υἱὸς Ἄννα τοῦ γραμματέως ἦν ἑστὼς ἐκεῖ μετὰ Ἰωσὴφ, καὶ λαβὼν κλάδον ἰτέας, ἐξέχεε τὰ ὕδατα ἃ συνήγαγεν ὁ Ἰησοῦς. Ἰδὼν δὲ τὸ παιδίον Ἰησοῦς τὸ γινόμενον ὑπ' αὐτοῦ, ἠγανάκτησε, καὶ εἶπεν αὐτῷ· Ἀνόητε, τί ἠδίκησάν σε οἱ λάκκοι, καὶ ἐξέχεας τὰ ὕδατα; Ἰδοὺ νῦν καὶ σὺ ὡς δένδρον ἀποξηρανθῇς, καὶ οὐ μὴ ἐνέγκῃς φύλλα, οὔτε κλάδους, οὔτε καρπόν. Καὶ εὐθέως ἐξηράνθη ὅλος. Ὁ δὲ Ἰησοῦς ἀνεχώρησε καὶ ἀπῆλθεν εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ· οἱ δὲ γονεῖς τοῦ ξηρανθέντος ἐβάστασαν φέροντες αὐτὸν θρηνοῦντες τὴν νεότητα αὐτοῦ· καὶ ἦγοντο πρὸς τὸν Ἰωσὴφ, καὶ ἐνεκάλουν αὐτὸν, ὅτι Τοιοῦτον ἔχεις παιδίον ἐργαζόμενον τοιαῦτα; Εἶτα ὁ Ἰησοῦς παρακληθεὶς παρὰ πάντων, ἰάτρευσεν αὐτὸν, ἐάσαντός τι μέλος τινὰ ἀργὸν ὀλίγον, εἰς τὸ προσέχειν αὐτούς. Πάλιν οὖν ὁ Ἰησοῦς ἐπορεύετο διὰ τῆς κώμης, καὶ παιδίον τρέχον διέῤῥαγη εἰς τὸν ὦμον αὐτοῦ· καὶ πικρανθεὶς ὁ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτῷ· Οὐκ ἀπελεύσῃ τὴν ὁδόν σου. Καὶ παραχρῆμα πεσὼν ἀπέθανεν. Ἰδόντες δέ τινες τὸ γινόμενον, εἶπον· Πόθεν τοῦτο τὸ παιδίον ἐγεννήθη, ὅτι πᾶν ῥῆμα αὐτοῦ ἔργον ἐστὶν ἐπίτομον; Καὶ προσελθόντες οἱ γονεῖς τοῦ τεθνεῶτος τῷ Ἰωσὴφ, κατεμέμφοντο λέγοντες· Σὺ τοῦτο τὸ παιδίον ἔχων, οὐ δύνασαι μεθ' ἡμῶν οἰκεῖν ἐν τῇ πόλει ἡμῶν. Ἢ δίδασκε τὸ παιδίον σου αὐτῷ εὐλογεῖν καὶ μὴ καταρᾶσθαι, ἢ ἔξελθε σὺν αὐτῷ τῶν ὁδῶν· τὰ γὰρ παιδία ἡμῶν θανατοῖ. Προσκαλεσάμενος δὲ ὁ Ἰωσὴφ τὸ παιδίον κατ' ἰδίαν, ἐνουθέτει αὐτὸ λέγων· Ἵνα τί τοιαῦτα κατεργάζῃ, καὶ πάσχουσιν οὕτως, καὶ μισοῦσιν ἡμᾶς καὶ διώκουσιν; Εἶπεν δὲ ὁ Ἰησοῦς· Ἐγὼ οἶδα ὅτι τὰ ῥήματά σου ταῦτα οὐκ εἰσὶν τὰ σά, ἀλλὰ διὰ σὲ σιγῶ· ἐκεῖνοι δὲ οἱ εἰρηκότες τὰ ταῦτα, οἴσουσι τὴν κόλασιν τὴν αἰώνιον. Καὶ εὐθέως οἱ ἐγκαλοῦντες αὐτὸν ἐτυφλώθησαν· καὶ οἱ ἰδόντες ἐφοβήθησαν πάντες σφόδρα, καὶ ἠπόρουν, καὶ ἔλεγον περὶ αὐτοῦ, ὅτι πᾶν ῥῆμα ὃ λέγει, εἴτε καλὸν, εἴτε κακὸν, ἔργον γίνεται καὶ ἐθαύμαζον. Ἰδόντες δὲ ὅτι τοῦτο ἐποίησεν ὁ Ἰησοῦς, ἐγερθεὶς ὁ Ἰωσὴφ, ἐπελάβετο αὐτοῦ τοῦ ὠτίου, καὶ ἔτιλεν αὐτό. Τὸ δὲ παιδίον ἠγανάκτησε, καὶ εἶπεν αὐτῷ· Ἀρκετόν σοι ἐστι, ζητεῖν καὶ μὴ εὑρίσκειν αὐτοὺς, καὶ μάλιστα οὐ σοφῶς ἔπραξας. Οὐκ οἶδας ὅτι σός εἰμι; μή με λύπει. Μαθητὴς δέ τις ὀνόματι Ζακχαῖος ἑστὼς ἐν μέρει τινὶ ἤκουσε τοῦ Ἰησοῦ ταῦτα λαλοῦντος τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, καὶ ἐθαύμασε σφόδρα, ὅτι παιδίον ἦν τοιαῦτα φθέγγεται. Καὶ μετ' ὀλίγας ἡμέρας, προσῆγγισε τῷ Ἰωσὴφ, καὶ εἶπεν αὐτῷ· Ὅτι παιδίον φρόνιμον ἔχεις, καὶ νοῦν ἔχει. Δεῦρο οὖν, παράδος μοι αὐτὸ, ὅπως μάθῃ γράμματα. Καθίσαντος δὲ αὐτοῦ τοῦ διδάξαι γράμματα τῷ Ἰησοῦ, ἤρξατο τὸ πρῶτον στοιχεῖον τὸ Ἄλεφ. Ὁ δὲ Ἰησοῦς λέγει τὸ δεύτερον στοιχεῖον, Μπεθ', Γιμέλ· καὶ εἶπεν αὐτῷ πάντα τὰ στοιχεῖα ἕως τέλους. Καὶ ἀναπτύξας βιβλίον, τοὺς προφήτας ἐδίδασκε τὸν καθηγητήν. Αὐτὸς δὲ αἰσχυνθεὶς ἠπόρησεν ὅτι οὐκ οἶδε πόθεν αὐτὸς οἶδε τὰ γράμματα· καὶ ἐγερ-

*mero duodecim. Erant itaque una cum eo pueri ludentes. Quidam vero Judæus, postquam vidit quæ fecerat Jesus die Sabbati in fingendo lulo, statim discessit, nuntiavitque patri ejus Josepho, dicens: Ecce filius tuus, dum secus rivos ludit, tulit lutum, finxitque ex eo passeres duodecim, et Sabbatum profanat. Igitur accedens Josephus ad locum, et cernens, inclamavit ipsum his verbis: Qua de causa hæc agis in Sabbato, quando non licet? Jesus autem complosis manibus suis, acclamavit passeribus, dixitque illis: Ite, volate, ac mei viventes memores sitis. Tunc avolaverunt passerculi, et cum clamore egressi sunt. Id vero videntes Judæi, valde admirati sunt; atque abeuntes, narraverunt primoribus inter ipsos miraculum quod coram ipsis ediderat Jesus. Porro filius Annæ scribæ stabat illic cum Josepho; acceptoque ramo salicis, effudit aquas quas congregaverat Jesus. Hoc ab ipso perpetratum aspiciens puer Jesus, moleste tulit, dixitque illi: Stulte, qua te injuria affecerunt fossæ, ut aquas diffunderes? Ecce jam tu quoque tanquam arbor arescas, nec afferas folia, neque ramos, neque fructum. Et illico totus aridus factus est. At Jesus secessit, abiitque in domum suam. Cæterum parentes illius qui aruerat, sublatum portaverant eum lugentes ipsius juventutem: et duxerunt ad Josephum, quem incusabant; cur ejusmodi habes puerum talia operantem? Postea Jesus obsecratus a cunctis, sanavit illum: reliquit tamen aliquod parvum membrum motus ac operationis expers, ut ii attenderent. Rursus itaque Jesus per vicum proficiscebatur; et puer currens irrupit in ejus humerum. Unae exacerbatus Jesus dixit illi: Non abibis viam tuam. Statimque cecidit puer ac mortuus est. Aspicientes autem nonnulli rem gestam, dixerunt: Unde natus est iste puer, quod omne verbum ipsius, opus est promptum? Et accedentes ad Josephum parentes illius qui interierat, conquerebantur dicentes: Tu cum puerum hunc habeas, non potes nobiscum habiture in civitate nostra. Aut doce puerum tuum ut ipse benedicat, non autem imprecetur, aut cum eo egredere ex his locis. Nam pueros nostros interficit. Advocato igitur puero seorsum, Josephus illum admonebat dicens: Quare hujusmodi facis, et sic patiuntur, oderuntque nos ac persequuntur? Respondit Jesus: Ego novi hæc tua verba tua non esse; verum propter te tacebo; illi autem qui hæc tibi suggesserunt, pœnas dabunt sempiternas. Et continuo accusatores ipsius oculis privati sunt. Quique hoc viderunt, valde cuncti sunt perterriti, et hæsitabant, dicebantque de illo, omnem sermonem qui ab ipso proferretur, sive bonum sive malum in opus procedere; atque mirabantur. Viso autem hoc Jesu opere, surgens Josephus auriculam ejus apprehensam vellicavit. Puer vero indignatus est, aitque illi: Sufficiat tibi quod illi quærant et non inveniant. Minime fecisti sapienter. Nonne scis me tuum esse? Ne me molestia afficias. Porro quidam præceptor nomine Zacchæus, cum staret in aliquo loco, audivit hæc de Jesu, ex ore patris ipsius; et miratus est valde, quod qui puer erat talia loqueretur. Paucosque post dies accessit ad Josephum, eique aixit: Puerum cordatum habes, qui mente præditus est: Age ergo, trade mihi illum, ut discat litteras. Et cum sederet magister quo Jesum doceret litteras, cœpit a primo elemento Aleph. Jesus vero pronuntiavit secundum elementum Beth, et Ghimel, reliquasque litteras ad finem usque ei protulit. Atque aperto libro, prophetas docebat præceptorem. Qui pudore affectus hæsit, quod nesciret unde is litteras cognovisset: surgensque reversus est domum, admi-*

Digitized by Google

Καὶ ἐν τοῖς παλαιοῖς (88) δέ τινες συνέγραψαν βιβλία ἀπόκρυφα Μωσέως (89), καὶ Ἐνὼχ (90), καὶ Ἀδὰμ (91),

A Mosis, Enochi, Adami, Isaiæ, Davidis, Eliæ et trium patriarcharum libros apocryphos, exitiales,

## VARIORUM NOTÆ.

θεὶς ἀνεχώρησεν οἴκαδε, θαυμάζων, ἐξιστάμενος τὸ παράδοξον. Πορευομένου δὲ τοῦ Ἰησοῦ, εἶδέ τι ἐργαστήριον, καὶ τινα νεανίσκον βάπτοντα εἰς λέβητας ἱμάτια καὶ τζόχας· τινὰς διαφόρους φαιὰς, τὸ καθέκαστον ἐκτελῶντα κατὰ τὴν τοῦ ἑνὸς ἑκάστου βούλησιν. Εἰσελθὼν οὖν τὸ παιδίον Ἰησοῦς, οὕτως ποιοῦντα τὸν νεανίαν, λαβὼν καὶ αὐτὸς ἐκ τῶν προσκειμένων ὑφασμάτων.....

*rans, stupefactus de re incredibili. Postea cum Jesus iter faceret, vidit officinam, et juvenem quemdam qui in lebetes immergebat vestes, et soccos diversos coloris fusci, singula peragens juxta uniuscujusque voluntatem. Ingressus itaque puer Jesus ad juvenem sic facientem, ipse etiam accepit de appositis pannis.....*

Non enim unus duntaxat nebulo circa Salvatoris infantiam comminisci sibi permisit; sed ejusdem Bibliothecæ codice 2276 legitur: *Incipit Historia de Joachim et Anna, et de nativitate B. Dei genitricis semperque Virginis Mariæ, et de infantia Salvatoris. Ego Jacobus, filius Joseph*, etc.; finitoque opere: *Explicit liber de infantia Salvatoris.* Codice vero 1697 exstat liber tanquam Matthæi evangelistæ de infantia Salvatoris, narrationis cum præcedentibus partim similis, partim dissimilis; ineptus quidem instar illorum, in eo tamen consideratione dignus, quod etiam continet, non tamen absque interpolatione, responsionem Christi pueri litteras discentis ad magistrum, relatam ex falsa Scriptura ab Irenæo, lib. I, cap. 17. Sed et in eodem apocrypho refertur quoque fabella de passeribus; quam lectam fuisse a Mohamede discimus per Nicetam Choniatem, atque adeo per impostorem ipsum, Alcorani Sur. 3 et 5. Cæterum nuper hic Parisiis doctissimus Dominicanus Vanslebius publico proposuit edendam cum aliis operibus Æthiopicis liturgiam D. N. Jesu Christo ascriptam. Cot.

(88) *Ἐν τοῖς παλαιοῖς.* Talis liber, prophetia Chami, quam a Pherecyde expressam refert Clemens Alexandrinus centone 6, p. 642. *Quod autem*, ait Tertullianus, *De anima*, cap. 2, *si philosophi etiam illa incursaverunt, quæ penes nos apocryphorum confessione damnantur*, etc. Talis quoque τῶν παρ' Ἑβραίοις φερομένων ἀποκρύφων ἡ ἐπιγραφομένη Ἰωσὴφ προσευχή, apud Origenem tom. V in Joannis Evangelium; qui alibi sæpe secretorum, apud Judæos, voluminum mentionem facit. Additur a S. Epiphanio in libro *De mensuris et ponderibus*; quam vere, non excutio nunc; per LXX in Græcum sermonem translatos fuisse libros apocryphos 72, seu potius 22, probabilius enim corrigetur numerus capitis decimi per numerum capitis quinti, οϐ per κϐ', quam vice versa. Sed cogitent viri docti de loco deplorato in dicto cap. 5: Αὗται αἱ βίβλοι τὸν τρόπον ὃν εἴπομεν ἡρμηνεύθησαν, κατὰ περίοδον ἑκάστῃ ζυγῇ ἑρμηνευτῶν ἐπιδιδόμεναι, καὶ ἀπὸ τῆς πρώτης ζυγῆς τῇ δευτέρᾳ, καὶ πάλιν ἀπὸ τῆς δευτέρας τῇ τρίτῃ, καὶ οὕτως παρῆλθον κελεύουσαι ἑκάστῃ τριακονταξάκις ἑρμηνευθεῖσαι, ὡς ἅδεται λόγος, καὶ εἰκοσιδύο τῶν ἀποκρύφων. Nihil succurrit, præter κέλλῃ ἑνοῦσαι ἑκάστῃ. *Hi libri* sacræ Scripturæ *eo quem diximus modo translati sunt, in orbem unicuique pari interpretum tributi, a primo pari ad secundum, rursusque a secundo ad tertium: atque ita per singulas cellas fuerunt ac transierunt, trigesies sexies conversi, ut fama percrebuit. Una cum viginti duobus apocryphis.* Quid si quis harioletur κελλευώσει ἑκάστῃ, hoc est *per unamquamque*, ut æque barbare loquar, *cellationem?* Præter hæc apocrypha confixere alia hæretici, et maximis antiquissimisque nominibus donavere, Evæ, Sethi ac septem ejus liberorum, Abrahami, Moysis, aliorum, tradente Epiphanio. Cot.

(89) *Μωσέως.* Gaudebant illustri nomine quatuor secretæ ac occultæ scripturæ: Sermones mystici, Testamentum, Assumptio vel Ascensio atque Revelatio. Habes βίβλον Λόγων μυστικῶν Μωσέως in *Actis* concilii Nicæni editionis Morellianæ in-8°, p. 110, 111, Commelinianæ in-fol. p. 28, l. VI; Διαθήκην Μωϋσέως in *Synopsi Athanasiana*, in Nicephori Constantinopolitani *Stichometria*, et in laterculo supra posito initio notarum ad hoc opus *Constitutionum*: item Ἀνάληψιν apud Origenem Περὶ ἀρχῶν III, 2; Athanasium et Nicephorum ubi mox; *Acta* concilii Nicæni edit. Morell., p 110, 131, 134;

B Commel., p. 28 et 33; eamque intelligere videtur Evodius epistola ad S. Augustinum, inter Augustinianas 258. Denique Ἀποκάλυψιν Mosis citat Georgius Cedrenus, in *Compendio historiarum*: atque inde sumptum vult versiculum 15, cap. VI Epistolæ ad Galatas Georgius Syncellus, Chronographiæ p. 27 ad quod Pauli testimonium in cod. Reg. 607 et 1253 adnotatur esse ex Moysis apocrypho. Observabis præcipue verba Cedreni, edit. Basil., p. 3, l. XXXII: Ὡς ἐν λεπτῇ φέρεται Γενέσει, ἣν καὶ Μωσέως εἶναί φασί τινες Ἀποκάλυψιν, et p. 6, l. XXXIX: Ὡς ἡ λεπτὴ Μωσέως Γένεσίς φησιν. Nam parva Genesis, λεπτὴ Γένεσις, Λεπτογένεσις, Μικρογένεσις memoratur a Hieronymo, epist. 127, mans. 18 et 24, qui id Geneseos apocryphum Hebraice legerat. Memoratur a Gelasio his verbis: *Liber de filiabus Adæ, hoc est Leptogenesis, apocryphus.* Item a Georgio Syncello, Zonara, Glyca. Sed insigniter ab Epiphanio hæresi 39, n. 6, nec sine difficultate: Ὡς

C δὲ ἐν Ἰωβηλαίοις εὑρίσκεται, τῇ καὶ Λεπτογενέσει καλουμένῃ, etc. Obscurum quippe, cur τῇ λεπτῇ Γενέσει nomen τὰ Ἰωβηλαῖα inditum fuerit; tacuitque qui docere poterat doctissimus Petavius. Conjecerim, quia verbum יבל significat deducere, et nomen יובל rivum, aquarum processum: quæ Genesi atque originibus conveniunt, ut fusius videre est in R. Mose Nachmanide, ubi de jubilæo disserit. Vide Jos. Scaligerum Anim. in Euseb., p. 16. Ib.

(90) *Ἐνὼχ.* Aliquid ne ad hunc locum observaremus, effecit doctorum hominum diligentia. Quæ enim subjunctum imus, observationum nomen non merentur. Duo autem sunt: 1. Citatio ejusdem loci per Clementem Alexandrinum, ejusque discipulum Origenem: Ὁμοδοξῶν τῷ Ἐνὼχ, ait primus, p. 801, col. 2, in *Hypotyposibus*, τῷ εἰρηκότι· Καὶ εἶδον τὰς ὕλας πάσας. Alter vero, IV *De principiis*, cap. ult. ex versione Rufini: *Dicente Enoch, universas materias perspexi.* II. Collatio verborum S. Hilarii ad *psal.* CXXXII, 3: *Hermon mons est in Phœnice, cujus in-*

D *terpretatio* anathema *est: quod enim nobis anathema nuncupatur, id Hebraice Hermon dicitur. Fertur autem id, de quo etiam nescio cujus liber exstat, quod angeli concupiscentes filias hominum, cum de cœlo descenderent, in hunc montem maxime convenirent excelsum.* Horum, inquam, comparatio cum istis libri Henoch: Ἦσαν δὲ οὗτοι (ἐγρήγοροι) διακόσιοι, οἱ καταβάντες ἐν ταῖς ἡμέραις Ἰάρεδ εἰς τὴν κορυφὴν Ἑρμονιὲμ ὄρους· καὶ ἐκάλεσαν τὸ ὄρος Ἑρμών, καθότι ὤμοσαν καὶ ἀνεθεμάτισαν ἀλλήλους ἐν αὐτῷ. Georgii Syncelli, p. 12, A. Vides nescio quem illum, esse suppositilium Henochum. Ib.

(91) *Ἀδάμ.* Hujus reconditi scripti mentio in exemplaris Regii 1789 indiculo; Epiphanius hæresi 28, n. 8, Ἀποκαλύψεις τοῦ Ἀδάμ. Apud Gelasium, *Pœnitentia Adæ.* Idem enim esse opus colligi datur ex Cedreno, non multo post initium; unde nugatorii voluminis specimen accipies. Sed et libro Adami, hoc aut simili farinæ alio, se adhuc jacti-

Digitized by Google

ac repugnantes veritati. Consimiles libros nunc quoque ediderunt inauspicati homines, calumniantes creationem, nuptias, providentiam, procreationem liberorum, legem, prophetas, ascribentes barbara quædam nomina, scilicet, ut ipsi dicunt angelorum, ut verum autem proferatur, dæmonum, quorum afflatu loquuntur. [47] Fugite doctrinam eorum, ne participes efficiamini supplicii parati iis qui hæc, ut fallerent ac perderent fideles et inculpatos Christi Jesu discipulos, [filios ac hæredes,] conscripserunt.

## CAPUT XVII.

*De clericis conjugalia præcepta.*

In episcopum, presbyterum et diaconum consti-

Ἡσαΐου (92) τε καὶ Δαβὶδ (93), καὶ Ἠλία [48] (94), καὶ τῶν τριῶν πατριαρχῶν (95), φθοροποιά, καὶ [49] τῆς ἀληθείας [50] ἐχθρά. Τοιαῦτα καὶ νῦν ἐποίησαν [51] οἱ δυσώνυμοι, διαβάλλοντες δημιουργίαν, γάμον, πρόνοιαν, τεκνογονίαν, νόμον, προφήτας· βάρβαρά τινα ὀνόματα (96) ἐγγράφοντες, καὶ, ὡς αὐτοὶ φασιν, ἀγγέλων, τὸ δ' ἀληθὲς εἰπεῖν, δαιμόνων, τῶν αὐτοῖς ὑπηχούντων· ὧν ἀποφεύγετε τὴν διδασκαλίαν, ἵνα μὴ μετάσχητε τῆς τιμωρίας τῶν αὐτὰ συγγραψαμένων ἐπ' ἀπάτῃ καὶ ἀπωλείᾳ τῶν πιστῶν καὶ ἀμέπτων τοῦ Κυρίου [52] Ἰησοῦ μαθητῶν [53].

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΖ'.

*Περὶ κληρικῶν γαμικὰ παραγγέλματα.*

Ἐπίσκοπον καὶ πρεσβύτερον (97) καὶ διάκονον εἶ-

[47] Tim. Ἡλίου. [48] Tim.' δὲ καί. [49] Tim. ἀντίθητα. [50] Tim. ἐπενόησαν. [51] Ignat. l. interpol. ad Philad. 6. [52] Deest in Timotheo. [53] al. add. καὶ υἱῶν καὶ κληρονόμων.

## VARIORUM NOTÆ.

tant qui appellantur Chaldæi, Mandaitæ, Sabaitæ, et Christiani S. Joannis Baptistæ, referente Abrahamo Ecchellensi ad præfationem concilii Nicæni, et ad Hebedjesu catalogum Cot.

(92) *Ἡσαΐου.* Generatim, Origenes in *Matth.* XIII, 57; XXIII, 37, cujus et videnda epistola ad Julium Africanum. Specialiter, nomine τοῦ ἀναβατικοῦ Ἡσαΐου, Epiphanius hær. 40, 2; 67, 3, Hieronymo in *Isaiæ* LXIV, 4: *Ascensio Isaiæ.* Item nomine Ἡσαΐου ὁράσεως, in paulo ante laudato catalogo exemplaris Regii 1789. Quia vero (ut id obiter moneam) teste Hieronymo legebatur in Ascensione Isaiæ illud quod ab Apostolo citatur *I Corinth.* II, 9: *Quod oculus non vidit*, etc., accusat autem Hegesippum Stephanus Gobarus apud Photium, quod hoc esse falsum putaverit; suspicari quis posset ita factum ab Hegesippo in contemptum voluminis apocryphi. Verum aliter ego conjicio, ac Hegesippum culpa carere arbitror: ut qui non neget verum aliquando exstitisse, ea quæ Deus suis præparavit, invisa esse, inaudita et incognita; sed qui velit, amplius verum non esse post incarnationem Christi, et missionem S. Spiritus. Subjungente Paulo: *Nobis autem revelavit Deus per Spiritum suum*, atque Hegesippo confirmante sententiam suam per testimonium *Matth.* XIII, 16. En verba Stephani Tritheitæ cum aliquantulo exactiori versione: Ὅτι τὰ ἡτοιμασμένα τοῖς δικαίοις ἀγαθὰ οὔτε ὀφθαλμὸς εἶδεν, οὔτε οὖς ἤκουσεν, οὔτε ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου ἀνέβη. Ἡγήσιππος μέντοι, ἀρχαῖός τε ἀνὴρ καὶ ἀποστολικός, ἐν τῷ πέμπτῳ τῶν ὑπομνημάτων, οὐκ οἶδα ὅ τι καὶ παθών, μάτην μὲν εἰρῆσθαι ταῦτα λέγει, καὶ καταψεύδεσθαι τοὺς ταῦτα φαμένους τῶν τε θείων Γραφῶν, καὶ τοῦ Κυρίου λέγοντος· Μακάριοι οἱ ὀφθαλμοὶ ὑμῶν οἱ βλέποντες, καὶ τὰ ὦτα ὑμῶν τὰ ἀκούοντα, καὶ τὰ ἑξῆς. *Quod bona quæ præparata sunt justis nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascenderunt. Quanquam Hegesippus vir antiquus et apostolicus, libro quinto Commentariorum, haud scio quid in animo habens* aut *quanam ratione permotus, frustra hæc dici ait, et eos qui hæc loquuntur mentiri adversus sacram Scripturam, et contra Christum dicentem: Beati oculi vestri qui vident, et aures vestræ quæ audiunt*, etc. Id.

(93) *Δαβὶδ.* Ut psalmus qui apud Græcos sequitur centesimum quinquagesimum. Quo de psalmo dicemus forsan aliquid in notis ad Ignatianas epistolas. Id.

(94) *Ἠλία.* Meminit Georgius Syncellus, Chronici pag. 27, post Origenem ad Matthæi XXVII, 9, et Athanasium in *Synopsi sacræ Scripturæ.* Canone Scripturarum Nicephori patriarchæ, Ἠλίας προφήτης, pro quo ab Anastasio bibliothecario interprete legebatur Ἠλίου προφητεία. Verum Hieronymus, epist. 101 ad Pammachium *De optimo genere interpretandi* cap. 4, et lib. XVII Commentariorum in Isaiam non multo ante finem, *Apocalypsim Eliæ* appellat; quo etiam nomine donatur in ms. canone, seu indiculo sæpe citato. Cæterum positum fuisse eo in apocrypho testimonium quod exstat I Corinth. II, 9, docent Origenes, Hieronymus, Syncellus et cod. Reg. 607, 1523, idemque de altero testimonio Ephes. V, 14, colligitur ex Epiphanii verbis, hæresi 42, quæ est Marcionistarum, p. 372, quod tamen a Georgio Syncello et in dictis mss. tribuitur pseudo-Jeremiæ, sed potuit ad utrumque apocryphum pertinere, ut de priori apostoli textu ait Hieronymus. An autem ex hoc libro, vel unde Hebræi hauserint fabulam ab Origene relatam in *Joan.* I, 21, quod Phinees sit etiam Elias, quis valeat divinare? Id.

(95) *Τριῶν πατριαρχῶν.* Opinor, Abrahami, Isaaci et Jacobi. Atque is est forsan liber qui inscribitur Πατριάρχαι, in Athanasii *Synopsi*, in Nicephori CP. Canone, et in ms. Laterculo. *Et si tibi placuerit*, Hieronymus Vigilantio, *legito fictas revelationes omnium patriarcharum et prophetarum.* Id.

(96) *Βάρβαρά τινα ὀνόματα.* Hæc fuerunt primorum hæreticorum deliramenta, Simonianorum, Nicolaitarum, Basilidianorum, Gnosticorum, Phibionitarum, Ophitarum, etc., compilantium tum vocabula Hebraica sacræ Scripturæ, tum nomina magicis libris inserta: uti discimus ab Origene tomo VI *Contra Celsum*, p. 306, Augustanæ editionis; quem tamen locum Fullerus *Miscellaneorum sacrorum* lib. IV, cap. 13, ac post eum Capellus oratione *De nomine tetragrammato*, ex mendaci ms. tribuunt ejusdem Patris operi Περὶ ἀρχῶν. Atque hinc lux oritur Gennadii verbis *De dogmatibus ecclesiasticis*, cap. 52: *Duo principia sibi ignota introducunt, ut Cerdon et Marcion: vel contraria, ut Manichæus: vel tria et barbara, ut Sethianus et Theodotus: vel multa, ut Valentinus.* Pari modo nomina angelorum habent Esseni apud Josephum lib. II *De bello Judaico*, cap. 12, multaque invenies in apocrypho Henochi, in oratione Aldeberti, Act. concilii Romani III, anno 745, in libris magorum, Hebræorum, Mahometanorum. Id.

(97) *Ἐπίσκοπον καὶ πρεσβύτερον*, etc. Imitatur atque explicat pseudoapostolica lex præceptum apostolicum de ordinandis monogamis: quos vult manere cælibes, si uxorem ante ordinationem amiserint, vel postea amittant. Verum constitutionem Nicetas Pectoratus libro *contra Latinos* detorquet ad Græcorum morem; apud quos prohibentur quidem a nuptiis qui antequam uxorem ducerent ordinati

Digitized by Google

τομεν μονογάμους καθίστασθαι, κἂν ζῶσιν αὐτῶν αἱ γαμεταὶ, κἂν (98) τεθνᾶσι· μὴ ἐξεῖναι δὲ αὐτοῖς μετὰ χειροτονίαν ἀγάμοις (99) οὖσιν, ἔτι ἐπὶ γάμον ἔρχεσθαι, ἢ γεγαμηκόσιν, ἑτέραις συμπλέκεσθαι, ἀλλ' ἀρκεῖσθαι, ἢ[51a] ἔχοντες ἦλθον ἐπὶ τὴν χειροτονίαν. Ὑπηρέτας δὲ, καὶ ψαλτῳδοὺς, καὶ ἀναγνώστας, καὶ πυλωροὺς, καὶ αὐτοὺς μονογάμους εἶναι κελεύομεν· εἰ δὲ πρὸ γάμου εἰς κλῆρον παρέλθωσιν, ἐπιτρέπομεν αὐτοῖς γαμεῖν (100), εἴγε πρὸς τοῦτο πρόσθεσιν ἔχουσιν, ἵνα μὴ ἁμαρτήσαντες, κολάσεως τύχωσιν. Οὐδενὶ δὲ τῶν ἐν τῷ κλήρῳ κελεύομεν ἢ ἑταίραν, ἢ οἰκέτιν, ἢ χήραν, καὶ ἐκβεβλημένην λαμβάνειν, ὡς καὶ ὁ νόμος λέγει. Διακόνισσα δὲ (1) γινέσθω παρθένος ἁγνὴ· εἰ δὲ μήγε, κἂν χήρα μονόγαμος, πιστὴ καὶ τιμία.

A tui præcipimus viros unius matrimonii[56], sive vivant eorum uxores, sive obierint[51]; non licere autem illis post ordinationem, si uxores non habeant, matrimonium contrahere, aut si uxores habeant, cum aliis copulari; sed contentos esse ea, quam habentes, ad ordinationem venerunt. Ministros vero, cantores, lectores et ostiarios, ipsos quoque monogamos esse jubemus: quod si ante conjugium ad clerum accesserint, permittimus eis uxores accipere, si quidem ad id propensionem habent, ne, cum deliquerint, in castigationem incurrant. Nulli autem clerico permittimus ducere aut meretricem, aut ancillam, aut viduam, aut repudiatam, sicut etiam lex ait[52]. Diaconissa vero eligatur virgo pudica, sin minus, saltem vidua, unius quondam viri

B uxor, fidelis et digna honore[53].

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΗ'.

*Παραίνεσις καλεύουσα φεύγειν τὴν τῶν ἀσεβῶν αἱρετικῶν κοινωνίαν.*

Τοὺς δὲ μετανοοῦντας προσδέχεσθε· τοῦτο γὰρ θέλημα Θεοῦ ἐν Χριστῷ· τοὺς κατηχουμένους στοι-

## CAPUT XVIII.

*Cohortatio invitans ad fugiendam impiorum hæreticorum communionem.*

Porro suscipite pœnitentes: hæc est enim voluntas Dei in Christo. Catechumenos elementa reli-

[56] I Tim. III, 2; Tit. I, 6. [51] Citat Nicetas Pectoratus contra Latinos. [51a] al. ἢ vel ἤ. [52] Levit. XXI, 7, 14. [53] I Tim. V, 9.

## VARIORUM NOTÆ.

sunt, sed permittitur in conjugio ordinatis, uti conjugibus suis. Injuria sane, quod spectat ad posteriorem partem: cum nihil a nostro de licentia maritali dicatur. Hic est, quantum ex ipsa re conjecturam facio, sensus Niceteæ, pessime expressus a barbaro et inepto interprete, ad hunc modum: *Quis ille est, qui tradidit vobis prohibere et abscindere nuptias sacerdotum? quis ex doctoribus Ecclesiæ hanc vobis tradidit pravitatem? Si quidem nisi* [al. *non*] *nupserit, manus impositionis accipiet, et ita ad nuptias ruit, qui ordinatus est innuptus, legitime, hoc et secundum canones facitis, hujusmodi nuptias prohibentes. Si autem ante habuerit uxorem ille qui ordinatus est sacerdos, perseveraveritque in castitate, magnaque vita, nuptias ejus solvitis, transgredimini; ut* [al. *et*] *ex præcepto apostolicorum canonum ostendam vobis. In sexto enim libro Clementis* Ordinationum, *quæ ab eo conscriptæ sunt, juxta* XVIII *caput, apostoli hæc dicunt: Episcopum et presbyterum et diaconum dicimus qui unam habent uxorem ordinari, quamvis vivant eorum conjuges, quamvis defunctæ; non licet eos post manus impositionem innuptos esse, nec insuper ad nuptias ire, aut si nupserint, alteras amplecti, sed sufficere quas habent cum ad ordinationem venerunt.* Proinde mirum videri non debet, quod res aliter accepta fuerit ab Humberto Silvæ-Candidæ, in *Responsione ad Nicetam: Ante omnia autem,* inquit, *comprobemus te esse mentitum ipsi veritati, in eo quod dixisti, nostros prius ordinari, deinde uxores sortiri. Quia apud nos nec ad subdiaconatus gradum quisquam admittitur, nisi perpetuam continentiam etiam a propria conjuge profiteatur; nec post gradum cuiquam uxorem ducere unquam conceditur. Sed tu Ecclesiam Dei volens efficere Synagogam Satanæ, et prostibulum Balaam et Jezabel, cum Nicolao dicis: Episcopum et presbyterum et diaconum dicimus, qui unam habet uxorem, ordinari, quamvis vivant eorum conjuges, quamvis defunctæ: nec licet eos post manus impositionem innuptos esse, nec insuper ad nuptias ire, aut si nupserint, alteras amplecti, sed sufficere eis quas habent, cum ad ordinationem venerunt. O abominabilis cynice, quomodo non erubuisti tantum nefas evomere? Ergo non licet aliquem post manus impositionem, sine uxore esse? Si ita est, ipse Joannes apostolus, et Paulus, et Barnabas, et omnis continens in gradu ecclesiastico in culpa est procul dubio. Unde necesse est, ut futurus episcopus, presbyter, diaconus, et subdiaconus prius uxorem sortiatur quæ sibi sufficere debeat ad carnales amplexus. Nunquid laicis non sufficit una? nisi forte discipulus* (ita lego) *maligni Muhamed, cujus farinæ totus es, tu quoque, quia presbyter es, sine uxore esse non debes, secundum assertiones tuas.* Cæterum notabilis est varia lectio cod. Reg. 1326, ἀλλ' ἀρκεῖσθαι εἰ ἔχοντες ἦλθον ἐπὶ τὴν χειροτονίαν. Cot.

(98) *Κἂν.* Alter Vindob. κἂν τε, melius. Cler.

(99) *Ἀγάμοις.* In eodem cod. ἢ ἀγάμοις, hoc est, sive postquam erant presbyteri conjuges erant, sive cælibes, non licebit eis alteram conjugem ducere. Id.

(100) *Ἐπιτρέπομεν αὐτοῖς γαμεῖν.* Ministri sive subdiaconi ab ineundo matrimonio arcentur, per antiquam traditionem, in Sozomeno, *Hist. eccl.* lib. I, cap. 23; Canones, Apostolicum 26, hic 19; Trullanum 6; plurima Ecclesiæ Latinæ decreta; leges Justiniani et Leonis Sapientis, Epiphanium in *Expositione fidei* cap. 21; auctores qui de canonibus aut ordinibus sacris scripsere, et alios. Verum mos contrarius hoc loco demonstratus, innuitur a S. Basilio canone 69, quanquam Zonaras, Balsamon, et Blastarius eum canonem aliter explicent, Harmenopolus vero, Aristinus et Simeon cauda truncent. Eo etiam duci potest Socrates lib. I, cap. 11. Cot.

(1) *Διακόνισσα δέ*, etc. Justinianus Novella 6: Ἡ παρθένους καθεστῶσας, ἢ ἑνὸς ἀνδρὸς γαμετὰς γενομένας. Et, εἴτε ἐκ χηρείας, εἴτε ἐκ παρθενίας. Atqui præter has diaconissas, vel virgines, vel unius matrimonii viduas; tertium genus habes apud Epiphanium in *Expositione fidei* num. 21, scilicet in nuptiis unicis continentes: Καὶ αὗται δὲ, inquit, μονόγαμοι ἐγκρατευσάμεναι, ἢ χηρεύσασαι ἀπὸ μονογαμίας, ἢ ἀειπάρθενοι οὖσαι. Quarum tertiarum mentio canone Trullano 48, et alibi, sicut aliarum multis in locis. Id.

Digitized by Google

gionis docete, ac postea baptizate. Impios hæreticos resipiscere nolentes diducite, et a fidelibus separate, et Ecclesia Dei palam expellite; simulque denuntiate fidelibus, ut eos devitent, neve cum eis vel in sermone, vel in precibus habeant communionem. Hi enim sunt adversarii et insidiatores Ecclesiæ, corruptores gregis, hæreditatis contaminatores, opinione sua sapientes, et omni ex parte improbi; de quibus sapiens Salomon aiebat, quod cum impii sint, pietatem colere simulant. « Est enim, inquit, via, quæ videtur quibusdam recta esse; extrema vero ejus spectant ad profundum inferni [54-58]. » Hi sunt, de quibus Dominus acerbe ac rigide pronuntiavit, dicens eos esse pseudochristos et falsos doctores [56]: qui spiritum gratiæ blasphemia affecerunt, ejusque donum post gratiam contempserunt; quibus non remittetur neque in hoc sæculo, neque in futuro [57]: qui magis irreligiosi sunt quam Judæi, et magis impii ac athei quam gentiles: qui Deum super omnia existentem maledictis appetunt, et Filium ejus conculcant, et Spiritus doctrinam despuunt: qui divinos sermones negant, aut per simulationem recipere se profitentur, in contumeliam Dei, ac fraudem ad eos accedentium; qui sacras Scripturas contumeliose tractant, et justitia quid sit ignorant; qui Dei Ecclesiam devastant, sicut parvæ vulpes vineam [58]; quos ut fugiatis hortamur, ne animabus vestris laqueos injiciatis [59]. Nam « qui cum sapientibus graditur, sapiens erit; qui vero graditur cum insipientibus, agnoscetur [60]. » Neque enim oportet cum fure currere, neque cum adultero portionem ponere [61], quandoquidem et sanctus David ait [62]: « Domine, eos qui te oderunt, odio habui; et super inimicos tuos tabescebam, perfecto odio oderam illos; inimici facti sunt mihi [63]. » Et Josaphato Deus exprobrat, ob amicitiam et commilitium cum Achabo et Ochozia, dicens per Jehum filium Hananis, prophetam: « Tune cum peccatore

A χειώσαντες βαπτίσατε. Τοὺς ἀθέους αἱρεσιώτας ἀμετανοήτως ἔχοντας διαστείλαντες, ἀφορίσατε ἀπὸ τῶν πιστῶν, καὶ τῆς Ἐκκλησίας τοῦ Θεοῦ ἐκκηρύκτους ποιήσατε, καὶ παραγγείλατε τοῖς πιστοῖς παντοίως αὐτῶν ἀπέχεσθαι, καὶ μήτε λόγοις (2), μήτε προσευχαῖς κοινωνεῖν αὐτοῖς· οὗτοι γάρ εἰσιν ἀντίδικοι καὶ ἐπίβουλοι τῆς Ἐκκλησίας, οἱ διαφθείροντες τὸ πνευμόνιον, καὶ μολύνοντες τὴν κληρονομίαν, οἱ δοξόσοφοι, καὶ παμπόνηροι· περὶ ὧν ἔλεγε Σολομὼν ὁ σοφὸς, ὅτι δυσσεβοῦντες ὑποκρίνονται εὐσεβεῖν. « Ἔστι γάρ, φησὶν, ὁδὸς ἣ δοκεῖ τισιν ὀρθὴ εἶναι, τὰ δὲ τελευταῖα αὐτῆς βλέπει εἰς πυθμένα ᾅδου. » Οὗτοί (3) εἰσι περὶ ὧν ὁ Κύριος πικρῶς καὶ ἀποτόμως ἀπεφήνατο, λέγων ὅτι εἰσὶ ψευδόχριστοι καὶ ψευδοδιδάσκαλοι· οἱ βλασφημήσαντες τὸ Πνεῦμα τῆς χάριτος, καὶ
B ἀποπτύσαντες τὴν παρ' αὐτοῦ δωρεὰν μετὰ τὴν χάριν· οἷς οὐκ ἀφεθήσεται οὔτε ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ, οὔτε ἐν τῷ μέλλοντι· οἱ καὶ Ἰουδαίων δυσσεβέστερα, καὶ Ἑλλήνων ἀθεώτεροι (4)· οἱ Θεὸν τὸν ἐπὶ πάντων βλασφημοῦντες, καὶ τὸν Υἱὸν αὐτοῦ καταπατοῦντες, καὶ τὴν διδασκαλίαν τοῦ Πνεύματος διαπτύοντες· οἱ τοὺς θείους λόγους ἀρνούμενοι, ἢ μεθ' ὑποκρίσεως προσποιούμενοι δέχεσθαι, ἐφ' ὕβρει Θεοῦ καὶ ἀπάτῃ τῶν αὐτοῖς προσιόντων· οἱ τὰς ἱερὰς Γραφὰς ἐνυβρίζοντες, καὶ τὴν δικαιοσύνην ὅ τι ποτέ ἐστιν ἀγνοοῦντες· οἱ τὴν Ἐκκλησίαν Θεοῦ διαφθείροντες, ὡς ἀλώπεκες μικροὶ ἀμπελῶνα (5)· οὓς φεύγειν ὑμᾶς παρακαλοῦμεν, ἵνα μὴ λάβητε βρόχους ταῖς ἑαυτῶν ψυχαῖς. « Ὁ συμπορευόμενος μὲν (6) σοφοῖς, σοφὸς ἔσται, ὁ
C δὲ συμπορευόμενος ἄφροσι, γνωσθήσεται. » Οὔτε γὰρ κλέπτῃ δεῖ συντρέχειν, οὐδὲ μετὰ μοιχοῦ τὴν (7) μερίδα τίθεσθαι· ἐπείπερ καὶ ὁ ὅσιός (8) φησι Δαβίδ· « Κύριε, τοὺς μισοῦντάς σε ἐμίσησα, καὶ ἐπὶ τοῖς ἐχθρούς σου ἐξετηκόμην, τέλειον μῖσος ἐμίσουν αὐτούς, εἰς ἐχθροὺς ἐγένοντό μοι. » Καὶ τῷ Ἰωσαφὰτ (9) ὁ Θεὸς ὀνειδίζει διὰ τὴν πρὸς Ἀχαὰβ φιλίαν καὶ συμμαχίαν, καὶ [64] τὴν πρὸς Ὀχοζίαν, λέγων διὰ Ἰωνᾶ [65] (10) τοῦ προφήτου· « Εἰ ἁμαρτωλῷ σὺ φιλιάζεις,

[54-58] Prov. XIV, 12. [56] Matth. XXIV, 24. [57] Matth. XII, 32. [58] Cant. II, 15. [59] I. Ignat. interpol. ad Philad. 3. [60] Prov. XIII, 20. [61] Psal. XLIX, 18. [62] Laudatur ab Anastasio, quæst. 52. [63] Psal. CXXXVIII, 21. [64] Non habentur in Anast. [65] al. Ἰωήλ Anast. Ἡσαΐου.

## VARIORUM NOTÆ.

(2) *Λόγοις.* Alter Vind. cod. λόγῳ, quod est perinde. CLER.

(3) *Οὗτοι.* In margine Vind. cod. ascriptum est: Τινὲς εἰσὶν οἷς οὐκ ἀφεθήσεται, οὔτε ἐν τῷ νῦν, οὔτε ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι. ID.

(4) *Ἑλλήνων ἀθεώτεροι.* Hanc ob rationem ex B. Irenæo lib. II, cap. 9, quia ethnici primum divinitatis locum attribuunt Creatori; hæretici vero (majorem partem primarum hæreseon intellige) alium superiorem Deum comminiscuntur. *Hæreticos gentibus esse pejores dubitat nemo. Primum, quia gentiles per ignorantiam Christum blasphemant, hæretici autem scientes Christi lauiant veritatem. Deinde, quia in illis vel spes* [f. *species*] *fidei est, in istis autem incessabilis pugna et discordia.* Auctor *Operis imperfecti in Matthæum*, ad cap. XII, vers. 45. COT. Verba tamen hæc desunt in altero cod. Vindob. quæ sunt hyperbolica. CL.

(5) *Ἀμπελῶνα.* Rectius ἀμπελῶνας. Sequitur D proxime καὶ ἀλωπέκων μερίδες γενόμενοι, quibus verbis non deceptores describuntur, sed decepti. ID.

(6) *Μέν.* Est in altero Vind. γάρ, non male traditur hic ratio fugæ. ID.

(7) *Τήν.* Deest in altero cod. Vindob., melius. Habet enim hic articulus vim quamdam δεικτικήν, cui nullus est hic locus; vult enim hic scriptor nullam societatem cum ejusmodi hominibus esse oportere. ID.

(8) *Ὅσιος.* Alter Vind. θεῖος. ID.

(9) *Καὶ τῷ Ἰωσαφάτ*, etc. Excuso hic et accuso catholicæ doctrinæ patrem. Excuso in nomine prophetæ; quia arbitror positum fuisse primitus Ἰηοῦ Ἀνανί, sed id postea ob lectu difficilem aut compendiosam scripturam mutatum ab imperitis librariis in Ἰωνᾶ, Ἰωήλ et Ἡσαΐου. Accuso autem quod prophetas et loca Scripturæ confuderit. COT.

(10) *Ἰωνᾶ.* In ms. Vind. του. lineola imposita, pro Ἰεοῦ, Hebraice יְהוֹ *Jehou*. CL.

Digitized by Google

ἢ μισουμένῳ ὑπὸ Κυρίου βοηθεῖς; Διὰ τοῦτο ἐξαίφνης ὀργὴ Κυρίου ἐγένετο ἐπὶ σὲ, εἰ μὴ ὅτι εὑρέθη ἡ καρδία σου τελεία πρὸς Κύριον [66]· διὰ τοῦτο ἐφείσατό σου Κύριος· πλὴν ὅτι διεκόπη τὰ ἔργα σου, καὶ συνετρίβησαν αἱ νῆές σου. » Φεύγετε οὖν τῆς κοινωνίας αὐτῶν, καὶ τῆς πρὸς αὐτοὺς εἰρήνης ἀλλότριοι τυγχάνετε· περὶ αὐτῶν γὰρ ὁ προφήτης ἀπεφήνατο λέγων, ὅτι « Οὐκ ἔστι χαίρειν τοῖς ἀσεβέσι, λέγει Κύριος. » Οὗτοι γάρ εἰσιν οἱ κρύφιοι λύκοι, οἱ ἐννεοὶ κύνες, οἱ οὐ δυνάμενοι ὑλακτεῖν, οἳ νῦν μέν εἰσιν ὀλίγοι, προκόψαντος δὲ τοῦ χρόνου, καὶ τῆς συντελείας ἐγγιζούσης, πλείονες καὶ χαλεπώτεροι ἔσονται· περὶ ὧν ὁ Κύριος ἔλεγεν, ὅτι· « Ἆρα ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐλθὼν εὑρήσει τὴν πίστιν ἐπὶ τῆς γῆς; Καὶ διὰ τὸ πληθυνθῆναι τὴν ἀνομίαν, ψυγήσεται ἡ ἀγάπη τῶν πολλῶν. Καὶ ἐλεύσονται ψευδόχριστοι καὶ ψευδοπροφῆται, καὶ δώσουσι σημεῖα ἐν οὐρανῷ, ὥστε, εἰ δύνατὸν, καὶ τοὺς ἐκλεκτοὺς ἀπατῆσαι· » ὧν τῆς ἀπάτης ῥύσεται ἡμᾶς ὁ Θεὸς διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ, τῆς ἐλπίδος ἡμῶν. Καὶ γὰρ καὶ ἡμεῖς διερχόμενοι τὰ ἔθνη, καὶ ἐπιστηρίζοντες τὰς ἐκκλησίας, τοὺς μὲν ἐν πολλῇ νουθεσίᾳ καὶ λόγῳ ἰατικῷ ὑγιάσαντες, ἐπανηγάγομεν, μέλλοντας ὅσον οὐδέπω θνήσκειν ἀπάτῃ· τοὺς δὲ ἀνιάτως ἔχοντας, ἐξεβάλομεν ἀπὸ τῆς πολιμνης, ἵνα μὴ ψωραλέας νόσου μεταδῶσι καὶ τοῖς ὑγιαίνουσιν ἀρνίοις, ἀλλὰ καθαρὰ καὶ ἄχραντα, ὑγιᾶ καὶ ἄσπιλα διαμείνῃ Κυρίῳ τῷ Θεῷ. Καὶ ταῦτα κατὰ πόλιν παντοχοῦ εἰς ὅλην τὴν οἰκουμένην τοῦ κόσμου πεποιήκαμεν, καταλιπόντες ὑμῖν τοῖς ἐπισκόποις, καὶ λοιποῖς ἱερεῦσι τήνδε τὴν καθολικὴν διδασκαλίαν, ἀξίως καὶ δικαίως, εἰς μνημόσυνον ἐπιστηριγμοῦ τοῖς πεπιστευκόσι Θεῷ· διαπεμψάμενοι διὰ τοῦ συλλειτουργοῦ ἡμῶν Κλήμεντος τοῦ πιστοτάτου καὶ ὁμοψύχου τέκνου ἡμῶν ἐν Κυρίῳ, ἅμα καὶ Βαρνάβᾳ, καὶ Τιμοθέῳ τῷ ποθεινοτάτῳ υἱῷ, καὶ Μάρκῳ τῷ γνησίῳ, σὺν οἷς καὶ Τίτον ὑμῖν γνωρίζομεν, καὶ Λουκᾶν, Ἰάσονά τε καὶ Λούκιον, καὶ Σωσίπατρον· δι' ὧν καὶ παρακαλοῦμεν ὑμᾶς ἐν Κυρίῳ, ἀπέχεσθαι παλαιᾶς συνηθείας, δεσμῶν ματαίων, ἀφορισμῶν, παρατηρήσεων, βρωμάτων διορισμοῦ, βαπτισμάτων (11) καθημερινῶν. « Τὰ ἀρχαῖα γὰρ παρῆλθεν· ἰδοὺ γέγονε καινὰ τὰ πάντα. »

A amicitiam jungis, vel ei qui odio habetur a Domino, auxiliaris? Idcirco confestim ira Domini facta esset super te, nisi quod inventum est perfectum cor tuum erga Dominum: propter hoc pepercit tibi Dominus [67]: verumtamen interrupta sunt opera tua, et contritæ sunt naves tuæ [68]. » Fugite ergo communionem hæreticorum, et ne faciatis pacem cum illis. Nam de ipsis propheta enuntiavit dicens: « Non est gaudere impiis, dicit Dominus [69]. » Hi enim sunt occulti lupi, canes muti non valentes latrare [70]: qui nunc quidem pauci sunt; procedente vero tempore, et mundi consummatione appropinquante, plures ac molestiores erunt. De quibus Dominus aiebat: « Putas Filius hominis veniens inveniet fidem in terra [71]? Et quoniam abundabit iniquitas, refrigescet B charitas multorum. Et venient pseudochristi et pseudoprophetæ; et dabunt signa in cœlo, ita ut, si fieri potest, etiam electi decipiantur [72]; » a quorum fraude eripiet nos Deus per Jesum Christum, spem nostram. Etenim nos quoque cum per gentes proficisceremur [73], et Ecclesias confirmaremus [74-75], alios quidem in multa admonitione et sermone salubri ad sanitatem revocavimus, atque fraude mox interituros restituimus; alios vero qui immedicabili morbo laborabant, a grege ejecimus, ne agnos suos scabie contagiosa inficerent, utque agni puri, immaculati, sani et illibati Domino Deo servarentur. Atque hæc per civitates in toto orbe terrarum gessimus; et vobis episcopis cæterisque sacerdotibus hancce doC ctrinam catholicam reliquimus, merito et juste, in monumentum corroborationis eorum qui Deo crediderunt: quam misimus per comministrum nostrum Clementem fidelissimum ac unanimem filium nostrum in Domino, una cum Barnaba, et exoptatissimo filio Timotheo, et Marco nostro; cum quibus notos ac commendatos vobis esse volumus, Titum, Lucam, Jasonem, Lucium et Sosipatrum [76]; per quos et hortamur vos in Domino, ut abstineatis vetere consuetudine, vanis vinculis, separationibus, observationibus, ciborum distinctione, baptismatibus quotidianis. Nam « vetera transierunt; ecce facta sunt omnia nova [77]. »

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΘ'.

*Πρὸς* (12) *φαυλίζοντας τὸν νόμον.*

Γνόντες γὰρ Θεὸν διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ τὴν σύμD πασαν αὐτοῦ οἰκονομίαν ἀρχῆθεν γεγενημένην, ὅτι δέδωκεν νόμον ἁπλοῦν εἰς βοήθειαν τοῦ φυσικοῦ, καθαρὸν, σωτήριον, ἅγιον, ἐν ᾧ καὶ τὸ ἴδιον ὄνομα ἐγκατ-

## CAPUT XIX.

*Contra improbantes legem.*

Deum enim per Jesum Christum cognovistis, omnemque ejus dispensationem a principio factam, quemadmodum simplicem legem dederit in subsidium legis naturalis, puram, salutarem, sanctam [78],

[66] in Anastasio additur καὶ λόγοι καλοὶ εὑρέθησαν ἐν σοί. [67] II Paralip. XIX, 2. [68] II Paral. XX, 37. [69] Isa. LVII, 21. [70] Isa. LVI, 10. [71] Luc. XVIII, 8. [72] Matth. XXIV, 12, 24. [73] I. Ignat. interpol. ad Ephes. 9, ad Magn. 9. [74-75] ad Philad. 3, ad Sm. 7. [76] Rom. XVI. 21. [77] II Cor. V, 17. [78] Isa. VIII, 20 in LXX.

## VARIORUM NOTÆ.

(11) *Βαπτισμάτων.* Una littera minus habet Gregentii locus in Disputatione cum Herbano, f. 131, p. 2: Πρὸ τῆς ἐξωτέρας ναοῦ Σολομῶντος λουτῆρες ἄφετοι ἐχρημάτιζον πάντοτε· νόμος δὲ ἔκειτο, ἵνα ὁ ἁμαρτάνων ἐπί τινι πράγματι, καὶ βουληθεὶς μεταμεληθῆναι, λέγει τοῖς ἱερεῦσι, καὶ πρὸς τὸ πταῖσμα ἀφορίζεται τοῦ εἰς τὸν ναὸν εἰσιέναι· καὶ πληρωθέντος τοῦ ὅρου ἀπολυόμενος, κατὰ ψυχὴν ἰατρευθεὶς, οὕτω λοιπὸν εἰς τὸν ναὸν ἀδεῶς εἰσελαύνων, ἐπιτελεῖ τὰς λατρείας αὐτοῦ. Quis non videt certam lectionem ἀπολουόμενος? Cot.

(12) *Πρός.* Περὶ τούς, hoc est, *circa eos, qui* contemnunt legem. Ct.

Digitized by Google

in qua et nomen proprium reposuerit [79], perfectam, nullo præditam defectu, per decem illa mandata plenam, immaculatam, animas convertentem [80], cujus quidem oblitos Hebræos commonefacit per Malachiam prophetam, dicens : « Mementote legis Moysi, hominis Dei, qui mandavit vobis præcepta et justificationes [81]. » Quæ adeo sancta est ac justa, ut, cum Salvator aliquando unum leprosum curasset, et rursus novem alios, dixerit primo : « Abi, ostende te summo sacerdoti, et offer munus quod præcepit Moses, in testimonium illis [82-83] ; » novem autem illis iterum : « Ite, ostendite vos sacerdotibus [84]. » Non enim solvit legem, ut Simon arbitratur, sed adimplevit; ait enim : « Iota unum aut unus apex non præteribit a lege, donec omnia fiant. Non enim, inquit, veni solvere legem, sed adimplere [85]. » Quandoquidem Moses, legislator simul et pontifex, et propheta, ac rex, atque Elias, ille prophetarum zelotes [86], adfuerunt transfigurationi Domini in monte [87], testes incarnationis ac passionum illius, tanquam amici et familiares Christi, non autem tanquam hostes et alieni. Ex quibus rebus palam fit legem bonam esse et sanctam, atque etiam prophetas.

## CAPUT XX.

*Quæ sit lex naturalis, et quæ invectitia, et quam ob causam invecta fuit.*

[88] Lex vero est Decalogus, decem illa præcepta quæ, antequam populus vitulum conflaret [89], Apim scilicet Ægyptiorum, Deus illis sonora voce sanxit. Hæc autem lex justa est, quare et lex dicitur, quod secundum naturam juste judicia fiant. Quam legem Simon improbat ac deridet, existimans quod ab ea non judicatus, supplicium effugiet. Hæc bona est, sancta, minime coacta : Deus enim ait : « Si autem feceris mihi altare, ex terra facies mihi illud [90] : » non dixit, *fac;* sed, *si feceris :* non imposuit necessitatem ; sed potestati permisit, utpote

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Κ'.

*Τίς ὁ φυσικὸς νόμος, καὶ τίς ὁ ἐπεισακτος, καὶ δι' ἣν αἰτίαν ἐπεισήχθη.*

Νόμος δέ ἐστιν ἡ Δεκάλογος, ἣν πρὸ τοῦ τὸν λεὼν μοσχοποιῆσαι τὸν παρ' Αἰγυπτίοις Ἄπιν, Θεὸς αὐτοῖς ἐνομοθέτησεν ἀκουστῇ φωνῇ· οὗτος δὲ δίκαιός ἐστι, διὸ καὶ νόμος λέγεται (16), διὰ τὸ φύσει δικαίας τὰς κρίσεις ποιεῖσθαι· ὃν οἱ περὶ Σίμωνα φαυλίζουσιν (17), οἰόμενοι μὴ κριθέντες ὑπ' αὐτοῦ, τὴν κόλασιν ἐκφεύγειν· οὗτος ὁ νόμος ἀγαθὸς, ὅσιος, ἀκατανάγκαστος· φησὶ γάρ· « Ἐὰν δὲ ποιήσῃς μοι θυσιαστήριον, ἐκ γῆς ποιήσεις μοι αὐτό. » Οὐκ εἶπε, *ποίησον* (18), ἀλλὰ, *ἐὰν ποιήσῃς·* οὐκ ἀνάγκην περιέθηκεν (19), ἀλλὰ τῇ ἐξουσίᾳ ἐπέτρεψεν, ἅτε ἐλευθέρα

[79] Deut. xii, 5. [80] Psal. xviii, 8. [81] Mal. iv, 4. [82-83] Matth. viii, 4 ; Marc. i, 44. [84] Luc. viii, 14. [85] Matth. v, 18, 17. [86] III Reg. xix, 10. [87] Luc. ix, 30. [88] Laudat Anastasius, quæst. 45. [89] Exod. xx et xxxii. [90] Exod. xx, 24.

## VARIORUM NOTÆ.

(13) Λεπρὸν ἕνα, καὶ πάλιν ἐννέα. Iterum permiscet historias : nempe unius leprosi Matth. viii; Marc. i, Luc. v, et aliorum decem eodem morbo laborantium Luc. xvii. De prima exstat locus Epiphanii hæres. 66, sect. 57, valde obscurus, ab interpretibus in mendo cubare judicatus, eoque minus plene conversus, cum potuisset saltem ex saltu magis integre transferri. Atque eccum : Μακάριαι ἡμῶν αἱ ἐλπίδες, ὅτι ἄρχοντι τοῦ σκότους ὁ Χριστὸς ἐλθὼν προσφέρειν ἠνάγκαζε· καθαρίσας γὰρ τὸν λεπρὸν τὸν ἐν τῷ νόμῳ γραφέντα ὑπ' αὐτοῦ λαλήσαντος, τὸ ἐν τῷ νόμῳ ἐπιτελεῖσθαι δῶρον, « Ἀπελθὼν προσένεγκε τὸ δῶρόν σου, » τῷ καθαρισθέντι ὑπ' αὐτοῦ λεπρῷ λέγων, « καθὼς προσέταξε Μωϋσῆς. » Hoc est, ni fallor : *O felices spes nostras! quod principi tenebrarum Christus veniens offerre coegerit : purgato scilicet leproso, qui in lege eodem loquente Domino descriptus est; ac volens ut munus quod lege præscriptum fuit exhibeatur, dicensque leproso quem purgaverat : Vade, offer munus tuum, sicut præcepit Moyses.* Cot.

(14) *Πάντα.* Cod. Vind. ταῦτα πάντα. Cl.

(15) *Νόμον.* Addit cod. Vind. ἢ τοὺς προφήτας. Id.

(16) *Διὸ καὶ νόμος λέγεται.* Basilicon lib. ii, tit. 1, l. 1 : Ὁ νόμος ἀπὸ τῆς δικαιοσύνης ὠνόμασται· ἔστι γὰρ νόμος τέχνη τοῦ καλοῦ καὶ ἴσου, a νέμω, id est μερίζω, ἀπὸ τοῦ μερισμοῦ τῆς δικαιοσύνης, ait Scholiastes ibidem. Quod sequitur, διὰ τὸ φύσει δικαίως τὰς κρίσεις ποιεῖσθαι, verti etiam potest, *quod ex natura et proprietate sua juste facial judicia.* Id.

(17) *Ὃν οἱ περὶ Σίμωνα φαυλίζουσι.* Cod. Vind. οὗ ο. π. Σ. τὰς κρίσεις φαυλίζουσι. Cl.

(18) *Οὐκ εἶπε, ποίησον.* Citari magna incuria textum *Exod.* xx, 24, et assumi ἐάν ex sequenti versiculo 25, observatum est a viris doctis. Cot.

(19) *Περιέθηκεν.* Ἐπέθηκε, id. cod. Cl.

Digitized by Google

Οὐ γὰρ θυσιῶν δέεται Θεὸς, ἀνενδεὴς ὑπάρχων τῇ φύσει· ἀλλὰ γινώσκων, καθάπερ καὶ ἤδη (20) πρότερον τὸν φιλόθεον Ἄβελ, καὶ Νῶε (21), καὶ Ἀβραὰμ, καὶ τοὺς καθεξῆς, οὐκ αἰτηθέντας, φυσικῷ δὲ νόμῳ κινηθέντας ἀφ' ἑαυτῶν, προσενέγκαι θυσίαν Θεῷ ἀπὸ γνώμης εὐχαρίστου, ἐπιτρέπει καὶ νῦν Ἑβραίοις, οὐ προστάσσων, ἀλλ' εἰ βουληθῶσι, συγχωρῶν, καὶ εἰ ἀπὸ ὀρθῆς προσοίσωσι (22) γνώμης, εὐδοκῶν ἐπὶ ταῖς θυσίαις αὐτῶν. Διὰ τοῦτό φησιν· Εἰ θύειν (23) ἐπιθυμεῖς, οὐ δεομένῳ μοι θύε· οὐδενὸς γὰρ ἐν χρείᾳ καθέστηκα· « Ἐμὴ γάρ ἐστιν ἡ οἰκουμένη καὶ τὸ πλήρωμα αὐτῆς. » Ὁπότε δὲ οἱ τοῦ λαοῦ τούτου (24) ἀμνήμονες ὑπῆρξαν, καὶ μόσχον ἀντὶ Θεοῦ θεὸν ἐπεκαλέσαντο, καὶ τούτῳ τὴν αἰτίαν τῆς ἐξ Αἰγύπτου πορείας ἐπέγραψαν, λέγοντες· « Οὗτοι οἱ θεοί σου, Ἰσραὴλ, οἱ ἐξαγαγόντες σε ἐκ γῆς Αἰγύπτου· » καὶ δυσσεβήσαντες εἰς ὁμοίωμα μόσχου ἐσθίοντος χόρτον, ἐπηρνήσαντο (25) Θεὸν, τὸν διὰ Μωσέως ἐπισκεψάμενον αὐτοὺς ἐν τῇ θλίψει αὐτῶν· τὸν τὰ σημεῖα ἐπὶ χειρὸς καὶ ῥάβδου ποιησάμενον, καὶ τοὺς Αἰγυπτίους δεκαπλήγῳ πατάξαντα· τὸν τὴν Ἐρυθρὰν διελόντα θάλασσαν εἰς διαιρέσεις ὑδάτων· τὸν διαγαγόντα αὐτοὺς ἐν μέσῳ ὕδατος, ὡς ἵππον ἐν πεδίῳ· τὸν τοὺς ἐχθροὺς αὐτῶν καὶ ἐπιβούλους βυθίσαντα· τὸν εἰς Μερρὰν (26) τὴν πικρὰν πηγὴν γλυκάναντα· τὸν ἐκ πέτρας ἀκροτόμου καταγαγόντα ὕδωρ εἰς πλησμονήν· τὸν στύλῳ νεφέλης καὶ στύλῳ πυρὸς σκιάζοντα αὐτοῖς διὰ θάλπος ἄμετρον, καὶ φωτίζοντα καὶ ὁδηγοῦντα τοὺς οὐκ εἰδότας ὅπου πορευθῶσι· τὸν ἐξ οὐρανοῦ μαννοδοτήσαντα αὐτοῖς, καὶ ἐκ θαλάσσης κρεωδοτήσαντα ὀρτυγομήτραν· τὸν ἐν τῷ ὄρει νομοθετήσαντα αὐτοῖς· οὗ τῆς φωνῆς ἠξιώθησαν ἐπακοῦσαι· τοῦτον ἀπηρνήσαντο, εἰπόντες τῷ Ἀαρών· « Ποίησον ἡμῖν θεοὺς, οἳ προπορεύσονται ἡμῶν· » καὶ ἐμοσχοποίησαν χωνευτὸν, καὶ ἔθυσαν τῷ εἰδώλῳ· τότε (27) ὀργισθεὶς ὁ Θεὸς, ἅτε ἀχαριστηθεὶς ὑπ' αὐτῶν, ἔδησεν αὐτοὺς δεσμοῖς ἀλύτοις [91], στιβώσει (28) φορτισμοῦ, καὶ σκληρότητι κλοιοῦ· καὶ οὐκέτι εἶπεν· Ἐὰν δὲ ποιῇς, ἀλλὰ, « Ποίησον θυσιαστήριον, καὶ θύε διηνεκῶς· » ἐπιλήσμων γὰρ τυγγάνεις καὶ ἀχάριστος. Ὁλοκαύτει οὖν συνεχῶς, ἵν' ὑπομιμνήσκῃς μου. Ἐπειδὴ γὰρ τῇ

A liberæ [91]. Non enim sacrificiis eget Deus, qui natura sua nullius rei est indigus; sed cum sciret quod jam antea Dei amans Abel, et Noe, et Abraham, et alii deinceps, non jussi, sed naturali lege moti, sponte Deo obtulerant sacrificium ex grato animo; eodem modo et nunc id permittit Hebræis; non præcipiens, sed si voluerint, concedens; atque si recto animo obtulerint, acceptans eorum sacrificia. Ideo ait: Si sacrificare cupis, mihi non indigenti sacrifica; in nullius quippe rei inopia sum constitutus: « Meus enim est orbis terræ, et plenitudo ejus [92]. » Postquam vero hujus rei immemor fuit populus; et pro Deo vitulum vocaverunt Deum, eique causam egressionis ex Ægypto ascripserunt, dicentes: « Hi dii tui, Israel, qui te eduxe-
B runt de terra Ægypti [93]; » et impie adorato simulacro vituli fenum comedentis, negaverunt Deum, qui per Mosem eos, dum affligerentur, visitaverat [94]; qui signa in manu et virga ediderat, ac Ægyptios plagis decem percusserat; qui mare Rubrum diviserat in aquarum divisiones; qui eos traduxerat per medium undæ, ut equum in campo; qui hostes eorum ac insidiatores demerserat; qui in Mara fontem amarum effecerat dulcem; qui ex petra dura aquam ad satietatem elicuerat; qui per columnam nubis eos a nimio æstu protexerat, et per columnam ignis illuminaverat, nescientesque quo proficiscerentur, deduxerat; qui mannam ex cœlo ipsis dederat, et ex mari carnem seu ortygometram præbuerat [95]; qui in monte legem illis tulerat [96]; cujus
C vocem audire digni facti fuerant: hunc postquam abnegarunt, dicentes Aaroni: « Fac nobis deos, qui præcedent nos [97]; » et fecerunt vitulum conflatilem, et idolo sacrificaverunt: tunc iratus Deus, quod, nempe, ab iis gratiam non ferret, ligavit eos vinculis insolubilibus, oppressione oneris, et duritia catenæ; neque amplius dixit: « Si autem feceris; » sed: « Fac altare, et sacrifica continue [98], » oblivio-sus enim es ac ingratus; offer igitur assidue holocaustum, ut memineris mei: quia enim libera potestate male abusus es, impono tibi posthac neces-

[91] Citat Cedrenus. Vide testimonia veterum. [92] Psal. xlix, 12. [93] Exod. xxxii, 4. [94] Exod. iv, etc. [95] Num. xi, 31. [96] Exod. xx, 1. [97] Exod. xxxii, 1. [98] Exod. xx, 24. [99] Vide in Cedreno et Anastasio.

## VARIORUM NOTÆ.

(20) *Ἤδη.* Ἤδει, cod. Vind. Cler.

Μὴ γίνου οἰωνοσκόπος· ὅτι ὁδηγεῖ πρὸς εἰδωλολατρείαν· « Οἰώνισμα δὲ, φησὶν ὁ Σαμουὴλ, ἁμαρτία ἐστί. » Καί· « Οὐκ ἔσται οἰωνισμὸς ἐν Ἰακὼβ, οὐδὲ μαντεία ἐν Ἰσραήλ. » Οὐκ ἔσῃ ἐπᾴδων, ἢ περικαθαίρων τὸν υἱόν σου. Οὐ κληδονιεῖς· οὐδὲ οἰωνισθήσῃ· οὐδὲ ὀρνεοσκοπήσεις· οὐδὲ μαθήσῃ μαθήματα πονηρά (29)· ταῦτα γὰρ ἅπαντα καὶ ὁ νόμος ἀπεῖπε. Μὴ γίνου ἐπιθυμητὴς κακῶν, ὁδηγηθήσῃ γὰρ εἰς ἀμετρίαν ἁμαρτημάτων. Οὐκ ἔσῃ αἰσχρολόγος· οὐδὲ ῥιψόφθαλμος· οὐδὲ μέθυσος· ἐκ γὰρ τούτων πορνεῖαι καὶ μοιχεῖαι γίνονται. Μὴ γίνου φιλάργυρος· ἵνα μὴ ἀντὶ Θεοῦ δουλεύσῃς τῷ μαμωνᾷ. Μὴ γίνου κενόδοξος, μηδὲ μετέωρος, μηδὲ ὑψηλόφρων· ἐκ γὰρ τούτων ἁπάντων ἀλαζονεῖαι γίνονται· μνήσθητι τοῦ εἰπόντος· « Κύριε, οὐχ ὑψώθη ἡ καρδία μου· οὐδὲ ἐμετεωρίσθησαν οἱ ὀφθαλμοί μου· οὐδὲ ἐπορεύθην ἐν μεγάλοις, οὐδὲ ἐν θαυμασίοις ὑπὲρ ἐμέ. Εἰ μὴ ἐταπεινοφρόνουν (30).... »

## CAPUT VII.

*Interdictio murmurationis, pervicaciæ, superbiæ, feritatis.*

Ne sis murmurator [86]; memor pœnarum quas dederunt qui Mosi obmurmurarunt [87]. Ne sis per-

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ζ'.

*Ἀπαγόρευσις γογγυσμοῦ, καὶ αὐθαδείας, καὶ ὑπερηφανίας, καὶ θρασύτητος.*

Μὴ γίνου γόγγυσος *, μνησθεὶς τῆς τιμωρίας ἧς ὑπέστησαν οἱ καταγογγύσαντες Μωσέως. Μὴ ἴσο αὐθά-

[68] Deut. I, 17. [69] Anast. τὸν ἀδελφόν σου. [70] Levit. XIX, 17. [71] Prov. IX, 8. [72] Isa. LIV, 14. [73] Gen. IV, 11. [74] al. Γολιάς, ut in Anast. [75] I Reg. XVII et XVIII. [76] Anast. Ἀβδενήρ. [77] Anast. Ἀμεσίαν [78] III Reg. II, 32 [79] I Reg. XV, 23. [80] Num. XXIII, 23. [81] Anastasius, ibid. [82] Deut. XVIII, 11, 10. [83] Levit. XIX, 26, 31. [84] Matth. VI, 24. [85] Psal. CXXX, 1. [86] Vide Anastasium, in eadem quæstione. [87] Num. XII, etc.

## VARIORUM NOTÆ.

(24) *Μὴ πάθῃς*. Præpone ἵνα ex Anastasio. Cot. D

(25) *Ὅς*. Est in Vind. cod. ὁ, sed oportet sequi ὃ δέ, in seqq. Cl.

(26) *Προκριθῆναι*. In cod. Vind. προδεχθῆναι, quod melius est, quia vitatur repetitio, quæ est in verbis πρόκριτον et προκριθῆναι. Id.

(27) *Γολιάδ*. In quibusdam exemplaribus sacris corrupte scriptum fuisse olim *Goliad*, loco *Goliath*, fidem faciunt versiones Syriaca et Arabica, hodierni codices Græci psal. CXLIII, 1; CLI, 1, una cum Gregorio Nazianzeno orat. 30; Chrysostomo, orat. 1 *De precatione*, ac Theodorito quæst. 41 *in Gen.* At Apollinari Goliatus dicitur, Cypriano aliisque Golias. Cot.

(28) *Ἐπαοιδῆς*. Addit hisce cod. Vind. κληδονισμοῦ, ἐπιθυμίας κακῶν καὶ λόγων ἀπηγορευμένων. Cl.

(29) *Μαθήματα πονηρά*. Hoc in singulari exprimitur, μάθημα πονηρόν. Cl.

(30) *Εἰ μὴ ἐταπεινοφρόνουν*. Data utcumque occasione, admonitum velim lectorem, ut Davidici dicti Symmachianam versionem petat potius ex *Catena* Corderii, in qua εἰ μὴ ἐξίσωσα, *si non exæquavi* positum habetur, quam ex Theodoriti libris, in quibus, indeque in notis 70, legitur εἰ μὴ ἠξίωσα. Quanquam hoc quoque tolerari potest, sensu isto, *si non censui et constitui*. Cot.

Digitized by Google

δης, μηδὲ πονηρόφρων, μηδὲ [88] σκληροκάρδιος, μηδὲ θυμώδης, μηδὲ μικρόψυχος· πάντα γὰρ ταῦτα ὁδηγεῖ πρὸς βλασφημίαν· ἴσθι δὲ πρᾶος, ὡς Μωϋσῆς καὶ Δαβίδ· ἐπεὶ « οἱ πραεῖς κληρονομήσουσι γῆν. »

A vicax, nec malitiosus, nec duro corde, nec iracundus, nec pusilli animi : omnia enim hæc ducunt ad blasphemiam : sis vero mitis, ut Moyses et David [89], quandoquidem « mites possidebunt terram [90]. »

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Η'.

*Περὶ μακροθυμίας, ἀκακίας, πραότητος, ὑπομονῆς.*

Γίνου μακρόθυμος· ὁ γὰρ τοιοῦτος, « πολὺς ἐν φρονήσει· » ἐπείπερ « ὀλιγόψυχος ἰσχυρὸς ἄφρων. » Γίνου ἐλεήμων· « Μακάριοι γὰρ οἱ ἐλεήμονες, ὅτι αὐτοὶ ἐλεηθήσονται. » Ἔσο ἄκακος, ἥσυχος, ἀγαθὸς, τρέμων τοὺς λόγους τοῦ Θεοῦ. Οὐχ ὑψώσεις σεαυτὸν, ὡς ὁ Φαρισαῖος· « Ὅτι πᾶς ὁ ὑψῶν ἑαυτὸν, ταπεινωθήσεται· » καί· « Τὸ ὑψηλὸν ἐν ἀνθρώποις, βδέλυγμα παρὰ τῷ Θεῷ. » Οὐ δώσεις τῇ ψυχῇ σου θράσος· ὅτι « θρασὺς ἀνὴρ ἐμπεσεῖται εἰς κακά. » Οὐ συμπορεύσῃ μετὰ ἀφρόνων, ἀλλὰ μετὰ σοφῶν καὶ δικαίων· « Ὁ συμπορευόμενος γὰρ σοφοῖς, σοφὸς ἔσται· ὁ δὲ συμπορευόμενος (31) ἄφροσι, γνωσθήσεται. » Τὰ συμβαίνοντά σοι πάθη, εὐμενῶς δέχου, καὶ τὰς περιστάσεις ἀλύπως· εἰδὼς ὅτι μισθὸς παρὰ Θεοῦ σοι δοθήσεται, ὡς τῷ Ἰὼβ καὶ τῷ Λαζάρῳ.

## CAPUT VIII.

*De longanimitate, innocentia, mansuetudine, patientia.*

Sis longanimis : qui enim talis est, « multus est in prudentia ; siquidem pusillanimis vehementi stultitia tenetur [91]. » [92] Sis misericors : « Beati enim misericordes : quoniam ipsi misericordiam consequentur [93]. » [94] Esto innocens, quietus, bonus, tremens sermones Dei [95]. [96] Non te exaltabis, ut Pharisæus, quia « Omnis qui se exaltat, humiliabitur [97] ; » et : « Quod altum est in hominibus, abominatio est B apud Deum [98]. » [99] Non dabis animæ tuæ audaciam; quia vir « audax incidet in mala [100]. » Non gradieris cum insipientibus, sed cum sapientibus ac justis : « Qui enim graditur cum sapientibus, sapiens erit; qui vero graditur cum insipientibus, agnoscetur [1]. » [2] Morbos et casus qui tibi acciderint, placide accipito ; et adversa fer absque ægritudine ; sciens quod tibi a Deo dabitur merces, quemadmodum Jobo et Lazaro [3].

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Θ'.

*Ὅτι χρὴ τοὺς κατὰ Χριστὸν διδασκάλους, γονέων πλεῖον ἡγεῖσθαι· οἱ μὲν γὰρ τὸ εὖ (32) εἶναι, οἱ δὲ τὸ εἶναι μόνον παρέχουσιν.*

Τὸν λαλοῦντά σοι τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ δοξάσεις· μνησθήσῃ δὲ αὐτοῦ ἡμέρας καὶ νυκτός· τιμήσεις δὲ αὐτὸν, οὐχ ὡς γενέσεως αἴτιον, ἀλλ' ὡς τοῦ εὖ εἶναί σοι C πρόξενον γινόμενον· ὅπου γὰρ ἡ περὶ Θεοῦ διδασκαλία, ἐκεῖ ὁ Θεὸς πάρεστιν. Ἐκζητήσεις καθημέραν τὸ πρόσωπον τῶν ἁγίων, ἵν' ἐπαναπαύῃ τοῖς λόγοις αὐτῶν.

## CAPUT IX.

*Quod oporteat doctrinæ Christi magistros pluris ducere quam parentes : illi siquidem, bene esse ; hi vero, esse tantum, præstant.*

[4] Eum qui sermonem Dei tibi loquitur coles : ejusque eris memor die ac nocte : honorabis autem eum non tanquam originis auctorem, sed tanquam illum C qui tibi ut bene esses conciliator exstitit : ubi enim doctrina de Deo, ibi Deus adest. [5] Exquires quotidie faciem sanctorum, ut acquiescas sermonibus eorum.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ι'.

*Ὅτι χρὴ μὴ ἀποσχίζειν τῶν ἁγίων, ἀλλ' εἰρηνεύειν μαχομένους, κρίνειν τε δικαίως, καὶ μὴ προσωπολημπτεῖν.*

Οὐ ποιήσεις σχίσματα πρὸς τοὺς ἁγίους, μνησθεὶς τῶν Κορειτῶν. Εἰρηνεύσεις μαχομένους, ὡς Μωσῆς, συναλλάσσων (33) εἰς φιλίαν. Κρινεῖς δικαίως· « Τοῦ γὰρ Κυρίου ἡ κρίσις. » Οὐ λήψῃ πρόσωπον ἐλέγξαι ἐπὶ παραπτώματι, ὡς Ἠλίας καὶ Μιχαίας τὸν Ἀχαάβ, καὶ Ἀβδεμέλεχ ὁ Αἰθίοψ τὸν Σεδεκίαν, καὶ Νάθαν τὸν Δαβὶδ, καὶ Ἰωάννης τὸν Ἡρῴδην.

## CAPUT X.

*Quod non oporteat disjungere se a sanctis, sed pacificare contendentes, et judicare juste, et personas non accipere.*

[6] Non facies schismata adversum sanctos; recordatus Coritarum [7]. Pacem inter dissidentes compones, ut Moses, eosque in amicitiam reconciliabis [8]. [9] Judicabis juste : « Domini enim est judicium [10]. » [11] Non accipies personam in arguendo de peccato; ut Elias et Michæas Achabum arguerunt [12], Abdemelechus Æthiops Sedeciam [13], Nathan Davidem [14], D et Joannes Herodem [15].

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΑ'.

*Περὶ διψύχου, ἤτοι ὀλιγοπίστου [16].*

Μὴ γίνου δίψυχος ἐν προσευχῇ σου, εἰ ἔσται, ἢ οὔ· λέγει γὰρ ὁ Κύριος ἐμοὶ Πέτρῳ ἐπὶ τῆς θαλάσσης·

## CAPUT XI.

*De homine duplicis animi, seu mobilicæ fidei.*

[17] Ne sis duplici animo in precatione tua, utrum futurum sit, an non : [18] dixit enim Dominus mihi

[88] Vide Anast. [89] Num. XII, 3 ; Psal. CXXXI, 1. [90] Matth. V, 4. [91] Prov. XIV, 29. [92] I. Pseudo-Ignat. ad Hieron, 5. [93] Matth. V, 7. [94] Barn. cap. 19. [95] Isa. LXVI, 2. [96] Barn. XIX; I. Anastasium, ibid. [97] Luc. XVIII, 14. [98] Luc. XVI, 15. [99] Barn. XIX; Anast. ibid. [100] Prov. XIII, 17, apud. LXX. [1] Prov. XIII, 20. [2] Barn. X; Anast. ibid. [3] Job XLII; Luc. XVI. [4] Barn. XIX ; Anast. ibid. [5] Barn. ibid. [6] Barnab. XIX. [7] Num. XVI. [8] Exod. II. [9] Barn. XIX. [10] Deut. I, 17. [11] Barn. XIX. [12] III Reg. XVIII, XXI, XXII. [13] Jerem. XXXVIII. [14] II Reg. XII. [15] Matth. XIV. [16] al. ὀλιγοψύχου. [17] I. supra, Barn. XIX. [18] I. Pseudo-Ignat. ad Hieron. 7.

## VARIORUM NOTÆ.

(31) *Ὁ δὲ συμπορευόμενος.* Hæc et duo sequentia vocabula desunt in codice Vindob. CL.

(32) *Τὸ εὖ.* Cod. Vind. τοῦ Θεοῦ, et postea παρέχον, minus bene. ID.

(33) *Συναλλάσσων.* In ms. Vind. καταλλάσσων, eodem sensu. CL.

Digitized by Google

Petro, in mari : « Modicæ fidei, quare dubitasti [19]? » Noli ad accipiendum quidem manum porrigere, ad dandum vero contrahere [20].

A « Ὀλιγόπιστε (34), εἰς τί ἐδίστασας; » Μὴ γίνου πρὸς μὲν τὸ λαβεῖν ἐκτείνων τὴν χεῖρα, πρὸς δὲ τὸ δοῦναι συστέλλων.

## CAPUT XII.

*De beneficentia.*

[21] Si habes, manibus tuis præbe, ut opereris in redemptionem peccatorum tuorum: « Eleemosynis enim ac fide purgantur peccata [22]. » [23] Non dubitabis largiri pauperi; neque largiens, murmurabis : cognosces enim quis sit qui mercedem retribuit : ait quippe : « Qui miseretur pauperis, Domino fenerat : secundum autem datum illius, sic retribuetur ei [24]. » Ne avertas te ab indigente : « Qui obturat enim, inquit, aures suas, ne audiat egentem, et ipse invocabit, et non erit qui exaudiat eum [25]. » [26] Communicabis omnia cum fratre tuo, et non dices propria esse : communis enim participatio a Deo omnibus hominibus præparata fuit. [27] Non tolles manum tuam a filio tuo, aut a filia tua; sed a juventute doce eos timorem Dei : « Castiga enim, inquit, filium tuum ; sic enim erit tibi bonæ spei [28]. »

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΒ'.

*Περὶ εὐποιΐας.*

Ἐὰν ἔχῃς, διὰ τῶν χειρῶν σου δὸς, ἵνα ἐργάσῃ εἰς λύτρωσιν ἁμαρτιῶν σου· « Ἐλεημοσύναις γὰρ καὶ πίστεσιν ἀποκαθαίρονται ἁμαρτίαι. » Οὐ διστάσεις δοῦναι πτωχῷ· οὐδὲ διδοὺς, γογγύσεις, γνώσῃ γὰρ τίς ἐστιν ὁ τοῦ μισθοῦ ἀνταποδότης. « Ὁ ἐλεῶν γάρ, φησὶ, πτωχὸν, Κυρίῳ δανείζει· κατὰ δὲ τὸ δόμα αὐτοῦ, οὕτως ἀνταποδοθήσεται αὐτῷ. » Οὐκ ἀποστραφήσῃ ἐνδεόμενον. « Ὡς φράσσει γὰρ, φησὶ, τὰ ὦτα αὐτοῦ μὴ εἰσακοῦσαι (35) τοῦ δεομένου, καὶ αὐτὸς ἐπικαλέσεται, καὶ οὐκ ἔσται ὁ εἰσακούων αὐτοῦ. » Κοινωνήσεις εἰς πάντα τῷ ἀδελφῷ σου, καὶ οὐκ ἐρεῖς ἴδια εἶναι· κοινὴ γὰρ ἡ μετάληψις παρὰ Θεοῦ πᾶσιν ἀνθρώποις παρεσκευάσθη. Οὐκ ἀρεῖς τὴν χεῖρά σου ἀπὸ τοῦ υἱοῦ σου, ἢ ἀπὸ τῆς θυγατρός σου· ἀλλὰ ἀπὸ νεότητος (36) διδάξεις αὐτοὺς τὸν φόβον τοῦ Θεοῦ. « Παίδευε γὰρ, φησὶ, τὸν υἱόν σου· οὕτω γὰρ ἔσται σοι εὔελπις. »

B

## CAPUT XIII.

*Quales se exhibere debeant famulis domini; et quo modo oporteat famulos esse subjectos.*

[29] Servo tuo aut ancillæ, in eumdem Deum fidem ac fiduciam habentibus, non imperabis in amaritudine animæ; ne forte ingemiscant adversus te : et tibi ira a Deo incumbet. Et vos, servi, dominis vestris, tanquam Deum repræsentantibus estote subjecti cum attentione, reverentia et metu ; sicut Domino, et non hominibus.

C

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΓ'.

*Ὅπως δεῖ προσφέρεσθαι τοῖς οἰκέταις τοὺς κυρίους· καὶ ὅπως χρὴ ὑποτάσσεσθαι τοὺς οἰκέτας.*

Οὐκ ἐπιτάξεις δούλῳ σου ἢ παιδίσκῃ, τοῖς ἐπὶ τὸν αὐτὸν Θεὸν πεποιθόσιν, ἐν πικρίᾳ ψυχῆς· μήποτε στενάξωσιν ἐπὶ σοὶ, καὶ ἔσται σοι ὀργὴ παρὰ Θεοῦ· καὶ ὑμεῖς οἱ δοῦλοι ὑποτάγητε τοῖς κυρίοις ὑμῶν, ὡς τύποις Θεοῦ, ἐν προσοχῇ (37) καὶ φόβῳ, ὡς τῷ Κυρίῳ, καὶ οὐκ ἀνθρώποις.

## CAPUT XIV.

*De hypocrisi, et legum observantia, et confessionibus.*

[31] Odio habebis omnem hypocrisim; et quidquid Domino fuerit placitum, facies. [32] Ne deseras mandata Domini : servabis autem quæ accepisti ab eo, neque addens in iis, neque ab iis detrahens : « Non addes enim verbis illius, ne arguat te, et mendax fias [33]. » [34] Confiteberis Domino Deo peccata tua; et non amplius adjicies ad ea; ut bene sit tibi a Domino Deo tuo, qui non vult mortem peccatoris, sed pœnitentiam [35].

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΔ'.

*Περὶ ὑποκρίσεως, καὶ προσοχῆς νόμων, καὶ ἐξομολογήσεων [30].*

Μισήσεις πᾶσαν ὑπόκρισιν· καὶ πᾶν ὃ ἐὰν ᾖ ἀρεστὸν Κυρίῳ, ποιήσεις· οὐ μὴ ἐγκαταλίπῃς ἐντολὰς Κυρίου· φυλάξεις δὲ ἃ παρέλαβες παρ' αὐτοῦ, μήτε προστιθεὶς ἐπ' αὐτοῖς, μήτε ἀφαιρῶν ἀπ' αὐτῶν· « Οὐ προσθήσεις γὰρ τοῖς λόγοις αὐτοῦ, ἵνα μὴ ἐλέγξῃ σε, καὶ ψευδὴς γένῃ. » Ἐξομολογήσῃ Κυρίῳ τῷ Θεῷ σου τὰ ἁμαρτήματά σου· καὶ οὐκέτι προσθήσεις ἐπ' αὐτοῖς· ἵνα εὖ σοι γένηται παρὰ Κυρίῳ τῷ Θεῷ σου, ὃς οὐ βούλεται τὸν θάνατον τοῦ ἁμαρτωλοῦ, ἀλλὰ τὴν μετάνοιαν.

## CAPUT XV.

*De cultu erga parentes.*

Patrem tuum et matrem cole, tanquam tibi ortus auctores, ut fias longævus super terram [36], quam Dominus Deus tuus dat tibi. [37] Fratres tuos et co-

D

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΕ'.

*Περὶ τῆς πρὸς γονέας θεραπείας.*

Τὸν πατέρα σου καὶ τὴν μητέρα θεραπεύσεις, ὡς αἰτίους σοι γενέσεως, ἵνα γένῃ μακροχρόνιος ἐπὶ τῆς γῆς, ἧς Κύριος ὁ Θεός σου δίδωσί σοι. Τοὺς ἀδελφούς

[19] Matth. xiv, 31. [20] Eccli. iv, 36. [21] Barn. xix. [22] Prov. xv, 27; xvi, 6. [23] Barn. xix. [24] Prov. xix, 17. [25] Prov. xxi, 13. [26] Barn. xix. [27] Ibid. [28] Prov. xix, 18. [29] Barnab. xix; Anast. ibid. [30] f. ἐξομολογήσεως. Sic cod. Vind. [31] Barn. xxix. [32] Ibid. [33] Prov. xxx, 6. [34] Barn. xix. [35] Ezech. xviii, 23, 32; et II Petr. iii, 9. [36] Exod. xx, 12. [37] Anastasius, eodem in loco.

## VARIORUM NOTÆ.

(34) *Ὀλιγόπιστε.* Ms. ὀλιγόψυχε. Male. Vide Matth. xiv, 31. Cl.

(35) *Εἰσακοῦσαι.* Ἐνακοῦσαι, ms. Vind. Id.

(36) *Νεότητος.* Addit ms. Vind. αὐτῶν. Id.

(37) *Προσοχῇ.* Vind. cod. αἰσχύνῃ. Utraque vox rei probe convenit. Cl.

Digitized by Google

σου καὶ τοὺς συγγενεῖς σου μὴ ὑπερίδῃς· « Τοὺς γὰρ οἰκείους τοῦ σπέρματός σου οὐχ ὑπερόψει. »

gnatos tuos ne despicias : « Domesticos enim seminis tui ne despexeris [38]. »

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙϚ'.

*Περὶ τῆς πρὸς βασιλέα καὶ ἄρχοντας ὑποταγῆς.*

Τὸν βασιλέα φοβηθήσῃ, εἰδὼς ὅτι τοῦ Κυρίου ἐστὶν ἡ χειροτονία· τοὺς ἄρχοντας αὐτοῦ τιμήσεις, ὡς λειτουργοὺς Θεοῦ· ἔκδικοι γάρ εἰσι πάσης ἀδικίας· οἷς ἀποτίσατε τέλος, φόρον, καὶ πᾶσαν εἰσφορὰν, εὐγνωμόνως.

## CAPUT XVI.

*De subjectione erga regem et magistratus.*

Regem vereberis, sciens a Domino esse electionem; magistratus ejus honorabis, ut ministros Dei: vindices enim sunt omnis injuriæ [39] : quibus grato animo exsolvite vectigal, tributum, omnemque collationem.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΖ'.

*Περὶ καθαροῦ συνειδότος τῶν προσευχομένων.*

Οὐ προσελεύσῃ ἐπὶ προσευχήν σου, ἐν ἡμέρᾳ πονηρίας σου, πρὶν ἂν λύσῃς τὴν πικρίαν σου. Αὕτη ἐστὶν ἡ ὁδὸς τῆς ζωῆς. Ἧς γένοιτο ἐντὸς ὑμᾶς εὑρεθῆναι, διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν.

## CAPUT XVII.

*De munda conscientia precantium.*

[40] Non accedas ad precationem tuam, in die improbitatis tuæ, priusquam amaritudinem tuam deponas. Hæc est via vitæ; intra quam vos utinam inveniamini, per Jesum Christum Dominum nostrum.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΗ'.

*Ὅτι ἡ ἐξ ἐπιβουλῆς τοῦ ἀλλοτρίου ἐπεισαχθεῖσα ὁδὸς, ἀσεβείας καὶ παρανομίας πεπλήρωται.*

Ἡ δὲ ὁδὸς τοῦ θανάτου ἐστὶν ἐν πράξεσιν πονηραῖς θεωρουμένη· ἐν αὐτῇ γὰρ ἄγνοια Θεοῦ, καὶ πολλῶν (38) κακῶν καὶ θολῶν καὶ ταραχῶν ἐπεισαγωγή· δι' ὧν φόνοι, μοιχεῖαι, πορνεῖαι, ἐπιορκίαι, ἐπιθυμίαι παράνομοι, κλοπαὶ, εἰδωλολατρεῖαι, μαγεῖαι, φαρμακεῖαι, ἁρπαγαὶ, ψευδομαρτυρίαι, ὑποκρίσεις, διπλοκαρδίαι, δόλος, ὑπερηφανία, κακία, αὐθάδεια, πλεονεξία, αἰσχρολογία, ζηλοτυπία, θρασύτης, ὑψηλοφροσύνη, ἀλαζονεία, ἀφοβία, διωγμὸς ἀγαθῶν, ἀληθείας ἔχθρα, ψευδους ἀγάπη, ἄγνοια δικαιοσύνης. Οἱ γὰρ τούτων ποιηταὶ [41], οὐ κολλῶνται ἀγαθῷ, οὐδὲ κρίσει δικαίῳ· ἀγρυπνοῦσιν, οὐκ εἰς τὸ ἀγαθὸν, ἀλλ' εἰς τὸ πονηρόν· ὧν μακρὰν πραότης καὶ ὑπομονή· μάταια ἀγαπῶντες, διώκοντες ἀνταπόδομα, οὐκ ἐλεοῦντες πτωχὸν, οὐ πονοῦντες ἐπὶ καταπονουμένῳ, οὐ γινώσκοντες τὸν ποιήσαντα αὐτοὺς, φονεῖς τέκνων, φθορεῖς πλάσματος Θεοῦ, ἀποστρεφόμενοι ἐνδεόμενον, καταπονοῦντες (39) θλιβόμενον, πλουσίων παράκλητοι, πενήτων ὑπερόπται, πανθαμάρτητοι. Ῥυσθείητε, τέκνα, ἀπὸ τούτων ἁπάντων.

## CAPUT XVIII.

*Quod via quæ ex insidiis adversarii adscita fuit, impietate ac iniquitate sit plena.*

[41] At via mortis in pravis actionibus cernitur : in ea enim est ignoratio Dei; et introductio multorum malorum, turbinum ac tumultuum : unde cædes, adulteria, scortationes, perjuria, cupiditates iniquæ, furta, idololatriæ, magiæ, præstigiæ, rapinæ, falsa testimonia, simulationes, corda duplicia, dolus, superbia, malitia, pervicacia, alieni aviditas, turpiloquium, zelotypia, feritas, elatio mentis, superbia, timoris vacuitas, bonorum vexatio, veritatis odium, mendacii amor, ignorantia justitiæ. Horum quippe factores et affectatores, non adhærent bono, neque justo judicio; vigilant, non ad bonum, sed ad malum : a quibus longe est mansuetudo et patientia : vana diligentes, consectantes remunerationem, non miserantes pauperem, non dolentes de afflicto, non agnoscentes creatorem suum, interfectores liberorum, per embryonis cædem corruptores plasmatis Dei, aversantes egenum, opprimentes calamitosum, divitum advocati, pauperum contemptores, omni ex parte peccatores. Liberemini, filii, ab his omnibus.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΘ'.

*Ὅτι μὴ χρὴ τῆς εὐσεβείας ἐκκλίνειν δεξιὰ ἢ εὐώνυμα, παραινεῖ ὁ νομοθέτης.*

Ὅρα μή τίς σε πλανήσῃ ἀπὸ τῆς εὐσεβείας· « Οὐκ ἐκκλίνῃς γὰρ, φησὶν, ἀπ' αὐτῆς δεξιὰ ἢ εὐώνυμα (40)· » ἵνα συνῇς ἐν πᾶσιν οἷς ἐὰν πράσσῃς, οὐ γὰρ ἐὰν (41) μὴ ἐκτραπῇς ἔξω τῆς εὐθείας ὁδοῦ, δυσσεβήσεις.

## CAPUT XIX.

*Quod non oporteat a pietate declinare dextrorsum vel sinistrorsum, admonet legislator*

Vide ne quis te faciat a pietate aberrare : « Ne declines enim, inquit, ab ea ad dexteram, vel ad sinistram [42] : » ut in omnibus quæ feceris, intelligas : nisi enim a via recta deflectas, non eris impius.

[38] Isa. LVIII, 7. [39] Rom. XIII, 4. [40] Barn., et Anast., ibid. [41] Barn. XX; Anast., ibid. [41] al. ἀντιποιηταί. [42] Deut. V, 32.

## VARIORUM NOTÆ.

(38) *Πολλῶν*. Pro hac voce et tribus seqq., est in altero Vind. cod. θεῶν, ac revera θεῶν ἐπεισαγωγὴ est via mortis, qua omnis generis mala introinittuntur. CL.

(39) *Καταπονοῦντες*. Hæc vox et sequens desunt in codice Vind., quæ præteriit librarius, propter similem terminationem vocis antecedentis. ID.

(40) *Εὐώνυμα*. Ἀριστερά, synonymum pro synonymo, ut passim. ID.

(41) *Ἐὰν μή*. Omittitur μή et ἔξω in cod. Vindobonensi, et quidem recte : si οὐ deleas et vertas, *si deflectas a via recta, impius eris*. Alioqui contorta est ratio loquendi. ID.

Digitized by Google

## CAPUT XX.

*Quod non oporteat improbare cibum ullum usui accommodatum, sed cum gratiarum actione et ordinate sumere.*

De cibis vero tibi ait Dominus : « Bona terræ [46] comedetis [48] ; » et : « Omnem carnem edetis, ut olera herbæ : sanguinem vero effundes [46] : Non enim quæ intrant in os, coinquinant hominem [47], sed quæ ex ore procedunt ; » blasphemiæ [48], inquam, obtrectationes, et si quid hujusmodi. Tu vero comede medullam terræ in justitia [49] : « Quoniam si quid pulchrum, ejus est ; et si quid bonum, ejusdem : frumentum juvenibus, et vinum odoratum virginibus [50]. » — « Quis enim comedet, aut quis bibet, sine ipso [51] ? » Sed et admonet te sapiens Esdras, dicens : « Ite, et comedite pinguedines, et bibite dulcedines, et nolite contristari [52]. »

## CAPUT XXI.

*Quod oporteat abstinere ab esu idolothytorum.*

Porro ab idolothytis abstinete : in honorem enim dæmonum immolant ea [53] ; ad contumeliam, scilicet, solius Dei : ut non efficiamini participes dæmonum.

## CAPUT XXII.

*Constitutio Dominica, quomodo oporteat baptizare, et in cujus mortem.*

De baptismo autem, episcope aut presbyter, jam quidem antea constituimus ; et nunc vero dicimus, quod ita baptizabis, sicut Dominus injunxit nobis dicens : « Euntes, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti ; docentes eos servare omnia quæcunque mandavi vobis [54] ; » in nomine Patris, qui misit ; Christi, qui venit ; Spiritus sancti, qui testimonium perhibuit. Unges autem prius oleo sancto ; deinde baptizabis aqua ; et tandem signabis unguento ; ut oleum quidem sit participatio Spiritus sancti, aqua vero symbolum mortis, unguentum autem sigillum pactionum. Quod si neque oleum adsit, neque unguentum, sufficit aqua, et ad unctionem, et ad sigillum, et ad confessionem morientis, seu commorientis. Cæterum ante baptisma, jejunet

A

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Κ'.

*Ὅτι μὴ χρὴ φαυλίζειν τι τῶν προσφόρων βρωμάτων, ἀλλ' εὐχαρίστως μεταλαμβάνειν καὶ τεταγμένως.*

Περὶ δὲ βρωμάτων λέγει σοι ὁ Κύριος· « Τὰ ἀγαθὰ τῆς γῆς φάγεσθε· » καί· « Πᾶν κρέας ἔδεσθε, ὡς λάχανα χλόης· τὸ δὲ αἷμα ἐκχεεῖς· οὐ γὰρ τὰ εἰσερχόμενα εἰς τὸ στόμα κοινοῖ τὸν ἄνθρωπον, ἀλλὰ τὰ ἐκπορευόμενα· » λέγω δὴ, βλασφημίαι, καταλαλιαὶ, καὶ εἴ τι τοιοῦτον. Σὺ δὲ φάγῃ τὸν μυελὸν τῆς γῆς μετὰ δικαιοσύνης· « Ὅτι εἴ τι καλὸν, αὐτοῦ (42)· καὶ εἴ τι ἀγαθὸν, αὐτοῦ· σῖτος νεανίσκοις, καὶ οἶνος εὐωδιάζων παρθένοις· τίς γὰρ φάγεται, ἢ τίς πίεται, παρὲξ αὐτοῦ ; » Παραινεῖ (43) δέ σοι καὶ ὁ σοφὸς Ἔσδρας, λέγων· « Πορεύεσθε, καὶ φάγετε λιπάσματα, καὶ πίετε γλυκάσματα, καὶ μὴ λυπεῖσθε. »

B

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΑ'.

*Ὅτι χρὴ φεύγειν τὴν τῶν εἰδωλοθύτων βρῶσιν.*

Ἀπὸ δὲ τῶν εἰδωλοθύτων φεύγετε· ἐπὶ τιμῇ γὰρ δαιμόνων θύουσι ταῦτα· ἐφ' ὕβρει δηλαδὴ τοῦ μόνου Θεοῦ· ὅπως μὴ γένησθε κοινωνοὶ δαιμόνων.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΒ'

*Διάταξις Κυριακὴ, ὅπως (44) χρὴ βαπτίζειν, καὶ εἰς τὸν τίνος θάνατον.*

Περὶ δὲ βαπτίσματος, ὦ ἐπίσκοπε ἢ πρεσβύτερε, ἤδη μὲν καὶ πρότερον διεταξάμεθα· καὶ νῦν δέ φαμεν, ὅτι οὕτω βαπτίσεις, ὡς ὁ Κύριος διετάξατο ἡμῖν, λέγων· « Πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος· διδάσκοντες αὐτοὺς τηρεῖν πάντα ὅσα ἐνετειλάμην ὑμῖν· » τοῦ ἀποστείλαντος Πατρὸς· τοῦ ἐλθόντος Χριστοῦ· τοῦ μαρτυρήσαντος Παρακλήτου. Χρίσεις δὲ πρῶτον ἐλαίῳ· ἔπειτα βαπτίσεις ὕδατι, καὶ (45) τελευταῖον σφραγίσεις μύρῳ· ἵνα τὸ μὲν χρίσμα μετοχὴ ᾖ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, τὸ δὲ ὕδωρ σύμβολον τοῦ θανάτου, τὸ δὲ μύρον σφραγὶς τῶν συνθηκῶν. Εἰ δὲ μήτε ἔλαιον ᾖ, μήτε μύρον, ἀρκεῖ ὕδωρ, καὶ πρὸς χρίσιν, καὶ πρὸς σφραγῖδα, καὶ πρὸς ὁμολογίαν τοῦ ἀποθανόντος, ἤτοι συναποθνήσκοντος. Πρὸ δὲ τοῦ βαπτίσματος (46), νηστευσάτω ὁ βα-

C

[46] I. Pseudo-Ignat. ad Heron. 1. [48] Isa. I, 19. [46] Gen. IX, 3 ; Deut. XV, 23. [47] Matth. XV, 11. [48] Marc. VII, 22. [49] Gen. XLV, 18. [50] Zach. IX, 17. [51] Eccle. II, 25, in LXX. [52] II Esdr. VIII, 10. [53] I Cor. X, 20. [54] Matth. XXVIII, 19.

## VARIORUM NOTÆ.

(42) *Εἴ τι καλὸν, αὐτοῦ.* Corrige ex vet. cod. Maximum ad caput 2 libri *De divinis nominibus* : ubi vitiose ἐστί editum est, pro εἴ τι. Cot.

(43) *Παραινεῖ.* Hæc vox et seqq. ad finem capitis omissæ sunt in cod. Vindob. Cler.

(44) *Ὅπως.* Ante hanc vocem est in utroque cod. Vindobon. τῶν περὶ τὸ βάπτισμα. Id.

(45) *Καί.* Καὶ τό in Vind. cod. recte. Id.

(46) *Πρὸ δὲ τοῦ βαπτίσματος, νηστευσάτω ὁ βαπτιζόμενος.* Antiquissima consuetudo, a Justino martyre et Tertulliano, indeque a pluribus memorata ; qui ei ante baptismum jejunio assignant diem vel triduum, unam vel duas hebdomadas, quadraginta aut plures dies ; pro prudentia, videlicet, baptizantium ac fide baptizandorum, et secundum varios usus. Eo trahunt multijuga eruditione celebres viri versus Paschales Ausonii :

*Sancta salutiferi redeunt solemnia Christi,*
*Et devota pii celebrant jejunia mystæ.*
*At nos, æternum cohibentes pectore cultum,*
*Intemeratorum vim continuamus honorum ;*

in quibus per mystas intelligunt catechumenos, et *nos* post particulam adversativam, inquiunt, *ai*, exponunt de baptizatis. Quam vere hæc, aliorum esto judicium. Certe cum Paschale jejunium non solis conveniat catechumenis, nec solis sacerdotibus aut clericis, sed ad cunctos fideles pertineat ; cum mystæ appellari soleant tum qui initiantur, tum initiati, tum initiatores, hoc est catechumeni, Christiani, et clerici ; cumque *at* non semper opponat, interdum vero affirmet, explanet, copulet, continuet, idemque sit ac *verum*, *atque*, *atqui* ; verisimile fit, quatuor allatos versus de fidelibus universis accipi debere, nullatenus de catechumenis, nec de clericis. Cot.

D

Digitized by Google

πτιζόμενος· καὶ γὰρ ὁ Κύριος (47) πρῶτον βαπτισθεὶς ὑπὸ Ἰωάννου, καὶ εἰς τὴν ἔρημον αὐλισθεὶς μετέπειτα ἐνήστευσε τεσσαράκοντα ἡμέρας καὶ τεσσαράκοντα νύκτας· ἐβαπτίσθη δὲ καὶ ἐνήστευσεν· οὐκ αὐτὸς ἀπορυπώσεως, ἢ νηστείας χρείαν ἔχων, ἢ καθάρσεως, ὁ τῇ φύσει καθαρὸς καὶ ἅγιος· ἀλλ' ἵνα καὶ Ἰωάννῃ ἀληθειαν προσμαρτυρήσῃ, καὶ ἡμῖν ὑπογραμμὸν παράσχηται. Οὐκοῦν ὁ μὲν Κύριος, οὐκ εἰς ἑαυτοῦ πάθος ἐβαπτίσατο, ἢ θάνατον, ἢ ἀνάστασιν· οὐδέπω γὰρ οὐδὲν τούτων ἐγεγόνει· ἀλλ' εἰς διάταξιν ἑτέραν. Διὸ καὶ ἀπ' ἐξουσίας μετὰ τὸ βάπτισμα νηστεύει, ὡς Κύριος Ἰωάννου· ὁ δὲ εἰς τὸν αὐτοῦ θάνατον μυούμενος, πρότερον ὀφείλει νηστεῦσαι, καὶ τότε βαπτίσασθαι (48). Οὐ γὰρ δίκαιον τὸν συνταφέντα καὶ συναναστάντα, παρ' αὐτὴν τὴν ἀνάστασιν κατηφεῖν· οὐ γὰρ κύριος ὁ ἄνθρωπος τῆς διατάξεως τῆς τοῦ Σωτῆρος· ἐπείπερ ὁ μὲν Δεσπότης, ὁ δὲ ὑπήκοος.

A qui baptizatur : etenim Dominus primum a Joanne baptizatus [85], et in deserto commoratus postea, jejunavit quadraginta diebus et quadraginta noctibus ; baptizatus autem fuit ac jejunavit [86] ; non quod ipse opus haberet ablutione sordium, vel jejunio, vel purgatione, qui natura purus et sanctus est ; sed partim ut Joanni veritatem attestaretur, partim ut nobis præscriptum ac exemplum præberet. [87] Igitur Dominus non equidem baptizatus est in passionem suam, aut mortem, aut resurrectionem : nondum enim quidpiam horum acciderat ; sed in aliam ordinationem. Quapropter ex potestate jejunat post baptisma, ut Dominus Joannis : qui vero in mortem illius per baptismum initiatur, debet prius jejunare, et tum baptizari. Æquum B quippe non est, ut qui consepultus est et consurrexit, sub ipsam resurrectionem mœreat. Non enim homo constitutionis ad Servatorem pertinentis est ; homo vero, subjectus. dominus est : quandoquidem Christus, Dominus

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΓ'.

*Ποίας νηστευτέον τῆς ἑβδομάδος ἡμέρας, ἢ τίνας οὐ νηστευτέον· καὶ οὗ χάριν.*

Αἱ δὲ νηστεῖαι ὑμῶν μὴ ἔστωσαν μετὰ τῶν ὑποκριτῶν· νηστεύουσι γὰρ δευτέρᾳ Σαββάτων [88] καὶ [89] πέμπτῃ (49) [90]· ὑμεῖς δὲ ἢ τὰς πέντε νηστεύσατε ἡμέρας (50), ἢ τετράδα καὶ παρασκευήν· ὅτι τῇ μὲν τετράδι ἡ κρίσις ἐξῆλθεν ἡ κατὰ τοῦ Κυρίου (51),

## CAPUT XXIII.

*Quibus diebus hebdomadis jejunandum sit, et quibus non jejunandum ; et cujus rei gratia.*

[88] Jejunia vero vestra ne sint cum hypocritis ; jejunant enim secunda et quinta Sabbatorum [89] : vos vero aut quinque diebus jejunate, aut quarta feria et Parasceve ; quoniam quarto quidem hebdomadis die, judicium Dominum condemnans pro-

[85] Matth. III. [86] Matth. IV. [87] Ignat., interpol. ad Ephes. XVIII leg. Chrysost. H. de baptismo Christi. [88] Citat Anastasius, quæst. 64, l. lib. V, cap. 15, 14. l. Pseudo-Ignat ad Philipp. 13, Epiph., hær. LXXV, n. 6, l. Ignat., interpol. ad Magn. 9 ; Pseudo-Ignat. ad Philipp. 13 ; Nicetam Pectoratum, *contra Latinos*. [89] Matth. VI, 5. [90] Anast. δευτέραν καὶ πέμπτην, καὶ Σάββατον. [91] Deest in Anast. [92] Anast. ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων ἐμελετήθη.

## VARIORUM NOTÆ.

(47) *Καὶ γὰρ ὁ Κύριος.* Omnino Tertullianum vide cap. ult. *De baptismo.* Ib.

(48) *Βαπτίσασθαι.* Alter cod. Vindob. βαπτισθῆναι. Eodem sensu, nisi quod prius significat ἀντιπεπονθότα, hoc est, *curare se baptizari* ; posterius vero simpliciter *baptizari.* Cl.

(49) *Νηστεύουσι γὰρ δευτέρᾳ Σαββάτων καὶ πέμπτῃ.* Jejunare secunda et quinta Sabbati, secunda et quinta feria, seu die Lunæ ac die Jovis, jejunium est Pharisaicum atque Judaicum, de quo Rabbini sæpe : ex nostris Epiphanius hæresi 16, quæ est Pharisæorum cap. 1, Theophylactus ad textum Luc. XVIII, 12 : *Jejuno bis in Sabbato* ; Nicetas in Matth III, 7. Sed et Manichæos 2 feria in honorem Lunæ jejunasse constat testimonio Leonis PP. serm. 4 *De Quadragesima*, cap. 5. Paganos autem 5 feria celebrasse jejunium dicitur in Vita Melchiadis. Hos ergo duos dies esuriales non habebant Christiani catholici, præcipue postremum, C quo Christus Dominus Eucharistiæ instituit sacramentum, atque in cœlum ascendit. Unde a multis tempore Quadragesimæ feria quinta jejunium solvebatur ; a multis servabatur jejunium perpetuum, exceptis quinta Sabbati et die Dominico. Cot.

(50) *Τὰς πέντε νηστεύσατε ἡμέρας.* Eleganter hanc πέντε ἡμερῶν νηστείαν appellat S. Basilius πενθημέρους σπονδάς, *quinque dierum inducias.* Testatur vero B. Augustinus epist. 86 *ad Casulanum*, multos, præsertim monachos, per totam vitam jejunasse quinquies in hebdomade, ac semper, Jempto Sabbato et Dominica ; quod et legere est apud Cassianum lib. III *De instit. cœnob.*, cap. 9. Post hæc edita, cum incidissem in locum apud Chrysostomum Græcæ seu Savilianæ editionis tom. V, p. 821, in eoque legerem l. XIV, XV, πενθημέρους σπονδάς, statim arbitrabar imitationem esse Basilianam ; sed re examinata, visoque ms. illo regio, qui numeratur 1010, comperi, initium illius homiliæ 126, *In venerandam crucem*, a p. 819 usque ad nomen ἐδέσματα l. XVI, XVII, p. 820, esse principium Orationis Josephi Thessalonicensis, quam edidit Gretserus tom. II operis *De cruce* ; quod vero ἐδέσματα sequitur, πᾶσιν ὁμοίως ἐπιτρέπει, etc., usque ad νηφαλίου p. 821, l. X, ad Basilii homiliam secundam *De jejunio* pertinere, ubi habetur edit. Paris. ann. 1638, tom. I a pag. 291 B, 7, 8, ad p. 292 D, 8, 9, et quod νηφαλίου excipit, τῶν πεμμάτων, etc., usque ad κολάζουσά σε p. 822, l. XLIII, esse pariter Basilii homilia 1 *De jejunio*, p. 281 D, 11, etc., usque ad p. 284 D, 4 ; reliqua demum, τοῦ εὑρεῖν, etc., D claudere narrationem *De sacris imaginibus et festo orthodoxiæ*, in *Auctario* Combefisiano, t. II, p. 742 E, 4, etc. Ib.

(51) *Ἡ κρίσις ἐξῆλθεν ἡ κατὰ τοῦ Κυρίου.* Expone per illud lib. V, cap. 14 : Ὥρισαν τῷ σταυρῷ ἀνελεῖν αὐτόν. Et per Anastasium hic : Ἡ κατὰ τοῦ Κυρίου κρίσις ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων ἐμελετήθη· quo etiam modo in *Typico* S. Sabæ. B. Augustinus epist. 86 : *Quarta Sabbati, quam vulgo quartam feriam vocant, consilium reperiuntur ad occidendum Dominum fecisse Judæi.* Τῇ μὲν κατὰ τοῦ λυτρωτοῦ τὸ παράνομον συνήχθη συνέδριον, Leo Augustus Oratione *in laudem S. Nicolai.* Ib.

Digitized by Google

diit, cum Judas pecunia proditionem esset pollicitus: Parasceve autem, quia eo die Dominus mortem crucis passus est, sub Pontio Pilato. Atqui Sabbatum et Dominicam, festos dies habete: quia illud quidem Creationis recordatio est; hæc vero, Resurrectionis. Unum vero duntaxat Sabbatum vobis observandum est in toto anno; illud quo Dominus sepultus fuit; quo jejunare decuit, non autem festum agere: quandiu enim Creator sub terra degit, plus valet luctus de eo susceptus, quam lætitia de creatione: quoniam Creator creaturis suis natura ac dignitate præstat.

A Ἰούδα χρήμασιν ἐπαγγειλαμένου τὴν προδοσίαν· τὴν δὲ παρασκευήν, ὅτι ἔπαθεν ὁ Κύριος ἐν αὐτῇ πάθος τὸ διὰ σταυροῦ, ὑπὸ Ποντίου Πιλάτου. Τὸ Σάββατον μέντοι καὶ τὴν Κυριακὴν ἑορτάζετε, ὅτι τὸ μὲν [52], δημιουργίας ἐστὶν ὑπόμνημα, ἡ δὲ (52), ἀναστάσεως· ἓν δὲ μόνον Σάββατον ὑμῖν φυλακτέον [53] ἐν ὅλῳ τῷ ἐνιαυτῷ, τὸ τῆς τοῦ Κυρίου ταφῆς (53), ὅπερ νηστεύειν προσῆκεν, ἀλλ' οὐχ ἑορτάζειν· ἐν ὅσῳ γὰρ ὁ Δημιουργὸς ὑπὸ γῆν τυγχάνει, ἰσχυρότερον τὸ περὶ αὐτοῦ πένθος, τῆς κατὰ τὴν δημιουργίαν χαρᾶς· ὅτι ὁ Δημιουργὸς τῶν ἑαυτοῦ δημιουργημάτων φύσει τε καὶ ἀξίᾳ τιμιώτερος.

## CAPUT XXIV.

*Quales esse oporteat eos qui orant a Domino traditam orationem.*

B Cum autem oraveritis, ne sitis quemadmodum hypocritæ; sed, sicut Dominus nobis in Evangelio præcepit, ita orate: « Pater noster qui es in cœlis, sanctificetur nomen tuum; adveniat regnum tuum; fiat voluntas tua, sicut in cœlo, et in terra: panem nostrum quotidianum da nobis hodie: et dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris: et ne nos inducas in tentationem; sed libera nos a malo; quia tuum est regnum, in sæcula. Amen [54]. » [55] Ter in die sic orate: et præparate vos, ut sitis digni adoptione Patris; ne, cum eum indigne Patrem appellabitis, probrum ab eo referatis; sicut et Israel, qui olim erat primogenitus filius, audivit: « Si pater ego sum, ubi est honor meus? et si dominus sum, ubi est timor meus? » [56] Honor enim patrum est sanctitas filiorum; et honor herorum, famulorum metus: quemadmodum utique quod contrarium est, despectio et imperii abjectio censetur. « Propter vos enim, inquit, nomen meum blasphematur in gentibus [57]. »

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΔ'.

*Οἵους εἶναι χρὴ τοὺς προσευχομένους τὴν ὑπὸ τοῦ Κυρίου δοθεῖσαν προσευχήν.*

B Ὅταν δὲ προσεύχησθε, μὴ γίνεσθε ὡς οἱ ὑποκριταί· ἀλλ' ὡς ὁ Κύριος ἡμῖν ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ διετάξατο, οὕτω προσεύχεσθε· « Πάτερ ἡμῶν, ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ἁγιασθήτω τὸ ὄνομά σου· ἐλθέτω ἡ βασιλεία σου· γενηθήτω τὸ θέλημά σου, ὡς ἐν οὐρανῷ, καὶ ἐπὶ τῆς γῆς· τὸν ἄρτον ἡμῶν τὸν ἐπιούσιον δὸς ἡμῖν σήμερον· καὶ ἄφες ἡμῖν τὰ ὀφειλήματα ἡμῶν, ὡς καὶ ἡμεῖς ἀφίεμεν τοῖς ὀφειλέταις ἡμῶν· καὶ μὴ εἰσενέγκῃς ἡμᾶς εἰς πειρασμόν, ἀλλὰ ῥῦσαι ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ πονηροῦ· ὅτι σοῦ ἐστιν ἡ βασιλεία, εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν. » Τρὶς τῆς ἡμέρας (54) οὕτω προσεύχεσθε, προπαρασκευάζοντες ἑαυτοὺς ἀξίους τῆς υἱοθεσίας τοῦ Πατρός, ἵνα μὴ ἀναξίως ὑμῶν αὐτὸν Πατέρα καλούντων, ὀνειδισθῆτε ὑπ' αὐτοῦ· ὡς καὶ ὁ Ἰσραὴλ ὁπότε πρωτότοκος υἱὸς ἤκουσεν, ὅτι [57]· « Εἰ πατὴρ εἰμι ἐγὼ, ποῦ ἐστιν ἡ δόξα μου; καὶ εἰ κύριός εἰμι, ποῦ ἔστιν ὁ φόβος μου; » δόξα γὰρ πατέρων, ὁσιότης παίδων, καὶ τιμὴ δεσποτῶν, οἰκετῶν φόβος· ὥσπερ οὖν τὸ ἐναντίον ἀδοξία καὶ ἀναρχία. « Δι' ὑμᾶς γὰρ, φησὶ (55), τὸ ὄνομά μου βλασφημεῖται ἐν τοῖς ἔθνεσι. »

## CAPUT XXV.

*Gratiarum actio sacramentalis.*

C [58] Estote autem semper ad gratias agendas intenti, ut fideles et grati servi: et de eucharistia quidem ita dicite: Gratias agimus tibi, Pater noster,

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΕ'.

*Εὐχαριστία μυστική* (56).

Γίνεσθε δὲ πάντοτε εὐχάριστοι, ὡς πιστοὶ καὶ εὐγνώμονες δοῦλοι· περὶ μὲν τῆς εὐχαριστίας οὕτω λέγοντες· Εὐχαριστοῦμέν (57) σοι, Πάτερ ἡμῶν, ὑπὲρ

[52] hoc comma non habet Anastasius. [53] Anast. inserit ὡς εἴρηται. [54] Matth. VI, 9-13. [55] Citatur ab Anastasio, quæst. 1. [56] Anast. υἱὸς δοξάζει πατέρα, καὶ δοῦλος τὸν κύριον αὐτοῦ φοβηθήσεται, καὶ εἰ, etc. [57] Mal. I, 6. [58] Isa. LII, 5. [59] I. Ignat. interpol. ad Philad. 9.

## VARIORUM NOTÆ.

(52) *Ἡ δέ.* Alter cod. Τὸ δέ, minus commode, respicitur enim ἡ Κυριακὴ ἡμέρα. CLER.

(53) *Τὸ τῆς τοῦ Κυρίου ταφῆς.* Ita expresserat Balsamon ad canonem Trullanum 89: Ὅτι τότε κατέκειτο ἐν τῷ τάφῳ τὸ τεθεωμένον σῶμα αὐτοῦ (Χριστοῦ scilicet), concordante in hanc lectionem sensu cum exaratis manu codicibus. Unde ejici debet e Theodoro edito inconcinnum plane illud, τεθεαμένον. Sequitur in Constitutione: ὅπερ νηστεύειν προσῆκεν, ἀλλ' οὐχ ἑορτάζειν, quod inepte et contra fidem mss. Regiorum adjecerunt loco Eusebii in Anastasii quæstione 65, p. 450, l. VI, VII. COT.

(54) *Τρὶς τῆς ἡμέρας.* In honorem sanctissimæ Trinitatis: ut colligo ex Theodorito epist. 145, et Isidoro *Originum* lib. VI, cap. ult. Euthymium consule ad psalm. LIV, 18: *Dicendum illis, fidelibus, ut singulis diebus, qui amplius non potest, saltem duabus* D *vicibus oret, mane, scilicet, et vespere, dicens Symbolum, vel Orationem Dominicam*, etc. Quæ verba Capitularis Theodulfi capitulo 25, ideo apposui, ut monerem capitulum illud et sequentia duo cum præcedentibus septem, in conciliorum Collectionibus subjici canonibus Trullanis, nec indicari cujus sint. ID

(55) *Φησί.* Deest in altero, sed rectius subauditur Γραφή, ut et infra animadvertimus. CLER

(56) *Μυστική.* Deest in altero Vind. Sed perinde est, sive addatur, sive detrahatur; res enim ipsa ostendit de grata commemoratione mortis Christi agi. ID.

(57) *Εὐχαριστοῦμεν*, etc. Confer sodes cum libro Athanasiano *De virginitate*, p. 1051; piget enim transcribere. COT.

Digitized by Google

ζωῆς ἧς ἐγνώρισας ἡμῖν διὰ Ἰησοῦ τοῦ Παιδός σου· δι' οὗ καὶ τὰ πάντα ἐποίησας, καὶ τῶν ὅλων προνοεῖς· ὃν καὶ ἀπέστειλας περὶ (58) σωτηρίᾳ τῇ ἡμετέρᾳ γενέσθαι ἄνθρωπον· ὃν καὶ συνεχώρησας παθεῖν καὶ ἀποθανεῖν· ὃν καὶ ἀναστήσας εὐδόκησας δοξάσαι, καὶ ἐκάθισας ἐκ δεξιῶν σου· δι' οὗ καὶ ἐπηγγείλω ἡμῖν τὴν ἀνάστασιν τῶν νεκρῶν. Σὺ, Δέσποτα παντόκρατορ, Θεὲ αἰώνιε· ὥσπερ ἦν τοῦτο διεσκορπισμένον, καὶ συναχθὲν ἐγένετο εἷς ἄρτος, οὕτω συνάγαγέ σου τὴν Ἐκκλησίαν ἀπὸ τῶν περάτων τῆς γῆς εἰς τὴν (59) βασιλείαν. Ἔτι εὐχαριστοῦμεν, Πάτερ ἡμῶν, ὑπὲρ τοῦ τιμίου αἵματος Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ ἐκχυθέντος ὑπὲρ ἡμῶν· καὶ τοῦ τιμίου σώματος· οὗ καὶ ἀντίτυπα ταῦτα ἐπιτελοῦμεν, αὐτοῦ διαταξαμένου ἡμῖν καταγγέλλειν τὸν αὐτοῦ θάνατον· δι' αὐτοῦ γάρ σοι καὶ ἡ δόξα, εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν. Μηδεὶς δὲ ἐσθιέτω ἐξ αὐτῶν, τῶν ἀμυήτων· ἀλλὰ μόνοι οἱ βεβαπτισμένοι εἰς τὸν τοῦ Κυρίου θάνατον. Εἰ δέ τις ἀμύητος κρύψας ἑαυτὸν μεταλάβῃ, κρῖμα αἰώνιον φάγεται· ὅτι μὴ ὢν τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως, μετέλαβεν ὧν οὐ θέμις, εἰς τιμωρίαν ἑαυτοῦ. Εἰ δέ τις κατὰ ἄγνοιαν μεταλάβοι (60), τοῦτον τάχιον στοιχειώσαντες μυήσατε, ὅπως μὴ καταφρονητὴς ἐξέλθοι.

A pro vita quam manifestasti nobis per Jesum Filium tuum; per quem tum omnia creasti, tum universis provides; quem et misisti, ut ad salutem nostram homo fieret; quem etiam permisisti pati et mori; quem et resuscitans glorificare voluisti, et sedere fecisti ad dexteram tuam: per quem et promisisti nobis resurrectionem mortuorum. Tu, Domine omnipotens, Deus æterne: quemadmodum hoc erat dispersum, et cum fuit congregatum, factus est unus panis, ita congrega Ecclesiam tuam a finibus terræ in regnum. Adhuc gratias agimus, Pater noster, pro pretioso sanguine Jesu Christi effuso nostra causa; et pro pretioso corpore, cujus et hæc antitypa celebramus, cum ipse nobis constituerit mortem illius annun- B tiare [71]: per ipsum enim tibi gloria in sæcula. Amen. Nullus porro ex iis qui initiati seu baptizati non sunt, ex eis comedat; sed soli ii qui baptizati fuerunt in Domini mortem. Si quis vero non initiatus, celaverit se ipsum, et sic communicaverit; judicium æternum manducabit [72]; quod non addictus fidei in Christum, quæ fas non erat sumpsit, in supplicium suum. Si quis autem per ignorantiam participaverit, hunc cito instruite, ac baptismo initiate, ne contemptor exeat.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚϚ'.

### *Εὐχαριστία ἐπὶ τῇ θείᾳ μεταλήψει.*

Μετὰ δὲ τὴν μετάληψιν, οὕτως εὐχαριστήσατε· Εὐχαριστοῦμέν σοι, ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ Ἰησοῦ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν, ὑπὲρ τοῦ ἁγίου ὀνόματός [73] σου, οὗ C κατεσκήνωσας ἐν ἡμῖν· καὶ ὑπὲρ τῆς γνώσεως, καὶ πίστεως, καὶ ἀγάπης, καὶ ἀθανασίας· ἧς ἔδωκας ἡμῖν διὰ Ἰησοῦ τοῦ Παιδός σου. Σὺ, Δέσποτα παντόκρατορ, ὁ Θεὸς τῶν ὅλων, ἔκτισας (61) τὸν κόσμον, καὶ τὰ ἐν αὐτῷ, δι' αὐτοῦ· καὶ νόμον κατεφύτευσας ἐν ταῖς ψυχαῖς ἡμῶν· καὶ τὰ πρὸς μετάληψιν προευτρέπισας (62) ἀνθρώποις. Ὁ Θεὸς τῶν ἁγίων καὶ ἀμέμπτων πατέρων ἡμῶν, Ἀβραὰμ, καὶ Ἰσαὰκ, καὶ Ἰακώβ, τῶν πιστῶν δούλων σου. Ὁ δυνατὸς Θεὸς, ὁ πιστὸς καὶ ἀληθινὸς, καὶ ἀψευδὴς ἐν ταῖς ἐπαγγελίαις· ὁ ἀποστείλας ἐπὶ γῆς Ἰησοῦν τὸν Χριστόν σου, ἀνθρώποις συναναστραφῆναι ὡς ἄνθρωπον, Θεὸν ὄντα Λόγον καὶ ἄνθρωπον, καὶ τὴν πλάνην πρόῤῥιζον ἀνελεῖν. Αὐτὸς καὶ νῦν δι' αὐτοῦ μνήσθητι τῆς ἁγίας σου D Ἐκκλησίας ταύτης, ἣν περιεποιήσω τῷ τιμίῳ αἵματι

## CAPUT XXVI.

### *Gratiarum actio super divina communione.*

Post communionem vero, sic gratias agite: Gratias agimus tibi, Deus et Pater Jesu Salvatoris nostri, pro sancto nomine tuo, quod habitare fecisti in nobis; et pro cognitione, fide, charitate et immortalitate quæ dedisti nobis per Jesum Filium tuum. Tu, Domine omnipotens, Deus universorum, creasti mundum et quæ sunt in eo, per ipsum; et legem insevisti in animabus nostris; et victui accommoda præparasti hominibus. Deus sanctorum et inculpatorum patrum nostrorum, Abrahami, Isaaci et Jacobi, fidelium servorum tuorum. Deus potens, fidelis et verax, et in promissis non mendax; qui misisti in terram Jesum Christum tuum, ut cum hominibus conversaretur tanquam homo, cum sit et Deus Verbum, et homo, utque errorem radicitus evelleret. Ipse et nunc per eum memento hujusce sanctæ Ecclesiæ tuæ, quam acquisiisti pretioso sanguine Christi tui; atque eam ab omni malo

[71] I Cor. xi, 26. [72] Ibid., 29. [73] Deest in alio codice.

## VARIORUM NOTÆ.

(58) *Περί.* Ἐπί rectius in cod. Vindobonensi, **hoc est**, *propter salutem nostram*; nec περί finem significare solet. Cler.

(59) *Τήν.* Melius σήν in ms. Vind. *in regnum tuum*. *Regnum Dei* aut *cœlorum* non solet simpliciter βασιλεία dici. Vide infra c. 26, sub finem. Id.

(60) *Εἰ δέ τις κατὰ ἄγνοιαν μεταλάβοι.* In Responsis canonicis Timothei Alexandrini ad interrogationes ipsi per episcopos et clericos propositas cap. 1, apud Balsamonem, p. 1059, ad interrogationem *Quid agendum sit, si puer catechumenus, aut homo adultus, dum oblatio fieret, opportune adfuerit, ejusque nescius factus sit particeps*, respondetur baptizandum eum esse, utpote a Deo vocatum. Sed cum ratione Constitutoris *ne contemptor exeat*, congruit canon 57 synodi Toletanæ IV, quo decernitur ut Judæi qui per vim baptizati fuerant, aliisque sacramentis donati, Christianam religionem retinere cogantur, *ne nomen divinum blasphemetur, et fides quam susceperunt vilis ac contemptibilis habeatur*. Cot.

(61) *Ἔκτισας.* Ὁ κτίσας in altero cod. Vindob. et quidem rectius. Cler.

(62) *Προευτρέπισας.* Idem εὐτρέπισας. Id.

Digitized by Google

libera; et perfice illam in charitate tua, et veritate tua; nosque omnes congrega in regnum tuum, quod præparasti: hoc Maranatha [74]. Hosanna filio Davidis. Benedictus qui venit in nomine Domini [75]: Deus Dominus, qui apparuit nobis in carne. Si quis sanctus est, accedat: si quis vero talis non est, fiat per pœnitentiam. Committite autem et presbyteris vestris, ut gratias agant.

## CAPUT XXVII.

*Gratiarum actio pro mystico et sacramentali unguento.*

Pro unguento autem, hunc in modum gratias agite: Gratias agimus tibi, Deus creator omnium, etiam pro fragrantia unguenti; et pro immortali sæculo, quod notificasti nobis per Jesum Filium tuum. Quoniam ad te pertinet gloria, et potestas in sæcula. Amen. Qui accedens, hoc modo gratias egerit, recipite illum ut discipulum Christi; sin vero aliam doctrinam prædicet, præter eam quam vobis per nos Christus tradidit, huic ne permittatis gratias agere: is enim contumelia afficit Deum, potius quam honorat.

## CAPUT XXVIII.

*Quod non oporteat indifferenter ad communionem admittere.*

Quicunque vero ad vos venit, probetur, et sic admittatur: intelligentiam enim habetis, et potestis agnoscere dexteram vel sinistram [76], atque discernere falsos doctores a doctoribus. Venienti equidem doctori, ex animo suppeditate necessaria: falso autem doctori tribuetis quidem quæ opus sunt; at non recipietis errorem illius: neque etiam una cum eo oretis, ne ejus societate inquinemini. Omnis propheta verus, vel magister, qui venit ad vos, dignus est cibo, ut operarius sermonis justitiæ.

## CAPUT XXIX.

*De oblationibus constitutio.*

Omnes primitias provenientes e torculari, area, et bobus atque ovibus, sacerdotibus dabis [77]; ut benedicantur reposita in cellariis tuis, et fructus terræ tuæ; utque innitaris frumento, vino et oleo, augeanturque armenta boum tuorum, et greges ovium tuarum. Omnem decimam dabis pupillo ac viduæ, pauperi et advenæ: omnes primitias pa-

A τοῦ Χριστοῦ σου· καὶ ῥῦσαι αὐτὴν ἀπὸ παντὸς πονηροῦ· καὶ τελείωσον αὐτὴν ἐν τῇ ἀγάπῃ σου, καὶ τῇ ἁγιασθείσῃ σου· καὶ συνάγαγε πάντας ἡμᾶς εἰς τὴν σὴν βασιλείαν, ἣν ἡτοίμασας· αὕτη Μαραναθά (63). Ὡσαννὰ τῷ Υἱῷ Δαβίδ· εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι Κυρίου· Θεὸς Κύριος ὁ ἐπιφανεὶς ἡμῖν ἐν σαρκί. Εἴ τις ἅγιος, προσερχέσθω· εἰ δέ τις οὐκ ἔστι, γινέσθω διὰ μετανοίας. Ἐπιτρέπετε δὲ καὶ τοῖς πρεσβυτέροις ὑμῶν, εὐχαριστεῖν.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΖ'.

*Εὐχαριστία περὶ τοῦ μυστικοῦ* (64) *μύρου.*

Περὶ δὲ τοῦ μύρου οὕτως εὐχαριστήσατε· Εὐχαριστοῦμέν σοι, Θεὲ δημιουργὲ τῶν ὅλων, καὶ ὑπὲρ τῆς εὐωδίας τοῦ μύρου, καὶ ὑπὲρ τοῦ ἀθανάτου αἰῶνος, οὗ ἐγνώρισας ἡμῖν διὰ Ἰησοῦ τοῦ Παιδός σου. Ὅτι σοῦ ἐστιν ἡ δόξα, καὶ ἡ δύναμις, εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν. Ὃς ἐὰν ἐλθὼν οὕτως εὐχαριστῇ, προσδέξασθε αὐτὸν ὡς Χριστοῦ μαθητήν· ἐὰν δὲ ἄλλην διδαχὴν κηρύσσῃ, παρ' ἣν ὑμῖν παρέδωκεν ὁ Χριστὸς δι' ἡμῶν, τῷ τοιούτῳ μὴ συγχωρεῖτε εὐχαριστεῖν· ὑβρίζει γὰρ ὁ τοιοῦτος τὸν Θεόν, ἢπερ ὠξάζει.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΗ'.

*Ὅτι οὐ χρὴ ἀδιαφορεῖν περὶ τὴν κοινωνίαν* (65).

Πᾶς δὲ ὁ ἐρχόμενος πρὸς ὑμᾶς, δοκιμασθείς, οὕτω δεχέσθω· σύνεσιν γὰρ ἔχετε, καὶ δύνασθε γνῶναι (66) δεξιὰν, ἢ ἀριστερὰν, καὶ διακρῖναι ψευδοδιδασκάλους διδασκάλων. Ἐλθόντι μέντοι τῷ διδασκάλῳ, ἐκ ψυχῆς ἐπιχορηγήσατε τὰ δέοντα· τῷ δὲ ψευδοδιδασκάλῳ δώσετε μὲν τὰ (67) πρὸς χρείαν, οὐ παραδέξεσθε δὲ αὐτοῦ τὴν πλάνην· οὔτε μὴν συμπροσεύξησθε αὐτῷ, ἵνα μὴ συμμιανθῆτε αὐτῷ· πᾶς προφήτης ἀληθινὸς, ἢ διδάσκαλος, ἐρχόμενος πρὸς ὑμᾶς, ἄξιός ἐστι τῆς τροφῆς, ὡς ἐργάτης λόγου δικαιοσύνης.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΘ'.

*Περὶ καρποφοριῶν διάταξις.*

Πᾶσαν ἀπαρχὴν γεννημάτων ληνοῦ, ἅλωνος, βοῶν τε καὶ προβάτων, δώσεις τοῖς ἱερεῦσιν, ἵνα εὐλογηθῶσιν αἱ ἀποθῆκαι τῶν ταμείων σου, καὶ τὰ ἐκφόρια τῆς γῆς σου, καὶ στηριχθῇς σίτῳ καὶ οἴνῳ καὶ ἐλαίῳ, καὶ αὐξηθῇ τὰ βουκόλια τῶν βοῶν σου, καὶ τὰ πολύμνια τῶν προβάτων σου. Πᾶσαν δεκάτην δώσεις τῷ ὀρφανῷ καὶ τῇ χήρᾳ, τῷ πτωχῷ καὶ τῷ προσηλύτῳ·

[74] I Cor. xvi, 22. [75] Matth. xxi, 9; Marc. xi, 10. [76] Jon. iv, 11. [77] Num. xviii.

## VARIORUM NOTÆ.

(63) *Αὕτη μαραναθά.* Hoc est, *Regnum Dei, Dominus noster venit*, aut si vis, *veniet*, vel *veniat*. Cot. — Est in cod. Vind. αὐτήν, quod vitiosum; sed nec vulgatæ Lectionis sensus placet, qualem comminiscitur Cotelerius. Vox Syriaca מרנאתא aut duæ מרן אתא *Dominus venit*, adhibebatur in anathematibus, quibus pœnæ delinquentis ad Deum referebantur. Vide I Cor. xvi, 22, et quæ ad eum locum interpretes. Non potest dici περὶ τῆς Θεοῦ βασιλείας quod hic habetur αὕτη μαραναθά, *hæc vent Dominus*. Apostoli veri sic non essent loculi, qui noverant vocis significatum et usum; sed homo Græcus, quisquis fuerit, perperam loquentes eos induxit. Cler.

(64) *Μυστικοῦ.* Alter codex habet θείου. Ip.

(65) *Κοινωνίαν.* Addit uterque codex Vindobonensis: Ἀλλὰ σκοπεῖν εἰ ἔστι πρεσβύτερος, ἢ διάκονος ὀρθόδοξος, τοὺς γὰρ μὴ τοιούτους ἐκκλίνειν. Ip.

(66) *Γνῶναι.* Melius cod. Vind. διαγνῶναι. Ip.

(67) *Τά.* Addit idem codex δέοντα, ut antea. Ip.

Digitized by Google

πᾶσαν ἀπαρχὴν ἄρτων θερμῶν, κεραμίου (68) οἴνου, ἢ ἐλαίου, ἢ μέλιτος, ἢ ἀκροδρύων, σταφυλῆς, ἢ τῶν ἄλλων τὴν ἀπαρχὴν δώσεις τοῖς ἱερεῦσιν· ἀργυρίου δὲ καὶ ἱματισμοῦ, καὶ παντὸς κτήματος, τῷ ὀρφανῷ καὶ τῇ χήρᾳ.

A num calidorum, vini e dolio, aut olei, aut mellis, aut fructuum, uvæ, aut aliorum primitias dabis sacerdotibus; argenti vero et vestimenti, omnisque possessionis, orphano ac viduæ.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Λ'.

*Ὅπως χρὴ τὴν ἀναστάσιμον τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἡμέραν συναθροιζομένους ἑορτάζειν.*

Τὴν ἀναστάσιμον τοῦ Κυρίου ἡμέραν, τὴν Κυριακήν φαμεν, συνέρχεσθε ἀδιαλείπτως, εὐχαριστοῦντες τῷ Θεῷ, καὶ ἐξομολογούμενοι ἐφ' οἷς εὐηργέτησεν ὑμᾶς (69) ὁ Θεὸς διὰ Χριστοῦ, ῥυσάμενος ἀγνοίας, πλάνης, δεσμῶν· ὅπως ἄμεμπτος ᾖ ἡ θυσία ὑμῶν, καὶ εὐανάφορος Θεῷ, τῷ εἰπόντι περὶ τῆς οἰκουμενικῆς αὐτοῦ Ἐκκλησίας, ὅτι « ἐν παντὶ τόπῳ μοι προσενεχθήσεται θυμίαμα, καὶ θυσία καθαρά· ὅτι B βασιλεὺς μέγας ἐγώ εἰμι, λέγει Κύριος παντοκράτωρ, καὶ τὸ ὄνομά μου θαυμαστὸν ἐν τοῖς ἔθνεσι. »

## CAPUT XXX.

*Quomodo oporteat diem Dominicum, nostri Salvatoris resurrectioni dicatum, congregatos, celebrare.*

Die resurrectionis Domini, hoc est Dominica, convenite assidue, gratias agentes Deo, et confitentes de beneficiis quæ in vos contulit Deus per Christum, liberando ignorantia, errore, vinculis; ut sacrificium vestrum sit irreprehensum, et Deo acceptum, qui de Ecclesia sua œcumenica, seu per totum orbem diffusa dixit : « In omni loco mihi offeretur incensum, et sacrificium mundum : quia rex magnus ego sum, dicit Dominus omnipotens; et nomen meum admirabile in gentibus [78]. »

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΛΑ'.

*Οἵους εἶναι χρὴ τοὺς χειροτονουμένους.*

Προχειρίσασθε δὲ ἐπισκόπους ἀξίους τοῦ Κυρίου, καὶ πρεσβυτέρους, καὶ διακόνους, ἄνδρας εὐσεβεῖς [79], δικαίους, πραεῖς, ἀφιλαργύρους, φιλαλήθεις, δεδοκιμασμένους, ὁσίους, ἀπροσωπολήπτους, δυναμένους διδάσκειν τὸν λόγον τῆς εὐσεβείας, ὀρθοτομοῦντας ἐν τοῖς τοῦ Κυρίου δόγμασιν. Ὑμεῖς δὲ τιμᾶτε τούτους ὡς πατέρας, ὡς κυρίους, ὡς εὐεργέτας, ὡς τοῦ εὖ εἶναι αἰτίους. Ἐλέγχετε δὲ ἀλλήλους, μὴ ἐν ὀργῇ, ἀλλ' ἐν μακροθυμίᾳ, μετὰ χρηστότητος καὶ εἰρήνης. Πάντα τὰ προστεταγμένα ὑμῖν ὑπὸ τοῦ Κυρίου φυλάξατε. Γρηγορεῖτε ὑπὲρ τῆς ζωῆς ὑμῶν. « Ἔστωσαν αἱ ὀσφύες ὑμῶν περιεζωσμέναι, καὶ οἱ λύχνοι καιόμενοι· καὶ ὑμεῖς ὅμοιοι ἀνθρώποις προσδεχομένοις τὸν κύριον ἑαυτῶν, πότε ἥξει, ἑσπέρας ἢ πρωΐ (70), ἀλεκτοροφωνίας ἢ μεσονυκτίου· ἢ γὰρ ὥρᾳ οὐ προσδοκῶσιν, ἐλεύσεται ὁ Κύριος· καὶ ἐὰν αὐτῷ ἀνοίξωσι, μακάριοι οἱ δοῦλοι ἐκεῖνοι, ὅτι εὑρέθησαν γρηγοροῦντες· ὅτι περιζώσεται, καὶ ἀνακλινεῖ αὐτοὺς, καὶ παρελθὼν (71) διακονήσει αὐτοῖς. » Νήφετε οὖν, καὶ προσεύχεσθε μὴ ὑπνῶσαι εἰς θάνατον· οὐ γὰρ ὀνήσει ὑμᾶς τὰ πρότερα κατορθώματα, ἐὰν εἰς τὰ ἔσχατα ὑμῶν ἀποπλανηθῆτε τῆς πίστεως τῆς ἀληθοῦς.

## CAPUT XXXI.

*Quales esse oporteat eos qui ordinantur.*

Eligite autem episcopos dignos Domino, et presbyteros, ac diaconos, viros pios, justos, mites, non avaros, amantes veritatis, probatos, sanctos, non acceptores personarum, qui valeant docere sermonem pietatis, qui recte secent ac tractent dogmata Domini. Vos vero hos honorate ut patres, ut dominos, ut beneficos, ut auctores quod bene estis. Arguite etiam vos mutuo, non in ira, sed in æquanimitate, cum benignitate ac pace. Omnia vobis a Domino præcepta servate. Vigilate pro vita vestra. C « Sint lumbi vestri præcincti, et lucernæ ardentes; et vos similes hominibus exspectantibus dominum suum, quando veniet, vespere an mane, galli cantu an media nocte : qua enim hora non exspectant, veniet Dominus : et ei si aperuerint, beati servi illi, quia inventi sunt vigilantes : quoniam præcinget se, et faciet illos discumbere, et transiens ministrabit illis [80]. » Vigilate igitur, et orate ne dormiatis in mortem [80*] : non enim juvabunt vos priora recte facta, si in extremis vestris a fide vera aberraveritis.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΛΒ'.

*Πρόρρησις περὶ τῶν μελλόντων.*

Ἐν γὰρ ταῖς ἐσχάταις ἡμέραις πληθυνθήσονται οἱ ψευδοπροφῆται καὶ οἱ φθορεῖς τοῦ λόγου· καὶ στραφήσονται πρόβατα εἰς λύκους καὶ ἡ ἀγάπη εἰς μῖσος· πληθυνθείσης γὰρ τῆς ἀνομίας, ψυγήσεται ἡ ἀγάπη τῶν πολλῶν· μισήσουσι γὰρ ἀλλήλους οἱ ἄνθρωποι, καὶ διώξουσι, καὶ προδώσουσι. Καὶ τότε

## CAPUT XXXII.

*Denuntiatio de futuris.*

In ultimis enim diebus multiplicabuntur falsi prophetæ et corruptores sermonis; et convertentur oves in lupos, et charitas in odium : nam multiplicata iniquitate, refrigescet charitas multorum [81] : scilicet homines odio se invicem habebunt, et persequentur, et prodent. Ac tunc apparebit orbis

[78] Mal. I, 11, 14. [79] al, εὐλαβεῖς. Sic et cod. Vind. [80] Luc. XII, 35. [80*] Marc. XIII, 35. [81] Matth. XXIV.

## VARIORUM NOTÆ.

(68) *Κεραμίου*. In altero cod. Vind. est κεράμιον, minus recte CLER.

(69) *Ὑμᾶς*. Alter codex Vindobon. habet ἡμᾶς, æque bene. ID.

(70) *Πρωΐ*. Addit codex Vind. ἢ, *mane, aut galli cantu, aut*, etc. ID.

Cum Deus et Salvator noster Jesus Christus magnum pietatis sacramentum nobis tradat, et Judæos gentilesque invitet ad agnitionem unius ac solius veri Dei Patris sui [91]; quemadmodum ipse alicubi, gratias de salute credentium agens, ait: « Manifestavi nomen tuum hominibus; opus quod dedisti mihi, consummavi [92]; » cumque de nobis dicat Patri: « Pater sancte, etsi mundus te non cognovit; at ego te cognovi, et hi te cognoverunt [93]; » merito omnibus simul, utpote qui ejus consummati, ait de charismatibus, quæ ipse per Spiritum dedit: « Signa autem eos qui crediderint, hæc sequentur: In nomine meo dæmonia ejicient; linguis novis loquentur; serpentes tollent; et si mortiferum quid biberint, non eis nocebit; super ægros manus imponent, et bene habebunt [94]. » Quæ charismata seu dona prius quidem nobis apostolis tradita sunt, qui omni creaturæ prædicaturi eramus Evangelium; postea vero necessario iis, qui per nos crediderunt, præbentur; non ad utilitatem ea operantium, sed ad infidelium assensionem; ut quibus non persuasit sermo, hos virtus signorum flectat ac pudore afficiat. Signa enim non nobis fidelibus eduntur, sed infidelibus, cum Judæorum, tum Græcorum. Neque enim dæmones ejicere nostrum emolumentum est, sed eorum qui per Domini operationem purgantur; sicut ipse Dominus, nos erudiens, ostendit, dicendo: « Nolite gaudere, quia spiritus vobis obediunt; sed gaudete, quod nomina vestra scripta sunt in cœlo [94*]; » quando illud quidem ipsius virtute fit; hoc autem nostro affectu ac studio, nobis, videlicet, ab eo adjutis. Non ergo necesse est ut omnis fidelis dæmones expellat, aut suscitet mortuos, aut linguis loquatur, sed is qui charismate dignatus est propter aliquam causam utilem, ad salutem infidelium, qui sæpe non sermonum demonstratione, sed signorum operatione commoventur, quique digni sunt salute; non enim omnes impii miraculis convertuntur:

[91] I Tim. III, 16 [92] Joan. XVII, 6, 4. [93] Ibid. 11, 25. [94] Marc. XVI, 17, 18. [94*] Luc. X, 20.

### VARIORUM NOTÆ.

(71) *Τίνων χάριν*, etc. Habent gemini codd.: ὅτι τὰ χαρίσματα τῶν ἰαμάτων, καὶ τῶν λοιπῶν σημείων οὐχὶ δι' ὠφέλειαν τῶν ἐνεργούντων δίδοται, ἀλλὰ πρὸς πληροφορίαν τῶν ἀπίστων, καὶ ὅτι οὐκ ἀνάγκη πάντα πιστὸν σημεῖον ποιεῖν. CLER.

(72) *Πατρὸς αὐτοῦ.* Desunt in altero cod., nec necessaria sunt, nam ὁ εἷς καὶ μόνος ἀληθινὸς Θεός ex sententia Arianorum solus est Pater Jesu Christi. ID.

(73) *Καὶ οὗτοί σε ἔγνωσαν.* Joannis XVII, 25: Καὶ οὗτοι ἔγνωσαν ὅτι σύ με ἀπέστειλας. *Et hi cognoverunt quia tu me misisti.* At enim Nonni Paraphrasis:

Καὶ σὲ σοφὸς χορὸς οὗτος ἐμῶν δεδάηκεν ἑταίρων.

Chrysostomus in *Catena Joannis:* Καὶ οὗτοι δέ σε ἔγνωσαν, ὅτι σύ με ἀπέστειλας, ubi in editionibus S. doctoris, σέ illud non comparet. COT.

(74) *Τῇ.* Alter cod. τὴν et postea ἀπόδειξιν ac τὴν ἐνέργειαν. Revera δυσωπέομαι accusativum regere apud bonos scriptores solet. Sed elegantiorum usum non semper sequitur hic scriptor. CLER.

Digitized by Google

cujus rei testis ipse Deus; ut dum dicit in lege: « Quoniam in aliis linguis loquar populo huic, et in labiis aliis; et non credent [95]. » Nec enim Ægiptii crediderunt Deo, cum Moyses tot tantaque signa et prodigia faceret: neque multitudo Judæorum credidit Christo, Moysis simili [96], cum omnem morbum omnemque infirmitatem curaret: et neque illos permovit virga in serpentem animata, et manus alba facta, Nilus in sanguinem versus [97]; neque hos cæci videntes, claudi ambulantes, et mortui suscitati [98]: ac illi quidem resistebant Jannes et Mambres [99]; huic vero Annas et Caiphas. Sic non omnibus signa persuadent, sed iis duntaxat qui candide de rebus judicant; quorum et causa Deo tanquam sapienti moderatori placet ut miracula perpetrentur; non hominum viribus, sed sua voluntate. [1] Hæc autem ideo memoramus, ut qui charismata hujusmodi acceperunt, non se in eos qui non acceperunt efferant; charismata dicimus, quæ per miracula: quoniam nemo est per Christum in Deum credens, qui non acceperit charisma spirituale: ipsum etenim hoc, liberatum esse impio multorum deorum cultu, et credidisse Deo Patri per Christum, charisma Dei est; ut et, abjecisse Judaicum velamen, ac credidisse quod Dei beneplacito Unigenitus qui ante sæcula exsistebat, in extremo tempore ex virgine natus est, sine viri concubitu; et quod in vita tanquam homo versatus est, absque peccato, impleta omni justitia legis; quodque permissione Dei Deus Verbum, spreto dedecore, crucem sustinuit; et quod mortuus est ac sepultus, et resurrexit in triduo, atque post resurrectionem cum apostolis diebus quadraginta permansit, completaque omni constitutione, assumptus est in eorum conspectu ad Deum et Patrem qui eum miserat. Qui hæc credidit, non stolide ac citra rationem, sed cum judicio ac certitudine, is charisma a Deo consecutus est: similiter etiam qui ab omni hæresi servatus fuit. Non ergo quispiam eorum qui signa et portenta faciunt, judicet ac damnet quemquam fidelium, qui donum ea operandi non sit adeptus: diversa quippe sunt Dei charismata, ab ipso per Christum tributa: ac tu quidem accepisti hoc; ille vero aliud quoddam; aut enim sermonem sa-

A αὐτὸς ὁ Θεὸς, ὡς ὅταν λέγῃ ἐν τῷ νόμῳ· « Ὅτι ἐν ἑτερογλώσσοις λαλήσω τῷ λαῷ τούτῳ, καὶ ἐν χείλεσιν ἑτέροις, καὶ οὐ μὴ πιστεύσωσιν. » Οὔτε γὰρ οἱ Αἰγύπτιοι ἐπίστευσαν τῷ Θεῷ, Μωϋσέως τοσαῦτα σημεῖα καὶ τέρατα πεποιηκότος· οὔτε τὰ πλήθη τῶν Ἰουδαίων τῷ ὡς Μωϋσεῖ Χριστῷ, πᾶσαν νόσον καὶ πᾶσαν μαλακίαν ἐν αὐτοῖς θεραπεύσαντι· καὶ οὐκ ἐκείνους ἐδυσώπησε ῥάβδος ἐμψυχουμένη (75) εἰς ὄφιν, καὶ χεὶρ λευκαινομένη, καὶ Νεῖλος αἱματούμενος· οὔτε τούτους τυφλοὶ ἀναβλέποντες, καὶ χωλοὶ περιπατοῦντες, καὶ νεκροὶ ἀνιστάμενοι (76), καὶ τῷ μὲν ἀνθίσταντο Ἰαννῆς [100] καὶ Μαμβρῆς (77)· τῷ δὲ Ἄννας καὶ Καΐαφας· οὕτως οὐ πάντας δυσωπεῖ τὰ σημεῖα, ἀλλὰ μόνους τοὺς εὐγνώμονας, ὧν καὶ χάριν εὐδοκεῖ ὁ Θεὸς ἐπιτελεῖσθαι δυνάμεις, ὡς σοφὸς οἰκονόμος· οὐ τῇ τῶν ἀνθρώπων ἰσχύϊ, ἀλλὰ τῇ ἑαυτοῦ βουλήσει. Ταῦτα δέ φαμεν, ἐπὶ τὸ μὴ ἐπαίρεσθαι τοὺς λαβόντας χαρίσματα τοιάδε, κατὰ τῶν μὴ λαβόντων χαρίσματα δὲ λέγομεν, τὰ διὰ τῶν σημείων· ἐπεὶ οὐκ ἔστιν ἄνθρωπος πιστεύσας διὰ Χριστοῦ εἰς τὸν Θεὸν, ὃς οὐκ εἴληφε χάρισμα πνευματικόν· αὐτό τε γὰρ τὸ ἀπαλλαγῆναι πολυθέου ἀσεβείας, καὶ πιστεῦσαι Θεῷ Πατρὶ διὰ Χριστοῦ, χάρισμά ἐστι Θεοῦ· τό τε ἀπορρῖψαι τὸ Ἰουδαϊκὸν κάλυμμα, καὶ πιστεῦσαι ὅτι εὐδοκίᾳ Θεοῦ ὁ πρὸ αἰώνων Μονογενὴς, ἐν ὑστέρῳ καιρῷ ἐκ παρθένου γεγένηται, δίχα ὁμιλίας ἀνδρός· καὶ ὅτι ἐπολιτεύσατο ὡς ἄνθρωπος ἄνευ ἁμαρτίας, πληρώσας πᾶσαν δικαιοσύνην τὴν τοῦ νόμου· καὶ ὅτι συγχωρήσει Θεοῦ σταυρὸν ὑπέμεινεν, αἰσχύνης καταφρονήσας ὁ Θεὸς Λόγος· καὶ ὅτι ἀπέθανε, καὶ ἐτάφη, καὶ ἀνέστη διὰ τριῶν ἡμερῶν, καὶ μετὰ τὴν ἀνάστασιν τεσσαράκοντα ἡμέρας παραμείνας τοῖς ἀποστόλοις, καὶ πληρώσας πᾶσαν διάταξιν ἀνελήφθη ἐπ' ὄψεσιν αὐτῶν πρὸς τὸν ἀποστείλαντα αὐτὸν Θεὸν καὶ Πατέρα. Ὁ ταῦτα πιστεύσας, οὐχ ἁπλῶς, οὐδὲ ἀλόγως, ἀλλὰ κρίσει καὶ πληροφορίᾳ, χάρισμα εἴληφεν ἐκ Θεοῦ· ὡσαύτως δὲ καὶ ὁ πάσης αἱρέσεως ἀπαλλαγείς. Μὴ οὖν τις τῶν ποιούντων σημεῖα, καὶ τέρατα, κρινέτω τινὰ τῶν πιστῶν μὴ ἀξιωθέντα ἐνεργείαν· διάφορα γάρ ἐστι τὰ τοῦ Θεοῦ χαρίσματα, παρ' αὐτοῦ διὰ Χριστοῦ διδόμενα· καὶ ὁ μὲν εἴληφας τοῦτο· ἐκεῖνος δὲ ἄλλο τι· ἢ γὰρ λόγον σοφίας, ἢ γνώσεως, ἢ διακρίσεως πνευμάτων, ἢ προγνωσιν τῶν μελλόντων, ἢ λόγον διδακτικὸν, ἢ ἀνεῳ-

[95] Isa. xxviii, 11; I Cor. xiv, 21. [96] Deut. xviii. [97] Exod. vii, 4. [98] Matth. xi, 5. [99] II Tim. iii, 8. [100] al. Ἰαμβρῆς. Sic et alter Vind. [1] l. Ignat. interpol. ad Magn. 11.

## VARIORUM NOTÆ.

(75) Ἐμψυχουμένη. In altero cod. Vind. ψυχουμένη. CLER.

(76) Ἀνιστάμενοι. Idem: ἐγειρόμενοι, solemni synonymorum mistura. ID.

(77) Ἰαννῆς καὶ Ἰαμβρῆς. Apud Niconem ms. in *Pandecte* serm. 43, ubi citat istum locum cum hoc titulo: Ἐκ τῶν διατάξεων τῶν ἁγίων ἀποστόλων, διὰ Κλήμεντος, περὶ χαρισμάτων, legitur Ἰαννῆς καὶ Ἰαμβρῆς. Magno certe cum discrimine, nomina magorum istorum efferunt scribuntque auctores, Hebræi, Græci et Latini; his fere modis; Joanne, Janne et Mamre, Jamre. Ἰαννῆς, Ἰάννης, Ἰαννῆς, Ἰαννὶς, Ἰωάννης, Ἰάμνης et Ἰαμβρῆς, Ἰάμβρης, Ἰαμβρῆς, Ἰαμβρὶς, Μαμβρῆς iisdem accentibus, Μαμβρὶς, apud Glycam Ζαμβρῆς inversa forte prima littera M, sicque mutata in Z. Jannes, Jamnes, Joannes, et Mambres, Jambres. Emendandum forsan initium conflictus Arnobii cum Serapione: *Supervenientes Ægyptii, qui ut ostenderent se antiquorum provinciæ suæ magistrorum discipulos, Jannis videlicet et Mambris* (non *Jannes Mambres*) *quos memorat Apostolus famulo Dei Moses quibusdam præstigiis restitisse*, etc. COT.

Digitized by Google

κακίαν, ἢ ἐγκράτειαν ἔννομον. Καὶ γὰρ καὶ Μωυσῆς ὁ τοῦ Θεοῦ ἄνθρωπος, ἐν Αἰγύπτῳ ἐπιτελῶν τὰ σημεῖα, οὐ κατεπήρθη τῶν ὁμοφύλων· καὶ θεὸς κληθείς, οὐκ ἠλαζονεύσατο μετὰ τοῦ ἰδίου προφήτου Ἀαρών. Ἀλλ' οὔτε ὁ τοῦ Ναυῆ Ἰησοῦς, ἡγησάμενος μετ' αὐτὸν τοῦ λαοῦ, κἂν τῷ πρὸς τοὺς Ἰεβουσίους πολέμῳ στήσας τὸν ἥλιον κατὰ Γαβαών, καὶ τὴν σελήνην κατὰ φάραγγα Αἰλών, διὰ τὸ μὴ αὐταρκεῖν πρὸς τὴν νίκην τὴν ἡμέραν, ἐπήρθη κατὰ τοῦ Φινεὲς, ἢ τοῦ Χαλέβ. Οὔτε Σαμουὴλ, τοσαῦτα παράδοξα ποιήσας, παρ' οὐδὲν ἡγήσατο τὸν θεοφιλῆ Δαβίδ· καί τοι ἀμφότεροι προφῆται· καὶ ὁ μὲν, ἀρχιερεὺς (78), ὁ δὲ, βασιλεύς. Καὶ ἑπτὰ χιλιάδων ὑπαρχουσῶν ἐν Ἰσραὴλ ἁγίων, τῶν μὴ καμψάντων γόνυ τῇ Βάαλ, μόνος Ἠλίας ἐν αὐτοῖς, καὶ ὁ τούτου μαθητὴς Ἐλισσαῖος θαυματοποιοὶ γεγένηνται· ἀλλ' οὔτε Ἠλίας τὸν οἰκονόμον Ἀβδιοὺ ἐξεμυκτήρισε, φοβούμενον μὲν τὸν Θεὸν, οὐ ποιοῦντα δὲ σημεῖα· οὔτε Ἐλισσαῖος τὸν ἑαυτοῦ μαθητὴν φρίττοντα τοὺς πολεμίους ὑπερεῖδεν. Ἀλλὰ γὰρ οὔτε Δανιὴλ ὁ σοφὸς, ῥυσθεὶς δεύτερον ἐκ στόματος λεόντων, οὔτε οἱ τρεῖς παῖδες ἐκ καμίνου πυρὸς, ἐξουδένωσαν τοὺς λοιποὺς τῶν ὁμοφύλων. Ἠπίσταντο γὰρ ὅτι οὐ τῇ οἰκείᾳ δυνάμει περιεγένοντο τῶν δεινῶν, ἀλλὰ τῇ τοῦ Θεοῦ ἰσχύϊ, καὶ σημεῖα ἐπετέλουν, καὶ τῶν δυσχερῶν ἀπηλλάττοντο. Οὐκοῦν μηδεὶς ὑμῶν ἐπαιρέσθω κατὰ τοῦ ἀδελφοῦ, κἂν προφήτης ᾖ, κἂν θαυματοποιός. Εἰ γὰρ δοθῇ μηκέτι εἶναί που ἄπιστον, περεττὴ λοιπὸν ἔσται πᾶσα σημείων ἐνέργεια. Τὸ μὲν γὰρ εἶναι εὐσεβῆ, ἐκ τῆς τοῦ τινος εὐνοίας· τὸ δὲ θαυματοποιεῖν, ἐκ τῆς τοῦ ἐνεργοῦντος δυνάμεως· ὧν τὸ μὲν πρῶτον ἡμᾶς αὐτοὺς ὁρᾷ, τὸ δὲ δεύτερον Θεὸν τὸν ἐνεργοῦντα, δι' ἃς προείπομεν αἰτίας. Οὐκοῦν μήτε βασιλεὺς ἐξουθενείτω τοὺς ὑπ' αὐτὸν στρατηγούς· μήτε ἄρχοντες τοὺς ὑπηκόους. Μὴ ὄντων γὰρ τῶν ἀρχομένων, περιττοὶ οἱ ἄρχοντες· καὶ μὴ ὄντων στρατηγῶν, οὐ στήσεται βασιλεία. Ἀλλὰ μηδὲ ἐπίσκοπος ἐπαιρέσθω κατὰ τῶν διακόνων, ἢ τῶν πρεσβυτέρων· μήτε μὴν οἱ πρεσβύτεροι κατὰ τοῦ λαοῦ· ἐξ ἀλλήλων γὰρ ἐστιν ἡ σύστασις τοῦ συναθροίσματος. Οἵ τε γὰρ ἐπίσκοποι, καὶ οἱ πρεσβύτεροι, τινῶν εἰσιν ἱερεῖς· καὶ οἱ λαϊκοὶ, τινῶν εἰσι λαϊκοί· καὶ τὸ μὲν εἶναι Χριστιανὸν, ἐφ' ἡμῖν· τὸ δὲ ἀπόστολον, ἢ ἐπίσκοπον, ἢ ἄλλό τι, οὐκ ἐφ' ἡμῖν, ἀλλ' ἐπὶ τῷ διδόντι Θεῷ τὰ χαρίσματα. Ταῦτα μὲν οὖν ἐπὶ τοσοῦτον εἰρήσθω διὰ τοὺς ἀξιωθέντας χαρισμάτων ἢ ἀξιωμάτων.

A pientiæ, vel scientiæ [2], aut rationem discernendorum spirituum, aut prænotionem futurorum, aut sermonem aptum ad docendum, aut patientiam, aut continentiam legitimam. Etenim Moyses homo Dei, cum in Ægypto signa perficeret, non se in populares suos extulit; cumque deus appellatus fuisset; non superbivit in suum prophetam Aaronem [3]. Sed et Jesus Navæ filius, qui post Moysem ductor fuit populi, quamvis in bello adversum Jebusæos, quod non sufficeret dies ad victoriam, solem stitisset ad Gabaonem, et lunam ad vallem Aialonem; non tamen in Phineem aut Chalebum arrogantia elatus est [4]. Neque Samuel, qui tot mira et inopinata fecit, pium ac Deo charum Davidem nihili duxit: sed ambo erant prophetæ; et ille quidem pontifex, hic vero rex. Et cum in Israele essent septem millia sanctorum, qui non curvaverant genu Baali [5-6]; ex ipsis solus Elias, ejusque discipulus Elisæus miraculorum effectores fuerunt: non tamen Elias derisit Abdiam œconomum, timentem quidem Deum, at signa non facientem; neque Elisæus discipulum suum hostes perhorrescentem despexit [7]. Sed enim neque sapiens Daniel, bis ex ore leonum ereptus, neque tres pueri ex ignis fornace liberati [8], nihili fecerunt reliquos suæ gentis homines. Sciebant enim se non suis viribus pericula evasisse, sed Dei virtute cum signa peregisse, tum ab angustiis fuisse servatos. Itaque nemo vestrum, licet sit propheta, licet miraculorum operator, se adversus fratrem extollat. Si enim id detur, ut nullus amplius sit infidelis, superflua deinceps erit omnis signorum operatio. Etenim esse pium, ex bona cujuspiam voluntate oritur; at miracula patrare, ex virtute illius qui operatur: quorum primum quidem nos ipsos respicit, secundum vero Deum, ob causas supra dictas operantem. Igitur neque imperator nihili pendat exercitus duces qui sub ipso sunt; neque præfecti eos qui ipsis parent. Nam si non sint quibus præficiantur, supervacui erunt præfecti; et si non sint duces exercitus, non stabit imperium. Quin etiam nec episcopus in diaconos vel presbyteros extollat se, nec presbyteri in plebem: ex utrisque enim cœtus compositio exstat. Episcopi quippe ac presbyteri, quorumdam sunt sacerdotes, et laici, quorumdam sunt laici; ac esse quidem Christianum, in nostra consistit potestate; at esse apostolum, aut episcopum, aut quid simile, nostræ non est potestatis, verum ad Deum largitorem charismatum pertinet. Hæc igitur hactenus dicta sint, propter eos qui digni habiti sunt ut charismata vel dignitates acciperent.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Β'.

*Περὶ τῶν ἐπισκόπων καὶ πρεσβυτέρων ἀναξίων* (79).

Ἐκεῖνο δὲ προστίθεμεν τῷ λόγῳ, ὅτι οὔτε πᾶς ὁ προ-

## CAPUT II.

*De episcopis et presbyteris indignis.*

Illud vero sermoni addimus; quod nec omnis qui-

[2] I Cor. XII, 8. [3] Exod. VII, 1. [4] Jos. X. [5-6] III Reg. XIX, 18; Rom. XI, 4. [7] IV Reg. VI. [8] Dan. VI, XIV, III.

## VARIORUM NOTÆ.

(78) *Καὶ ὁ μὲν, ἀρχιερεύς.* Super celebri quæstione, fueritne Samuel summus pontifex, sacerdos tantum, an levita merus, multa a multis scripta sunt, quæ proferre nihil est necesse. Cot.

(79) *Περὶ τῶν*, etc. Uterque Vind. codex: Ὅτι οὐ πάντως πᾶς ὁ προφητεύων ἢ δαίμονας ἐκβάλλων εὐσεβής. Cler.



Digitized by Google

prophetat, pius est; nec omnis qui dæmones expellit, sanctus[9]. Etenim et Balaamus filius Beoris vates, prophetavit, licet impius[10]; et Caiphas, falso nominatus pontifex[11]: multa quoque diabolus prædicit, et illius dæmones; neque ideo quidem inest illis pietatis scintilla; ignorantia quippe opprimuntur, propter voluntariam improbitatem. [14] Liquet igitur quod impii, quamvis prophetent, non obducunt per prophetiam impietatem suam; quodque qui dæmones expellunt, ex eorum discessu non efficiuntur sancti : nam se mutuo decipiunt; sicut qui ludicra risus causa ostentant; eosque qui ad illos advertunt animum, perdunt. [16] Neque vero rex impius, amplius rex est, sed tyrannus; neque episcopus inscitia vel animi pravitate constrictus, episcopus est, sed falsum nomen gerit, non a Deo, verum ab hominibus promotus; ut Ananias, et Samæas Hierosolymis, et Sedecias atque Achias pseudoprophetæ Babylone[20]. Sed et Balaamus vates pœnas dedit, cum Israelem in Beelphegore[21] corrupisset : et Caiphas postea sui ipsius interfector exstitit[22] : ac filii Scevæ aggressi expellere dæmones, ab iis vulnerati fugerunt turpiter[24]: et reges Israelis ac Judæ, cum impie viverent, diversa supplicia pependerunt. Constat igitur ementiti nominis episcopos ac presbyteros, non evasuros Dei vindictam : dicetur enim illis nunc quoque : « Vos sacerdotes, qui despicitis nomen meum : tradam vos in occisionem[25]; ut Sedeciam et Achiam, quos frixit rex Babylonis; » sicuti ait Jeremias propheta[26]. Hæc autem dicimus, non quod veras prophetias contemnamus, quas scimus Dei afflatu in sanctis fieri, sed ut confidentiam arrogantium cohibeamus : illud addentes, Deum auferre gratiam his : « Superbis enim Deus resistit; humilibus autem dat gratiam[27]. » Sane quidem Silas, et Agabus, nostri temporis prophetæ, non se coæquarunt apostolis, neque supergressi sunt fines suos, etsi a Deo amarentur[28]. Sed et mulieres prophetaverunt : olim quidem Maria Moysis et Aaronis soror[29] ; post eam vero De-

A φητεύων, ὅσιος· οὔτε πᾶς ὁ δαίμονας ἐλαύνων, ἅγιος. Καὶ γὰρ καὶ Βαλαὰμ ὁ τοῦ Βεὼρ ὁ μάντις προεφήτευσεν, δυσσεβὴς ὤν· [11] καὶ Καϊάφας, ὁ ψευδώνυμος ἀρχιερεύς· πολλὰ δὲ καὶ ὁ διάβολος προλέγει, καὶ οἱ ἀμφ' αὐτὸν δαίμονες· καὶ οὐ παρὰ τοῦτο μέν ἐστιν[12] αὐτοῖς εὐσεβείας σπινθὴρ· ἀγνοίᾳ γάρ εἰσι πεπιεσμένοι δι' ἐκούσιον μοχθηρίαν. Δῆλον[16] οὖν ὅτι οἱ ἀσεβεῖς κἂν προφητεύωσιν, οὐ καλύπτουσι διὰ τῆς προφητείας τὴν ἑαυτῶν ἀσέβειαν (80)· οὐδὲ οἱ δαίμονας ἐλαύνοντες, ἐκ τῆς τούτων ὑποχωρήσεως ὁσιωθήσονται· ἀλλήλους γὰρ ἀπατῶσι· καθάπερ οἱ τὰς παιδιὰς γέλωτος ἕνεκα ἐπιδεικνύμενοι· καὶ τοὺς προσανέχοντας αὐτοῖς, ἀπολλύουσιν. Οὔτε δὲ βασιλεὺς δυσσεβὴς, ἔτι βασιλεὺς ὑπάρχει, ἀλλὰ τύραννος· οὔτε ἐπίσκοπος (81) ἀγνοίᾳ ἢ κακονοίᾳ πεπιεσμένος, [17] ἐπίσκοπός ἐστιν,
B ἀλλὰ ψευδώνυμος, οὐ παρὰ Θεοῦ, ἀλλὰ παρὰ ἀνθρώπων προβληθείς· ὡς Ἀνανίας (82), καὶ Σαμαίας[18] ἐν Ἱερουσαλὴμ[19], καὶ Σεδεκίας καὶ Ἀχίας οἱ ἐν Βαβυλῶνι ψευδοπροφῆται. Ἀλλὰ καὶ Βαλαὰμ ὁ μάντις τιμωρίαν ἔτισε διαφθείρας τὸν Ἰσραὴλ ἐν τῷ Βεελφεγώρ· καὶ [22] Καϊάφας ὕστερον αὐτοφονευτὴς ἑαυτοῦ ἐγένετο· καὶ οἱ υἱοὶ Σκευᾶ ἐπιχειροῦντες δαίμονας ἐλαύνειν, ὑπ' αὐτῶν τραυματίαι γενόμενοι, ἔφυγον ἀπρεπῶς· καὶ οἱ βασιλεῖς τοῦ Ἰσραὴλ, καὶ τοῦ Ἰούδα ἀσεβήσαντες, παντοίας τιμωρίας ἔτισαν. Δῆλον οὖν ὡς καὶ οἱ ψευδώνυμοι ἐπίσκοποι, καὶ πρεσβύτεροι, οὐκ ἐκφεύξονται τὴν παρὰ Θεοῦ δίκην· ῥηθήσεται γὰρ αὐτοῖς καὶ νῦν· « Ὑμεῖς οἱ ἱερεῖς, οἱ
C φαυλίζοντές μου τὸ ὄνομα· παραδώσω ὑμᾶς εἰς σφαγήν· ὡς Σεδεκίαν, καὶ Ἀχίαν, οὓς ἀπετηγάνισε βασιλεὺς Βαβυλῶνος, ὡς φησιν Ἱερεμίας ὁ προφήτης. Ταῦτα δέ φαμεν, οὐ τὰς ἀληθεῖς προφητείας ἐξουδενοῦντες, ἴσμεν γὰρ αὐτὰς κατ' ἐπίπνοιαν Θεοῦ ἐν τοῖς ὁσίοις ἐνεργεῖσθαι, ἀλλὰ τὸ θράσος τῶν ἀλαζονευομένων καταστέλλοντες· καὶ προστιθέντες ἐκεῖνο, ὅτι τῶν τοιούτων Θεὸς περιαιρεῖ τὴν χάριν· « Ὑπερηφάνοις γὰρ ὁ Θεὸς ἀντιτάσσεται, ταπεινοῖς δὲ δίδωσι χάριν. » Σίλας μὲν οὖν καὶ Ἄγαβος ἐφ' ἡμῶν προφητεύσαντες, οὐ παρεξέτειναν ἑαυτοὺς τοῖς ἀποστόλοις, οὐδὲ ὑπερέβησαν τὰ ἑαυτῶν μέτρα, καὶ τοι

[9] Laudat Anastasius, quæst. 20. [10] Num. XXIII, XXIV. [11] Anast. καὶ Σαοὺλ, καί. [12] Joan. XI, 51. [13] Anas. μέτεστιν. [14] l. Pseudo-Ignat. ad Philipp. 4. [15] aliter in Anast. [16] Citatur ab Anastasio, quæst. 16, et ab auctore Oper. imperf. in Matth. ad Matth. XXV, 18. [17] Anastasius inserit ἔτι. [18] Anast. Σαμέας. [19] al. Ἰσραήλ. [20] Jerem. XXVIII, XXIX. [21] Num. XXV, XXXI. [22] Anast. Σαοὺλ καὶ Καϊάφας αὐτοφονευταὶ γεγόνασι. [24] Anast. quæst. 20. [25] Act. XIX, 14. [26] Mal. I, 6. [27] Jer. XXIX, 22. [28] Jac. IV, 6; II Petr. V. 5. [29] Act. XV, 32; XXI, 10. [29] Exod. XV, 20.

## VARIORUM NOTÆ.

(80) *Οὐ καλύπτουσι διὰ τῆς προφητείας τὴν ἑαυτῶν ἀσέβειαν.* Pari modo Anastasii quæstiones manu descriptæ, ac typis mandatæ, οὐκ ἀποκαλύπτουσι διὰ τῆς προφητείας αὐτῶν εὐσέβειαν. Cot.

(81) *Οὔτε ἐπίσκοπος*, etc. Hunc locum indicat magis quam citat auctor *Operis imperfecti in Matthæum*, relatus in testimoniis veterum. Quid porro frequentius apud omnis generis scriptores, quam eos qui indigne in aliqua vivunt dignitate, nomine honorifico privare? Nonne solemus flagitiosum hominem negare hominem esse? similiterque loquimur de malis Christianis, aut monachis, aut clericis, etc. Athanasius : Οἱ παρ' αὐτοῖς κατάσκοποι, οὐ γὰρ ἐπίσκοποι. Et alibi : Κακοήθεις κατασκόπους· οὐ γὰρ ἂν τις ἐπισκόπους εἴποι. Hieronymus : *Non omnes* D *episcopi, episcopi sunt*, interpositisque nonnullis : *Non facit ecclesiastica dignitas Christianum.* Ac eadem ratione, ut innumeros omittam, negatur a Nilo sacerdos esse, qui pro sacerdotis dignitate non vivit. Id.

(82) *Ὡς Ἀναρίας καὶ Σαμαίας ἐν Ἱερουσαλήμ.* Ita Anastasius in ms. Regiis 200, 938, 1789. At in 1107 et 2206 : Ὡς Ἀνανίας καὶ Σαμαίας vel Σαμέας ἐν Ἰσραήλ. Apud Niconem scriptorem ineditum Πανδέκτου serm. 41 : Σαμαίας ἐν Ἰσραὴλ, καὶ Σεδεκίας, καὶ Ἀχίας, καὶ οἱ ἐν Βαβυλῶνι ψευδοπροφῆται. Et vere Samæas cum cæteris Babyloem abductus, illic populum Israeliticum falsis prophetiis vanaque spe lactabat. Id.

Digitized by Google

θεοφιλεῖς ὄντες. Προεφήτευσαν δὲ καὶ γυναῖκες· τὸ μὲν παλαιὸν Μαριὰμ ἡ Μωϋσέως καὶ Ἀαρὼν ἀδελφή· μετὰ δὲ ταύτην Δεββόρρα· καὶ μετὰ ταύτας, Ὁλδὰ καὶ Ἰουδὴθ, ἡ μὲν ἐπὶ Ἰωσίου, ἡ δὲ ἐπὶ Δαρείου (83). Καὶ ἡ μήτηρ δὲ τοῦ Κυρίου προεφήτευσε, καὶ Ἐλισάβετ ἡ συγγενὴς αὐτῆς, καὶ Ἄννα· καὶ ἐφ' ἡμῶν αἱ Φιλίππου θυγατέρες. Ἀλλ' οὐκ ἐπήρθησαν κατὰ τῶν ἀνδρῶν αὗται, ἀλλ' ἐφύλαξαν τὰ οἰκεῖα μέτρα. Οὐκοῦν καὶ ἐν ὑμῖν κἂν ἀνήρ τις ᾖ, κἂν γυνὴ, καὶ τύχῃ τοιαύτης τινὸς χάριτος, ταπεινοφρονείτω, ἵνα ἐπ' αὐτῷ εὐδοκῇ ὁ Θεός· « Ἐπὶ τίνα γὰρ, φησὶν, ἐπιβλέψω, ἀλλ' ἢ ἐπὶ τὸν ταπεινὸν καὶ ἡσύχιον. καὶ τρέμοντά μου τοὺς λόγους; »

A bora[30]; postque illas Holda[30*] et Juditha[31], illa sub Josia, hæc sub Dario. Mater etiam Domini prophetavit; et Elisabeta cognata ejus, et Anna[32]; ac nostra ætate filiæ Philippi[33]. Verumtamen illæ non se adversum viros extulerunt; sed custodierunt modum suum. Itaque si et in vobis vir quispiam sit, aut mulier, alicujus hujusmodi gratiæ particeps, humiliter de se sentiat, ut Deum habeat benevolum: « Super quem enim, inquit, respiciam, nisi super humilem et quietum, et trementem sermones meos[34]? »

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Γ'.

*Ὅτι (84) τὸ διατάσσεσθαι τὰ ἐν ταῖς ἐκκλησίαις ἐπιτελούμενα κορυφαιότατόν ἐστι.*

Τὰ μὲν οὖν πρῶτα τοῦ λόγου ἐξεθέμεθα, περὶ τῶν χαρισμάτων, ὅσαπερ ὁ Θεὸς κατ' ἰδίαν βούλησιν παρέσχεν ἀνθρώποις· καὶ ὅπως τῶν ψευδῆ ἐπιχειρούντων λέγειν, ἢ ἀλλοτρίῳ πνεύματι κινουμένων, ἤλεγξε τὸν τρόπον· καὶ ὅτι πονηροῖς πολλάκις ἀπεχαρίσατο[35] (85) ὁ Θεὸς πρός τε προφητείαν καὶ τερατοποιίαν. Νυνὶ δὲ ἐπὶ τὸ κορυφαιότατον τῆς ἐκκλησιαστικῆς διατυπώσεως ὁ λόγος ἡμᾶς ἐπείγει· ὅπως καὶ ταύτην παρ' ἡμῶν μαθόντες τὴν διάταξιν, οἱ ταχθέντες δι' ἡμῶν γνώμῃ Χριστοῦ ἐπίσκοποι, πάντα κατὰ τὰς παραδοθείσας ἡμῖν ἐντολὰς ποιῆσθε· εἰδότες ὅτι ὁ ἡμῶν ἀκούων, Χριστοῦ ἀκούει· ὁ δὲ Χριστοῦ ἀκούων, τοῦ Θεοῦ αὐτοῦ καὶ Πατρὸς ἀκούει· ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

## CAPUT III.

*Quod constituere ea quæ in Ecclesiis peraguntur summum ac potissimum sit.*

Quæ igitur prima erant hujus orationis exposuimus, de charismatibus, quæcunque Deus juxta voluntatem suam præbuit hominibus; et quo modo eorum qui mendacia loqui aggrediebantur, aut alieno spiritu movebantur, mores confutavit; et quod sæpe Deus improbis ad prophetiam et miraculorum editionem elargitus est[36] gratiam suam. Nunc vero ad præcipuum ecclesiasticæ dispositionis, oratio nos pertrahit; ut et hanc a nobis discentes constitutionem, vos qui Christi nutu per nos ordinati estis episcopi, omnia faciatis secundum mandata a nobis tradita; scientes quod qui nos audit, Christum audit; qui vero Christum audit, Deum ejus ac Patrem audit[37]; cui gloria in sæcula. Amen.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Δ'.

*Περὶ χειροτονιῶν.*

Ἅμα τοίνυν ὑπάρχοντες ἡμεῖς οἱ δεκαδύο τοῦ Κυρίου ἀπόστολοι τάσδε τὰς θείας ἡμῶν (86) ἐντελλόμεθα διατάξεις περὶ παντὸς ἐκκλησιαστικοῦ τύπου, συμπαρόντων ἡμῖν καὶ τοῦ τῆς ἐκλογῆς σκεύους Παύλου τοῦ συναποστόλου ἡμῶν, καὶ Ἰακώβου τοῦ ἐπισκόπου, καὶ τῶν λοιπῶν πρεσβυτέρων, καὶ τῶν ἑπτὰ διακόνων· πρῶτος οὖν ἐγώ φημι Πέτρος (87), ἐπίσκοπον χειροτονεῖσθαι ὡς ἐν τοῖς προλαβοῦσιν ἅμα πάντες διεταξάμεθα, ἐν πᾶσιν ἄμεμπτον, ἀριστίνδην (88) ὑπὸ παντὸς τοῦ λαοῦ ἐκλελεγμένον. Οὗ ὀνομασθέντος

## CAPUT IV.

*De ordinationibus.*

Simul igitur exsistentes, nos duodecim Domini apostoli, hasce divinas Constitutiones nostras de omni ecclesiastico ordine injungimus; una præsentibus, tum electionis vase Paulo coapostolo nostro, tum Jacobo episcopo, tum reliquis presbyteris, ac septem diaconis. Primus igitur ego Petrus aio, ordinandum esse episcopum, ut in superioribus omnes pariter constituimus, inculpatum in omnibus, electum a cuncto populo ut præstantissimum. Quo nominato et placente, congre-

[30] Judic. IV, 4. [30*] IV Reg. XXII, 14. [31] Judith. VIII. [32] Luc. I, II. [33] Act. XXI, 9. [34] Isa. LXVI, 2. [35] al. ἀπεχρήσατο. Sic et alter Vind. [36] *usus est.* [37] Luc. X, 16.

## VARIORUM NOTÆ.

(83) *Ἐπὶ Δαρείου.* Huc specialiter, in difficili multumque ac varie agitata quæstione chronologica, pertinet ingens error Cedreni, ubi de Judithæ temporibus ac historia, quod Cambyses Cyri filius Darius etiam appellatus fuerit. Ideo quippe ita confinxisse videtur, ut sententiam apostolici Constitutoris conciliaret cum Julii Africani opinione. Eusebius: Καμβύσην τινές φασι εἶναι Ναβουχοδονόσορ δεύτερον, τὸν κατὰ Ὀλοφέρνην καὶ τὴν Ἰουδίθ. Ὥσπερ Ἀφρικανός. Eademque Georgius Syncellus; ex quibus emaculabis Suidam in voce Ἰουδίθ, ad hunc modum: Ἰούλιος δὲ Ἀφρικανὸς λέγει, ὅτι Ναβουχοδονόσορ ὁ Καμβύσης (vel ὁ καὶ Καμβύσης) (male vulgo ὁ Καμβύσου) ἀναιρεῖται ὑπ' αὐτῆς. Atque ita veteres codices Regii. Gor.

(84) *Ὅτι*, etc. Deest inscriptio tota in utroque Vindob. Cler.

(85) *Ἀπεχρήσατο.* Sic melius legas, vertasque: *Abusus est Deus ad prophetiam*, etc. Est enim veluti abusus, pravis instrumentis ad rem bonam uti. Verbum enim ἀποχράομαι non tantum cum accusativo, sed et cum dativo conjungitur. Id.

(86) *Τὰς θείας ἡμῶν.* Aliter ὑμῖν. Cot.

(87) *Πρῶτος*, etc. Sic in altero cod. Vind. inchoatur caput: Πέτρος ὁ τῶν ἀποστόλων πρόκριτος ἐκήρυξε τὸ Εὐαγγέλιον Πόντῳ, Γαλλατίᾳ, Καππαδοκίᾳ, Ἀσίᾳ, Βιθυνίᾳ, καὶ τελευταῖον ἐν Ῥώμῃ ἐν ᾗ καὶ ἐσταυρώθη ὑπὸ πραιφέκτου βασιλεύοντος Νέρωνος, εἰς ἣν καὶ θάπτεται. Cl.

(88) *Ἀριστίνδην.* Deest in altero cod. Vind. Id.

Digitized by Google

gatus populus una cum presbyterio ac episcopis qui præsentes erunt, in die Dominica, consentiat. Qui vero inter reliquos præcipuus est, interroget presbyterium ac plebem, an ipse est, quem in præsidem postulant : et illis annuentibus, iterum roget, an ab omnibus testimonium habeat, quod dignus sit magna hac et illustri præfectura; an quæ ad pietatem in Deum spectant, ab ipso sint recte facta; an jura erga homines servata; an domesticæ res pulchre dispensatæ, an vitæ instituta sine reprehensione. Cumque universi pariter, secundum veritatem, non autem secundum anticipatam opinionem, testificati fuerint talem eum esse; quasi ante judicem Deum, ac Christum, præsente, scilicet, etiam sancto Spiritu, et omnibus sanctis ac administratoriis spiritibus; rursus tertio sciscitentur, an vere dignus sit ministerio; ut in ore duorum vel trium testium stet omne verbum [38]; atque iis tertio assentientibus, dignum esse; a cunctis petatur signum assensionis, et alacriter dantes, audiantur : silentioque facto, unus ex primis episcopis una cum duobus aliis prope altare stans, reliquis episcopis ac presbyteris tacite orantibus, atque diaconis divina Evangelia super caput ejus qui ordinatur aperta tenentibus, dicat ad Deum :

καὶ ἀρέσαντος, συνελθὼν ὁ λαὸς ἅμα τῷ πρεσβυτερίῳ καὶ τοῖς παροῦσιν ἐπισκόποις. ἐν ἡμέρᾳ Κυριακῇ (89), συνευδοκείτω. Ὁ δὲ πρόκριτος τῶν λαπῶν, ἐρωτάτω πρεσβυτέριον καὶ τὸν λαὸν, εἰ αὐτός ἐστιν, ὃν αἰτοῦνται εἰς ἄρχοντα, καὶ ἐπινευσάντων, προσεπερωτάτω εἰ μαρτυρεῖται ὑπὸ πάντων ἄξιος εἶναι τῆς μεγάλης ταύτης (90) καὶ λαμπρᾶς ἡγεμονίας, εἰ τὰ κατὰ τὴν εἰς Θεὸν αὐτῷ εὐσέβειαν κατώρθωται, εἰ τὰ πρὸς ἀνθρώπους δίκαια πεφύλακται, εἰ τὰ κατὰ τὸν οἶκον αὐτοῦ καλῶς ᾠκονόμηται, εἰ τὰ κατὰ τὸν βίον ἀνεπιλήπτως. Καὶ πάντων ἅμα κατὰ ἀλήθειαν, ἀλλ' οὐ κατὰ πρόληψιν μαρτυρησάντων τοιοῦτον αὐτὸν εἶναι, ὡς ἐπὶ δικαστῇ θεῷ καὶ Χριστῷ, παρόντος δηλαδὴ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, καὶ πάντων τῶν ἁγίων καὶ λειτουργικῶν πνευμάτων (91), ἐκ τρίτου πάλιν πυθέσθωσαν, εἰ ἄξιός ἐστιν ἀληθῶς τῆς λειτουργίας· ἵνα ἐπὶ στόματος δύο ἢ τριῶν μαρτύρων σταθῇ πᾶν ῥῆμα· καὶ συνθεμένων αὐτῶν ἐκ τρίτου ἄξιον εἶναι, ἀπαιτείσθωσαν οἱ πάντες σύνθημα (92)· καὶ δόντες προθύμως, ἀκουέσθωσαν· καὶ σιωπῆς γενομένης, εἷς τῶν πρώτων ἐπισκόπων ἅμα καὶ δυσὶν ἑτέροις, πλησὸν τοῦ θυσιαστηρίου ἑστὼς, τῶν λοιπῶν ἐπισκόπων καὶ πρεσβυτέρων σιωπῇ προσευχομένων, τῶν δὲ διακόνων τὰ θεῖα Εὐαγγέλια ἐπὶ τῆς τοῦ χειροτονουμένου κεφαλῆς ἀνεπτυγμένα κατεχόντων, λεγέτω πρὸς Θεόν·

[38] Matth. xviii, 16.

## VARIORUM NOTÆ.

(89) *Ἐν ἡμέρᾳ Κυριακῇ*. In tritis et vulgatis non est immorandum. Itaque proponam solummodo corruptum canonem concilii Cæsaraugustani tertii, ut emendem. Legitur : *In sanctum et satis venerabile concilium residentibus nuntiatum est nobis, eo quod aliqui pontifices regulam veritatis prætermittentes, ecclesias quæ a fidelibus pia devotione construuntur, extra diebus Dominicis consecrent. Si ergo cum quisque nostrum mortalium ad sacerdotale promovetur officium, nullatenus patimur ut in reliquis diebus, nisi tantum Dominicis festivitatibus, ii qui honoris digni habentur officio, in ordine præficiantur ecclesiastico, quanto magis ut deificata sancta templa, quæ ab hominibus fidelibus censentur honorificanda, sine diebus Dominicis perhibeantur consecranda? cujusque non talium præsumptiones pontificum, non solum sanctorum Patrum cohiberemur prohibere sententiam, sed propria deliberatione censemus, ut nulli penitus pontificum, in quibuscunque provinciis constitutis, amodo liceat, præter certis diebus Dominicis, ecclesias sanctas consecrare.* Scribi debet : *Cujusque nos talium præsumptiones pontificum, non solum sanctorum Patrum cohibemur prohibere sententia; sed propria deliberatione censemus. ut nulli venitus*, etc. Cot.

(90) *Ταύτης*. Alter cod. τοῦ Θεοῦ. Cl.

(91) *Καὶ πάντων τῶν ἁγίων καὶ λειτουργικῶν πνευμάτων*. Etenim, juxta sententiam SS. Patrum, angelis plenæ sunt ecclesiæ, præsertim tempore divini officii, et in solemnitatibus : quos inter principem obtinent locum angeli præsides ac patroni ecclesiarum, angeli altaribus assistentes atque præsidentes. Insigniter Tertullianus *De pudicitia*, cap. 14 : *Lusit igitur et de suo spiritu et de Ecclesiæ Angelo*, etc. Origenes homil. 11, *in Numeros : Offerunt et angeli primitias, unusquisque credo gentis suæ, et rursum unusquisque Ecclesiæ suæ*, et reliqua, quæ lege, si vacat; homil. 20 : *Secundum ea quæ Joannes in Apocalypsi scribit, unicuique Ecclesiæ generaliter angelus præest.* Homilia 13 *in Lucam* binos episcopos singulis ecclesiis præponit, visibilem ac invisibilem, hominem atque angelum. Mitto alia loca, alios auctores. Adjungo duntaxat gemella Basilii et Palladii : illius, epist. 191 : Καὶ ὁ ἄγγελος ὁ τῆς ἐκκλησίας ἔφορος συναπῆλθεν ὑμῖν; hujus, in *Vita Chrysostomi : Egressus est cum illo angelus quoque ecclesiæ.* Jam de angelis altarium, præter Pratum spirituale cap. 4, testatur S. Epiphanius hæresi 25, cap. 3, hisce verbis : Ἀπὸ τῆς τοῦ ἁγίου Ἰωάννου Ἀποκαλύψεως, ὃς γράφων μιᾷ τῶν Ἐκκλησιῶν ἐκ προσώπου Κυρίου, τουτέστι τῷ ἐπισκόπῳ τῷ ἐκείσε κατασταθέντι, σὺν τῇ δυνάμει τοῦ ἁγίου ἀγγέλου τοῦ ἐπὶ τοῦ θυσιαστηρίου, φησίν. *Et sancti Joannis Apocalypsi; qui ad unam ecclesiarum ex Domini persona scribens, id est, ad episcopum illic constitutum, cum angeli sancti virtute qui est super altare, ait :* De templo Hierosolymitano ista B. Hilarii sunt in Matthæum canone ult. : *Velum templi scinditur; quia exinde populus est divisus in partes, et veli honor cum custodia angeli protegentis aufertur.* Auctoris vero sermonis 3, *in Dominicam Ascensionem*, apud Chrysostomum, tom. VI : Ἄγγελος ἐξῆλατο τεταραγμένος ἐκ τοῦ ναοῦ, περιεσχισμένου τοῦ καταπετάσματος τοῦ οἴκου. *Angelus e templo, conscisso velo ædis, territus exsiluit.* Id.

(92) *Σύνθημα*. In præclara illa Synesii episcopi epistola 67 : Σύνθημα τῆς χειροτονίας. Semel autem lectorem scire velim, a me de multis ritibus ideo pauca vel nihil adnotari, quia per homines doctos præventus, eorum scripta compilare nequaquam sustineo. Cot.

Digitized by Google

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ε'.

*Ἐπίκλησις ἐπὶ χειροτονίας ἐπισκόπων.*

Ὁ ὢν, Δέσποτα, Κύριε, ὁ Θεὸς, ὁ παντοκράτωρ, ὁ μόνος ἀγέννητος, καὶ ἀβασίλευτος· ὁ ἀεὶ ὢν, καὶ πρὸ τῶν αἰώνων ὑπάρχων· ὁ παντὶ [39] ἀνενδεὴς, καὶ πάσης αἰτίας καὶ γενέσεως κρείττων· ὁ μόνος ἀληθινὸς, ὁ μόνος σοφός· ὁ ὢν μόνος Ὕψιστος· ὁ τῇ φύσει ἀόρατος· οὗ ἡ γνῶσις ἄναρχος· ὁ μόνος ἀγαθὸς, καὶ ἀσύγκριτος, ὁ τὰ πάντα εἰδὼς πρὶν γενέσεως αὐτῶν· ὁ τῶν κρυπτῶν γνώστης· ὁ ἀπρόσιτος· ὁ ἀδέσποτος· ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ τοῦ μονογενοῦς Υἱοῦ σου, τοῦ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν· ὁ δημιουργὸς τῶν ὅλων δι' αὐτοῦ· ὁ προνοητὴς, ὁ κηδεμών· ὁ Πατὴρ τῶν οἰκτιρμῶν, καὶ Θεὸς πάσης παρακλήσεως· ὁ ἐν ὑψηλοῖς κατοικῶν, καὶ τὰ ταπεινὰ ἐφορῶν. Σὺ ὁ δοὺς ὅρους Ἐκκλησίας, διὰ τῆς ἐνσάρκου παρουσίας τοῦ Χριστοῦ σου, ὑπὸ μάρτυρι τῷ Παρακλήτῳ, διὰ τῶν σῶν ἀποστόλων, καὶ ἡμῶν τῶν χάριτι σῇ παρεστώτων ἐπισκόπων· ὁ προορίσας ἐξ ἀρχῆς ἱερεῖς εἰς ἐπιστασίαν λαοῦ σου, Ἄβελ ἐν πρώτοις, Σὴθ, καὶ Ἐνὼς, καὶ Ἐνὼχ, καὶ Νῶε, καὶ Μελχισεδὲκ, καὶ Ἰὼβ· ὁ ἀναδείξας Ἀβραὰμ καὶ τοὺς λοιποὺς πατριάρχας σὺν τοῖς πιστοῖς σου θεράπουσιν Μωϋσεῖ καὶ Ἀαρὼν, καὶ Ἐλεαζάρῳ καὶ Φινεές· ὁ ἐξ αὐτῶν προχειρισάμενος ἄρχοντας, καὶ ἱερεῖς ἐν τῇ σκηνῇ τοῦ μαρτυρίου· ὁ τὸν Σαμουὴλ ἐκλεξάμενος εἰς ἱερέα καὶ προφήτην· τῷ ἁγιάσματί [42] σου ἀλειτούργητον μὴ ἐγκαταλιπών· ὁ εὐδοκήσας ἐν οἷς ἤρετίσω δοξασθῆναι. Αὐτὸς καὶ νῦν μεσιτείᾳ τοῦ Χριστοῦ σου, δι' ἡμῶν ἐπίχεε τὴν δύναμίν τοῦ ἡγεμονικοῦ σου Πνεύματος, ὅπερ διακονεῖται τῷ ἠγαπημένῳ σου Παιδὶ Ἰησοῦ Χριστῷ, ὅπερ ἐδωρήσατο γνώμῃ σου τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις σου τοῦ αἰωνίου Θεοῦ. Δὸς ἐν τῷ ὀνόματί σου, καρδιογνῶστα Θεὲ, ἐπὶ τὸν δοῦλόν σου τόνδε, ὃν ἐξελέξω εἰς ἐπίσκοπον, ποιμαίνειν τὴν ἁγίαν σου ποίμνην, καὶ ἀρχιερατεύειν σοι, ἀμέμπτως λειτουργοῦντα νυκτὸς καὶ ἡμέρας, καὶ ἐξιλασκόμενόν σου τὸ πρόσωπον, ἐπισυναγαγεῖν τὸν ἀριθμὸν τῶν σωζομένων, καὶ προσφέρειν σοι τὰ δῶρα τῆς ἁγίας σου Ἐκκλησίας. Δὸς αὐτῷ, Δέσποτα παντόκρατορ, διὰ τοῦ Χριστοῦ σου, τὴν μετουσίαν τοῦ ἁγίου Πνεύματος· ὥστε ἔχειν ἐξουσίαν ἀφιέναι ἁμαρτίας κατὰ τὴν ἐντολήν σου, διδόναι κλήρους (93) κατὰ τὸ πρόσταγμά σου, λύειν δὲ πάντα σύνδεσμον κατὰ τὴν ἐξουσίαν ἣν ἔδωκας τοῖς ἀποστόλοις· εὐαρεστεῖν δέ σοι ἐν πραότητι, καὶ καθαρᾷ καρδίᾳ, ἀτρέπτως, ἀμέμπτως, ἀνεγκλήτως, προσφέροντά σοι καθαρὰν καὶ ἀναίμακτον θυσίαν, ἣν διὰ Χριστοῦ διετάξω τὸ μυστήριον τῆς Καινῆς Διαθήκης, εἰς ὀσμὴν εὐωδίας, διὰ τοῦ ἁγίου Παιδός σου Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος

## CAPUT V.

*Invocatio in ordinatione episcoporum.*

Qui es, here Domine, Deus, omnipotens, solus ingenitus ac regem non habens; qui semper es, et ante sæcula exsistis; qui nullo indiges, omnemque causam atque ortum superas; solus verus, solus sapiens; qui solus Altissimus es, natura invisibilis; cujus cognitio, expers principii; solus bonus, ac incomparabilis; qui omnia nosti ante quam fiant [40]; occultorum cognitor, inaccessus; domino carens; Deus et Pater unigeniti Filii tui, Dei ac Servatoris nostri; conditor universorum per ipsum, provisor, tutor; Pater misericordiarum, et Deus totius consolationis [41]; qui in altis habitas, et humilia respicis [42]. Tu qui dedisti leges ac regulas Ecclesiæ, per Christi tui adventum in carne, sub teste Paracleto, per apostolos tuos, ac nos gratia tua astantes episcopos; qui ab initio præstitisti sacerdotes in populi tui curationem. Abelem in primis, Sethum, Enosum, Henochum, Noam, Melchisedecum et Jobum; qui constituisti Abrahamum et cæteros patriarchas, cum fidelibus tuis famulis, Moyse, Aarone, Eleazaro, Phinee; qui in ipsis desumpsisti principes, et sacerdotes in tabernaculo testimonii; qui Samuelem elegisti in sacerdotem ac prophetam; qui sanctuarium tuum sine ministris non reliquisti; qui benevolentia prosecutus es eos in quibus voluisti celebrari. Ipse nunc quoque, intercessu Christi tui, per nos infunde virtutem principalis tui Spiritus, qui subministratur per dilectum Filium tuum Jesum Christum, quemque voluntate tua donavit sanctis apostolis ad te æternum Deum pertinentibus. Da in nomine tuo, Deus cognitor cordis, huic servo tuo, electo a te in episcopum, pascere sanctum tuum gregem, et pontificem tuum agere, inculpate ministrantem nocte ac die; et placando faciem tuam, congregare numerum eorum qui salvi fiunt, ac offerre tibi dona sanctæ tuæ Ecclesiæ. Da illi, Domine omnipotens, per Christum tuum participationem sancti Spiritus; ut habeat potestatem remittendi peccata secundum mandatum tuum, dandi cleros seu ordines ecclesiasticos juxta præceptum tuum, et solvendi omne vinculum secundum potestatem quam tribuisti apostolis [42a]; utque tibi placeat in mansuetudine, et mundo corde, constanter, inculpate ac irreprehensibiliter offerendo tibi purum et incruentum sacrificium, quod per Christum constituisti mysterium Novi Testamenti, in odorem suavitatis; per sanctum Filium tuum Jesum Christum, Deum ac Salvatorem no-

[39] f. πάντη. [40] Dan. XIII, 42. [41] II Cor. I, 3. [42] Psal. CXII, 5. [42] f. τὸ ἁγίασμα. Sic et alter Vind. [42a] Matth. XVIII, 18.

## VARIORUM NOTÆ.

(93) *Διδόναι κλήρους.* Primitus de sorte ac sortitione usurpata vox κλῆρος, postea ad multa quæ sortito obtingebant, significationem suam extendit; ad dignitatem, locum, numerum, ordinem, possessionem, aliaque. Atque hic κλῆροι sunt, vel speciatim ordines et gradus clericorum; vel generatim loca Christianorum, inter clericos, laicos, stantes, lapsos; virgines, viduas, etc. Cot.

Digitized by Google

strum; per quem tibi gloria, honor et cultus, in sancto Spiritu, nunc, et semper, et in sæcula sæculorum. Et postquam ita oraverit; reliqui sacerdotes respondeant, Amen; atque cum eis omnis populus. Et post precationem, unus ex episcopis hostiam offerat in manus ordinati. Et mane in loco ac throno ad ipsum pertinente a cæteris episcopis collocetur, cunctis eum osculantibus, osculo in Domino. Postque lectionem legis, et prophetarum, ac epistolarum nostrarum, et actorum, atque Evangeliorum, ordinatus ecclesiam salutet, dicens: Gratia Domini nostri Jesu Christi, charitas Dei ac Patris, et communicatio Spiritus sancti, cum omnibus vobis. Ac universi respondeant: Et cum spiritu tuo. Et post salutationem, populum alloquatur verbis exhortationis. Cumque doctrinæ sermonem finierit, aio ego Andreas frater Petri, ut, universis consurgentibus, diaconus, in excelsum locum ascendens, proclamet: « Ne quis audientium; Ne quis infidelium. » Ac silentio facto, dicat:

ἡμῶν· δι' οὗ (94) σοι δόξα, τιμὴ καὶ σέβας, ἐν ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν, καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων (95). Καὶ ταῦτα ἐπευξαμένου, οἱ λοιποὶ ἱερεῖς ἐπιλεγέτωσαν, Ἀμήν (96)· καὶ σὺν αὐτοῖς ἅπας ὁ λαός. Καὶ μετὰ τὴν προσευχὴν, εἷς τῶν ἐπισκόπων ἀναφερέτω τὴν θυσίαν ἐπὶ τῶν χειρῶν τοῦ χειροτονηθέντος (97)· καὶ τῇ ἔωθεν ἐνθρονιζέσθω εἰς τὸν αὐτῷ διαφέροντα τόπον παρὰ τῶν λοιπῶν ἐπισκόπων, πάντων αὐτὸν φιλησάντων τῷ ἐν Κυρίῳ φιλήματι. Καὶ μετὰ τὴν ἀνάγνωσιν τοῦ νόμου καὶ τῶν προφητῶν, τῶν τε ἐπιστολῶν ἡμῶν καὶ τῶν πράξεων καὶ τῶν εὐαγγελίων, ἀσπασάσθω ὁ χειροτονηθεὶς τὴν ἐκκλησίαν, λέγων· Ἡ χάρις τοῦ Κυρίου (98) ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἡ ἀγάπη τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, καὶ ἡ κοινωνία τοῦ ἁγίου Πνεύματος, μετὰ πάντων ὑμῶν· καὶ πάντες ἀποκρινέσθωσαν· Καὶ μετὰ τοῦ πνεύματός σου. Καὶ μετὰ τὴν πρόσρησιν, προαλησάτω τῷ λαῷ λόγους παρακλήσεως (99). Καὶ πληρώσαντος αὐτοῦ τὸν τῆς διδασκαλίας λόγον, φημὶ ἐγὼ Ἀνδρέας (100) ὁ ἀδελφὸς Πέτρου, ἀναστάντων ἁπάντων, ὁ διάκονος (1), ἐφ' ὑψηλοῦ τινος ἀνελθὼν, κηρυττέτω· « Μή τις τῶν ἀκρωμένων· Μή τις τῶν ἀπίστων. » Καὶ ἡσυχίας γενομένης, λεγέτω·

A

B

## CAPUT VI.

*Divina liturgia, in qua ora io pro catechumenis.*

Orate, catechumeni. Et omnes fideles pro illis cum

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ϛ'.

*Ἡ θεία Λειτουργία, ἐν ᾗ προσφώνησις ὑπὲρ τῶν κατηχουμένων* (2).

Εὔξασθε, οἱ κατηχούμενοι. Καὶ πάντες οἱ πιστοὶ

## VARIORUM NOTÆ.

(94) *Δι' οὗ.* Μεθ' οὗ καὶ σοί, pro solemni mutatione doxologiæ Arianicæ. Cl.

(95) *Αἰώνων.* Additur etiam Ἀμήν. Id.

(96) *Ἀμήν.* Concilium Toletanum IV, can. 4 C *Unus ex episcopis senioribus surgens, orationem patam fundat ad Dominum, cunctis adhuc in terra jacentibus. Finita autem oratione, et responso ab omnibus Amen*, etc. Legenda Hincmari Epistola ad Adventium. Cot.

(97) *Εἷς τῶν ἐπισκόπων ἀναφερέτω*, etc. Aliquatenus similia continent ordinationes presbyterorum Græcæ. et episcoporum ac presbyterorum Latinæ. Lege Fulberti epistolam 2, quæ est ad Finardum; ac si in ms. codicem illius Patris incideris, vide in isto loco depravato: *Ad hoc episcopi responsum, cum ego familiaritatis ausu studiosus perquirerem, num idem mysterium supplere potuisset panis a presbytero quotidiana celebratione sacratus, uti in eo passionis Dominicæ et resuscitati corporis et manifestati discipulis speciem, satisfuisset nobis. Perpende, ait*, etc.; vide, inquam, scriptum ne sit pro *satisfuisset, satisfecit*, uti suspicor emendandum. Sed et absque ms. fidenter ita constitue ac restitue Epistolæ finem: *Hæc pauca de multis, quæ repetita memoria, et multo ex tempore dissuta licet, recitasse ad præsens sufficiat, dum ego codicem de ejusmodi exemplaribus a Romano scrinio prolatum perlegam. Vobis facile est de paucis multa cogitare, aut certe quod irrationabiliter factum videtur, sanioris consilii ratione corrigere.* Id.

(98) *Ἡ χάρις τοῦ Κυρίου*, etc. Ita etiam Liturgiæ. Ex Apostolo, II Corinth. XIII, 13. In Ordinationibus: Εἰρηνεύει τὸν ἀπόστολον, aut εἰς τὸν ἀπόστολον. Δίδωσιν εἰρήνην εἰς τὸν ἀπόστολον, de hujusmodi salutatione. Id.

(99) *Προσλαλησάτω τῷ λαῷ λόγους παρακλήσεως.* Rituale Cophtitarum in Ordinatione sacerdotis: *Et juramento præstito osculetur altare, episcopum, et præsentes. Deinde explanet aliquid de mysteriis.* Huic primo novi antistitis sermoni nomen Enthronistici dari potest ex Liberato cap. 19 Breviarii: *Fertur*, inquit, *expositio ejus*, Severi Antiocheni, *quæ ab eo dicta est in Inthronismo*; sicut Enthronisticas epistolas memorat Evagrius lib. IV, cap. 4, agens de eodem Severo. Adi ad Socratem lib. II, cap. 43; et lib. VII, cap. 29. Id.

(100) *Ἀνδρέας.* Additur hic, in altero Vindob. codice, hoc scholium: Ἀνδρέας ὁ ἀδελφὸς Πέτρου κηρύττει τὸ Εὐαγγέλιον Σκύθαις, Σογδιανοῖς, Θραξίν, ὃς διὰ τὸ Χριστοῦ κήρυγμα σταυρῷ τελειοῦται ὑπὸ Αἰγαία, τοῦ ἀνθυπάτου, καὶ ἐτάφη ἐν Πάτραις, ὕστερον δὲ μετετέθη ἐν Κωνσταντίνου πόλει ὑπὸ Κωνσταντίνου αὐτοκράτορος. Vide Abdiæ Babylonici Act. apost., lib. III. Cler.

(1) *Ὁ διάκονος ἐφ' ὑψηλοῦ*, etc. Et cap. 12: Ἵν' εὐθὺς ὁ διάκονος λέγῃ· Μή τις τῶν κατηχουμένων· Μή τις τῶν ἀκροωμένων· Μή τις τῶν ἀπίστων· Μή τις τῶν ἑτεροδόξων. Apud Chrysostomum *Homilia de filio prodigo*: Τῶν λειτουργῶν τῆς θείας ἱερουργίας, ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ περιτρεχόντων καὶ βοώντων· Μή τις τῶν κατηχουμένων, etc., supra ad cap. 54, lib. II. Vox autem ἀκροώμενοι, ex usu scriptorum ecclesiasticorum, significat tum omnes eos quibus placebat verbum Dei lectum vel prædicatum in ecclesia audire, nec licebat mysteriis interesse: tum catechumenos generatim sumptos pro omnibus iis qui Christianam religionem ambiebant, etsi nomen Ecclesiæ nondum dedissent; tum catechumenos proprie dictos, ad quos missa catechumenorum pertinebat; tum denique pœnitentes in auditione, quæ est secunda pœnitentiæ statio, positos. Sed hic in primo sensu acceperim: quemadmodum et canone Laodiceno 5, a Græcis interpretatoribus non intellecto: Περὶ τοῦ μὴ δεῖν τὰς χειροτονίας ἐπὶ παρουσίᾳ ἀκροωμένων γίνεσθαι. *Quod non oporteat ordinationes sub conspectu audientium celebrari.* Ἀκροωμένους etiam concilii Nicæni non intellexit Rufinus, suaque versione alios in fraudem egit. Cæterum Latinis auditores et audientes sunt catechumeni, sive perfectiores sive imperfectiores, juxta illud tractatus de non rebaptizandis semel tinctis, quem Rigaltus in *Observationibus ad S. Cyprianum* edidit, p. 156: *Vel audiens, aut audire incipiens* Cot.

(2) *Ἡ θεία Λειτουργία*, etc. Proclus *De divina*

Digitized by Google

κατὰ διάνοιαν ὑπὲρ αὐτῶν προσευχέσθωσαν, λέγοντες· Κύριε ἐλέησον. Διακονείτω δὲ ὑπὲρ αὐτῶν, λέγων· Ὑπὲρ τῶν κατηχουμένων πάντες (3) τὸν Θεὸν παρακαλέσωμεν, ἵνα ὁ ἀγαθὸς, φιλάνθρωπος, εὐμενῶς εἰσακούσῃ τῶν δεήσεων αὐτῶν καὶ τῶν παρακλήσεων, καὶ προσδεξάμενος αὐτῶν τὴν ἱκεσίαν ἀντιλάβηται αὐτῶν, καὶ δῷ αὐτοῖς τὰ αἰτήματα τῶν καρδιῶν αὐτῶν πρὸς τὸ συμφέρον, ἀποκαλύψῃ αὐτοῖς τὸ Εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ, φωτίσῃ αὐτοὺς καὶ συνετίσῃ, παιδεύσῃ αὐτοὺς τὴν θεογνωσίαν, διδάξῃ αὐτοὺς τὰ προστάγματα αὐτοῦ καὶ τὰ δικαιώματα, ἐγκατασφυτεύσῃ ἐν αὐτοῖς τὸν ἁγνὸν αὐτοῦ καὶ σωτήριον φόβον, διανοίξῃ τὰ ὦτα τῶν καρδιῶν αὐτῶν πρὸς τὸ ἐν τῷ νόμῳ αὐτοῦ καταγίνεσθαι ἡμέρας καὶ νυκτὸς, βεβαιώσῃ δὲ αὐτοὺς ἐν τῇ εὐσεβείᾳ, ἑνώσῃ καὶ ἐγκαταριθμήσῃ αὐτοὺς τῷ ἁγίῳ αὐτοῦ ποιμνίῳ, καταξιώσας αὐτοὺς τοῦ λουτροῦ τῆς παλιγγενεσίας, τοῦ ἐνδύματος τῆς ἀφθαρσίας (4), τῆς ὄντως ζωῆς, ῥύσηται δὲ αὐτοὺς ἀπὸ πάσης ἀσεβείας, καὶ μὴ δῷ τόπον τῷ ἀλλοτρίῳ κατ' αὐτῶν, καθαρίσῃ δὲ αὐτοὺς ἀπὸ παντὸς μολυσμοῦ σαρκὸς καὶ πνεύματος, ἐνοικήσῃ τε ἐν αὐτοῖς καὶ ἐμπεριπατήσῃ διὰ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ, εὐλογήσῃ τὰς εἰσόδους αὐτῶν καὶ τὰς ἐξόδους, καὶ κατευθύνῃ αὐτοῖς τὰ προκείμενα εἰς τὸ συμφέρον. Ἔτι ἐκτενῶς ὑπὲρ αὐτῶν ἱκετεύσωμεν, ἵνα ἀφέσεως τυχόντες τῶν πλημμελημάτων διὰ τῆς μυήσεως, ἀξιωθῶσι τῶν ἁγίων μυστηρίων, καὶ τῆς μετὰ τῶν ἁγίων διαμονῆς. Ἐγείρεσθε, οἱ κατηχούμενοι. Τὴν εἰρήνην τοῦ Θεοῦ διὰ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ αἰτήσασθε, εἰρηνικὴν (5) ἡμέραν καὶ ἀναμάρτητον καὶ πάντα τὸν χρόνον τῆς ζωῆς ὑμῶν, χριστιανὰ ὑμῶν τὰ τέλη, ἵλεων καὶ εὐμενῆ τὸν Θεὸν, ἄφεσιν πλημμελημάτων, ἑαυτοὺς τῷ μόνῳ ἀγεννήτῳ Θεῷ διὰ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ παράθεσθε. Κλίνατε, καὶ εὐλογεῖσθε. Ἐφ' ἑκάστῳ δὲ τούτων ὧν ὁ διάκονος προσφωνεῖ, ὡς προείπομεν, λεγέτω ὁ λαός· Κύριε, ἐλέησον· καὶ πρὸ πάντων τὰ παιδία (6). Κλινόντων δὲ αὐτῶν τὰς κεφαλὰς, εὐλογείτω

A attentione orent dicentes : Kyrie eleison. Diaconus vero pro eis precetur, dicens : Pro catechumenis omnes Deum invocemus ; ut, qui bonus ac hominum amans est, benigne exaudiat eorum obsecrationes ac preces ; et, suscepta eorum supplicatione, opem illis ferat, detque petitiones cordis ipsorum, prout eis expedit ; revelet eisdem Evangelium Christi sui ; illuminet eos ac instituat ; erudiat cognitione ac religione divina ; doceat mandata sua et justificationes ; inserat in eis castum ac salutarem timorem suum ; aperiat aures cordis eorum, ut in ejus lege die ac nocte occupentur ; et confirmet eos in pietate ; adunet atque annumeret eos sancto suo gregi, donatis iis lavacro regenerationis, indumento immortalitatis, vera vita ; [46] liberet B vero illos ab omni impietate, et non det locum adversario contra illos ; mundet autem ipsos ab omni inquinamento carnis et spiritus [46] ; inhabitetque in eis ac inambulet, per Christum suum [46] ; benedicat introitus ac exitus eorum [47], atque proposita moderetur iis ad commodum. Adhuc intente pro illis supplicemus, ut, remissionem delictorum consecuti per baptismi initiationem, digni fiant sanctis mysteriis, et permansione cum sanctis. Surgite, catechumeni. Pacem Dei per Christum ejus petite ; diem quietum, ac sine peccato, itidem omne tempus vitæ vestræ ; mortem Christianam ; propitium ac benevolum Deum ; veniam delictorum. Vos ipsos soli Ingenito Deo, per Christum ejus, commendate. Inclinate, et accipite benedictionem. Porro, in singulis C horum quæ diaconus proloquitur, ut jam diximus, populus respondeat : Kyrie, eleison ; et ante cunctos pueri. Catechumenis autem capita inclinantibus, episcopus ordinatus benedicat eis benedictione hujusmodi : Deus omnipotens, ingenitus et inaccessus, solus verus Deus, Deus et Pater Christi tui unigeniti Filii tui, Deus Paracleti, ac

[46] Citat Nicetas Serronius. Vide Vet. test. [47] II Cor. VII, 1. [46] II Cor. VI, 16. [47] Psal. CXX, 8.

## VARIORUM NOTÆ.

*missa* : Πολλοὶ μέν τινες καὶ ἄλλοι τῶν τοὺς ἱεροὺς ἀποστόλους διαδεξαμένων θεῖοι ποιμένες καὶ διδάσκαλοι τῆς Ἐκκλησίας, τὴν τῆς μυστικῆς λειτουργίας ἔκθεσιν ἐγγράφως καταλιπόντες, τῇ Ἐκκλησίᾳ παραδεδώκασιν· ἐξ ὧν δὲ πρῶτοι οὗτοι καὶ διαπρύσιοι τυγχάνουσιν, ὅ τε μακάριος Κλήμης, ὁ τοῦ κορυφαίου τῶν ἀποστόλων μαθητὴς καὶ διάδοχος, αὐτῷ τῶν ἱερῶν ἀποστόλων ὑπαγορευσάντων, etc. *Multi quidem et alii divini Ecclesiæ pastores et doctores qui sacris successerunt apostolis, mysticæ missæ expositionem scriptis demandantes tradiderunt Ecclesiæ : quorum primi iique præclarissimi sunt hi : beatus nimirum Clemens, principis apostolorum discipulus et successor, qui sacris apostolis ei dictantibus, illam edidit*, etc. Similiaque Nicolaus Methonensis. At cardinalis Bessarion, scribens de sacramento eucharistiæ, prolitetur liturgiam Clementis inter apocrypha commemorari solere. Et vero quia monitore nemo indiget de conferendis inter se variis liturgiis, suadebo tantum ut in hoc capite adeatur Chrysostomus homil. 2, *in II ad Corinthios*, cum Augustino epist. 107 et 119, necnon Basilius ep. 241, ubi κηρύγματα ἐκκλησιαστικὰ nuncupat, quæ hic et alibi dicuntur προσφωνήσεις. Cot.— *Ἡ θεία λειτουργία ἐν ᾗ*. Desunt hæc in cod. Vind. Cler.

(3) *Πάντες*. Addit cod. Vind. ἐκτενῶς. Ib.

(4) *Τοῦ ἐνδύματος τῆς ἀφθαρσίας*. Hinc Gregorium Nazianzenum accepisse suum ἔνδυμα ἀφθαρσίας orat. 42, pag. 685, adnotat Nicetas : an vere, D dubito : potuit enim habere ab aliis liturgiis ; verbi gratia ab illa apud Chrysostomum homil. 2, *in II ad Corinthios*. En Græca Nicetæ e codicibus Regiis : Εἴληπται δὲ τὸ *ἔνδυμα τῆς ἀφθαρσίας*, ἀπὸ τῆς ὀκταετίδου τῆς διὰ Κλήμεντος· Ἵνα γὰρ, φησὶ, καταξιώσῃ αὐτοὺς τοῦ λουτροῦ τῆς παλιγγενεσίας, τοῦ ἐνδύματος τῆς ἀφθαρσίας. Idem Theologi explanator ad orat. 40, n. 4, sic loquitur : Ἀφθαρσίας δὲ ἔνδυμα, κατὰ τὰς ἀποστολικὰς διατάξεις, ὡς τῆς αἰσχύνης συγκάλυμμα. Συγκαλύπτων γὰρ ταύτην, ἀφθαρσίας ἐνδύει, διὰ τὸ ἀποφαίνειν τὴν ψυχὴν ἄφθαρτον ἀπὸ ἁμαρτίας, καὶ καθαρὰν ὡς τὸ ἀπαρχῆς. Cot.

(5) *Εἰρηνικήν*. Addit cod. Vind. τήν, non male. Cler.

(6) *Τὰ παιδία*. Vel pueri omnes ; quemadmodum apud Basilium, *Homilia in famem et siccitatem*, itemque Chrysostomum homil. 72 *in Matthæum*, vel pueri sacræ symphoniæ ; de quibus multi docuerunt, quique in *Euchologio* R. P. virique doctissi-

Digitized by Google

omnium Dominus; qui per Christum discipulos in doctores constituisti, ad pietatis disciplinam : ipse et nunc respice super servos tuos, catechizatos in Christi tui Evangelio; et da eis cor novum, et spiritum rectum innova in visceribus eorum [48], ut cognoscant ac faciant voluntatem tuam, in corde pleno et anima volente : dignare illos initiatione sancta ; et adduna illos ad sanctam Ecclesiam tuam, et fac participes divinorum mysteriorum; per Christum, spem nostram, qui pro ipsis mortuus est; per quem tibi gloria et adoratio, in sancto Spiritu, in sæcula. Amen. Et post hoc diaconus dicat : Exite, catechumeni, in pace. Cumque ii exierint, dicat : Orate, energumeni et vexati a spiritibus immundis. Intente cuncti pro ipsis deprecemur; ut benignus Deus, per Christum increpet immundos ac malos spiritus, et liberet supplices suos ab oppressione ac tyrannide adversarii : qui increpavit legionem dæmonum [49], et originem mali diabolum; increpet ipse nunc quoque apostatas pietatis [50], et liberet creaturas suas a diaboli vexatione, et mundet eas, quas magna cum sapientia condidit [51]. Adhuc intente pro ipsis precemur. Serva et erige illos, Deus, in virtute tua. Inclinate, energumeni, atque benedictionem accipite. Et episcopus deprecetur, dicens: ἐπιτιμήσῃ αὐτὸς καὶ νῦν τοῖς ἀποστάταις τῆς εὐσεβείας, καὶ ῥύσηται τὰ ἑαυτοῦ πλάσματα ἀπὸ τῆς ἐνεργείας αὐτοῦ, καὶ καθαρίσῃ αὐτὰ ἃ μετὰ πολλῆς σοφίας ἐποίησεν. Ἔτι ἐκτενῶς ὑπὲρ αὐτῶν δεηθῶμεν. Σῶσον καὶ ἀνάστησον αὐτοὺς ὁ Θεὸς, ἐν τῇ δυνάμει ἐπίσκοπος ἐπευχέσθω, λέγων·

αὐτοὺς ὁ χειροτονηθεὶς ἐπίσκοπος εὐλογίαν τοιάνδε· Ὁ Θεὸς (7) ὁ παντοκράτωρ, ὁ ἀγέννητος καὶ ἀπρόσιτος, ὁ μόνος ἀληθινὸς Θεὸς, ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ τοῦ Χριστοῦ σου τοῦ μονογενοῦς Υἱοῦ σου, ὁ Θεὸς τοῦ Παρακλήτου (8), καὶ τῶν ὅλων Κύριος· ὁ διὰ Χριστοῦ διδασκάλους τοὺς μαθητὰς ἐπιστήσας πρὸς μάθησιν τῆς εὐσεβείας· αὐτὸς καὶ νῦν ἔπιδε ἐπὶ τοὺς δούλους σου, τοὺς κατηχουμένους τὸ Εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ σου· καὶ δὸς αὐτοῖς καρδίαν καινὴν, καὶ Πνεῦμα εὐθὲς ἐγκαίνισον ἐν τοῖς ἐγκάτοις αὐτῶν, πρὸς τὸ εἰδέναι καὶ ποιεῖν τὸ θέλημά σου, ἐν καρδίᾳ πλήρει καὶ ψυχῇ θελούσῃ· καταξίωσον αὐτοὺς τῆς ἁγίας μυήσεως, καὶ ἕνωσον αὐτοὺς τῇ ἁγίᾳ σου Ἐκκλησίᾳ, καὶ μετόχους ποίησον τῶν θείων μυστηρίων, διὰ Χριστοῦ, τῆς ἐλπίδος ἡμῶν, τοῦ ὑπὲρ αὐτῶν ἀποθανόντος· δι' οὗ σοι δόξα καὶ τὸ σέβας, ἐν ἁγίῳ Πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν. Καὶ μετὰ τοῦτο ὁ διάκονος λεγέτω· Προέλθετε, οἱ κατηχούμενοι, ἐν εἰρήνῃ· καὶ μετὰ τὸ ἐξελθεῖν αὐτοὺς, λεγέτω· (9) Εὔξασθε, οἱ ἐνεργούμενοι ὑπὸ πνευμάτων ἀκαθάρτων. Ἐκτενῶς πάντες ὑπὲρ αὐτῶν δεηθῶμεν· ὅπως ὁ φιλάνθρωπος Θεὸς, διὰ Χριστοῦ ἐπιτιμήσῃ τοῖς ἀκαθάρτοις καὶ πονηροῖς πνεύμασι, καὶ ῥύσηται τοὺς αὐτοῦ ἱκέτας (10) ἀπὸ τῆς τοῦ ἀλλοτρίου καταδυναστείας· ὁ ἐπιτιμήσας τῷ λεγεῶνι τῶν δαιμόνων, καὶ τῷ ἀρχεκάκῳ διαβόλῳ,

## CAPUT VII.

### *Oratio pro energumenis.*

Qui fortem ligasti, et cuncta vasa ejus diripuisti [52]; qui dedisti nobis potestatem calcandi supra serpentes et scorpiones, et super omnem virtutem inimici [53]; qui hemicidam serpentem vinctum tradidisti nobis, sicut passerem pueris [54]; quem omnia horrent, ac tremunt a facie potestatis tuæ; qui eumdem e cœlo in terram sicut fulgur decidere fecisti [55], non casu locali [56], sed ab honore in ignominiam, propter voluntariam ipsius malitiam; cujus aspectus exsiccat abyssos [57]; et minæ liquefaciunt montes [58], et veritas manet in æternum [59]; quem laudant infantes, et benedicunt lactentes [60]; quem celebrant atque adorant angeli [61]; qui respicis super terram, et facis eam tremere; qui tangis montes, et fumant [62]; qui increpas mare, et exsic-

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ζ' (11).

### *Ὑπὲρ τῶν ἐνεργουμένων.*

Ὁ τὸν ἰσχυρὸν δήσας, καὶ πάντα τὰ σκεύη αὐτοῦ διαρπάσας· ὁ δοὺς ἡμῖν ἐξουσίαν ἐπάνω ὄφεων καὶ σκορπίων πατεῖν, καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν δύναμιν τοῦ ἐχθροῦ· ὁ τὸν ἀνθρωποκτόνον ὄφιν, δεσμώτην παραδοὺς ἡμῖν, ὡς στρουθίον παιδίοις· ὃν πάντα φρίττει καὶ τρέμει, ἀπὸ προσώπου δυνάμεώς σου· ὁ ῥίψας αὐτὸν ὡς ἀστραπὴν ἐξ οὐρανοῦ εἰς γῆν, οὐ τοπικῷ ῥήγματι, ἀλλὰ ἀπὸ τιμῆς εἰς ἀτιμίαν, δι' ἑκούσιον αὐτοῦ κακόνοιαν· οὗ τὸ βλέμμα ξηραίνει ἀβύσσους, καὶ ἡ ἀπειλὴ τήκει ὄρη, καὶ ἡ ἀλήθεια μένει εἰς τὸν αἰῶνα· ὃν αἰνεῖ τὰ νήπια, καὶ εὐλογεῖ τὰ θηλάζοντα· ὃν ὑμνοῦσι καὶ προσκυνοῦσιν ἄγγελοι· ὁ ἐπιβλέπων ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ ποιῶν αὐτὴν τρέμειν· ὁ ἁπτόμενος τῶν ὀρέων, καὶ καπνίζονται· ὁ ἀπειλῶν θάλασσαν, καὶ ξηραίνων αὐτὴν, καὶ πάντας τοὺς ποταμοὺς αὐτοὺς (12) ἐξερ-

[48] Psal. l, 12. [49] Marc. v, 9. [50] Zach. III, 2. [51] I. Ignat. interpol. ad Smyrn. 7. [52] Matth. XII, 29. [53] Luc. X, 19. [54] Job XL, 24 apud LXX. [55] Luc. X, 18. [56] Pseudo-Ignat. ad Philipp. X, 4, 9; XI, XII. [57] Psal. CV, 9; Isa. LI, 10. [58] Psal. XCVI, 5; Isa. LXIV, 1. [59] Psal. CXVI, 2. [60] Psal. VIII, 3. [61] Psal. XCVI, 8. [62] Psal. CIII, 32.

## VARIORUM NOTÆ.

mi Jacobi Goar., p. 359, appellantur ὀρφανοί, procul dubio quod e pupillis ac destitutis Ecclesiæque eleemosyna indigentibus assumi solerent. Cor.

(7) *Ὁ Θεός.* In cod. Vind. prægigitur : Κεφ. ς', χειροθεσία τῶν κατηχουμένων, additurque minutioribus litteris : τῆς ἁγίας ἀναφορᾶς τοῦ ἁγίου ἀποστόλου Ἀνδρέου. Cler.

(8) *Τοῦ Παρακλήτου.* Additur in cod. Vind. προβολεύς et omittitur Θεός: nam Filius et Spiritus sanctus dicebantur προβολαὶ Πατρός. Vide Dion. Petavii opus *De Trinitate*, tom. II; *Dogm. theol.*, lib. V, c. VII, 7, 8, 9; et lib. VIII, c. X, 5.

(9) Additur hic in cod. Vind. Κεφ. ζ'. Προσφώνησις ὑπὲρ τῶν ἐνεργουμένων. Cler.

(10) *Ἱκέτας.* Alter cod. οἰκέτας, *servos domesticos.* Id.

(11) In utroque codice hoc caput inscribitur Χειροθεσία ἐπὶ τῶν ἐνεργουμένων. Id.

(12) *Αὐτούς.* Deest in cod. Vind. Id.

Digitized by Google

μῶν, οὗ νεφέλαι, κονιορτὸς τῶν ποδῶν· ὁ περιπατῶν ἐπὶ θαλάσσης, ὡς ἐπ' ἐδάφους· μονογενὲς Θεὲ, μεγάλου Πατρὸς Υἱέ· ἐπιτίμησον τοῖς πονηροῖς πνεύμασι, καὶ ῥῦσαι τὰ ἔργα τῶν χειρῶν σου ἐκ τῆς τοῦ ἀλλοτρίου πνεύματος ἐνεργείας· ὅτι σοι δόξα, τιμὴ καὶ σέβας, καὶ διὰ σοῦ τῷ σῷ Πατρὶ, ἐν ἁγίῳ Πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν. Καὶ ὁ διάκονος λεγέτω· Προέλθετε (13) οἱ ἐνεργούμενοι· καὶ μετ' αὐτοὺς, προσφωνείτω· Εὔξασθε (14), οἱ φωτιζόμενοι (15). Ἐκτενῶς οἱ πιστοὶ πάντες ὑπὲρ αὐτῶν παρακαλέσωμεν, ὅπως ὁ Κύριος καταξιώσῃ αὐτοὺς μυηθέντας εἰς τὸν τοῦ Χριστοῦ θάνατον συναναστῆναι αὐτῷ, καὶ μετόχους γενέσθαι τῆς βασιλείας αὐτοῦ, καὶ κοινωνοὺς τῶν μυστηρίων αὐτοῦ, ἑνώσῃ καὶ συγκαταλέξῃ αὐτοὺς μετὰ τῶν σωζομένων ἐν τῇ ἁγίᾳ αὐτοῦ Ἐκκλησίᾳ. Σῶσον (16) καὶ ἀνάστησον αὐτοὺς ἐν τῇ σῇ χάριτι. Κατασφραγισάμενοι τῷ Θεῷ διὰ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ, κλίναντες εὐλογείσθωσαν παρὰ τοῦ ἐπισκόπου τήνδε τὴν εὐλογίαν·

A cas illud, et omnia flumina ipsa deserta reddis; cujus nubes, pulvis pedum; qui ambulas super mare, tanquam super pavimentum[63]: unigenite Deus, magni Patris Fili: increpa malos spiritus; et libera opera manuum tuarum ab alieni spiritus vexatione: quia tibi gloria, honor ac veneratio, et per te Patri tuo, in sancto Spiritu, in sæcula. Amen. Tum diaconus dicat: Exite, energumeni. Et iis egressis, proclamet: Orate, illuminandi baptismo, seu competentes. Intente cuncti fideles pro ipsis deprecemur; ut Dominus dignos eos faciat, qui baptismate initiati in Christi mortem cum ipso resurgant, fiantque participes regni ipsius, ac mysteriorum ejus consortes; adunet et annumeret eos cum iis qui salvi fiunt in sancta ipsius Ecclesia. Serva et suscita eos in gratia tua. Consignati Deo per Christum ejus, inclinantes se, benedicantur ab episcopo hac benedictione:

B

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Η'.

### Ὑπὲρ (17) τῶν βαπτιζομένων.

Ὁ προειπὼν διὰ τῶν ἁγίων σου προφητῶν τοῖς μυουμένοις· « Λούσασθε, καθαροὶ γίνεσθε. » Καὶ διὰ τοῦ Χριστοῦ νομοθετήσας τὴν πνευματικὴν ἀναγέννησιν· αὐτὸς καὶ νῦν ἔπιδε ἐπὶ τοὺς βαπτιζομένους, καὶ εὐλόγησον αὐτοὺς, καὶ ἁγίασον, καὶ παρασκεύασον ἀξίους γενέσθαι τῆς πνευματικῆς σου δωρεᾶς, καὶ τῆς ἀληθινῆς υἱοθεσίας, τῶν πνευματικῶν σου μυστηρίων, τῆς μετὰ τῶν σωζομένων ἐπισυναγωγῆς, διὰ Χριστοῦ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν· δι' οὗ σοι δόξα, τιμὴ καὶ σέβας, ἐν ἁγίῳ Πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν. Καὶ λεγέτω ὁ διάκονος· Προέλθετε οἱ φωτιζόμενοι. Καὶ μετὰ τοῦτο κηρυττέτω· Εὔξασθε οἱ ἐν τῇ μετανοίᾳ (18). Ἐκτενῶς πάντες ὑπὲρ τῶν ἐν μετανοίᾳ ἀδελφῶν (19) παρακαλέσωμεν· ὅπως ὁ φιλοικτίρμων Θεὸς ὑποδείξῃ αὐτοῖς ὁδὸν μετανοίας· προσδέξηται αὐτῶν τὴν παλινῳδίαν καὶ τὴν ἐξομολόγησιν, καὶ

## CAPUT VIII.

### *Oratio pro iis qui jamjam baptizandi sunt.*

Qui per sanctos prophetas tuos prædixisti iis qui initiantur ac baptizantur: « Lavamini, mundi estote[64]; » et per Christum sanxisti spiritualem regenerationem: ipse nunc etiam respice in hos baptizandos, et benedic eis, et sanctifica, ac præpara ut digni fiant spirituali dono tuo, ac vera adoptione, tuisque spiritualibus mysteriis, atque aggregatione cum iis qui salvantur, per Christum Salvatorem nostrum; per quem tibi gloria, honor et reverentia, in sancto Spiritu, in sæcula. Amen. Et dicat diaconus: Exite qui illuminandi estis. Et post hoc edicat: Orate, pœnitentes. Intente universi pro fratribus nostris in pœnitentia versantibus precemur, ut misericordiæ studiosus Deus illis ostendat viam pœnitentiæ; admittat eorum palinodiam, seu retractationem, atque confessionem, et « con-

C

D

[63] Nah. I, 4, 3; Job IX, 8, apud LXX. [64] Isa. I, 16.

## VARIORUM NOTÆ.

(13) *Προέλθετε* Cod. Vind. προσέλθετε *accedite.* Id.

(14) *Εὔξασθε.* Fit initium hic cap. IX, quod inscribitur προσφώνησις τῶν φωτιζομένων. Cler.

(15) *Οἱ φωτιζόμενοι.* Distinguuntur apud Cyrillum Hierosolymitanum φωτιζόμενοι a κατηχουμένοις, et νεοφωτίστοις, et πιστοῖς, appellanturque etiam, οἱ τῷ βαπτίσματι προσερχόμενοι, *qui ad baptismum accedunt.* Interprete vero Zonara ad canonem Trullanum 78, sunt οἱ πρὸς τὸ φώτισμα ἑτοιμαζόμενοι, *qui ad illuminationem et baptismum se præparant.* In *Euchologio* autem, sive *Rituali Græcorum*, p. 195, 196, 343, 344, φωτιζόμενοι dicuntur, οἱ πρὸς τὸ φώτισμα, οἱ πρὸς τὸ βάπτισμα εὐτρεπιζόμενοι, *qui ad illuminationem, qui ad sanctum baptisma se disponunt;* insuperque assignatur tempus istius eorum officii, nempe ἀπὸ τῆς τετάρτης τῆς μεσονηστίμου. Respondent Græcorum φωτιζομένοις Latinorum *Competentes.* Cot.

(16) *Σῶσον.* Præfiguntur hæc in cod. Vind.: Ἔτι ἐκτενῶς ὑπὲρ αὐτῶν δεηθῶμεν. Cler.

(17) *Ὑπέρ.* In utroque: χειροθεσία ἐπὶ τῶν, etc.

(18) *Εὔξασθε.* In iisdem hic est cap. 11 inscriptum: Προσφώνησις ὑπὲρ τῶν ἐν μετανοίᾳ. Cler.—Inter sexcenta ritus longe celeberrimi testimonia, succurrunt duo depravata leviter, quæ corrigere operæ pretium fuerit. Theodori Balsamonis alterum ad canonem Laodicenum 19: Κατηχούμενοι μὲν λέγονται, οἱ πρὸς τὸ βάπτισμα ἑτοιμαζόμενοι, ἐν μετανοίᾳ δέ εἰσιν, οἱ διά τινα ἁμαρτήματα ἐπιτιμηθέντες πιστοὶ, οἱ ἀξιούμενοι καὶ τῆς ἁγίας μεταλήψεως; alterum Nicephori Callisti lib. XII, cap 28: Ἡ νηστείαις καὶ ἀγρυπνίαις, καὶ πυκναῖς προσευχαῖς τε καὶ μετανοίαις, ἢ ἀλουσίαις καὶ ἀποχαῖς τροφῶν. Ego priori loco legerim per modicam trajectionem: Οἱ διά τινα ἁμαρτήματα ἐπιτιμηθέντες· καὶ πιστοὶ, οἱ ἀξιούμενοι τῆς ἁγίας μεταλήψεως. *Pœnitentes vero sunt, quibus propter peccata pœna injuncta est: at fideles, qui sancta communione digni habentur;* vel ut in lib. Reg. 2431: Ἐπιτιμηθέντες· πιστοὶ, οἱ ἀξιούμενοι καὶ τῆς ἁγίας μεταλήψεως, posteriori autem scripserim: καὶ ἀποχαῖς τροφῶν, ut respondeat ἐδεσμάτων ἀποχῇ apud Sozomenum lib. VII, cap. 16, quo loci Epiphanius Scholasticus invenerat forte, ἐποχῇ; vertit enim, *suspensione ciborum.* Cot.

(19) Ἀδελφῶν. Addit. cod. Vind. ἡμῶν. Cler.

Digitized by Google

terat Satanam sub pedibus eorum velociter [65], » liberetque illos a laqueo diaboli, et violentia dæmonum, atque ipsos eripiat ab omni sermone illicito, et omni actione turpi, et mala cogitatione; condonet vero illis omnia delicta eorum, voluntaria pariter ac involuntaria, et deleat quod adversum eos erat, chirographum [66], et ascribat eos in libro vitæ; mundet autem ipsos ab omni inquinamento carnis ac spiritus [67], atque uniat illos, restituens in sanctum ovile suum. Quia ipse cognoscit conformationem nostram. Quoniam « quis gloriabitur mundum se habere cor; aut quis poterit dicere purum se esse a peccato [68]? » Universi namque pœnis subjacemus. Adhuc pro iisdem intentius deprecemur; quia « gaudium oritur in cœlo super uno peccatore pœnitentiam agente [69]; » ut aversi ab omni opere illicito, adjungant se ad omnem actionem bonam; quo hominum amator Deus obsecrationem eorum cito suscipiat placide, restituat eis lætitiam salutaris, et spiritu principali confirmet illos [70], ne amplius labantur: consortes fiant sacrosanctorum ejus, et participes divinorum mysteriorum: ut redditi digni adoptione, consequantur vitam æternam. Adhuc intente omnes pro ipsis dicamus: Kyrie eleison. Salva eos, Deus, et erige misericordia tua. Suscitati Deo per Christum ejus, inclinate, et accipite benedictionem. Episcopus igitur has preces fundat;

A « συντρίψῃ τὸν Σατανᾶν ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτῶν ἐν τάχει, » καὶ λυτρώσηται αὐτοὺς ἀπὸ τῆς παγίδος τοῦ διαβόλου καὶ τῆς ἐπηρείας τῶν δαιμόνων, καὶ ἐξέλητα αὐτοὺς ἀπὸ παντὸς ἀθεμίτου λόγου, καὶ πάσης ἀτόπου πράξεως, καὶ πονηρᾶς ἐννοίας· συγχωρήσῃ δὲ αὐτοῖς πάντα τὰ παραπτώματα αὐτῶν, τάτε ἑκούσια, καὶ τὰ ἀκούσια, καὶ ἐξαλείψῃ τὸ κατ' αὐτῶν χειρόγραφον, καὶ ἐγγράψηται αὐτοὺς ἐν βίβλῳ ζωῆς καθάρῃ δὲ αὐτοὺς ἀπὸ παντὸς μολυσμοῦ σαρκὸς καὶ πνεύματος, καὶ ἑνώσῃ αὐτοὺς ἀποκαταστήσας εἰς τὴν ἁγίαν αὐτοῦ ποίμνην. Ὅτι αὐτὸς γινώσκει τὸ πλάσμα ἡμῶν. Ὅτι « τίς καυχήσεται ἁγνὴν ἔχειν καρδίαν; ἢ τίς παῤῥησιάσεται καθαρὸς εἶναι ἀπὸ ἁμαρτίας; » πάντες γὰρ ἐσμεν ἐν ἐπιτιμίοις. Ἔτι ὑπὲρ αὐτῶν ἐκτενέστερον δεηθῶμεν· ὅτι « χαρὰ γίνεται ἐν οὐρανῷ B ἐπὶ ἑνὶ ἁμαρτωλῷ μετανοοῦντι, » ὅπως ἀποστραφέντες πᾶν ἔργον ἀθέμιτον, προσοικειωθῶσι πάσῃ πράξει ἀγαθῇ· ἵνα ὁ φιλάνθρωπος Θεὸς ᾖ τάχος εὐμενῶς προσδεξάμενος αὐτῶν τὰς λιτὰς, ἀποκαταστήσῃ αὐτοῖς (20) ἀγαλλίασιν τοῦ σωτηρίου, καὶ πνεύματι ἡγεμονικῷ στηρίξῃ αὐτοὺς, ἵνα μηκέτι σαλευθῶσι (21), κοινωνοὶ γενέσθαι τῶν ἁγίων αὐτοῦ ἱερῶν, καὶ μέτοχοι τῶν θείων μυστηρίων· ἵνα ἄξιοι ἀποφανθέντες τῆς υἱοθεσίας, τύχωσι τῆς αἰωνίας ζωῆς. Ἔτι ἐκτενῶς πάντες ὑπὲρ αὐτῶν εἴπωμεν· Κύριε ἐλέησον. Σῶσον αὐτοὺς ὁ Θεὸς, καὶ ἀνάστησον τῷ ἐλέει σου. Ἀναστάντες τῷ Θεῷ διὰ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ, κλίνατε καὶ εὐλογεῖσθε. Ἐπευχέσθω οὖν ὁ ἐπίσκοπος τοιάδε·

## CAPUT IX.

*Impositio manuum, et oratio pro pœnitentibus.*

Omnipotens Deus æterne, Domine universorum, creator et rector cunctorum; qui hominem mundi

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Θ'.

C *Χειροθεσία* (22), *καὶ εὐχὴ ὑπὲρ τῶν ἐν μετανοίᾳ.*

Παντόκρατορ Θεὲ αἰώνιε, Δέσποτα τῶν ὅλων, κτίστα καὶ πρύτανι τῶν πάντων· ὁ τὸν ἄνθρωπον κόσμου

[65] Rom. xvi, 20. [66] Col. ii, 13, 14. [67] II Cor. vii, 1. [68] Prov. xx, 9. [69] Luc. xv, 7. [70] Psal. l, 14.

## VARIORUM NOTÆ.

(20) Αὐτοῖς. Uterque codex : αὐτοὺς εἰς τὴν πρότέραν ἀξίαν καὶ ἀποδώσῃ αὐτοῖς τήν : *eos in pristinam dignitatem, et reddat iis*, etc. Quæ prætermissa a librariis, propter voculas αὐτούς et αὐτοῖς, quibus erant interposita. CLER.

(21) *Σαλευθῶσι.* Addunt iidem τὰ διαβήματα αὐτῶν, ἀλλὰ καταξιωθῶσιν; ne labantur *gressus eorum, sed digni fant* qui sint participes, etc. Quæ omissa propter similem terminationem verborum σαλευθῶσι et ἀξιωθῶσι. ID.

(22) *Χειροθεσία.* Partim quia orationi, ut cum manuum impositione conjungi solitæ, nomen impositionis manuum aliquando datur, ex Matth. xix, 13, 15, in concilio Milevitano ii, can. 12; apud Augustinum lib. iii *De baptismo* contra Donatistas cap. 16; et juxta Leonem epist 92, cap. 2. Unde Clemens Alexandrinus, p. 801, l. 1 : Εὐχαὶ χειρῶν, et p. 793, c. 1, B : Ἐν τῇ χειροθεσίᾳ λέγουσιν ἐπὶ τέλους· εἰς λύτρωσιν ἀγγελικήν. Eusebius *Hist.* libro i, cap. ult. : Εὐχάς τε διὰ χειρός (quod est Nicephoro, εὐχῇ τε ἅμα καὶ τῇ ἀφῇ, non male); et lib vii, cap. 2 : Τῇ διὰ χειρῶν ἐπιθέσεως εὐχῇ, ubi in Nicephoro, τῇ διὰ χειρὸς εὐχῇ, in Rufino quemadmodum loco superiori, *manus impositione*. Augustinus vero *De peccatorum meritis et remissione* cap. 26, lib. ii : *orationem manus impositionis*. Partim quia in benedictione manus imponebatur. Genes. xlviii, 14, 15, Marc. x, 16 : τὴν χειροθεσίαν ἐπ' εὐλογίας, ait Tarasius patriarcha actione i, synodi 7, qua de re videnda præcipue epistola 59 S. Augustini : notarique debet istud citati Clementis cap. 11, *Pædagogi* 3, p. 248 : Τίνι γὰρ ὁ πρεσβύτερος ἐπιτίθησι χεῖρα; τίνα δὲ εὐλογήσει; οὐ τὴν γυναῖκα τὴν κεκοσμημένην, ἀλλὰ τὰς ἀλλοτρίας τρίχας, καὶ τὴν αὐτῶν ἄλλην κεφαλήν. Partim denique ob notissimam consuetudinem, pœnitentibus manus imponendi in missa ante celebrationem mysteriorum. Lege infra cap. 37, 38, 39, et supra lib vii, cap 44. Exstat hujusmodi *Oratio manus impositionis*, seu *Oratio : manus impositio*, ad pœnitentiam pertinens, ex *Romano pœnitentiali*, apud Halitzarium; sed corrupta, atque restituenda sic ope *Antiquorum pœnitentialium* Joannis Morini, pag. 70, col. 2 : *Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, qui per Jesum Christum Filium tuum Dominum nostrum vulnera nostra curare dignatus es, te supplices rogamus et petimus nos humiles tui sacerdotes, ut precibus nostris aurem tuæ petitionis inclinare digneris, remittasque omnia crimina, et peccata universa condones, desque huic famulo tuo pro suppliciis veniam, pro mœrore lætitiam, pro morte vitam. Ipse a spe cœlestis apicis devolutus est : et de tua misericordia confidens, ad bonam pacem* (vel *ad bonum pacis* sive *ad bona paciferi*) *præmii tui, atque cœlestia* (vel *adque cœlestia dona*) *pervenire meretur, ad vitam æternam. Per Dominum.* COT.

Digitized by Google

κόσμον ἀναδείξας διὰ Χριστοῦ, καὶ νόμον δοὺς αὐτῷ ἔμφυτον καὶ γραπτὸν, πρὸς τὸ ζῆν αὐτὸν ἐνθέσμως, ὡς λογικόν· καὶ ἁμαρτόντι ὑποθήκην δοὺς πρὸς μετάνοιαν τὴν σαυτοῦ ἀγαθότητα· ἔπιδε ἐπὶ τοὺς κεκλικότας σοι αὐχένα ψυχῆς καὶ σώματος· ὅτι οὐ βούλει τὸν θάνατον τοῦ ἁμαρτωλοῦ, ἀλλὰ τὴν μετάνοιαν, ὥστε ἀποστρέψαι αὐτὸν ἀπὸ τῆς ὁδοῦ αὐτοῦ τῆς πονηρᾶς, καὶ ζῆν. Ὁ Νινευϊτῶν προσδεξάμενος τὴν μετάνοιαν· ὁ θέλων πάντας ἀνθρώπους σωθῆναι, καὶ εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν· ὁ τὸν υἱὸν προσδεξάμενος, τὸν καταφαγόντα τὸν βίον αὐτοῦ ἀσώτως, πατρικοῖς σπλάγχνοις, διὰ τὴν μετάνοιαν· αὐτὸς καὶ νῦν πρόσδεξαι τῶν ἱκετῶν σου τὴν μετάγνωσιν· ὅτι οὐκ ἔστιν ὃς οὐχ ἁμαρτήσεταί σοι· « Ἐὰν γὰρ ἀνομίας παρατηρήσῃ, Κύριε, Κύριε, τίς ὑποστήσεται; ὅτι παρὰ σοὶ ὁ ἱλασμός ἐστι· » καὶ ἀποκατάστησον αὐτοὺς τῇ ἁγίᾳ σου Ἐκκλησίᾳ, ἐν τῇ προτέρᾳ ἀξίᾳ καὶ τιμῇ, διὰ τοῦ Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν· δι' οὗ σοι δόξα καὶ προσκύνησις, ἐν τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν. Καὶ ὁ διάκονος λεγέτω· Ἀπολύεσθε οἱ ἐν μετανοίᾳ. Καὶ προστιθέτω· Μήτις τῶν μὴ δυναμένων προελθέτω (23)· ὅσοι πιστοὶ (24), κλίνωμεν γόνυ· δεηθῶμεν τοῦ Θεοῦ διὰ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ. Πάντες συντόνως τὸν Θεὸν διὰ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ παρακαλέσωμεν.

mundum, sive ornamenti ornamentum effecisti per Christum, et legem ei dedisti innatam et scriptam, ut legitime viveret, tanquam ratione præditus; quique ei postquam peccavit, tribuisti bonitatem tuam, incitamentum ad pœnitentiam: respice in eos qui cervicem animæ et corporis inclinaverunt tibi: quia non vis mortem peccatoris, sed pœnitentiam; ut avertat se a via sua mala, et vivat [71]. Qui Ninivitarum pœnitentiam recepisti [72]; qui vis omnes homines salvos fieri, et ad agnitionem veritatis venire [73]; qui paternis visceribus suscepisti filium illum, bonorum suorum decoctorem prodigum ac luxuriosum, quod eum pœniteret facti [74]: ipse nunc quoque accipe supplicum tuorum pœnitentiam; quia non est qui non peccet tibi [75]: « Si enim iniquitates observaveris, Domine, Domine, quis sustinebit? quoniam apud te propitiatio est [76]; » et restitue illos sanctæ Ecclesiæ tuæ, in priorem dignitatem ac honorem, per Christum Deum ac Salvatorem nostrum; per quem tibi gloria et adoratio, in sancto Spiritu, in sæcula. Amen. Et diaconus dicat: Abite, qui estis in pœnitentia. Et addat: Nemo eorum quibus non licet, exeat. Qui fideles sumus, flectamus genu. Precemur Deum per Christum ejus. Omnes contente Deum per Christum ejus appellemus.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ι'.

### *Προσφώνησις ὑπὲρ τῶν πιστῶν.*

Ὑπὲρ τῆς εἰρήνης καὶ τῆς εὐσταθείας τοῦ κόσμου καὶ τῶν ἁγίων Ἐκκλησιῶν δεηθῶμεν, ὅπως ὁ τῶν ὅλων Θεὸς ἄῖδιον καὶ ἀναφαίρετον τὴν ἑαυτοῦ εἰρήνην ἡμῖν παράσχοιτο, ἵνα ἐν πληροφορίᾳ τῆς κατ' εὐσέβειαν ἀρετῆς διατελοῦντας ἡμᾶς συντηρήσῃ· ὑπὲρ τῆς ἁγίας καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς Ἐκκλησίας τῆς ἀπὸ περάτων ἕως περάτων δεηθῶμεν· ὅπως ὁ Κύριος ἄσειστον αὐτὴν καὶ ἀκλυδώνιστον διαφυλάξῃ καὶ διατηρήσῃ μέχρι τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος, τεθεμελιωμένην ἐπὶ τὴν πέτραν. Καὶ ὑπὲρ τῆς ἐνθάδε ἁγίας παροικίας δεηθῶμεν· ὅπως καταξιώσῃ ἡμᾶς ὁ τῶν ὅλων Κύριος ἀνενδότως τὴν ἐπουράνιον αὐτοῦ ἐλπίδα μεταδιώκειν, καὶ ἀδιάλειπτον αὐτῷ τῆς δεήσεως ἀποδιδόναι τὴν ὀφειλήν. Ὑπὲρ πάσης ἐπισκοπῆς τῆς ὑπὸ τὸν οὐρανὸν τῶν ὀρθοτομούντων τὸν λόγον τῆς σῆς ἀληθείας δεηθῶμεν· καὶ ὑπὲρ τοῦ ἐπισκόπου ἡμῶν Ἰακώβου καὶ τῶν παροικιῶν αὐτοῦ δεηθῶμεν (25)·

## CAPUT X.

### *Oratio pro fidelibus.*

Pro pace et tranquillitate mundi atque sanctarum Ecclesiarum oremus, ut Deus universitatis, perpetuam et stabilem suam pacem nobis tribuat; ut nos conservet perseverantes in plenitudine piæ ac religiosæ virtutis. Pro sancta catholica et apostolica Ecclesia, a finibus usque ad fines extensa, oremus; ut Dominus eam inconcussam et fluctibus non agitatam conservet atque tueatur, usque ad consummationem sæculi, fundatam super petram. Et pro sancta hac parœcia oremus, ut cunctorum Dominus nobis donet consectari sine remissione cœlestem ipsius spem, et reddere ipsi assiduum precationis debitum. Pro universo sub cœlis existente episcopatu eorum, qui recte dispertiunt verbum veritatis tuæ, oremus: et pro episcopo nostro Jacobo ac parœciis ejus oremus: pro episcopo nostro Clemente ac parœciis ejus oremus: pro episcopo nostro

[71] Ezech. XVIII et XXXIII. [72] Jon. III. [73] I Tim. II, 4. [74] Luc. XV. [75] III Reg. VIII, 46. [76] Psal. CXXIX, 3.

## VARIORUM NOTÆ.

(23) *Μή τις τῶν μὴ δυναμένων προελθέτω.* Interpres Bovius legisse videtur προσελθέτω. *Nullus, inquit, ex prohibitis accedat.* Quæ scriptio nequaquam est aspernanda. Lib. II, cap. 57: φυλαττέσθωσαν δὲ αἱ θύραι, μή τις ἄπιστος εἰσέλθοι, ἢ ἀμύητος; et lib hoc ult., cap. 11: Οἱ δὲ διάκονοι ἱστάσθωσαν εἰς τὰς τῶν ἀνδρῶν θύρας, καὶ οἱ ὑποδιάκονοι εἰς τὰς τῶν γυναικῶν· ὅπως μή τις ἐξέλθοι. Lege can. apost. 9, et supra ad II, 54. Cot.

(24) *Ὅσοι πιστοί.* Non solum diaconi et subdiaconi ita edicunt: quod observatum multis; sed etiam lectores, in *Euchologio Allatiano*, apud Morinum *De ordinationibus Græcorum*, p. 106. Ip.

(25) *Ὑπὲρ τοῦ ἐπισκόπου ἡμῶν Ἰακώβου*, etc. Per occasionem corrigo Simeonem Thessalonicensem cap. 6 libri *De sacris ordinationibus*: Καὶ τῶν βασιλέων μνησθεὶς, ὡς ἐκδίκων τῆς Ἐκκλησίας, καὶ τοῦ ἀρχιεπισκόπου, ὡς ποιμαίνοντος ἐν Χριστῷ, etc., ubi doctissimus Morinus edidit, ὡς πτηνὴν ὄντος ἐν Χριστῷ; vertitque, *imperatorum quoque meminit, ut Ecclesiæ defensorum; et archiepiscopi, ut in Christo pauperis*, legendo πένητος. Quod autem hic oratur pro senectute episcopi, cernere etiam est apud Chrysostomum homil. 2 *De prophetarum obscuritate*, tom. III. Ip.

Digitized by Google

Evodio et parœciis ejus oremus : ut misericors Deus illos Ecclesiis sanctis suis præstet incolumes, honoratos, longævos, et præbeat eis honoratam senectutem in pietate ac justitia. Etiam pro presbyteris nostris oremus, ut Dominus liberet illos ab omni turpi ac prava re, et concedat illis integrum et honoratum presbyterium. Pro universo Christi diaconio ac ministerio oremus, ut Dominus inculpatam ipsis largiatur ministrationem. Pro lectoribus, cantoribus, virginibus, viduis et pupillis oremus ; pro iis qui in matrimonio et liberorum procreatione vivunt, oremus, ut Dominus misereatur eorum omnium. Pro eunuchis in sanctitate ambulantibus oremus. Pro iis qui continentem et religiosam agunt vitam, oremus. Pro iis qui in sancta Ecclesia oblationes faciunt, ac eleemosynas pauperibus dant, oremus : et pro iis qui Domino Deo nostro hostias et primitias offerunt, oremus, ut Deus optimus remuneretur eos cœlestibus suis gratiis, detque iis in præsenti centuplum, et in futuro vitam æternam ; atque donet ipsis pro temporariis æterna, pro terrenis cœlestia [77]. Oremus pro recens baptizatis fratribus nostris, ut Dominus eos stabiliat ac firmet. Pro fratribus nostris mala valetudine afflictis oremus ; ut Dominus liberet illos omni morbo et omni languore, sanosque restituat sanctæ suæ Ecclesiæ. Pro navigantibus ac iter habentibus oremus. Pro iis qui in metallis, exsiliis, custodiis et vinculis, propter nomen Domini, versantur, oremus. Pro acerba servitute oppressis oremus. Pro inimicis et odio habentibus nos, oremus : pro persequentibus nos propter nomen Domini, oremus : ut Dominus, mitigato eorum furore, dissipet iram adversus nos concitatam. Pro iis qui foris sunt, ac errore ducuntur, oremus ; ut Dominus illos convertat. Infantium Ecclesiæ recordemur ; uti Dominus, eos in timore suo reddat perfectos, et ad mensuram ætatis perducat. Pro nobis invicem oremus ; ut Dominus gratia sua servet nos ac custodiat usque ad finem, et liberet nos a malo, et ab omnibus scandalis operantium iniquitatem [78], et salvos nos ducat in regnum suum cœleste. Pro omni anima Christiana oremus. Salva et erige nos, Deus, misericordia tua. Surgamus. Orantes intente, nos ipsos atque mutuo, viventi Deo, per Christum ejus commendemus. Precetur autem pontifex, et dicat :

ὑπὲρ τοῦ ἐπισκόπου ἡμῶν Κλήμεντος καὶ τῶν παροικιῶν αὐτοῦ δεηθῶμεν· ὑπὲρ τοῦ ἐπισκόπου ἡμῶν Εὐοδίου (26) καὶ τῶν παροικιῶν αὐτοῦ δεηθῶμεν· ὅπως ὁ οἰκτίρμων Θεὸς χαρίσηται αὐτοὺς ταῖς ἁγίαις αὐτοῦ Ἐκκλησίαις σώους, ἐντίμους, μακροημερεύοντας· καὶ τίμιον αὐτοῖς τὸ γῆρας παράσχηται ἐν εὐσεβείᾳ καὶ δικαιοσύνῃ· καὶ ὑπὲρ τῶν πρεσβυτέρων ἡμῶν δεηθῶμεν· ὅπως ὁ Κύριος ῥύσηται αὐτοὺς ἀπὸ παντὸς ἀτόπου καὶ πονηροῦ πράγματος, καὶ σῶον καὶ ἔντιμον τὸ πρεσβυτέριον αὐτοῖς παράσχοι. Ὑπὲρ πάσης τῆς ἐν Χριστῷ διακονίας καὶ ὑπηρεσίας δεηθῶμεν· ὅπως ὁ Κύριος ἄμεμπτον τὴν διακονίαν αὐτοῖς παράσχηται. Ὑπὲρ ἀναγνωστῶν, ψαλτῶν, παρθένων, χηρῶν τε καὶ ὀρφανῶν δεηθῶμεν ὑπὲρ τῶν ἐν συζυγίαις καὶ τεκνογονίαις δεηθῶμεν· ὅπως ὁ Κύριος τοὺς πάντας αὐτοὺς ἐλεήσῃ. Ὑπὲρ εὐνούχων ὁσίως πορευομένων δεηθῶμεν. Ὑπὲρ τῶν ἐν ἐγκρατείᾳ, καὶ εὐλαβείᾳ δεηθῶμεν. Ὑπὲρ τῶν χαροφορούντων ἐν τῇ ἁγίᾳ Ἐκκλησίᾳ, καὶ ποιούντων τοῖς πένησι τὰς ἐλεημοσύνας δεηθῶμεν· καὶ ὑπὲρ τῶν τὰς θυσίας καὶ τὰς ἀπαρχὰς προσφερόντων Κυρίῳ τῷ Θεῷ ἡμῶν δεηθῶμεν· ὅπως ὁ πανάγαθος Θεὸς ἀμείψηται αὐτοὺς ταῖς ἐπουρανίαις αὐτοῦ δωρεαῖς, καὶ δῷ αὐτοῖς ἐν τῷ παρόντι ἑκατονταπλασίονα, καὶ ἐν τῷ μέλλοντι ζωὴν αἰώνιον, καὶ χαρίσηται αὐτοῖς ἀντὶ τῶν προσκαίρων τὰ αἰώνια, ἀντὶ τῶν ἐπιγείων τὰ ἐπουράνια. Ὑπὲρ τῶν νεοφωτίστων ἀδελφῶν ἡμῶν δεηθῶμεν· ὅπως ὁ Κύριος στηρίξῃ αὐτοὺς καὶ βεβαιώσῃ. Ὑπὲρ τῶν ἐν ἀῤῥωστίᾳ ἐξεταζομένων ἀδελφῶν ἡμῶν δεηθῶμεν· ὅπως ὁ Κύριος ῥύσηται αὐτοὺς πάσης νόσου καὶ πάσης μαλακίας, καὶ σώους ἀποκαταστήσῃ τῇ ἁγίᾳ αὐτοῦ Ἐκκλησίᾳ. Ὑπὲρ πλεόντων καὶ ὁδοιπορούντων δεηθῶμεν· ὑπὲρ τῶν ἐν μετάλλοις καὶ ἐξορίαις καὶ φυλακαῖς καὶ δεσμοῖς ὄντων διὰ τὸ ὄνομα τοῦ Κυρίου, δεηθῶμεν· ὑπὲρ τῶν ἐν πικρᾷ δουλείᾳ καταπονουμένων δεηθῶμεν· ὑπὲρ ἐχθρῶν καὶ μισούντων ἡμᾶς δεηθῶμεν· ὑπὲρ τῶν διωκόντων ἡμᾶς διὰ τὸ ὄνομα τοῦ Κυρίου, δεηθῶμεν· ὅπως ὁ Κύριος πραΰνας τὸν θυμὸν αὐτῶν διασκεδάσῃ τὴν καθ' ἡμῶν ὀργήν (27)· ὑπὲρ τῶν ἔξω ὄντων καὶ πεπλανημένων δεηθῶμεν· ὅπως ὁ Κύριος αὐτοὺς ἐπιστρέψῃ. Τῶν νηπίων τῆς Ἐκκλησίας μνημονεύσωμεν· ὅπως ὁ Κύριος τελειώσας αὐτὰ ἐν τῷ φόβῳ αὐτοῦ, εἰς μέτρον ἡλικίας ἀγάγῃ· ὑπὲρ ἀλλήλων δεηθῶμεν· ὅπως ὁ Κύριος τηρήσῃ (28) ἡμᾶς καὶ φυλάξῃ τῇ αὐτοῦ χάριτι εἰς τέλος, καὶ ῥύσηται ἡμᾶς τοῦ πονηροῦ καὶ πάντων τῶν σκανδάλων τῶν ἐργαζομένων τὴν ἀνομίαν, καὶ πάσης ψυχῆς χριστιανῆς δεηθῶμεν. Σῶσον καὶ ἀνάστησον ἡμᾶς ὁ Θεὸς τῷ ἐλέει σου. Ἐγειρώμεθα. Δεηθέντες ἐκτενῶς ἑαυτοὺς καὶ ἀλλήλους τῷ ζῶντι Θεῷ διὰ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ παραθώμεθα. Ἐπευχέσθω δὲ (29) ὁ ἀρχιερεὺς, καὶ λεγέτω·

## CAPUT XI.

*Invocatio pro fidelibus.*

Domine omnipotens, celsissime, qui in altis ha-

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΑ'.

*Ἐπίκλησις τῶν πιστῶν.*

Κύριε παντόκρατορ, ὕψιστε, ὁ ἐν ὑψηλοῖς κατ-

[77] Matth. XIX, 29. [78] Psal. CXL, 9.

## VARIORUM NOTÆ.

(26) *Εὐοδίου*. Ms. Vind. Ἀννιανοῦ. CLER.
(27) *Ὀργήν*. Addit cod. Vind. δεηθῶμεν. Ib.
(28) *Τηρήσῃ*. Διατηρήσῃ. Cod. Vind. Ib.
(29) *Δέ*. Οὖν cod. Vind. rectius. Ib.

Digitized by Google

οἰκῶν, ἅγιε ἐν ἁγίοις ἀναπαυόμενε, ἄναρχε, μόναρχε· ὁ διὰ Χριστοῦ κήρυγμα γνώσεως δοὺς ἡμῖν εἰς ἐπίγνωσιν τῆς σῆς δόξης καὶ τοῦ ὀνόματός σου, οὗ ἐφανέρωσεν ἡμῖν εἰς κατάληψιν· αὐτὸς καὶ νῦν ἔπιδε δι' αὐτοῦ ἐπὶ τὸ ποίμνιόν σου τοῦτο· καὶ λύτρωσαι αὐτὸ πάσης ἀγνοίας, καὶ πονηρᾶς πράξεως· καὶ δὸς φόβῳ φοβεῖσθαί σε, καὶ ἀγάπῃ ἀγαπᾷν σε, καὶ στέλλεσθαι ἀπὸ προσώπου δόξης σου· εὐμενὴς αὐτοῖς γενοῦ, καὶ ἵλεως, καὶ ἐπήκοος ἐν ταῖς προσευχαῖς αὐτῶν· καὶ φύλαξον αὐτοὺς ἀτρέπτους, ἀμέμπτους, ἀνεγκλήτους· ἵνα ὦσιν ἅγιοι σώματι καὶ ψυχῇ, μὴ ἔχοντες σπῖλον ἢ ῥυτίδα ἤ τι τῶν τοιούτων· ἀλλ' ἵνα ὦσιν ἄρτιοι, καὶ μηδεὶς ἐν αὐτοῖς ᾖ κολοβὸς ἢ ἀτελής. Ἄρωγὲ, δυνατὲ, ἀπροσωπόληπτε, γενοῦ ἀντιλήπτωρ τοῦ λαοῦ σου τούτου, ὃν ἐξηγόρασας (30) τῷ τιμίῳ τοῦ Χριστοῦ σου αἵματι. Προστάτης, ἐπίκουρος, ταμίας, φύλαξ, τεῖχος ἐρυμνότατον, φραγμὸς, ἀσφάλεια (31), ὅτι ἐκ τῆς σῆς χειρὸς οὐδεὶς ἁρπάσαι δύναται· οὐδὲ γάρ ἐστι Θεὸς ὥσπερ σὺ ἕτερος· ὅτι ἐν σοὶ ἡ ὑπομονὴ ἡμῶν. « Ἁγίασον αὐτοὺς ἐν τῇ ἀληθείᾳ σου, ὅτι ὁ λόγος ὁ σὸς ἀλήθειά ἐστιν. » Ἀπροσχάριστε, ἀπαραλόγιστε· ῥῦσαι αὐτοὺς πάσης νόσου καὶ πάσης μαλακίας, παντὸς παραπτώματος, πάσης ἐπηρείας καὶ ἁπάτης, ἀπὸ φόβου ἐχθροῦ, ἀπὸ βέλους πετομένου ἡμέρας, ἀπὸ πράγματος ἐν σκότει διαπορευομένου· καὶ καταξίωσον αὐτοὺς τῆς αἰωνίου ζωῆς, τῆς ἐν Χριστῷ τῷ Υἱῷ σου τῷ μονογενεῖ, τῷ Θεῷ καὶ Σωτῆρι ἡμῶν· δι' οὗ σοι δόξα καὶ σέβας, ἐν ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν, καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν. Καὶ μετὰ τοῦτο λεγέτω ὁ διάκονος· Πρόσχωμεν. Καὶ ἀσπαζέσθω ὁ ἐπίσκοπος τὴν ἐκκλησίαν, καὶ λεγέτω· Ἡ εἰρήνη τοῦ Θεοῦ μετὰ πάντων ὑμῶν· καὶ ὁ λαὸς ἀποκρινάσθω· Καὶ μετὰ τοῦ πνεύματός σου. Καὶ ὁ διάκονος εἰπάτω πᾶσιν· Ἀσπάσασθε ἀλλήλους ἐν φιλήματι ἁγίῳ. Καὶ ἀσπαζέσθωσαν οἱ τοῦ κλήρου τὸν ἐπίσκοπον (32), οἱ λαϊκοὶ ἄνδρες τοὺς λαϊκοὺς, αἱ γυναῖκες τὰς γυναῖκας. Τὰ παιδία δὲ στηκέτωσαν πρὸς τῷ βήματι, καὶ διάκονος αὐτοῖς ἕτερος ἑστω ἐφεστὼς, ὅπως μὴ ἀτακτῶσι. Καὶ ἄλλοι διάκονοι περιπατείτωσαν, καὶ σκοπείτωσαν τοὺς ἄνδρας καὶ τὰς γυναῖκας, ὅπως μὴ θόρυβός τις (33) γένηται, καὶ μή τις νεύσῃ, ἢ ψιθυρίσῃ, ἢ νυστάξῃ. Οἱ δὲ διάκονοι ἱστάσθωσαν εἰς τὰς τῶν ἀνδρῶν θύρας, καὶ οἱ ὑποδιάκονοι εἰς τὰς τῶν γυναικῶν· ὅπως μήτις ἐξέλθοι, μήτε ἀνοιχθῇ ἡ θύρα, κἂν πιστός τις ᾖ, κατὰ τὸν καιρὸν τῆς ἀναφορᾶς. Εἷς δὲ ὑποδιάκονος διδότω ἀπόνιψιν χειρῶν τοῖς ἱερεῦσι (34), σύμβολον καθαρότητος ψυχῶν Θεῷ ἀνακειμένων.

A bitas, sancte, qui in sanctis requiescis, originis expers, monarcha; qui per Christum dedisti nobis cognitionis prædicationem in agnitionem gloriæ tuæ ac nominis tui, quod manifestavit nobis ad comprehensionem : ipse nunc quoque respice per ipsum in hoc ovile tuum; et libera illud omni ignorantia, et prava actione; et da ut te timore timeat, ac dilectione te diligat, et contremiscat a facie gloriæ tuæ : sis eis clemens, propitius, ac exauditor in precibus eorum; et custodi illos immutabiles, irreprehensos, inculpatos : ut sint sancti corpore atque anima, non habentes maculam, aut rugam, aut aliquid hujusmodi; sed ut sint integri, nullusque inter eos sit mutilus, vel imperfectus. Defensor, potens, personarum non acceptor; sis auxiliator populi tui hujus, quem redemisti pretioso Christi tui sanguine : patronus, adjutor, propugnator, custos, murus tutissimus, vallum, firmum præsidium, quoniam ex manu tua nemo potest rapere [79]: non enim est alius Deus sicut tu, quia in te est nostra exspectatio. « Sanctifica eos in veritate tua; quoniam sermo tuus veritas est [80].» Qui gratiæ causa nihil agis, qui decipi non potes; libera eos omni morbo et omni infirmitate, omni delicto, omni injuria et fraude, a timore inimici [81], a sagitta volante per diem, a negotio in tenebris perambulante [82]; et dignare illos æterna vita, quæ in Christo Filio tuo unigenito, Deo ac Salvatore nostro; per quem tibi gloria et cultus, in sancto Spiritu, nunc, et semper, et in sæcula sæculorum. Amen. Postea diaconus dicat : Attendamus. Et salutet episcopus ecclesiam, ac dicat : Pax Dei, cum omnibus vobis. Et populus respondeat : Et cum spiritu tuo. Diaconus vero dicat omnibus : Salutate vos invicem in osculo sancto : et clerici osculentur episcopum, laici viri laicos, feminæ feminas. Pueri autem stent ad suggestum. Ac diaconus alius ipsis præsit, ne inordinate se gerant. At alii diaconi deambulent, inspiciantque viros ac mulieres, ne strepitus aliquis oriatur, et ne quis nutum faciat, vel susurret, vel dormitet. Diaconi vero stent ad januas virorum, et subdiaconi ad januas mulierum; ut nemo egrediatur, neve aperiatur janua tempore oblationis, licet adveniat quispiam fidelis. Unus autem subdiaconus det sacerdotibus aquam, ad lavandum manus; quæ res signum est puritatis animarum Deo consecratarum.

[79] Joan. x, 29. [80] Joan. xvii, 17. [81] Psal. lxiii, 2. [82] Psal. xc, 5.

## VARIORUM NOTÆ.

(30) *Ἐξηγόρασας*. Vind. codices : Ὃν ἐξελέξω ἐκ μυριάδων. Cler.

(31) *Φραγμὸς, ἀσφάλεια*. Idem : φραγμὸς ἀσφαλείας, *paries securitatis*. Ib.

(32) *Ἀσπαζέσθωσαν οἱ τοῦ κλήρου τὸν ἐπίσκοπον*. Canone Laodiceno 19 : εἶθ' οὕτως τὴν εἰρήνην δίδοσθαι, καὶ μετὰ τὸ πρεσβυτέρους δοῦναι τῷ ἐπισκόπῳ τὴν εἰρήνην, τότε τοὺς λαϊκοὺς τὴν εἰρήνην διδόναι, quod postremum Zonaras interpretatur *De salutatione sacerdotum a laicis*, Dionysius Exiguus *De salutatione laicorum inter se*; utrumque autem factum fuisse satis constat. Cot.

(33) *Τίς*. Deest in cod. Vind. Cler.

(34) *Εἷς δὲ ὑποδιάκονος*, etc. Rem, idemque rei symbolum tradit Cyrillus Hierosolymitanus initio ultimæ Catecheseos Mystagogicæ; sed ministrum facit diaconum. *Ut autem*, ait auctor *Quæstionum Veteris et Novi Testamenti*, tom. IV Operum S. Augustini, quæstione 101, *non omnia ministeria obse-*

Digitized by Google

## CAPUT XII.

*Constitutio Jacobi, fratris Joannis Zebedæi.*

Porro ego Jacobus, frater Joannis Zebedæi, aio ut statim diaconus dicat : Ne quis ex catechumenis. Ne quis ex audientibus. Ne quis ex infidelibus. Ne quis ex heterodoxis. Qui priorem precationem fecistis, exite. Matres, assumite pueros. Ne quis contra aliquem. Ne quis in hypocrisi. Erecti ad Dominum cum timore ac tremore stemus ad offerendum. Quibus peractis, diaconi dona ad altare admoveant episcopo : ac presbyteri a dextris illius et a sinistris stent, ut discipuli magistro assistentes. Duo autem diaconi ex utraque parte altaris, teneant flabellum ex tenuibus membranis, aut ex pennis pavonis, aut ex linteo; et sensim abigant parva animalia volitantia, ne in calices incidant. Orans igitur apud se pontifex, una cum sacerdotibus, et splendidam vestem indutus, stansque ad altare, tropæum crucis in fronte manu faciat coram omnibus, ac dicat : Gratia omnipotentis Dei, et charitas Domini nostri Jesu Christi, et communicatio sancti Spiritus, sit cum omnibus vobis. Atque omnes una voce respondeant : Et cum spiritu tuo. Tum pontifex : Sursum mentem; et omnes : Habemus ad Dominum. Et pontifex : Gratias agamus Domino; et cuncti : Dignum et justum est. Et pontifex dicat : Vere dignum et justum est, ante omnia laudare te verum Deum, ante creaturas existentem, « ex quo omnis paternitas in cœlo et

A

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΒ'.

*Διάταξις Ἰακώβου, τοῦ ἀδελφοῦ Ἰωάννου τοῦ Ζεβεδαίου.*

Φημὶ δὴ κἀγὼ Ἰάκωβος (35), ὁ ἀδελφὸς Ἰωάννου τοῦ Ζεβεδαίου, ἵν' εὐθὺς ὁ διάκονος λέγῃ· Μή τις τῶν κατηχουμένων. Μή τις τῶν ἀκροωμένων· Μή τις τῶν ἀπίστων. Μή τις τῶν ἑτεροδόξων. Οἱ τὴν πρώτην εὐχὴν εὐχόμενοι προέλθετε (36). Τὰ παιδία προσλαμβάνεσθε αἱ μητέρες· μή τις κατά τινος. Μή τις ἐν ὑποκρίσει. Ὀρθοὶ πρὸς Κύριον μετὰ φόβου καὶ τρόμου ἑστῶτες ὦμεν προσφέρειν. Ὧν γενομένων οἱ διάκονοι προσαγέτωσαν τὰ δῶρα τῷ ἐπισκόπῳ πρὸς τὸ θυσιαστήριον· καὶ οἱ πρεσβύτεροι ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ καὶ ἐξ εὐωνύμων στηκέτωσαν, ὡς ἂν μαθηταὶ παρεστῶτες διδασκάλῳ. Δύο δὲ διάκονοι ἐξ ἑκατέρων τῶν μερῶν τοῦ θυσιαστηρίου κατεχέτωσαν ἐξ ὑμένων λεπτῶν ῥιπίδιον (37), ἢ πτερῶν ταὼς, ἢ ὀθόνης· καὶ ἠρέμα ἀποσοβείτωσαν τὰ μικρὰ τῶν ἱπταμένων ζώων, ὅπως ἂν μὴ ἐγχρίμπτωνται εἰς τὰ κύπελλα (38). Εὐξάμενος οὖν καθ' ἑαυτὸν ὁ ἀρχιερεὺς ἅμα τοῖς ἱερεῦσι, καὶ λαμπρὰν ἐσθῆτα μετενδύς, καὶ στὰς πρὸς τῷ θυσιαστηρίῳ, τὸ τρόπαιον τοῦ σταυροῦ κατὰ τοῦ μετώπου τῇ χειρὶ ποιησάμενος εἰς πάντας (39), εἰπάτω· Ἡ χάρις τοῦ παντοκράτορος Θεοῦ, καὶ ἡ ἀγάπη τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ ἡ κοινωνία τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ἔστω μετὰ πάντων ὑμῶν· καὶ πάντες συμφώνως λεγέτωσαν, ὅτι καὶ μετὰ τοῦ πνεύματός σου. Καὶ ὁ ἀρχιερεύς· Ἄνω τὸν νοῦν· καὶ πάντες· Ἔχομεν πρὸς τὸν Κύριον. Καὶ ὁ ἀρχιερεύς· Εὐχαριστήσωμεν τῷ Κυρίῳ· καὶ πάντες

B

## VARIORUM NOTÆ.

*quiorum per ordinem agant.* Romanæ Ecclesiæ diaconi, *multitudo facit clericorum. Nam utique et altare portarent et vasa ejus, et aquam in manus funderent sacerdoti, sicut videmus per omnes Ecclesias.* In *Vita S. Marcelli* auctore Fortunato apud Surium, 1 Novembr., subdiaconale ministerium esse dicitur, aquam episcopo manibus abluendis offerre. Cot.

(35) *Ἰάκωβος.* In Vind. scholium hoc additur in hæc verba : Ἰάκωβος ὁ τοῦ Ζεβεδαίου, ἀδελφὸς Ἰωάννου, ἐκήρυξεν ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ τὸ Εὐαγγέλιον, ἀνῃρέθη μαχαίρᾳ ὑπὸ Ἡρώδου τοῦ τετράρχου, καὶ κεῖται ἐν Καισαρείᾳ. Cler.

(36) *Οἱ τὴν πρώτην εὐχόμενοι προέλθετε.* Intelligi debent preces eorum, qui mysteriis adesse non sinuntur. Nam si accipere velis de oratione fidelium mox præcedente, ut sumitur capite 35 προσέλθετε legendum tibi erit, *accedite :* quia munera offerebantur coram fidelibus. Cot.

(37) *Ῥιπίδιον.* Abstinebo inutili expositione et citatione erga consuetudinem a non paucis descriptam, a plurimis memoratam, ut Græcis familiarem, ita Latinis non omnino ignotam : contentus adduxisse duo loca, Latinum unum, quo cum illo Hildeberti conjungatur, alterum Græcum, quia obscurus, a docto interprete minus bene conversus, atque in mendo cubans, ope nostra indiget. Igitur in *Consuetudinibus monasterii Cluniacensis* lib. II, cap. 30, *Spicilegii* Acheriani. tom. IV, p. 142, scriptum habetur : *Unus autem ministrorum, qui semper duo debent esse, stans cum flabello prope sacerdotem, ex quo muscarum infestatio exsurgere incipit, donec finiatur, eas arcere a sacrificio, et ab altari, seu ab ipso sacerdote non negligit.* In Chronico autem quod Alexandrinum vocant, p. 892 : Ἐπὶ Σεργίου πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως ἐπενοήθη ψάλλεσθαι μετὰ τὸ μεταλαβεῖν πάντας τῶν ἁγίων μυστηρίων, ἐν τῷ μέλλειν τοὺς κληρικοὺς ἐπὶ τὸ σκευοφυλάκιον ἀποκαθιστάναι τὰ τίμια ῥιπίδια, δισκάρια, καὶ ποτήρια, καὶ ἄλλα ἱερὰ σκεύη, μετὰ τὸ ἐκ τῶν παρὰ τραπεζίων καὶ τὴν διάδοσιν ἀποτεθῆναι πάντα εἰς τὴν ἁγίαν τράπεζαν, καὶ ψαλθῆναι τὸν τελευταῖον στίχον τοῦ κοινωνικοῦ. Λέγεται καὶ τοῦτο τὸ τροπάριον· Πλησθήτω τὸ στόμα ἡμῶν αἰνέσεως, Κύριε, ὅπως ὑμνήσωμεν τὴν δόξαν σου, ὅτι ἠξίωσας ἁγίων σου μετασχεῖν μυστηρίων. Τήρησον ἡμᾶς ἐν τῷ σῷ ἁγιασμῷ ὅλην τὴν ἡμέραν μελετῶντας τὴν δικαιοσύνην σου. Ἀλληλούϊα. Legendum videtur, ἐκ τῶν παρατραπεζίων καὶ τὴν διάδοσιν ἀποτεθῆναι καὶ πάντα, pusl. λέγεται δὲ τοῦτο. Ac vertendum : *Sub Sergio patriarcha Constantinopolitano institutum est psallere, postquam a cunctis sancta mysteria percepta sunt, cum per clericos in sacrarium referenda sunt veneranda flabella, disci, calices, aliaque sacra vasa, postquam e mensulis et distributionis reliquiæ, et omnia in sacram mensam sunt reposita, atque ultimus communionis tereus cantatus fuit. Dicitur autem hoc troparium seu modulus : Impleatur os nostrum laude, Domine, ut celebremus gloriam tuam, quia nos participes facere sanctorum tuorum mysteriorum dignatus es. Serva nos in tua sanctificatione toto die meditantes justitiam tuam. Alleluia.* Παρατράπεζον habes in Liturgia Jacobo ἀδελφοθέῳ tributa : ut et de tropario illo ibidem, atque in liturgiis aliis. Cot.

(38) *Εἰς τὰ κύπελλα.* Sic in liturgiis et in ordinationum ritibus invenies, τὰ ποτήρια, τοὺς κρατῆρας, τὰ ἅγια ποτήρια, τὸ πρῶτον ποτήριον, δεύτερον ποτήριον. Interdum enim non unum calicem adhibebant Græci sacrum celebrantes. Ib.

(39) *Εἰς πάντας.* Deest in altero cod. Vind. Cler.

Digitized by Google

Ἄξιον καὶ δίκαιον. Καὶ ὁ ἀρχιερεὺς εἰπάτω· Ἄξιον ὡς ἀληθῶς καὶ δίκαιον, πρὸ πάντων ἀνυμνεῖν σε τὸν ὄντως ὄντα Θεὸν, τὸν πρὸ τῶν γεννητῶν ὄντα, «ἐξ οὗ πᾶσα πατριὰ ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ γῆς ὀνομάζεται» τὸν μόνον ἀγέννητον, καὶ ἄναρχον, καὶ ἀβασίλευτον, καὶ ἀδέσποτον, τὸν ἀνενδεῆ, τὸν παντὸς ἀγαθοῦ χορηγὸν, τὸν πάσης αἰτίας καὶ γενέσεως κρείττονα, τὸν πάντοτε κατὰ τὰ αὐτὰ καὶ ὡσαύτως ἔχοντα· ἐξ οὗ τὰ πάντα, καθάπερ ἔκ τινος ἀφετηρίας, εἰς τὸ εἶναι παρῆλθεν. Σὺ γὰρ εἶ ἡ ἄναρχος γνῶσις, ἡ ἀΐδιος ὅρασις, ἡ ἀγέννητος ἀκοὴ, ἡ ἀδίδακτος σοφία· ὁ πρῶτος τῇ φύσει (40), καὶ νόμος (41) τῷ εἶναι, καὶ κρείττων παντὸς ἀριθμοῦ. Τὰ (42) πάντα ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι παραγαγὼν διὰ τοῦ μονογενοῦς σου Υἱοῦ· αὐτὸν δὲ πρὸ πάντων αἰώνων γεννήσας βουλήσει, καὶ δυνάμει (43), καὶ ἀγαθότητι, ἀμεσιτεύτως (44), Υἱὸν μονογενῆ, Λόγον Θεοῦ, Σοφίαν ζῶσαν, πρωτότοκον πάσης κτίσεως, Ἄγγελον τῆς μεγάλης βουλῆς σου, ἀρχιερέα σὸν, βασιλέα δὲ καὶ κύριον πάσης νοητῆς καὶ αἰσθητῆς φύσεως, τὸν πρὸ πάντων (45), δι' οὗ τὰ πάντα. Σὺ γὰρ Θεὲ αἰώνιε, δι' αὐτοῦ τὰ πάντα πεποίηκας, καὶ δι' αὐτοῦ τῆς προσηκούσης προνοίας τὰ ὅλα ἀξιοῖς· δι' οὗ γὰρ τὸ εἶναι ἐχαρίσω, δι' αὐτοῦ καὶ τὸ εὖ εἶναι ἐδωρήσω. Ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ τοῦ μονογενοῦς Υἱοῦ σου, ὁ δι' αὐτοῦ πρὸ πάντων ποιήσας (46) τὰ χερουβὶμ καὶ τὰ σεραφὶμ, αἰῶνάς τε καὶ στρατιὰς (47), δυνάμεις

A in terra nominatur [82]; » solum ingenitum, principii expertem, rege ac domino carentem, nullo indigentem, omnis boni largitorem, omni causa et origine superiorem, semper uno eodemque modo te habentem; a quo cuncta tanquam e carceribus quibusdam ad existendum processerunt. Tu enim es originis expers cognitio, perpetuus visus, auditus ingenitus, sapientia non edocta; primus natura, et lex existendi, ac omnem numerum superans. Qui omnia ex nihilo in rerum naturam protulisti, per unigenitum Filium tuum : ipsum vero ante omnia sæcula genuisti voluntate, et potentia, et bonitate, absque intermedio, Filium unigenitum, Verbum Deum, Sapientiam viventem, primogenitum omnis creaturæ [84], Angelum magni consilii tui [85], pontifi-

B cem tuum, regem autem et dominum omnis naturæ, quæ intelligi ac sentiri potest, quique ante omnia, et per quem omnia. Tu namque, Deus æterne, cuncta per ipsum condidisti, et per ipsum cuncta dignaris convenienti providentia. Per quem enim ut essent donasti, per eumdem etiam ut bene essent dedisti. [86] Deus et Pater unigeniti Filii tui; qui per eum ante omnia fecisti cherubinos et seraphinos, sæcula et exercitus, virtutes et potestates, principatus et thronos, archangelos et angelos; atque post hæc omnia, per eum fabricasti hunc qui ap-

[82] Ephes. III, 15. [84] Col. I, 15. [85] Isa. IX, 6 ex LXX. [86] Ign. interpol. ad Trall. 5.

## VARIORUM NOTÆ.

(40) *Πρῶτος τῇ φύσει, καὶ νόμος τῷ εἶναι.* Juxta vulgivagum axioma, *Quod est primum, regula est cæterorum.* Male itaque Petrus Faber doctissimus vir Dodecameri cap. 11, id lectionis sollicitat, ut sufficiat μόνος τῷ εἶναι, quod ad πρῶτος τῇ φύσει, minime quadrat. Cot.

(41) *Νόμος.* In Vindob. cod. μόνος, hoc est *qui solus es*, eo, nempe, modo quo es; hoc est necessario, ita ut non possis non esse. Cler.

(42) *Τά.* Vind. cod. ὁ τά, recte. Id.

(43) *Βουλήσει καὶ δυνάμει.* Simili modo Justinus martyr cum discipulo suo Tatiano. Quod simplicius dictum in orthodoxo caret suspicione; uti docet S. Athanasius oratione 4 *contra Arianos*, p. 509, 510; sed cavenda est, addit prudentissimus Pater, hæresis, cum Valentinianorum, tum Arianorum. Πτολεμαῖος γὰρ ὁ Οὐαλεντίνου ἔφη, δύο ζυγοὺς ἔχειν τὸν ἀγέννητον, ἔννοιαν καὶ θέλησιν, etc., ubi rescripserim, συζύγους, ex Irenæo lib. I, cap. 6; Tertulliano *adversus Valentinianos*, cap. 3; et Epiphanio hæresi 33, num. 1. Cot.

(44) *Ἀμεσιτεύτως.* Gregorius Nazianzenus oratione 29 : Ἀρχὴν δ' ὅταν εἴπω, μὴ χρόνον παρενθῇς, μηδὲ μέσον τι τάξῃς τοῦ γεγεννηκότος, καὶ τοῦ γεννήματος· μηδὲ διέλῃς τὴν φύσιν τῷ κακῶς παρεντεθέντι τοῖς συναϊδίοις, καὶ συνημμένοις. Εἰ γὰρ χρόνος υἱοῦ πρεσβύτερον, ἐκείνου δηλαδὴ πρῶτος [l. πρώτως e codicibus Reg.] ἂν ἦ αἴτιος ὁ πατήρ· καὶ πῶς ποιητὴς χρόνων ὁ ὑπὸ χρόνον ; Id.

(45) *Πρὸ πάντων*, κ. τ. λ. Ex sententia multorum Patrum, angeli ante mundum exstiterunt. Per sæcula plurima, additur a Hieronymo ad Tit. I, 2. Verum dogma contrarium sanctorum quoque Patrum prævaluit, ut existimentur angeli creati primo mundi die una cum cœlo, terra et luce. Id.— Hanc veritatem esse doctrinam Ecclesiæ docet Lateranense concilii IV decretum ab Innocentio III confirmatum, quo dicitur *Deus creator omnium visibilium et*

C *invisibilium, spiritualium et corporalium, qui sua omnipotenti virtute* simul ab initio temporis, *utramque de nihilo condidit creaturam, spiritualem et corporalem*, angelicam *videlicet et mundanam.* Drach.

(46) *Ποιήσας.* Scholium in Vindob. cod. ascriptum, ad hæc verba legitur, ὅτι αἱ νοηταὶ δυνάμεις πρὸ τοῦ αἰσθητοῦ κόσμου γεγόνασιν. Cler.

(47) *Αἰῶνάς τε καὶ στρατιάς.* Nihil incertius magisque diversum in scriptis veterum theologorum numero ac dispositione angelicorum ordinum. Ut enim a dispositione ordiar : invertitur illa passim, maxime circa medios ordines; etiam aliquando ab eodem auctore. Verbi gratia, (taceo Apostolum *Roman.* VIII, 38; *Ephes.* I, 21; III, 10; VI, 12 et *Coloss.* I, 16; aliter atque aliter collocantem) Gregorius Magnus lib. XXXII *in Job*, cap. XVIII, hoc ordine recenset : *Angeli, archangeli, throni, dominationes, virtutes, principatus, potestates, cherubim et seraphim.* At homil. 34 *in Evangelia* enumerat *angelos, archangelos, virtutes, potestates, principatus, dominationes, thronos, cherubim ac seraphim.* Præterea D omnium primatus a Syris datur angelis in Dionysio pseudo-Areopagita ultimum locum tenentibus; a Basilio Seleuciensi *Orat. in Deiparam*, et Nicephoro CP. *Disputatione de sacris imaginibus* tribuitur cherubimis; quos etiam Chrysostomus homil. 3 *De incomprehensibili*, seraphimis præponit; cum Dionysii sectatores in duas classes scindantur, nempe constituentium Hierarchiam primam ex thronis 1, cherubimis 2, seraphimis 3 atque ad hunc modum cum Maximo interprete auctor *Quæstionum ad Antiochum* inter Athanasii opera editarum, quæst. 8, et convertentium eamdem ταξιαρχίαν seriemque in seraphimos, cherubimos ac thronos. Origeni demum primum genus sunt dii. Locum illius insignem apponam, sumptum ex tomo I *in Joannem*, editionis ultimæ ac Græco-Latinæ p. 32 : Ὁ τοίνυν τῶν ὅλων Θεὸς πρώτόν τι τῇ τιμῇ γένος λογικὸν πεποίηκεν, ὅπερ οἶμαι τοὺς καλουμένους θεοὺς, καὶ δεύτε-

Digitized by Google

paret mundum, cunctaque quæ in eo sunt [87]. Nam tu es qui cœlum ut cameram statuisti [88], ac ut pellem extendisti; et terram supra nihilum collocasti sola voluntate : qui fixisti firmamentum; et noctem ac diem fabricatus es : qui lucem ex thesauris eduxisti; et illius amictui induxisti tenebras [89], ad requiem animalium quæ in mundo moventur : qui in cœlo solem posuisti ad dominium diei, et lunam ad dominium noctis; atque chorum stellarum in cœlo delineasti, in laudem magnificentiæ tuæ : qui fecisti aquam ad potum ac expurgationem; vitalem aerem, ad aspirationem et ad elitionem vocis, dum lingua aerem ferit, et ad auditum quem adjuvat in sentienda loquela incumbente ac penetrante : qui fecisti ignem ad solatium de tenebris, ad indigentiæ expletionem, et ut calefieremus ac illuminaremur ab eo : qui mare magnum a terra separasti; et illud quidem reddidisti navigabile, hanc vero pedibus perviam effecisti; et illud quidem animalibus parvis ac magnis refersisti, hanc autem cicuribus ac indomitis replevisti, variis stirpibus redemisti, herbis coronasti, floribus decorasti, seminibus ditasti : qui constituisti abyssum, et ingentem molem ei circumposuisti, acervata salsarum aquarum æquora; eamque circumsepsisti tenuissimæ arenæ portis : qui abyssum eamdem seu pelagum modo ventis in altitudinem montium attollis, modo in planitiem sternis [91]; modo in furorem tempestatis agis, modo, ut navigio cur-

τε καὶ ἐξουσίας, ἀρχάς τε καὶ θρόνους, ἀρχαγγέλους τε καὶ ἀγγέλους· καὶ μετὰ ταῦτα πάντα, ποιήσας ἀ' αὐτοῦ τὸν φαινόμενον τοῦτον κόσμον, καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτῷ. Σὺ γὰρ εἶ ὁ τὸν οὐρανὸν ὡς καμάραν στήσας, καὶ ὡς δέρριν ἐκτείνας, καὶ τὴν γῆν ἐπ' οὐδενὸς ἱδρύσας γνώμῃ μόνῃ· ὁ πήξας στερέωμα, καὶ νύκτα καὶ ἡμέραν κατασκευάσας· ὁ ἐξαγαγὼν φῶς ἐκ θησαυρῶν, καὶ τῇ τούτου στολῇ (48) ἐπαγαγὼν τὸ σκότος, εἰς ἀνάπαυλαν τῶν ἐν τῷ κόσμῳ κινουμένων ζώων· ὁ τὸν ἥλιον τάξας εἰς ἀρχὰς τῆς ἡμέρας, ἐν οὐρανῷ, καὶ τὴν σελήνην εἰς ἀρχὰς τῆς νυκτὸς, καὶ τὸν χορὸν τῶν ἀστέρων ἐν οὐρανῷ καταγράψας, εἰς αἶνον τῆς σῆς μεγαλοπρεπείας· ὁ ποιήσας ὕδωρ πρὸς πόσιν καὶ κάθαρσιν, ἀέρα ζωτικὸν πρὸς εἰσπνοὴν (49) καὶ φωνῆς ἀπόδοσιν διὰ γλώττης πληττούσης τὸν ἀέρα, καὶ ἀκοὴν συνεργουμένην ὑπ' αὐτοῦ ὡς ἐπαΐειν εἰσδεχομένην τὴν προσπίπτουσαν αὐτῇ λαλιάν· ὁ ποιήσας πῦρ πρὸς σκότους παραμυθίαν, πρὸς ἐνδείας ἀναπλήρωσιν, καὶ τὸ θερμαίνεσθαι ἡμᾶς καὶ φωτίζεσθαι ὑπ' αὐτοῦ· ὁ τὴν μεγάλην θάλασσαν χωρίσας τῆς γῆς, καὶ τὴν μὲν ἀναδείξας πλωτὴν, τὴν δὲ ποσὶ βάσιμον ποιήσας, καὶ τὴν μὲν ζώοις μικροῖς καὶ μεγάλοις πληθύνας, τὴν δὲ ἡμέροις καὶ ἀτιθάσσοις πληρώσας, φυτοῖς τε διαφόροις στέψας, καὶ βοτάναις στεφανώσας, καὶ ἄνθεσι καλλύνας, καὶ σπέρμασι πλουτίσας· ὁ συστησάμενος ἄβυσσον, καὶ μέγα κῆτος (50) [90] αὐτῇ περιθεὶς, ἁλμυρῶν ὑδάτων σεσωρευμένα πελάγη, περιφράξας δὲ αὐτὴν πύλαις ἄμμου λεπτοτάτης· ὁ πνεύματι ποτὲ μὲν αὐτὴν κορυφῶν εἰς ὀρέων μέγεθος,

[87] Gen. i. [88] IV Esd. xvi, 60. [89] Psal. cm, 2. Jerem. v. [90] f. κύτος. Sic habet Vind. cod. [91] Job xxxviii;

## VARIORUM NOTÆ.

[32] Porro de ordinatione presbyterorum, ego dilectus a Domino, constituo vobis episcopis. Cum presbyterum ordinas, episcope, manum super caput ejus ipse impone, astante tibi presbyterio, necnon diaconis; et orans, dic: Domine omnipotens, Deus noster, qui per Christum universa condidisti, et per ipsum cunctis provides convenienter. In quo enim potestas est efficiendi varia, in eo et inest potestas providendi variis modis. Nam idcirco, Deus, provides; immortalibus quidem, sola conservatione; mortalibus vero, successione; animæ, cura legum; corpori, expletione indigentiæ. Ipse igitur et nunc C respice in sanctam tuam Ecclesiam; auge illam; ac eos qui in ea præsunt multiplica, virtutemque da ut ii verbo ac opere ad ædificationem populi tui laborent. Ipse nunc quoque respice super hunc famulum tuum, qui suffragio ac judicio totius cleri in presbyterium cooptatus est; et imple illum spi-

[32] Psal. cxx, 8. [33] I. Ignat. interpol. ad Philad. 9.

## VARIORUM NOTÆ.

(74) *Ἀπολύεσθε ἐν εἰρήνῃ.* Verbum ἀπολύειν hoc sensu solet usurpari. Atque ita sumo, p. 100 *Ordinationum Græcarum*, ubi de diaconissa: Μετὰ δὲ τὸ μεταλαβεῖν αὐτὴν ἐπιδίδωσιν αὐτῇ ὁ ἱερεὺς τὸ ἅγιον ποτήριον, ὅπερ δεχομένη οὐδενὶ μεταδίδωσιν ἐξ αὐτοῦ, ἀλλ' ἐν τῇ ἁγίᾳ τραπέζῃ ἀποτίθησι· καὶ ἀπολύει. *Postquam autem ipsa communicavit, tradit ipsi sacerdos sanctum poculum; quod accipiens, nulli ex eo impertitur, sed in sancta mensa reponit: et dimittit.* Hoc est, dat diaconissæ veniam discedendi is qui ordinat. Cot.

(75) *Μυστικῆς λατρείας.* Cyrillus Hierosolymitanus, catechesi Mystag. 5: Ἀπαρτισθῆναι τὴν πνευματικὴν θυσίαν, τὴν ἀναίμακτον λατρείαν ἐπὶ τῆς θυσίας ἐκείνης τοῦ ἱλασμοῦ. Dicitur etiam, λατρεία, λογικὴ καὶ ἀναίμακτος λατρεία, λογικὴ λατρεία, ἀναίμακτος θυσία, οἰκονομία λατρείας, et λατρεία οἰκονομίας. Eusebio, cap. 71, lib. IV, *De vita Constantini*; ἔνθεος λατρεία, atque μυστικὴ λειτουργία. In epistola synodica Cyrilli Alexandrini *ad Nestorium*: Τὴν ἀναίμακτον ἐν ταῖς ἐκκλησίαις τελοῦμεν θυσίαν· (vel juxta aliam lectionem quam sequitur Macarius Antiochenus, actione 8 concilii generalis VI, λατρείαν; vel quod vertitur a Dionysio Exiguo, θυσίας λατρείαν, *sacrificii servitutem*) πρόσιμέν τε οὕτω ταῖς μυστικαῖς εὐλογίαις. Id.

(76) Deest hæc inscriptio in cod. Vind., et quæ sequuntur, usque ad ἐπισκόποις, habentur tituli instar. Cler.

(77) *Ἐγὼ ὁ φιλούμενος ὑπὸ τοῦ Κυρίου.* Imitationem *Constitutionum* in ordinationibus presbyteri, diaconi et subdiaconi, circa nomina apostolorum Joannis, Philippi ac Thomæ, exhibebit *Euchologium* Allatianum. Cot.—Ad hæc verba ascriptum D hoc scholion in Vindob. cod.: Ἰωάννης ὁ Εὐαγγελιστὴς, ὁ ἀδελφὸς Ἰακώβου, φυγαδευθεὶς ὑπὸ Δομετιανοῦ ἐν Πατμῷ τῇ νήσῳ συνεγράψατο τὸ κατ' αὐτὸν Εὐαγγέλιον ἐν γ' Τραϊανοῦ χρόνῳ, καὶ ἐν Ἐφέσῳ ἰδίῳ τέλει χρησάμενος· οὗ τὸ λείψανον ζητηθὲν οὐχ εὑρηται. Id.

(78) *Κύριε, καὶ τὰ ἑξῆς.* In codice Vindob. hæc vocantur ἐπίκλησις χειροτονίας πρεσβυτέρου. Id.

(79) *Ψήφῳ καὶ κρίσει τοῦ κλήρου παντός.* Memorabilis est hanc in rem canon Theophili Alexandrini, quo formam ordinandis istam præscribit: Πᾶν τὸ ἱερατεῖον συμφωνεῖν καὶ αἱρεῖσθαι, καὶ τότε τὸν ἐπίσκοπον δοκιμάζειν, ἢ καὶ συναινοῦντος αὐτῷ τοῦ ἱερατείου, χειροτονεῖν ἐν μέσῃ τῇ ἐκκλησίᾳ, παρόντος τοῦ λαοῦ, καὶ προσφωνοῦντος τοῦ ἐπισκόπου, εἰ καὶ ὁ λαὸς δύναται αὐτῷ μαρτυρεῖν. Ex cleri electio, et populi testimonium. Auctor vero *Quæstionum Veteris et Novi Testamenti*, tomo IV S

Digitized by Google

ritu gratiæ et consilii, ut adjuvet ac gubernet populum tuum in corde mundo : quemadmodum respexisti in populum electum tuum, et sicut Moysi præcepisti eligere seniores, quos implevisti spiritu [34]. Et nunc, Domine, præsta, servans in nobis spiritum gratiæ tuæ non deficientem : ut repletus operationibus vim sanandi habentibus, ac sermone ad docendum apto, erudiat cum mansuetudine populum tuum; serviat tibi sincere, mente pura et anima volente atque sacra ; quæ pro populo celebrantur, inculpate perficiat ; per Christum tuum, cum quo tibi gloria, honor, ac veneratio, et sancto Spiritui, in sæcula. Amen.

## CAPUT XVII.

*De ordinatione diaconorum constitutio Philippi.*

De ordinatione vero diaconorum, ego Philippus constituo. Diaconum efficies, episcope, imponens ei manus, astante tibi cuncto presbyterio cum diaconis ; et orans, dices :

## CAPUT XVIII.

*Invocatio ordinationis diaconi.*

Deus omnipotens, verax, et neque fallens neque falsus, dives erga omnes te in veritate invocantes, terribilis in consiliis; sapiens cogitatione, fortis et magnus : exaudi orationem nostram, Domine, et auribus percipe deprecationem nostram ; et ostende faciem tuam super servum tuum hunc, electum tibi in diaconatus ministerium; et imple eum Spiritu sancto, et virtute, sicut implevisti Stephanum, martyrem, ac passionum Christi tui imitatorem [35]; et concede ei, ut cum sibi traditum ministerium probe, constanter, innocue, ac inculpabiliter administraverit, majore gradu dignus habeatur ; mediatore unigenito Filio tuo ; cum quo tibi gloria, honor ac veneratio, et sancto Spiritui, in sæcula. Amen.

## CAPUT XIX.

*De diaconissa constitutio Bartholomæi.*

De diaconissa vero, Bartholomæus constituo : Episcope, impones ei manus, astante presbyterio una cum diaconis ac diaconissis ; et dices :

## CAPUT XX.

*Invocatio in ordinatione diaconissæ.*

Deus æterne, Pater Domini nostri Jesu Christi,

σβυτέριον ἐπιδοθέντα, καὶ ἔμπλησον αὐτὸν πνεύματος χάριτος καὶ συμβουλίας, τοῦ ἀντιλαμβάνεσθαι καὶ κυβερνᾷν τὸν λαόν σου ἐν καθαρᾷ καρδίᾳ· ὃν τρόπον ἐπίδες ἐπὶ λαὸν ἐκλογῆς σου, καὶ προσέταξας Μωϋσῇ αἱρεῖσθαι πρεσβυτέρους, οὓς ἔπλησας πνεύματος. Καὶ νῦν, Κύριε, παράσχου, ἀνελλιπὲς τηρῶν ἐν ἡμῖν τὸ πνεῦμα τῆς χάριτός σου· ὅπως πλησθεὶς ἐνεργημάτων ἰατικῶν, καὶ λόγου διδακτικοῦ, ἐν πραότητι παιδεύῃ σου τὸν λαὸν, καὶ δουλεύῃ σοι εἰλικρινῶς ἐν καθαρᾷ διανοίᾳ καὶ ψυχῇ θελούσῃ, καὶ τὰς ὑπὲρ τοῦ λαοῦ ἱερουργίας ἀμώμους ἐκτελῇ, διὰ τοῦ Χριστοῦ σου· μεθ' οὗ σοι δόξα, τιμὴ καὶ σέβας, καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΖ'

*Περὶ χειροτονίας διακόνων, τοῦ Φιλίππου διάταξις* (80).

Περὶ δὲ χειροτονίας διακόνων, ἐγὼ Φίλιππος διατάσσομαι. Διάκονον καταστήσεις, ὦ ἐπίσκοπε, ἐπιθεὶς αὐτῷ τὰς χεῖρας, παρεστῶτός σοι παντὸς τοῦ πρεσβυτερίου καὶ τῶν διακόνων, καὶ ἐπευξάμενος ἐρεῖς·

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΗ'.

*Ἐπίκλησις χειροτονίας διακόνου.*

Ὁ Θεὸς, ὁ παντοκράτωρ, ὁ ἀληθινὸς καὶ ἀψευδής, ὁ πλουτῶν εἰς πάντας τοὺς ἐπικαλουμένους σε ἐν ἀληθείᾳ, ὁ φοβερὸς ἐν βουλαῖς, ὁ σοφὸς διανοίᾳ, ὁ κραταιὸς καὶ μέγας· εἰσάκουσον προσευχῆς ἡμῶν, Κύριε, καὶ ἐνώτισαι τὴν δέησιν ἡμῶν, καὶ ἐπίφανον τὸ πρόσωπόν σου ἐπὶ τὸν δοῦλόν σου τόνδε, τὸν προχειριζόμενόν σοι εἰς διακονίαν, καὶ πλῆσον αὐτὸν Πνεύματος ἁγίου, καὶ δυνάμεως, ὡς ἔπλησας Στέφανον τὸν μάρτυρα καὶ μιμητὴν τῶν παθημάτων τοῦ Χριστοῦ σου, καὶ καταξίωσον αὐτὸν εὐαρέστως λειτουργήσαντα τὴν ἐγχειρισθεῖσαν αὐτῷ διακονίαν, ἀτρέπτως, ἀμέμπτως, ἀνεγκλήτως, μείζονος ἀξιωθῆναι βαθμοῦ, διὰ τῆς μεσιτείας τοῦ μονογενοῦς σου Υἱοῦ· μεθ' οὗ σοι δόξα, τιμὴ καὶ σέβας, καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΘ'.

*Περὶ διακονίσσης, Βαρθολομαίου διάταξις.*

Περὶ δὲ διακονίσσης, Βαρθολομαῖος (81) διατάσσομαι· ὦ ἐπίσκοπε, ἐπιθήσεις αὐτῇ τὰς χεῖρας (82), παρεστῶτος τοῦ πρεσβυτερίου καὶ τῶν διακόνων καὶ τῶν διακονισσῶν, καὶ ἐρεῖς·

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Κ'.

*Ἐπίκλησις ἐπὶ χειροτονίας διακονίσσης.*

Ὁ Θεὸς ὁ αἰώνιος, ὁ Πατὴρ τοῦ Κυρίου ἡμῶν

[34] Exod. XVIII, XXIV, XXVIII. [35] Act. VI, VII.

## VARIORUM NOTÆ.

Augustini, quæst. 101, dicit testimonio diaconi fieri presbyterum : quam consuetudinem unius urbis Romæ esse docemur ab Hieronymo epist. 85. Vide si lubet concilium Carthag. IV, can. 22. Cot.

(80) Deest hæc inscriptio in cod. Vindob. ejusque loco hæc leguntur : Περὶ δὲ τῆς χειροτονίας, καὶ τὰ ἑξῆς, addito hoc scholio : Φίλιππος Ἀσιανὴ διοικήσει κηρύξας τὸν ζωποιὸν λόγον, ἐν Ἱεραπόλει τῆς Φρυγίας τέθαπται, ἅμα ταῖς θυγατράσιν, μαρτυρίῳ τελειωθεὶς ἐπὶ Δομετιανοῦ αὐτοκράτορος. Ὁ τὰς θυγατέρας ἔχων Φίλιππος ἐκ τῶν ζ' ἐστίν. Ὁ καὶ τὸν Εὐνοῦχον βαπτίσας. Cler.

(81) *Βαρθολομαῖος.* In cod. Vind. hic legitur hoc scholion : Βαρθολομαῖος Ἰνδοῖς τὸ κατὰ Ματθαῖον ἐκήρυξεν Εὐαγγέλιον, ὃς καὶ τέθαπται ἐν Ἰνδίᾳ. Ib.

(82) *Ἐπιθήσεις αὐτῇ τὰς χεῖρας.* Frequentissime Græci, rarissime Latini. Præter Wormatienses Patres ex concilio Chalcedonensi, Fortunatus in *Vita Radegundis. Manu superposita consecravit diaconam* Medardus episcopus. Vide supra. Cot.

Digitized by Google

Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὁ ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς δημιουργὸς, ὁ πληρώσας Πνεύματος Μαριὰμ καὶ Δεβόῤῥαν (83), καὶ Ἄνναν, καὶ Ὀλδὰν, ὁ μὴ ἀπαξιώσας τὸν μονογενῆ σου Υἱὸν γεννηθῆναι ἐκ γυναικὸς, ὁ καὶ ἐν τῇ σκηνῇ τοῦ μαρτυρίου καὶ ἐν τῷ ναῷ προχειρισάμενος τὰς φρουροὺς τῶν ἁγίων σου πυλῶν· αὐτὸς καὶ νῦν ἔπιδε ἐπὶ τὴν δούλην σου τήνδε, τὴν προχειριζομένην εἰς διακονίαν, καὶ δὸς αὐτῇ Πνεῦμα ἅγιον, καὶ καθάρισον αὐτὴν ἀπὸ παντὸς μολυσμοῦ σαρκὸς καὶ πνεύματος, πρὸς τὸ ἐπαξίως ἐπιτελεῖν αὐτὴν τὸ ἐγχειρισθὲν αὐτῇ ἔργον, εἰς δόξαν σὴν, καὶ ἔπαινον τοῦ Χριστοῦ σου· μεθ' οὗ σοι δόξα καὶ προσκύνησις, καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

A creator viri ac mulieris; qui Spiritu implevisti Mariam [36], Deboram [37], Annam [38], et Holdam [39]; qui non dedignatus es, ex muliere nasci unigenitum Filium tuum [40]; qui in tabernaculo testimonii et in templo feminas custodes sanctarum januarum tuarum instituisti: ipse nunc quoque respice in famulam tuam hanc, electam ad ministerium; et da ei Spiritum sanctum; et munda eam ab omni inquinamento carnis et spiritus [41]; ut opus sibi commissum perficiat condigne, in gloriam tuam et laudem Christi tui; cum quo tibi gloria atque adoratio, et sancto Spiritui, in sæcula. Amen.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΑ'.

*Περὶ ὑποδιακόνων διάταξις τοῦ Θωμᾶ* (84).

Περὶ δὲ ὑποδιακόνων, ἐγὼ Θωμᾶς διατάσσομαι ὑμῖν τοῖς ἐπισκόποις. Ὑποδιάκονον χειροτονῶν, ὦ ἐπίσκοπε, ἐπιθήσεις ἐπ' αὐτῷ τὰς χεῖρας, καὶ ἐρεῖς· Δέσποτα (85) Θεὲ, οὐρανοῦ καὶ γῆς δημιουργὲ καὶ πάντων τῶν ἐν αὐτοῖς, ὁ καὶ ἐν τῇ σκηνῇ τοῦ μαρτυρίου τοὺς νεωκόρους ἀναδείξας τῶν ἁγίων σου σκευῶν φύλακας· αὐτὸς καὶ νῦν ἐπίβλεψον ἐπὶ τὸν δοῦλόν σου τόνδε, τὸν προχειρισθέντα (86) ὑποδιάκονον, καὶ δὸς αὐτῷ Πνεῦμα ἅγιον, πρὸς τὸ ἐπαξίως ἐφάπτεσθαι τῶν λειτουργικῶν (87) σου σκευῶν, καὶ ποιεῖν τὸ θέλημά σου διαπαντὸς, διὰ τοῦ Χριστοῦ σου· μεθ' οὗ σοι δόξα, τιμὴ καὶ σέβας, καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

## CAPUT XXI.

*De subdiaconis constitutio Thomæ.*

B De subdiaconis autem, ego Thomas vobis episcopis constituo. Quando subdiaconum ordinas, episcope, impones super eum manus, et dices: Domine Deus, conditor cœli et terræ, omniumque quæ in eis continentur, qui in tabernaculo testimonii ædituos designasti, custodes sanctorum vasorum tuorum [42]: ipse nunc etiam aspice super hunc famulum tuum, qui subdiaconus creatus est; et da illi Spiritum sanctum, ut vasa ministerio tuo dicata attrectet pro dignitate, semperque voluntatem tuam faciat; per Christum tuum, cum quo tibi gloria, honor ac veneratio, et sancto Spiritui, in sæcula. Amen.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΒ'.

*Περὶ ἀναγνωστῶν, τοῦ Ματθαίου διάταξις* (88).

Περὶ δὲ ἀναγνωστῶν, ἐγὼ Ματθαῖος, ὁ καὶ Λευὶς (89), ὃ ποτε τελώνης, διατάσσομαι. Ἀναγνώστην

## CAPUT XXII.

*De lectoribus constitutio Matthæi.*

C De lectoribus vero, ego Matthæus, qui et Levis, olim publicanus, constituo. Lectorem crea, imponens ei manum; et Deum orans, dicito: Deus

[36] Exod. xv, 20. [37] Judic. iv, 4. [38] Luc. ii, 36. 7. [39] IV Reg. xxii, 14. [40] pseudo-Ignat. ad Antioch. 12. [41] II Cor. vii, 1. [42] Num. iii; I Paral. ix.

## VARIORUM NOTÆ.

(83) Δεβόῤῥαν. Varie effertur hoc nomen: Δεβώρα, Δεββόρα, Δεββῶρα, Δεββώρα, Δεβόῤῥα, Δεβώῤῥα, Δεββόῤῥα, et Δεββώῤῥα. Cot.

(84) Deest titulus, ejusque loco legitur in cod. Vindob.: Θωμᾶς ἐκήρυξε Παρθοῖς, Μήδοις, Πέρσαις, Γερμανοῖς (pro Καρμάνοις) Ὑρκανοῖς, Βακτριανοῖς, Βαρσοῖς, ὃς καὶ μαρτυρήσας κεῖται ἐν Ἐδέσῃ τῆς Ὀσδροηνῆς. Cler.

(85) *Δέσποτα.* In cod. Vind. inscribuntur hæc: *Ἐπίκλησις χειροτονίας ὑποδιακόνου.* Κεφ. κδ'. Id.

(86) *Προχειρισθέντα.* In ms. cod. Vind. χειροτονηθέντα. Id.

(87) *Λειτουργικῶν.* Ἱερῶν. Ibidem legitur. Id.

(88) *Περὶ, καὶ τὰ ἑξῆς.* Deest titulus in eodem cod. ejusque loco sunt duodecim prima capitis hujus verba. Id.

(89) *Ματθαῖος, ὁ καὶ Λευὶς.* Consentiunt antiqui et recentiores, id recte ex Evangeliorum comparatione colligentes. Etiam Origenes, cum loco relato in *Catena Matthæi*, tum præfatione explanationis in *Epistolam ad Romanos*. Quocirca ejus locus tom. I *in Celsum*, p. 48, a docto Scripturarum interprete Hugone Grotio objectus: Ἔστω δὲ καὶ ὁ Λεβῆς τελώνης ἀκολουθήσας τῷ Ἰησοῦ· ἀλλ' οὔτι γε τοῦ ἀριθμοῦ τῶν ἀποστόλων αὐτοῦ ἦν, εἰ μὴ κατά τινα τῶν ἀντιγράφων τοῦ κατὰ Μάρκον Εὐαγγελίου. *Sit et Levi publicanus, qui Jesum secutus est: non erat tamen ex apostolorum numero, nisi juxta quædam exemplaria secundum Marcum Evangelii.* Explicandus videtur per concessionem, ac de nomine, hoc in sensu: Detur Levin publicanum asseclam Christi, alium esse a Matthæo pariter publicano: at nomen Levis in Catalogis apostolorum non exstat, si excipias quosdam Marci evangelistæ codices. Qui codices, ni fallor, cap. 3, vers. 18, Levin Alphæi, non Jacobum Alphæi exhibebant, aut potius Λεβῆν pro Λεββαῖον· quemadmodum in editione Græca Theodoriti *Quæstionum*, quæst. 16, *in Numeros*, habetur Θαδδαῖος, ὁ καὶ Λεβί, ubi in Græco-Latino, Θαδδαῖος, ὁ καὶ Λεββαῖος. Græci posteriores Λευαῖον dicunt. Opponit adhuc Grotius Heracleonem Valentinianum hæreticum, cui in Clementis Alexandrini *Stromat.* iv, p. 502, Ματθαῖος et Λευὶς duo sunt. Sed forsan ab Heracleone non intelligitur Levi publicanus, Marc. ii, 14, et Luc. v, 27, memoratus; intelligitur autem Levi Lebbæus, ut dictum est Certe auctor Laterculi apostolorum supra positi ad libri ii finem, Levin τὸν καθήμενον ἐπὶ τὸ τελώνιον confundit cum Lebbæo, qui et Thaddæus ac Judas Jacobi. Atque ita defendi possunt Origenes et Heracleon. Verum excusationem nullam admittit quod in codice 1048, uno e multis Regiis Commentariorum Victoris Antiocheni in Marci Evangelium, nactus sum, ad textum laudatum ii, 14: Μάκρος μὲν καὶ Λουκᾶς συγκαλύπτουσι τὸ ὄνομα τῇ ἀρχαίᾳ προσηγορίᾳ. Αὐτὸς δὲ Ματθαῖος εὐαγγελιζόμενος τὰ καθ' ἑαυτὸν ἀπαγγέλλων λέγει· *Καὶ ἐθεάσατο Ματθαῖον τὸν τελώνην.*

Digitized by Google

aterne, multus in misericordia et miserationibus; qui mundi structuram per ea quæ facta sunt patefecisti, quique numerum electorum tuorum conservas: ipse et nunc respice super famulum tuum, cui committitur ut sanctas tuas Scripturas legat populo tuo, et da ei Spiritum sanctum, Spiritum propheticum. Qui Esdram famulum tuum instruxisti ad legendas populo tuo leges tuas [43]; nunc quoque a nobis rogatus, instrue famulum tuum; et da ei, ut opus traditum perficiendo sine reprehensione, dignus majore gradu declaretur; per Christum, cum quo tibi gloria, et cultus, ac Spiritui sancto, in sæcula. Amen.

A προχείρισαι, ἐπιθεὶς αὐτῷ τὴν χεῖρα, καὶ ἐπευξάμενος πρὸς τὸν Θεὸν, λέγε· Ὁ Θεὸς (90) ὁ αἰώνιος, ὁ πολὺς ἐν ἐλέει καὶ οἰκτιρμοῖς, ὁ τὴν τοῦ κόσμου σύστασιν διὰ τῶν ἐνεργουμένων φανεροποιήσας, καὶ τὸν ἀριθμὸν τῶν ἐκλεκτῶν σου διαφυλάττων· αὐτὸς καὶ νῦν ἔπιδε ἐπὶ τὸν δοῦλόν σου τὸν (91) ἐγχειριζόμενον τὰς ἁγίας σου Γραφὰς ἀναγινώσκειν τῷ λαῷ σου, καὶ δὸς αὐτῷ Πνεῦμα ἅγιον, Πνεῦμα προφητικόν. Ὁ σοφίσας Ἔσδραν τὸν θεράποντά σου ἐπὶ τὸ ἀναγινώσκειν τοὺς νόμους σου τῷ λαῷ σου· καὶ νῦν παρακαλούμενος ὑφ' ἡμῶν, σόφισον τὸν δοῦλόν σου, καὶ δὸς αὐτῷ, ἔργον ἀκατάγνωστον διανύσαντα τὸ ἐγχειρισθὲν αὐτῷ, ἄξιον ἀναδειχθῆναι μείζονος βαθμοῦ· διὰ Χριστοῦ, μεθ' οὗ σοι ἡ δόξα καὶ τὸ σέβας, καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

## CAPUT XXIII.

*Jacobi Alphæi constitutio de confessoribus.*

[44] Ego vero Jacobus Alphæi constituo de confessoribus. Confessor non fit ordinatione; res enim est voluntatis ac tolerantiæ: magno autem honore dignus est, ut qui coram gentibus et regibus confessus sit nomen Dei et Christi ejus. Quod si opus eo fuerit, in episcopum, aut presbyterum, aut diaconum, ordinatur. Si vero aliquis confessor, non ordinatus, aliquam hujusmodi dignitatem sibi prætextu confessionis vindicaverit et arripuerit, is deponatur et ejiciatur. Non enim est confessor; quandoquidem negavit Christi constitutionem, ac est infideli deterior [45].

B

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΓ'.

*Ἰακώβου τοῦ Ἀλφαίου περὶ ὁμολογητῶν διάταξις.*

Ἰάκωβος δὲ ὁ Ἀλφαίου, κἀγὼ διατάσσομαι περὶ ὁμολογητῶν. Ὁμολογητὴς οὐ χειροτονεῖται· γνώμης γὰρ τοῦτο καὶ ὑπομονῆς [46]· δὲ μεγάλης ἐπάξιος, ὡς ὁμολογήσας τὸ ὄνομα τοῦ Θεοῦ καὶ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ ἐνώπιον ἐθνῶν καὶ βασιλέων. Ἐὰν δὲ χρεία (92) αὐτοῦ ᾖ εἰς ἐπίσκοπον, ἢ πρεσβύτερον, ἢ διάκονον, χειροτονεῖται. Εἰ δέ τις ὁμολογητὴς, μὴ χειροτονηθεὶς, ἁρπάσῃ ἑαυτῷ ἀξίωμά τι τοιοῦτον, ὡς διὰ τὴν ὁμολογίαν, οὗτος καθαιρείσθω καὶ ἀποβαλλέσθω· οὐ γάρ ἐστιν· ἐπείπερ ἤρνηται τὴν Χριστοῦ διάταξιν, καὶ ἔστιν ἀπίστου χείρων.

[43] II Esdr. VIII. [44] pseudo-Ignat. ad Antioch. 12. [46] Lege et interpunge sic.... ὑπομονῆς· τιμῆς δὲ μεγάλης, supplendo voculam quæ deesse videtur. Edit. Patrol. [45] I Tim. v, 8.

## VARIORUM NOTÆ.

Ἐλέγχων ἑαυτοῦ τὸ τραῦμα. Ζητητέον οὖν εἰ ὁ αὐτὸς τελώνης ἐστὶ παρὰ τοῖς τρισὶ καλούμενος Ματθαῖος, Λευὶς, Ἰάκωβος· καὶ εἰ υἱὸς ἦν Ἀλφαίου. Ἀυωνυμίας δὲ κατὰ τὴν Γραφὴν καὶ ἐπ' ἄλλων ἐστὶν εὑρεῖν. Ὡς ἐπὶ τοῦ πενθεροῦ Μωσέως, ποτὲ μὲν ὀνομαζομένου Ἰοθὸρ, ποτὲ δὲ Ῥαγουήλ. Ὁμοίως δὲ καὶ ἐν τῇ τρίτῃ τῶν Βασιλειῶν περὶ Ἀδὲρ καὶ Ἱεροβοάμ· οὐ γάρ εἰσι δύο, ἀλλ' εἷς ἀμφοτέροις ὀνόμασι καλούμενος. Ἐκ τοῦ οὖν διαφωνίαν ἔχειν τὸ κατὰ Μάρκον Εὐαγγέλιον τῶν καταλόγων τῶν ιϐ' ἀποστόλων, καὶ ὡς ἔν τισι μὲν, παράγων εἶδε Ἰάκωβον τὸν τοῦ Ἀλφαίου καθήμενον ἐπὶ τὸ τελώνιον, ἔν τισι δὲ, Ματθαῖον τὸν τελώνην, ἐρεῖ τις ὅτι δύο ἦσαν ἐκ τῶν δώδεκα τελῶναι, Ματθαῖος καὶ Ἰάκωβος Ἀλφαίου· ὅπερ οὐκ ἔστιν· εἷς γὰρ καὶ ὁ αὐτός ἐστι. Hoc est: *Marcus quidem et Lucas nomen veteri appellatione obtegunt. Ipse vero Matthæus in Evangelio suo quæ ad se pertinebant enuntians, ait: « Et vidit Matthæum publicanum (Matth. IX, 9), » manifestando vulnus suum. Quæri ergo debet an idem publicanus sit, a tribus appellatus, Matthæus, Levis, Jacobus, et utrum filius fuerit Alphæi. Enim vero duo nomina in aliis etiam hominibus apud Scripturam invenias, ut in socero Moysis, qui interdum nuncupatur Jethro, interdum Raguel. Simili quoque modo in III Regum libro circa Aderem et Jeroboamum: non enim duo sunt, sed unus utroque nomine vocatus. Itaque ex eo quod Evangelium secundum Marcum contineat discrepantiam ab enumerationibus apostolorum duodecim; et quia in quibusdam quidem, cum præteriret, vidit Jacobum Alphæi sedentem ad telonium, in quibusdam vero, publicanum Matthæum; dicet aliquis duos exstitisse e duodenis publicanos,* C *Matthæum et Jacobum Alphæi: quod ita non se habet; unus enim idemque est.* En ut gravissimo errore, directe contra Evangelia et apostolorum Acta militante, Jacobus Alphæi a Matthæo seu Levi non distinguitur. Errandi occasionem dedit mendosa lectio, apud Marcum, εἶδε Ἰάκωβον τὸν τοῦ Ἀλφαίου καθήμενον ἐπὶ τὸ τελώνιον, a Victore indicata. Cæterum de Victoris presbyteri Antiocheni Commentariis in Marci Evangelium, præter ea quæ viri eruditi docuere, notandum est exstare eam interpretationem in Biblioth. Cæsarea Vindobonensi codice ms. inter Lambecianos lib. III, 38, sed sine auctoris nomine. Cot.

(90) *Ὁ Θεός.* Scholium additum est in cod. Vind. Ἐπίκλησις χειροτονίας ἀναγνωστῶν. Cler.

(91) *Τὸν δοῦλόν σου τόν.* Desunt hæc perperam in cod. Vindob. Id.

(92) *Ἐὰν δὲ χρεία*, etc. Ad sacrorum ordinum honores promoveri solebant confessores, teste Cyprian epist. 33, 34, 35; et ante illum Tertulliano D *adversus Valentianos*, cap. 4. Cujus locum, utpote memorabilem brevemque ascribam: *Speraverat episcopatum Valentinus, quia et ingenio poterat et eloquio; sed alium ex martyrii prærogativa loci potitum indignatus, de Ecclesia authenticæ regulæ abrupit.* Ex constitutione vir multæ doctrinæ Joannes Morinus *De sacris ordinationibus*, exercitatione II, cap. 2, n. ult., concludere nititur, confessores ordinatos fuisse in diaconos et presbyteros, absque susceptione inferiorum graduum; itemque exorcistas, ex *Constitut.* cap. 26, conclusurus eodem modo de episcopatu, si voluisset: cum nihil tale noster. Cot.

Digitized by Google

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΔ'.

*Τοῦ αὐτοῦ (93) περὶ παρθένων.*

Ὁ αὐτὸς, περὶ παρθένων διατάσσομαι (94)· Παρθένος οὐ χειροτονεῖται. Ἐπιταγὴν γὰρ Κυρίου οὐκ ἔχομεν· γνώμης γάρ ἐστι τὸ ἔπαθλον· οὐκ ἐπὶ διαβολῇ τοῦ γάμου, ἀλλ' ἐπὶ σχολῇ τῆς εὐσεβείας.

## CAPUT XXIV.

*Ejusdem de virginibus.*

Ipse ego constituo de virginibus. Non ordinatur virgo. Præceptum enim Domini non habemus [46]. Siquidem voluntatis est hæc certaminis gloria; non ad criminandum matrimonium, sed ad vacandum pietati.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΕ'.

*Λεββαίου (95) τοῦ ἐπικληθέντος Θαδδαίου περὶ χηρῶν διάταξις.*

Κἀγὼ Λεββαῖος ὁ ἐπικληθεὶς Θαδδαῖος, τάδε περὶ χηρῶν (96) διατάσσομαι. Χήρα οὐ χειροτονεῖται· ἀλλ' εἰ μὲν ἐκ πολλοῦ ἀπέβαλε τὸν ἄνδρα, καὶ σωφρόνως καὶ ἀκαταγνώστως ἔζησε, καὶ τῶν οἰκείων ἄριστα ἐπεμελήθη, ὡς Ἰουδὶθ καὶ Ἄννα, αἱ σεμνόταται, κατατασσέσθω εἰς τὸ χηρικόν. Εἰ δὲ νεωστὶ ἀπέβαλε τὸν ὁμόζυγον, μὴ πιστευέσθω, ἀλλὰ χρόνῳ νεότης κρινέσθω. Τὰ γὰρ πάθη ἔσθ' ὅτε καὶ συγχηρᾷ (97) ἀνθρώποις, εἰ μὴ [49] ὑπὸ κρείττονος χαλινοῦ εἰργόμεθα [50].

## CAPUT XXV.

*Lebbæi cognomento Thaddæi constitutio de viduis.*

Et ego Lebbæus, cognominatus Thaddæus, hæc de viduis constituo. Vidua non ordinatur: sed si multo ante amisit virum, et caste ac inculpabiliter vixit, ac domesticorum optime curam gessit, ut Juditha [47] et Anna [48], sanctissimæ feminæ, cooptetur in gradum vidualem. Quod si nuper amisit conjugem, ne illi credatur, sed tempore adolescentia dijudicetur. Perturbationes enim interdum cum hominibus consenescunt, nisi potiori freno coerceamur.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΣ'.

*Ὁ αὐτὸς περὶ ἐπορκιστοῦ.*

Ὁ αὐτὸς (98), περὶ ἐπορκιστοῦ διατάσσομαι. Ἐπορκιστὴς (99) οὐ χειροτονεῖται. Εὐνοίας γὰρ ἑκουσίου τὸ ἔπαθλον, καὶ χάριτος Θεοῦ διὰ Χριστοῦ, ἐπιφοιτήσει τοῦ ἁγίου Πνεύματος· ὁ γὰρ λαβὼν χάρισμα ἰαμάτων, δι' ἀποκαλύψεως ὑπὸ Θεοῦ ἀναδείκνυται, φανερᾶς οὔσης πᾶσι τῆς ἐν αὐτῷ χάριτος. Ἐὰν δὲ χρεία αὐτοῦ γένηται εἰς ἐπίσκοπον, ἢ πρεσβύτερον, ἢ διάκονον, χειροτονεῖται.

## CAPUT XXVI.

*Idem de exorcista.*

[51] Ipse egomet, de exorcista constituo. Exorcista non ordinatur. Hæc enim certaminis laus pendet a libera et bona voluntate, et a gratia Dei per Christum, adventu Spiritus sancti. Qui enim accepit charisma, seu donum sanationum, per revelationem a Deo declaratur, cunctisque manifesta est gratia quæ est in ipso. Si autem opus eo fuerit, in episcopum, vel presbyterum, vel diaconum ordinatur.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΖ'.

*Σίμων (100) ὁ Κανανίτης, περὶ τοῦ ὑπὸ πόσων ὀφείλει χειροτονεῖσθαι ὁ ἐπίσκοπος.*

Σίμων δὲ ὁ Κανανίτης, κἀγὼ διατάσσομαι ὑπὸ πό-

## CAPUT XXVII.

*Simon Cananita de episcopo, a quot debeat ordinari.*

Et vero ego Simon Cananæus constituo, a quot

[46] I Cor. VII, 25. [47] Judith. VIII. [48] Luc. II. [49] al. συνηγορεῖ ἀνθρώποις μή. [50] al. εἰργόμενα. Sic Vind. cod. [51] pseudo-Ignat. ad Antioch. 12.

## VARIORUM NOTÆ.

(93) *Τοῦ αὐτοῦ.* Desunt in cod. Vind. CLER.

(94) *Διατάσσομαι.* Deest in eodem. ID.

(95) *Λεββαίου.* Deest inscriptio hæc in eodem. In utroque hæc adduntur: Θαδδαῖος ὁ καὶ Λεββαῖος, ὁ ἐπικαλούμενος Ἰούδας ζηλώτης Ἐδαισήνοις κηρύξας τὸν λόγον καὶ τοῦ ἐν τῇ μέσῃ τῶν ποταμῶν Ἀβγάρου Ἐδέσης τοπαρχοῦντος, τέθαπται ἐν Βηρύτῳ τῆς Φοινίκης. ID.

(96) *Περὶ χηρῶν.* Inter multa decreta ad hasce viduas pertinentia, est quoque canon 27 concilii Arausicani I, ita habens in editione Sirmondana..... *De viduis professis, si nupserint aut raptæ fuerint.... Viduitatis servandæ professionem, coram episcopo in secretario habitam, imposita ab episcopo veste viduali indicandam. Raptores vero talium, vel ipsam talis professionis desertricem, merito esse damnandam.*

Ubi *indicandam* exponet alius: ego autem mutabo in *vindicandam*, cujus loco cæteræ editiones, *non esse violandam*; legamque, *imposita ab episcopo veste viduali, vindicandam.* COT.

(97) *Συγχηρᾷ.* Lectio diversa, συνηγορεῖ, corrupta est ex συγχηρεῖ. ID.

(98) *Ὁ αὐτός.* Hæ et tres sequentes voces absunt in cod. Vind. CLER.

(99) *Ἐπορκιστής.* Initio fungebantur hoc munere omnes Christiani. In Tertulliano *De idololatria*, cap. 11: *Quo ore Christianus thurarius, si per templa transibit, fumantes aras despuet, et exsufflabit, quibus ipse prospexit? qua constantia exorcizabit alumnos suos, quibus domum suam cellarium præstat? Ille quidem si excluserit dæmonium, non sibi placeat de fide, neque enim inimicum exclusit; facile debuit de eo impetrare quem quotidie pascit.* Quem locum e multis unum selegi, ut indicarem cujusdam viri docti jocularem errorem: quod Tertullianus illic doceat, solitos a parentibus exorcizari proprios filios: quasi per *alumnos*, Afrorum doctissimus intelligeret liberos; cum ita vocet dæmones, quod mercibus thurarii pascerentur. Idem Septimius *De præscriptione hæreticorum*, cap. 41, procacitatem mulierum hæreticarum insectatur, quæ exorcismos agere audebant. Postea charisma expellendi dæmones paucioribus a Deo concessum est, sive ex clero, sive de plebe: Origenes, lib. VII, *contra Celsum*, paulo post initium. Atque hos solos exorcistas agnoscebat Ecclesia pseudo-Clementis nostri, carens, instar plurimarum, exorcistis certo genere clericorum. COT.

(100) *Σίμων*, etc. Deest hic titulus in cod. Vind. Sed loco tituli est Σίμων ὁ Κανανίτης, κήρυξ τοῦ λόγου, σταυρῷ τελειοῦται, ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ, ἐπὶ Δομετιανοῦ. CLER.

Digitized by Google

ordinari episcopus debeat. Episcopus a tribus vel duobus episcopis ordinetur. Si quis autem ordinatus fuerit ab uno episcopo, deponatur, et ipse, et is qui ordinavit eum. Quod si necessitas incidens coegerit ab uno ordinari, eo quod propter persecutionem, aut aliam similem causam plures interesse non possint, afferat auctoritatem mandati plurium episcoporum.

σων ὀφείλει χειροτονεῖσθαι ὁ ἐπίσκοπος. Ἐπίσκοπος ὑπὸ τριῶν ἢ δύο ἐπισκόπων χειροτονείσθω. Ἐὰν δέ τις ὑπὸ ἑνὸς χειροτονηθῇ ἐπισκόπου, καθαιρείσθω, καὶ αὐτὸς, καὶ ὁ χειροτονήσας αὐτόν. Ἐὰν δὲ ἀνάγκη καταλάβῃ ὑπὸ ἑνὸς χειροτονηθῆναι, διὰ τὸ μὴ δύνασθαι πλείονας παραγενέσθαι διωγμοῦ ὄντος, ἢ ἄλλης τοιαύτης αἰτίας, ψήφισμα κομιζέσθω τῆς ἐπιτροπῆς πλειόνων ἐπισκόπων.

## CAPUT XXVIII.

*Ejusdem canones de episcopis, presbyteris, diaconis, et reliquis clericis.*

[83] Idem ipse, constituo de canonibus. Episcopus benedicit, non benedicitur; manus imponit, ordinat, offert; benedictionem ab episcopis accipit, a presbyteris vero nequaquam. Episcopus deponit omnem clericum dignum qui deponatur, excepto episcopo : id enim solus non potest. Presbyter benedicit, non benedicitur; benedictionem recipit ab episcopo, et a compresbytero; eamque pariter compresbytero dat : manus imponit, non ordinat;

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΗ'.

*Τοῦ αὐτοῦ* (1) *κανόνες περὶ ἐπισκόπων, πρεσβυτέρων, διακόνων, καὶ λοιπῶν κληρικῶν.*

Ὁ αὐτὸς (2), διατάσσομαι περὶ κανόνων. Ἐπίσκοπος εὐλογεῖ, οὐκ εὐλογεῖται· χειροθετεῖ, χειροτονεῖ, προσφέρει, εὐλογίαν παρὰ ἐπισκόπων λαμβάνει, παρὰ δὲ πρεσβυτέρων οὐδαμῶς (3)· ἐπίσκοπος καθαιρεῖ πάντα κληρικὸν (4) ἄξιον ὄντα καθαιρέσεως, πλὴν ἐπισκόπου· μόνος γὰρ οὐχ οἷός τε (5). Πρεσβύτερος εὐλογεῖ, οὐκ εὐλογεῖται· εὐλογίας δέχεται παρὰ ἐπισκόπου, καὶ (6) συμπρεσβυτέρου, ὡσαύτως ἐπιδίδωσι συμπρεσβυτέρῳ· χειροθετεῖ, οὐ χειροτονεῖ· οὐ καθαιρεῖ, ἀφορίζει δὲ τοὺς

[83] I. pseudo-Ignat. ad Heron. 3.

## VARIORUM NOTÆ.

(1) *Τοῦ αὐτοῦ*, etc. Deest titulus in cod. Vind. CLER.

(2) *Ὁ αὐτός*. Hæc et hic seqq. verba sunt loco inscriptionis, in cod. Vind. ID.

(3) *Παρὰ δὲ πρεσβυτέρων οὐδαμῶς. Sine ulla contradictione, quod minus est, a meliore benedicitur.* Hebr. VII, 7. Additur a Nicolao papa, epist. 8, nullum jus inferiores habere ut benedicant præpositis suis. Interdum tamen per humilitatem majores minoribus virtute præstantibus caput submittebant. Ut de quodam sancto monacho refertur apud Severum, dialogo 1, cap. 14 : *Episcopi quoque sanctissimi*, inquit, *sacerdotali auctoritate deposita, contingi se ab eo, atque benedici humiliter postulantes, sanctificatos se, ac divino munere illustratos, quoties manum illius vestemque contigerant, non immerito crediderunt.* COT.

(4) *Ἐπίσκοπος καθαιρεῖ πάντα κληρικόν*. Hoc jus primum fuisse discimus etiam ex epist. Cypriani 65, et Hieronymi 53, 61. Sed ei postea derogatum est, ob quorumdam tyrannicam licentiam : juxta effatum concilii Hispalensis II : *Episcopus sacerdotibus ac ministris solus honorem dare potest, auferre solus non potest*, can. 6, cujus canonis extrema mutile ac depravate leguntur apud Reginonem, Appendice 1, cap. 31, sic : *Sed præstanti synodali judicio quod canon de illis præceperit;* pro, *sed præsentati synodali judicio, quod canon de illis præceperit, definiri* (repete ex præcedentibus, *poterit*). Cæterum circa celeberrimam depositionem Arii presbyteri, et sociorum, nactus in Bibliotheca Regis, codice 2417, Alexandri Alexandrini allocutionem ineditam, dignissimam quæ hic attexeretur judicavi.

*Καθαίρεσις Ἀρείου καὶ τῶν σὺν αὐτῷ, ὑπὸ Ἀλεξάνδρου, ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας.*

ἈΛΕΞΑΝΔΡΟΣ πρεσβυτέροις καὶ διακόνοις Ἀλεξανδρείας καὶ Μαρεώτου παρὼν παροῦσιν, ἀγαπητοῖς ἀδελφοῖς ἐν Κυρίῳ χαίρειν.

*Depositio Arii et eorum qui cum illo, per Alexandrum archiepiscopum Alexandriæ.*

ALEXANDER, presbyteris et diaconis Alexandriæ atque Mareotæ præsens præsentibus, dilectis fratribus in Domino salutem.

Licet jam subscripseritis illis quæ ad Arium et Arianos misi, adhortans eos ad negandam impietatem et ad assentiendum sanæ atque catholicæ fidei, rectamque sententiam vestram ostenderitis, necnon in dogmatibus consonantiam cum Ecclesia catholica; tamen quia et ad omnes ubique terrarum comministros de Ariana secta litteras dedi, necessarium censui, ut vos quidem civitatis clericos congregarem, vos vero qui de Mareota estis arcesserem, præcipue cum ex vobis quoque Chares et Pistus presbyteri, Serapio, Parammon, Zosimus et Irenæus diaconi, Arianos assectati fuerint, atque cum illis deponi voluerint; quo tum quæ nunc scriptis mandata sunt cognoscatis, tum vestrum in iis consensum demonstretis, itemque Arii, Pisti, sociorumque depositioni suffragemini. Decet enim vos quæ a me scripta sunt scire, et unumquemque ea quasi a se essent exarata, corde retinere.

Εἰ καὶ φθάσαντες ὑπογράψατε οἷς ἐπέστειλα τοῖς περὶ Ἄρειον, προτρέπων αὐτοῖς [f. αὐτοὺς] ἀρνήσασθαι μὲν τὴν ἀσέβειαν, πεισθῆναι δὲ τῇ ὑγιαινούσῃ καὶ καθολικῇ πίστει, καὶ ἐδείξατε ἑαυτῶν ὀρθὴν τὴν προαίρεσιν, καὶ τὴν ἐν τοῖς δόγμασι συμφωνίαν τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας, ὅμως ἐπειδὴ καὶ πρὸς τοὺς ἀπανταχοῦ συλλειτουργοὺς ἐπέστειλα περὶ τῶν περὶ Ἄρειον, ἀναγκαῖον ἡγησάμην ὑμᾶς μὲν τοὺς τῆς πόλεως κληρικοὺς συναγαγεῖν, ὑμᾶς δὲ τοὺς ἀπὸ τοῦ Μαρεώτου μεταπέμψασθαι, μάλιστα ὅτι καὶ ἀφ' ὑμῶν Χάρης καὶ Πιστὸς πρεσβύτεροι, καὶ Σαραπίων, καὶ Παράμμων, καὶ Ζώσιμος, καὶ Εἰρηναῖος διάκονοι, ἐπηκολούθησαν τοῖς περὶ Ἄρειον, καὶ ἠγάπησαν σὺν αὐτοῖς καθαιρεθῆναι· ἵνα καὶ τὰ νῦν γραφόμενα γνῶτε, τήν τε ἐν τούτοις συμφωνίαν ἑαυτῶν ἐπιδείξησθε, καὶ τῇ καθαιρέσει τῶν περὶ Ἄρειον καὶ τῶν περὶ Πιστὸν σύμψηφοι γένησθε. Πρέπει γὰρ τὰ παρ' ἐμοῦ γραφόμενα γινώσκειν ὑμᾶς, καὶ ἕκαστον ὡς παρ' αὐτοῦ γραφόμενα, ἐν τῇ καρδίᾳ κατέχειν.

Vide Lambecium Biblioth. Cæsar., lib. III, ms. 87, pag. 87. COT.

(5) *Οἷός τε*. Additur ἐστίν in codice Vindobonensi. CLER.

(6) *Καί*. Καὶ παρά, idem cod.

Digitized by Google

ὑποβεβηκότας, ἐὰν ὦσιν ὑπεύθυνοι τῇ τοιαύτῃ τιμωρίᾳ. Διάκονος οὐκ εὐλογεῖ, οὐ δίδωσιν εὐλογίαν, λαμβάνει δὲ παρὰ ἐπισκόπου καὶ πρεσβυτέρου· οὐ βαπτίζει (7)· οὐ προσφέρει, τοῦ δὲ ἐπισκόπου προσενεγκόντος ἢ τοῦ πρεσβυτέρου, αὐτὸς ἐπιδίδωσι τῷ λαῷ, οὐχ ὡς ἱερεύς, ἀλλ' ὡς διακονούμενος ἱερεῦσι. Τῶν δὲ ἄλλων κληρικῶν τὸ τοῦ διακόνου ἔργον ποιῆσαι οὐδενὶ ἐξόν. Διακόνισσα οὐκ εὐλογεῖ· ἀλλ' οὐδέ τι ὧν ποιοῦσιν οἱ πρεσβύτεροι, ἢ οἱ διάκονοι, ἐπιτελεῖ, ἀλλ' ἢ τοῦ φυλάττειν τὰς θύρας, καὶ ἐξυπηρετεῖσθαι τοῖς πρεσβυτέροις ἐν τῷ βαπτίζεσθαι τὰς γυναῖκας, διὰ τὸ εὐπρεπές. Διάκονος ἀφορίζει ὑποδιάκονον, ἀναγνώστην, ψάλτην, διακόνισσαν, ἐὰν ᾖ τι τοιοῦτον μὴ παρόντος πρεσβυτέρου. Ὑποδιακόνῳ οὐκ ἔξεστιν ἀφορίσαι, οὔτε μὴν (8) ἀναγνώστην, οὔτε ψάλτην, οὔτε διακόνισσαν (9), οὐ κληρικὸν, οὐ λαϊκόν. Ὑπηρέται γάρ εἰσι διακόνων.

non deponit, segregat autem ac excommunicat inferiores, si eam pœnam mereantur. Diaconus non benedicit, non dat benedictionem, accipit vero ab episcopo et presbytero; non baptizat; non offert; ipse vero, cum episcopus aut presbyter obtulit, dat populo, non tanquam sacerdos, sed tanquam ministrans sacerdotibus. Nulli autem ex reliquis clericis licet opus diaconi facere[33]. Diaconissa non benedicit; sed nec peragit quidquam eorum quæ presbyteri aut diaconi faciunt; duntaxat januas custodit; et presbyteris, quando baptizantur mulieres, ministrat, propter decorum. Diaconus excommunicat subdiaconum, lectorem, cantorem, diaconissam; si absente presbytero res id postulet. Subdiacono non licet segregare, neque lectorem, neque cantorem, neque diaconissam; non clericum, non laicum: ministri enim sunt diaconorum.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΘ'.

*Περὶ εὐλογίας* (10) *ὕδατος καὶ ἐλαίου, τοῦ Ματθαίου διάταξις.*

Περὶ δὲ ὕδατος καὶ ἐλαίου, ἐγὼ Ματθαῖος διατάσσομαι. Εὐλογείτω ὁ ἐπίσκοπος τὸ ὕδωρ, ἢ τὸ ἔλαιον· ἐὰν δὲ μὴ παρῇ, εὐλογείτω ὁ πρεσβύτερος, παρεστῶτος τοῦ διακόνου. Ἐπὰν δὲ ὁ ἐπίσκοπος παρῇ, παριστάσθω ὁ πρεσβύτερος καὶ ὁ διάκονος· λεγέτω δὲ οὕτως· Κύριε Σαβαὼθ, ὁ Θεὸς τῶν δυνάμεων, κτίστα τῶν ὑδάτων καὶ χορηγὲ τοῦ ἐλαίου, οἰκτίρμον καὶ φιλάνθρωπε, ὁ δοὺς τὸ ὕδωρ πρὸς πόσιν καὶ κάθαρσιν, καὶ ἔλαιον τοῦ ἱλαροῦναι πρόσωπον εἰς ἀγαλλίαμα εὐφροσύνης· αὐτὸς καὶ νῦν διὰ Χριστοῦ ἁγίασον τὸ ὕδωρ τοῦτο καὶ ἔλαιον, ἐπ' ὀνόματι τοῦ προσκομίσαντος, ἢ τῆς προσκομισάσης, καὶ δὸς δύναμιν ὑγιείας ἐμποιητικὴν, νόσων ἀπελαστικὴν, δαιμόνων φυγαδευτικὴν, πάσης ἐπιβουλῆς διωκτικὴν, διὰ Χριστοῦ, τῆς ἐλπίδος ἡμῶν· μεθ' οὗ σοι δόξα, τιμὴ καὶ σέβας, καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

## CAPUT XXIX.

*De benedictione aquæ et olei, Matthæi constitutio.*

De aqua autem et oleo, constituo ego Matthæus. Benedicat episcopus aquam et oleum. Sin vero non adsit, benedicat presbyter, præsente diacono. Quando autem aderit episcopus, assistant presbyter, et diaconus; hunc vero in modum dicat: Domine Sabaoth, Deus virtutum; creator aquarum, et largitor olei; misericors, et hominum studiose; qui dedisti aquam ad potum ac expurgationem, et oleum ad exhilarandum vultum in exsultationem lætitiæ: ipse et nunc per Christum sanctifica hanc aquam atque hoc oleum, nomine illius qui obtulit, aut illius quæ obtulit; et da vim effectricem sanitatis, morborum expultricem, dæmonum fugatricem, omnium insidiarum profligatricem, per Christum spem nostram; cum quo tibi gloria, honor, ac veneratio, et sancto Spiritui, in sæcula. Amen.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Λ'.

*Τοῦ αὐτοῦ περὶ ἀπαρχῶν καὶ δεκατῶν.*

(11) Ὁ αὐτὸς, περὶ ἀπαρχῶν καὶ δεκατῶν. Ἔτι προστάσσω, πᾶσαν ἀπαρχὴν προσκομίζεσθαι τῷ ἐπισκόπῳ καὶ τοῖς πρεσβυτέροις καὶ τοῖς διακόνοις, εἰς διατροφὴν αὐτῶν· πᾶσαν δὲ δεκάτην προσφέρεσθαι, εἰς διατροφὴν τῶν λοιπῶν κληρικῶν, καὶ τῶν παρθένων, καὶ τῶν χηρῶν, καὶ τῶν ἐν πενίᾳ ἐξεταζομένων. Αἱ γὰρ ἀπαρχαὶ τῶν ἱερέων εἰσὶ, καὶ τῶν αὐτοῖς ἐξυπηρετουμένων διακόνων.

## CAPUT XXX.

*Ejusdem, de primitiis et decimis.*

Idem, de primitiis et decimis. Adhuc injungo, ut omnes primitiæ afferantur episcopo, et presbyteris, et diaconis, ad eorum alimentum; utque omnes decimæ offerantur, ad alendos reliquos clericos, et virgines, ac viduas, et paupertate afflictos. Primitiæ enim, sacerdotum sunt, atque iis ministrantium diaconorum.

[33] Citat Harmenopulus, in *Epit. can.* sect. 2, tit. 4; l. pseudo-Iguat. ad Antioch. 12.

## VARIORUM NOTÆ.

(7) *Οὐ βαπτίζει*, etc., usque ad *οὐδενὶ ἐξόν*. Citatur in fine Responsionum Niceæ Heracleensis ad Interrogationes Constantini episcopi, prout exstant in mss. tribus ad calcem Matthæi Blastaris, duobus Regiis, tertio Juliano. Cot.

(8) *Οὔτε μὴν*, καὶ τὰ ἑξῆς. Cod. Vindob. habet in dativo ἀναγνώστῃ, ψάλτῃ et διακονίσσῃ, ut res vetetur lectori, cantori et diaconissæ. Cler.

(9) *Ἀναγνώστην, οὔτε ψάλτην, οὔτε διακόνισσαν.* Silentio tegi non debet varia lectio codicis Regii qui notatur numero 2392 : Ἀναγνώστῃ, ἢ ψάλτῃ, ἢ διακονίσσῃ. Cot.

(10) *Περὶ εὐλογίας*, κ. τ. λ. Tota inscriptio deest, ejusque loco legitur : Ματθαῖος ἐν Ἰουδαΐᾳ διδάσκων τὸν Χριστοῦ λόγον, τῶν ἑβδομήκοντα γεγονὼς μαθητῶν, ὁ μετὰ τὴν Χριστοῦ ἄνοδον συγκατηριθμητο τοῖς δώδεκα Ἀποστόλοις ἀντὶ Ἰούδα τοῦ γενομένου προδότου· κεῖται ἐν Ἱερουσαλήμ. Sed pro *Matthæo* legendum erat *Matthiam*. Vide Act. 1, 23. Cler.

(11) *Ὁ αὐτός*, etc. Deest inscriptio, cujus loco sunt sex verba sequentia.

Digitized by Google

## CAPUT XXXI.

*Ejusdem, de iis quæ supersunt.*

Idem, de reliquiis constituo. Eulogias quæ in mysticis oblationibus supersunt, diaconi ex voluntate episcopi aut presbyterorum distribuant clero; episcopo partes quatuor, presbytero partes tres, diacono partes duas; cæteris vero, subdiaconis, vel lectoribus, vel cantoribus, vel diaconissis, partem unam. Id enim pulchrum et coram Deo acceptum est, unumquemque secundum suam dignitatem honorari : nam Ecclesia non confusionis, sed ordinis est schola.

## CAPUT XXXII.

*Varii canones Pauli apostoli de iis qui accedunt ad baptismum; quos oporteat admittere, et quos rejicere.*

Et ego Paulus, apostolorum minimus [84], hæc de canonibus constituo vobis episcopis et presbyteris. Qui primo ad mysterium pietatis accedunt, episcopo vel presbyteris per diaconos adducantur; et causas exquirantur quare se ad verbum Domini adjunxerint : quique obtulerunt, testimonium eis præbeant, diligenter exploratis quæ ad eos spectant. Examinentur autem eorum mores ac vita; et an servi sint, vel liberi. Atque si fidelis seu Christiani servus fuerit, interrogetur dominus ejus, utrum ei testimonium perhibeat : si non perhibet, rejiciatur, donec domino probaverit dignum se esse; si vero ei perhibet testimonium, admittatur. Quod si ethnici sit famulus, doceatur placere domino, ut Verbum et Christiana religio non aspergatur infamia [85]. [86] Rursus si habet uxorem, aut mulier virum; edoceantur se mutuo, conjuges, esse contenti; sin vero non sunt matrimonio conjuncti, discant non scortari, sed legitimo sociari connubio. Si autem dominus ejus, cum sit fidelis, et sciat quod ille scortetur, non dat ei uxorem, aut mulieri virum, excommunicetur. Si quis vero dæmonem

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΛΑ'.

*Τοῦ αὐτοῦ (12) περὶ περισσευμάτων.*

Ὁ αὐτὸς, περὶ περισσευμάτων διατάσσομαι. Τὰς περισσευούσας ἐν τοῖς μυστικοῖς εὐλογίας (13), κατὰ γνώμην τοῦ ἐπισκόπου ἡ τῶν πρεσβυτέρων οἱ διάκονοι διανεμέτωσαν τῷ κλήρῳ· τῷ ἐπισκόπῳ μέρη τέσσαρα, πρεσβυτέρῳ μέρη τρία, διακόνῳ μέρη δύο· τοῖς δὲ ἄλλοις, ὑποδιακόνοις, ἢ ἀναγνώσταις, ἢ ψάλταις, ἢ διακονίσσαις, μέρος ἕν. Τοῦτο γὰρ καλὸν καὶ ἀπόδεκτον ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ, ἕκαστον τιμᾶσθαι κατὰ τὴν αὐτοῦ ἀξίαν· ἡ γὰρ Ἐκκλησία οὐκ ἀταξίας, ἀλλ' εὐταξίας ἐστὶ διδασκαλεῖον.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΛΒ'.

*Κανόνες (14) διάφοροι Παύλου τοῦ ἀποστόλου, περὶ τῶν προσιόντων τῷ βαπτίσματι, τίνας δεῖ προσδέχεσθαι, καὶ τίνας ἀποβάλλεσθαι.*

Κἀγὼ Παῦλος ὁ τῶν ἀποστόλων ἐλάχιστος, τάδε διατάσσομαι ὑμῖν τοῖς ἐπισκόποις καὶ πρεσβυτέροις, περὶ κανόνων. Οἱ πρώτως προσιόντες τῷ μυστηρίῳ τῆς εὐσεβείας, διὰ τῶν διακόνων προσαγέσθωσαν τῷ ἐπισκόπῳ ἢ τοῖς πρεσβυτέροις· καὶ τὰς αἰτίας ἐξεταζέσθωσαν, οὗ χάριν προσῆλθον τῷ Κυριακῷ λόγῳ· οἵ τε προσενεγκόντες μαρτυρείτωσαν αὐτοῖς, ἀκριβώσαντες τὰ κατ' αὐτούς. Ἐξεταζέσθωσαν δὲ αὐτῶν καὶ οἱ τρόποι, καὶ ὁ βίος, καὶ εἰ δοῦλοί εἰσιν ἢ ἐλεύθεροι. Καὶ ἐὰν πιστοῦ δοῦλος ᾖ, ἐρωτάσθω ὁ κύριος αὐτοῦ, εἰ μαρτυρεῖ αὐτῷ· ἐὰν δὲ μὴ, ἀποβαλλέσθω, ἕως ἂν ἑαυτὸν ἄξιον ἐπιδείξῃ τῷ δεσπότῃ· εἰ δὲ μαρτυρεῖ αὐτῷ, προσδεχέσθω. Εἰ δὲ ἐθνικοῦ (15) ᾖ οἰκέτης, διδασκέσθω εὐαρεστεῖν τῷ δεσπότῃ, ἵνα μὴ βλασφημῆται ὁ Λόγος. Εἰ μὲν οὖν ἔχει γυναῖκα, ἢ ἡ γυνὴ ἄνδρα, διδασκέσθωσαν ἀρκεῖσθαι ἑαυτοῖς· εἰ δ' ἄγαμοί εἰσι, μανθανέτωσαν μὴ πορνεύειν, ἀλλὰ γαμεῖν νόμῳ. Εἰ δ' ὁ δεσπότης αὐτοῦ πιστὸς ὤν, καὶ εἰδὼς ὅτι πορνεύει, οὐ δίδωσιν αὐτῷ γυναῖκα, ἢ τῇ γυναικὶ ἄνδρα, ἀφοριζέσθω. Ἐὰν δέ τις δαίμονα ἔχῃ, διδασκέσθω μὲν τὴν εὐσέβειαν, μὴ προσδεχέσθω δὲ εἰς κοινωνίαν (16) πρὶν ἂν καθαρισθῇ· εἰ δὲ θε-

[84] I Cor. xv, 9. [85] Tit. II. [86] Ignat. ad Polyc. 5; pseudo-Ignat. ad. Heron. 5.

## VARIORUM NOTÆ.

(12) *Τοῦ αὐτοῦ*. Locum hujus inscriptionis obtinent quinque primæ capitis voces. CLER.

(13) *Τὰς περισσευούσας ἐν τοῖς μυστικοῖς εὐλογίας*. Intellige quidquid panis et vini oblatum fuerit a populo, nec fuerit a sacerdote consecratum. Joannes Moschus, *Prati spiritualis* cap. 25 : Ἐπέμφθη ἐνέγκαι εὐλογίας ἀπὸ Ἱεριχὼ, καὶ βαστάζων τὰς εὐλογίας, et cætera, quæ velim legas. In Socrate, *Hist.* lib. VII, cap. 2, de Chrysantho Novatiano episcopo : Ἀπὸ τῶν ἐκκλησιῶν οὐδὲν ἐδέξατο, πλὴν κατὰ Κυριακὴν δύο ἄρτους τῶν εὐλογιῶν ἐλάμβανε. *Ab ecclesiis nihil accepit, præter duos panes Eulogiarum, singulis diebus Dominicis*. Τὰ προσφερόμενα εἰς λόγον θυσίας, μετὰ τὰ ἀναλισκόμενα εἰς τὴν τῶν μυστηρίων χρείαν, οἱ κληρικοὶ διανειμάσθωσαν, etc. *Quæ ad sacrificium offeruntur, post ea quæ in mysteriorum usum consumuntur, clerici dividant*, est canon 7 Theophili Alexandrini; ad quem operæ pretium fuerit consulere Theodorum Balsamonem. COT.

(14) *Κανόνες*, κ.τ.λ. Deest tota inscriptio in cod. Vindob. pro qua hæc leguntur . Παῦλος ὁ τῶν ἐθνῶν διδάσκαλος ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ καὶ μέχρι τοῦ Ἰλλυρικοῦ καταγγέλας τὸ τοῦ Χριστοῦ Εὐαγγέλιον τοῖς ἔθνεσιν ἐν Ῥώμῃ διδάσκων τὸν λόγον ἀνήρθη, ὑπὸ Νέρωνος καὶ Ἀγρίππα βασιλέως, κεφαλῇ κολασθεὶς καὶ τέθαπται ἐν τῇ αὐτῇ Ῥώμῃ. CLER.

(15) *Ἐθνικοῦ*. Recte, non ἐθνικός, ut habet cod. Vindob. Ib.

(16) *Εἰς κοινωνίαν*. Id est, fidelium societatem per baptismum, ut legenti patebit. Falluntur itaque monachi illi apud Balsamonem p. 229, qui de communione eucharistiæ accipiunt; sic interrogantes Constantinopolitanam synodum sub Nicolao patriarcha habitam : Εἰ δεῖ τὸν δαιμονιζόμενον μεταλαμβάνειν τῶν ἁγιασμάτων. Ὁ μὲν γὰρ ἅγιος Τιμόθεος εἰς τὰς πρὸς αὐτὸν ἐρωτήσεις εἶπεν ἄλλως, καὶ οἱ ἅγιοι ἀπόστολοι ἄλλως, καὶ οἱ μεταγενέστεροι ἄλλως. *An oporteat dæmoniacum communicare sacramentis. Sanctus enim Timotheus in sibi propositis Quæstionibus aliter dixit* (quæst. 3), *et sancti apostoli aliter, et recentiores aliter*. De baptismo energumenorum agitur etiam, canone Eliberitano 37, quæstione 2 laudati Timothei, pag. 1060 Balsamonis; canone 15 concilii Arausicani I, et cap. 76 Capitularis Attonis, tom. VIII Acheriani *Spicilegii*. COT.

Digitized by Google

νατος καταπνίγοι, προσδεχέσθω Εἴ τις πορνοβοσκός· ἢ παυσάσθω τοῦ μαστροπεύειν, ἢ ἀποβαλλέσθω. Πόρνη προσιοῦσα, ἢ παυσάσθω, ἢ ἀποβαλλέσθω. Εἰδωλοποιὸς προσιὼν, ἢ παυσάσθω, ἢ ἀποβαλλέσθω. Τῶν ἐπὶ σκηνῆς ἐάν τις προσίῃ ἀνὴρ, ἢ γυνὴ, ἢ ἡνίοχος (17), ἢ μονομάχος, ἢ σταδιοδρόμος, ἢ λουδεμπιστὴς (18), ἢ Ὀλυμπικὸς, ἢ χοραύλης, ἢ κιθαριστὴς, ἢ λυριστὴς (19), ἢ ὁ τὴν ὄρχησιν ἐπιδεικνύμενος, ἢ κάπηλος· ἢ παυσάσθωσαν, ἢ ἀποβαλλέσθωσαν. Στρατώτης προσιὼν, διδασκέσθω μὴ ἀδικεῖν, μὴ συκοφαντεῖν, ἀρκεῖσθαι δὲ τοῖς διδομένοις ὀψωνίοις· πειθόμενος (20), προσδεχέσθω· ἀντιλέγων δὲ, ἀποβαλλέσθω. Ἀῤῥητοποιὸς κίναιδος, βλὰξ (21), μάγος, ἐπαοιδὸς, ἀστρολόγος, μάντις, θηρεπῳδὸς, λώταξ (22), ὀχλαγωγὸς, περιάμματα ποιῶν (23), περικαθαίρων, οἰωνισμῆς, συμβολοδείκτης (24), παλ-

A habeat : doceatur quidem pietatem, sed non recipiatur ad communionem, antequam mundetur : tamen si mors urgeat, recipiatur. Si quis est leno, aut desinat perductorem agere, aut repellatur. Meretrix quæ accedit, aut desistat, aut rejiciatur. Idolorum artifex, cum accedit, aut desistat, aut rejiciatur. Scenicorum si quis accedat, vir sive femina, vel auriga, vel gladiator, vel stadii cursor, vel lanista seu ludorum curator, vel Olympicus, vel choraules, vel citharista, vel lyristes, vel saltationem ostentans, vel caupo ; hi aut finem faciant, aut rejiciantur. Miles accedens, doceatur nemini injuriam inferre, non calumniari, contentus esse sibi datis stipendiis [97] : obtemperans his, admittatur ; repugnans, rejiciatur. Nefandæ libidinis perpetra-

B tor, cinædus, lascivus, magus, incantator, astrolo-

[97] Luc. III, 14.

## VARIORUM NOTÆ.

(17) *Ἡνίοχος*. Ad hunc canonem, et Eliberitanum, ac Arelatenses, apposite adjungetur elegans Historia ex *Vita Hilarionis* per Hieronymum : *Auriga Gazensis, in curru percussus a dæmone, totus obriguit, ita ut nec manus agitare, nec cervicem posset reflectere. Delatus ergo in lecto, cum solam linguam moveret ad preces, audivit non prius posse sanari, quam crederet in Jesum, et se sponderet arti vristinæ renuntiaturum. Credidit, spopondit, sanatus est, magisque de animæ quam de corporis salute exsultavit.* Augustinus, *De opere monachorum*, cap. 13 : *Nec effractor aut latro erat, nec auriga, aut venator, aut histrio, aut turpilucrus.* Tertullianum prætereo, C cum aliis. Cot.

(18) *Λουδεμπιστὴς*. (Codice Regio 772, qui continet λέξεις ἐκ τῶν Διατάξεων, cum acuto in penultima λουδεμπίστης.) Esthut lanista, qui Glossis λουδοτρόφος, aut potius ludi procurator, ut appellatur a Tacito, is cui ludorum ac munerum publicorum cura credita est. Lexicon Favorini : Λουδεμπιστὴς, ὁ ἄρχων τῶν παιγνίων. Λοῦδοι γὰρ τὰ παίγνια παρὰ Ῥωμαίοις. Hinc glossa marginalis libri Regii 2392, ad locum *Constitutionum*, quantum fugientem scripturam assequi mihi licuit : τουτέστι ὁ πρῶτος τῶν παιγνιωτῶν, ὁ καί τινα θεάματα ποιῶν πρὸς γέλωτα, λοῦδα τοῖς Ῥωμαίοις εἰρημένα. Vide supra *Constit.* lib. v. Nimirum errant Græci, qui ad libidinem hoc vocis trahunt. In Lexico Stephani apud Meursium : Λουδεμπιστὴς, ἀῤῥητοποιός. Et ms. Regio 2392 : Λουδεμπιστὴς, ἑρμηνεύεται ὁ διακοριστὴς, ἤγουν ὁ παρθενοφθόρος· λοῦδος γὰρ παρὰ τῇ Ῥωμαίων διαλέκτῳ ἡ φθορά. Id.

(19) *Κιθαριστὴς, ἢ λυριστὴς*. Notat Helladius apud Photium *Bibliothecæ* codice penult. Græcos dicere κιθάραν et κιθαριστὴν, dicere λύραν, sed non dicere λυριστήν. Hoc de prima Græcia, postea enim λυριστὴς quoque in usu fuit. Lexicon Græco-Latinum vetus : Λυριστὴς, *fidicinarius*. Pari modo Latini mediæ ætatis *lyristen* usurpant. Unde *lyristria* Augustino III *contra Julianum*, cap. 11. Id.

(20) *Πειθόμενος*. Præponitur huic voci copula καὶ in cod. Vindob., nec male. Cler.

(21) *Βλὰξ*. Significat mollem, lascivum, ignavum, supinum, jactatorem, fatuum. Optima glossa hic : Ἄλλως οἱ Ἀθηναῖοι τὸν προδατώδη λέγουσι. Cot.

(22) *Λώταξ*. Docente Eustathio, qui circa lotum laborabat, λώταξ dicebatur. Id vero hominum genus, quia vile fuit, malum, ac erroneum, eapropter λώταγες dicti mendici vagantes atque nebulones. Οὐχ ὁρᾷς τούτους τοὺς προσαιτοῦντας, οὓς λώταγας ἡμῖν ἔθος καλεῖν ; πῶς περιῖᾶσι, πῶς καὶ αὐτοὺς ἐλεοῦμεν ; ἀλλ' ὅμως τούτοις οὐδὲ συγγνώμη τίς ἐστιν. Οὐδὲ γὰρ συγγινώσκομεν αὐτοῖς ὅταν κυβεύοντες ἑαυτῶν τὰ ἱμάτια ἀπολλύωσι. *Non vides hos mendicos, quos solemus vocare lotagas? quomodo circumeant, quomodo etiam eorum misereamur? Sed tamen iis non datur ulla venia. Neque enim iis ignoscimus, quando alea ludentes, suas vestes perdunt.* Chrysostomus, homilia 13 in *Epistolam ad Ephesios*. In Scholiis nostris ad λώταξ adnotatur, si bene tantum non deleta lego : Καὶ οἷόν τις παιγνιώτης θυμελικὸς δι' εὐτραπελίαν γέλωτα ποιῶν. At alterius Græci eodem in ms. 2392, alibi observatio est : Ἡ δὲ *λώταξ* φωνὴ ποιά τίς ἐστιν ἐκ τοῦ ἀποτελουμένου λεγομένη. Ἔστι δὲ τοιοῦτόν τι τὸ λεγόμενον· ἐπιδεικνύμενοί τινες τὸ παλαιὸν τὴν πρὸς ἀλλήλους ἀγάπην, βοκόλια (lege aut intellige βαυκάλια) στρογγύλα πληροῦντες οἴνου, εἰς ὕψος ἀνέπεμπον. Καὶ εἴπερ ἦχή τις ἐγένετο τῷ ἀναφέρεσθαι τὸ καυκάλιον, σημεῖον τοῦτο ἐποιοῦντο ἀγάπης, τῷ ποιῷ τοῦ ἤχου τὸ ποσὸν συμμετροῦντες αὐτῆς. Lexicon Favorini : *Λώταξ*, ὁ ληστὴς, ἢ ὁ μύρα ἀλειφόμενος, ἢ ὁ καταδαπανῶν ἐν τοῖς αἰσχροῖς τὸν βίον αὐτοῦ, ὡς ὁ πόρνος, καὶ ὁ ἀνδρόγυνος, ἢ ὁ αὐλητής, etc. Aliud Lexicon Græco-Latinum cod. Reg. 85 : Λωτοφάγοι, *delicate viventes*. Apud Hesychium : *Λωτός*· τράγημά τι, καὶ αὐλός, etc. Id.

(23) *Περιάμματα ποιῶν*. Corrige etiam e ms. Regio 18, 8, locum in Euchologio, seu Græcorum Rituali, pag. 344 : ταῖς γοητείαις, καὶ ταῖς ἐπῳδαῖς, καὶ τοῖς περιάσμασι, καὶ τοῖς φυλαχαρίοις [leg. περιάμμασι, et φυλακτηρίοις]. Quid sint περιάμματα, ut et φυλακτήρια, si ignores, docebunt te plurimi D A Scholiaste memorato Regii codicis, περιάμματα ποιῶν exponitur, περιχρεμάσας ἐν νόσοις ἢ ἐν φίλτροις. Id.

(24) *Συμβολοδείκτης*. Commemorat S. Gregorius Nyssenus συμβολομαντείας, in *Epistola de Pythonissa* : οἰωνοσκοπίας, συμβολομαντείας, χρηστήρια, ἢ πατοσκοπίας, νεκυίας, ἐνθουσιασμοὺς, κατὰ κωλᾶς ἐμπνεύσεις, quo loci doctissimus interpres frustra sollicitat κατὰ κωλᾶς, ut substituat κατακωχὰς *numinis instinctus*, κατὰ κωλᾶς enim *per pudenda* significat. *Auguria, divinationes per symbola, oracula, aruspicia, mortuorum evocationes, furiosos afflatus, per pudenda inspirationes.* Aperta sunt verba Origenis, tom. III *in Celsum* : Διὰ τοῦ Πυθίου στομίου περικαθεζομένη τῇ καλουμένῃ προφήτιδι πνεῦμα διὰ τῶν γυναικείων ὑπεισέρχεται τὸ μαντικὸν ὁ Ἀπόλλων τὸ καθαρὸν ἀπὸ γηΐνου σώματος. Vide Chrysostomum initio *Catenæ in Jeremiam* apud Ghislerium. Συμβολικός, συμβολικῶς μαντεύεσθαι, in Cyrillo



Digitized by Google

gus, vates, captator carminum magicorum, mendicus, agyrta, circulator, amuleta faciens, lustrans, augur, ominum et signorum monstrator, palpitationum interpres; in occursu observans vitia oculorum aut pedum, vel observans aves, aut mustelas, aut voces, aut symbolicas auditiones, probentur tempore : vix enim elui potest malitia : cum igitur desierint, admittantur; si non pareant, rejiciantur. Concubina cujuspiam infidelis mancipium, illi soli dedita, admittatur; si autem etiam cum aliis petulanter agit, rejiciatur. Fidelis, qui habet concubinam; si servam, desinat, et legitime ducat uxorem; si liberam, eam in uxorem legitimam accipiat; si nolit, rejiciatur. Qui gentilium mores sectatur, vel Judaicas fabulas, aut mutet vitam, aut repellatur. Si quis animum addicit insaniæ theatri, aut venationibus, aut equestribus cursibus, aut ludorum certaminibus; vel cesset, vel rejiciatur. Qui erit catechumenus, per tres annos catechesi informetur : quod si studiose se gerit, et rei desi-

quidquam eorum dimovere, quæ vobis secundum voluntatem Dei per nos definita sunt? Verum quia multi hoc non esse necessarium putaverunt; imo confundere ordines, ac unicuique tributam ordinationem labefactare audent, sibi arripientes non traditas dignitates, ac tyrannice permittentes sibi ea, quorum dandorum potestatem non habent; ac propterea, tum Deum irritant, quemadmodum Coritæ[21], et rex Ozias[22], qui præter dignitatem, ac sine Deo usurparunt pontificatum, atque illi quidem facti sunt ignis pabulum, hic vero in fronte leprosus; tum exasperant Christum Jesum, qui ita constituit; tum constristant Spiritum sanctum, infirmantes illius testimonium: idcirco jure, periculum iis qui hæc designant impendens prospicientes, et negligentiam in sacrificiis ac gratiarum actionibus, eo quod impie offerantur ab iis a quibus non oportet, quique honorem pontificalem, complexum magni pontificis Jesu Christi regis nostri imitationem, pro ludo habent; ideo, inquam, necesse fuit de eo quoque admonere: jam enim quidam conversi sunt retro post vanitatem suam[23]. Itaque dicimus, quod Moses, Dei famulus, cum quo Deus facie ad faciem colloquebatur, ut si quis loquatur ad amicum suum[24]; cui dixit: « Novi te præ omnibus; » cum quo ad os loquebatur, et non per obscura, vel somnia, vel angelos, vel ænigmata[25], hic Moses, cum divinam legislationem constitueret, distinxit quænam oporteret peragi a pontificibus, quænam a sacerdotibus, quænam a levitis, ac distribuit unicuique cultum proprium suoque ministerio convenientem; et ad ea quidem quæ jussit pontifices perficere, fas non erat ut accederent sacerdotes; ad ea vero quæ sacerdotibus definita erant, levitæ non admittebantur; sed singuli ministeria præscripta quæ acceperant servabant; si quis autem ultra sibi traditum officium progredi nitebatur, morte luebat pœnas[27]. Hoc vero præcipue demonstravit id, quod Sauli contigit; qui cum existimasset se absque propheta et pontifice Samuele sacrificare posse, ad se peccatum et maledictum nunquam abjiciendum attraxit; neque prophetam movit ac flexit, quod ab ipso Saul in regem unctus fuisset[28]. Hoc etiam evidentiori operatione demonstravit Deus per ea quæ Oziæ acciderunt, de cujus prævaricatione exegit pœnas absque mora; et qui contra pontificatum insanierat, regno quoque pulsus est[29]. Cæterum quæ sub nobis acta sint, forsitan non ignoratis. Scitis enim omnino episcopos, presbyteros et diaconos a

A γνώμην Θεοῦ παρ' ἡμῶν ὁρισθέντων; ἀλλ' ἐπειδὴ πάρεργον οἱ πολλοὶ καὶ τοῦτο ἡγήσαντο εἶναι, συγχέειν δὲ τὰς τάξεις καὶ τὴν ἐφ' ἑκάστου χειροτονίαν παρακινεῖν τολμῶσιν, ὑφαρπάζοντες ἑαυτοῖς ἀξιώματα τὰ μὴ διδόμενα, καὶ ἐπιτρέποντες ἑαυτοῖς τυραννικῶς ἃ μὴ ἔχουσιν ἐξουσίαν διδόναι, καὶ διὰ τοῦτο παροργίζουσι μὲν Θεὸν, ὥσπερ οἱ Κορεῖται, καὶ ὁ βασιλεὺς Ὀζίας, παρ' ἀξίαν ἐπιθέμενοι ἄνευ Θεοῦ τῇ ἀρχιερωσύνῃ, καὶ γενόμενοι, οἱ μὲν πυρίφλεκτοι, ὁ δὲ κατὰ τοῦ μετώπου λεπρός· παροξύνουσι δὲ Χριστὸν (88) Ἰησοῦν τὸν διαταξάμενον, λυποῦσι δὲ καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἀκυροῦντες αὐτοῦ τὴν μαρτυρίαν· εἰκότως, τὸν ἐπηρτημένον (89) κίνδυνον τοῖς τὰ τοιαῦτα πράττουσι προειδόμενοι, καὶ τὴν εἰς τὰς θυσίας καὶ εὐχαριστίας ἀμέλειαν, ἐκ τοῦ ὑφ' ὧν μὴ χρὴ προ-
B αγομένας ἀσεβῶς, παιδιὰν ἡγουμένων τὴν ἀρχιερατικὴν, ἥτις μίμησιν περιέχει τοῦ μεγάλου ἀρχιερέως Ἰησοῦ Χριστοῦ βασιλέως ἡμῶν, ἀνάγκην ἔσχομεν καὶ τοῦτο παραινέσαι· ἤδη γάρ τινες ἐξετράπησαν ὑπὸ τῆς ἑαυτῶν ματαιότητος· λέγομεν (90) ὡς Μωσῆς, ὁ τοῦ Θεοῦ θεράπων, ᾧ ὁ Θεὸς ἐνώπιος ἐνωπίῳ ὡμίλει, ὡς εἴ τις λαλήσῃ πρὸς ἑαυτοῦ φίλον, ᾧ εἶπεν· « Οἶδά σε παρὰ πάντας· » ᾧ κατὰ πρόσωπον ὡμίλει καὶ οὐ δι' ἀδήλων[26], ἢ ἐνυπνίων, ἢ ἀγγέλων, ἢ αἰνιγμάτων· οὗτος ἡνίκα τὴν θείαν νομοθεσίαν διετάσσετο, διεῖλε τίνα μὲν χρὴ ὑπὸ τῶν ἀρχιερέων ἐπιτελεῖσθαι, τίνα δὲ ὑπὸ τῶν ἱερέων, τίνα δὲ ὑπὸ τῶν λευιτῶν, ἑκάστῳ τὴν οἰκείαν καὶ ἀνήκουσαν τῇ λειτουργίᾳ θρησκείαν ἀπονείμας, καὶ ἅπερ μὲν τοῖς ἀρχιερεῦσι
C προστέτακτο ἐπιτελεῖν, τούτοις τοὺς ἱερεῖς οὐ θεμιτὸν ἦν προσιέναι· ἅπερ δὲ τοῖς ἱερεῦσιν ὥριτο, τούτοις οἱ λευῖται οὐ προσίεσαν· ἀλλ' ἕκαστοι ἅπερ (91) παρειλήφεισαν ὑπηρεσίας περιεγεγραμμένας, ἐφύλαττον· εἰ δέ τις πέρα τῆς παραδόσεως προσιέναι ἐβούλετο, θάνατος (92) ἦν τὸ ἐπιτίμιον. Τοῦτο δὲ μάλιστα διέδειξε καὶ ἡ κατὰ τὸν Σαοὺλ πεῖρα· ὃς θύσαι νενομικὼς δίχα τοῦ προφήτου καὶ ἀρχιερέως Σαμουὴλ, ἔσπασεν εἰς ἑαυτὸν ἁμαρτίαν καὶ κατάραν ἀναπόβλητον· καὶ οὐδὲ τὸ κεχρίσθαι ὑπ' αὐτοῦ εἰς βασιλέα, ἐδυσώπησε τὸν προφήτην. Ἐνεργεστέρᾳ[30] δὲ τῇ πράξει διέδειξεν ὁ Θεὸς ἐν τοῖς κατὰ τὸν Ὀζίαν, οὐκ ἐν μι-
D σμῷ[31] τὰς ἐπὶ τῇ παρανομίᾳ εἰσπράξαμενος δίκας· καὶ ὁ τῆς ἀρχιερωσύνης καταμανεὶς, καὶ τῆς βασιλείας ἀλλότριος κατέστη. Τὰ δὲ ἐφ' ἡμῶν ἴσως οὐκ ἀγνοεῖτε. Ἴστε γὰρ πάντως ἐπισκόπους παρ' ἡμῶν ὀνομασθέντας, καὶ πρεσβυτέρους, καὶ διακόνους, εὐχῇ καὶ χειρῶν ἐπιθέσει, τῇ διαφορᾷ τῶν ὀνομάτων καὶ (93) τὴν διαφορὰν τῶν πραγμάτων δεικνύοντας. Οὐ γὰρ ὁ βουλόμενος παρ' ἡμῖν ἐπλήρου τὴν χεῖρα, ὥσπερ

[21] Num. xvi. [22] II Paral. xxvi. [23] I. I Tim. v, 15. [24] Num. xii, 8; Exod. xxxiii, 11, 17. [25] Num. xii, 8. [26] al. διὰ δήλων. [27] Num. iv. [28] I Reg. xiii. [29] II Paral. xxvi. [30] f. ἐναργεστέρᾳ. [31] f. μελλησμῷ. Sic cod. Vind.

## VARIORUM NOTÆ.

(88) *Χριστόν*. In altero καὶ τὸν *Χριστόν*. Id.

(89) *Ἐπηρτημένον*. In altero cod. Vindob. ἐπηρτισμένον, quasi ab ἐπαρτίζω *perficio*, sed prius malim. Id.

(90) *Λέγομεν*. Addit. alter cod. δέ. Id.

(91) *Ἅπερ*. Melius cod. Vindob. ἅς, ut referatur ad ὑπηρεσίας. Id.

(92) *Θάνατος*. Scriptura codicum unius: ἀνάθεμα. Cot.

(93) *Καί*. Dele hanc voculam ex auctoritate cod. Vind. Cler.

Digitized by Google

ἐπὶ τῆς κιβδήλου τῶν Δαμάλεων ἐπὶ τοῦ Ἱεροβοὰμ παρακεκομμένης ἱερωσύνης, ἀλλ' ὁ καλούμενος ὑπὸ τοῦ Θεοῦ. Εἰ μὲν γὰρ μὴ θεσμός τις ἦν, καὶ τάξεων διαφορὰ, ἦρκει ἂν δι' ἑνὸς ὀνόματος τὰ ὅλα τελεῖσθαι. Ἀλλ' ὑπὸ τοῦ Κυρίου διδαχθέντες ἀκολουθίαν πραγμάτων, τοῖς μὲν ἐπισκόποις τὰ τῆς ἀρχιερωσύνης ἐνείμαμεν (94), τοῖς δὲ πρεσβυτέροις τὰ τῆς ἱερωσύνης, τοῖς δὲ διακόνοις τὰ τῆς πρὸς ἀμφοτέρους διακονίας· ἵν' ᾖ καθαρῶς τὰ τῆς θρησκείας ἐπιτελούμενα. Οὔτε γὰρ διακόνῳ προσφέρειν θυσίαν θεμιτὸν, ἢ βαπτίζειν, ἢ εὐλογίαν μικρὰν ἢ μεγάλην ποιεῖσθαι, οὔτε πρεσβύτερον [32*], χειροτονίας ἐπιτελεῖν· οὐ γὰρ ὅσιον, ἐνεστράφθαι τὴν τάξιν· « Οὐ γάρ ἐστιν ὁ Θεὸς ἀκαταστασίας, » ἵνα οἱ ὑποδεδηκότες τὰ τῶν κρειττόνων τυραννικῶς σφετερίζωνται, νομοθεσίαν καινὴν ἀναπλάττοντες ἐπὶ κακῷ τῷ ἑαυτῶν, ἀγνοοῦντες ὅτι σκληρὸν αὐτοῖς τὸ πρὸς κέντρα λακτίζειν. Οὐ γὰρ ἡμᾶς, ἢ τοὺς ἐπισκόπους πολεμοῦσιν οἱ τοιοῦτοι, ἀλλὰ τὸν πάντων ἐπίσκοπον καὶ τοῦ Πατρὸς ἀρχιερέα Χριστὸν Ἰησοῦν τὸν Κύριον ἡμῶν. Ὑπὸ Μωσέως μὲν γὰρ τοῦ θεοφιλεστάτου ἀρχιερεῖς κατεστάθησαν, καὶ ἱερεῖς, καὶ λευῖται, ὑπὸ δὲ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἡμεῖς, οἱ δεκατρεῖς ἀπόστολοι (95)· ὑπὸ δὲ τῶν ἀποστόλων ἐγὼ Ἰάκωβος· καὶ ἐγὼ Κλήμης, καὶ σὺν ἡμῖν ἕτεροι· ἵνα μὴ πάντας πάλιν καταλέγωμεν· κοινῇ δὲ ὑπὸ πάντων ἡμῶν πρεσβύτεροι, καὶ διάκονοι, καὶ ὑποδιάκονοι, καὶ ἀναγνῶσται. Πρῶτος τοίνυν τῇ φύσει ἀρχιερεὺς (96) ὁ μονογενὴς Χριστὸς, οὐχ ἑαυτῷ τὴν τιμὴν ἁρπάσας, ἀλλὰ παρὰ τοῦ Πατρὸς κατασταθείς· ὃς γενόμενος ἄνθρωπος δι' ἡμᾶς, καὶ τὴν πνευματικὴν θυσίαν προσφέρων τῷ Θεῷ αὐτοῦ καὶ Πατρὶ, πρὸ τοῦ πάθους, ἡμῖν διετάξατο μόνοις τοῦτο ποιεῖν· καί τοι ὄντων σὺν ἡμῖν καὶ ἑτέρων τῶν εἰς αὐτὸν πεπιστευκότων· ἀλλ' οὐ πάντως ὁ πιστεύσας (97), ἤδη καὶ ἱερεὺς κατέστη, ἢ ἀρχιερατικῆς ἀξίας ἔτυχε. Μετὰ δὲ τὴν ἀνάληψιν αὐτοῦ, ἡμεῖς προσενεγκόντες κατὰ τὴν διάταξιν αὐτοῦ θυσίαν καθαρὰν καὶ ἀναίμακτον, προεχειρισάμεθα ἐπισκόπους, καὶ πρεσβυτέρους, καὶ διακόνους ἑπτὰ τὸν ἀριθμόν· ὧν εἷς ἦν Στέφανος (98) ὁ μακάριος μάρτυς, οὐκ ἀπολειπόμενος

A nobis prece ac manuum impositione nominatos esse, qui differentia nominum differentiam quoque rerum ostendant. Non enim qui volebat, apud nos implebat manum [32], sicut in falso et adulterino vitularum sacerdotio, tempore Jeroboami; sed qui vocabatur a Deo. Nam si nulla lex posita esset, nec ulla ordinum differentia; suffecisset, cuncta per unum nomen perfici. Verum, a Domino edocti rerum consequentiam, episcopis quidem quæ ad pontificatum pertinent assignavimus, presbyteris vero quæ ad sacerdotium, diaconis autem quæ ad ministeria utrisque impendenda, ut quæ ad cultum Dei spectant, pure celebrentur. Neque enim diacono licet sacrificium offerre, aut baptizare, aut benedictionem seu parvam, seu magnam facere; neque presbytero, ordinationes peragere; quia æquum non est, ordinem inverti: « Non enim est Deus dissensionis [33]; » ne inferiores, quæ sunt superiorum, tyrannice sibi vindicent, novam legum regulam refingentes in malum suum, ignorantes durum esse sibi contra stimulum calcitrare [34]. Et vero isti homines non oppugnant nos, aut episcopos; sed omnium episcopum, Patrisque pontificem Christum Jesum Dominum nostrum. Siquidem per Mosem Deo charissimum constituti sunt pontifices, sacerdotes ac levitæ [35]; a nostro autem Salvatore nos tredecim apostoli; ab apostolis vero ego Jacobus, et ego Clemens et alii nobiscum [36]; ne omnes iterum recenseamus; communiter autem ab omnibus nobis presbyteri, diaconi, subdiaconi et lectores. [37] Primus igitur natura pontifex unigenitus Christus, non sibi honorem rapuit, sed a Patre constitutus est [38]: ille propter nos factus homo, et spirituale sacrificium offerens Deo suo ac Patri, ante passionem, nobis constituit solis, hoc facere [39]; licet nobiscum essent alii quoque qui in eum crediderant: verum non statim ac aliquis credidit, jam et sacerdos constitutus fuit, aut dignitatem pontificalem obtinuit. Post illius vero assumptionem, nos juxta ejusdem constitutionem offerentes sacrificium mundum ac

B

C

[32] III Reg. XIII. 33. [32*] πρεσβυτέρῳ rectius legeretur [33] I Cor. XIV, 33. [34] Act. IX, 5. [35] Exod. XXVIII, XXIX. [36] I. lib. VII, c. 46. [37] Ignat. interpol. ad Magn. 3; ad Sm. 9. [38] Heb. V. [39] Luc. XXII.

## VARIORUM NOTÆ.

(94) *Ἐνείμαμεν.* Auctior est idem liber, voce πρεσβεία. Cot.

(95) *Οἱ δεκατρεῖς ἀπόστολοι.* Eodem modo S. Ambrosius initio libri *De benedictionibus patriarcharum*, Paulum appellat tertium decimum apostolum. At quibusdam, apud Hieronymum in ad caput XVII Isaiæ, tertius decimus apostolus est Jacobus frater Domini, decimus quartus Paulus: qua de re videndus Procopius ad idem caput. Mitto quod S. Basilius elogio τρισκαιδεκάτου ἀποστόλου invenitur ornatus, aliique. Id.

(96) *Τῇ φύσει ἀρχιερεύς.* Homines gratia Dei et adoptione pontifices fiunt: Christus autem vocari potest natura pontifex, hoc est proprietate ac auctoritate, juxta illud Tertulliani IV *adversus Marcionem* 35: *Authenticus pontifex Dei Patris*, et lib. V, cap. 9: *Christus proprius et legitimus Dei antistes*, non quidem per divinitatem, proprie loquendo: quod Arianice ab Eusebio post Origenem asseritur, Catholice negatur ab auctore sermonis *De uno legislatore*, tom. VI S. Chrysostomi; sed per carnem, ut ait idem scriptor, secutus S. Athanasium in majore oratione *De fide*, apud Theodoritum, dialogo 2. Dixi proprie loquendo; quia, latius acceptum nomen pontificis, Verbo Dei non impie tribueretur, et Christo nondum incarnato, ut charismatum paternorum, donorum Dei universali distributori. *Catholicum Patris sacerdotem* appellat Tertullianus IV citati Operis lib. cap. 9. Certe Cyrillus Hierosolymitanus, in catechesi 10, Christi sacerdotium vult esse æternum, absque initio ac fine. In Anastasii *Collectaneis* p. 125: *Unius natura regis cunctorum Dei, natura etiam ob salutem nostram pontificis facti, unus erat typus Melchisedech.* Id.

(97) *Ὁ πιστεύσας.* Cod. Vind. πᾶς ὁ πιστεύσας. Cler.

(98) *Στέφανος.* Scholion hic additur: Ποίαν διακονίαν λέγει ἐγχειρισθῆναι τὸν ἅγιον μάρτυρα Στέφανον. Id.

Digitized by Google

incruentum, elegimus episcopos, et presbyteros, et diaconos numero septem. Ex his septem unus erat Stephanus beatus martyr [60], in amore erga Deum nobis nequaquam inferior; qui adeo in Deum pietatem fide ostendit et charitatem in Dominum nostrum Jesum Christum, ut pro eo animam quoque daret, a Judæis Domini interfectoribus jactu lapidum occisus. [61] Verumtamen talis ac tantus vir, qui spiritu fervebat, qui Christum a dextris Dei et cœlestes januas apertas vidit; nusquam cernitur iis usus esse, quæ ad diaconorum ministerium non pertinent, vel sacrificium offerendo, vel manus alicui imponendo; sed diaconi ordinem usque ad finem custodisse: ita quippe decebat Christi martyrem, ordinem ac disciplinam servare. Si vero Philippum diaconum, et Ananiam fidelem fratrem quidam causantur [62]; quod ille quidem eunuchum baptizavit, hic vero me Paulum; ii non intelligunt quod dicimus: siquidem inquimus, neminem sibi rapere sacerdotalem dignitatem; sed vel a Deo accipere, ut Melchisedecus et Jobus; vel a pontifice, ut Aaron a Mose: igitur etiam Philippus et Ananias non seipsos constituerunt, sed electi sunt a Christo pontifice, Deo incomparabili.

A ἡμῶν κατὰ τὴν πρὸς Θεὸν εὔνοιαν· ὃς τοσοῦτον τῇ θεοσέβειαν τῇ πίστει ἐνεδείξατο, καὶ τὴν εἰς τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν ἀγάπην, ὡς ὑπὲρ αὐτοῦ δοῦναι καὶ τὴν ψυχήν, πρὸς τῶν κυριοκτόνων Ἰουδαίων λίθοις βληθείς. Ἀλλ' ὅμως ὁ τοιοῦτος καὶ τηλικοῦτος ἀνὴρ, ὁ τῷ πνεύματι ζέων, ὁ τὸν Χριστὸν ὁρῶν ἐκ δεξιῶν τοῦ Θεοῦ καὶ τὰς οὐρανίας πύλας ἀνεῳγμένας, οὐδαμοῦ φαίνεται τοῖς μὴ ἀνήκουσι τῇ διακονίᾳ χρησάμενος, ἢ θυσίαν ἀνενεγκών, ἢ χεῖρας ἐπιθείς τινι, ἀλλὰ τὸ τῆς διακονίας τάγμα φυλάξας μέχρι τέλους· οὕτω γὰρ ἔπρεπε τῷ τοῦ Χριστοῦ μάρτυρι, τὴν εὐταξίαν ἀποσώζειν. Εἰ δὲ Φίλιππον (99) τὸν διάκονον ἡμῶν καὶ Ἀνανίαν τὸν πιστὸν ἀδελφὸν (100) αἰτιῶνταί τινες, ὅτι ὁ μὲν τὸν εὐνοῦχον ἐβάπτισεν, ὁ δὲ ἐμὲ Παῦλον· ἀγνοοῦσιν αὐτοί, ὃ λέγομεν ἡμεῖς· εἴπομεν γὰρ ὅτι οὐχ ἑαυτῷ τις ἁρπάζει τὸ ἱερατικὸν ἀξίωμα, ἀλλ' ἢ παρὰ τοῦ Θεοῦ λαμβάνει, ὡς Μελχισεδὲκ, καὶ Ἰὼβ, ἢ παρὰ ἀρχιερέως, ὡς Ἀαρὼν παρὰ Μωσέως· οὐκοῦν καὶ Φίλιππος καὶ Ἀνανίας οὐχ ἑαυτοὺς προεῖλοντο, ἀλλ' ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ προεχειρίσθησαν τοῦ ἀρχιερέως, τοῦ ἀσυγκρίτου Θεοῦ (1).

B

[60] Act. VI, VII. [61] I. Ignat. interpol. ad Trall. 11; pseudo-Ignat. ad Tars. 3. [62] Act. VIII, IX.

## VARIORUM NOTÆ.

(99) *Φιλιππον.* In margine cod. Vindobon. legitur hoc Scholion: Ὅτι ὁ βαπτίσας τὸν εὐνοῦχον Αἰθίοπα οὐκ ἦν ἀπόστολος Φίλιππος, ἀλλ' εἷς τῶν μετὰ τοῦ ἁγίου Στεφάνου προχειρισθέντων εἰς διακόνους, ὧτινι ἦσαν τέσσαρες θυγατέρες, ὡς φησι Λουκᾶς ἐν ταῖς Πράξεσι. CLER.

(100) *Ἀνανίαν τὸν πιστὸν ἀδελφόν.* Hunc locum sic interpretatur Œcumenius ad Act. IX, 10, quasi Ananias fuerit diaconus: Καὶ οὗτος ὁ Ἀνανίας διάκονος ἦν, ὡς αὐτὸς Παῦλος μαρτυρεῖ ἐν τοῖς Κανόσι. *Et iste Ananias erat diaconus, quemadmodum ipse Paulus testatur in Canonibus.* Verum id nequaquam dicit Constitutio. COT.

C

(1) *Τοῦ ἀσυγκρίτου Θεοῦ.* Potest etiam aliter verti, tollendo virgulam præcedentem. ID. — Sic debet verti: *A Christo Pont. Maximo Dei nulli comparandi*, vel *cum quo nullus conferri queat.* Hæc enim fuit Arianorum sententia, quam auctor, lapsa apostolorum tectus, caute *Constitutionibus* inserit. CLER.

# CANONES APOSTOLICI.

(Vide Conciliorum Collectionem, nostræ editionis tom. I. EDIT. PATR.)

Digitized by Google

# RECOGNITIONES S. CLEMENTIS.

—

# VETERUM TESTIMONIA

## DE RECOGNITIONIBUS CLEMENTINIS.

(GALLAND., *Vet. Patr. Biblioth.*, I, 211.)

—

### I.

ORIGENES, tomo III *Commentariorum in Genesim*, in *Philocaliæ* cap. 22.

Καὶ Κλήμης δὲ ὁ Ῥωμαῖος, Πέτρου ἀποστόλου μαθητὴς, συνῳδὰ τούτοις ἐν τῷ παρόντι προβλήματι, πρὸς τὸν Πατέρα, ἐν Λαοδικείᾳ εἰπὼν ἐν ταῖς Περιόδοις, ἀναγκαιότατόν τι ἐπὶ τέλει τῶν τοιούτων λόγων φησὶ, περὶ τῶν τῆς γενέσεως δοκούντων ἐμβεβηκέναι (2), λόγῳ τεσσαρεσκαιδεκάτῳ· *Καὶ ὁ Πατήρ*, κ. τ. λ.

A Et vero Clemens Romanus, Petri apostoli discipulus, his consentanea de præsenti quæstione, ad Patrem, Laodiceæ in Periodis (seu Circuitionibus) locutus; ad finem hujusmodi sermonum, aliquid maxime necessarium profert, de iis quæ per genituram videntur evenisse; oratione decima quarta: *Et Pater*, etc. *Recognit.* lib. x, cap. 10.

IDEM, ad Matthæi XXVI, 6, etc,

Tale aliquid dicit et Petrus ad Clementem; quoniam opera bona quæ fiunt ab infidelibus, in hoc sæculo eis prosunt; non et in illo, ad consequendam vitam æternam. Et convenienter; quia nec illi propter Deum faciunt, sed propter ipsam naturam humanam. Qui autem propter Deum faciunt, id est fideles; non solum in hoc sæculo proficit eis, sed et in illo; magis autem in illo. *Recogn.* lib. VII, cap. 38.

### II.

EUSEBIUS, *Histor. eccl.* lib. III, cap. 3.

Librum vero qui Actus Petri dicitur, et Evangelium ejus nomine inscriptum, ejusdem quoque Prædicationis et Revelationis libros, pro catholicis scriptis nunquam esse habitos constat; quandoquidem nec vetustiorum quisquam, nec recentiorum Ecclesiæ scriptorum, desumpto ex iis libris testimonio usus fuit.

Τὸ μὲν τῶν ἐπικεκλημένων αὐτοῦ Πράξεων, καὶ τὸ κατ' αὐτὸν ὠνομασμένον Εὐαγγέλιον, τό τε λεγόμενον αὐτοῦ Κήρυγμα, καὶ τὴν καλουμένην Ἀποκάλυψιν, οὐδ' ὅλως ἐν καθολικοῖς ἴσμεν παραδεδομένα· ὅτι μήτε ἀρχαίων, μήτε τῶν καθ' ἡμᾶς τις ἐκκλησιαστικὸς συγγραφεὺς, ταῖς ἐξ αὐτῶν συνεχρήσατο μαρτυρίαις.

*Ex versione Rufini.*

Ille vero libellus qui dicitur Actus Petri, et quod nomine ejus Evangelium nuncupatur, sed et qui dicitur ejus Prædicatio vel Revelatio, in Scripturis prorsus canonicis non habentur. Sed ne aliquis quidem scriptorum veterum, uti eorum testimoniis invenitur. *Lege* Nicephorum, lib. II, cap. 46.

*De his Actibus Petri, in quibus contenti videntur libri* Recognitionum, *item de aliis ejusdem nominis, consuli debent:* Hieronymus, *infra*, Isidorus Pelusiota, *lib.* II. *epist.* 99; Philastrius, De hæresibus, *cap.* 40; Innocentius papa, *epist.* 3, *cap.* 7; Gelasius, in *concilio Romano*; Photius, *cum infra tum cod.* CXIV, *et* Sigebertus, De viris illustribus, *cap.* 1.

(2) Ἐμβεβηκέναι. Forte ἐκβεβηκέναι

Digitized by Google

Quidam porro alia etiam opera prolixa et copiosa sub ejus nomine heri ac nudiustertius in lucem protulerunt: puta Petri et Apionis disputationes; quorum apud antiquos nulla omnino exstat mentio. Neque enim sincera rectæ fidei ab apostolis traditæ nota in illis expressa reperitur. *Lege* Maximi *Prologum in Opera Dionysii.*

Idem Eusebius, lib. III, cap 38.

Ἤδη δὲ καὶ ἕτερα πολυεπῆ καὶ μακρὰ συγγράμματα, ὡς τοῦ αὐτοῦ, χθὲς καὶ πρώην τινὲς προήγαγον, Πέτρου δὴ καὶ Ἀπίωνος διαλόγους περιέχοντα· ὧν οὐδ' ὅλως μνήμη τις παρὰ τοῖς παλαιοῖς φέρεται. Οὐδὲ γὰρ καθαρὸν τῆς ἀποστολικῆς ὀρθοδοξίας ἀπεσώζει τὸν χαρακτῆρα.

*Ex interpr. Rufini.*

Sed et alia ejus opuscula non minima a nonnullis haberi perhibentur; velut Petri et Apionis disputatio; quæ in usu a veteribus habita minime reperimus; quia nec pura in eis et incorrupta apostolicæ fidei regula mansisse deprehenditur. *Lege* Niceph. lib. III, cap. 18.

*De* Disputatione Petri et Apionis, *quæ videtur fuisse vel pars vel appendix Clementis* Recognitionum *et* Actuum Petri *vide infra in* Hieronymo, Photio et Honorio Augustodunensi.

## III.

### S. Athanasius, in *Synopsi sacræ Scripturæ.*

Iterum libri Novi Testamenti quibus contradicitur, sunt: Circuitus Petri, etc. Ex quibus veriora et a Deo inspirata, electa sunt ac translata. Hæc sunt quæ leguntur, etc.

A Τῆς Νέας πάλιν Διαθήκης ἀντιλεγόμενα ταῦτα Περίοδοι Πέτρου, etc. Ἐξ ὧν μετεφράσθησαν ἐκλεγέντα τὰ ἀληθέστερα καὶ θεόπνευστα. Ταῦτα τὰ ἀναγινωσκόμενα, etc.

## IV.

### S. Epiphanius, *hæresi* XXX, *Ebionæorum*, num. 15.

Utuntur autem et aliis quibusdam libris, nempe iis qui vocantur Circuitus Petri, a Clemente conscripti: atque ea quidem quæ in illis continentur corruperunt, pauca autem vera reliquerunt: quemadmodum eos ipse Clemens omnibus modis redarguit, per epistolas circulares quæ, ab eo scriptæ, in sanctis ecclesiis leguntur. Quia alium habet characterem fides illius ac oratio, ab iis quæ sub nomine ejus isti in Circuitibus supposuerunt. Ille enim virginitatem docet; at isti repudiant. Ille Eliam, Davidem, Sampsonem omnesque prophetas commendat; quos isti detestantur. Itaque in Circuitibus omnia ad suum institutum accommodarunt, ac de Petro multa mendacia confinxerunt: quasi is quotidie castimoniæ causa laverit, sicut et isti faciunt. Eumdem etiam aiunt abstinuisse ab animatis et carnibus, ut ipsi solent; et ab omni alio cibo qui carne constet; quandoquidem et ipse Ebion, et Ebionitæ omnino ab iis abstinent. *Lege* Recognit. lib. IV, cap. 3; lib. V, cap. 36; lib. VII, cap. 6, et lib. VIII, cap. 1 et 2.

Χρῶνται δὲ καὶ ἄλλαις τισὶ βίβλοις, δῆθεν ταῖς Περιόδοις καλουμέναις Πέτρου, ταῖς διὰ Κλήμεντος γραφείσαις· νοθεύσαντες μὲν τὰ ἐν αὐταῖς, ὀλίγα δὲ ἀληθινὰ ἐάσαντες· ὡς αὐτὸς Κλήμης αὐτοὺς κατὰ πάντα ἐλέγχει, ἀφ' ὧν ἔγραψεν Ἐπιστολῶν ἐγκυκλίων τῶν ἐν ταῖς ἁγίαις ἐκκλησίαις ἀναγινωσκομένων· ὅτι ἄλλον ἔχει χαρακτῆρα ἡ ἑαυτοῦ πίστις καὶ ὁ λόγος, παρὰ τὰ ὑπὸ τούτων εἰς ὄνομα αὐτοῦ ἐν ταῖς Περιόδοις νενοθευμένα. Αὐτὸς γὰρ παρθενίαν διδάσκει, καὶ αὐτοὶ οὐ δέχονται. Αὐτὸς γὰρ ἐγκωμιάζει Ἠλίαν, καὶ Δαβίδ, καὶ Σαμψών, καὶ πάντας τοὺς προφήτας, οὓς οὗτοι βδελύττονται. Ἐν ταῖς οὖν Περιόδοις τὸ πᾶν εἰς ἑαυτοὺς μετήνεγκαν, καταψευσάμενοι Πέτρου κατὰ πολλοὺς τρόπους· ὡς αὐτοῦ καθ' ἡμέραν βαπτιζομένου ἀννισμοῦ ἕνεκεν, καθάπερ καὶ οὗτοι. Ἐμψύχων τε τὸν αὐτὸν ἀπέχεσθαι καὶ κρεῶν, ὡς καὶ οὗτοι, καὶ πάσης ἄλλης ἐδωδῆς τῆς ἀπὸ σαρκῶν πεποιημένης λέγουσιν, ἐπειδήπερ καὶ αὐτὸς Ἐβίων καὶ Ἐβιωνῖται παντελῶς ἀπέχονται τούτων.

## V.

### S. Hieronymus, *De vir. illustr.*, cap. 1.

Libri autem, e quibus unus Actorum ejus (Petri) inscribitur, alius Evangelii, tertius Prædicationis, quartus Apocalypseos, quintus Judicii, inter apocryphas scripturas reputantur (3). *Lege* Freculfum, tom. II, lib. I, cap. 20, et Honorium August., cap. 1.

(3) *Reputantur.* Al. *repudiantur.*

C *Ex antiqua versione.*

Τὰ δὲ συγγράμματα, τοῦτ' ἔστι πρῶτον, ὃ ἐπιγέγραπται, Πράξεις αὐτοῦ· δεύτερον, Εὐαγγέλιον· τρίτον, Κήρυγμα· τέταρτον, Ἀποκάλυψις· πέμπτον, Κρίσις· ὡς ἀπόκρυφα ὄντα ἀποδοκιμάζεται.

Digitized by Google

IDEM *ibid.*, cap. 15.

Καὶ Διάλογος Πέτρου καὶ Ἀπίωνος μακρῷ λόγῳ συνταγεῖσα, ἣν τινα Εὐσέβιος εὐθύνει, ἐν τῷ τρίτῳ τῆς Ἐκκλησιαστικῆς ἱστορίας τεύχει. A

Et Disputatio Petri et Apionis longo sermone conscripta, quam Eusebius in tertio *Historiæ ecclesiasticæ* volumine coarguit. *Lege* Freculfum, tom. II, lib. II, cap. 10.

IDEM lib. I *adversus Jovinianum*, cap. 14.

Possumus autem de Petro dicere, quod habuerit socrum eo tempore quo credidit, et uxorem jam non habuerit : quanquam legatur in Περιόδοις, et uxor ejus, et filia. Sed nunc nobis de canone omne certamen est. *In* Recognitionibus, *uxor Petri memoratur* lib. VII, cap. 25, 26, et lib. IX, cap. 38; *filia vero, nusquam.*

IDEM lib. I *Commentariorum in Epistolam ad Galatas*, I, 18.

Non ut oculos, genas vultumque ejus (Petri Paulus) aspiceret : utrum macilentus, an pinguis, adunco naso esset, an recto : et utrum frontem vesti- B ret coma ; an, ut Clemens in Periodis ejus refert, calvitiem haberet in capite. *Hoc nunc in* Recognitionibus *non invenitur.*

## VI.

RUFINUS, *De adulteratione librorum Origenis.*

Clemens, apostolorum discipulus, qui Romanæ Ecclesiæ post apostolos, et episcopus et martyr præfuit, libros edidit qui Græce appellantur ἀναγνωρισμός, id est Recognitio : in quibus, cum ex persona Petri apostoli doctrina quasi vere apostolica in quamplurimis exponatur, in aliquibus ita Eunomii dogma scribitur (4) ut nihil aliud quam ipse Eunomius disputare credatur, Filium Dei creatum ex nullis exstantibus asseverans. Tum deinde etiam illud adulterii inseritur genus, ut naturam diaboli, cæterorumque dæmonum, non propositi voluntatisque malitia, sed excepta ac separata creaturæ produxerit qualitas; qui utique in cæteris omnem rationabilem creaturam docuerat liberi arbitrii facultate donatam. Sunt etiam alia nonnulla libris ejus inserta quæ ecclesiastica Regula omnino non recipit. Quid, quæso, de his sentiendum est? quod apostolicus vir, imo pene apostolus, non ea scribit quæ apostoli dicunt; cui Paulus apostolus testimonium dedit, dicens : *Cum Clemente et adjutoribus meis cæteris, quorum nomina sunt in libro vitæ*[43]; et scribat hoc quod libris vitæ contrarium est? An id potius credendum est, quod supra diximus ; quod perversi homines, ad assertionem dogmatum suorum, sub virorum sanctorum nomine, tanquam facilius credenda inseruerunt ea quæ illi nec sensisse, nec scripsisse credendi sunt. *Lege* Hieronymum, *Apologiæ adversus Rufinum* lib. II, cap. 4 ; *et Præfationem* Rufini *ad hos Recognitionum libros. Lege etiam Recognit.*, lib. III, cap. 8. C

IDEM, in peroratione translationis suæ Explanationum Origenis in Epistolam ad Romanos. (*Ex noviss. Origenis Opp. edit., tom.* IV, *pag.* 689.)

Post hoc sane vocat nos opus, quod olim quidem injunctum est, sed nunc a beato Gaudentio episcopo vehementius perurgetur ; Clementis, scilicet, Romani episcopi, apostolorum comitis ac successoris, de *Recognitione* libri, ut in Latinum vertantur. In quo opere bene novi, quod laborem labor multiplicat, si sortem suscipiat. Satisfaciam sane in eo amicis meis; dabo titulo nomen meum, auctoris nihilominus vocabulo permanente. Nam Rufini Clemens scribetur.

## VII.

S. PAULINUS NOLANUS epistola 46 ad Rufinum, num. 2.

Sane quod admonere dignaris affectu illo quo nos sicut te diligis, ut studium in Græcas litteras attentius sumam, libenter accipio ; sed implere non valeo : nisi forte desideria mea adjuvat Dominus, ut diutius consortio tuo perfruar. Nam quo modo profectum capere potero sermonis ignoti, si desit a D quo ignorata condiscam? Credo enim in translatione sancti Clementis, præter alias ingenii mei defectiones, hanc te potissimum imperitiæ meæ penuriam considerasse, quod aliqua in quibus intelligere vel exprimere verba non potui, sensu potius apprehenso, vel (ut verius dicam) opinata transtule-

[43] Philipp. IV, 3.

(4) *Scribitur.* Al. *inseritur.*



Digitized by Google

quidquam eorum dimovere, quæ vobis secundum voluntatem Dei per nos definita sunt? Verum quia multi hoc non esse necessarium putaverunt; imo confundere ordines, ac unicuique tributam ordinationem labefactare audent, sibi arripientes non traditas dignitates, ac tyrannice permittentes sibi ea, quorum dandorum potestatem non habent; ac propterea, tum Deum irritant, quemadmodum Coritæ[21], et rex Ozias[22], qui præter dignitatem, ac sine Deo usurparunt pontificatum, atque illi quidem facti sunt ignis pabulum, hic vero in fronte leprosus; tum exasperant Christum Jesum, qui ita constituit; tum constristant Spiritum sanctum, infirmantes illius testimonium: idcirco jure, periculum iis qui hæc designant impendens prospicientes, et negligentiam in sacrificiis ac gratiarum actionibus, eo quod impie offerantur ab iis a quibus non oportet, quique honorem pontificalem, complexum magni pontificis Jesu Christi regis nostri imitationem, pro ludo habent; ideo, inquam, necesse fuit de eo quoque admonere: jam enim quidam conversi sunt retro post vanitatem suam[23]. Itaque dicimus, quod Moses, Dei famulus, cum quo Deus facie ad faciem colloquebatur, ut si quis loquatur ad amicum suum[24]; cui dixit: « Novi te præ omnibus; » cum quo ad os loquebatur, et non per obscura, vel somnia, vel angelos, vel ænigmata[25], hic Moses, cum divinam legislationem constitueret, distinxit quænam oporteret peragi a pontificibus, quænam a sacerdotibus, quænam a levitis, ac distribuit unicuique cultum proprium suoque ministerio convenientem; et ad ea quidem quæ jussit pontifices perficere, fas non erat ut accederent sacerdotes; ad ea vero quæ sacerdotibus definita erant, levitæ non admittebantur; sed singuli ministeria præscripta quæ acceperant servabant; si quis autem ultra sibi traditum officium progredi nitebatur, morte luebat pœnas[27]. Hoc vero præcipue demonstravit id, quod Sauli contigit; qui cum existimasset se absque propheta et pontifice Samuele sacrificare posse, ad se peccatum et maledictum nunquam abjiciendum attraxit; neque prophetam movit ac flexit, quod ab ipso Saul in regem unctus fuisset[28]. Hoc etiam evidentiori operatione demonstravit Deus per ea quæ Oziæ acciderunt, de cujus prævaricatione exegit pœnas absque mora; et qui contra pontificatum insanierat, regno quoque pulsus est[29]. Cæterum quæ sub nobis acta sint, forsitan non ignoratis. Scitis enim omnino episcopos, presbyteros et diaconos a

A γνώμην Θεοῦ παρ' ἡμῶν ὁρισθέντων; ἀλλ' ἐπειδὴ πάρεργον οἱ πολλοὶ καὶ τοῦτο ἡγήσαντο εἶναι, συγχέειν δὲ τὰς τάξεις καὶ τὴν ἐφ' ἑκάστου χειροτονίαν παρακινεῖν τολμῶσιν, ὑφαρπάζοντες ἑαυτοῖς ἀξιώματα τὰ μὴ διδόμενα, καὶ ἐπιτρέποντες ἑαυτοῖς τυραννικῶς ἃ μὴ ἔχουσιν ἐξουσίαν διδόναι, καὶ διὰ τοῦτο παροργίζουσι μὲν Θεὸν, ὥσπερ οἱ Κορεῖται, καὶ ὁ βασιλεὺς Ὀζίας, παρ' ἀξίαν ἐπιθέμενοι ἄνευ Θεοῦ τῇ ἀρχιερωσύνῃ, καὶ γενόμενοι, οἱ μὲν πυρίφλεκτοι, ὁ δὲ κατὰ τοῦ μετώπου λεπρός· παροξύνουσι δὲ Χριστὸν (88) Ἰησοῦν τὸν διαταξάμενον, λυποῦσι δὲ καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἀκυροῦντες αὐτοῦ τὴν μαρτυρίαν· εἰκότως, τὸν ἐπηρτημένον (89) κίνδυνον τοῖς τὰ τοιαῦτα πράττουσι προειδόμενοι, καὶ τὴν εἰς τὰς θυσίας καὶ εὐχαριστίας ἀμέλειαν, ἐκ τοῦ ὑφ' ὧν μὴ χρὴ προσαγομένας ἀσεβῶς, παιδιὰν ἡγουμένων τὴν ἀρχιερατικὴν, ἥτις μίμησιν περιέχει τοῦ μεγάλου ἀρχιερέως Ἰησοῦ Χριστοῦ βασιλέως ἡμῶν, ἀνάγκην ἔσχομεν καὶ τοῦτο παραινέσαι· ἤδη γάρ τινες ἐξετράπησαν ὀπίσω τῆς ἑαυτῶν ματαιότητος· λέγομεν (90) ὡς Μωσῆς, ὁ τοῦ Θεοῦ θεράπων, ᾧ ὁ Θεὸς ἐνώπιος ἐνωπίῳ ὡμίλει, ὡς εἴ τις λαλήσῃ πρὸς ἑαυτοῦ φίλον, ᾧ εἶπεν· « Οἶδά σε παρὰ πάντας· » ᾧ κατὰ πρόσωπον ὡμίλει καὶ οὐ δι' ἀδήλων[26], ἢ ἐνυπνίων, ἢ ἀγγέλων, ἢ αἰνιγμάτων· οὗτος ἡνίκα τὴν θείαν νομοθεσίαν διετάσσετο, διεῖλε τίνα μὲν χρὴ ὑπὸ τῶν ἀρχιερέων ἐπιτελεῖσθαι, τίνα δὲ ὑπὸ τῶν ἱερέων, τίνα δὲ ὑπὸ τῶν λευιτῶν, ἑκάστῳ τὴν οἰκείαν καὶ ἀνήκουσαν τῇ λειτουργίᾳ θρησκείαν ἀπονείμας, καὶ ἅπερ μὲν τοῖς ἀρχιερεῦσι προστέτακτο ἐπιτελεῖν, τούτοις τοὺς ἱερέας οὐ θεμιτὸν ἦν προσιέναι· ἅπερ δὲ τοῖς ἱερεῦσιν ὥριτο, τούτοις οἱ λευῖται οὐ προσίεσαν· ἀλλ' ἕκαστοι ἅπερ (91) παρειλήφεισαν ὑπηρεσίας περιεγεγραμμένας, ἐφύλαττον· εἰ δέ τις πέρα τῆς παραδόσεως προσιέναι ἐβούλετο, θάνατος (92) ἦν τὸ ἐπιτίμιον. Τοῦτο δὲ μάλιστα διέδειξε καὶ ἡ κατὰ τὸν Σαοὺλ πεῖρα· ὃς θύσαι νενομικὼς δίχα τοῦ προφήτου καὶ ἀρχιερέως Σαμουὴλ, ἔσπασεν εἰς ἑαυτὸν ἁμαρτίαν καὶ κατάραν ἀνεπίβλητον· καὶ οὐδὲ τὸ κεχρῖσθαι ὑπ' αὐτοῦ εἰς βασιλέα, ἐδυσώπησε τὸν προφήτην. Ἐνεργεστέρᾳ[30] δὲ τῇ πράξει διέδειξεν ὁ Θεὸς ἐν τοῖς κατὰ τὸν Ὀζίαν, οὐκ ἐν μελισμῷ[31] τὰς ἐπὶ τῇ παρανομίᾳ εἰσπράξαμενος δίκας· καὶ ὁ τῆς ἀρχιερωσύνης καταμανεὶς, καὶ τῆς βασιλείας ἀλλότριος κατέστη. Τὰ δὲ ἐφ' ἡμῶν ἴσως οὐκ ἀγνοεῖτε. Ἴστε γὰρ πάντως ἐπισκόπους παρ' ἡμῶν ὀνομασθέντας, καὶ πρεσβυτέρους, καὶ διακόνους, εὐχῇ καὶ χειρῶν ἐπιθέσει, τῇ διαφορᾷ τῶν ὀνομάτων καὶ (93) τὴν διαφορὰν τῶν πραγμάτων δεικνύοντας. Οὐ γὰρ ὁ βουλόμενος παρ' ἡμῖν ἐπλήρου τὴν χεῖρα, ὥσπερ

[21] Num. xvi. [22] II Paral. xxvi. [23] I. I Tim. v, 15. [24] Num. xii, 8; Exod. xxxiii, 11, 17. [25] Num. xii, 8. [26] al. διὰ δήλων. [27] Num. iv. [28] I Reg. xiii. [29] II Paral. xxvi. [30] f. ἐναργεστέρᾳ. [31] f. μελισμῷ. Sic cod. Vind.

## VARIORUM NOTÆ.

(88) *Χριστόν*. In altero καὶ τὸν Χριστόν. Ed.

(89) *Ἐπηρτημένον*. In altero cod. Vindob. ἐπηρτισμένον, quasi ab ἐπαρτίζω *perficio*, sed prius malim. Ed.

(90) *Λέγομεν*. Addit. alter cod. δέ. Ed.

(91) *Ἅπερ*. Melius cod. Vindob. ἅς, ut referatur ad ὑπηρεσίας. Ed.

(92) *Θάνατος*. Scriptura codicum unius: ἀνάθεμα. Cot.

(93) *Καί*. Dele hanc voculam ex auctoritate cod. Vind. Cler.

Digitized by Google

ἐπὶ τῆς κιβδήλου τῶν Δαμάλεων ἐπὶ τοῦ Ἱεροβοὰμ παραχεκομμένης ἱερωσύνης, ἀλλ' ὁ καλούμενος ὑπὸ τοῦ Θεοῦ. Εἰ μὲν γὰρ μὴ θεσμός τις ἦν, καὶ τάξεων διαφορὰ, ἦρκει ἂν δι' ἑνὸς ὀνόματος τὰ ὅλα τελεῖσθαι. Ἀλλ' ὑπὸ τοῦ Κυρίου διδαχθέντες ἀκολουθίαν πραγμάτων, τοῖς μὲν ἐπισκόποις τὰ τῆς ἀρχιερωσύνης ἐνείμαμεν (94), τοῖς δὲ πρεσβυτέροις τὰ τῆς ἱερωσύνης, τοῖς δὲ διακόνοις τὰ τῆς πρὸς ἀμφοτέρους διακονίας· ἵν' ᾖ καθαρῶς τὰ τῆς θρησκείας ἐπιτελούμενα. Οὔτε γὰρ διακόνῳ προσφέρειν θυσίαν θεμιτὸν, ἢ βαπτίζειν, ἢ εὐλογίαν μικρὰν ἢ μεγάλην ποιεῖσθαι, οὔτε πρεσβύτερον [33*], χειροτονίας ἐπιτελεῖν· οὐ γὰρ ὅσιον, ἐνεστράφθαι τὴν τάξιν· « Οὐ γάρ ἐστιν ὁ Θεὸς ἀκαταστασίας, » ἵνα οἱ ὑποδεδηκότες τὰ τῶν κρειττόνων τυραννικῶς σφετερίζωνται, νομοθεσίαν καινὴν ἀναπλάττοντες ἐπὶ κακῷ τῷ ἑαυτῶν, ἀγνοοῦντες ὅτι σκληρὸν αὐτοῖς τὸ πρὸς κέντρα λακτίζειν. Οὐ γὰρ ἡμᾶς, ἢ τοὺς ἐπισκόπους πολεμοῦσιν οἱ τοιοῦτοι, ἀλλὰ τὸν πάντων ἐπίσκοπον καὶ τοῦ Πατρὸς ἀρχιερέα Χριστὸν Ἰησοῦν τὸν Κύριον ἡμῶν. Ὑπὸ Μωσέως μὲν γὰρ τοῦ θεοφιλεστάτου ἀρχιερεῖς κατεστάθησαν, καὶ ἱερεῖς, καὶ λευῖται, ὑπὸ δὲ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἡμεῖς, οἱ δεκατρεῖς ἀπόστολοι (95)· ὑπὸ δὲ τῶν ἀποστόλων ἐγὼ Ἰάκωβος· καὶ ἐγὼ Κλῆμης, καὶ σὺν ἡμῖν ἕτεροι· ἵνα μὴ πάντας πάλιν καταλέγωμεν· κοινῇ δὲ ὑπὸ πάντων ἡμῶν πρεσβύτεροι, καὶ διάκονοι, καὶ ὑποδιάκονοι, καὶ ἀναγνῶσται. Πρῶτος τοίνυν τῇ φύσει ἀρχιερεὺς (96) ὁ μονογενὴς Χριστὸς, οὐχ ἑαυτῷ τὴν τιμὴν ἁρπάσας, ἀλλὰ παρὰ τοῦ Πατρὸς κατασταθείς· ὃς γενόμενος ἄνθρωπος δι' ἡμᾶς, καὶ τὴν πνευματικὴν θυσίαν προσφέρων τῷ Θεῷ αὐτοῦ καὶ Πατρὶ, πρὸ τοῦ πάθους, ἡμῖν διετάξατο μόνοις τοῦτο ποιεῖν· καί τοι ὄντων σὺν ἡμῖν καὶ ἑτέρων τῶν εἰς αὐτὸν πεπιστευκότων· ἀλλ' οὐ πάντως ὁ πιστεύσας (97), ἤδη καὶ ἱερεὺς κατέστη, ἢ ἀρχιερατικῆς ἀξίας ἔτυχε. Μετὰ δὲ τὴν ἀνάληψιν αὐτοῦ, ἡμεῖς προσενεγκόντες κατὰ τὴν διάταξιν αὐτοῦ θυσίαν καθαρὰν καὶ ἀναίμακτον, προεχειρισάμεθα ἐπισκόπους, καὶ πρεσβυτέρους, καὶ διακόνους ἑπτὰ τὸν ἀριθμόν· ὧν εἷς ἦν Στέφανος (98) ὁ μακάριος μάρτυς, οὐκ ἀπολειπόμενος

A nobis prece ac manuum impositione nominatos esse, qui differentia nominum differentiam quoque rerum ostendant. Non enim qui volebat, apud nos implebat manum [33], sicut in falso et adulterino vitularum sacerdotio, tempore Jeroboami; sed qui vocabatur a Deo. Nam si nulla lex posita esset, nec ulla ordinum differentia; suffecisset, cuncta per unum nomen perfici. Verum, a Domino edocti rerum consequentiam, episcopis quidem quæ ad pontificatum pertinent assignavimus, presbyteris vero quæ ad sacerdotium, diaconis autem quæ ad ministeria utrisque impendenda, ut quæ ad cultum Dei spectant, pure celebrentur. Neque enim diacono licet sacrificium offerre, aut baptizare, aut benedictionem seu parvam, seu magnam facere; neque presbytero, ordinationes peragere; quia æquum non est, ordinem inverti: « Non enim est Deus dissensionis [33]; » ne inferiores, quæ sunt superiorum, tyrannice sibi vindicent, novam legum regulam refingentes in malum suum, ignorantes durum esse sibi contra stimulum calcitrare [34]. Et vero isti homines non oppugnant nos, aut episcopos; sed omnium episcopum, Patrisque pontificem Christum Jesum Dominum nostrum. Siquidem per Mosem Deo charissimum constituti sunt pontifices, sacerdotes ac levitæ [35]; a nostro autem Salvatore nos tredecim apostoli; ab apostolis vero ego Jacobus, et ego Clemens et alii nobiscum [36]; ne omnes iterum recenseamus; communiter autem ab omnibus nobis presbyteri, diaconi, subdiaconi et lectores. [37] Primus igitur natura pontifex unigenitus Christus, non sibi honorem rapuit, sed a Patre constitutus est [38]: ille propter nos factus homo, et spirituale sacrificium offerens Deo suo ac Patri, ante passionem, nobis constituit solis, hoc facere [39]; licet nobiscum essent alii quoque qui in eum crediderant: verum non statim ac aliquis credidit, jam et sacerdos constitutus fuit, aut dignitatem pontificalem obtinuit. Post illius vero assumptionem, nos juxta ejusdem constitutionem offerentes sacrificium mundum ac

[33] III Reg. XIII. 33. [33*] πρεσβυτέρῳ rectius legeretur [33] I Cor. XIV, 33. [34] Act. IX, 5. [35] Exod. XXVIII, XXIX. [36] I. lib. VII, c. 46. [37] Ignat. interpol. ad Magn. 3; ad Sm. 9. [38] Heb. V. [39] Luc. XXII.

## VARIORUM NOTÆ.

(94) *Ἐρείμαμεν.* Auctior est idem liber, voce πρεσβεῖα. Cot.

(95) *Οἱ δεκατρεῖς ἀπόστολοι.* Eodem modo S. Ambrosius initio libri *De benedictionibus patriarcharum*, Paulum appellat tertium decimum apostolum. At quibusdam, apud Hieronymum ad caput XVII Isaiæ, tertius decimus apostolus est Jacobus frater Domini, decimus quartus Paulus: qua de re videndus Procopius ad idem caput. Mitto quod S. Basilius elogio τρισκαιδεκάτου ἀποστόλου invenitur ornatus, aliique. ID.

(96) *Τῇ φύσει ἀρχιερεύς.* Homines gratia Dei et adoptione pontifices fiunt: Christus autem vocari potest natura pontifex, hoc est proprietate ac auctoritate, juxta illud Tertulliani IV *adversus Marcionem* 35: *Authenticus pontifex Dei Patris*, et lib. V, cap. 9: *Christus proprius et legitimus Dei antistes*, non quidem per divinitatem, proprie loquendo: quod Arianice ab Eusebio post Origenem asseritur, Catholice negatur ab auctore sermonis *De uno legislatore*, tom. VI B. Chrysostomi; sed per carnem, ut ait idem scriptor, secutus S. Athanasium in majore oratione *De fide*, apud Theodoritum, dialogo 2. Dixi proprie loquendo; quia, latius acceptum nomen pontificis, Verbo Dei non impie tribueretur, et Christo nondum incarnato, ut charismatum paternorum, donorum Dei universali distributori. *Catholicum Patris sacerdotem* appellat Tertullianus IV citati Operis lib. cap. 9. Certe Cyrillus Hierosolymitanus, in catechesi 10, Christi sacerdotium vult esse æternum, absque initio ac fine. In Anastasii *Collectaneis* p. 125: *Unius natura regis cunctorum Dei, natura etiam ob salutem nostram pontificis facti, unus erat typus Melchisedech.* ID.

(97) *Ὁ πιστεύσας.* Cod. Vind. πᾶς ὁ πιστεύσας. CLER.

(98) *Στέφανος.* Scholion hic additur: Ποίαν διακονίαν λέγει ἐγχειρισθῆναι τὸν ἅγιον μάρτυρα Στέφανον. ID.

Digitized by Google

incruentum, elegimus episcopos, et presbyteros, et diaconos numero septem. Ex his septem unus erat Stephanus beatus martyr [60], in amore erga Deum nobis nequaquam inferior; qui adeo in Deum pietatem fide ostendit et charitatem in Dominum nostrum Jesum Christum, ut pro eo animam quoque daret, a Judæis Domini interfectoribus jactu lapidum occisus. [61] Verumtamen talis ac tantus vir, qui spiritu ferveba:, qui Christum a dextris Dei et cœlestes januas apertas vidit; nusquam cernitur iis usus esse, quæ ad diaconorum ministerium non pertinent, vel sacrificium offerendo, vel manus alicui imponendo; sed diaconi ordinem usque ad finem custodisse: ita quippe decebat Christi martyrem, ordinem ac disciplinam servare. Si vero Philippum diaconum, et Ananiam fidelem fratrem quidam causantur [62]; quod ille quidem eunuchum baptizavit, hic vero me Paulum; ii non intelligunt quod dicimus: siquidem inquimus, neminem sibi rapere sacerdotalem dignitatem; sed vel a Deo accipere, ut Melchisedecus et Jobus; vel a pontifice, ut Aaron a Mose: igitur etiam Philippus et Ananias non seipsos constituerunt, sed electi sunt a Christo pontifice, Deo incomparabili.

A ἡμῶν κατὰ τὴν πρὸς Θεὸν εὔνοιαν· ὃς τοσοῦτον τὴν θεοσέβειαν τῇ πίστει ἐνεδείξατο, καὶ τὴν εἰς τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν ἀγάπην, ὡς ὑπὲρ αὐτοῦ δοῦναι καὶ τὴν ψυχήν, πρὸς τῶν κυριοκτόνων Ἰουδαίων λίθοις βληθείς. Ἀλλ' ὅμως ὁ τοιοῦτος καὶ τηλικοῦτος ἀνὴρ, ὁ τῷ πνεύματι ζέων, ὁ τὸν Χριστὸν ὁρῶν ἐκ δεξιῶν τοῦ Θεοῦ καὶ τὰς οὐρανίας πύλας ἀνεῳγμένας, οὐδαμοῦ φαίνεται τοῖς μὴ ἀνήκουσι τῇ διακονίᾳ χρησάμενος, ἢ θυσίαν ἀνενεγκών, ἢ χεῖρας ἐπιθείς τινι, ἀλλὰ τὸ τῆς διακονίας τάγμα φυλάξας μέχρι τέλους· οὕτω γὰρ ἔπρεπε τῷ τοῦ Χριστοῦ μάρτυρι, τὴν εὐταξίαν ἀποσώζειν. Εἰ δὲ Φίλιππον (99) τὸν διάκονον ἡμῶν καὶ Ἀνανίαν τὸν πιστὸν ἀδελφὸν (100) αἰτιῶνταί τινες, ὅτι ὁ μὲν τὸν εὐνοῦχον ἐβάπτισεν, ὁ δὲ ἐμὲ Παῦλον· ἀγνοοῦσιν αὐτοί, ὃ λέγομεν ἡμεῖς· εἴπομεν γὰρ ὅτι οὐχ ἑαυτῷ τις ἁρπάζει τὸ ἱερατικὸν ἀξίωμα, ἀλλ' ἢ παρὰ τοῦ Θεοῦ λαμβάνει, ὡς Μελχισεδὲκ, καὶ Ἰὼβ, ἢ παρὰ ἀρχιερέως, ὡς Ἀαρὼν παρὰ Μωσέως· οὐκοῦν καὶ Φίλιππος καὶ Ἀνανίας οὐχ ἑαυτοὺς προεῖλοντο, ἀλλ' ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ προεχειρίσθησαν τοῦ ἀρχιερέως, τοῦ ἀσυγκρίτου Θεοῦ (1).

B

[60] Act. VI, VII. [61] I. Ignat. interpol. ad Trall. 11; pseudo-Ignat. ad Tars. 3. [62] Act. VIII, IX.

## VARIORUM NOTÆ.

(99) *Φίλιππον*. In margine cod. Vindobon. legitur hoc Scholion: Ὅτι ὁ βαπτίσας τὸν εὐνοῦχον Αἰθίοπα οὐκ ἦν ἀπόστολος Φίλιππος, ἀλλ' εἷς τῶν μετὰ τοῦ ἁγίου Στεφάνου προχειρισθέντων εἰς διακόνους, ὧτινι ἦσαν τέσσαρες θυγατέρες, ὡς φησι Λουκᾶς ἐν ταῖς Πράξεσι. CLER.

(100) *Ἀνανίαν τὸν πιστὸν ἀδελφόν*. Hunc locum sic interpretatur Œcumenius ad Act. IX, 10, quasi Ananias fuerit diaconus: Καὶ οὗτος ὁ Ἀνανίας διάκονος ἦν, ὡς αὐτὸς Παῦλος μαρτυρεῖ ἐν τοῖς Κανόσι. *Et iste Ananias erat diaconus, quemadmodum ipse Paulus testatur in Canonibus.* Verum id nequaquam dicit Constitutio. COT.

C

(1) *Τοῦ ἀσυγκρίτου Θεοῦ*. Potest etiam aliter verti, tollendo virgulam præcedentem. ID. — Sic debet verti: *A Christo Pont. Maximo Dei nulli comparandi*, vel *cum quo nullus conferri queat.* Hinc enim fuit Arianorum sententia, quam auctor, larva apostolorum tectus, caute *Constitutionibus* inseruit. CLER.

# CANONES APOSTOLICI.

(Vide Conciliorum Collectionem, nostræ editionis tom. I. EDIT. PATR.)

Digitized by Google

# RECOGNITIONES S. CLEMENTIS.

—

## VETERUM TESTIMONIA

## DE RECOGNITIONIBUS CLEMENTINIS.

(GALLAND., *Vet. Patr. Biblioth.*, I, 211.)

—

### I.

ORIGENES, tomo III *Commentariorum in Genesim*, in *Philocaliæ* cap. 22.

Καὶ Κλήμης δὲ ὁ Ῥωμαῖος, Πέτρου ἀποστόλου μαθητὴς, συνῳδὰ τούτοις ἐν τῷ παρόντι προβλήματι, πρὸς τὸν Πατέρα, ἐν Λαοδικείᾳ εἰπὼν ἐν ταῖς Περιόδοις, ἀναγκαιότατόν τι ἐπὶ τέλει τῶν τοιούτων λόγων φησὶ, περὶ τῶν τῆς γενέσεως δοκούντων ἐμβεβηκέναι (2), λόγῳ τεσσαρεσκαιδεκάτῳ· *Καὶ ὁ Πατήρ*, κ. τ. λ.

A Et vero Clemens Romanus, Petri apostoli discipulus, his consentanea de præsenti quæstione, ad Patrem, Laodiceæ in Periodis (seu Circuitionibus) locutus; ad finem hujusmodi sermonum, aliquid maxime necessarium profert, de iis quæ per genituram videntur evenisse; oratione decima quarta: *Et Pater*, etc. *Recognit.* lib. x, cap. 10.

IDEM, ad Matthæi XXVI, 6, etc,

Tale aliquid dicit et Petrus ad Clementem; quoniam opera bona quæ fiunt ab infidelibus, in hoc sæculo eis prosunt; non et in illo, ad consequendam vitam æternam. Et convenienter; quia nec illi propter Deum faciunt, sed propter ipsam naturam humanam. Qui autem propter Deum faciunt, id est fideles; non solum in hoc sæculo proficit eis, sed et in illo; magis autem in illo. *Recogn.* lib. VII, cap. 38.

### II.

EUSEBIUS, *Histor. eccl.* lib. III, cap. 3.

Librum vero qui Actus Petri dicitur, et Evangelium ejus nomine inscriptum, ejusdem quoque Prædicationis et Revelationis libros, pro catholicis scriptis nunquam esse habitos constat; quandoquidem nec vetustiorum quisquam, nec recentiorum Ecclesiæ scriptorum, desumpto ex iis libris testimonio usus fuit.

Τὸ μὲν τῶν ἐπικεκλημένων αὐτοῦ Πράξεων, καὶ τὸ κατ' αὐτὸν ὠνομασμένον Εὐαγγέλιον, τό τε λεγόμενον αὐτοῦ Κήρυγμα, καὶ τὴν καλουμένην Ἀποκάλυψιν, οὐδ' ὅλως ἐν καθολικοῖς ἴσμεν παραδεδομένα· ὅτι μήτε ἀρχαίων, μήτε τῶν καθ' ἡμᾶς τις ἐκκλησιαστικὸς συγγραφεὺς, ταῖς ἐξ αὐτῶν συνεχρήσατο μαρτυρίαις.

*Ex versione Rufini.*

Ille vero libellus qui dicitur Actus Petri, et quod nomine ejus Evangelium nuncupatur, sed et qui dicitur ejus Prædicatio vel Revelatio, in Scripturis prorsus canonicis non habentur. Sed ne aliquis quidem scriptorum veterum, uti eorum testimoniis invenitur. *Lege* Nicephorum, lib. II, cap. 46.

*De his Actibus Petri, in quibus contenti videntur libri* Recognitionum, *item de aliis ejusdem nominis, consuli debent:* Hieronymus, *infra*, Isidorus Pelusiota, *lib.* II. *epist.* 99; Philastrius, De hæresibus, *cap.* 40; Innocentius papa, *epist.* 3, *cap.* 7; Gelasius, in *concilio Romano*; Photius, *cum infra tum cod.* CXIV, *et* Sigebertus, De viris illustribus, *cap.* 1.

(2) *Ἐμβεβηκέναι*. Forte ἐκβεβηκέναι

Digitized by Google

Quidam porro alia etiam opera prolixa et copiosa sub ejus nomine heri ac nudiustertius in lucem protulerunt: puta Petri et Apionis disputationes; quorum apud antiquos nulla omnino exstat mentio. Neque enim sincera rectæ fidei ab apostolis traditæ nota in illis expressa reperitur. *Lege* Maximi *Prologum in Opera Dionysii.*

Idem Eusebius, lib. III, cap 38.

Ἤδη δὲ καὶ ἕτερα πολυεπῆ καὶ μακρὰ συγγράμματα, ὡς τοῦ αὐτοῦ, χθὲς καὶ πρώην τινὲς προήγαγον, Πέτρου δὴ καὶ Ἀπίωνος διαλόγους περιέχοντα· ὧν οὐδ' ὅλως μνήμη τις παρὰ τοῖς παλαιοῖς φέρεται. Οὐδὲ γὰρ καθαρὸν τῆς ἀποστολικῆς ὀρθοδοξίας ἀπισώζει τὸν χαρακτῆρα.

*Ex interpr. Rufini.*

Sed et alia ejus opuscula non minima a nonnullis haberi perhibentur; velut Petri et Apionis disputatio; quæ in usu a veteribus habita minime reperimus; quia nec pura in eis et incorrupta apostolicæ fidei regula mansisse deprehenditur. *Lege* Niceph. lib. III, cap. 18.

*De* Disputatione Petri et Apionis, *quæ videtur fuisse vel pars vel appendix Clementis* Recognitionum *et* Actuum Petri *vide infra in* Hieronymo, Photio et Honorio Augustodunensi.

## III.

### S. Athanasius, in *Synopsi sacræ Scripturæ.*

Iterum libri Novi Testamenti quibus contradicitur, sunt: Circuitus Petri, etc. Ex quibus veriora et a Deo inspirata, electa sunt ac translata. Hæc sunt quæ leguntur, etc.

A Τῆς Νέας πάλιν Διαθήκης ἀντιλεγόμενα ταῦτα Περίοδοι Πέτρου, etc. Ἐξ ὧν μετεφράσθησαν ἐκλεγέντα τὰ ἀληθέστερα καὶ θεόπνευστα. Ταῦτα τὰ ἀναγινωσκόμενα, etc.

## IV.

### S. Epiphanius, *hæresi* XXX, *Ebionæorum*, num. 15.

Utuntur autem et aliis quibusdam libris, nempe iis qui vocantur Circuitus Petri, a Clemente conscripti: atque ea quidem quæ in illis continentur corruperunt, pauca autem vera reliquerunt: quemadmodum eos ipse Clemens omnibus modis redarguit, per epistolas circulares quæ, ab eo scriptæ, in sanctis ecclesiis leguntur. Quia alium habet characterem fides illius ac oratio, ab iis quæ sub nomine ejus isti in Circuitibus supposuerunt. Ille enim virginitatem docet; at isti repudiant. Ille Eliam, Davidem, Sampsonem omnesque prophetas commendat; quos isti detestantur. Itaque in Circuitibus omnia ad suum institutum accommodarunt, ac de Petro multa mendacia confinxerunt: quasi is quotidie castimoniæ causa laverit, sicut et isti faciunt. Eumdem etiam aiunt abstinuisse ab animatis et carnibus, ut ipsi solent; et ab omni alio cibo qui carne constet; quandoquidem et ipse Ebion, et Ebionitæ omnino ab iis abstinent. *Lege* Recognit. lib. IV, cap. 3; lib. V, cap. 36; lib. VII, cap. 6, et lib. VIII, cap. 1 et 2.

Χρῶνται δὲ καὶ ἄλλαις τισὶ βίβλοις, ὅθεν ταῖς Περιόδοις καλουμέναις Πέτρου, ταῖς διὰ Κλήμεντος γραφείσαις· νοθεύσαντες μὲν τὰ ἐν αὐταῖς, ὀλίγα δὲ ἀληθινὰ ἐάσαντες· ὡς αὐτὸς Κλήμης αὐτοὺς κατὰ πάντα ἐλέγχει, ἀφ' ὧν ἔγραψεν Ἐπιστολῶν ἐγκυκλίων τῶν ἐν ταῖς ἁγίαις ἐκκλησίαις ἀναγινωσκομένων· ὅτι ἄλλον ἔχει χαρακτῆρα ἡ ἑαυτοῦ πίστις καὶ ὁ λόγος, παρὰ τὰ ὑπὸ τούτων εἰς ὄνομα αὐτοῦ ἐν ταῖς Περιόδοις νενοθευμένα. Αὐτὸς γὰρ παρθενίαν διδάσκει, καὶ αὐτοὶ οὐ δέχονται. Αὐτὸς γὰρ ἐγκωμιάζει Ἠλίαν, καὶ Δαβίδ, καὶ Σαμψών, καὶ πάντας τοὺς προφήτας, οὓς οὗτοι βδελύττονται. Ἐν ταῖς οὖν Περιόδοις τὸ πᾶν εἰς ἑαυτοὺς μετήνεγκαν, καταψευσάμενοι Πέτρου κατὰ πολλοὺς τρόπους· ὡς αὐτοῦ καθ' ἡμέραν βαπτιζομένου ἁγνισμοῦ ἕνεκεν, καθάπερ καὶ οὗτοι. Ἐμψύχων τε τὸν αὐτὸν ἀπέχεσθαι καὶ κρεῶν, ὡς καὶ οὗτοι, καὶ πάσης ἄλλης ἐδωδῆς τῆς ἀπὸ σαρκῶν πεποιημένης λέγουσιν, ἐπειδήπερ καὶ αὐτὸς Ἐβίων καὶ Ἐβιωνῖται παντελῶς ἀπέχονται τούτων.

## V.

### S. Hieronymus, *De vir. illustr.*, cap. 1.

Libri autem, e quibus unus Actorum ejus (Petri) inscribitur, alius Evangelii, tertius Prædicationis, quartus Apocalypseos, quintus Judicii, inter apocryphas scripturas reputantur (3). *Lege* Freculfum, tom. II, lib. I, cap. 20, et Honorium August., cap. 1.

(3) *Reputantur.* Al. *repudiantur.*

C *Ex antiqua versione.*

Τὰ δὲ συγγράμματα, τοῦτ' ἔστι πρῶτον, ὃ ἐπιγέγραπται, Πράξεις αὐτοῦ· δεύτερον, Εὐαγγέλιον· τρίτον, Κήρυγμα· τέταρτον, Ἀποκάλυψις· πέμπτον, Κρίσις· ὡς ἀπόκρυφα ὄντα ἀποδοκιμάζεται.

Digitized by Google

IDEM *ibid.*, cap. 15.

Καὶ Διάλογος Πέτρου καὶ Ἀπίωνος μακρῷ λόγῳ συνταγεῖσα, ἣν τινα Εὐσέβιος εὐθύνει, ἐν τῷ τρίτῳ τῆς *Ἐκκλησιαστικῆς ἱστορίας* τεύχει. A

Et Disputatio Petri et Apionis longo sermone conscripta, quam Eusebius in tertio *Historiæ ecclesiasticæ* volumine coarguit. *Lege* Freculfum, tom. II, lib. II, cap. 10.

IDEM lib. I *adversus Jovinianum*, cap. 14.

Possumus autem de Petro dicere, quod habuerit socrum eo tempore quo credidit, et uxorem jam non habuerit : quanquam legatur in Περιόδοις, et uxor ejus, et filia. Sed nunc nobis de canone omne certamen est. *In* Recognitionibus, *uxor Petri memoratur* lib. VII, cap. 25, 26, et lib. IX, cap. 38; *filia vero, nusquam.*

IDEM lib. I *Commentariorum in Epistolam ad Galatas*, I, 18.

Non ut oculos, genas vultumque ejus (Petri Paulus) aspiceret : utrum macilentus, an pinguis, adunco naso esset, an recto : et utrum frontem vesti- B ret coma ; an, ut Clemens in Periodis ejus refert, calvitiem haberet in capite. *Hoc nunc in* Recognitionibus *non invenitur.*

## VI.

RUFINUS, *De adulteratione librorum Origenis.*

Clemens, apostolorum discipulus, qui Romanæ Ecclesiæ post apostolos, et episcopus et martyr præfuit, libros edidit qui Græce appellantur ἀναγνωρισμός, id est Recognitio : in quibus, cum ex persona Petri apostoli doctrina quasi vere apostolica in quamplurimis exponatur, in aliquibus ita Eunomii dogma scribitur (4) ut nihil aliud quam ipse Eunomius disputare credatur, Filium Dei creatum ex nullis exstantibus asseverans. Tum deinde etiam illud adulterii inseritur genus, ut naturam diaboli, C cæterorumque dæmonum, non propositi voluntatisque malitia, sed excepta ac separata creaturæ produxerit qualitas; qui utique in cæteris omnem rationabilem creaturam docuerat liberi arbitrii facultate donatam. Sunt etiam alia nonnulla libris ejus inserta quæ ecclesiastica Regula omnino non recipit. Quid, quæso, de his sentiendum est? quod apostolicus vir, imo pene apostolus, non ea scribit quæ apostoli dicunt; cui Paulus apostolus testimonium dedit, dicens : *Cum Clemente et adjutoribus meis cæteris, quorum nomina sunt in libro vitæ*[43]; et scribat hoc quod libris vitæ contrarium est? An id potius credendum est, quod supra diximus ; quod perversi homines, ad assertionem dogmatum suorum, sub virorum sanctorum nomine, tanquam facilius credenda inseruerunt ea quæ illi nec sensisse, nec scripsisse credendi sunt. *Lege* Hieronymum, *Apologiæ adversus Rufinum* lib. II, cap. 4 ; *et Præfationem* Rufini *ad hos Recognitionum libros. Lege etiam Recognit.*, lib. III, cap. 8.

IDEM, in peroratione translationis suæ Explanationum Origenis in Epistolam ad Romanos. (*Ex noviss. Origenis Opp. edit., tom.* IV, *pag.* 689.)

Post hoc sane vocat nos opus, quod olim quidem injunctum est, sed nunc a beato Gaudentio episcopo vehementius perurgetur ; Clementis, scilicet, Romani episcopi, apostolorum comitis ac successoris, de *Recognitione* libri, ut in Latinum vertantur. In quo opere bene novi, quod laborem labor multiplicat, si sortem suscipiat. Satisfaciam sane in eo amicis meis; dabo titulo nomen meum, auctoris nihilominus vocabulo permanente. Nam Rufini Clemens scribetur.

## VII.

S. PAULINUS NOLANUS epistola 46 ad Rufinum, num. 2.

Sane quod admonere dignaris affectu illo quo nos sicut te diligis, ut studium in Græcas litteras attentius sumam, libenter accipio ; sed implere non valeo : nisi forte desideria mea adjuvat Dominus, ut diutius consortio tuo perfruar. Nam quo modo profectum capere potero sermonis ignoti, si desit a D quo ignorata condiscam? Credo enim in translatione sancti Clementis, præter alias ingenii mei defectiones, hanc te potissimum imperitiæ meæ penuriam considerasse, quod aliqua in quibus intelligere vel exprimere verba non potui, sensu potius apprehenso, vel (ut verius dicam) opinata transtule-

[43] Philipp. IV, 3.

(4) *Scribitur.* Al. *inseritur.*



Digitized by Google

rim. Quo magis egeo misericordia Dei, ut plenio- A famelici cordis ore colligere. *Hunc locum Heribertus Rosweydus de* Recognitionibus *explicat.*
rem mihi tui copiam tribuat; quia pro divitiis erit pauperi, ut micas a divitis mensa cadentes, avido

## VIII.

Auctor *Operis imperfecti in Matthæum*, hom. 27, ad Matth. x, 41.

(*Inter Opp.* S. Joan. Chrysost., *tom.* VI, *pag.* 115 *edit. BB.*)

Sed audi mysterium, quod Petrus apud Clementem exposuit. Si fidelis fecerit opus bonum; et heic ei prodest, liberans eum a malis; et in illo sæculo, ad percipiendum regnum cœleste: magis autem ibi, quam heic. Si autem infidelis fecerit opus bonum; heic ei prodest opus ipsius: et heic ei reddit Deus bona pro opere suo. In illo autem B sæculo nihil ei prodest opus ipsius: nec enim collocatur inter cæteros fideles propter opus suum: et juste; quia naturali bono motus, fecit bonum, non propter Deum: ideo in corpus suum recipit mercedem operis sui, non in anima sua. *Recognit.* lib. VII, cap. 38.

Id. ad Matthæi XXIV, 15.

Fuit enim exercitus alienigenarum et Romani imperatoris stans circa Hierusalem, quæ usque tunc fuerat sancta. Hoc et Petrus apud Clementem exponit. Lege *Recognit.* lib. I, cap. 39, 45; *Clementina*, hom. 3, num. 15; *Lactantium*, Divin. instit. lib. IV, cap. 21.

Id. ad ejusdem capitis versum 16.

Sicut autem Petrus apud Clementem exponit, Antichristo etiam plenorum signorum faciendorum est danda potestas. *Recognit.*, lib. III, cap. 60.

Id. ad versum 24.

*Signa magna.* Non inutilia, neque vana, quæ C ministri diaboli facere solent; sed magna, id est utilia et plena, quæ sancti facere solebant. Nam in tempore quidem apostolorum, et postmodum, ministri quidem Christi, utilia et plena signa faciebant ex parte dextra; qualia sunt, cæcos illuminare, et alia hujusmodi facere; ministri autem diaboli, inutilia faciebant et vana, ex parte sinistra; quæ admirationem quidem videntibus excitarent, ad utilitatem autem nullius proficerent. Et erat inter ministros Christi, et ministros diaboli, ex hoc judicare, qui inutilia et qui utilia facerent signa. In fine autem temporis concedenda est potestas diabolo (sicut in Historia Clementis Petrus exponit) ut faciant signa utilia, et ex ea parte qua prius facere consueverant sancti; ut jam ministros Christi non per hoc cognoscamus, quia utilia faciunt signa, sed quia omnia non hæc faciunt signa. *Recognit.* lib. III, cap. 59, 60.

Id. ad versum 42.

Unde et sapienter Petrus dicit apud Clementem, quomodo debet quis incessanter quæ Dei sunt cogitare et loqui; quoniam si mens fuerit in his occupata, Malus non invenit locum ad mentem. *Recognit.*, lib. III, cap. 31.

## IX.

Gennadius, libro *De viris illustribus*, cap. 17.

Rufinus, Aquileiensis ecclesiæ presbyter, non D minima pars fuit doctorum Ecclesiæ; et in transferendo de Græco in Latinum, elegans ingenium habuit. Denique maxima parte Græcorum bibliothecam Latinis exhibuit: Basilii, scilicet, Cæsariensis Cappadociæ episcopi, Gregorii Nazianzeni eloquentissimi hominis, Clementis Romani *Recognitionum* libros, etc. Horum omnium quæcunque præmissis Prologis a Latinis leguntur, a Rufino interpretata sunt: quæ sunt sine Prologo, ab alio translata sunt qui Prologum facere noluit, etc. Lege *Honorium Augustodun.*

## X.

*Concilium Romanum*, sub Gelasio.

Itinerarium nomine Petri apostoli, quod appellatur sancti Clementis libri decem (5), apocryphum.

(5) *Decem.* Al. *octo*, vel *novem.* Male.

Digitized by Google

## XI.

### Chronicum dictum Alexandrinum, editionis Raderi, pag. 50.

Ὅθεν καὶ Πέτρος ὁ ἀπόστολος ἀφηγεῖται Κλημίῳ (6), λέγων· Ἐν τινι (7) δικαίῳ μετὰ τῶν ἐξ αὐτοῦ, Νῶε, σὺν τοῖς ἐξ αὐτοῦ [f. καὶ ταῖς αὐτῶν] ἐν λάρνακι διασώζεσθαι προανήγγειλεν· ἵνα πάντων τῶν ἀκαίρων ὀλοθρευθέντων, ὁ κόσμος καθαρισθῇ, ἐν αὐτῇ (8) τῇ λάρνακι διασωθεὶς εἰς δευτέραν περιουσίαν, καθαρῶς (9) ἀποθῇ. Ὅμως καὶ τούτων γενομένων, οἱ ἄνθρωποι (10) ἤρξαντο ἀσεβεῖν. A Unde et Petrus apostolus exponit Clementi, dicens: Uni viro justo Noe, cum filiis suis (cumque illorum uxoribus), ut in arca servarentur prænuntiavit: quo, cunctis pravis importunisque hominibus peremptis, purificationem mundus acciperet; et is qui ad secundam humani generis vitam fuerat reservatus, purus mundusque efficeretur. Sed, his omnibus gestis, rursus homines ad impietatem verterentur. Leg. *Recognit.*, lib. IV, cap. 12, 15; *Clementina*, hom. 8. num. 17.

*Ibid.*, pag. 62, de Mesraimo seu Zoroastre.

Τοῦτον ἠνίξατο Πέτρος, εἰπών, ὅτι μετὰ τὸν κατακλυσμὸν, πάλιν οἱ ἄνθρωποι ἀσεβεῖν ἤρξαντο. Hunc innuit Petrus, cum dicit, quod post diluvium, rursus homines impie agere cœperunt. *Recogn.* lib. IV, cap. 13.

*Ibid.*, pag. 64.

Λέγει δὲ περὶ τούτου Πέτρος ὁ ἀπόστολος εἰς τὰ *Κλημέντια*, πῶς ἦρξεν εἰς Βαβυλῶνα ἐν Αἰγύπτῳ κληρωθείς. Φησὶ γὰρ Πέτρος· Οὗτος ὁ Νεβρὼδ μετοικήσας ἀπὸ Αἰγύπτου εἰς Ἀσσυρίους εἰς Νίνον πόλιν, ἣν ἔκτισεν Ἀσσοὺρ, καὶ κτίσας τὴν πόλιν, ἥτις ἦν Βαβυλῶνος, πρὸς τὸ ὄνομα τῆς πόλεως ἐκάλεσεν. Αὐτὸν Νίνον τὸν Νεβρὼδ οἱ Ἀσσύριοι προσηγόρευσαν. Οὗτος διδάσκει Ἀσσυρίους σέβειν τὸ πῦρ. Ἔνθεν καὶ πρῶτον αὐτὸν βασιλέα μετὰ τὸν κατακλυσμὸν ἐποίησαν οἱ Ἀσσύριοι τοῦτον, ὃν μετωνόμασαν Νίνον. Ταῦτα Πέτρος περὶ τούτου. B Dicit autem de hoc (Nembrodo) Petrus apostolus in *Clementinis*, quomodo Babylone imperarit, cum Ægyptum sortitus esset. Ait enim Petrus: Hic Nembrodus ex Ægypto ad Assyrios demigravit, et Niniven habitavit quam Assur condidit; atque ædificata urbe quæ erat Babylon, de nomine civitatis appellavit. Nembrodum Assyrii Ninum vocaverunt. Hic Assyrios docuit ignem colere. Unde post diluvium hunc ipsum primum Assyrii crearunt regem, quem Ninum transnominarunt. Ista Petrus de illo. Lege *Recognit.*, lib. I, cap. 30; lib. IV, cap 29; *Clementina*, homil. 9, num. 4, etc.

## XII.

### Aldhelmus, *De laudibus virginitatis*, cap. 12.

Clemens (11) cœlestis clavicularii primus successor, et secundus Romanæ Ecclesiæ dispensator, (quanquam nonnulli Linum et Cletum in pontificatus regimine, nequidquam sine causa, præferant) quod cælibatus castimoniam, etiam antequam salutifero lavacro baptismi mersus, ab originali piaculo purgaretur, medullitus dilexerit, ipse propriis litterarum apicibus propalam testatur, dicens: *Ego Clemens in urbe Roma natus, a prima ætate pudicitiæ studium gessi.* Ergo si quod præstantissimum esse constat in cunctis virtutum gradibus, et mortalium naturæ difficillimum, nondum regeneratus, sibi usurpans tantopere taxaverat, quanto magis C credere fas est eum post accepta fidei rudimenta, spreto gentilium ritu, dum per provincias Petrum sequeretur, divini verbi semina serentem, et propagines evangelicæ vitis credentium scrobibus pastinantem, atque Simonicæ lethiferas necromantiæ labruscas radicitus exstirpantem; plenius ac perfectius servavisse: qui deinceps Itinerarium Petri, decem voluminibus digestum, luce clarius elimavit, Rufino in Latinum ex Græcorum bibliothecis vertente. *Lege* Recogn., *lib.* I, *cap.* 1. *Adeundum ejusdem carmen* De laude virginum, *eo loco in quo de Clemente agit.*

## XIII.

### Beda, in *Hexaemeron*, sive, ut alii falso inscribunt, Junilius, in priora Geneseos: ad Gen. I, 6, 7, 8.

De his sane quæ hactenus exposita sunt, id etiam de creatione diei primi et secundi in Historia sancti Clementis ita refertur (12) dixisse apostolum Petrum: *In principio, cum fecisset*, etc., *inferior vero* D

(6) *Κλημίῳ*. Forte Κλήμεντι.
(7) *Ἐν*. Leg. ἐνί τινι.
(8) *Ἐν αὐτῇ*. Præpone *καὶ*.
(9) *Καθαρῶς*. Forte καθαρός.
(10) *Οἱ ἄνθρωποι*. Forte præmittendum πάλιν.

(11) Hoc Aldhelmi testimonium quod mendis scatet in editis, Grabius in *Spicil. PP.* tom. I, p. 280, egregie restituit ex ms. cod. biblioth. Bodl. quem proinde secuti sumus.
(12) *Refertur*. Al. *referunt*.

Digitized by Google

*præberet hominibus.* Hæc nostro operi paucis inserere libuit, ut quantum hoc Patrum sensui concordet, lector agnoscat. *Recognitionum lib.* I, *cap.* 27.

Idem BEDA, in *Actorum* V, 34.

Hic Gamaliel, ut Clemens indicat, apostolorum erat in fide socius, sed eorum consilio permanens apud Judæos, ut eorum in tali turbine posset sedare furorem.

IDEM in *Retractatione in Acta*, ad eumdem locum.

De hoc Gamaliele et in libro sancti Clementis legimus, quia discipulus apostolorum occulte fuerit; sed eorum consilio inter Judæos, ad mitigandum eorum furorem, ubi necessitas ingruerit, sit manere præceptus. Sed hoc ita esse veraciter gestum, certissime hodie per revelationem reliquiarum beatissimi protomartyris Stephani cunctis late Christi Ecclesiis innotuit, quæ per eumdem virum divina dispositione facta est. Apparuit namque in visione sancto Dei famulo et presbytero Luciano, ut idem Lucianus presbyter postmodum omnibus Ecclesiis scripsit; et ubi sanctus Stephanus esset tumulatus, simul et Nicodemus, qui Dominum cum Joseph sepelivit, necnon et ipse Gamaliel cum filio suo Abiban, suavissima ostensione perdocuit. *Recognit. lib.* I, *cap.* 56, etc.

IDEM lib. *De ratione temporum*, cap. 3.

Denique sanctus Clemens apostolorum discipulus, et Romanæ Ecclesiæ tertius post Petrum episcopus, in sexto Historiarum suarum libro ita scribit: *In principio fecit Deus*, etc. *Recogn., lib.* VI.

## XIV.

NICEPHORUS CP., in fine Chronographiæ.

*Ex versione Anastasii Bibliothecarii.*

Ex quæ Novi (Testamenti) sunt apocrypha: Itinerarium Petri, versus MMDCC, etc.

Καὶ ὅσα τῆς Νέας εἰσὶν ἀπόκρυφα. Περίοδος (13) Πέτρου, στίχοι ,βψ' (14).

## XV.

AGOBARDUS libro *De Judaicis superstitionibus*, *cap.* 16 edit. Baluz., tom. I, pag. 85.

Sed et in libris Clementis, Ecclesiæ Romanæ pontificis, inveniuntur aliqua a supra memorato apostolo (Petro) de hujus rei observatione dicta, quæ in his inserere non incongruum existimavimus. Nam, licet iidem libri judicentur apocryphi; pleraque tamen ex his testimonia inveniuntur a doctoribus usurpata. Introducit ergo Clemens, cum necdum esset baptismi gratia purificatus, et ob hoc a mensa Petri cum cæteris similibus sequestratus, eumdem apostolum loquentem sibi his verbis: *Non pro superbia, o Clemens, convivium non ago cum his qui nondum purificati sunt; sed vereor, ne forte mihi quidem noceam, ipsis autem nihil prosim.* Et paulo post: *Nemo ergo vestrum contristetur*, ait, *a convivio nostro separatus. Parvo enim tempore sequestratur, qui cito voluerit baptizari; multo autem, qui tardius. Et ideo in vobis est, quando velitis, ad nostram convenire mensam; et non in nobis, quibus permissum non est sumere cum aliquo cibum, nisi prius fuerit baptizatus.* Hæc de scriptis Clementis necessario a nobis prolata sint; volentibus evidenter ostendere, ab apostolis traditam hujus rei antiquissimam observationem. Vera enim et ista ducenda sunt; et eo maxime, quo ab apostolicis Actibus in nullo videntur discrepare. *Leg.* Recogn., *lib.* III, *cap.* 71, 72.

## XVI.

FRECULFUS, tom. II, lib. II, cap. 10 *Chronicorum.*

Idem namque beatissimus Clemens suis refert scriptis, qualiter ad fidem perveniret Christi, et discipulus Petri ac individuus comes hæret (15). Ait enim inter cætera: *Dum esset mihi comes optime, immortalitatis cupido*, etc. *Recognit., lib.* I, *capp.* 2, 6, 7, 12, etc.

## XVII.

PHOTIUS, *Bibliothecæ* codd CXII, CXIII.

Lecta sunt Clementis Romani duo volumina librorum: quorum aliud, etc., alterum vero. dedicatio-

Ἀνεγνώσθη Κλήμεντος τοῦ Ῥώμης τεύχη βιβλίων δύο· ὧν τὸ μὲν, etc., τὸ δὲ τὴν προσφώνησιν, ὡς ἐν

(13) *Περίοδος.* Al. περίοδοι.
(14) *Βψ'.* Al. ,βψη'.
(15) *Hæret.* Forte *hæreret.*

Digitized by Google

ἐπιστολῆς εἶδει, πρὸς Ἰάκωβον τὸν ἀδελφόθεον ποιεῖται. Ἐν ᾧ αἵ τε λεγόμεναι τοῦ ἀποστόλου Πέτρου Πράξεις, καὶ αἱ πρὸς Σίμωνα τὸν Μάγον διαλέξεις, καὶ ἔτι ὁ Ἀναγνωρισμὸς Κλήμεντος, καὶ τοῦ πατρὸς, καὶ τῶν ἄλλων ἀδελφῶν. Διὸ καὶ ἔν τισι τῶν βιβλίων ἡ ἐπιγραφή, *Κλήμεντος τοῦ Ῥωμαίου Ἀναγνωρισμὸς*, ἐπιγράφεται. Ἔν τισι δὲ, ὡς ἔφημεν, Ἐπιστολὴ προτάττεται, ὡς πρὸς τὸν ἀδελφόθεον Ἰάκωβον. Καὶ αὕτη δὲ, οὐχ ἡ αὐτὴ, οὐδὲ ὡς ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ προσώπου προενηνεγμένη· ἀλλ' ἐπὶ μέν τινων βιβλίων, ὡς ἀπὸ Πέτρου τοῦ ἀποστόλου πρὸς Ἰάκωβον ἐπεσταλμένη· ἐφ' ἑτέρων δὲ, ὡς ἀπὸ Κλήμεντος πρὸς Ἰάκωβον· ἄλλη καὶ ἄλλη, καθὼς προείπομεν. Καὶ ἡ μὲν δηλοῖ, Πέτρον τὰς οἰκείας συγγράψαι πράξεις, καὶ πρὸς Ἰάκωβον αἰτησάμενον ταύτας ἀποστεῖλαι· ἡ δὲ διαλαμβάνει, ὡς Κλήμης ταύτας κατὰ πρόσταγμα Πέτρου συγγράψειε, κἀκείνου πρὸς τὴν ἀγήρω μεταστάντος, ἀποστεῖλοι Κλήμης πρὸς Ἰάκωβον. Ἔστιν οὖν εἰκασμῷ διαλαβεῖν, ὡς δύο μὲν εἶησαν τῶν Πέτρου Πράξεων ἐκδόσεις γεγενημέναι· τῷ δὲ χρόνῳ τῆς ἑτέρας διαῤῥυείσης, ἐπεκράτησεν ἡ τοῦ Κλήμεντος. Ἐν πᾶσι γὰρ τοῖς βιβλίοις ἃ εἴδομεν, καί τοι οὐκ ὀλίγων ὄντων, μετὰ τὰς διαφόρους ἐκείνας Ἐπιστολὰς καὶ ἐπιγραφὰς, τὴν αὐτὴν εὕρομεν ἀπαραλλάκτως πραγματείαν, ἀρχομένην· *Ἐγὼ Κλήμης*· καὶ τὰ ἑξῆς ἐντατόμενα. Μυρίων (16) δὲ ἀτοπημάτων ἡ πραγματεία γέμει αὕτη, καὶ τῆς εἰς τὸν Υἱὸν βλασφημίας κατὰ τὴν Ἀρείου δόξαν ἐστὶν ἀνάπλεως. Paucis deinde circa Constitutiones apostolicas interjectis, subdit: Ἡ μέντοιγε τῶν τοῦ Πέτρου Πράξεων βίβλος, τῷ τε λαμπρῷ καὶ τῇ σεμνότητι, καὶ ἔτι τῷ καθαρῷ καὶ συντόνῳ, καὶ τῇ ἄλλῃ ἀρετῇ τοῦ λόγου, καὶ πολυμαθείᾳ, τοσοῦτο ἔχει πρὸς τὰς διαταγὰς τὸ παραλλάττον, ὡς μηδὲ συγκρίσει τῇ κατὰ τοὺς λόγους πρὸς ἀλλήλας παραβάλλεσθαι τὰς βίβλους. Et infra: Ἡ δὲ λεγομένη δευτέρα πρὸς τοὺς αὐτοὺς, ὡς νόθος ἀποδοκιμάζεται· ὥσπερ ἐπιγραφόμενος ἐπ' ὀνόματι αὐτοῦ Πέτρου καὶ Ἀπίωνος πολύστιχος διάλογος.

nem et allocutionem, velut in forma Epistolæ, habet ad Jacobum fratrem Domini. In hoc continentur Acta quæ dicuntur Petri apostoli, et cum Simone Mago disputationes; ad hæc Recognitio Clementis, ejusque patris ac aliorum fratrum. Quare in quibusdam codicibus inscriptio præfigitur. *Clementis Romani Recognitio.* In nonnullis autem, ut diximus, Epistola præponitur, tanquam ad Jacobum fratrem Domini. Atque hæc quidem, non eadem, neque veluti ab eodem homine profecta: sed in quibusdam quidem libris, quasi a Petro apostolo ad Jacobum missa; in aliis autem, ut a Clemente ad Jacobum; alia atque alia, quemadmodum jam diximus. Et illa quidem declarat, Petrum propria gesta conscripsisse, ac Jacobo postulanti ea misisse; hæc vero refert, Clementem eadem gesta jussu Petri scripsisse; ac postquam ille ad vitam immortalem commigrasset, transmisisse ad Jacobum. Itaque conjectura deprehendere licet, Actuum Petri duas editiones factas fuisse; sed cum temporis longinquitate altera periisset, illam Clementis superasse. In omnibus enim codicibus quos vidimus, iisque certe non paucis, post diversas illas Epistolas atque inscriptiones, idem omnino sine variatione opus invenimus, incipiens sic: *Ego Clemens;* et quæ ordine deinceps sequuntur. Refertum autem est hoc Opus innumeris absurde dictis; plenumque blasphemiæ in Filium, juxta Arii opinionem. *Et infra:* Cæterum liber Actorum Petri, splendore et majestate, ad hæc puritate et vehementia, aliisque orationis dotibus atque multiplici doctrina, tantum Constitutiones superat, nulla ut hos inter libros comparatio, ad litteras quod attinet, institui debeat. *Et paulo post:* At quæ secunda (Epistola) ad eosdem (Corinthios) dicitur, rejicitur ut notha: quemadmodum et longa illa disputatio, beati Petri et Apionis nomen præferens.

## XVIII.

HINCMARUS. *De divortio Lotharii et Tetbergæ*, cap. 9.

Et in Petri Itinerario, de Clementis patre legitur; quod ut a fidelibus interficeretur, a Simone Mago quem deseruerat, unguento perunctus, ejusdem Simonis imaginem omnium oculis referebat; solus Petrus eum qui erat intuebatur: et orans, discipulos ad eorum oculos revocavit; et deluso phantasmate, intuentium obtutibus speciem propriam reddidit. *Recognit. lib.* x, *cap.* 53, etc.

## XIX.

HUMBERTUS, episcopus Sylvæ Candidæ, in *Responsione ad Nicetæ librum.*

Nam Clementis liber, id est Itinerarium Petri apostoli, et Canones apostolorum numerantur inter apocrypha. *Vide* Decreti *primam partem*, *dist.* 16, *cap.* 3.

(16) *Μυρίων ἀτοπημάτων γέμει.* Al. Ἀλλ' ἐπανωρθωκὼς ταύτην ὁ μεταφραστὴς, πλοῦτον καὶ ταυτότητα τῇ Θεοῦ Ἐκκλησίᾳ ἀπέθετο. Sic ad marginem cod. Maximi Marcunii. HOESCH.

Digitized by Google

## XX.

GEORGIUS CEDRENUS, in *Compendio Historiarum*, edit. Basil., p. 170.

Alia quoque miracula (Petrus et Simon Magus) ediderunt: neque id Romæ modo, sed ante etiam in Syria; quæ Clemens Romanus, sapientissimus Petri discipulus atque comes, recitavit: ex quibus pauca hic ponemus. *Quibus prolatis addit:* Hæc igitur et alia similia Clemens, quemadmodum dixi, scripsit dicta atque facta fuisse in Syria, *Lege* Recognit. *lib.* II, *cap.* 37, etc.; *lib.* III, *cap.* 47; *lib.* X, *cap.* 53; Clement., *hom.* 3, *n.* 38, etc.

A Καὶ μέν τοι καὶ ἄλλα σημεῖα ἐποίησαν πολλὰ οὐ μόνον ἐν Ῥώμῃ, ἀλλὰ καὶ ἐν Συρίᾳ πρότερον· ἃ τινα Κλήμης ὁ Ῥωμαῖος καὶ πάνσοφος μαθητὴς Πέτρου καὶ συνέκδημος διηγήσατο· ἀφ' ὧν ὀλίγα συντάξομεν ἐνταῦθα. Quibus interpositis, subjungit, pag. 173: Ταῦτα μέντοι καὶ ἕτερα τοιαῦτα γεγράφηκεν, ὡς (17) ἔφη, Κλήμης λεχθῆναι καὶ πραχθῆναι ἐν Συρίᾳ. Lege ANASTASIUM, quæst. 20, NICEPHORUM, *Histor. eccl.*, lib. II, cap. 27; PSEUDO-ABDIAM, lib. I.

## XXI.

HONORIUS AUGUSTODUNENSIS, lib. *De luminaribus Ecclesiæ*, cap. 15.

Clemens scripsit epistolam ad Corinthiorum Ecclesiam, valde utilem; et Itinerarium Petri, et Disputationem Petri et Apionis; et multa alia, quæ

B inter apocrypha numerantur. *Adi Vitam Clementis, in Pontificali libro.*

(17) *Ἔφη.* Leg. ἔφην.

---

# DISSERTATIO

## De decem libris *Recognitionum* S. Clementis, ad Jacobum fratrem Domini, a Rufino presbytero Aquileiensi in Latinum versis.

(Dom. Le Nourry, *Apparatus ad Bibliothecam max. Vet. Patr.*, p. 211; *Paris.*, 1703, in-fol.)

### ARTICULUS PRIMUS.

*Analysis horum librorum.*

Auctor hujus operis ab ipso libri primi exordio sibi nomen Clementi, Romam vero patriam fuisse dicit: narratque quo ipse modo, et a quibus in Christi cognitionem sit adductus. Ait autem se cum frustra philosophorum scholas, ut de immortalitate animæ, mundique creatione et duratione doceretur, frequentasset, ad Barnabam Christi discipulum, qui tunc Romam advenerat, sese contulisse. Hunc porro ut ipse fatur, publicos ad populum sermones habentem offendit, eumque adversus philosophos, rudem et impolitum illius dicendi morem irridentes, tuitus est, ac in domum suam postea deduxit. Inde illum in Judæam, magni Judæorum festi celebrandi causa, revertentem quindecim post diebus secutus, Cæsareæ Stratonis consecutus est. Barnabas vero eum confestim ducit ad Petrum, a quo benignissime excipitur, jubeturque sermones et disputationes omnes, quas deinceps, donec Romam pervenerint, habiturus erat, attente audiat. Spondet Clemens, rogatque Petrum, ut animæ nostræ in Christi judicium post mortem adducendæ immortalitatem, ac mundum finem aliquando accepturum esse sibi demonstret. Quæ quidem derepente Petrus tam dilucide probavit, ac insuper tanta claritate *quis esset verus Propheta*, ostendit; ut Clemens, Christianam fidem amplexatus, librum *De vero Propheta*, quem Hierosolymam misit ad Jacobum, statim composuerit.

C

Die sequenti, nuntiis acceptis Simonem Magum indictam a se cum Petro disputationem post septem dies distulisse, Clemens, rogante Petro, quidquid hesterna die ab eo audierat, memoriter reddidit. Tum Petrus, laudata ejus memoriæ tenacitate, ipsi quæcunque notatu digniora a creatione mundi ad extrema usque veri Prophetæ tempora evenerant, narravit, planumque fecit qua ratione primus et secundus Christi adventus prænuntiatus fuerit, et quem in locum animæ hominum post eorum mortem sint congregandæ.

D

Longam post hæc disputationem, quam omnes et singuli quique apostoli in Hierosolymitano templo per octo dies cum Judæis inierant, integram totamque exponit, declaratque quomodo in fine illius, seditione orta, ipsi Hiericho secesserint. Inde autem Jacobus Petrum, ut Simonem, qui se Christum et summam excelsi Dei virtutem esse jactabat, confutaret, Cæsaream direxit. Ad extremum Clemens de his omnibus quæ a Petro ac-

Digitized by Google

ceperat, actis gratiis, primum hunc librum absolvit.

In SECUNDO autem LIBRO narrat quomodo, stata disputationis Petri adversus Simonem die, ipse apostolus, primis gallorum cantibus e lecto surgens, et pauca quædam de vi consuetudinis maturius surgendi præfatus, ab Aquila et Niceta, quondam Simonis discipulis, tunc autem ad fidem Christianam conversis, quis ille magus, et quibus *moribus et actibus esset*, certior fieri voluerit. Sic itaque Petrus ad disputationem instructus, *ad atrium domus, in quo erat multitudo cum Simone congregata*, progreditur. Ibi apostolus, post brevem de pace a Christo in mundum allata disputationem, Deum cœli et terræ creatorem esse invictis probavit argumentis; atque omnes Simonis objectiones, cum ex Scriptura sacra, tum ex ratione petitas diluit et evertit. His autem illud adjecit, quod immensæ lucis æternitas ex lege possit ostendi. Tunc Simon apostolo respondit magna eum polliceri, spopondit-que fore ut si die crastina et factum mundum et animas immortales esse demonstrare voluerit, ad disputationem ipse esset reversurus. His dictis, Simon cum populi, qui secum venerat, tertia tantum parte abiit: cæteri omnes Petrum, qui plurimos mirabiliter sanavit, ultro secuti sunt.

TERTIUS LIBER secundam et tertiam Petri cum Simone disceptationem exhibet. Sed antequam ad earum priorem aggrederetur, summo mane de maximis coram confusa plebis multitudine disputandi difficultatibus, et de tribus sanctissimæ Trinitatis personis apud suos breviter disseruit. Orta luce, in eumdem hesternæ disputationis locum se contulit, ibique Simon postquam apostolo magicas artes, queis tot populorum animos tam cito sibi conciliaverat, frustra exprobrasset, ab ipso petiit ut fidem, *qua de immensitate lucis æternæ* acturum se esse promiserat, jam liberaret.

Sed ad aliam quæstionem continuo digressus, postulat ab eo, *cum Deus fecerit omnia*, ut ipse aiebat, unde sit malum. Quod quidem cum Petrus contra rectum disputationis ordinem postulari demonstravisset, tunc Simon unumquemque *fato, sicut ei decernitur*, pertrahi quibusdam rationum momentis probare nisus est. Contra vero Petrus liberum hominis arbitrium certissimis argumentis asseruit. Post hæc ab ipso Simon quæsivit, *si visibile istud cœlum resolvetur, cur ab initio factum est*. Et rursus ab eodem paulo post rogavit cur ille Deum, quem Scriptura a nullo videri posse dicit, a justis tamen post eorum mortem, videndum fore affirmaret. Quibus clare a Petro explicatis, iterum petit Magus utrum immortalis esset anima. Sed, hujus quæstionis examine in diem crastinum dilato, populus projecit se ad pedes Petri, qui plures cum ægrotos, tum obsessos a dæmone, sanos remisit et incolumes.

Sequenti igitur die, cum Petrus ea quæ pridie disputata fuerant, comitibus suis recitasset, ad consuetum disputationis locum accessit. Ibi autem salutato populo, et paucis de ordine in disceptationibus tenendo præmissis, immortalitatem animæ ex iis quæ Deus unicuique homini post mortem redditurus est, primum demonstravit. Dehinc Simoni, nonnulla variis argutiis contra objicienti, confestim respondit illum de hac animæ immortalitate *ex pueri violenter necati* imagine, quam in interiori suo cubiculo asservabat, posse fieri certiorem. His dictis *Simon, conscientia percussus*, veniam a Petro, quem istud prophetico spiritu didicisse credebat, supplex poposcit. Sed ubi Petrus id ab iis qui cum eo vixerant se accepisse palam professus fuisset, tunc Simon, ira percitus, et variis contumeliis vexans apostolum : *Fortunæ*, inquit, *non veritatis est ista victoria*. Petrus vero ex iis quæ imprudens confessus erat, illum magum esse plane convicit. Quibus Simon commotior factus, repetitis conviciis seditionem frustra excitare tentavit. Nam ab astante plebe ejectus, et derelictus ab omnibus, unum tantummodo habuit suæ fugæ comitem. Post hæc Petrus brevi sermone docuit et irrogatas ab hominibus injurias, et ipsos pravos homines patienter esse tolerandos. Denique, pro populo precatus, omnes ut maturius die sequenti convenirent, admonuit.

Ille vero ante lucem ortam, ut Nicetæ petitioni faceret satis, quid inter falsa et vera miracula esset discriminis, fuse ostendit. Primo autem diluculo Simonem navim, ut Romam peteret, conscendisse, et omnia magiæ suæ secreta in mare projecisse, certo accepit nuntio. Hæc populo jam coacto ille actutum nuntiat, additque se, quamvis fugientem Magum, ne hominum mentes depravaret, insequi cogeretur; apud eos tamen donec in fidei doctrina essent confirmati, commoraturum

Per hoc itaque temporis spatium, sermones ad eos consolandos, et fidei doctrina morumque pietate imbuendos, singulis quibusque diebus habuit; Zachæum episcopum, duodecim presbyteros, quatuorque creavit diaconos; duodecim sociis suis tres alios adjunxit; atque ex iis omnibus duodecim ad prædicandam Christi fidem, Simonemque debellandum præmisit, ac supra duodecim hominum millia sacris regeneravit baptismi aquis. Tribus demum elapsis mensibus, Clemens, eodem Petro jubente, sermones quos ab eo concionante Cæsareæ exceperat, decem redegit in libros, eosque misit ad Jacobum. Petrus vero Tripolim, ubi hiemaret, profectus est.

QUARTI LIBRI initio narrat idem Clemens quo itinere Petrus Tripolim venerit, quos, in urbibus per quas transivit, adduxerit ad Christi fidem, qua denique pompa Tripoli exceptus sit. Ibi, altera post adventum suum die, Petrus, præmissis, uti diximus, sociis suis, quæcunque post eorum discessum egerat, ante lucem ortam retulit, ab iisque ea omnia didicit quæ a Simone Tripoli fuerant patrata. Prima autem luce, nuntiatur Petro eumdem Magum, do

Digitized by Google

adventu ejus certiorem factum, in Syriam tendentem aufugisse; et populum frequentem ad januam, ut sermones ejus audiret, ipsi avidissime præstolari.

Quamobrem opportunum ille nactus locum, atque ex iis quos ab corporis ægritudinibus vel a dæmonis possessione liberaverat, argumentum ducens, planum omnibus fecit ægrotationes morbosque hominum, iisdem quibus a vero Dei cultu recesserant, ad eos accessisse gradibus; ac tandem eo cultu penitus derelicto, atque idololatria, cujus sicuti et magiæ originem pandit, introducta, datam dæmonibus animas eorum possidendi facultatem. Subinde se suosque ad verum summi Dei cultum restituendum missos esse suis annuntiavit auditoribus, ipsisque quid inter falsas verasque prophetias et visiones, inter sanationem vero aut falso miraculo redditam intersit discriminis, patefecit. Denique illos ad veram religionem amplexandam, apostolis Christi gerendum morem, vitamque pure et religiose instituendam, adhortatus, ut die sequenti ad eumdem locum maturius se conferrent, admonuit.

Exorta igitur die, idem ipse Petrus, præmissa *mentali oratione*, aliam quæ LIBRO QUINTO exhibetur, ad populum habuit concionem. In ea ob omnium oculos ponit hominem, ad imaginem Dei factum, tandiu in res terrenas habuisse dominatum, quandiu ipse justitiæ legibus obtemperavit; ubi vero ab iis discessit, continuo fragilitati, animi perturbationibus, tentationibus, vexationibus dæmonum, miseriisque omnibus obnoxium factum esse. Monet tamen parvo fidei grano morbos omnes posse sanari. Hanc igitur fidem ab omnibus suscipiendam esse concludit, et vero Prophetæ, quem, sicuti prænuntiatum fuerat, jam adventasse noverant, unice serviendum. Deinde docet non audiendas esse, quas ille singulatim recenset, suggestas a dæmone tentationes. Dimissis porro omnibus, ad sua ipse revertitur, ubi sociis suis concedit quodcunque libuisset, sciscitandi facultatem, et continuo ad singula quæque respondit eorum interrogata. Clemens vero cuncta quæ ab eo pronuntiata fuerant, in librum, quem misit ad Jacobum, accuratissime redegit.

SEXTUS LIBER aliam quoque Petri concionem continet. Is cum tardius solito ob noctium brevitatem surrexisset, ad consuetum concionis locum perrexit. Atque ibi primo explicuit quomodo homines possint falsas opiniones deponere, et in veritatis verique Dei pervenire notitiam. Manifestum deinde fecit illos haud difficulter scire potuisse non quidem *quid sit Deus*, *sed quod non sit*, ac proinde illum in idolis, humana arte fabricatis, non includi. At vero quia *omnia gignuntur ex aqua, quæ creata est ab initio per Unigenitum, per quem pervenitur ad Patrem*, exinde intulit genitalibus baptismi, cujus necessitatem utilitatemque demonstrare conatus est, nos aquis renasci debere. Illos autem qui hoc regenerationis sacramento initiati erant, commonefecit, ipsis non solum omnia opera bona quæ hactenus egerant continuo esse facienda, sed ad sublimiores perfectionis virtutis gradus semper esse ascendendum. *Hæc et his similia*, inquit Clemens, *cum dixisset Petrus, dimisit turbas.* Per tres autem integros menses apud Tripolitanos, quorum plurimos adduxit ad fidem, eodem modo concionatus est. Post hæc, Clemente aliisque pluribus sacro baptismate ablutis, Tripoli Maronem episcopum, et duodecim presbyteros, ac quosdam diaconos creavit, atque, inde tandem egressus, venit Antiochiam.

SEPTIMI LIBRI initio narratur Petrum, cum Tripoli Antaradum accessisset, socios suos, quorum major erat numerus, duas, quæ ipsum præcederent, divisisse in turmas; atque uni Nicetam, Aquilam alteri præfecisse. Clemens vero, gratiis Petro, quia eum apud se retinuerat, actis, ipsi poscenti quomodo patrem, et matrem, ac fratres amisisset, confestim declaravit. Die subsequenti, Petrus in insulam Aradum, viteas immensæ magnitudinis columnas videndi gratia, se contulit, ibique Clemens agnovit matrem suam Mathidiam illuc naufragio expulsam, atque eleemosynis victum quærentem. Illa vero cum uxore Petri cæterisque omnibus Laodiceam ducitur, qua in urbe a duobus aliis filiis suis, quibuscum naufragium fecerat, agnita quoque est. Hi autem narraverunt se post naufragium Cæsaream delatos, et cuidam viduæ, cui nomen Justæ erat, venditos, ejus postea cura litteris et philosophiæ cum Simone Mago operam dedisse, illiusque imbibisse errores; sed, Zachæi ope, fide Christi suscepta, se Petro tandem fuisse oblatos. Quibus auditis, Petrus Mathidiam, baptismi gratia donari postulantem, post unius diei jejunium eo regenerationis sacramento in mari initiavit.

Die subsequenti, ut in LIBRO OCTAVO auctor narrat, Petrus, Clemente duobusque aliis fratribus suis comitibus, lavat in mari, atque in secretum locum ad orationem secedit. Inde illi egredienti occurrit senex quidam pauper, *ex habitu operarius*, qui preces ad Deum perperam fundi, et *mundum non secundum Dei providentiam gubernari..... sed genesin esse quæ omnia agit et continet*, audacter asseruit. Fit interim magnus populi concursus, et Nicetas, data a Petro, qui seni respondere volebat, dicendi facultate, docuit mundum a Deo factum, et ab ipso quandoque solvendum, nec ex individuis corpusculis seu atomis, ut ferebat Epicuri sententia, quælibet corpora, mentesque intelligentia præditas, fieri. Variis deinde argumentis probavit mundum *ab ipsa sapientia et ratione*, quando ipsi placuit, fuisse conditum.

Postridie, cœtu in primarii cujusdam civis domum coacto, senex ea quæ Nicetas dixerat summatim repetit, atque, adversus illa disputans, contendit quædam *injuste et inordinate* facta esse; ex

Digitized by Google

iis autem quæ juxta ordinem fiunt, quædam ab alio quam ab ulla mente fuisse creata. Contra vero Aquila ex iis quæ secundum ordinem fieri senex concesserat, agnoscendam esse Dei providentiam demonstravit. Porro ex iis quæ inordinate fiunt, luculenter ostendit, *ab origine mundi nihil eorum* fuisse, sed ex impietate hominum suum mala sumpsisse initium. Denique cum omnibus quæ sibi objiciebantur, fuse respondisset, ultimam senis objectionem qua *omnia ex necessitate genesis sibi accidisse* dicebat, fratri suo Clementi, postero die solvendam reliquit. His dictis, Petrus nulli hominum, nisi soli vero prophetæ, quæ a Deo vel fieri vel non fieri non possint, comperta esse dixit; nec quemquam ab illo propheta hac de re, nisi, variis philosophorum subtilitatibus missis, sincero veritatis amore ducatur, fore unquam docendum. Cæterum ad investigandam veritatem id tantummodo requiri, ut homines num propheta ille vera semper prædixerit, diligenter inquirant.

Liber nonus initio traditur sequenti die more solito disputatum fuisse, utrum *nihil extra genesin fieret.* Quamobrem Clemens variis rationum momentis demonstravit hominem libero voluntatis arbitrio, quo quidlibet agere potest vel non agere, esse præditum. Senex vero arguit ex constellationibus variisque astrorum aspectibus, quos accurate recensuit, homines vel bonos fieri, vel malos. Contra Clemens longa inductione, qua variæ nationes eadem semper leges et consuetudines quantumcunque aspectus siderum varii fuerint, inviolate servaverunt, id falsum esse convicit. Summam argumenti illius vim et pondus agnovit senex. Quapropter ut id experientia sua falsum esse magis magisque persuaderet, sibi nomen esse Faustiniano confessus est, et quæcunque sibi acciderant, breviter narravit. Ab uxore itaque sua Mathidia filiisque suis agnitus est, iique, dimisso populo, una cum Petro, in eadem, ubi disceptatum fuerat, domo remanserunt.

Decimus liber docet quomodo Petrus, exorto sole, Faustinianoque adhuc dormiente, Clementem fratresque ejus de ineunda cum illo disputatione erudierit, statueritque eidem Faustiniano, ut ad amplexandam religionem Christianam sese compararet, dandum esse unius anni spatium. Cum autem Faustinianus e lecto surrexisset, ab iis quæsivit an sit in substantia et actibus bonum et malum. Huic quæstioni respondit Clemens, atque expositis de bono et malo stellarum aspectu principiis, probavit nullam inde hominibus imponi posse necessitatem. Porro autem cum hæc utrinque disceptarentur, Petrus, coactum videns populum, deinceps de idololatria falsisque deorum numinibus jussit disputari. Quocirca Clemens originem idololatriæ evolvit, dixitque vera falsorum deorum crimina, in primisque Jovis stupra et adulteria omnibus esse notissima, ac tandem etiamnum stare plura filiorum ejus, hominum utique nequissimorum sepulcra. Ad hæc Aquila respondit illas deorum fabulas a philosophis aliisque viris sapientibus allegorice fuisse explicatas. Contra autem Nicetas illi continuo ostendit hæc deorum crimina a pictoribus, sculptoribus et poetis non allegorice, sed reapse et ad litteram poni ante omnium oculos. Nicetas tamen has allegoricas fabularum expositiones, roganto Clemente, est prosecutus. Tum Petrus Scripturam sacram non eo sensu allegorico, sed alia, quam ipse docuit, methodo explicandam esse demonstravit. Deinde ad Faustinianum conversus, ipsum ad profitendam religionem Christianam, quæ nihil nisi sanctum et honestum præcipit, summopere adhortatus est. Denique, reddita ægrotis atque a dæmone obsessis sanitate, populum gaudentem lætumque dimisit.

Post hæc autem inter prandii apparatus Faustinianus, annuente Petro, Appionem et Anubionem, qui Antiochia Laodiceam cum Simone venerant, invisit. Tum Simon, ut ministri Cæsaris, qui eum ad necem quærebant, Faustinianum in locum suum morti traderent, ipsi magicis artibus faciem vultumque suum imposuit. Tam stupenda vero Faustiniani transformatione uxore filiisque ejus obstupefactis, promisit Petrus se Faustiniano, postquam Simonis vultu ad errores ejus destruendos usus esset, pristinam faciem redditurum. Quamobrem eumdem Faustinianum Antiochiam misit, quo turbas omnes a Mago adversum se calumniis acerbissimis concitatas, simulata ejusdem veri Simonis pœnitentia sedaret. Quod quidem Faustinianus variis fictionibus et mendaciis præstitit, ac postea vultus pristinus a Petro illi omnino restitutus est. Debinc Petrus creatis Laodiceæ episcopo et presbyteris, ac reddita ægris obsessisque sanitate, Antiochiam, qua Simon pulsus fuerat, contendit, atque illi urbem ingredienti omnis populus, et omnes majores natu, ac nobiles pœnitentiam agentes, iverunt obviam. Ipse vero de tot hominum conversione gratias Deo retulit, omnes ægrotos sanavit, atque intra septem dies duodecim millia hominum sacro abluit baptismate. Hos inter Theophilus, vir populi primarius, *domus suæ ingentem basilicam ecclesiæ nomine consecravit, in qua Petro apostolo constituta est ab omni populo cathedra.* Denique Faustinianum baptismo initiari postulantem, Petrus, indicto plebi jejunio, baptizavit, et quæcunque hactenus ei contigerant, omni populo exposuit.

## ARTICULUS II.

### *Quid veteres de his libris senserint.*

Auctori hujusce operis si fides habeatur, Romanus ille fuit, e Cæsaris familia, nomine Clemens, cui pater Faustinianus, mater Mathidia, fratres Nicetas et Aquila, ipse præcipuus charissimusque Petri discipulus; qui plures ejusdem apostolici conciones disputationesque scriptis tradidit, variosque redegit in libros. Hæc ille tanta fiducia tantaque asseveratione affirmat, ut multi scriptores

Digitized by Google

varias ejusdem operis sententias ipsius nomine absque ullo scrupulo citare non dubitaverint. Primus inter eos nobis occurrit Origenes, qui hos libros sic laudat : *Tale aliquid dicit et Petrus apud Clementem, quoniam bona opera quæ fiunt a fidelibus in hoc sæculo eis prosunt* [64], etc. Alibi vero aliud fragmentum, superiore longe prolixius, in hæc exscripsit verba [65] : *Et Clemens Romanus, Petri apostoli discipulus, in hanc quæstionem et sententiam cum patre Laodiceæ in Circuitionibus*, ἐν ταῖς Περιόδοις *locutus*, etc. Ab auctore autem *Operis imperfecti in Matthæum* idem titulus his libris præfigitur [66] : *Petrus apud Clementem*, vel : *Sicut in Historia Clementis Petrus* exponit. His adjungi possunt Aldhelmus, Venerabilis Beda, auctor *Chronici Alexandrini*, Freculfus, Nicephorus, Georgius Cedrenus, et alii nonnulli, a quibus hoc opus eodem nomine insignitum est.

Alii vero illud inter apocrypha rejiciunt. Ita enim de eo Patres concilii Romani sub Gelasio statuunt : *Itinerarium nomine Petri apostoli, quod appellatur sancti Clementis libri octo, apocryphum. Pro octo* critici scriptores putant legendum esse *decem*. Auctor vero *Stichometriæ*, post Nicephori Constantinopolitani Chronographiam additæ : *Et quæ Novi*, scilicet Testamenti, *sunt apocrypha : Itinerarium Petri versus* 2700. Agobardus quoque [67] : *Licet iidem libri*, inquit, *sint apocryphi; pleraque tamen ex iis testimonia inveniuntur a doctoribus usurpata*. Humbertus etiam episcopus Sylvæ Candidæ [68] : *Clementis liber, id est Itinerarium Petri apostoli et Canones apostolorum numerantur inter apocrypha*. His accedit Honorius Augustodunensis [69] : *Clemens scripsit... Itinerarium Petri et disputationem Petri, et Apionis, et multa alia, quæ inter apocrypha numerantur*. Ante eos vero Athanasius dixisse fertur [70]. *Iterum libri Novi Testamenti, quibus contradicitur, sunt Circuitus Petri*, etc.

## ARTICULUS III.

### *Quid Eusebius, Hieronymus, et Epiphanius de his libris senserint.*

Arbitrantur nonnulli Hieronymum eamdem de his libris tulisse sententiam, ubi dixit [71] : *Libri autem e quibus unus Actorum ejus inscribitur, alius Evangelii, tertius Prædicationis... inter apocryphas scripturas reputantur*. Rursus vero ubi de ipsomet Clemente disserit [72] : *Et disputatio Petri et Apionis*, inquit, *quam Eusebius in tertio Historiæ ecclesiasticæ volumine coarguit*. Et re quidem ipsa Eusebius in eodem, quem Hieronymus citat, libro hæc habet [73] : *Quidam porro alia etiam opera prolixa sub ejus nomine heri ac nudiustertius in lumen protulerunt, puta Petri et Apionis disputationes, quarum apud antiquos nulla omnino exstat mentio. Neque enim sincera rectæ fidei, ab apostolis traditæ, nota in illis expressa reperitur. Et Clementis quidem quæ genuina, et omnium consensu recepta sint scripta jam satis liquet*. Unde Valesius his verbis *Petri et Apionis disputationes* libros *Recognitionum* ab Eusebio designatos opinatur. Quod si dixeris in iis non inveniri quas Eusebius [74] dicit *Petri et Apionis disputationes*, respondet Rufinum, hujus operis interpretem, alia penes se habuisse eorumdem librorum exemplaria in quibus plura, quæ in nostris occurrunt, non repræsentabantur.

Verumtamen quandiu non exstabunt illa exemplaria, a nostris tantopere discrepantia, tandiu incertum erit utrum in eis vel in aliis ejusdem scriptoris libris hæ disputationes contineantur, aut tandem illæ solæ speciale aliquod volumen constituerint. Ut ut sit, nonnullis forsitan idem Eusebius libros *Recognitionum* nomine *Actus Petri* appellasse videbitur, cum scripsit [75] : *Librum vero, qui Actus Petri dicitur, et Evangelium ejus nomine inscriptum, Prædicationis quoque et Revelationis ejusdem libros pro catholicis scriptis nunquam habitos esse constat*. Nec vetustiorum siquidem, nec recentiorum Ecclesiæ scriptorum quisquam, desumpto ex iis libris testimonio usus unquam fuisse legitur. Non sumus quidem nescii, eos de quibus Eusebius disputat libros, ab antiquis, ut paulo ante vidimus, scriptoribus fuisse citatos. Attamen non inde continuo inferri debet, illum, non de Clementis, sed de alterius cujusdam libris locutum esse. Nam, ut prudenter observat Valesius, ibi erravit, et memoria lapsus est Eusebius; quippe qui eamdem Apocalypsin, seu *Revelationem Petri*, quam hic ab antiquis citatam negat, alibi a Clemente laudari testatur [76] : *Clemens in libris Hypotyposeon Petri Apocalypsin laudat*. Certum est præterea librum, qui *Prædicatio Petri* inscribitur, ab Origene [77] et aliis nonnullis fuisse citatum. Potuit ergo Eusebius et in aliis duobus libris, quos commemorat, similiter decipi. His tamen opponi potest, illum de libris a Petro, non autem a Clemente scriptis ibi disputare. Cæterum si Eusebius in allatis locis libros *Recognitionum* Clementis laudat, illos genuinum Clementis opus esse penitus inficiatur. Si vero eorum non meminit, idem ex ejus silentio ducitur argumentum. Neque enim ille tam longas lucubrationes, quas a Clemente profectas esse noverat, tam alto potuit unquam præterire silentio.

Quibus autem accuratiori diligentia hoc Clementis opus examinare licuit, ii certiorem de illo sententiam ferunt. Hos inter Epiphanius memoriæ prodidit Clementem nostrum de Petri Circuitibus aliquid revera scriptis tradidisse, sed ejus scripta ab Ebionitis hæreticis adeo fuisse corrupta, ut paucis veris relictis, cætera ipsi falso supposuerint [78]: *Sunt et alii libri*, inquit, *quibus utuntur, velut Petri Cir-*

[64] Tractat. 35 *in Matth.* post init. [65] *Philocal.* c. 22, in fine. [66] Cap. 10-24. [67] Lib. *De Judaic. superstit.*, cap. 16. [68] In *Respons. ad Nicet.* lib. [69] Lib. *De lumine Eccles.*, cap. 15. [70] In *Synopsi.* [71] Lib. *De script. eccles.* [72] Eod. lib. [73] Lib. III *Hist.*, cap. 38. [74] In eumd. Eus. locum. [75] Lib. III *Hist.*, cap. 3. [76] Lib. VI *Hist.*, cap. 14. [77] Tom. XIII, *Exposit. in Evang. Joann.* [78] Hæres. 30, § 15.

Digitized by Google

*cuitus a Clemente conscripti, Περιόδοι καλούμεναι Πέτρου. Quo in libro, paucis veris relictis, cætera supposuerant; quemadmodum Clemens ipse omnibus illos modis redarguit iis epistolis circularibus, quæ ab eo scriptæ, in sacrosanctis Ecclesiis leguntur. Ex quibus constat longe ab iis, quæ in* Circuitibus *illis sub ejus nomine adulterina extant, illius fidem ac sermonem abhorruisse. Etenim virginitatem Clemens docuit, isti repudiant : ille Eliam, Davidem et Samsonem, omnesque prophetas commendat, Ebionitæ detestantur. Quare in* Circuitibus *istis suum ad institutum accommodarunt omnia, ac de Petro plurima mendacia confinxerunt. Cujusmodi est inter cætera illum castimoniæ causa lavisse, quod isti facere consueverunt. Tum ab animatis omnibus, et carnibus reliquoque omni, quod carne constet, abstinuisse; quoniam ab iis tam Ebion olim quam hodie Ebionitæ omnes abhorrent.* Re autem vera, in his libris diligenter observatur Petrum mane lavisse. In his etiam Petrus dixisse fertur [59]: *Panis mihi solus cum olivis, et raro etiam cum oleribus in usu est.* In his denique Christus solus ubique verus Propheta fuisse asseritur. Porro si Epiphanius nonnulla, quæ in his libris minime occurrunt, retulisse videatur, ille profecto in diversos ab iis, quibus Rufinus suam edidit versionem, codices incidisse dicendus est.

## ARTICULUS IV.

### *Sententia Rufini et Photii de his libris.*

Opinio ejusdem quoque Rufini est, hos libros a Clemente Romano pontifice exaratos, eosque depravatos fuisse ab hæreticis; sed plura quam putat Epiphanius, integra, et ab ipso Clemente vere profecta, in iis suo tempore occurrisse testatur. Ejus verba, licet paulo prolixiora, quia ad rem nostram non parum faciunt, hic transcribenda esse putavimus [60]: *Clemens*, inquit, *apostolorum discipulus, qui Romanæ Ecclesiæ post apostolos et episcopus et martyr præfuit, libros edidit, qui Græce appellantur* Ἀναγνωρισμός, *id est* Recognitio; *in quibus cum ex persona Petri apostoli doctrina quasi vere apostolica in quam plurimis exponatur, in aliquibus ita Eunomii dogma scribitur, ut nihil aliud quam ipse Eunomius disputare credatur, Filium Dei creaturam ex nullis exstantibus asseverans. Tum deinde etiam illud adulterii genus inseritur, ut naturam diaboli cæterorumque dæmonum non propositi voluntatisque malitia, sed excepta ac separata creaturæ produxerit qualitas, qui utique in cæteris omnem rationabilem docuerat liberi arbitrii facultate donatam. Sunt etium nonnulla libris ejus inserta, quæ ecclesiastica regula omnino non recipit. Quid, quæso, apostolicus vir, imo pene apostolus non ea scribit quæ apostoli dicunt; cui Paulus apostolus testimonium dedit dicens : « Cum Clemente et adjutoribus meis cæteris, quorum nomina sunt in libro vitæ; » et scribat hoc quod libris vitæ contrarium est? An ja potius credendum est, quod supra diximus, quod perversi homines ad assertionem dogmatum suorum, sub virorum sanctorum nomine tanquam facilius credenda inseruerunt ea, quæ illi nec sensisse nec scripsisse censendi sunt.* In præfatione vero suæ eorumdem librorum interpretationis hæc habet : *Sunt et quædam de ingenito Deo genitoque disserta, et de aliis nonnullis, quæ, ut nihil amplius dicam, excesserunt intelligentiam nostram. Hæc ergo tanquam supra vires meas essent, aliis reservare malui, quam minus plena proferre.* Quibus ille posterioribus verbis non obscure innuit, hæc omnia a se omissa, nec Latine reddita. Varios insuper ille habuit manuscriptos codices, a se invicem longe diversos, atque in quibusdam nonnulla, ac ea præsertim quæ de transformatione vultus Faustiniani dicuntur, non occurrisse observat : *Puto*, inquit, *quod te non lateat Clementis hujus in Græco ejusdem operis* Ἀναγνώσεων, *hoc est* Recognitionum, *duas editiones haberi, et duo corpora esse librorum, in aliquantis quidem diversa, in multis tamen ejusdem narrationis : denique pars ultima hujus operis, in qua de transformatione Simonis refertur, in uno corpore habetur, in alio non habetur.* Monet denique epistolam Clementis ad Jacobum fratrem Domini, quæ huic operi præfixa erat, a se fuisse prætermissam : *Epistolam sane in qua idem Clemens, ad Jacobum fratrem Domini scribens.... ideo huic operi non præmisi.... quia et tempore posterior est, et olim a me interpretata atque edita.*

Photius vero, qui plures etiam habuerat hujus operis codices manu exaratos, de eo sic definit [61]: *Epistola præfigitur tanquam ad Jacobum fratrem Domini, et hæc neque eadem, neque ut ab eodem profecta, sed in libris nonnullis veluti a Petro apostolo ad Jacobum missa : in aliis rursus tanquam a Clemente ad Jacobum.... harum prior ostendit ipsummet Petrum res a se gestas conscripsisse, et Jacobo eas postulanti misisse : altera vero refert Clementem Petri jussu easdem res gestas litteris proditas, postquam ille jam ad immortalem commigrasset vitam, Jacobo transmisisse. Ex quo conjectura capitur fuisse res gestas S. Petri editas; at cum temporis longinquitate periisset altera, illam Clementis solam perdurasse. In omnibus enim libris, quos quidem mihi videre contigit (non paucos illos certe), post diversas illas epistolas, atque inscriptiones idem omnino sine variatione hoc operis initium reperi : « Ego Clemens, » et quæ ordine deinceps sequuntur. Refertum est autem hoc opus absurdis nugis non sine plurimis ex Arii opinione in Filium blasphemiis..... Liber tamen Actorum Petri perspicuitate ac gravitate, adhuc puritate et vehementia aliisque orationis dotibus, rerum item variarum doctrina tantum* Constitutiones *superat, nulla ut hos inter comparatio, ad sermonem quod attinet, fieri debeat..... Hunc Clementem alterum a Petro urbis Romæ episcopum fuisse quidam autumant, alii vero quartum; Linum enim et Anacletum inter utrumque pontifices exsti-*

[59] Lib. VII *Recog.* [60] Lib. *De adult. lib. Origen.* [61] *Biblioth.* cod. CXII.

Digitized by Google

*tisse, ac tertio demum Trajani anno vitam finisse.* Hinc colligas in omnibus Photii codicibus idem ac in editis nostris fuisse operis hujus initium. Porro autem nullus, uti opinamur, sibi facile persuadebit hoc idem opus ab eruditissimo illo viro fuisse Clementi adjudicatum; ut pote qui illud ipsum absurdis nugis et Arianorum blasphemiis oppletum esse testetur.

## ARTICULUS V.

*Sententiæ recentiorum auctorum de his libris, et quid de iisdem sit sentiendum.*

Neque vero scriptorum recentiorum sententiæ minus quam antiquiorum a se invicem dissident secumque discordant. Quidam enim a Rufini opinione non longe abeunt, ut Lambertus Gruterus Venradius, qui de his libris sic sentit : *Quantum ad* Recognitionum *Clementinarum libros attinet, eos vere Clementi nostro ascribo, tametsi corruptos esse agnoscam, ut dicetur infra.* Et certe quasdam ille notat corruptiones, quibus ea omnia subjungit quæ de Faustiniani vultus transformatione ibidem leguntur. Quidam autem cum Bellarmino ad Epiphanii sententiam magis inclinant; atque hos libros ab hæreticis fœde corruptos esse asserunt. Sed communior aliorum hujusce temporis criticorum opinio Clementem librorum illorum auctorem esse negat, affirmatque illos ab aliquo secundi sæculi scriptore fuisse depravatos, eosque repletos esse fabulis, nugis, somniis, mendaciis, atque sermonibus disputationibusque ineptis, absurdis et ridiculis; ac denique in iis reperiri fragmentum ex libro Bardesanis Syri, adversus Abydam astronomum edito, totidem verbis transcriptum. Fragmentum autem illud ab his verbis incipit [68] : *Denique primi Seres, qui initio orbis terræ*, etc.

Jam vero de his libris quid sentiendum, vel cui opinioni adhærendum sit, si rogetur, dicemus illos eo modo, quo nunc, et a tot sæculis repræsentantur, ab Clemente Romano profectos non esse. Constat enim quæcunque de mutatione vultus Faustiniani, et postea ibi narrantur, omnino fictitia esse, et aperte falsa. Et vero vel sola mendacia quæ Petro apostolorum principi ibidem tribuuntur, id invictissime demonstrant. Neque etiam cætera omnia, quæ in reliquo opere legimus, magis Clementi adjudicanda nobis videntur. Nam iter Mathidiæ, illiusque cum filiis suis Niceta et Aquila naufragium, illi tandem fortuiti occursus, quibus sese invicem ac patrem suum Faustinianum ipsumque Clementem agnovisse feruntur, plane fabulosa et gratis ficta sunt. Fac tamen ea esse verissima; quid autem magis a verisimilitudine abhorret, quam verba et sermones quos Petrus ad suos et ad populum habuisse perhibetur? Quam multæ enim, Deus bone, ibi occurrunt nugæ, ineptiæ, fabulæ! quam multa puerilia, perridicula et insulsa! quam multi errores atque mendacia? quam belle Petrus dialecticum sophistamque ibi agit, ipso Simone Mago longe subtiliorem? Quid vero de ejus ratione vivendi, mane surgendi, disputationes instituendi et ordinandi, in urbes ingrediendi, atque ab iis qui baptizati non erant, sese separandi, dici potest? Nonne hæc omnia operis hujus suppositionem evidenter arguunt? Quid adhuc magis fabulosum quam ea disputatio qua singuli apostoli, suo quique ordine, contra Caipham, Samaritanos, Scribas, aliosque Judæos decertasse finguntur? Denique in toto illo opere nullas deprehendimus, ejus cui ascribitur, nimirum Clementis Romani pontificis, apostolorum discipuli, notas nullosque characteres. Quod quidem ex sola quam dedimus hujus operis analysi cuilibet æquo rerum æstimatori facile probabitur.

## ARTICULUS VI.

*Num aliquid a Clemente profectum his in libris supersit; et quis eorum auctor, ac quo tempore sint scripti.*

Verum, inquies, nihilne quod ab ipso Clemente profectum sit, toto in opere reliquum est amplius? Ut huic quæstioni fiat satis, animadvertas velim ex iis quæ protulimus rationum momentis colligi, eos a vero longe aberrare qui maximam hujus operis partem, iisque tantum quæ hæreticorum pravitate adjecta sunt, exceptis, Clementi nostro adjudicandam esse arbitrantur.

De Epiphanii autem sententia, quæ hæreticos pauca his in libris, a Clemente scriptis, intacta reliquisse pronuntiat, certi aliquid definire difficile est. Cum enim epistolæ quibus Clemens de sui operis facta ab hæreticis corruptione conquerebatur, ad nos pervenerint, divinare utique non possumus quæ sint illa pauca quæ hæretici integra reliquerunt. Quapropter nisi ea pauca clare sigillatimque demonstrentur, nobis facilius persuadebitur nihil in toto opere sanum, sed omnia corrupta esse et depravata. Cæterum si Epiphanius pauca quædam suo tempore sincera et genuina compererit, ille in alios, ab iis, qui nunc supersunt, codices manuscriptos incidisse haud immerito videtur.

Porro autem quamvis auctoris, a quo opus illud corruptum prodiit, nomen hactenus incognitum atque incompertum fuerit, quia tamen illud Græce primum composuit, eum Græcum quemdam hominem fuisse vero certe est perquam simillimum. Is porro dialecticus fuit disputatorque acerrimus, qui varias philosophorum opiniones, astrologiam, mythologiam, omnes paganorum fabulas allegoricasque earum interpretationes, ac varias tandem variorum populorum leges, mores, consuetudinesque apprime callebat. Sed ille hæreticorum ac præcipue Ebionitarum erroribus omnino addictus erat, atque eos in suis lucubrationibus facilius ut propinaret, easdem ementito Clementis, apostolorum discipuli, magno nomine inscribi voluit.

[68] Apud Euseb. lib. VI *Præp. evangel.*

Digitized by Google

Denique quo tempore eosdem illos libros in lucem ipse emiserit, paulo proclivius est definire. Verum enimvero cum Origenes non solum illos citaverit, sed longum etiam ex iis transcripserit fragmentum, constat eosdem Origene ipso esse antiquiores. Non temere igitur illi secundo Ecclesiæ sæculo in vulgus prodiisse dicuntur. Quod quidem inde rursus confirmari potest, quod Bardesanes Syrus aliud quoque, uti diximus, fragmentum non minus prolixum, in suum adversus Marcionem librum transtulit. Nam Bardesanes ille hunc eumdem librum sub Soteris pontificatu, paulo post secundum sæculum medium Antonio imperatori nuncupavit. Jam ergo pervulgati erant illi *Recognitionum* Clementinarum libri.

## ARTICULUS VII.

*Num hi libri ad nos, quales ab auctore prodierunt pervenerint; ac de eorum utilitate, titulis et editionibus.*

Cæterum hi libri, quamtumvis adulterini fuerint et corrupti, ad nos tamen quales ab auctore suo scripti fuerant non pervenere. Nulli siquidem nunc occurrunt eorum Græci codices manuscripti, quos suo tempore frequentes fuisse Rufinus Photiusque testantur [63] : solam habemus hujus operis Latinam versionem Rufini, qui plures, ut monuimus, locos se omisisse, nec Latine reddere voluisse ingenue confessus est. Et re quidem vera Cotelerius in sua horum librorum editione ex tribus mss. Sorbonico, Thuaneo, et Candeleriano restituit fragmentum, quod illud ipsum esse putat, quo auctor noster, teste Rufino, *de ingenito Deo genitoque* disseruit; atque ideo quod Arianis faveret, ab eodem Rufino de industria fuerat prætermissum. Præterea si eidem Rufino Photioque fides habeatur, hi libri ab Eunomianis et Arianis, primigenio illorum auctore longe posterioribus, depravati sunt et adulterati.

Quapropter quamvis iidem libri maximæ sint antiquitatis, cautis tamen prudentibusque oculis legendi sunt, quippe qui ab iis qui errores suos quoquo tandem modo disseminare tentabant, variis temporibus nequiter corrupti fuerint. Possunt tamen aliquibus, non omnino imprudentibus, nonnihil utilitatis idcirco adferre, quod Christianæ religionis apologia sint et defensio, qua fabulæ paganorum, idololatria, cultusque falsorum numinum, atque eorum qui astris influentibus fatalem homini necessitatem imponi dicunt, errores impugnantur et destruuntur. Nec etiam inutiles omnino iis esse poterunt qui varias philosophorum opiniones, varios diversorum populorum mores consuetudinesque atque allegoricas fabularum explicationes voluerint addiscere.

His libris et in manuscriptis codicibus, et ab iis qui illos citarunt, varii tituli præfiguntur. Aliquando enim *Clementis Recognitio*, vel *Recognitiones*, *Clementis Itinerarium*, *liber Itinerarius Prædicationis Petri*, *Clementis gesta*, vel *Historia*, aut *Chronica*, vel *Narratio*, aliquando vero *Petri Periodi*, vel *Circuitus*, vel *Itinerarium*, vel *Actus* appellantur. Ii porro ex duobus mss. cum variis summorum quorumdam pontificum epistolis, curante Joanne Sichardo, anno 1526 typis editi sunt. Postea Lambertus Gruterus Venradius eosdem rursus typis excudit, atque in eis quædam se emendasse affirmat. Verum cum ille has emendationes non ex manuscriptis se hausisse dixerit, eas suis duntaxat conjecturis videtur fuisse assecutus. Ex hac tamen editione in *Bibliotheca Lugdunensi* hi libri rursus emissi sunt in lucem. Cotelerius autem illos cum operibus Patrum, qui temporibus apostolicis floruerunt, publicari voluit, hancque editionem ope sex mss. codicum, Sorbonæ nimirum, Thuaneo, Petri Candelerii, Regis, Petri Petiti, et Carmelitarum Discalceatorum se adornasse testificatur. Alium præterea codicem, ante annos quadringentos exaratum, ex bibliotheca Colbertina penes nos habuimus.

## ARTICULUS VIII.

*De variis in hos libros notis et observationibus, et de aliis libris ab eodem auctore editis.*

Gruterus quædam in hos libros edidit scholia, quæ nec magni sunt momenti, nec multæ utilitatis. At Cotelerius doctiores utilioresque in hos libros scripsit notas et observationes, quibus auctoris textus corrigitur et enodatur. Monet tamen *majorem* Recognitionum *partem, quod ad humanas potius disciplinas spectent, quam ad theologiam, notis illustratum se non ivisse.* Non paucas tamen in res philosophicas edidit animadversiones. Neque forsan alia plura ab eo observata lectoribus minus essent jucunda et utilia, si a proposito auctoris textu rarius digrederetur.

Unum his omnibus addendum, nempe auctorem nostrum, si fidem aliquam mereatur, plures alios ex iis quæ a Petro audierat libros confecisse. Hos autem ille accurate enumerat (lib. I, III, V), librum *De vero Propheta*, librum *De præfinitione Dei*, et decem alios ab editis, *Recognitionum libros*, quorum singula promit argumenta : alios autem libellos ex Petri ad discipulorum suorum interrogata responsis compositos. Utrum tamen hi libri in lucem aliquando emissi fuerint vel vana tantummodo mendacis scriptoris ostentatione ficte fallaciterque venditentur, in dubium merito revocari potest. At si aliquando prodierunt in publicum, hi non minus quam illi de quibus hactenus disputavimus, suppositi sunt et adulterini.

[63] In *Biblioth.* cod. 112 et 113.

Digitized by Google

# J. B. COTELERII JUDICIUM

## DE LIBRIS *RECOGNITIONUM*.

(*Patres apostolici*, t. I, p. 490, ed. Amstælod. 1724, in-fol.)

Quantum ex re ipsa, veterum testimoniis, ac recentiorum judiciis colligere licet, libri isti pseudepigraphi sunt et apocryphi, secundo sæculo compositi a viro docto quidem juxta ac diserto, sed philosopho magis et philologo quam theologo, in excogitandis autem connectendisque fictis narrationibus plane rudi. Isque videtur plerorumque aut saltem quorumdam apocryphorum parens, quæ nomen Petri vel Clementis præferebant : qualia etiam *Actus Petri*, *Doctrina Petri*, *Judicium Petri*, *Apocalypsis* seu *Revelatio Petri*, *Prædicatio Petri*, *Evangelium Petri*, *Clementina*, atque *Disputatio Petri et Apionis*. Quibus nunc adde ex conspectu Operum R. P. Joannis Michaelis Vanslebii ord. Prædicatorum, *Epistolam Petri ad Clementem* lingua Æthiopica. Inscribitur opus ex toto et ex partibus, idque vel a Clemente, vel a Petro. A Clemente vocatur, *Clementis Recognitiones* et *Recognitio* ; *Clementis Itinerarium*, *Gesta*, *Historia*, *Historiæ*, *Chronica* ; et *Clemens*. A Petro, *Petri Periodi* et *Itinerarium* ; *Petri Actus*, per Clementem scilicet, alii ab Actibus Petri quasi Petro actore ; et *Disputatio Petri cum Apione*, recte enim putatur pars esse operis. Codex Oxoniensis : *B. Clementis Romani Itinerarium ad Jacobum fratrem Domini*. Carmelitarum discalceatorum in hac urbe : *Itinerarium Clementis*. Bibliothecæ Thuaneæ : *Liber Itinerarius Prædicationis Petri*. Ms. V. cl. Petri Candelerii : *Gesta Clementis*. Regis Christianissimi, et Sorbonæ nostræ, atque Petri Petiti typographi regii : *Historia Clementis*. Liber Monachensis bibliothecæ : *S. Martyris Clementis episcopi Romæ S. Petri discipuli Narratio missa ad Jacobum fratrem Domini, episcopum Hierosolymorum*. Joannes Antiochenus in Appendice concilii Basileensis, in *Chronicis Clementis*. Rufinus vero perorans ad translationem suam Commentariorum Origenis in Epistolam ad Romanos non quidem juxta editiones, verum ex optimo ms. bibliothecæ Thuanæ, sic loquitur : *Post hoc sane vocat nos opus, quod olim quidem injunctum est, sed nunc a beato Gaudentio episcopo vehementius perurgetur, Clementis scilicet Romani episcopi, apostolorum comitis ac successoris, de Recognitione libri, ut in Latinum vertantur. In quo opere, bene novi quod laborem labor multiplicata sorte suscipiet. Satisfaciam sane in eo amicis meis. Dabo titulo nomen meum, auctoris nihilominus vocabulo permanente. Nam Rufini Clemens inscribetur.* Accedit ad nominis varietatem, multo majoris momenti diversitas textus ac perversio : varie quippe et miseris modis distractus, divisus, interpolatus, auctus, minutus, atque in compendium redactus fuit, nec non per hæreticos corruptus, insertis multis erroribus ; quorum partem tollere labor exstitit cum Rufini interpretis, tum illius qui Epitomen fecit.

Rufini Torani, sive, ut alii appellant, *Turanii*, *Torannii*, *Turranii*, *Tyrannii*, esse præfationem cum sequenti versione stylus clamat, ostenduntque Gennadius, Adhelmus, Anastasius Bibliothecarius, atque ipse Rufinus : itemque Excalceatorum Carmelitarum liber, qui sic incipit : *Rufini presbyteri præfatio ad Gaudentium pontificem in Itinerarium Clementis, ab eo ex Græco in Latinum conversum*. Ex post præfationem, Clementisque ad Jacobum epistolam, scriptum habet : *Itinerarii Clementis Petri apostoli successoris liber primus incipit a Rufino traductus*. Quod si quis objecerit epistolam Paulini 47, is responsum feret nec illam esse indubiæ auctoritatis, nec in ea mentionem fieri *Recognitionum*.

# DE AUCTORE ANONYMO

## RECOGNITIONUM CLEMENTINARUM.

(Galland., *Vet. Patr.* II, xxxii, *ex Historia Litteraria Aquileiensi* V. C. Justi Fontanini, lib. v, cap. 10.)

### SYNOPSIS CAPITUM.

I. *Auctor Recognitionum inquiritur.*
II. *Ejusdem ætas statuitur. Cur opus titulo Recognitionum inscriptum.*

Digitized by Google

III. *Censura Gelasii papæ de Recognitionibus. Operis pretium. Auctor catholicus. Aliquot recentiorum judicium.*
IV. *Recognitiones Græcas post earum translationem, a Paulino Nolano frustra tentatam, Rufinus Latine convertit.*
V. *Rogatu sanctæ Salviæ, Rufini præfecti prætorio sororis, opus aggreditur, quod Gaudentio Brixiano episcopo nuncupat.*
VI. *Verus præfationis auctor, et Recognitionum interpres, Rufinus.*
VII. *Bellarmini locus circa Clementis Recognitiones expenditur.*
VIII. *De epistola Recognitionum libris adnexa. Operis editio quomodo adornata.*

—

I. Libri *Recognitionum* alium plane a sancto Clemente, post Petrum tertio vel quarto Romanæ Ecclesiæ pontifice, architectum habuerunt. Ad ejus ætatem quod attinet, eum ante Origenem floruisse in comperto est. Origenes enim, qui sub Elagabalo florere cœpit, primus omnium testimonia ex illo, tanquam scriptore jam noto, et *Clementis* nomine quidem distincto, semel atque iterum promit (18). Quamobrem Clementini operis artifex Origene junior dici non potest, sed paulo senior ; quod nimirum ad tempus scriptionis pertinet. Ante Origenem, seu tertium Christi Domini sæculum, nemo unquam *Recognitiones* laudavit, nemo Clementinorum mentionem fecit. Libri auctorem tertio demum Christi sæculo vixisse, duo produnt. Unum, quod ex Bardesanis Syri dialogo *De fato* contra Abidam astrologum, laciniam bene longam suffuratus, suam fecit. Alterum, quod de civitate Romana, universo orbi dominata, non obscure loquatur. Atqui Bardesanes sub M. Aurelio Augusto floruit circa annum 171, cui Dialogum suum nuncupavit. Caracalla vero circa annum 215, gentes Romano imperio subjectas, propriisque antea legibus usas, in Urbis rerum dominæ jura, constitutione edita, primus omnium transire jussit. Ex his perspicimus quantopere fallantur, qui Clementini scriptoris ætatem sæculo II præfinire voluerunt. Horum agmen ducit Blondellus (19), cui accesserunt Cotelerius (20) et Grabius (21). Cunctis tamen ad hanc eamdem sententiam præiverat Sixtus Senensis (22).

II. Dodwellus compactas censet *Recognitiones* (23) inter ann. æræ vulgaris 218 et 231. Verius dixisset inter ann. 211 et 217. Etenim anno 211 solus imperare cœpit Caracalla, novæ, quam dixi, constitutionis auctor, in *Recognitionum* libris laudatæ. Mox eodem anno 217, Caracalla occiditur. His repellitur maximus Petri Allixii lapsus, aientis (24), pseudo-Clementem vixisse *non diu ante Sulpicium*, ante quem tamen CC annos vixit. Origenes, primus *Recognitionum* præco, Caracallæ iram fugiens, Alexandria in Palæstinam primo secessit. Bis autem illuc eum convolasse animadvertit Huetius (25). Prius Origenis iter in Palæstinam, ubi Cæsareæ pedem fixit, sanctoque Alexandro Hierosolymorum episcopo innotuit, ab Huetio illigatur anno Domini 215. Ex hoc itinere, post cæsum Caracallam anno 217, Origenes Hierosolymis Alexandriam redux, secum *Recognitiones* tulisse dicendus est, unde ipse illarum sententias suis Commentariis admiscuit ; quorum octo priores tomos in Genesim Eusebius ex tomo eorum nono ostendit (26) Alexandriæ fuisse conscriptos, et quidem post Origenis iter illud primum in Palæstinam. *Recognitiones* vero in Palæstina concinnatas, cum Blondello facile credimus, quandoquidem in illis *thronus Hierosolymitanæ Ecclesiæ* supra cæteros extollitur.

Cæterum operi ex argumento vox *Recognitionum* adhæsit. *Recognitio* enim, sive *Agnitio*, ex Aristotele in *Arte poetica*, oritur, cum homines olim inter se conjunctissimi, tandem multos post casus in tragœdiis et comœdiis se mutuo nec opinato agnoscunt. Ita plane in hac pseudo-Clementis commentatione Faustiniano, Mathidiæ ac filiis, Clementi, Fausto et Faustino contingit. Itaque cum inscriptione, formam etiam poeticam opus accepisse, vero perquam simile fit Dodwello (27).

III. Gelasius pontifex in Decreto genuino, ex veterrimo codice Vaticano, olim a me edito (28), hanc censuram de *Recognitionibus* a Rufino conversis pronuntiavit : *Itinerarium*, *nomine Petri apostoli, quod appellatur sancti Clementis, apocryphum.* Nullus hic, ut in cæteris editionibus, librorum numerus explicatur, quia is pendebat ex arbitrio librariorum. Gelasius, *sancti Clementis* opus quidem *appellari*, non *esse*, dixit ; eique publicam lectionem et canonicam auctoritatem vocabulo *apocryphi* abjudicavit. Gelasium in concilio Romano LXX episcoporum sic definientem, Clementinas *Recognitiones* a Rufino translatas sub nomine *Itinerarii* indicasse, haud dubitandum. Non ideo tamen privata auctoritas apud plurimos Ecclesiæ Latinæ scriptores illis defuit. De Græcis

(18) Origen., tom. III *Comment. in Genes.*, ad cap. I, 14 ; in *Philocal.* cap. 22, et in *Comment.* ad Matth. XXVI, 6.
(19) Blondell., Prolegom. ad pseudo-Isidor., pag. 59, et Censur. Epist. I Clem., pag. 28.
(20) Coteler. Judic. de libr. *Recognit.*, pag. 484.
(21) Grab. *Spicil.* tom. I, pag. 277-279.
(22) Sixt. Sen., *Bibl.* lib. II.
(23) Dodw., *Dissert.* VI *in Iren.*, § XI, pag. 443.
(24) Allix., *Diatr. de ann. et mens. natal. Dom.*, pag. 8.
(25) Huet. *Origenian.* lib. I, capit. 2, 4, § VI, pag. 10.
(26) Euseb., *Hist. eccl.*, lib. VI, cap. 19.
(27) Dodw., *l. c.*, pag. 444.
(28) Fontan. *Antiqq. Hort.*, pagg. 317-331.

Digitized by Google

non loquor. (Verum hac de re mox agendum § VI, ubi de Rufini versione Latina.) Cæterum hos libros, quanquam *apocryphos*, id est publicæ auctoritatis expertes, cum sint maximæ antiquitatis, non parum fructus idcirco adferre posse, cum Nourryo (29) sentimus. Nam Christianæ religionis *Apologia* sunt; et gentilium fabulæ, cultusque ethnici, fatique assertorum errores, in eis refutantur. Neque inutile opus iis esse poterit, qui philosophorum opiniones, gentium mores, consuetudines allegoricasque fabularum explicationes scire voluerint. Nec sane facile esset plurima Latinorum loca intelligere, si his *Recognitionibus* careremus. Hoc etiam fatetur auctor præfationis ad novam Cotelerii editionem, qui alias de more suo non pauca perperam dicit. Librorum analysi pertexenda supersedemus, cum id præstiterit laudatus Nourryus (30) (*vide supra*).

Quamvis autem genuinum et primarium *Recognitionum* artificem, doctrina rerumque varietate et copia abundare non diffiteamur; philosophum tamen se prodere, nemo non videt: at *catholicum* certe, quamvis philologum magis quam theologum. Cotelerii verba non præteribo, totius commentationis argumenta complexi in suæ editionis præfatione, ubi vocat *syntagma theologicis, historicis, philosophicis et astrologicis rebus refertum*. Accedat etiam Barthius, qui libros ait (31) *antiquos esse, et bonarum rerum plenos*. Eosdem sæpenumero illustrat, et acri etiam censura perstringit, *vetus fragmentum* appellans, et Latine conversum, cum nondum *genus dicendi barbarismis admodum inquinatum esset, nec mistam olim Gothorum aut talium illuviem oleat, etsi suis etiam nævis non careat*. Rem concludit, *bonorum monitorum gratia* se talia libenter perlegere: *tam*, inquit, *de eorum veritate securi, quam si Apuleium, aut Apollonium aliquem, vel Philostratum volveremus*. Recte quidem ita censet Barthius de veritate historica, si hanc interdum spectes. Non ita de dogmate, de quo aliter Lambertus Gruterus (32): *Nusquam non*, inquit, *in hoc libro defenditur liberum hominis arbitrium, baptismi et eucharistiæ vis, necessitas ac dignitas. Præterea trinitas personarum unius Dei, providentiaque astruuntur. Docetur item non contemnenda esse miracula ad martyrum sepulcra edita. Sed sunt hic tamen loci quidam, veluti nævi, quos pium lectorem vel caute legere, vel suspectos habere oportet. Ne quis fallatur, ejusmodi hæc sunt numeris notata suis locis, ut quis observare possit.* Hi nævi a Grutero explicati, *sex* numero sunt, qui apud ipsum videri possunt. (In eamdem Gruteri sententiam videsis quæ inferius ex Marano viro doctissimo sunt adnotata, ubi sermo *de Clementinis* (33). Postremo loco adjungamus Hugonis Grotii de his libris judicium (34): *Recognitionum*, ait, *qui dicuntur libri, eatenus apud me valent, qualenus aliorum dictis congruunt. Cæteroquin probo cardinalis Baronii de iis judicium, qui ex Epiphanio, Rufino aliisque, dicit, illis libris plurima fuisse assuta, et inter ea omnes illas fabulas de iis, quæ Cæsareæ feciise dicitur Petrus contra Simonem.*

Cæterum omnium fere ordinum catholicorum scriptores Clementi Romano *Recognitiones* abjudicant.

Primo ex *cardinalium senatu* Baronius, prudentia et gravitate admirandus (35). Baronium subsequitur Bellarminus (36).

Ex *ordine episcoporum* Carolus Bovius Ostunensis antistes (37).

Ex *ordine Prædicatorum* Franciscus Victoria (38).

Ex *presbyteris Societatis Jesu* Benedictus Pererius (39), Joannes Lorinus (40), Nicolaus Serarius (41), Antonius Possevinus (42).

Ex *Academia Lovaniensi* Joannes Driedo (43).

Ex *Academia Parisiensi* Natalis Beda (44).

IV. Nunc vero de Latina *Recognitionum* versione agendum. Paulinus Nolanus Rufinum ex cœnobio Pineti Romam iturum, per litteras humanissime salutavit (45), gratiis amico habitis, quod se de Græcis litteris attentius perdiscendis commonuisset, postquam Latinam Operum sancti Clementis ab se adornatam editionem, ad eumdem Rufinum transmiserat. Vir sanctus et modestissimus imperitiæ suæ tribuit, quod alicubi sensum magis quam verba, quippe ab se non intellecta, converterit. Sed Paulinum ipsum loquentem audiamus: *Sane* inquit, *quod admonere dignaris affectu illo, quo nos sicut te diligis, ut studium in Græcis litteris attentius sumam, libenter accipio: sed implere non valeo; nisi forte desideria mea adjuvat Dominus, ut diutius consortio tuo perfruar. Nam quomodo prosectum capere potero sermonis ignoti, si desit a quo ignorata condiscam? Credo enim in translatione sancti Clementis, præter alias ingenii mei defectio-*

(29) Nourr., *Appar. ad Bibl. PP.*, tom. I, Dissert. XI, art. 7, pag. 223.
(30) Nourr., *l. c.*, pag. 211.
(31) Barth., *Advers.* lib. XLV, cap. 5.
(32) Gruter., Præfat. ad *Clement.* edit. Colon. Agripp. 1569.
(33) In Procemiis ad *Clementina*, hujusce Patr. t. II, initio, EDIT.
(34) Grot., Opp. tom. III, pag. 488.
(35) Baron., ad ann. 34, § CCLXXX et CCXCI; ann. 41, § X, ann. 44, § XXXVI: ann. 51, § LIII; ann. 102, § XXII.
(36) Bellarm., *De script. eccl.*, pag. 52, et lib. II *De Rom. pont.*, cap. 2.
(37) Bov., Præfat. ad *Const. apost.*
(38) Victor., tom. II, *Relect.* XII, *De art. magic.*, § XXXV.
(39) Perer., *in Genes.*, lib. II, quæst. 1, pag. 40 edit. 1 Rom.
(40) Lorin., *in Act. apost.* cap. XIX, § IX.
(41) Serar., tom. I, opusc. *de apost.*, § I, pag. 27, edit. Mogunt. 1611.
(42) Possev., in *Apparat.*
(43) Dried., tom. I *De eccl. dogm.*, part. V, lib. IV, cap. 5, fol. A, edit. Lovan. 1572.
(44) Beda, *contr. Jac. Fabr.*, propos. 103.
(45) Paulin., Epist. 46, al. 47, num. 2.

Digitized by Google

*nes, hanc te potissimum imperitiæ meæ penuriam considerasse, quod aliqua in quibus intelligere vel exprimere verba non potui, sensu potius apprehenso, vel ut verius dicam, opinata transtulerim: quo magis egeo misericordia Dei, ut pleniorem mihi tui copiam tribuat; quia pro divitiis erit pauperi, ut micas a divitis mensa cadentes, arido famelici cordis ore colligere.* De Clemente Romano Paulinum hic loqui non est cur quisquam dubitet cum Heriberto Rosweydo. Suo enim is nomine ab Alexandrino aliisque, apud veteres antonomastice se distinguebat. Rufinus, qui Clementinas *Recognitiones* in libros x distinctas una cum aliis bene multis Græcorum codicibus ex Oriente secum attulerat, in Italiam redux, Paulino hospiti interpretandas commodaverat. Sed Paulinus interpretationem aggressus, ultimam ei manum nequaquam imposuit, quod Rufinus ex specimine ad se misso, eam minus accurate confectam deprehendisset, sanctum virum ut majus studium in Græcis litteris poneret, benevole hortatus. Hæc omnia nobis prodit Paulinus. Rosweydus monet in notis, *Rufinum vel Paulinum interpretationem interpolasse, vel de novo Clementinos illos vertisse.* Vir doctus in re clara hærere non debuit. Hoc enim posterius certissimum est. Neque Rufinus alienam interpretationem, et ab se non probatam, sibi usurpasset. Hanc Rosweydi dubitationem illud satis convellit, quod Paulinus, *aliqua in quibus intelligere verba non potuit, sensu potius apprehenso* se vertisse dicat. Rufinus vero, *non solum a sententiis, sed nec a sermonibus quidem satis elocutionibusque*, se discessisse profitetur: *quæ res*, inquit, *quamvis minus ornatum, magis tamen fidele narrationis reddit eloquium.*

V. Rufinus hunc suæ Clementinæ translationis laborem susceperat, rogatus olim a sancta Silvia virgine, quam Paulinus laudat scribens ad Severum (46), eam testatus, *multorum ex Oriente martyrum* reliquias in Italiam convexisse. De illa Rufinus in prologo operis Clementini ad Gaudentium Brixianum episcopum: *Nos*, inquit, *quos et ingenii tenuitas minus promptos, et senecta jam tardos reddit ac segnes, opus quod olim venerandæ memoriæ Silvia injunxerat, ut Clementem nostræ linguæ redderemus, et tu deinceps jure hæreditario poscebas, licet multas post moras, tamen aliquando restituimus. Prædam non parvam, Græcorum bibliothecis ereptam, nostrorum usibus et utilitatibus convertamus, ut quos propriis non possumus, peregrinis nutriamus alimentis. Nam et solent suaviora videri peregrina, interdum et utiliora.* Ait Rufinus, Gaudentium *hæreditario jure* ab se poposcisse hanc translationem, propterea quod sancta Silvia virgo, cui eamdem ipse spoponderat, Brixiæ in sede Gaudentii diem obiisset, ubi ejus corpus quiescit in æde Sancti Laurentii, recoliturque memoria die 15 Decembris (47). Palladius, qui in *Historia Lausiaca* se cum Silvia LX annos agente Ægyptum petiisse testatur (48), *Salvium*, alias *Silvaniam*, et *Rufini ex-præfecti sororem* vocat. In veteri tamen ejusdem *Historiæ* suæ versione, quæ *Paradisus Heraclidis* inscribitur, non *Silvaniam* aut *Salviam*, sed *Silviam* dicit (49). Uterque vero, Palladius et Heraclides, initio capitis subsequentis II. cc. auctor est, sanctam Olympiadem ecclesiæ CP. diaconissam, *Silviæ* egregias virtutes sibi imitandas proposuisse. Tanta nimirum Silviæ fuit claritudo et fama sanctitatis, ut aliis in exemplum daretur! Vocabulum *ex-præfecti*, Græce τοῦ ἀπὸ ἐπάρχων, non est cur Tillemontius ad tempus itineris Palladii cum Silvia in Ægyptum, sive ad annum 388, referendum dicat (50), cum vere ad annum 420, quo scribebat Palladius, referri debeat. Rufinus enim, Silviæ frater, et præfectus prætorio in Oriente sub Arcadio Augusto, affectatæ tyrannidis pœnas luit Constantinopoli, V Kal. Decembris, a. d. 595, adeoque post annum 388, ex Philostorgio (51) et ex Socrate (52). Rufino fratre sublato, Silvia soror in Italiam trajecit, ubi aderat anno 398, ex Paulino (53). Hoc enim anno post festum Sanctorum apostolorum Petri et Pauli, ut diximus (54) Paulinus Victorem in Aquitaniam ad Severum dimisit cum citata epistola 31, cui pro consecratione novæ basilicæ addidit particulam sanctissimæ crucis, ex Melania impetratam. Sed non ita addidit sacros cineres a Severo expetitos, quibus carere se dixit. Victorem tamen ait, *spem ejusdem gratiæ copiosam habere a sancta Silvia, quæ illi de multorum in Oriente martyrum reliquiis spopondisset.* Ergo Silvia ex Oriente in Italiam ad illud tempus reverterat. Hac vero circa finem sæculi IV Brixiæ demortua, Gaudentius urbis episcopus *jure hæreditario* Clementinas *Recognitiones* poposcit, quas Rufinus noster Silviæ viventi pridem spoponderat. Idem Rufinus sub finem perorationis commentariorum Origenis in Pauli Epistolam ad Romanos, his verbis fidem suam Gaudentio obligaverat: *Post hoc sane vocat nos opus, quod* olim *quidem injunctum est* (a Silvia). *Sed nunc* (post Silviæ mortem) *a beato Gaudentio episcopo vehementius perurgetur, Clementis scilicet Romani episcopi, apostolorum comitis: quorum ut successoribus darem cognitionem, libri a nobis in Latinum vertuntur.*

Rosweydus in notis ad Paulini epistolam 47, quæ in nova editione est 46, postque eum Cotelerius ad *Recognitiones*, æque ancipites sunt, Gau-

(46) Paul., epist. 31, al. 11.
(47) Bolland., *Act. SS. April.*, tom. III, pag. 495, § 3.
(48) Pallad., *Hist. Laus.*, cap. 142.
(49) *Parad. Heracl.*, cap. 42, pag. 977, edit. 2, Rosweyd.
(50) Tillem., *Mem. eccl.*, tom. XI, pag. 639.
(51) Philostorg., lib. IX, cap. 3, edit. Gothofr.
(52) Socrat., lib. V, cap. 1.
(53) Paulin., Epist. 31, al. 11.
(54) Fontan., *Hist. Litter. Aquil.*, lib. IV, cap. 5, § III, pag. 194.



Digitized by Google

*dentio Brixiano episcopo, an Novariensi* Rufinus illud opus inscripserit. Alio abiit primus libri vulgator Jacobus Faber Stapulensis, *Gaudentium gloriosum Christi martyrem pariter et Ariminensem episcopum* præ oculis habens : qui tamen sub Constantio Augusto, tanto ante, pro Christo sanguinem fuderat. Varie variis hoc pacto serram ducentibus, quanto melius David Blondellus de *Brixiensi* omnino intellexit (55)! Rufinum in præfatione ad Gaudentium hoc diserte comprobantem audiamus : *Tibi quidem Gaudenti*, nostrorum *decus insigne* doctorum, *tantus ingenii vigor, imo tanta spiritus gratia est, ut si quid a te etiam* quotidiani eloquii *more dicitur; si quid in* ecclesia declamatur, *id in* libris haberi, *et ad* instructionem tradi *posteris debeat.* Infra vero : *Æquum est sane tibi, qui hæc etiam* Græce legeris (*ne forte in aliquibus a nobis servatum translationis ordinem putes*), *interpretationis nostræ indicare consilium.* Hæc elogia in Gaudentium episcopum a Rufino congesta, uni *Brixiano* aptari possunt; præterea nemini. Is enim fuit *doctor* vel *tractator* insignis. Ita enim qui verbum Dei sacrasque litteras vel voce vel scripto exponerent ac docerent, ab ecclesiasticis scriptoribus passim dici, adnotavit Franciscus Bernardinus Ferrarius (56), ex Gaudentio Brixiano exemplum etiam adducens, a quo *Sermones* sui, *in ecclesia declamati*, ut Rufinus loqui amat, *tractatus* dicuntur in præfatione ad Benivolum. Idem eximius antistes se comperisse ait, *a notariis latenter appositis*, tractatus suos ex ore loquentis collectos. Hoc idem inquit Rufinus his verbis : *Si quid a te, etiam quotidiani eloquii more dicitur, si quid in ecclesia declamatur, et ad instructionem tradi videmus :* ab iis nimirum qui notarios, ea omnia clam excepturos, submittebant. Gaudentius, teste Rufino, *Græcas litteras* calluit. Quidni vero, qui sacras peregrinationes per Orientem se suscepisse testatur, ubi eousque fama ejus virtutum pervenit, ut Orientaljum præsulum suasu episcopali oneri, post Philastrii obitum, a suis per legationem eo missam sibi denuntiato, humeros supposuerit? Ibidem Joanni Chrysostomo nondum episcopo stricta necessitudine adhæsit; proque eo, postmodum episcopatu dejecto, legatus Ecclesiæ Romanæ Constantinopolim missus est. Ad ejusdem Gaudentii sermonem 16, Chrysostomi epistolam 184, Palladii *Dialogum*, cap. 4, et Nicephorum Callistum lib. XIII, cap. 22. Itaque nulla superest dubitatio quin *Gaudentius episcopus* cui Rufinus *Clementem* suum nuncupavit, fuerit *Brixianus*, non alius.

VI. Hæc fusius prosecutus sum propter doctissimos viros, Sixtum Senensem (57) et Robertum Bellarminum (58) venerabilem cardinalem, qui Rufini præfationem ad Gaudentium pro commentitia nimis propere habuerunt. Bellarmini proferam verba ob glossam quam Labbeus illis adnectit : *Sicut ipsæ* Recognitiones *falso fortasse tribuuntur Clementi, ita etiam non est incredibile falso illis adjunctam fuisse præfationem Rufini quasi interpretis.* Ad hæc sic scribit Labbeus (59) : *Verum imposturam non agnovit Gennadius, nec ejus sequaces Honorius et Trithemius.* Post Joannem Rainoldum, nostrorum exscriptorem, in *Censura apocryphorum*, eodem ac Sixtus et Bellarminus spectavit Gerardus Joannes Vossius, *Rufini vel alterius sub ejus nomine* præfationem appellans (60). Imo infra nedum præfationem *prorsus fictitiam*, sed et libros ipsos *Recognitionum ab alio* quam a Rufino *translatos*, se credere malle significat. Vossio ad errorem præiverat Gaspar Barthius his verbis (61) : *Recognitionum Clementis titulo inscripti libri, Clementem ne auctorem et Rufinum interpretem habeant, non est facile decidere.* Viris literatura excultissimis nollem hæc excidissent. Nunquid difficile est *decidere*, quod spissa et locuples veterum monumentorum auctoritas comprobat? Nihili ergo est Rufinus ipse in peroratione Commentariorum Origenis in Pauli Epistolam ad Romanos, ubi, *Gaudentio episcopo perurgente*, se operam dare ait, ut *Clementem* Latinum faciat? Nihili Gennadius (62), *Clementis Romani Recognitionum* libros a Rufino Latine redditos narrans? Longum fit iter conficiendum, si alios deinde rem eamdem testantes percurrere velim. At indictos abire non patiar nonnullos. Anastasius Bibliothecarius in epistola ad Joannem Diaconum (63) : *Clementem*, ait, *quem Rufinus nostræ linguæ redditum, restitutum et redemptum, ad Gaudentium scribens, innuit.* De versione item Rufini agens sanctus Isidorus, Hispalensis episcopus, ex ea testimonium adducit (64). Sanctus Aldhelmus laudat (65) *Itinerarium Petri* (sunt Clementis *Recognitiones*), *Rufino in Latinum ex Græcorum bibliothecis vertente.* Ad hæc Beda *Recognitionibus* utitur (66). Item Agobardus (67), Freculfus (68), Hincmarus (69) et Honorius (70). Tam disertis testibus consonant *Recognitionum* codices mss. plane omnes, *Rufini* interpretis nomen præferentes. Quo

(55) Blondell., *Pseudo-Isidor.*, pag. 28.
(56) Ferrar., *De rit. sacrar. conc.*, lib. I, cap. 2.
(57) Sixt. Sen., *Bibl.* lib. II, pag. 83, ubi de Clement. *Recognit.*
(58) Bellarm., *Catal.*, ad ann. 390, pag. 155, ubi de Rufino.
(59) Lab., *Dissert. philol. de script. eccl.*, tom. II, pag. 309.
(60) Voss., *De Hist. Gr.*, lib. II, cap. 9.
(61) Barth., *Advers.*, lib. XLV, cap. 5.
(62) Gennad., *De script. eccl.*, cap. 17.
(63) Anast., inter Opp. Sirmond., tom. III, pag. 472.
(64) Isidor., *De nat. rer.*, capp. 17 et 31, et *Origin.* lib. III, cap. 1.
(65) Aldhelm., *De laud. Virgin.*, pag. 316 edit. Lond. Warthon.
(66) Bed., *In Hexaem.*, ad capp. 1, 6, 7, 8, Gen.; in *Act. apost.* V, § 34; *Retract.* ad eumd. loc. et *De rat. temp.*, cap. 3.
(67) Agobard., *De Judaic. superst.*, cap. 16.
(68) Freculfi *Chron.* tom. II, lib. II, cap. 10.
(69) Hincmar., *De divort. Lothar. et Tetberg.*, cap. 9.
(70) Honor., *De lumin. Eccles.*, cap. 15.

Digitized by Google

minus ergo viros insigniter doctos, ad alia properantes hæc fugerint, non est ambigendum : alias rem certam pro commento non habuissent. E junioribus Cotelerius, Rufini esse præfationem ad Gaudentium juxta ac versionem totius operis, ex stylo etiam probari ait (71) : et codicum vetustiorum præsidio utramque Rufino vindicat. Unus enim quem laudat, sic incipit : *Rufini presbyteri præfatio ad Gaudentium pontificem in Itinerarium Clementis; ab eo ex Græco in Latinum conversum.* Et post præfationem, Clementisque ad Jacobum epistolam, ita habet : *Itinerarii Clementis, Petri apostoli successoris, liber primus incipit, a Rufino traductus.* Cæterum Bellarminus agnovit, Clementinas *Recognitiones* a Rufino conversas : nam, Baronio judice (72), *nemo est qui dubitare debeat, cum Gennadius hoc ipsum de Rufino testetur.* Et tamen Dupinium audire nobis contingit (73), omnino aliam sententiam Bellarmino tribuentem, eam scilicet quam refutavimus. Nec minus spisso errore tanto ante irretitum deprehendimus Anastasium Bibliothecarium in epistola modo adducta, cumque illo e junioribus Petrum Danielem Huetium (74), quando hæc verba, quibus Rufinus præfationem suam ad Gaudentium auspicatur, *ut Clementem nostræ linguæ redderemus*, ita acceperunt, *quasi Recognitiones* ipsæ *Latine scriptæ* primum fuissent, postmodum deperditæ, et demum a Rufino *e Græcia* in Latium restitutæ, non *e Græco* translatæ. At plane aliud, non hoc scripsit Rufinus, apud quem viri docti primis tantum voculis, uti fit, raptim perlectis in errorem adducti sunt.

VII. Nec penitus nobis prætereundus est alter Bellarmini locus, ubi hæc de Clementinis *Recognitionibus* scribit (75) : *Teste Epiphanio, hæresi* XXX, *Clemens ipse testatur* Circuitus Petri, *a se conscriptos, ab hæreticis depravatos fuisse.* Vir purpuratus hæc hausit e magnis Annalibus (76). Verum Lucas Holstenius non hoc dicere Epiphanium detexit, sed *ex encyclicis epistolis beati Clementis quæ in ecclesiis leguntur*, Periodos *istas falsitatis convinci. Neque enim congruere cum stylo sancti Clementis, neque cum ejus docendi modo.* Verba sunt Holstenii in notis mss. ad Bellarmini Catalogum, in Museo nostro servatum. Lapsum tanti viri indicavi, ne ulli amplius ob dicentis auctoritatem sit causa offensionis, ut nuper fuit alteri viro docto, quem corrigens nominare non debeo, ne amicitiam quæ mihi cum eo intercedit, lædere videar. Idem Epiphanius Clementinos libros fuisse ab Ebionitis corruptos testatur (77). Photius etiam vocat (78) *refertum opus absurdis nugis, non sine pluribus ex Arii opinione in Filium blasphemiis.* Hæc suaserunt magni nominis theologo Dionysio Petavio (79), Photianos codices magis fuisse depravatos, quam sit interpretatio Rufini qui ea sustulerit, quæ ab hæreticis, præsertim Eunomianis, ingesta, idem Rufinus monuerat in opusculo *De adulteratione librorum Origenis*, quippe quæ, eodem Rufino teste, *ecclesiastica regula omnino non recipiat.* Sed memoria repetendum est, *binas Recognitionum* veteres *editiones* a Rufino indicari in præfatione ad Gaudentium : *Puto*, inquit, *quod non te* (Gaudenti) *lateat, Clementis hujus in Græco ejusdem operis* Ἀναγνώσεων, *hoc est* Recognitionum, DUAS EDITIONES *haberi, in aliquantis quidem diversas; in multis tamen, ejusdem narrationis. Denique pars ultima hujus operis, in qua de transformatione Simonis refertur, in* UNO CORPORE *habetur. Sunt autem et quædam in* UTROQUE CORPORE *de ingenito Deo genitoque disserta, et de aliis nonnullis, quæ, ut nihil amplius dicam, excesserunt intelligentiam nostram.* Jam dispice, quamnam Clementini operis editionem Epiphanius et Photius censura perstrinxerint. Non certe quam Rufinus Latine convertit. Hæc enim ab hæreticorum depravationibus vacat; eamdemque etiam Græce scriptam vacasse, nos credere jubent viri sancti Paulinus et Gaudentius, qui eam per amicum Latio donandam studuerunt.

Cæterum Jacobus Faber in margine præfationis Rufini ad Gaudentium, ubi *de ingenito genitoque Deo* agitur, hæc verba adnotavit : *Pars illa de ingenito genitoque Deo, cognoscitur ab Eunomio aut ab aliis qui Eunomii sequebantur errores, vitiata; ut et epistola Pauli ad Corinthios a Marcione corrupta fuerat. Merito igitur illud Eunomii interpretandum non fuit, ut neque Marcion in Paulo.* Istud scholion in cæteris editionibus, et in ipsa Coteleriana, desideratur; etiamsi in Coloniensi anni 1547 scholion persimile ad oram legeretur his verbis : *Corrupta hæc fuisse suspicor ab Eunomio, quemadmodum epistola Pauli ad Corinthios a Marcione.* Hæc tamen quæ in Clemente suo, ut ab hæreticis corrupta, prætermisit Rufinus, reliquæ ejus versioni inserta reperit Cotelerius in tribus codicibus, Candeleriano, Sorbonico et Thuano : suntque *decem capita* inter primum et duodecimum clausa, de quibus ait : *Nescio quis igitur, quod a Rufino prætermissum fuerat, sibi sumpsit, ut interpretaretur.* Hoc assumentum prodit, ni fallor, versionem Rufini antiquitus ad Græca exemplaria recognitam et collatam.

VIII. Nunc ad epistolam *Recognitionum* libris subjectam deveniamus. Romæ ex ædibus Populi Romani, anno 1591, prodierunt epistolæ summorum pontificum, tribus tomis distinctæ : in quorum primo ante omnes alias exstat quæ dicitur Clementina ad Jacobum fratrem Domini Rufino interprete.

(71) Cotel., in Judic. de libris *Recognit.*, pag. 484 edit. nov.
(72) Baron., ad ann. 102. § XXII.
(73) Dupin., tom. III *Biblioth.*
(74) Huet., *De clar. interpr.*, pag. 151.
(75) Bellarm., *De script. eccles.*, ad ann. 92.
(76) Baron., ad ann. 41, § x, et ad ann. 102, § XXI.
(77) Epiph., *Hær.* XXX, § XV.
(78) Phot., *Bibl.* cod. CXIII.
(79) Petav., *Dogm. Theol.*, lib. I *De Trin.*, cap. 3, § ult.

Digitized by Google

Huic pag. 7 adnectitur spuria appendix cum epigraphe ad oram : *Compendiolum fidei Christianæ*. Labbeus, qui tomo I *Conciliorum*, pag. 89, illam inseruit, de additamento ita scribit : *Hic desinit epistola in quibusdam codicibus : cætera sunt vice appendicis addita circa annum* 800, *ut videtur*. Idem ferme ait Mabillonius (80). Petrus Crabbe assumento conjunctam epistolam inseruerat tomo I *Conciliorum*, pag. 14 edit. Colon. 1538. At Sichardus in prima sua *Recognitionum* editione anni 1526 quartæ ex epistolis Clementis, appendicem ita inscriptam subjecerat : *Compendium fidei*. Quæ in altera ejus editione anni 1536 ipsi epistolæ conjungitur. Gruterus quoque, Sichardum secutus, conjunxit post *Constitutiones apostolicas*, pag. 345, quam tamen Faber ante disjunxerat. Theodorus Bibliander libro inscripto, *Christiana et catholica doctrina*, Basileæ per Jacobum Parcum 1550, pag. 221, eamdem epistolam *Rufino* interprete inseruit, sed ablata appendice. Ea tamen sine nomine interpretis, et sine appendice dudum inserta fuerat pag. 7 alterius libri, sic prænotati : *Epistolæ aliquot illustres, graves et eruditæ, extra bibliorum canonem licet, apostolicæ tamen et piæ. Augustæ Vindelicorum, per Alexandrum Weyssenhorn* 1529, *in* 8°.

Primam inter epistolas pseudo-Isidori temere statuit, qui eam virulentis notis de more configit, Blondellus. Quanti eam fecerit Franciscus Turrianus, inde constat quod eam et pro vera tueatur, et Latinæ versioni roborandæ, ex codice Vaticano Græcum ejus contextum non semel advocet (81). At Rufinum versionis auctorem esse, cum careat *prologo*, non admittit (82). Quis vero ignorat, Rufinum longioribus tantum Græcorum scriptis, non brevi ac simplici epistolæ, ex Gennadii sententia, *prologos* dare debuisse? Epistolæ antiquitatem astruit testimonium Rufini, ab se *olim interpretatam*, *atque editam* asseverantis in præfatione ad Gaudentium; *Recognitionibus* non præmissam, quia *tempore posterior est*, nempe *Recognitionibus* a Clemente, ut putabatur, antea conscriptis. Istud Rufini consilium Cotelerius secutus, eam et ipse operi Clementino postposuit, licet codici Carmelitico insertam inter præfationem et *Recognitiones* reperisset. Ita sane etiam codices quibus usus fuit Stapulensis, insertam habuerunt : et Photius quoque aperte ait (83), in exemplaribus Græcis eam libris *Recognitionum* præponi solitam. Postponitur tamen in codice Palatino sine spuria appendice. Epistolæ ipsi additur in collectionibus Vaticanis Isidori cod. 629, fol. 127, et cod. 630, fol. 6.

Quin ergo Clementis epistola ad Jacobum quam Rufinus Latinam fecit, ea sit pura puta quæ omnium manibus teritur, jure ambigi nequit; nec sane dubitat Bellarminus (84). Ipsemet Blondellus hoc idem satis evincit, quamvis suæ sectæ virus censuræ immisceat. Cotelerius cum post *Recognitiones* eamdem epistolam Græce et Latine sine ullo additamento edidisset, mox Rufini interpretationem subjecit, ad veteres editiones et codices mss. de more collatam, et in capita 20 distinctam : quorum duodevicesimum citari observavit in concilio I Vasensi, anno 442 celebrato, can. 6 (85), in Capitularibus regum Francorum (86), inque concilio Metensi can. 12 (87). Citatur quoque a Nicolao I, epist. 49, a Joanne VIII, epist. 234, et a Gregorio VII, lib. VIII, epist. 21. Ad ejus epigraphen tanto ante allusit Sidonius lib. VI, epist. 1, eamdemque Bibliothecarius in *Clemente* laudavit. Antiquissima esse creditur perinde ac sunt libri *Recognitionum*. At Clementi ante Blondellum, quinque insignes S. R. E. cardinales abjudicaverant : Turrecremata (88), Cusanus (89), Baronius (90), Bellarminus (91) et Perronius (92). Ex antiquioribus idem sanxerant Petrus Comestor (93), ac postea Marsilius Patavinus (94), et Gobelinus Persona (95). De epistola 3 Clementina, cujus interpretatio Rufino etiam tribuitur, nihil dicam, cum liqueat eam ad Isidori merces de toto spectare.

Hactenus eruditissimus Fontaninus : ex cujus tamen opere illa tantum excerpsimus, quæ ad rem nostram potissimum pertinebant, eaque pro instituti nostri ratione digessimus. Porro ad *Recognitionum* editionem nostram quod attinet, exemplar Cotelerianum, omnium præstantissimum, typis excudendum tradidimus. Lectiones variantes potiores margini appositas, suis locis restituimus. Editoris observationes textui subdidimus. Quæ autem suis notis intexuit V. C. vetera monumenta, ne operis lectio nimis impediretur, in Appendicem *Recognitionibus* subjectam rejecimus.

(80) Mabill., *Analect.* tom. I, pag. 142.
(81) Turrian., lib. II, capp. 3 et 13, pro Canon. apost.
(82) Id. ibid., lib. IV, cap. 24.
(83) Phot., cod. CXIII.
(84) Bellarm., *De Rom. pontif.*, lib. II, cap. 14, post init.
(85) Apud Labb., tom. III, pag. 1458.
(86) *Capitul. reg. Franc.*, tom. II, pag. 1127.
(87) Apud Labb., tom. IX, pag. 416.
(88) Turrecr., *Summ. Eccl.*, lib. II, cap. 101.
(89) Cusan., *Concord. cathol.*, lib. III, cap. 2.
(90) Baron., ad ann. 69, § XIV.
(91) Bellarm., *De script. eccl.*, ad ann. 92, pag. 51.
(92) Perron., in *iterat. Respons. ad reg. Britann.*, cap. 31, pag. 159.
(93) Comest., *Hist. Act. apost.*, cap. 101.
(94) Marsil., Patav. *Defensor. pac.*, part. II, cap. 27.
(95) Gobel., *Cosmord.*, ætat. VI, cap. 7.

Digitized by Google

# S. CLEMENTIS ROMANI

# RECOGNITIONES

## RUFINO AQUILEIENSI PRESB. INTERPRETE

AD

LIBRORUM MSS. ET ED. FIDEM EXPRESSÆ,

CURANTE

## E. G. GERSDORF

Ph. D. AA. M. Bibliothecæ Univ. Litt. Lips. Præf. prim., etc.

(Lipsiæ, sumptibus Bernh. Tauchnitz jun., 1838, in-8.)

## E. G. GERSDORF PRÆFATIO

(*Bibliotheca Patrum ecclesiasticorum Latinorum selecta*, ad optimorum librorum fidem edita, curante E. G. Gersdorf. — vol. I. *S. Clementis Romani Recognitiones.* Lipsiæ, 1838, in-8°.)

*Recognitiones, quæ S. Clementis Romani nomine circumferuntur, cum inter se maxime diversa de iis olim pronuntiata essent judicia, S. V. Moshemio auctore inter præstantissima veteris ævi monumenta a plerisque viris antiquitatis et scriptorum veterum Christianorum litterate peritis relatæ sunt. Nam etsi Clementem, qui sæculo primo exeunte episcopi loco Romanæ præfuit Ecclesiæ Petri apostoli discipulus, auctorem horum librorum fuisse nulla possit ratione comprobari, imo sæculo secundo extremo aut tertio ineunte demum compositos eos esse multis ex causis et verisimile et probabile videatur, a viro tamen docto et librorum sacrorum studiis et philosophorum Græcorum disciplinis liberaliter erudito editos, et tum ad consuetudines institutaque Christianorum, qui sæculo secundo vixerunt pernoscenda, tum ad ævi illius rationes et hæreticorum commenta intelligenda cum maxime eos idoneos esse veteres et recentiores consentiunt omnes. Ad impugnandas enim et evertendas illius ævi falsas de numine divino opiniones fabulam ingeniose excogitavit auctor, qua Petrus apostolus inter peregrinandum socio sibi ascito Clemente cive Romano, viro doctrina atque optimarum artium studiis a prima ætate erudito, Simonis Magi hæreticorum principis commenta sceleratequeque facta convincit, et ex ipsa Clementis historia, qui parentes charissimos et fratres duos uterinos sorte iniqua jam multis abhinc annis sibi ereptos et inter se sejunctos salvos paulatim recipit et* recognoscit, *fati diram necessitatem nonesseab hominibus conquerendam, consuli a Deo rebus humanis et fiduciam Christi, evulsis ex mentibus hominum vanis istis atque perversis opinionibus vere salutarem argumentis comprobat gravissimis. Cum vero adversarii, quotquot tum aut simulacrorum cultum, aut philosophorum opiniones, aut Judæorum decreta, aut hæreticorum denique commenta amplexi sacris Christianis infensi erant, subtili hac disputatione et uno volumine castigarentur omnes, narrationis autem genus quo usus est, auctor novum plane atque inusitatum haud displiceret legentibus, jam sæculo tertio exstiterunt, qui in sectatorum gratiam sive augerent sive diminuerent sive alia quavis ratione interpolatos corrumperent hos libros hæretici,* νοθεύσαντες μὲν τὰ ἐν αὐτοῖς, ὀλίγα δὲ ἀληθινὰ ἐάσαντες, *ut ait Epiphanius, hæres.* 30, 15. (*Vol. I, p.* 139 *ed. Petav.*) (96) *Pluribus inde iisque maximis diversis veteres Ecclesiæ scriptores usi sunt horum librorum editionibus, quarum tres ad nostra pervenerunt tempora* I. Recognitiones, *quæ Græce Περιόδοι τοῦ Πέτρου, s. τοῦ Κλήμεντος, πρὸς Σίμωνα τὸν Μάγον διαλέξεις, πράξεις, ἀναγνώσεις, ἀναγνωρισμός dicebantur, et a Rufino Aquileiensis Ecclesiæ presbytero sub finem sæculi quarti in Latinam linguam conversæ diversis modis in codd. inscribuntur, v. c.* Clementis Itinerarium ad Jacobum fratrem Domini, Liber itinerarius prædicationis Petri, Gesta *s.* Historia Clementis, Clem. libri de disputatione Petri cum Simone Mago, etc.; II. *Clementina* (τὰ Κλημέντια *s. Κλήμεντος τῶν Πέτρου ἐπιδημιῶν κηρυγμάτων ἐπιτομή*), *quorum homilias duodeviginti priores et undevigesimam altera parte mutilam primus ex cod. Paris. Græce edidit Cotelerius;* III, Clementina epitome de gestis Petri (Κλήμεντος περὶ τῶν πράξεων ἐπιδημιῶν τε καὶ κηρυγμάτων τοῦ ἁγίου καὶ κορυφαίου τῶν ἀποστόλων Πέτρου ἐπιτομή, κ. τ. λ.), *cujus ab Adr. Turnebo primum typis descriptæ tres teste Cotelerio recensiones inter se haud parum diversæ in bibliotheca regia Parisina asservantur. Jam vero* Recognitionum *libros si cum Clementinis istis et Epitome curiose conferuntur, utrisque antiquiorem Περιόδων τοῦ Πέτρου editionem exhibere probabili ratione dicitur, quamvis nec ipsos ab omni vitio et errore vacuos atque*

(96) Cf. Rufin. in præf. ad Gaudentium, et Id. *De adulter. libr. Origenis*, Photius in *Biblioth.* cod. 113 all.

Digitized by Google

*integros quisquam sine omni dubitatione confirmabit. Incertum sane in hac tanta rerum obscuritate et perdita antiquissima eaque illibata librorum Clementinorum editione judicium, neque singulas VV. DD. de iis sententias nunc proferre ac dijudicare instituti nostri permittit ratio* (97). *Auctor, natione Judæus, disciplina Alexandrinus philosophus, ut perhibet Moshemius, cum ad Christiana sacra appelleret animum, partem quidem rejiciebat dogmatum quæ a philosophis acceperat, sed servabat sibi etiam plurima, quæ ita quidem aptabat Christianæ religionis præceptis, ut novum quoddam idque philosophicum religionis genus inde prodiret, quod* Clementina *Clementisque* Recognitiones *exhibent. At de Rufino ipso ejusque Græcos auctores interpretandi ratione dubia fides, et quæ ille de suis addiderit quæve omiserit (vid. ejus præfat.) ignoratur. Quid vero, si in Latinam Rufini interpretationem iterum illata essent vana insipientis cujusdam hominis commenta? Etenim libri scripti multis in locis adeo inter se discrepant (v. c. libr.* III, *c.* 2-12, 51-63 *et sæpius), ut de eo opinor, quin Rufini ætate omnino recentiora et aliunde eorum nonnulla invecta sint, quæ in hoc illove veteri libro addita leguntur, in alio desiderantur, dubitari nequeat. — Lectione autem horum librorum haud injucunda medio ævo delectatos esse multos testem habemus haud exiguum codicum mss. numerum, qui in bibliothecis servantur Parisiensibus, Bodleiana, Oxoniensi, Basileensi, Bernensi, Lipsiensi Paulina et in aliis pluribus. Parisinos codices, Regium, Thuaneum, Sorbonicum, P. Petiti et Carmelitarum adhibuit in editione sua Cotelerius, vir de omni antiquitate Christiana egregie meritus, in emendando autem Clemente tam timidus et religiosus, ut persæpe ne manifestissimas quidem scripturæ corruptelas optimorum librorum auctoritate ausus sit corrigere. Libros Oxonienses descripsit Grabius l. l.; duorum Bernensium, quos Sinnerus in Catalogo I, p.* 51, *recensuit, accuratam notitiam singulari humanitati debeo Rettigii, litt. antiquarum in illa urbe professoris celeberrimi, qui auctore Sauppio, V. cl., apud Turicenses prof. et bibliothecæ præfecto meritissimo, eos in usum meum evolvit. De quibus, cum plerumque inter se consentiant et optimæ notæ libris annumerentur, hoc unum addo, quod qui in cod. num.* 164 *signato, sæc.* X, *locus libri* III, *c.* 2-12, *deest, in altero num.* 66, *sæc.* XI, *legitur. Sed maximo mihi in curando hoc opere adjumento fuerunt libri duo Lipsienses bibliothecæ Paulinæ, membranacei, quorum alter, catal. num.* 90, *olim Pegaviensis, sæculo* XI, *alter num.* 91, *anno Chr.* 1218 *in Sereno monte scriptus est. Rufini manum ut restituerem, haud ignorans commentarios hos singulari quodam corrupteteæ genere locis pene innumeris depravatos esse, lectiones tum librorum scriptorum, tum editorum, Sichardi Basileensis* 1526, *Parisinarum* 1541 *et* 1568, *Cotelerii, et Clerici* (SS. Patrum apostoll. opp. *Vol. I, Amstæl.* 1724), *Gallandii denique* (Biblioth. vett. Patrum *tom. II, Venet.* 1766) *diligenti cura adhibendas esse censui. Quibus præsidiis ubi sim usus, cum quævis fere pagina emendatione indigeret et etiamnunc restent aliqui loci, quos codicum mss. ope destitutos intactos relinquere quam temere mutare malui, hic pro instituta ratione non vacat exponere, et qualis in tanta labe et corruptela scripturæ singulis allata sit locis medela, magis est aliorum existimare quam meum profiteri. Neque vero quin magna codicibus mss. Lipsiensibus in emendandis atque conformandis* Recognitionum *libris tribuenda sit auctoritas, unquam dubitavi, cum optimis codicibus eos consentire viderem; in eo autem, quid de iis statuendum sit locis, qui passim in codd. Lipss. desunt, neque a librario negligente prætermissi neque ad orationis seriem sententiarumque concinnitatem omnino necessarii, incertus hæreo. Quærentibus quæ hujus rei probabilis ratio reddi possit, tria maxime respicienda videntur, nempe eorum, quæ in antiquissimis quibusdam libris desunt, alia ab hæreticis aut insulsis hominibus Rufini ætate recentioribus temere illata, alia a fidei orthodoxæ cultoribus strenuis deleta, alia denique ut visum est brevitatis quodam studio contracta esse in epitomen, ut v. c. libr.* I, *c.* 23-53, *et l.* VIII, *c.* 5-62. *Etenim hoc altero in loco sic legitur in codd. Lipsiensibus : — « Quæ ignorantur inveniet. Tum Niceta aperte et dilucide illi, et quia Deus est et quia mundus ejus providentia regitur, exponere cœpit.* (*c.* 41.) *Cui succedens Aquila si quid a fratre semiplene dictum fuerat, firmissimis assertionibus approbavit, ita ut senex diceret, tam prudenter et fortiter eos prosecutos, ut melius de hujus rei inquisitione dici non possit. Sed de hac re solummodo sibi scrupulum moveri, quia extra genesim fieri aliquid non putaret, dicens omnia sibi necessitate genesis accidisse.* (*c.* 57.) *Si, inquit Aquila, ex ipsa disciplina — scientiam mathesis attigit.* (*c.* 58.) *Cum hæc Aquila dixisset et, ego Clemens, crastino, inquam, dices pater —* (*c.* 62.) *Petrus surrexit et turbas dimisit*, etc. » *In tanta igitur rerum obscuritate et dubitatione cum ante hos decem annos in majori librorum Clementinorum editione occupatus, Arabicam* Recognitionum *interpretationem in bibliotheca regia Parisiensi inveniri ex catalogo Biblioth. Reg. I, p.* 106, *cognoverim, Fleischero, viri egregii Silv. de Sacy illo tempore auditori dilectissimo, nunc linguarum orientalium in nostra litterarum universitate professori præclare merito, facile persuasi, ut libro isto perlustrato accuratam ejus mecum communicaret notitiam. Sed spes quam in versione Arabica collocaveram, me frustrata est. Codex ms. Parisinus, qui inter orientales num.* 70 *signatur, et inscribitur* Testamentum Christi Domini ad Petrum et omnia mysteria quæ ei revelavit, auctore S. Clemente Romano, etc. XCI *sectionibus haud pauca quidem continet, quæ ex* Recognitionibus *excerpta esse videntur, sed confusa ea cum ineptiis variisque hallucinationibus ac permista conquestionibus de injuriis et malis, quibus affligebantur sæculo post Chr. natum decimo quinto Christiani in Oriente degentes a Muhamedanis.*

*Hæc de* Recognitionibus *dicta sunto. Plura vero alia in aliud tempus differenda esse video. Cum enim Bernhardus Tauchnitius, Caroli Tauchnitii ex fratre filius, vir honestissimus, iterum ac sæpius a me petisset, ut selectam Patrum ecclesiasticorum bibliothecam quam primum edendam curarem, quæ contextu diligenter recognito, modico empturis pretio parabilis esset, quanquam me non præteribat quam arduum hoc esset et difficile negotium, roganti tamen librario operam meam quantulamcunque non putavi diutius esse recusandam. Socios in hoc opere perficiendo mihi adjunxi viros litteris et antiquitatis Christianæ studiis eruditissimos, quorum opera Cyprianus, Lactantius et Tertulliani quædam scripta anno proximo typis expressa perpetuis prodibunt. Et vero, ni omnia me fallunt, hæc ipsa selecta veterum Patrum ecclesiasticorum Bibliotheca exoptata multis, haud parum commodis inserviet hominum theologiæ operam dantium, qui veterem librorum sacrorum interpretationem, veteris Ecclesiæ dogmata, disciplinæ veteris ecclesiasticæ formam, rituum denique ortus resque gestas veterum Christianorum probe perspicere et intelligere sui muneris esse existimant.*

*Scr. Lipsiæ d. S. Martini A. C. CIↃIↃCCCXXXVII.*

*E. G. GERSDORF.*

(97) Cff. Le Nourry *Appar. ad bibl. max. PP., I*, p. 398 — 423. Grabii *Spicil. PP. I.* p. 270 — 302. Germon *De vett. hær. eccl. codd. corruptoribus* p. 238 — 52. Lardner *credibility of the gospel-history II*, p. 769—817. Moshemii *Diss. ad hist. eccl. pertt. I*, p. 174—192. Fogginii *De Romano Petri itin. exercitt.* p. 14—18. Rosenmüller *Hist. interpret. libr. sacr. I*, p. 73—114. Neander *Genet. Entwickel. d. gnost. Systeme*, p. 361—421. Tzschirner *Fall d. Heidenth. herausgeg. von Niedner*, p. 381 sq. — Kestner *Agape* p 26 sqq. Oudinus, Caveus, all.

Digitized by Google

# RUFINI

AQUILEIENSIS PRESBYTERI

IN

# S. CLEMENTIS RECOGNITIONUM LIBROS

# PRÆFATIO

AD GAUDENTIUM EPISCOPUM.

Tibi quidem, Gaudenti (98), nostrorum decus insigne doctorum, tantus ingenii vigor, imo tanta spiritus gratia est, ut si quid a te etiam quotidiani eloquii more dicitur, si quid in ecclesia declamatur, id in libris haberi et ad instructionem tradi posteris debeat. Nos tamen, quos et ingenii tenuitas minus promptos, et senecta jam tardos reddit ac segnes, opus quod olim venerandæ memoriæ virgo Silvia (99) injunxerat, ut Clementem nostræ linguæ redderemus (100), et tu deinceps jure hæreditario poscebas, licet multas post moras, tamen aliquando restituimus, prædamque, ut opinor, non parvam, Græcorum bibliothecis ereptam, nostrorum usibus et utilitatibus convectamus, ut quos propriis non possumus, peregrinis nutriamus alimoniis. Nam et solent suaviora videri peregrina, interdum vero et utiliora. Denique peregrinum est pene omne quod medelam corporibus confert, quod morbis occurrit, quod venena depellit. Judæa balsami lacrymam, Creta comam dictamni mittit, Arabia aromatum flores, et spicarum nardi India segetem metit, quæ apud nos, etiamsi aliquantulo quam proprius ager attulit, fractiora perveniunt, odoris tamen gratiam vimque medendi integram servant. Suscipe igitur, anime mi, redeuntem ad te Clementem nostrum, suscipe jam Romanum. Nec mireris, si forte tibi in eo minus solito floridus eloquentiæ vultus appareat. Nihil interest, dummodo sensus idem sapiat. Peregrinas ergo merces multo in patriam sudore transvehimus. Et nescio quam gratus me civium vultus accipit, magna sibi Græciæ spolia deferentem, et occultos sapientiæ thesauros nostræ linguæ clave reserantem. Sed votis tuis faveat Deus, ut nullus nobis sinister oculus, nec cujusquam lividus occurrat aspectus, ne extremo prodigii genere, cum nihil invideant illi quibus aufertur, livescant tamen isti quibus confertur. Æquum est sane, tibi qui hæc etiam (1) Græce legeris (ne forte in aliquibus minus a nobis servatum translationis ordinem putes), interpretationis nostræ indicare consilium. Puto quod non te lateat, Clementis hujus in Græco ejusdem operis Ἀναγνώσεων, hoc est *Recognitionum*, duas editiones haberi, et duo corpora esse librorum, in aliquantis quidem diversa (2), in multis tamen ejusdem narrationis. Denique pars ultima hujus operis, in qua de transformatione Simonis refertur, in uno corpore habetur, in alio penitus non habetur. Sunt autem et quædam in utroque corpore de ingenito Deo genitoque (3) disserta, et de aliis nonnullis, quæ, ut nihil amplius dicam, excesserunt intelligentiam nostram. Hæc ergo ego, tanquam quæ supra vires meas essent, aliis reservare malui, quam minus plena proferre. In cæteris autem, quantum potuimus, operam dedimus,

## COTELERII NOTÆ.

(98) *Gaudenti.* Omnes codices manu exarati, quos videre mihi contigit; sex, scilicet, habent, *papa Gaudenti.* Intellige Gaudentium Novariensem, seu potius Brixiensem.

(99) *Virgo Sylvia.* Etiam mss. Candeler. et Carmelit. *Virgo nomine Silvia.* Apud Palladium, *Historiæ Lausiacæ* cap. 141. Σαλβία, minus bene, recte *Silvia* in Heraclidis *Paradiso*, cap. 42, et epistola 11 S. Paulini. Alia a Silvana vidua, de qua scriptores Vitæ S. Chrysostomi.

(100) *Ut Clementem nostræ linguæ redderemus.* Romanum linguæ Romanorum. Inferius : *Suscipe igitur, anime mi* (ms. Candel. *magnanime*, Carmel. *mi Domine*, Pet. *mi amicè*), *redeuntem ad te Clementem nostrum : suscipe jam Romanum.* Gravi siquidem errore Anastasius Bibliothecarius, *Epistola ad Joannem diaconum Romanum*, nec intellecto Rufino, scribit : *Quinimo sicut et ipsum quoque Clementem quem Rufinus nostræ linguæ redditum, restitutum, et redeuntem ad Gaudentium scribens innuit ; et quod Latine scriptus fuerit, et amissus, rursusque receptus, signanter ostendit :* cum Rufinus contra non obscure significet id quod res est, *Recognitiones*, primitus Græce scriptas fuisse. Postea Carmel., *magna sibi gratiæ spolia deferentem.*

(1) Ms. Pet. *jam.*

(2) Ms. Cand. et P. *diversæ.*

(3) *De ingenito Deo, genitoque*, etc. In sublimissima hac quæstione, quemadmodum appellatur a Claudiano Mamerto; et in aliis quibusdam depravatas fuisse Clementinas *Recognitiones* per hæreticos, Ebionitas, Arianos, et Eunomianos, discimus ab Epiphanio, Rufino, Photio. Vide infra, lib. III cap. 2, etc.

Digitized by Google

non solum a sententiis, sed ne a sermonibus quidem satis elocutionibusque discedere. Quæ res quamvis minus ornatum, magis tamen fidele narrationis reddit eloquium. Epistolam sane, in qua idem Clemens ad Jacobum fratrem Domini scribens de obitu nuntiat Petri (4), et quod se reliquerit successorem cathedræ et doctrinæ suæ, in qua etiam de omni ordine ecclesiastico continetur, ideo nunc huic operi non præmisi, quia et tempore posterior est, et olim a me interpretata et edita. Sed quod in ea nonnullis fortasse videbitur inconsequens, si hic explanetur, non puto absurdum videri. Quidam enim requirunt, quomodo cum Linus et Cletus (5) in urbe Roma ante Clementem hunc fuerint episcopi, ipse Clemens ad Jacobum scribens, sibi dicat a Petro docendi cathedram traditam. Cujus rei hanc accepimus esse rationem, quod Linus et Cletus fuerunt quidem ante Clementem episcopi in urbe Roma, sed superstite Petro, videlicet ut illi episcopatus curam gererent, ipse vero apostolatus impleret officium, sicut invenitur etiam apud Cæsaream fecisse, ubi cum ipse esset præsens, Zacchæum tamen a se ordinatum habebat episcopum. Et hoc modo utrumque verum videbitur, ut et illi ante Clementem numerentur episcopi, et Clemens tamen post obitum Petri docendi susceperit sedem. Sed jam videamus, scribens Jacobo fratri Domini, operis sui Clemens ipse quod sumat narrationis initium.

# RECOGNITIONUM LIBER PRIMUS.

I. Ego Clemens in urbe Roma natus, ex prima ætate pudicitiæ studium gessi (6), dum me animi intentio velut vinculis quibusdam sollicitudinis et mœroris a puero innexum teneret. Inerat enim mihi cogitatio (incertum sane unde initium sumpserit), crebro ad memoriam meam conditionem mortalitatis adducens, simulque discutiens : utrumne sit mihi aliqua vita post mortem, an nihil omnino postea sim futurus, si non fuerim antequam nascerer, vel si nulla prorsus vitæ hujus erit post obitum recordatio, et ita immensitas temporis cuncta oblivioni ac silentio dabit, ut non solum non simus, sed neque quod fuerimus, habeatur in memoria. Sed et illud versabatur in pectore, quando factus sit mundus, vel antequam fieret, quid erat, aut vero semper fuerit. Nam certum videbatur, quod si esset factus, esset et profecto solvendus, et si solvatur, quid iterum erit? Nisi forte oblivio cuncta et silentium teget, aut forte aliquid erit, quod nunc sentire mortalium non potest mens.

II. Hæc et his similia, nescio unde, indesinenter animo revolvens, nimietate mœroris incredibiliter tabescebam, et quod est gravius, si quando respuere a me hujuscemodi curas velut minus utiles cogitabam, validiores in me fluctus sollicitudinum consurgebant. Inerat enim mihi comes optima, quæ me quiescere non sineret, immortalitatis cupido. Ut enim post rerum exitus docuit, et gratia Dei omnipotentis ostendit, hæc me animi intentio ad inquisitionem veritatis, et agnitionem veræ lucis adduxit, Ex quo factum est, ut lugerem postmodum eos, quos prius ignorans beatos credebam.

III. Igitur cum a prima ætate in hujuscemodi animorum intentione versarer, cupiens aliquid discere, philosophorum frequentabam scholas, ubi nihil aliud, quam dogmatum assertiones et impugnationes videbam agi sine fine, certamina, artes syllogismorum conclusionumque agitari versutias. Et si quando quidem obtinebat hic sermo, quod immortalis esset anima, gratulabar; si quando vero arguebatur quasi mortalis, cum tristitia discedebam. Neutrum tamen in corde meo firmitudinem veritatis tenebat, sed hoc tantum intelligebam, quod sententiæ ac definitiones rerum, non pro natura sui ac veritate causarum, sed pro ingeniis defendentium, falsæ imaginarentur, aut veræ, eoque magis in profundo pectoris cruciabar, quod neque aliquid ex his, quæ dicebantur, tanquam firmum tenere poteram, neque abjicere desiderium requirendi; sed quanto magis negligere conabar ac spernere, tanto ardentius, ut supra dixi, velut cum quadam voluptate latenter irrepens hujuscemodi cogitatio, mentem atque animum possidebat.

IV. Coangustatus igitur inventione rerum, aiebam apud memetipsum : Quid inaniter laboramus, cum manifestus sit terminus rerum? Si enim post mortem non ero, nunc superfluo crucior; si vero erit mihi vita post obitum, servemus illi vitæ sui temporis motus, ne forte his, quæ nunc patior, aliqua me ibi tristiora excipiant, nisi pie ac sobrie

## COTELERII NOTÆ.

(4) *De obitu nuntiat Petri.* Ita omnes codices. Epistolam Clementis ad Jacobum præponi solitam libris *Recognitionum*, aperte dicit Photius. Atque eadem in codice Carmeliticæ Bibliothecæ inseritur, inter Rufini Præfationem ac ipsas *Recognitiones*.

(5) *Linus et Cletus*, seu potius *Anacletus*, ut habent quoque Cand., Carm. et Pet. Fuisse hos duos, urbis Romæ episcopos, sub Petro apostolo, existimant cum Rufino Beda, Rabanus, Haymo, qui de vitis Romanorum pontificum scripserunt, auctor Chronici episcoporum Metensium, aliique. Lege Epiphanium hæresi 27, 6, et quæ notavimus ad caput 46 libri VII *Constit. apost.*, item Marianum Scotum, ac epistolam Joanni III tributam.

(6) *Pudicitiæ studium gessi.* Et Ignatii interpolator *Epist. ad Philadelphinos*, n° 4, Clementem cum virginibus collocat. Quod tum prosa, tum carmine Aldhelmus celebravit.

Digitized by Google

vixero, et secundum nonnullorum sententias philosophorum, Pyriphlegethonti fluvio vel Tartaro, ut Sisyphus et Tityus, et ut Ixion ac Tantalus æternis in inferno suppliciis tradar. Et rursus mihi ipsi respondebam : Sed hæc fabulæ sunt, aut si ita est, in rebus dubiis præstat pie vivere. Sed iterum reputabam mecum, quomodo possem sub incerto justitiæ præmio, a peccati me libidine continere? Maxime cum etiam, quæ sit ipsa justitia, quæ Deo placeat, apud me habeatur incertum, et neque si immortalis sit anima, ac sit, quæ aliquid sperare possit, agnoscam, neque quid certi futurum sit noverim. Nec tamen quiescere ab hujuscemodi cogitationibus possum.

V. Quid igitur faciam? Ægyptum petam, atque ibi hierophantis vel prophetis qui adytis præsunt, amicus efficiar, et pecunia ab eis invitatum magum precabor, ut educat mihi animam de infernis, per eam quam necromantiam vocant, tanquam de aliquo negotio consulere cupienti. Mihi vero hæc erit consultatio : si immortalis est anima. Probatio autem animæ, quod immortalis sit, non ex eo quod loquitur, erit mihi certa, vel ex eo quod audio, sed ex eo quod video ; ut oculis meis cernens eam, certissimam de reliquo immortalitatis ejus sententiam teneam. Neque enim ultra poterit veritatem visus, verborum fallacia et auditio incerta turbare. Verumtamen hanc ipsam deliberationem meam retuli ad quemdam familiarem meum philosophum, qui mihi consilium dedit, ne hoc facere auderem. Sive enim, inquit, evocanti mago non obediat anima, tu post hæc tanquam nihil esse putans post mortem, desperabilius vives, quippe qui et illicita tentaveris. Si vero et aliquid ibi videre tibi visus fueris, quæ tibi religio, aut quæ pietas ex illicitis tradetur et impiis? Exosum namque Divinitati hujuscemodi negotium ferunt, et adversari Deum his qui animas post absolutionem corporum vexant. Ego vero, his auditis, pigrior quidem sum redditus ad hoc quod parabam, nec tamen usquequaque aut desiderium ponere poteram, aut molestiam cogitationis abjicere.

VI. Et ne longa utar narratione, cum his ego cogitationis meæ æstibus agitarer, fama quædam sensim in imperio Tiberii Cæsaris, initio ex Orientis partibus sumpto, pervenit ad nos, et per singula convalescens, velut a Deo bonus quidam nuntius missus, universum replebat orbem, nec patiebatur divinam voluntatem silentio tegi (7). Diffundebatur ergo per singula loca, annuntians, quod esset quidam in Judæa, qui sumpto a tempore veris exordio (8), regnum Dei evangelizaret Judæis, idque percepturos diceret eos, qui mandatorum suorum et doctrinæ instituta servassent. Ut autem sermo ejus fide dignus, ac divinitatis plenus esse crederetur, virtutes multas, et signa ac prodigia mira efficere jussione sola dicebatur, ita ut, tanquam a Deo potestatem habens, surdos faceret audire et cæcos videre, claudos erigeret, atque omnem infirmitatem cunctosque dæmones ex hominibus effugaret, sed et oblatos sibi mortuos suscitaret, leprosos quoque eminus videns curaret, et nihil omninò esset, quod qi impossibile videretur. Hæc et horum similia processu temporis, crebris jam non rumoribus, sed manifestis quodammodo adventantium ex illis partibus nuntiis firmabantur, et ipsa jam per dies singulos rei veritas patescebat.

VII. Denique in urbe per loca conventus fieri et de hoc sermone tractari, atque in admiratione res haberi cœpit, quisnam is esset, qui apparuerit, vel quid nuntii a Deo hominibus detulisset ; donec sub eodem anno vir quidam astans in urbis loco celeberrimo, proclamaret ad populum, dicens : Audite me, o cives Romani ; Filius Dei adest in partibus Judææ, promittens omnibus volentibus audire se, vitam æternam, si quis tamen (9) secundum voluntatem ejus, a quo missus est Dei Patris, actus suos direxerit. Propter quod convertimini a malis ad bona, a temporalibus ad æterna. Agnoscite unum esse Deum cœli terræque rectorem, in cujus justis aspectibus vos injusti mundum ejus habitatis. Sed si convertimini et secundum voluntatem ejus agitis, ad futurum sæculum venientes et æterni effecti, ineffabilibus ejus bonis ac præmiis perfruemini. Erat autem vir iste, qui hæc loquebatur ad populum, ex Orientis partibus, natione Hebræus (10), nomine Barnabas, qui se etiam unum ex ejus discipulis (11) esse dicebat, missumque ob hoc, ut hæc volentibus

## COTELERII NOTÆ.

(7) *Tegi.* In Freculfo, *tegere*, quod respondet Græco στέγειν.

(8) *Sumpto a tempore veris exordio.* Martyrologium Hieronymi dictum : *Kalend. Maii. Initium prædicationis Domini nostri Jesu Christi.* Wandalbertus : *Maias prima sacrat Christi doctrina Kalendas.*

(9) *Si quis tamen*, etc. Freculfus : *Si qui tamen, et direxerint*, quemadmodum in Græco. Simili modo postea *ac præmiis* abest a Freculfo et a Græcis. Notanda quoque varia lectio *docendi* pro *dicendi* : et utraque conferenda cum Græcis *Epitomes* ac *Clementinorum.*

(10) *Natione Hebræus.* Barnabam Cyprium faciunt Interpretes ad Act. IV, 36, necnon Epiphanius hæresi 30, c. 25, Hieronymus in Catalogo, et Alexander monachus in Encomio S. Barnabæ.

(11) *Unum ex ejus discipulis.* Ita apud Clementem Alexandrinum, Eusebium et Epiphanium. Sic quoque in *Chronico* vocato *Alexandrino*, Dorotnei *Synopsi*, et *Laudatione Alexandri.* Sed Beda negat, infirmo nixus fundamento. *Mirum*, inquit, Retractatione in Acta apostolorum, ad cap. 4, *quomodo hunc Barnabam, qui postea cum Paulo gentium est ordinatus apostolus, ac post longum ejus contubernium Cyprum unde ortus fuerat, prædicaturus rediit, Eusebius in* Historia ecclesiastica, *de numero esse* LXX *discipulorum Domini Salvatoris arbitratur, cum manifeste scribat B. Lucas eum post ascensionem Domini ad discipulatum apostolorum venisse : nisi forte putandum est, eum prius ita discipulatum Christi secutum, ut necdum renuntiaverit omnibus quæ possidebat, quod utrum evangelicæ doctrinæ convenerit, cuivis facillime patet.*

Digitized by Google

indicaret. Quibus ego auditis, cum reliqua multitudine sequi eum cœpi et audire, quæ diceret. Intelligebam sane quod nihil dialecticæ artis esset in homine, sed simpliciter et absque ullo dicendi fuco, quæ audisset a Filio Dei vel vidisset, exponeret. Assertiones enim suas non argumentorum virtute muniebat, sed verborum et mirabilium, quæ annuntiabat, testes multos, ex ipso etiam circumstante populo, producebat.

VIII. Verum quoniam ad ea, quæ sincere dicebantur, libenter annuere populus et amplecti sermonem simplicem cœpit, hi qui sibi eruditi videbantur vel philosophi, ridere hominem ac spernere cœpere, et syllogismorum in eum tendiculas velut validissima arma proferre. At ille interritus et velut deliramenta argutias eorum ducens, ne responsione quidem dignos judicabat, sed ea quæ proposuerat, exsequebatur intrepidus. Denique cum loquenti ei quidam proposuisset, cur ita factus esset culex (12), ut cum sit animal exiguum, et sex habeat pedes, insuper additæ sint ei et alæ, elephantus vero cum sit immane animal neque alas habeat, quatuor tantum pedes habeat : ad hæc ille ne respiciens quidem, sermonem suum, quem importuna propositio interruperat, continuata intentione peragebat, hac sola admonitione per singulas quasque interruptiones addita : Nos ejus qui misit nos verba factaque mirabilia annuntiare vobis in mandatis habemus, fidemque eorum quæ dicimus, non ex argumentis arte quæsitis, sed ex vobis ipsis productis testibus confirmare. Agnosco enim plurimos astare in medio vestrum ex his, quos una nobiscum memini audisse quæ audivimus, et vidisse quæ vidimus. Sit autem in vestra potestate, vel recipere quæ annuntiamus, vel spernere. Nos enim quod expedire vobis novimus, tacere non possumus, quia nobis, si taceamus, damnum est, vobis vero, quæ dicimus, si non recipiatis, pernicies. Sed et stultis propositionibus vestris respondere perfacile possim, si veritatis discendæ causa quæreretis, de culicis dico atque elephantis differentia ; sed nunc de creaturis dicere vobis aliquid absurdum est, cum a vobis ipse omnium Creator et Conditor ignoretur.

IX. Hæc autem cum dixisset, velut ex uno consensu, indisciplinato ore omnes simul risum dedere, incutere ei verecundiam ac silentium imponere cupientes, barbárumque et minus sanæ mentis eum acclamantes. Ego vero cum hæc ita fieri cernerem, zelo quodam nescio unde repletus, ac religioso furore succensus, silere non potui, sed cum omni libertate proclamans : Rectissime Deus, inquam, omnipotens abscondit a vobis voluntatem suam, quos agnitione sui prævidit indignos, sicut ex his quæ nunc agitis, sanum sapientibus palam est. Nam cum videatis prædicatores voluntatis Dei advenisse, quia nullam sermo eorum grammaticæ artis scientiam profitetur, sed simplicibus et impolitis sermonibus perferunt ad vos divina mandata, ita ut omnes qui audiunt, sequi possint et intelligere quæ dicuntur; ridetis salutis vestræ ministros et nuntios, ignorantes quia vestra, qui vobis periti et eloquentes videmini, condemnatio est, quod apud agrestes et barbaros habetur veritatis agnitio. Quæ cum ad vos advenerit, nec quasi hospita suscipitur, quæ nisi intemperantia vestra et libido obsisteret, civis esse et vernacula debuisset ; ut ex his arguamini, quod non veritatis amici et philosophi, sed jactantiæ sectatores, et vaniloqui estis, qui veritatem non in simplicibus verbis, sed in versutis et callidis creditis habitare, et innumerabilia verborum profertis, unius verbi nequaquam pretio pensitanda. Quid ergo putatis futurum de vobis, vos o omnis turba Græcorum, si erit judicium Dei, sicut iste dicit? Sed nunc, omittentes ridere in perniciem vestri virum hunc, respondeat mihi qui vult ex vobis, quoniam quidem solo latratu vestro obturbatis etiam eorum aures, qui salvi esse volunt, et mentes quæ ad fidem paratæ sunt, ad infidelitatis lapsum vestris obturbationibus declinatis : quæ vobis erit unquam venia, qui Divinitatis nuntium, promittentem vobis agnitionem Dei, ridetis et injuriis afficitis? quem utique etiamsi nihil veritatis afferret, pro ipso tamen benignitatis erga vos proposito, gratum acceptumque habere deberetis.

X. Hæc et his similia cum prosequerer, plurimus astantis populi fremitus concitabatur, dum alii velut erga hospitem miseratione moverentur, meumque sermonem ut consequenter habitum probarent, alii petulantes et stolidi, in me quoque pariter, ut in Barnabam, effrenati animi iracundiam concitarent. Sed cum ad vesperam jam declinaret dies, apprehensa Barnabæ dextera, obluctantem licet eum, ad meam tamen adduxi domum, atque ibi manere feci, ne quis forte ex indocili vulgo injiceret ei manus. Aliquantulis igitur diebus una positi, disserente eo [paucis], sermonem veritatis libenter audiebam ; urgebat tamen profectionem, dicens se diem festum religionis suæ, qui immineret, omnimodis apud Judæam celebraturum, ibique de reliquo cum suis civibus ac fratribus permansurum, evidenter indicans injuriæ se horrore perculsum.

XI. Denique cum ego dicerem : Tu mihi tantum

## COTELERII NOTÆ.

(12) *Cur ita factus esset culex.* Hieronymus, l. I *adversus Pelagianos*, 7 : *Elephanti tantæ molis, et gryphes in sua gravitate causentur, cur quaternis pedibus incedant, cum muscæ culicesque, et cætera hujusmodi animantia sub pennulis senos pedes habeant ; et aliqui vermiculi sint, qui tantis pedibus scateant, ut innumerabiles simul motus nulla acies comprehendat.* Et III, *contra Rufinum*, 8 : *Ergo nisi tibi rationem reddidero, quare formica, parvum animal et punctum, ut ita dicam, corporis, sex pedes habeat ; cum elephantus, tanta moles, quatuor pedibus incedat.*

Digitized by Google

ejus viri, quem apparuisse dicis, expone doctrinam, et ego meis sermonibus tua dicta componens, omnipotentis Dei regnum justitiamque prædicabo, et post hæc si volueris, etiam navigabo tecum, valde enim videre cupio Judæam, vobiscum fortassis perpetuo permansurus. Ad hæc ille : Tu, inquit, si quidem videre vis patriam nostram, et discere quæ desideras, jam nunc mecum pariter naviga ; si vero te aliquid tenet, signa tibi habitationis nostræ derelinquam, ut cum venire volueris, invenire nos facile possis ; ego enim crastino iter aggrediar. Quem ubi immobilem vidi, descendi cum ipso usque ad portum, ac diligenter ab eo signa, quæ dixerat, habitationis accepi, dicens ei : quia nisi aliquantulum pecuniæ necessario mihi esset a debitoribus reposcendum, nihil omnino differrem, velociter tamen insequar iter tuum. Cum hæc dixissem, commendato eo attentius his, qui navi præerant, regressus sum tristis. Habebat enim me recordatio consuetudinis boni hospitis et optimi amici.

XII. Diebus autem paucis remoratus, et his quæ debebantur ex parte aliqua profligatis ( plurima enim festinandi studio neglexi, ne a proposito impedirer ), enavigavi continuo in Judæam, et post dies quindecim Cæsaream Stratonis, quæ est Palæstinæ urbs maxima, appulsus sum. Cumque navi egressus, hospitium quærerem, rumore populi comperi quod Petrus quidam, illius qui in Judæa apparuit, et signa multa ac prodigia divinitus gesta inter homines ostendit, discipulus probatissimus, crastino cum Simone quodam Samaritano ex castello Gethonum (13), habiturus esset verborum quæstionumque certamen. Quibus ego auditis, rogabam demonstrari mihi ejus hospitium ; quod cum reperissem, atque ante fores constitissem, ingerebam janitori, quisnam essem atque unde adventarem ; et ecce Barnabas procedens, statim ut me vidit, in complexus meos cucurrit, gaudio lacrymans, atque apprehensum me manu introducebat ad Petrum. Quem cum mihi eminus ostendisset : Hic est, inquit, Petrus, quem tibi maximum esse in Dei sapientia dicebam, cuique de te rursus sine cessatione locutus sum. Ingredere igitur tanquam bene ei cognitus. Omnia enim quæ in te sunt bona, verissime comperit, et religiosum propositum tuum diligenter agnovit, ex quo et summo desiderio agitur videndi te. Unde magnum ei hodie munus meis te manibus offero ; simulque oblato me, ait : Hic est Clemens, Petre.

XIII. At benignissimus Petrus, audito nomine, accurrens protinus inhæsit osculis meis, et post hæc cum sedere me fecisset, ait : Bene fecisti prædicatorem veritatis hospitio recipere Barnabam, nihil veritus populi insanientis furorem ; beatus eris. Sicut enim tu legatum veritatis omni honore dignum duxisti, ita te quoque peregrinantem et hospitem veritas ipsa suscipiet, et civem propriæ urbis ascribet, et tunc tibi erit gaudium magnum, quod exiguam nunc impartiens gratiam, æternorum bonorum hæres scriberis. Nunc ergo ne labores exponere mihi animum tuum ; cuncta enim de te et de moribus tuis Barnabas fideli sermone edocuit, quotidie pene et indesinenter bonorum tuorum memoriam repetens. Et ut tibi breviter, tanquam unanimi jam amico, quod in re est definiam, si nihil est quod te impediat, iter age nobiscum, et audi sermonem veritatis, quem habituri sumus per loca singula, usquequo ad ipsam nobis perveniendum sit urbem Romam ; et nunc tu si quid desideras, dicito.

XIV. Cumque ei exposuissem, quid ab initio propositi gesserim, et quomodo per inanes effusus sim quæstiones [et illa omnia, quæ tibi, domine mi Jacobe, in principiis indicavi, uti ne eadem repetam[64]], libenter promisi, cum ipso me iter acturum ; hoc est enim, aio, quod cupidissime exspectabam. Verumtamen prius mihi cupio rationem veritatis exponi, ut sciam, si mortalis, an immortalis sit anima, et si immortalis, utrum pro his quæ hic agit, ducatur ad judicium. Sed et quæ sit justitia, quæ Deo placeat, scire desidero. Tum præterea, si factus est mundus, vel quare factus, aut si solvendus est, an in melius renovandus, aut si omnino post hæc non erit mundus, et ne per singula progrediar, hæc atque horum similia ut se habeant, discere me velle respondi. Ad hæc Petrus : Breviter, inquit, tibi, o Clemens, rerum scientiam tradam, et ausculta jam nunc.

XV. Voluntas Dei et consilium latuit homines multis ex causis. Primo quidem pro institutione mala, pro sodalitatibus pessimis, pro consuetudine nequam, pro colloquiis non bonis, pro præsumptionibus minus rectis[65], pro his, inquam, omnibus, primum error, deinde contemptus, tum infidelitas et malitia (14), avaritia quoque et vana jactantia, aliaque his similia mala, velut fumus quidam immensus, universam domum hujus mundi replevit, et habitantibus intrinsecus intuendi Conditorem suum, aspectum liberum non dedit, neque quæ

[64] Quæ uncis inclusimus, desunt in utroque codd. Lipss. et in quibusdam aliis. [65] Codd. Lipss. his pergunt cap. seq. vocabulis : *Impossibile ergo de rebus divinis*, etc.; reliqua desunt.

## COTELERII NOTÆ.

(13) *Ex castello Gethonum.* De nomine hujus vici Græco diximus ad *Constitutiones*. Latinæ autem expressionis varietates videbis hic, et infra capite 7, libri II. Quibus adde aliam Freculfi tom. II, lib. I, cap. 20. *De vico*, inquit, *qui dicitur Gittho.* Corrupte apud Philastrium, in Simone : *De villa quæ est Citheus vocitata.* Porro scribere præstat per *i* vel *e*, quam per *y* ; et per *r* quam per *n*.

(14) *Tum infidelitas et malitia.* Rufinus legebat, πονηρία, non πορνεία.

Digitized by Google

ei essent placita pervidendi. Quid igitur his qui sunt intrinsecus convenit? nisi ut ex intimis præcordiis clamore prolato, auxilium invocent ejus, quem solum domus fumo repleta non claudit, ut accedens aperiat januam domus, quo possit fumus quidem qui intrinsecus habetur, excludi, lux vero solis quæ extrinsecus resplendet, induci.

XVI. Hunc ergo qui ad auxilium domus, caligine ignorantiæ, et vitiorum fumo repletæ, perquiritur, illum esse dicimus, qui appellatur verus propheta (15), qui solus illuminare animas hominum potest, ita ut oculis suis viam salutis evidenter inspiciant. Aliter enim impossibile est, de rebus divinis æternisque cognoscere, nisi qui ab isto vero propheta didicerit; [66] quia sicut ipse paulo ante memorabas, fides rerum causarumque sententiæ, pro ingeniis magis defendentium ponderantur. Unde et eadem causa nunc justa, nunc putatur injusta, et quod modo verum videbatur, alterius assertione falsum videtur. Ista de causa religionis ac pietatis fides veri prophetæ præsentiam postulavit, ut ipse nobis diceret de singulis, prout se ipsa veritas habet, et doceret quomodo oporteat de singulis credi. Et ideo ante omnia fidem prophetæ, omni cum examinatione oportet probari; quem cum cognoveris vere esse prophetam, de reliquo cuncta ei credas oportet, nec ultra discutere eum per singula quæ docuerit, sed habere firma et sancta quæ dicit, quæque quamvis fide suscipi videantur, antehabita tamen probatione creduntur. Cum enim semel ex initio prophetæ veritas examinata constiterit, reliqua demum fide audienda sunt et tenenda, qua eum doctorem veritatis esse jam constat. Et sicut certum est, cuncta secundum veritatis regulam teneri oportere, quæ ad divinam scientiam spectant, ita indubitatum est, a nullo alio nisi ab ipso solo sciri posse, quod verum est.

XVII. Et his dictis, tam mihi aperte et tam dilucide, quis iste esset propheta, et quomodo inveniretur, exposuit, ut ego mihi ante oculos habere, et manu contrectare viderer probationes, quas de prophetica veritate protulerat, ingentique stupore defigerer, quomodo ea quæ omnes quærunt, ante oculos posita nullus videt. Unde jubente eo, ea quæ ad me locutus est, in ordinem redigens, librum de vero propheta conscripsi, eumque de Cæsarea, ad te, ipso jubente, transmisi. Dicebat enim mandatum se accepisse abs te, ut per singulos annos, si qua essent a se dicta gestaque, ad te descripta transmitteret [67]. Interea initio sermonis sui, quem prima die habuit ad me de vero propheta et de aliis plurimis, cum me instruxisset plenissime, addidit etiam hæc : Vide, inquit, de reliquo, et interesto tractatibus meis ; quos, si quando necessitas attulerit, habebo cum his qui contradicunt; adversus quos disputans, etiam si forte inferior visus fuero, non verebor, ne forte tu de his, quæ tibi a me sunt tradita, in dubium venias, quia etiamsi ego visus fuero superari, non tamen idcirco et ea, quæ nobis verus propheta tradidit, infirma videbuntur. Spero tamen quod nec in disputationibus superemur, si modo rationabiles sint auditores et amici veritatis, qui discernere valeant vim speciemque verborum, et agnoscere qui sermo ex arte sophistica veniat, non veritatem continens, sed imaginem veritatis, et qui sit qui simpliciter ac sine fuco prolatus, omnem vim non in specie et ornatu, sed in veritate et ratione possideat.

XVIII. Ad hæc ego : Omnipotenti, inquam, Deo gratias ago, quia ut desideravi, instructus sum. Verumtamen de me in tantum esse debes securus, quod de his quæ didici abs te, in dubium venire non possim, ut si tu ipse velis aliquando fidem meam a vero propheta transferre, omnino non possis; ita pleno spiritu hausi, quæ tradidisti. Et ne putes [68] magnum tibi me aliquid polliceri, quod ab hac fide negem me posse transferri, certum est apud me, quia quicunque hominum hanc de vero propheta acceperit rationem, dubitare ultra de veritate nullatenus poterit. Et ideo confido de hoc divino dogmate cœlitus definito, in quo omnis ars malitiæ superatur. Adversus prophetiam etenim neque ars ulla stare sufficiet, neque sophismatum syllogismorumque versutiæ. Sed omnis qui audierit de vero propheta, necesse est ut statim desiderium capiat ipsius veritatis, nec ultra sub occasione veri quærendi, diversos patietur errores. Propter quod, domine mi, o Petre, nolo sis ultra sollicitus, tanquam de eo

[66] Quæ sequuntur usque ad finem hujus cap., desunt in utroque codd. Lipss. [67] Vocabula : *Unde jubente eo — transmitteret* non leguntur in codd. Lipss. [68] *Et ne putes — perveniat* desunt in utroque codd. Lipss.

## COTELERII NOTÆ.

(15) *Qui appellatur verus propheta.* Locutio usurpata quidem ab Ambrosio *in psalm.* CXVIII, 63, et ab auctore *Commentariorum in Lamentationes Jeremiæ* apud Hieronymum ad II, 9, merito. Verum suspecta in his libris, in epistola ad Jacobum, in Clementinis, ut et *Propheta*, atque *Propheta veritatis* ; quia teste Epiphanio, hæresi 30, Ebionæi Periodorum Petri Clementinarum interpolatores, Christum prophetam, et prophetam veritatis appellare solebant ; quasi merum hominem ; juxta argumentationem Theodoti, in eodem Epiphanio hæresi 54, num, 3, Hebræique in *Nilo*, lib. I, epist. 127, et opinionem Essenorum apud Philastrium. Unde auctor Græcæ Epitomes ista omisit, Catholica vero substituit. Atque ex istis castigabis errorem, seu potius ignorantiam hac in parte, Davidis Blondelli, viri alias doctissimi, in Prolegomenis ad pseudo-Isidorum, cap. 11, p. 56. Denique huc facere videtur locus corruptus Isidori lib. VIII *Originum*, cap. 5 : *Ebionitæ Christum per prophetam solum, verum, justum putant effectum*, nisi doceret *Historia ecclesiastica* a Rufino versa, legi debere, *Christum per profectum solum, virum justum putant effectum*, quo modo etiam quidam veteres libri mss. apocrypha Epistola Lentuli ; in Orthodoxographis : *qui dicitur a gentibus propheta veritatis.*

Digitized by Google

qui nesciat quid acceperit, et quantum sibi commissum sit muneris; certus esto, quod scienti et intelligenti gratiam contulisti, nec facile possum decipi, pro eo quod, quæ diu desiderabam, citò videor adeptus. Potest enim fieri ut alius desiderans cito adipiscatur, alius nec tarde ad desiderata perveniat.

XIX. Et Petrus, his a me auditis : Gratias ago, inquit, Deo meo, et pro salute tua, et pro requie mea; valde enim delector, quia intellexisse te video, quanta sit virtutis propheticæ magnitudo, et quia, ut ais, nec si ego ipse cupiam, quod absit! potero te transvertere in aliam fidem. Ex hoc jam incipe esse nobiscum, et crastina die interesto disputationibus nostris; erit enim mihi certamen cum Simone Mago. Cumque hæc dixisset, secessit, ut cibum caperet cum suis (16), me autem seorsum vesci jussit. Et post cibum cum laudem dedisset Deo et gratias egisset, etiam hujus ipsius facti mihi reddidit rationem, et addidit, dicens : Det tibi Dominus exæquari nobis in omnibus, ut percepto baptismate possis ad eamdem nobiscum convenire mensam. Et his dictis, quiescere me jussit; jam enim ad somnum et natura corporis, et ratio temporis invitabat.

XX. Postera vero die matutinus ad nos ingrediebatur Zacchæus, et cum salutasset, ait ad Petrum : Differt Simon certaminis diem in undecimam mensis præsentis, quæ est post septem dies. Tunc enim magis vacuum sibi disceptandi tempus affirmat. Sed et mihi videtur comperendinatio ejus etiam nobis esse necessaria, ut plures conveniant, qui disputationis nostræ vel auditores vel judices fiant. Verumtamen si probabile tibi videtur, inter moras ea, quæ in controversiam venire posse opinamur, inter nosmetipsos prius discutiamus, et unusquisque nostrum, cum quæ proponenda sint et quæ respondenda, cognoverit, apud semetipsum pertractet, si recte se habeant, aut si invenire poterit aliquid adversarius quod objiciat, aut quo objecta frustretur. Si vero ex omni latere, quæ a nobis dicenda sunt, claruerit esse munita, ita demum confidenter quæstionis ineatur exordium. Et quidem [69] mea hæc est sententia, quod ante omnia requiri oporteat, quid sit omnium primum, quidve immediatum, quod etiam causam esse omnium quæ sunt, docendum est; deinde cuncta quæ sunt, si facta sunt, et a quo, et per quem vel propter quem; utrum ab uno, an a duobus, an a multis accepere substantiam; et utrum ex nullis substantibus, an ex aliquibus sumpta sint, et adornata; tum si aliqua virtus est in altissimis, aut in infernis; si est aliquid melius omnibus, aut cunctis inferius; si sunt aliqui motus, aut nulli; si hæc quæ videntur, erant semper, et erunt; si exstitere nullo operante, et nullo solvente dilabentur. Si, inquam, ex his initium acceperit disputatio, puto quod ea quæ quærentur, diligenti examinatione discussa facile clarescant. Cum autem hæc claruerint, eorum quæ sequuntur, in promptu reperietur agnitio. Ego quid senserim protuli; quid etiam tibi videatur, indicare ne pigeat.

XXI. Ad hæc Petrus : Dic, inquit, interim Simoni, faciat ut libet, certus quod, divina Providentia largiente, semper nos inveniet paratos. Et Zacchæus quidem quæ audierat, egressus est Simoni nuntiare. Petrus vero respiciens ad nos, et intelligens contristatum me esse pro dilatione certaminis, ait : Qui credit summi Dei providentia dispensari mundum, non debet, o amice Clemens, de singulis quæ quoquo modo accidunt, aspernanter accipere, certus quod justitia Dei, etiam ea, quæ superflua videntur aut contraria, in unoquoque negotio opportuno exitu competentique dispensat, præcipue tamen erga eos qui eum familiarius colunt; et ideo [70] qui de his, ut dixi, certus est, si quid eveniat contra sententiam, novit pro eo mœrorem de animis expellere, meliori sententia manifestum habens, quod dispensatione boni Dei, etiam quod contrarium putatur, vertatur in melius. Propter quod, o Clemens, etiamnunc non te contristet Magi Simonis ista dilatio. Credo enim quod per Dei providentiam gestum sit ad utilitatem tuam, ut possim tibi rationem fidei nostræ, in hac septem dierum comperendinatione, absque aliquo strepitu per ordinem conse quenter exponere secundum traditionem [71] veri prophetæ, qui solus scit, quæ facta sunt, ut facta sint, et quæ fiunt, ut fiant, quæque erunt, ut erunt; quæ tamen manifeste quident dicta, non tamen manifeste scripta sunt, in tantum, ut cum leguntur, intelligi sine expositore non possint propter peccatum quod coadolevit hominibus, sicut superius diximus. Idcirco igitur explanabuntur tibi per me omnia, ut in his quæ scripta sunt,

[69] *Et quidem — reperietur agnitio* non leguntur in utroque codd. Lipss. [70] *Et ideo — in melius* desunt in codd. Lipss. [71] *Secundum traditionem — agnoscas* desunt in codd. Lipss.

## COTELERII NOTÆ.

(16) *Secessit, ut cibum caperet cum suis*, etc. Passim hic. Apud Athanasium *Lib. de virginitate*, p. 1052 : Ἐὰν δὲ εὑρεθῇ κατηχουμένη ἐν τραπέζῃ, μὴ συνευχέσθω μετὰ τῶν πιστῶν, οὐδὲ μὴ καθίσεις φαγεῖν τὸν ψωμόν σου μετ' αὐτῆς. Capitularium lib. VI, cap. 92 : *Non liceat baptizatis cum catechumenis manducare, nec osculum eis dare, vel ave illis dicere : quanto magis cum excommunicatis ab episcopo, aut cum gentilibus?* Episcopos tamen cum Constantino imperatore nondum baptizato epulatos fuisse testis est fide dignus Eusebius, quamvis ei nolit credere Nicephorus Callistus. Sed et Christiani multi non adeo a paganis refugiebant. Unde Nonnam matrem suam laudat Gregorius Nazianzenus, quod cibum cum idolorum cultoribus communem nunquam habuerit, nec gentilis feminæ manibus dextram injecerit, aut labra labris miscuerit.

Digitized by Google

dilucide quæ sit sententia legislatoris agnoscas.

XXII. Cumque hæc dixisset, exponere mihi singula de his, quæ in quæstione esse videbantur legis capitulis cœpit, ab initio creaturæ usque ad id temporis, quo ad eum Cæsaream devolutus sum. Hæc mihi dicens, dilatio Simonis contulit, ut per ordinem cuncta cognoscerem. Alias, inquit, secundum ea quæ opportunitas sermonis attulerit, de singulis quibusque, quæ nunc compendiosius diximus, latius disseremus, ut secundum ea quæ pollicitus sum tibi, plenius de omnibus perfectiusque cognoscas [73]. Quia ergo hodierna adhuc nobis superest dies, ex his quæ dilata sunt, volo tibi rursus ea quæ dicta sunt breviter iterare, ut magis tibi ad memoriam revocentur. Et exin cœpit hoc modo mentibus meis innovare quæ dixerat : Meministi, o amice Clemens, quæ mihi fuerit de æterno sæculo, ac finem nescienti, narratio? Tum ego : Nihil, inquam, o Petre, aliquando retinebo, si hoc omittere aut oblivisci potuero.

XXIII. Et Petrus libenter hac mea responsione suscepta : Gratulor tibi, inquit, quod ita responderis, et non quod hæc ipsa facile dicas [73], sed te meminisse protuleris; quæ enim summa sunt, silentio honorari volunt. Ad fidem tamen eorum, quæ de ineffabilibus meministi, dic quæ retines ex his, quæ in loco secundo a nobis dicta sunt, quæ proferri facile queunt, ut pervidens tenacitatem memoriæ tuæ, de quibus volo, promptius tibi indicem, et libenter aperiam. Tum ego, ubi adverti eum auditorum memoria gaudere, Non solum, inquam, definitionis tuæ memor sum, sed et præfinitionis illius, quæ ante definitionem posita est, et omnium pene quæ exposuisti, sensum integrum servo, etiamsi verba non omnia, quia tanquam vernacula animæ meæ et ingenita effecta sunt, quæ dixisti. Nimium enim sitienti mihi dulcissimum poculum porrexisti. Et ne putes [74], quod rerum immemor, verbis te occupem, jam nunc quæ dicta sunt in memoriam revocabo; in quo me plurimum juvat ordo disputationis tuæ. Etenim quia consequenter directa sunt et librate ordinata, quæ dicis, idcirco et facile ad memoriam ordinis sui lineis revocantur. Multum namque ad recordandum prodest ordo dictorum; cum enim recolere singula per consequentiam cœperis, ubi aliquid deest, statim sensus inquirit, et cum invenerit, servat, aut certe, si investigare nequierit, a magistro requirere non pigebit. Sed ne moram faciam in reddendo ea quæ poscis a me, retexam breviter quæ de veritatis definitione tradidisti.

XXIV. Erat semper, et est, et erit illud a quo prima voluntas genita sempiternitate constat, et ex prima voluntate iterum voluntas (17). Post hæc mundus, ex mundo tempus, ex hoc hominum multitudo, ex multitudine electio amicorum, ex quorum unanimitate pacificum construitur Dei regnum. Reliqua vero, quæ hæc consequi deberent, alias te mihi dicturum esse promiseras. Post hæc, cum de creatura mundi exposuisses, definitionem Dei, quam in conspectu omnium primorum angelorum de sua voluntate promisit, quamque æternam legem cunctis statuit, intimasti, et quod duo regna (18) posuit, præsentis dico temporis et futuri, et tempora utrique constituit, statuitque exspectari judicii diem, quam ipse definivit, in qua habenda sit rerum, animarumque discretio, ut impii quidem pro peccatis suis igni tradantur æterno, hi vero qui secundum voluntatem conditoris Dei vixerint, pro bonis ope-

[73] *Ut secundum—cognoscas* desunt in codd. Lipss. [73] *et non quod— libenter aperiam* desunt in codd. Lipss. [74] Quæ sequuntur usque ad illa cap. 53 vocabula : *Erat ergo*, non leguntur in utroque codd. Lipss. Vide præfat.

## COTELERII NOTÆ.

(17) *Et ex prima voluntate iterum voluntas.* De Filio Clemens Alexandrinus *Pædag.* III, cap. ult. : ἀγαθοῦ Πατρὸς ἀγαθὸν βούλημα· *Strom.* V, p. 547 : θέλημα παντοκρατορικόν· Tertullianus, *De oratione*, cap. 4 : *Ipse erat voluntas et potestas Patris.* In Origene, *De principiis*, et alibi : *Natus ex Patre, velut voluntas ex mente procedens.* Apud Athanasium, orat. 3 et 4, *contra Arianos*, p. 402, 514 : βουλὴ καὶ θέλημα τοῦ Πατρός. Similiaque legas Victorini Afri lib. I, *adversus Arium*, Faustini diaconi ad Flaccillam, Cyrilli Alexandrini *contra Anthropomorphitas*, cap. 14, et aliorum, de quibus Hieronymus initio Commentariorum in *Epistolam ad Ephesios*, et Augustinus XV, *De Trinitate*, 20, necnon duarum synodorum Toletanarum, decimæ quintæ ac decimæ sextæ. Prioris locus in binis levibus mendis cubat : *Diximus : Voluntas genuit voluntatem, sicut et sapientia sapientiam. Quod vir ille incuriosa lectionis transcursione præteriens, existimavit hæc ipsa nomina, id est* (lege *in* aut potius *juxta*, errandi occasio fuit brevians Scriptura) *relativum, aut secundum comparationem humanæ mentis nos posuisse*, etc. *Nos autem non secundum hanc comparationem humanæ mentis, nec secundum relativum, sed secundum essentiam diximus : Voluntas ex voluntate, sicut et sapientia ex sapientia. Hoc enim ex* (dubio procul *est*) *Deo esse quod velle; hoc velle, quod sapere*, et reliqua. Quod ad Spiritum sanctum spectat, commodum in Bibliotheca Regia cod. ms. 1026, istud fragmentum nostro ascriptum inveni. Illud rejecimus infra in subjectam *Recognitionibus Appendicem Monumentorum*, num. 1.

(18) *Duo regna.* Quod hæc similiaque complura in istis apocryphis Ebionismum redoleant, auctorem damus Epiphanium hæreseos illius capite 16 : Δύο δέ τινας, ὡς ἔφην, συνιστῶσιν ἐκ Θεοῦ τεταγμένους ἕνα μὲν τὸν Χριστὸν, ἕνα δὲ τὸν διάβολον. Καὶ τὸν μὲν Χριστὸν λέγουσι τοῦ μέλλοντος αἰῶνος εἰληφέναι τὸν κλῆρον· τὸν δὲ διάβολον, τοῦτον πεπιστεῦσθαι τὸν αἰῶνα· ἐκ προσταγῆς δῆθεν τοῦ παντοκράτορος, κατὰ αἴτησιν ἑκατέρων αὐτῶν. *Duos, ut jam dixi, a Deo constitutos asserunt; Christum et diabolum. Quorum illi futuri, huic præsentis sæculi potestas est commissa : idque adeo omnipotentis illius mandato, ad utriusque postulationem esse factum.* Quo ex loco lux oritur alteri capitis 3, quem interpres indiligenter in Latinum convertit : Πάντων τε κυριεύοντα, καὶ Χριστὸν λέγεσθαι, τὸν ἐκεῖσε δὲ αἰῶνα κεκληρῶσθαι. Hoc est : *Atque omnium rerum dominatum tenere, et appellari Christum : in sortem vero accepisse sæculum quod illic erit.*

Digitized by Google

ribus benedictione suscepta, clarissima luce fulgentes, introducti ad æternam sedem, et in incorruptione durantes, ineffabilium bonorum munera æterna percipiant.

XXV. Hæc me prosequente, gaudio perfusus Petrus et tanquam super filio tripudians, ne forte in reliquorum memoria titubans, erubescerem propter eos qui aderant : Sufficit, inquit, o Clemens ; evidentius enim hæc quam a me ipso exposita fuerant, edidisti. Et ego aio : Narrandi ordinem, et lucidius ea quæ res expetit proferendi, eruditio nobis contulit liberalis, qua si utamur in antiquitatis erroribus, in perniciem vitæ verborum decore ac suavitate decidimus; si vero ad asserendam veritatem eruditionem sermonis et gratiam conferamus, puto ex hoc non parum utilitatis acquiri. Verumtamen, mi domine Petre, quanta me arbitraris gratulatione sublatum, cum in cæteris omnibus, tum præcipue in illius doctrinæ sententia, qua ais : Unus est Deus, cujus opus mundus est, quique, quia justus est omnimodis, unicuique pro actibus suis reddet. Et post hæc addidisti, dicens : Pro cujus dogmatis assertione innumera verborum millia movebuntur; sed in his, quibus veri prophetæ concessa est scientia, omnis ista verborum silva succisa est. Et propter hoc cum mihi tradideris de vero propheta sermonem, omni me assertionum firmitate roborasti. Inde denique ego cum advertissem in hoc summam totius religionis pietatisque consistere, illico respondi : Optime prosecutus es, Petre, propter quod de reliquo jam tanquam scienti, quæ sint fundamenta fidei et pietatis, veri prophetæ traditiones incunctanter expone, cui soli credendum esse evidenter probatum est. Illam vero expositionem, quæ assertionibus et argumentis indigeat, infidelibus serva, quibus nondum committere propheticæ gratiæ indubitabilem judicaveris fidem. Et cum hæc dixissem, tu utrumque, inquam, pollicitus es, et hanc te mihi simplicem expositionem ac totius erroris expertem, et illam quæ per singulas quasque quæstiones explicatur, quæ movebuntur, in tempore traditurum. Et post hæc exposuisti per ordinem, a principio mundi usque ad præsens tempus consequentiam rerum; et si placet, possum memoriter universa retexere.

XXVI. Ad hæc Petrus : Magnifice, inquit, delector, o Clemens, quod tam tuto cordi verba committam ; memorem namque esse eorum quæ dicuntur, indicium est in promptu habere operum fidem : cui vero malus dæmon salutis verba furatur et de memoria rapit, etiam si velit salvari non poterit; perdit enim viam, qua pervenitur ad vitam. Propter quod eo magis repetamus quæ dicta sunt, et confirmemus ea in corde tuo; id est, quomodo vel a quo factus sit mundus, ut tendamus ad amicitiam Conditoris. Amicitia autem efficitur bene vivendo et voluntati ejus obediendo, quæ voluntas omnium viventium lex est. Breviter ergo tibi hæc eadem firmioris causa memoriæ retexemus.

XXVII. In principio cum fecisset Deus cœlum et terram [78], tanquam domum unam, ipsa quæ ex corporibus mundi reddita est umbra, his quæ intrinsecus clausa fuerant, tenebras ex se dedit. Sed cum voluntas Dei introduxisset lucem, tenebræ illæ quæ ex umbra corporum factæ fuerant (19), continuo devoratæ sunt; tunc deinde lux in diem, tenebræ deputantur in noctem. Jam vero aqua, quæ erat intra mundum, in medio primi illius cœli terræque spatio, quasi gelu concreta et crystallo solidata distenditur, et hujusmodi firmamento velut intercluduntur media cœli ac terræ spatia ; idque firmamentum cœlum Conditor appellavit, antiquioris illius vocabulo nuncupatum. Et ita totius mundi machinam, cum una domus esset, in duas dividit regiones. Divisionis autem hæc fuit causa, ut superna regio angelis habitaculum, inferior vero præberet hominibus. Post hæc quod reliquum fuit in inferioribus aquarum, jussu voluntatis æternæ, locus maris et chaos effectum recepit, eisque ad demersa et concava defluentibus, arida quidem apparuit terra. Congregationes autem aquarum, effecta sunt maria. Et post hæc terra, quæ apparuerat, herbarum et virgultorum diversa genera produxit, fontes quoque et fluvios non solum in planis, sed et in montibus protulit; et sic cuncta præparata sunt, ut hominibus qui habitarent in ea, esset facultas his omnibus pro arbitrio uti, id est sive ad bona velint, sive etiam ad mala.

XXVIII. Post hæc stellis adornat cœlum istud visibile. Solem quoque et lunam ponit in eo, ut alterius lumine dies, et nox uteretur alterius, simulque ut essent indicio rerum præteritarum, præsentium et futurarum. Pro signis enim temporum facta sunt ac dierum, quæ videntur quidem ab omnibus, intelliguntur autem ab eruditis et intelligentibus solis. Cumque post hæc de terra et aquis produci jussisset animantia, paradisum fecit, quem et deliciarum locum nominavit. Post hæc autem omnia hominem fecit, propter quem cuncta præparaverat, cujus interna species est antiquior (20),

[78] Gen. 1.

## COTELERII NOTÆ.

(19) *Tenebræ illæ, quæ ex umbra corporum factæ fuerant.* Consulendi veteres Hexaemeri Interpretes, cum Cæsario quæst. 61 et 114, Cedreno aliisque. Cedreni verba corrupta videntur : Τὸ γὰρ σκότος ἐκ τῆς τοῦ οὐρανοῦ ἐφαπλώσεως, καὶ τὰ ὑπὸ τούτου σκεπόμενα γέγονεν. Quid si legamus, κατά loco καί, hoc sensu : *Tenebræ enim, cœli extensione super ea quæ ab illo tegebantur exstiterunt?*

(20) *Cujus interna species est antiquior.* Codex Carmel. qui notis marginalibus in textum relatis

Digitized by Google

et ob cujus causam omnia quæ sunt, facta sunt ministerio ejus concessa, et habitationis ejus usibus data.

XXIX. Igitur consummatis omnibus quæ in cœlo et in terris sunt, atque in aquis, multiplicato etiam hominum genere, octava generatione homines justi qui angelorum vixerant vitam (21), illecti pulchritudine mulierum, ad promiscuos et illicitos concubitus declinaverunt [76], et inde jam indiscrete et contra ordinem cuncta agentes, statum rerum humanarum et divinitus traditum vitæ ordinem permutarunt, ita ut omnes homines, vel persuasione, vel vi peccare in Creatorem suum cogerent Deum. Exin nona generatione nascuntur gigantes, illi qui a sæculo nominantur, non δρακοντόποδες (22), ut Græcorum fabulæ ferunt, sed immensis corporibus editi, quorum adhuc ad indicium in nonnullis locis ossa immensæ magnitudinis ostenduntur. Sed adversum hos justa Dei providentia diluvium mundo introduxit, ut orbis quidem terrarum ab eorum contagione dilueretur, omnis vero locus ab impiorum nece verteretur in pelagus. Unus tamen tunc inventus est justus, nomine Noe, qui in arca cum tribus filiis eorumque uxoribus liberatus, post aquarum decursus cum his animalibus quæ secum clauserat, et seminibus, mundi habitator effectus est.

XXX. Duodecima generatione, cum Deus benedixisset homines et multiplicari cœpissent [77], acceperunt præceptum, ne sanguinem degustarent (23); propter hoc enim etiam diluvium factum est. Tertia decima generatione cum ex tribus filiis Noe, unus qui erat medius, patri fecisset injuriam, posteritati suæ ex maledicto conditionem servitutis induxit. Cujus interim senior frater (24) habitationis sortem eam, quæ est in medio terræ, suscepit, in qua est regio Judææ; junior vero orientis plagam sortitus est, ipse autem occidentis accepit. Quarta decima vero generatione ex maledicta progenie quidam, propter artem magicam, primus aram statuit dæmonibus, honorem sanguinis litans. Quinta decima generatione, primo omnium homines idolum statuentes adoraverunt, et usque ad illud tempus divinitus humano generi data Hebræorum lingua tenuit monarchiam. Sexta decima generatione moverunt se ab oriente filii hominum, et venientes ad terras patrum suorum, unusquisque sortis suæ locum, proprii vocabuli appellatione signavit. Septima decima generatione apud Baby-

[76] Gen. VI, 2. [77] Gen. IX.

## COTELERII NOTÆ.

abundat, post *est* ostendit *de anima*, quoniam hic asseritur anima corpore antiquior, juxta unam e quatuor sententiis Patrum. Alii namque docuerunt creatam fuisse animam ante corpus, alii post, alii simul cum eo; cæteri nihil voluerunt affirmare. Extra quas opiniones, collocari debent errores Pythagoricorum, Platonicorum, Gnosticorum et Origenianorum circa animarum προϋπαρξιν. Emenda obiter S. Gregorii Nysseni locum hunc, *Serm. de anima*, tom. II, p. 102 : Εἰ δέ τις μετὰ τὴν διάπλασιν τοῦ σώματος ἐμβεβλῆσθαι τὴν ψυχήν, ἤτοι μετὰ τὸ σῶμα γεγενῆσθαι αὐτὴν, διαμαρτάνει τῆς ἀληθείας, et lege cum Nemesio, *De natura hominis*, cap. 2, quod caput cum sequenti ex eo sermone penitus desumptum est : Εἰ δέ τις ἐκ τοῦ μετὰ τὴν διάπλασιν τοῦ σώματος ἐμβεβλῆσθαι τὴν ψυχὴν, ἠγοῖτο μετὰ τὸ σῶμα, etc.

(21) *Homines justi qui angelorum vixerant vitam.* Διὸ καὶ ἄγγελοι Θεοῦ καὶ υἱοὶ Θεοῦ οἱ αὐτοὶ, ὡς ἀγγελοπρεπῆ εἴτε θεοπρεπῆ βίον βιοῦντες, ἐκαλοῦντο, ait Nicephorus philosophus, cap. 1 de hac quæstione, pagina ultima regii ms. 698. Contra in Testamentis duodecim filiorum Jacob, Latine exstantibus, sed Græce ineditis, testam. 1 : Οὕτως γὰρ ἤθελξαν (γυναῖκες) τοὺς ἐγρηγόρους πρὸ τοῦ κατακλυσμοῦ· κἀκεῖνοι συνεχῶς ὁρῶντες αὐτὰς, ἐγένοντο ἐν ἐπιθυμίᾳ ἀλλήλων, καὶ συνέλαβον τῇ διανοίᾳ τὴν πρᾶξιν, καὶ μετεσχηματίζοντο εἰς ἀνθρώπους· καὶ ἐν τῇ συνουσίᾳ τῶν ἀνδρῶν αὐτῶν, συνεφαίνοντο αὐταῖς· κἀκεῖναι ἐπιθυμοῦσαι τῇ διανοίᾳ τῆς φαντασίας αὐτῶν, ἔτεκον γίγαντας· ἐφαίνοντο γὰρ αὐτοῖς [f. αὐταῖς] οἱ ἐγρήγοροι ἕως τοῦ οὐρανοῦ φθάνοντες. Reliqua celebris controversiæ, eaque plurima, dabunt Interpretes ad Genes. VI, 1, etc., qui locus ita conversus legitur, in *Excerptis chronologicis* ex Eusebio, Africano et aliis : *Et factum est, cum homines multiplicarentur super terram, et filias procreassent; videntes autem angeli Dei filias hominum, quod essent pulchræ, acceperunt sibi uxores ex omnibus quas elegerunt. Et dixit Dominus Deus : Non permanebit spiritus meus in hominibus istis in æternum, quia caro sunt : eruntque dies eorum annorum centum viginti. Gigantes autem erant super terram in diebus illis, et ultra. Cumque introissent angeli Dei ad filias hominum, illæ quæ genuerunt, illæ fuerunt gigantes, a sæculo homines nominati.* Sed rescribendum est *illæque genuerunt. Illi fuerunt gigantes.*

(22) *Non δρακοντόποδες.* Candel. *Non draconto-pedæ.* Latine *anguipedes.* Rectius noster, quam in *Historia gigantum* sacra profanis miscente : Οὓς καὶ δρακοντόποδάς τινες προσηγόρευσαν· ἢ ὡς τεθηριωμένους ταῖς γνώμαις, καὶ μηδὲν ἀγαθὸν λογιζομένους, ἢ ὡς τινες ἱστοροῦσιν, ὅτι πόλεμον ἔχοντες μετά τινων οἰκούντων ἐν ὑψηλοῖς, εἶτα χερσὶ καὶ ποσὶ καὶ κοιλίαις ὡς δράκοντες κατ' αὐτῶν, ὑφ' ὧν καὶ πολλοὶ πολλάκις ἄνωθεν ἀνῃρῶντο, βαλλόμενοι, δρακοντόποδες ἐκέκληντο. Verba sunt Georgii Cedreni : componenda cum his Macrobii *Saturnaliorum* lib. I, cap. 20 : *Horum pedes in draconum volumina desinebant, quod significat nihil eos rectum, nihil superum cogitasse, totius vitæ eorum gressu atque processu in inferna mergente;* et cum istis Servii ad *Æneid.* III : *Varro dicit, in diluvio aliquos ad montes confugisse cum utensilibus : qui lacessiti postea bello ab his qui de aliis veniebant montibus, facile ex locis superioribus vicerunt. Unde fictum est, ut dii superiores dicerentur : inferiores vero terrigenæ. Et quia de humilibus ad summa reptabant, dicti sunt pro pedibus habuisse serpentes.*

(23) *Ne sanguinem degustarent : propter hoc enim etiam diluvium factum est.* Alcimus Avitus *Poematum* libro IV *De diluvio mundi*, vers. 23 :

*Sanguine potus erat, cæsorum viscera passim*
*Indomitis laceras præbebant faucibus escas.*
*Insuper et quadrupes, propria qui morte necatur,*
*Sævior aut certe quem vincens bestia cepit,*
*Pastus erat, quem nulla fides, lex nulla vetabat.*

(24) *Senior frater*, etc. Contra Severus : *Sed filiis Noe ita divisus orbis fuit, ut Sem intra Orientem, Japheth Occidentem, Cham mediis contineretur;* astipulante Philastrio huic sententiæ.

Digitized by Google

loniam Nemrod primus regnavit, urbemque construxit (25), et inde migravit ad Persas, eosque ignem colere docuit (26).

XXXI. Octava decima generatione muratæ urbes factæ sunt, et exercitus instituti armaque (27), et judices legesque sancitæ, templa constructa, et principes gentium tanquam dii adorati sunt (28). Nona decima generatione posteri illius, qui post diluvium maledictus est (29), proprios terminos excedentes, quos in occidentalibus partibus sorte susceperant, eos qui medium terræ fuerant sortiti locum, in terras orientales expellunt et usque ad Persidem fugant, ipsique in expulsorum locis iniqua sorte succedunt. Vicesima generatione ob incesti crimen, primus morte propria filius ante patrem defunctus est [78] (30).

A XXXII. Vicesima prima generatione exstitit vir quidam sapiens, ex genere eorum qui fuerunt expulsi, ex semine primogeniti filiorum Noe, nomine Abraham, a quo nostrum Hebræorum ducitur genus. Hic cum universus iterum mundus diversis erroribus esset oppressus, et pro immanitate scelerum maturum ei pararetur excidium non jam per aquam, sed per ignem, cumque jam plaga initio a Sodomis sumpto immineret et universo orbi terrarum; pro amicitiis, quibus erat ei familiaritas cum Deo cui bene placuerat, universum mundum ne pariter periret eripuit. Ab initio tamen cæteris omnibus errantibus, ipse cum arte esset astrologus (31), ex ratione et ordine stellarum agnoscere potuit Conditorem, ejusque providentia intellexit cuncta mo-
B derari. Unde et angelus [79] assistens ei per visionem,

[78] Gen. xi. [79] Gen. xv, xxii.

## COTELERII NOTÆ.

(25) *Urbemque construxit.* Puta Babylonem : cujus conditorem Nemrodum faciunt multi apud Orosium lib. II, cap. 6; item Severus, *Sacræ historiæ* lib. I; Augustinus, XVI *De civitate Dei*, 4; auctor *Chronici Alexandrini*, p. 84; Gregorius Turonensis, Isidorus Hispalensis, Cedrenus, alii. Atque ea de re accipio locum difficilem ac forte corruptum, supra in Testimoniis veterum ad *Recognitiones* relatum ex Chronico laudato : Οὗτος ὁ Νεβρὼδ μετοικήσας ἀπὸ Αἰγύπτου εἰς Ἀσσυρίους, καὶ οἰκήσας εἰς Νίνον πόλιν, ἣν ἔκτισεν Ἀσσοὺρ, καὶ κτίσας τὴν πόλιν, ἥτις ἦν Βαβυλῶνος, πρὸς τὸ ὄνομα τῆς πόλεως ἐκάλεσεν. Hoc est, nisi etiam nunc male interpre-
C tor : *Hic Nebrodus, cum ex Ægypto ad Assyrios demigrasset, et in urbe Nino quam Assur condiderat habitavisset, atque civitatem ædificasset quæ erat Babylonis, ad hoc civitati nomen dedit :* πρὸς τό loco πρὸς τοῦτο. Ex nomine Babylonis regionis, fecit nomen Babylonis urbis. Propter τὸν Νεβρώδ, opinor, quia in LXX γίγας dicitur, hyle seu materia a Manichæis vocabatur ἡ Νεβρώδ. In *Anathematismis Manichaicis* infra edendis : Ἀναθεματίζω τὸν λῃρώδη Μάνεντος μῦθον, ἐν ᾧ φησι μὴ ὅμοιον ἡμῖν διαπεπλάσθαι ὑπὸ τοῦ Θεοῦ τὸν πρῶτον ἄνθρωπον, τουτέστι τὸν Ἀδάμ, ἀλλὰ ὑπὸ τοῦ Σακλᾶ τοῦ τῆς πορνείας ἄρχοντος, καὶ τῆς Νεβρὼδ, ἣν εἶναι τὴν ὕλην φησὶ, γενέσθαι τὸν Ἀδὰμ καὶ τὴν Εὔαν· καὶ τὸν μὲν θηριόμορφον κτισθῆναι, τὴν δὲ ἄψυχον, καὶ τὴν μὲν Εὔαν ὑπὸ τῆς ἀῤῥενικῆς λεγομένης παρθένου μεταλαβεῖν ζωῆς, τὸν Ἀδὰμ δὲ ὑπὸ τῆς Εὔας ἀπαλλαγῆναι τῆς θηριωδίας. Quo ex loco, quemadmodum et per Theodoritum *Hæret. fabul.* lib. I, cap. ult., mecum velim corrigas
D anathema Euchologii Goariani, pag. 886 : Ἀναθεματίζω καὶ ὅσαπερ Ἰτεύλης, καὶ Σκότος, καὶ ὁ καλούμενος Σακλακαίτης Νεβρὼδ περὶ διαφόρων οὐρανῶν κατ' ἰδίαν μυθολογοῦσιν. Lego siquidem : Ὅσα περί τε ὕλης καὶ σκότους καὶ τοῦ καλουμένου Σακλᾶ καὶ τῆς Νεβρὼδ, περὶ διαφόρων, etc. Sed et τοῦ Νεβρὼδ Theodoriti mutandum videtur in τῆς Νεβρώδ. Totus Euchologii tractatulus, p. 885, 886, hunc ad modum a βιβλιογράφοις codicum Regiorum 1026, 1027, concinnatus fuit. Ἀνάθεμα Μάνεντι ἤτοι Μανιχαίῳ, τῷ καὶ Κουβρίκῳ, καὶ τοῖς δόγμασι, etc., προεῖπον παρ' αὐτοῦ, etc., βιβλίοις, ἃ καὶ ἐκάλεσεν οὕτως· etc., καὶ τὴν τῶν ἐπιστολῶν ὁμάδα, etc., τῶν γιγάντων πραγματείαν, etc. Ζαράδην καὶ Βοδδᾶν, et Βουδδᾶν, etc. Ἀδδᾶν τὸν καὶ Ἀδείμαντον, etc., ἀνοσίου καὶ βεβήλου, etc. Ζαρουᾶν, etc. Οὐαλεντῖνον, etc., ἢ φύσει τὰ κακά, etc., ὅσα περὶ τε ὕλης καὶ σκότους, καὶ τοῦ καλουμένου Σάκλα, καὶ τῆς Νεβρὼδ, καὶ περὶ διαφόρων οὐρανῶν, καὶ αἰώνων μυθολογοῦσιν, etc.

(26) *Et inde migravit ad Persas, eosque ignem colere docuit.* Victor Massiliensis III *in Genesim* :

*Inque nefanda prior descendit crimina Nimroth,*
*Impietatis apex, Cham servo e semine natus,*
*Mole et mente gigas, Babylonia regna gubernans,*
*Persarum hic animos capiens, venator iniquus,*
*A veris Domini sacris traduxit ad ignem.*

Rufinum exscribit Isidorus in *Chronico* et in *Originibus* : item Ado ac monachus Altissiodorensis in *Chronicis* suis. Πυρολατρεία Persarum, et pueris notissima est.

(27) *Exercitus instituti, armaque.* Videantur Severus, lib. I, p. 27, edit. Lugduno-Batavæ; Orosius, lib. I, cap. 4; Augustinus, IV *De civit. Dei*, 6; Isidorus Hispalensis in *Chronico;* Georgius Cedrenus, edit. Basil., p. 21, cum aliis. Qui omnes non multum dissident sententiis.

(28) *Templa constructa, et principes gentium tanquam dii adorati sunt.* Rufini verba in *Chronica* sua retulerunt Beda et Isidorus. In re autem ipsa, non magna est inter auctores controversia.

(29) *Posteri illius qui post diluvium maledictus est.* Hanc veterem traditionem firmant Eusebius, Epiphanius, Augustinus, Cassianus.

(30) *Vicesima generatione... defunctus est.* Vicesima generatione Aran ante patrem, primus, vel secundus a Lamecho, vel tertius post Lamechum et Phalegum, aut Lamechum et Arphaxadum, vel quintus si illis annumerentur Abel ex Scriptura, et filius Nemrodi ex Victore seu Victorino Massiliensi lib. III *in Genesim*, mortem aut naturalem oppetiit ob patris idololatriam, aut violentam, combustus vel a Chaldæis, pietatis ergo, quod ignem nollet adorare, vel ab Abrahamo fratre nolente, propter impietatem, cum idola patris ex igne quem Abrahamus accenderat vellet eripere. *Genes.* XI, 29. Hebræi, Epiphanius, lib. I, tom. I, p. 8, Hieronymus in *Traditionibus Hebraicis* et in *Locis Hebraicis*, Eustathius in *Hexaemeron*, Procopius Gazæus ad *Gen.* cap. 11, Nicephorus CP. in *Chronographia*, Georgius Syncellus, Georgius Cedrenus, cum aliis; nec non auctor orationis, Τίνι ὁμοιοῦται ὁ ἀνθρώπινος βίος, quam Fredericus Morellus e codice Reg. 1010, typis mandavit tanquam Theophili Alexandrini, cum sit Christophori Alexandrini, quemadmodum edoctus sum ex Leonis Allatii notis ad Eustathium. De incesto, nihil memini me legere.

(31) *Cum arte esset astrologus.* Consentanea Berosus, Eupolemus, Artapanus, Philo. Josephus, Eusebius, Eustathius, Cæsarius, Ambrosius et alii plerique.



Digitized by Google

plenius eum de his quæ sentire cœpit, edocuit. Sed et quid generi ejus ac posteritati deberetur, ostendit, et non tam eis danda hæc loca, quam reddenda promisit.

XXXIII. Igitur Abraham cum rerum causas desideraret agnoscere, idque secum intenta mente pervolveret, apparuit ei verus Propheta, qui solus hominum corda et propositum novit, et omnia ei quæ desiderabat aperuit, Divinitatis scientiam docuit, mundi originem finemque pariter indicavit, animæ immortalitatem ac vivendi instituta quibus Deo placeretur, ostendit, resurrecturos quoque mortuos, ac judicium futurum, bonorum remunerationem, malorum pœnas, justo cuncta moderando judicio declaravit, omnibusque rite ac sufficienter edoctis ad sedes rursus invisibiles secessit. Verum cum adhuc Abraham in ignorantia versaretur, sicut tibi et antea jam diximus, nati sunt ei filii duo, quorum unus Ismael, alius Heliesdros (32) appellati sunt. Ex alio barbaræ gentes, ex alio Persarum populi descendunt. E quibus nonnulli Brachmanorum vitam et vicina instituta sectati sunt, alii apud Arabiam consederunt, ex quorum posteris nonnulli etiam in Ægyptum dispersi sunt. Inde denique et Indorum quidam et Ægyptiorum circumcidi didicere ac purioris observantiæ esse quam cæteri, licet processu temporis quamplurimi eorum ad impietatem verterent argumentum et indicium castitatis.

XXXIV. Verumtamen cum hos duos filios tempore, quo adhuc in ignorantia rerum vixerat, suscepisset, Dei agnitione percepta petit ab eo, quia erat justus, ut ex Sara quæ ei erat conjux legitima, cum esset sterilis, habere progeniem mereretur; et accepit, quem et Isaac nominavit, ex quo natus est Jacob, de Jacob autem duodecim patriarchæ, et ex ipsis duodecim septuaginta duo (33). Hi fame exorta in Ægyptum veniunt cum omni domo sua, et intra annos quadringentos (34) benedictione et promissione Dei multiplicati, affligebantur ab Ægyptiis. Cumque affligerentur, apparuit verus Propheta Moysi [80], et Ægyptios quidem resistentes, ne Hebræorum populus exiret ab eis et rediret ad patriam terram, decem plagis cœlestibus affecit, populum vero Dei eduxit ex Ægypto. Sed qui superfuerant ex Ægyptiis, conspirati cum animositate regis sui, insecuti sunt Hebræos; quos cum reperissent super littus maris, et interimere omnes ac delere cogitarent, Moyses oratione ad Deum fusa mare in duas partes divisit, ita ut aqua dextera lævaque quasi gelu concreta teneretur, et populus quidem Dei transiret velut iter aridum, insequentes vero eos Ægyptii temere ingressi necarentur. Ubi enim ultimus ex Hebræorum populo ascendit, Ægyptiorum quoque ultimus descendit in mare, et continuo aquæ maris quæ ut gelu constrictæ tenebantur, præcepto ejus qui constrinxerat relaxatæ, pœnas de impiorum populo recepta naturæ suæ libertate sumpserunt.

XXXV. Post hæc Moyses, Dei omnia providentis præcepto Hebræorum populum eduxit in desertum, et iter brevissimum, quod fert de Ægypto ad Judæam, relinquens, per longos eremi (35) plebem duxit anfractus, ut quadraginta annorum exercitiis mala quæ eis ex Ægyptiorum moribus usu longi temporis inoleverant, innovatione mutatæ consuetudinis aboleret. Interea venitur ad montem Sina, et inde lex eis, vocibus et visionibus cœlestibus traditur decem conscripta præceptis; quorum primum et maximum fuit, ut ipsum solum colerent Deum, nec ullam sibi aliam speciem vel formam statuerent ad colendum. Sed cum Moyses ascendisset ad montem, ibique diebus quadraginta moraretur, populus qui decem plagis percussam viderat Ægyptum, et disruptum mare ac pedibus digressum, manna quoque sibi pro pane cœlitus datum et ex sequenti petra poculum ministratum [81] (quæ species cibi (36) per virtutem Dei, in quem quisque desiderasset, verteretur saporem), cumque sub plaga cœli ardentiore positi essent, ne æstibus coquerentur, nube obumbrabantur in die, nocte vero columna ignis illuminabantur, ne ad eremi vastitatem horror quoque accederet tenebrarum: cum, inquam, moraretur Moyses, ipsi secundum speciem Apidis, quem coli in Ægypto viderant, aureum caput vituli facientes adoraverunt (37), et

[80] Exod. III. [81] I Cor. X.

## COTELERII NOTÆ.

(32) *Heliesaros.* Exemplar Candelerianum, *Eliesdros.* Carmeliticum, *Helimesdros.* Petiti, *Helihesdrus.* Puto esse idem nomen ac Ἐλιέζερος, *Eliezerus*, Damascus Eliezer, Genes. XV, 2, per quem locum evertitur fabula hæc, a pseudo-Clemente ex apocrypho vetustiori, ut videtur, desumpta. Lege lib. II, cap. 1; *Clementina* homil. 2, n. 1, et *Epitomes* cap. 20.

(33) *Septuaginta duo.* Numerus iste non constat. Constaret 62, quia 62, cum duodecim patriarchis et Jacobo, faciunt 75, quot ponuntur a LXX. Genes. XLVI, 27, et Exod. I, 5, indeque Act. VII, 14.

(34) *Intra annos quadringentos.* Geneseos XV, 13, ubi consulendi interpretes.

(35) *Per longos eremi*, etc. Ita lego in sermone S. Galli confessoris, cap. 5: *Omnes igitur sequentes vestigia commeantium, extremo suorum barathrum ingresso* (non *ingressi*), *novissimoque plebis Dei ad naturale littus transgresso, ita sunt montibus aquarum involuti, ut nullus remaneret qui factum domi residentibus referre potuisset.* Et cap. 6: *Sic eos per desertum quadraginta annos ad terram promissionis circumduxit, donec desuescerent idololatriam de qua erant educti, et quam ubicunque venirent erant inventuri.*

(36) *Quæ species cibi*, etc. Respicit ad locum libri Sapientiæ, cap. XVI, vers. 20, 21.

(37) *Ipsi secundum speciem Apidis... adoraverunt.* Scribit tamen hunc in modum Joannes Damascenus, III, *contra Iconomachos*: Οὐ γὰρ ἐποίησαν Διὸς εἴδωλον, ἢ τοῦδε, ἢ τοῦδε, ἀλλ' ὡς ἔτυχεν ἔδωκαν τὸν χρυσὸν ἐπὶ τὸ ποιῆσαι εἴδωλον ὅπερ ἂν τύχῃ, καὶ

Digitized by Google

post tot ac tanta quæ viderant mirabilia, veteris consuetudinis sordes elimare a se atque abstergere nequiverunt. Et ob hoc brevis spatii iter quod ex Ægypto ducit ad Judæam relinquens, immenso eremi ambitu egit eos Moyses, si forte possit, ut superius memoravimus, vetustæ consuetudinis mala novellæ institutionis permutatione discutere.

XXXVI. Cum interim fidelis et prudens dispensator Moyses pervidens, populo ex Ægyptiorum consortio altius inolevisse vitium idolis immolandi, nec posse de eis radicem mali hujus excidi, immolare quidem eis concessit, sed Deo soli hoc fieri permisit, ut mediam quodammodo partem vitii altius inoliti resecaret; aliam vero mediam, per alium et ad aliud tempus reservaret emendandam, per illum scilicet, de quo ipse dixit: *Prophetam vobis suscitabit* (38) *Dominus Deus vester sicut me, ipsum audite secundum omnia quæ dixerit vobis. Quicunque enim non audierit prophetam illum, exterminabitur anima ejus de populo suo* [82].

XXXVII. Ad hæc autem etiam locum statuit, in quo solo liceret eis immolare Deo [83]. Hoc autem totum eo prospectu gerebatur, ut cum tempus opportunum venisset et didicissent per prophetam, quia Deus misericordiam vult et non sacrificium [84], viderent eum qui eos doceret locum Dei electum esse sapientiam ejus, in quo conveniret offerri hostias Deo, hunc autem locum, qui ad tempus videbatur electus, incursionibus hostium et excidiis sæpe vexatum, et ad ultimum quoque audirent penitus excidendum [85]. In cujus rei fidem etiam ante adventum veri prophetæ, qui esset hostias cum loco pariter repudiaturus, sæpe ab hostibus populatus est et igne incensus; atque in captivitatem populus abductus in exteras nationes, et exinde cum ad misericordiam Dei confugeret revocatus est, ut per hæc doceretur, quia sacrificia offerens expellitur et in manus hostium traditur, misericordiam vero faciens et justitiam, sine sacrificiis de captivitate liberatur et in terram patriam restituitur. Sed hoc intelligere paucos admodum accidit. Plures enim etiamsi sentire hæc et advertere poterant, vulgi tamen irrationali opinione tenebantur. Paucorum namque est recta cum libertate sententia.

XXXVIII. Igitur Moyses [86], his administratis, Ausen quemdam nomine præponens populo, qui eos revocaret ad patriam terram, ipse ad montem quemdam præcepto Dei viventis ascendens, illic defunctus est; cujus tamen talis fuit mors, ut usque in hodiernum diem sepulturam ejus nullus invenerit. Ut ergo populus patrium contigit solum, per providentiam Dei primo statim ingressu iniquarum gentium habitatores fugantur, et ipsi hæreditatem paternam judice sorte suscipiunt. Tum deinde per aliquantum temporis judicibus, non regibus gubernati, statu tranquilliore durarunt [87]. Ubi vero tyrannos sibi magis quæsivere quam reges, tunc etiam in loco, qui eis orationis causa fuerat prædestinatus, templum pro ambitione regia construxere, et sic per ordinem regibus impiis sibi invicem succedentibus, ad majores impietates etiam populus declinavit.

XXXIX. Ut autem tempus adesse cœpit, quo id quod deesse Moysis institutis diximus impleretur, et propheta quem præcinuerat appareret, qui eos primo per misericordiam Dei moneret cessare a sacrificiis, et ne forte putarent cessantibus hostiis remissionem sibi non fieri peccatorum, baptisma eis per aquam statuit, in quo ab omnibus peccatis invocato ejus nomine solverentur, et de reliquo perfectam vitam sequentes in immortalitate durarent, non pecudum sanguine sed sapientiæ Dei purificatione purgati. Denique etiam hoc ponitur evidens magni mysterii hujus indicium (39), ut omnis qui credens prophetæ huic, qui a Moyse prædictus est, baptizatur in nomine ipsius, ab excidio belli quod incredulæ genti imminet ac loco ipsi, servetur illæsus, non credentes vero extorres loco et regno fiant, ut vel inviti intelligant et obediant voluntati Dei.

XL. His igitur ita præordinatis, adest qui exspectabatur, indicia sui quibus fieret manifestus, signa et prodigia deferens. Sed ne sic quidem populus credidit, qui ad hæc credenda tot sæculis eruditus est; et non solum non credidit, sed addidit infidelitati blasphemiam, voracem hominem et ventri servientem [88], ac dæmone agi eum, qui ob salutem suam venerat, dicens. In tantum nequitia malorum ministeriis valet, quod nisi Sapientia Dei adfuisset his qui diligunt veritatem,

[82] Deut. XVIII, 15; Act. III, 22, 23. [83] Deut. XII, 14; II Paral. VII, 12. [84] Matth. IX, 13; XII, 7. [85] Matth. XXIV, 2; Luc. XIX, 44. [86] Deut. XXXI, XXXII, XXXIV. [87] I Reg. VIII. [88] Matth. IX; Joan. VII.

## COTELERII NOTÆ.

ἀνῆλθεν ἐκτύπωμα βουκράνου. Id est: *Non enim fecerunt Jovis, aut hujus illiusve simulacrum, sed absque certo consilio aurum dederunt ut fieret idolum quodcunque sors obtulisset; atque ita exiit bovini capitis effigies.*

(38) *Prophetam vobis suscitabit*, etc. Recte membranæ Regiæ et P. Petiti, quas præ oculis habeo: *Deus vester sicut me: ipsum audite secundum omnia*, etc. In *Chronico* Raderiano seu Alexandrino, p. 180: Προφήτην ὑμῖν ἀναστήσει Κύριος ὁ Θεὸς ἐκ τῶν ἀδελφῶν ὡς ἐμέ. Αὐτοῦ ἀκούσεσθε κατὰ πάντα, ὅσα ἂν εἴπῃ πρὸς ὑμᾶς. Ἔσται δέ, πᾶσα ψυχή, ἥτις οὐκ ἀκούσει τοῦ προφήτου ἐκείνου, ἐξολοθρευθήσεται ἐκ τοῦ λαοῦ αὐτῆς. Versiones etiam Syriaca et Arabica agnoscunt, *de populo suo*.

(39) *Hoc ponitur evidens magni mysterii hujus indicium*, etc. Si cui ista sunt obscura, legat Eusebium, *Hist.* lib. III, cap. 5; Epiphanium, hæresi 29, num. 7; hær. 30, num. 2; *Lib. de mens. et pond.*, cap. 15; Theodoritum ad *Zachariæ* XIV, 2; Nicephorum, Cedrenum, Freculfum, etc. Ab iis lucem petat.

Digitized by Google

omnes pene simul impius error involveret. Nos ergo primos elegit duodecim sibi credentes, quos apostolos nominavit [89], postmodum alios septuaginta duos (40) probatissimos discipulos [90], ut vel hoc modo recognita imagine Moysis crederet multitudo [91], quia hic est, quem prædixit Moyses venturum prophetam [92].

XLI. Sed fortassis dicat aliquis, quia imitari numerum cuicunque possibile est; et quid de signis et virtutibus dicet, quæ iste faciebat? Etenim Moyses virtutes et sanitates fecerat in Ægypto. Is quoque, quem ipse prædixit sicut se ipsum surrecturum prophetam, cum omnem languorem et omnem infirmitatem curaret in plebe, virtutes faceret innumeras, vitam evangelizaret æternam, ab impiis actus est in crucem; quod tamen factum virtute ejus conversum est in bonum. Denique cum pateretur, omnis ei compassus est mundus; nam et sol obscuratus est, montesque disrupti, et sepulcra patefacta sunt, velum templi scissum est [93], velut lamentans excidium loco imminens. Et tamen cum omnis mundus commotus sit, ipsi etiamnunc ad inquisitionem tantarum rerum nullatenus commoventur.

XLII. Verum quoniam necessarium erat ut in locum eorum qui increduli permanebant, vocarentur gentes, ut repleretur ille numerus qui demonstratus fuerat Abrahæ [94], mittitur in universum mundum salutaris regni Dei prædicatio. Perturbantur ob hoc mundani spiritus, qui libertatem quærentibus semper obsistunt, et ad destruendam Dei ædificationem errorum machinas quærunt, quibus hi, qui ad salutis et libertatis gloriam tendunt, obsistentes et agones adversum eos non minimos desudantes, fortiores effecti, ad salutis coronam veniant non sine palma victoriæ. Interim cum passus esset, et ab hora sexta usque ad nonam mundum tenebræ pressissent [95], sole reddito ac rebus in ordinem restitutis, etiam homines nequam ad se atque ad mores suos metu cessante regressi sunt. Nam quidam eorum cum omni custodia servantes locum, quem non potuere resurgentem tenere, magum dicebant; alii finxerunt furatum [96].

XLIII. Verumtamen veritas ubique vincebat. Ad indicium enim, quod hæc divina virtute agerentur, nos qui fueramus paucissimi, processu dierum, astipulante Deo, multo plures quam illi efficiebamur, ita ut aliquando pertimescerent sacerdotes, ne forte per Dei providentiam ad confusionem ipsorum, in fidem nostram universus populus conveniret; frequenter mittentes ad nos rogabant, ut eis de Jesu dissereremus, si ipse esset propheta quem Moyses prædixit, qui est Christus æternus [97]. De hoc enim solo nobis qui credidimus in Jesum, adversum non credentes Judæos videtur esse differentia. Verum cum frequenter super hoc rogarent, nos autem opportunum tempus requireremus, septimana jam una ex passione Domini complebatur annorum, ecclesia Domini in Hierusalem constituta copiosissime multiplicata crescebat per Jacobum, qui a Domino ordinatus est in ea episcopus, rectissimis dispensationibus gubernata.

XLIV. Cum autem nos duodecim apostoli ad diem Paschæ cum ingenti multitudine convenissemus, ingressi ecclesiam fratrum unusquisque nostrum, Jacobo interrogante quæ a nobis per loca singula gesta sint, audiente populo breviter exponimus. In quibus Caiphas pontifex, missis ad nos sacerdotibus, rogat venire ad se, ut aut ratione doceamus eum, quia Jesus æternus est Christus, aut ipse nos doceat, quia non est, quo in utramlibet fidem universus populus conveniret; et hoc facere nos frequenter exorat. Nos vero sæpe distulimus, tempus semper opportunius requirentes. Et ego Clemens respondi ad hoc: Puto quod et hoc ipsum quod quæritur, utrum ipse sit Christus, multum prosit ad fidei rationem (41), alioqui nunquam pontifex pro hoc tam frequenter rogaret, ut de Christo vel disceret vel doceret. Et Petrus: Recte respondisti, o Clemens. Sicut enim sine oculis cernere nemo potest, nec sine auribus capere auditum, vel absque naribus odoratum, neque sine

[89] Matth. x. [90] Luc. x. [91] Num. xi, 16. [92] Deut. xviii, 15. [93] Matth. xxvii, 45, 51, 52. [94] Gen. xv; Act. xiii. [95] Matth. xxvii, 45. [96] Matth. xxviii, 13. [97] Joan. xii, 34.

## COTELERII NOTÆ.

(40) *Septuag. duos.* Varia lectio Luc. x, 1, 17, apud Græcos et Latinos, ἑβδομήκοντα et ἑβδομήκοντα δύο, LXX et LXXII. *Verum quoniam*, inquit Origenes hom. 27, in Numeros, *non solum illos duodecim elegit Dominus et Salvator noster, sed et alios septuaginta duos; idcirco non solum duodecim fontes, sed et septuaginta duæ arbores scribuntur esse palmarum.* Et homil. 7 in Exodum: *Ibi etiam arbores reperiuntur* LXX *palmarum. Non enim soli* XII *apostoli fidem Christi prædicaverunt, sed et alii* LXX *missi ad prædicandum verbum Dei referuntur, per quos palmas victoriæ Christi mundus agnosceret.* Sic apud S. Augustinum, tom. III. Auctor *Operis de mirabilibus sacræ Scripturæ*, lib. I, cap. 9. confert cum LXXII discipulis linguas LXXII ortas a LXXII viris ad ædificationem turris Babylonicæ congregatis, et LXXII seniores per Moysem electos: cum a Tertulliano, IV *adversus Marcionem*, 24; Eusebio, *Demonstr. evangel.*, lib. III, cap. 2; Eusebio ac Theophane in *Catena Græcorum Patrum ad Lucam*; Gregorio Nysseno, *De Vita Mosis*, p. 213; Hieronymo, epist. 127, num. 6, aliisque recentioribus, in figuram LXX discipulorum ponuntur LXX seniores Israelitici, LXX palmæ ad *Elim*, et LXX nationes a LXX posteris Noe ducentes originem. Porro numerus LXXII per numerum LXX exprimi potest, ut dictum fuit ad *Hermæ* I, 3, non autem LXX per LXXII.

(41) *Fidei rationem.* Codicum Sorbonici, Thuani et Candeleriani, est πιστοποίησιν, a verbo πιστοποιεῖν et πιστοποιεῖσθαι, quo utuntur Ignatii interpolator *Epist. ad Ephesios*, n. 18, Auctor *Constitutionum apostol.*, lib. V, cap. 6, et Cyrillus Hierosolymitanus, tum in fine præfationis ad *Catecheses*, tum in principio catechesis 14.

Digitized by Google

lingua gustum sumere, aut absque manibus aliquid contrectare : ita impossibile est, absque vero Propheta quæ Deo placeant noscere. Et ego respondi : Quod ipse sit verus propheta Christus, te docente, jam didici ; sed quid sit hoc ipsum, Christus, aut cur ita appelletur, velim discere, uti ne vaga mihi sit et incerta rei tantæ notitia.

XLV. Tunc Petrus docere me hoc modo cœpit : Deus cum fecisset mundum, tanquam universitatis Dominus singulis quibusque creaturis principes statuit (42), ipsis quoque arboribus, montibusque ac fontibus, et fluminibus, et universis, ut diximus, quæ fecerat. Multum enim est ire per singula. Statuit ergo angelis angelum principem, et spiritibus spiritum, sideribus sidus, dæmonibus dæmonem, avibus avem, bestiis bestiam, serpentem serpentibus, piscem piscibus, hominibus hominem, qui est Christus Jesus. Christus autem dicitur eximio quodam religionis ritu ; nam sicut regum sunt quædam communia nomina, ita ut apud Persas Arsaces, apud Romanos Cæsar, apud Ægyptios Pharao, ita apud Judæos Christus communi nomine rex appellatur. Causa autem hujus appellationis hæc est : quoniam quidem cum esset Filius Dei et initium omnium, homo factus est, hunc primum Pater oleo perunxit, quod ex ligno vitæ fuerat sumptum (43). Ex illo ergo unguento Christus appellatur. Inde denique etiam ipse secundum prædestinationem Patris, pios quosque, cum ad regnum ejus pervenerint, velut qui asperam superaverint viam, pro laborum refectione simili oleo perunget, ut et ipsorum lux luceat, et

A Spiritu sancto repleti immortalitate donentur. Virgulti vero hujus, ex quo sumptum est istud unguentum, universam naturam tibi sufficienter exposuisse me memini.

XLVI. Sed et nunc per brevissimam speciem de omnibus te in memoriam revocabo. In præsenti vita primus pontifex Aaron chrismatis compositione perunctus [98], quod ad imaginem illius de quo supra diximus spiritalis unguenti factum est, princeps populi fuit, et tanquam rex primitias et tributum per capita accepit a populo, et judicandi plebem sorte suscepta de mundis immundisque judicabat. Sed et si quis alius ex ipso unguento perunctus est, tanquam virtute inde concepta, jam ipse rex, aut propheta fiebat, aut pontifex. Quod B si temporalis hæc gratia ab hominibus composita tantum potuit, intellige jam tu, quantum sit illud unguentum, quod a Deo de virgulto vitæ prolatum est, cum hoc quod ab hominibus factum est, tam eximias inter homines conferat dignitates. Quid enim in præsenti sæculo propheta gloriosius, pontifice clarius, rege sublimius ?

XLVII. Et ego ad hæc respondi : Memini, Petre, dixisse te de primo homine, quia propheta fuit ; quod autem unctus fuerit, non dixisti. Si ergo sine unguento propheta nullus est, quo modo primus homo, cum non esset unctus, fuit propheta ? Tum subridens Petrus : Si primus, inquit, homo prophetavit, certum est quod et unctus sit. Licet enim unctionem illius siluerit ille, qui legem in paginis condidit, nobis tamen intelligenda C hæc evidenter reliquit. Sicut enim, si unctum

[98] Exod. xxix; Lev. viii

## COTELERII NOTÆ.

(42) *Singulis quibusque creaturis principes statuit*, etc. Fabulæ, λόγοι. Cave gerras Ebionitica.

(43) *Oleo perunxit, quod ex ligno vitæ fuerat sumptum*, etc. Huc valde pertinent duo loci insignes in nugis. Alter Origenis tomo VI, *contra Celsum*, p. 302, ex Celso : Ἐξῆς δὲ τοῖς περὶ τοῦ διαγράμματος, μηδ' ἐκ παρακουσμάτων περὶ τῆς καλουμένης παρὰ τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς σφραγῖδος, ἑαυτῷ τινα ἐκτίθεται ἀλλόκοτα καὶ ἀμοιβαίας φωνὰς, ὡς τοῦ μὲν τὴν σφραγῖδα περιτιθέντος καλουμένου πατρὸς, τοῦ δὲ σφραγιζομένου λεγομένου νέου καὶ υἱοῦ, καὶ ἀποκρινομένου, « Κέχρισμαι χρίσματι λευκῷ ἐκ ξύλου ζωῆς. » Ὅπερ οὐδ' ἐν τοῖς ἀπὸ τῶν αἱρέσεων ἠκούσαμεν γίγνεσθαι, etc. Alter apocryphi libri qui *Nicodemi* nomen gerit : *Cum autem hæc audisset protoplastus Adam pater, quia in Jordane baptizatus est Jesus, exclamavit ad filium suum Seth : Enarra filiis tuis patriarchis et prophetis omnia quæcunque audisti a Michaele archangelo, quando te transmisi ad portas paradisi, ut deprecareris Deum, et ungeres caput meum cum essem infirmus. Tunc Seth appropinquans sanctis patriarchis et prophetis, dixit : Ego Seth cum essem orans Dominum ad portas paradisi, ecce angelus Domini Michael apparuit mihi dicens : Ego missus sum ad te a Domino, ego sum constitutus super corpus humanum. Tibi dico, Seth, noli in lacrymis Deum orare et deprecari propter oleum misericordiæ ligni, ut perungas, patrem tuum Adam pro dolore capitis ejus, quia nullo modo poteris ex eo accipere, nisi in novissimis diebus et temporibus, nisi quando completi fuerint quinque millia et quingenti anni : tunc veniet super terram amantissimus Dei Filius Christus resuscitare corpus humanum Adæ, et conresuscitare corpora mortuorum : et ipse veniens in Jordanis aqua baptizabitur. Et cum egressus fuerit de aqua Jordanis, tunc de oleo misericordiæ suæ unget ex eo omnes credentes in se, et erit oleum misericordiæ suæ in generationem eorum qui nasciturі sunt ex aqua et Spiritu sancto in vitam æternam. Tunc descendens in terras amantissimus Dei Filius Christus Jesus, introducet patrem nostrum Adam in paradisum ad arborem misericordiæ.* Catholice Theodorus Abucara, opusculo 33 : A. Διατί λέγεται Χριστὸς ὁ Χριστός ; B. Ὅτι ἔχρισεν αὐτὸν ὁ Θεὸς Πνεύματι ἁγίῳ. A. Τίς οὖν ὁ χρισθείς ; ὁ Θεὸς Λόγος, ἢ ὁ ἄνθρωπος ; B. Μὴ γένοιτο λέγειν ἡμᾶς, ὅτι Θεὸς Λόγος ἐχρίσθη, ἀλλ' ὁ ἄνθρωπος. A. Ἄνθρωπος οὖν ἐστιν ὁ Χριστός. Εἰ γὰρ ὁ χρισθεὶς αὐτός ἐστιν ὁ Χριστὸς, ἄνθρωπος δὲ ὁ χρισθεὶς, καὶ ἕτερος δέ ἐστιν ὁ Θεὸς Λόγος παρὰ τὸν ἄνθρωπον καθ' ὑμᾶς · ὁ ἄνθρωπος ἄρα ἐστὶν ἀναμέρος ὁ Χριστός. Τί οὖν ἑαυτοὺς καὶ ἄλλους ἀπατῶντες λέγετε, ὅτι ὁ Χριστὸς Θεός ἐστι καὶ ἄνθρωπος ; Atque hæc desiderantur in Græcis editionis Gretserianæ, addique debent e chartis codicum Regiorum 2180, 572, in quibus (id quoque dicere liceat) paulo ante laudata verba scriptum habetur, εἰπέ μοι οὖν, ὁ Χριστός, etc. non ut in lib. impr. εἰπέ μοι, ὁ οὖν Χριστός.

Digitized by Google

addidit contra nos etiam hæc, quod Jesus noster non esset ipse, quem Moyses prophetam venturum esse prædixerit. Adversum hunc et alium qui cum ipso hæc eadem prosequebatur Zebedæi filii Jacobus et Joannes vehementer obnisi sunt, et quamvis haberent mandatum, ne ingrederentur civitates eorum neque verbum eis prædicationis inferrent [a], tamen ne sermo eorum, si confutatus non esset, aliorum læderet fidem, ita prudenter et fortiter responderunt, ut perpetuum eis silentium darent. Nam Jacobus de resurrectione mortuorum cum totius populi favore peroravit, Joannes vero ostendit, quia si cessarent ab errore montis Garizin, consequenter agnoscerent ipsum esse Jesum, qui secundum prophetiam Moysis exspectabatur esse venturus, quoniam quidem signa et prodigia, ut fecit Moyses, ita fecit etiam Jesus, et dubium non est quin similitudo signorum ipsum esse testetur, quem sicut se dixit esse venturum. Hæc et alia plura his similia protestati siluere.

LVIII. Et ecce quidam de Scribis de medio populi exclamans ait : Jesus vester signa et prodigia quæ fecit, ut magus non ut propheta fecit. Huic Philippus vehementer occurrit ostendens, quia hac ratione accusaret etiam Moysen. Cum enim Moyses signa et prodigia fecerit in Ægypto, similiter autem et Jesus in Judæa, dubitari non possit, quin quod de Jesu diceretur, hoc etiam de Moyse dici videretur. Hæc et his similia plura protestatus siluit Philippus.

LIX. Pharisæus autem quidam audiens hæc, insimulabat Philippum, quod Moysen æqualem diceret Jesu. Cui Bartholomæus respondens, constanter edocuit, quia non dicimus Jesum solum æqualem Moysi, sed majorem ; quia Moyses quidem propheta fuit, quod fuit et Jesus, quod autem fuit Jesus, Moyses non fuit, hoc est Christus, et ideo major ille sine dubio, qui et propheta et Christus est, quam ille qui solum propheta est. Hæc et his similia plura prosecutus siluit. Post hunc Jacobus Alphæi sermonem fecit ad populum, quo ostenderet, non ideo credendum esse Jesu, quia de eo prophetæ prædixerint, sed ideo magis credendum esse prophetis, quod vere prophetæ sint, quia eis testimonium Christus reddat. Nam præsentia et adventus Christi illos vere prophetas fuisse designat. Dicebat enim non ab inferioribus majori, sed a majore inferioribus fidei testimonium dari. Hæc et multa his similia prosecutus, etiam Jacobus siluit. Post hunc Lebbæus populum cœpit vehementer arguere, quod non crederent Jesu [b], qui eis tantum profuerit, docendo quæ Dei sunt, solando afflictos, medendo infirmis, pauperes consolando, sed pro his omnibus bonis odia mortemque reddiderint. Hæc et his similia plura cum esset populo protestatus, siluit.

LX. Et ecce unus ex discipulis Joannis affirmabat, Christum Joannem fuisse, et non Jesum ; in tantum, inquit, ut et ipse Jesus omnibus hominibus et prophetis majorem esse pronuntiaverit Joannem [c]. Si ergo, inquit, major est omnibus, sine dubio et Moyse et ipso Jesu major habendus est. Quod si omnium major est, ipse est Christus. Ad hæc Cananæus Simon respondens, asseruit Joannem majorem quidem fuisse omnibus prophetis, et omnibus qui sunt filii mulierum, non tamen majorem esse Filio hominis. Et ideo Jesus quidem et Christus est, Joannes vero solum propheta, et tantum interest inter ipsum et Jesum (47), quantum inter præcursorem et eum cui præcurritur, et quantum inter eum qui legem dat et eum qui legem servat. Hæc et his similia prosecutus siluit etiam Cananæus. Post quem Barnabas qui et Matthias (48), qui in locum Judæ subrogatus est apo-

[a] Matth. x, 5. [b] Ibid., 3, in Græco. [c] Matth. xi, 9, 11.

## COTELERII NOTÆ.

(47) *Tantum interest inter ipsum et Jesum.* Refert Christophorus Sandius in tractatu *De veteribus scriptoribus ecclesiasticis*, subjungi in ms. Bodleiano, *quantum inter stellas et solem.* Quæ absunt a libris editis et a nostris codicibus : recte.

(48) *Barnabas, qui et Matthias.* Cod. R. et P. *Barsabas*, in Carm. *Barsabbas*, in Sorb. autem, *Barnabas* cum *sa* supra *na*. Certe vicinitas nominum Barnabæ et Barsabæ, fraudi sæpe fuit indiligentioribus librorum exscriptoribus. Imo arbitrantur apud Bedam nonnulli, Pauli collegam de quo Act. IV, 36, esse eum qui cum Matthia ad apostolatus sortem est statutus, Act. I, 23, confundentes Barnabam cum Barsaba ; eo magis, opinor, quod uterque diceretur Joses seu Joseph : illamque sententiam rejicit quoque S. Chrysostomus. At Matthiæ datum fuisse nomen Barnabæ aut Barsabæ, hoc duntaxat in loco, si bene memini, refertur : quemadmodum de Thoma dicto etiam Juda, unicum forte exstat impressum testimonium, apud Eusebium, *Hist. eccl.*, lib. I, cap. ult. Cui addo hæc ex apostoli Thomæ Periodis Ἀνεκδότοις. Cod. Reg. 2594 : Ἔλαχεν Ἰνδία Ἰούδᾳ Θωμᾷ τῷ καὶ Διδύμῳ, et paulo post, Ἰούδαν ὀνόματι ; moxque, Ἰούδαν τὸν καὶ Θωμᾶν. De Jacobo autem et Thaddæo completitur hæc velut S. Epiphanii codex Regius 1026 : Ἰάκωβος ὁ ἐπικληθεὶς Θαδδαῖος, ἀδελφὸς τοῦ Κυρίου γενόμενος τὸ κατὰ σάρκα. Ὃς καὶ πρῶτος ἐν Ἱεροσολύμοις κατεστάθη ἐπίσκοπος ὑπὸ τῶν ἀποστόλων. Προφάσεως δὲ γενομένης ζητημάτων τοῖς Ἰουδαίοις, λίθοις ὑπ' αὐτῶν βληθεὶς ἐκοιμήθη ἐν Ἱερουσαλὴμ, καὶ ἐκεῖ ἐτάφη πλησίον τοῦ τάφου τῶν ἱερέων ἐνδόξως..... Θαδδαῖος δὲ, ὁ καὶ Λεββαῖος, ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ, ὁ ἐπικληθεὶς Ἰούδας Ἰακώβου, etc. Et de Juda Jacobo in Manuelis Comneni Novella de feriis, quam edidit integram Carolus Labbæus, quæque ex parte legitur in *Jure Orientali*, in *Jure Græco-Romano*, post *Synopsim Basilicorum*, ac in Balsamonis Scholiis ad Photiani *Nomocanonis* titulum 7 : Διὰ τὸν ἀπόστολον Ἰούδαν τὸν καὶ Θαδδαῖον, καὶ Λεββαῖον aut Λεββαῖον, καὶ Ἰάκωβον, quanquam Ἰακώβου forsan scribi debeat, *Judam Jacobi*. Denique de Thaddæo Barsaba, *Chronici Alexandr.* p. 504 : Θαδδαῖος ὁ καὶ Λεββαῖος ὁ ἐπικληθεὶς Βαρσαβάς. Quid si scriptum a subdititio Clemente, ὁ Βαρσαβᾶ, *ille Barsabæ ;* eodem sensu quo de Justo Act. I, 23, in Chrysostomo, ὁ μετὰ Ματθίου, *qui cum Matthia :* Rufinus vero legerit aut legendum putaverit ὁ Βαρσαβᾶς, *Barsabas*?

Digitized by Google

stolus, monere populum cœpit, ne odio haberent Jesum neque blasphemarent eum. Multo enim esse rectius, etiam ignoranti vel dubitanti de Jesu, amare eum quam odisse. Charitati enim Deus præmium posuit, odiis pœnam. Hoc ipsum enim, inquit, quod Judaicum corpus assumpsit et inter Judæos natus est, quo modo non omnibus vobis incentiva sui amoris incussit? Hæc et his similia cum perorasset, dicendi finem fecit.

LXI. Tunc Caiphas doctrinam Jesu culpare tentabat, dicens eum res vanas locutum : beatos enim pauperes dixit [7], et terrenas fore remunerationes promisit, ac summam muneris in terrena hæreditate constituit, cibisque ac potu eos qui justitiam servarint, promisit esse saturandos; et his similia multa docuisse deprehenditur. Cui Thomas respondens arguit eum frustra causantem, ostendens, quia prophetæ magis, quibus etiam ipse credit, ita docuerint, nec tamen quomodo erunt hæc aut quomodo percipientur, ostenderint, Jesus vero qualiter accipi hæc debeant, demonstraverit. Et cum hæc atque his similia plura dixisset, siluit etiam Thomas.

LXII. Post hæc rursum Caiphas me intuens, et nunc ut monens, nunc vero ut culpans, dicebat, cessare me debere de reliquo a prædicatione Christi Jesu, ne in perniciem mei hoc agerem, neve ipse errore deceptus alios quoque meo errore deciperem. Tum præterea arguebat me temeritatis, quod cum essem ipse imperitus, piscator et rusticus, officium subire doctoris auderem. Hæc et alia plura his similia dicenti, ego quoque in hæc verba respondi : Mihi quidem minus esse periculi, si, ut ipse ait, iste non sit Christus, quia doctorem legis receperim; ipsi vero ingens esse discrimen, si hic ipse sit Christus, sicut et certe est. Ego enim credo huic qui apparuit; ipse autem cui alii fidem servare se credit, qui nullus apparuit? Si vero et idiota, ut ais, et imperitus ac piscator et rusticus, super presbyteros sapientes intelligam, hoc tibi, inquam, magis metum debet incutere. Nam si ex eruditione aliqua disputans obtinerem vos sapientes et eruditos, videretur utique doctrina hoc mihi longi temporis et non divinæ virtutis gratia contulisse, nunc autem cum, ut dixi, nos imperiti vos sapientes convincimus et superamus, cui sensum habenti non palam est, quia hoc non humanæ argutiæ opus est, sed divinæ voluntatis et muneris?

LXIII. Hæc igitur et alia hujusmodi prosequentes, consequenter protestati sumus ac docuimus nos imperiti et piscatores, sacerdotes quidem de uno solo Deo cœli, Sadducæos de resurrectione mortuorum, Samaritas de consecratione Hierusalem, non tamen ingressi civitatem ipsorum, sed publice disputantes, Scribas vero et Pharisæos de regno cœlorum, discipulos Joannis, ne scandalum paterentur in Joanne, omnem vero populum, quia Jesus est Christus æternus. Ad ultimum autem monui eos, ut priusquam progrederemur ad gentes prædicare eis agnitionem Dei Patris, ipsi reconciliarentur Deo suscipientes Filium ejus. Aliter enim nullo modo eos ostendi posse salvari, nisi per sancti Spiritus gratiam trinæ invocationis dilui baptismate properarent, et Eucharistiam Christi Domini sumerent [8], cui soli, de his quæ docuit credere deberent, ut sic æternam salutem consequi mererentur, aliter vero impossibile prorsus esse reconciliari eos Deo, etiam si mille ei aras et altaria mille succendant.

LXIV. Nos enim, inquam, pro certo comperimus, quod super sacrificiis quæ offertis, multo magis exasperatur Deus, sacrificiorum tempore duntaxat expleto. Et quia vos non vultis agnoscere, emensum esse jam tempus hostias offerendi, ob hoc destruetur et templum (49), et abominatio desolationis statuetur in loco sancto [9], et tunc gentibus Evangelium prædicabitur ad testimonium vestri, ut ex illorum fide vestra infidelitas judicetur. Omnis etenim mundus diversis temporibus diversas malitiæ ægritudines patitur, vel per omnes generaliter, vel per singulos quosque specialiter, et ideo indiget medico, qui eum visitet ad salutem. Nos ergo protestamur vobis, et quod unumquemque vestrum latuit nuntiamus. Vestrum est deliberare, quid expediat vobis.

LXV. His a me dictis, ingemuit omnis multitudo sacerdotum, quod eis de templi subversione prædixerim. Quod cum vidisset Gamaliel princeps populi (qui latenter frater noster erat in fide, sed consilio nostro inter eos erat [50]), quia valde fremerent et ingenti adversum nos furore moverentur, assurgens ait [10] : Quiescite paulisper, o viri Israelitæ, non enim advertitis tentationem quæ imminet vobis, propter quod desinite ab hominibus istis, et si quidem humani consilii est quod agunt, cito cessabit, si autem a Deo est, cur sine causa peccatis nec proficitis quidquam? Dei enim voluntatem quis potest superare? Nunc ergo, quoniam quidem in vesperam vergitur dies, crastino hoc ipso in loco audientibus vobis, ego ipse cum istis disputabo, ut omnem errorem palam arguam, dilucideque confutem. Et his dictis repressus est eorum aliquatenus furor, ea præcipue spe, quod die crastina erroris

[7] Matth. v; Luc. x. [8] *Et euchar.—sumerent* desunt in codd. Lips. 1. [9] Deut. ix, 27; Matth. xxiv, 15. [10] Act. v, 35-39.

## COTELERII NOTÆ.

(49) *Destruetur et templum.* Similes prædictiones complectebatur alius liber apocryphus, scriptus de prædicatione Petri et Pauli in urbe Roma. Auctor Lactantius lib. iv, cap. 21.

(50) *Sed consilio nostro inter eos erat.* Vulpinum hoc consilium, apostolis indignum est. Decepit tamen Bedam pseudo-Clemens Rufini. At non ego credulus illis,

Digitized by Google

nos publice arguendos sperarent. Et sic cum pace populum dimisit.

LXVI. Nos vero cum venissemus ad Jacobum nostrum, omnia quæ dicta gestaque fuerant exponentes, apud eum cibo sumpto mansimus, omnipotenti Deo per totam noctem supplicantes, ut futuræ disputationis sermo indubitatam fidei nostræ ostenderet veritatem. Igitur postera die Jacobus episcopus nobiscum simul et cum omni ecclesia ascendit ad templum, ubi ingentem reperimus multitudinem, a medio noctis exspectantem nos. Stetimus ergo in locis, quibus et prius, ut eminentius stantes ab universo populo cerneremur. Cumque esset summum silentium factum, Gamaliel, qui, ut supra diximus, nostræ fidei erat, dispensatione vero manebat inter ipsos, ut si quando iniquum aliquid adversum nos aut impium molirentur, vel ipsos consilio reprimeret prudenter aptato, vel nos commoneret ut aut curare aut declinare possemus; is ergo tanquam adversum nos agens, prior omnium episcopum Jacobum intuens hoc modo allocutus est :

LXVII. Si ego Gamaliel neque eruditionis meæ, neque senectutis opprobrium duco, discere aliquid a parvulis et ab imperitis, si quid forte est utilitatis aut salutis acquirere (qui enim rationabiliter vivit, scit quia nihil est anima pretiosius), quomodo non omnibus amabile est, cunctisque exoptatum, ut quæ ignorat discat, quæ didicerit doceat? Certissimum namque est, quoque neque amicitia, neque propinquitas generis, neque regni sublimitas homini debet esse pretiosior veritate. Et vos ergo fratres, si quid amplius nostis, populo Dei qui adest, itemque fratribus vestris proferre non pigeat, omni populo libenter et tota conquiete quæ dicitis audiente. Quomodo enim non hoc faciat populus, cum meipsum videat secum pariter velle a vobis discere, si quid forte amplius vobis revelavit Deus? Si vero vos in aliquo indigetis, similiter etiam vos a nobis non pigeat doceri, ut erga utramque partem, si quid deest, adimpleat Deus. Quod si aliquis forte vos nunc sollicitat metus, propter nonnullos nostrorum qui præjudicatis adversum vos animis utuntur, et insidias eorum verentes, non audetis dicere quod sentitis apertius, ego ut vos etiam hujus occasione timoris absolvam, juro vobis per omnipotentem Deum et viventem in sæcula, quia nullum permittam injicere vobis manus. Habentes ergo hujus juramenti mei omnem hunc populum testem, et idoneum pignus sacramenti nostri fœdus tenentes, absque ulla cunctatione unusquisque vestrum quod didicit proferat, et nos fratres intente et cum silentio audiamus.

LXVIII. Hæc dicens Gamaliel non valde placebat Caiphæ, et, ut videbatur, suspectum habens eum, ipse magis inserere se subtiliter disputationibus cœpit; subridens enim ad ea quæ Gamaliel dixerat, Jacobum episcoporum principem (51) sacerdotum princeps orabat, ut de Christo non aliunde sermo quam de scripturis fieret, ut sciamus, inquit, utrum Jesus ipse sit Christus, an non. Tum Jacobus, primo, inquit, requiramus, ex quibus scripturis potissimum disputationem haberi oporteat. At ille vix aliquando ratione ipsa superatus respondit, ex lege habendam, et post hoc etiam prophetarum addidit mentionem.

LXIX. Cui Jacobus noster cœpit ostendere, quia et prophetæ quæ dicunt, ex lege sumpserint et legi consona sint locuti. Sed et de libris Regnorum disseruit aliqua, quomodo, et quando, et a quo scripti sint, et quomodo eis uti oporteat. Cumque et de lege plenissime disputasset, ac singula quæ de Christo sunt, purissima expositione protulisset in lucem, ostendit abundantissimis probationibus, quia Jesus est Christus, et in ipso universa quæ de humili ejus adventu fuerant prædicta, complentur. Duos enim ejus prædictos esse docuit adventus, unum humilitatis quem adimplevit, alium gloriæ qui speratur implendus, cum veniet dare regnum credentibus in se et servantibus omnia quæ præcepit. Cumque de his evidenter populum docuisset, addebat etiam hoc; quia nisi quis baptizatus fuisset in aqua sub appellatione trinæ beatitudinis, sicut docuit verus propheta, neque remissionem acciperet peccatorum, neque introiret in regna cœlorum: et hanc esse Dei [ingeniti] præfinitionem confirmavit. Quibus etiam [11] hæc addidit : Nolite putare nos duos ingenitos dicere deos, aut unum divisum

John 3, 5. Act. 2, 19.

[11] Vocabula *Quibus etiam — de Paracleto dicimus* non leguntur in codd. Lips., qui etiam voc. *ingeniti*, quod uncis includimus, non agnoscunt.

## COTELERII NOTÆ.

(51) *Jacobum episcoporum principem.* Candelerianus etiam codex, *Jacobum episcopum;* Petri Petiti, *Jacobum nostrum principem;* infra cap. penult, *Jacobus archiepiscopus.* In concilio Ephesino parte I, c. 30 : Ἰακώβου ἀποστόλου καὶ ἀρχιεπισκόπου. Apud Photium *Biblioth.* cod. 275. Hesychius presbyter Hierosolymitanus, τὸν τῶν ἱερέων ἡγεμόνα, τῶν ἀποστόλων τὸν ἔξαρχον, τὴν ἐν κεφαλαῖς κορυφήν. In scholio Regii codicis 705, quod posui initio notarum in Barnabam, πρῶτος ἐπίσκοπος. Unde a Nicephoro CP. catalogus Patriarcharum Hierosolymitanorum texitur ante catalogos reliquorum patriarcharum. Rufinus *Historiæ ecclesiasticæ* Eusebii a se versæ l. II, c. 1 : *Apostolorum episcopum.* Denique Nicolaus Methonensis, de Eucharistia : Ὁ θεῖος Ἰάκωβος ὁ τοῦ πρώτου καὶ μεγάλου ἀρχιερέως ἀδελφὸς καὶ διάδοχος. Hæc in laudem Jacobi. Sedis vero Hierosolymiticæ illustre præconium suppeditat Epistola Justini imperatoris ad Hormisdam papam, quæ subsequitur ejusdem pontificis septuagesimam quartam, hisce verbis : *Ad colligendas et adunandas ubique venerabiles Ecclesias, et Hierosolymitanam præcipue : cui tamen* [l. *tantum* ex vet. edit.] *omnes favorem impendunt, quasi matri Christiani nominis, ut nemo audeat ab ea sese discernere.* Videsis principium Epistolæ Clementis ad Jacobum, et Epitomes.

Digitized by Google

esse in duos (52), vel sicut impii dicunt, eumdem masculum et feminam sui effectum (53); sed Filium Dei unigenitum dicimus, non ex alio initio, sed ex ipso ineffabiliter natum. Similiter etiam de Paracleto dicimus (54). Sed et de baptismate cum aliquanta dixisset, per septem continuos dies persuasit omni populo et pontifici, ut confestim ad percipiendum baptismum festinarent.

LXX. Cumque in eo jam res esset (55), ut venirent et baptizarentur, homo quidam inimicus, tunc cum paucis admodum ingrediens templum, clamare cœpit et dicere: Quid facitis, o viri Israelitæ? cur vobis tam facile subripitur? cur præcipites ducimini ab hominibus infelicissimis, et a [Simone] Mago deceptis? Cumque hæc diceret et ad hæc adderet ac superaretur ab episcopo Jacobo, conturbare populum et seditiones suscitare cœpit, uti ne ea quæ dicebantur plebs posset audire. Igitur exagitare cuncta clamoribus, et quæ fuerant multo labore ordinata convellere, simulque incusare sacerdotes, et opprobriis atque increpationibus cœpit accendere, et velut furibundus singulos quosque ad cædem concitare, dicens: Quid agitis? quid cessatis? O segnes et desides, cur non manibus nostris invadimus et discerpimus omnes hos? Et cum hæc dixisset, primus rapto ex ara torre robusto cædis fecit exordium. Tum deinde et cæteri videntes eum, simili efferebantur insania; fit omnium clamor, cædentium pariter et cæsorum, sanguis plurimus funditur, fuga permista habetur, cum interim ille inimicus homo Jacobum aggressus, de summis gradibus præcipitem dedit, quem cum A mortuum credidisset, ultra mulctare neglexit.

LXXI. Nostri vero sublatum eum collegerunt; erant enim et numero plures quam illi et virtute majores, sed propter reverentiam Dei ipsi magis interimi se a paucioribus, quam interimere alios patiebantur. Cum autem vespera adfuisset, templum quidem sacerdotes claudunt; nos vero ad domum Jacobi regressi et pernoctantes ibi in oratione, ante lucem descendimus Hiericho ad quinque millia viri. Post triduum autem venit ad eos ex fratribus quidam a Gamaliele, de quo supra diximus, occultos nobis nuntios deferens, quod inimicus ille homo legationem suscepisset a Caipha pontifice, ut omnes qui crederent in Jesum, persequeretur et Damascum pergeret cum epistolis B ejus, ut etiam inibi auxilio usus infidelium, fidelibus inferret exitium; idcirco autem præcipue Damascum festinaret, quod illuc confugisse crederet Petrum [12]. Et post dies fere triginta digressus est per Hiericho Damascum tendens, cum per idem temporis progressi essemus nos ad sepulcra duorum fratrum quorumdam, quæ sponte sua per annos singulos dealbabantur (56); quo miraculo multorum adversum nos repressus est furor, videntium haberi nostros in memoria apud Deum.

LXXII. Positis itaque nobis in Hiericho, ibique orationibus et jejuniis operam dantibus, Jacobus episcopus accersitum me inde huc Cæsaream mittit, dicens: quia Zacchæus de Cæsarea scripserit C sibi, Simonem quemdam Samaræum magum plurimos nostrorum subvertere, asserentem se esse quemdam Stantem (57), hoc est alio nomine, Chri-

[12] Act. xxii, 5.

## CÔTELERII NOTÆ.

(52) *Aut unum divisum esse in duos.* Gregorius Nazianzenus orat. 25, p. 441 : Φεύξονται Οὐαλεντίνου τὴν τοῦ ἑνὸς εἰς δύο κατατομήν, οὐκ ἄλλον τοῦ ἀγαθοῦ τὸν δημιουργὸν πιστεύοντες · quem locum perturbate excuderunt; ἄλλον correctionem et ἄλλου vitium scripturæ, simul in textum admittentes.

(53) *Vel sicut impii dicunt*, etc. Adversus Gnosticæ hæresis consectaneos, hac etiam in parte sequaces philosophorum fabularumque ethnicarum.

(54) *Similiter etiam de Paracleto dicimus.* Si Paracletum natum vult dicere, ἀρχαϊκῶς et improprie D loquitur. *Tum deinde honore ac dignitate Patri ac Filio sociatum tradiderunt Spiritum sanctum. In hoc non jam manifeste discernitur, utrum natus sit an innatus.* Verba sunt Origenis, in proœmio librorum *De principiis.* Dionysius *De divinis nominibus* cap. 2 : Πάλιν, ὅτι μὲν ἔστι πηγαῖα θεότης ὁ Πατήρ, ὁ δὲ Ἰησοῦς καὶ τὸ Πνεῦμα τῆς θεογόνου θεότητος, εἰ οὕτω χρὴ φάναι, βλαστοὶ θεόφυτοι. Sic Nonnus Paraphrasi *in Joannem* cap. xiv, vers. 63 : Παράκλητον, Χριστῷ σύγγονον appellat, et quemadmodum cap. ii, vers. 64, scripserat, αὐτογόνῳ ὑιέϊ, ita cap. iii, vers. 33, canit, Πνεύματος αὐτογόνοιο.. In Methodii Symposio orat. 10, sub finem, τὰς δύο ἀρχεγόνους δυνάμεις.

(55) *Cumque in eo jam res esset.* Ms. Carmel. *esset Saulus;* ubi *Saulus* nota est marginalis, sumpta aut e re ipsa, aut ex Abdia suppositio. Conferri autem debet totus locus cum his verbis cap. 43 : *Septimana jam una ex passione Domini complebatur annorum :* ut ex comparatione intelligatur opinio nostri, quæ etiam aliorum quorumdam exstitit, de conversione Pauli facta post annum a Christi morte septimum.

(56) *Dealbabantur.* Matth. xxiii, 27 : *Similes estis sepulcris dealbatis.* Optatus Milevitanus lib. iii : *In loco Octavensi occisi sunt plurimi, detruncati sunt multi; quorum corpora usque in hodiernum, per dealbatas aras aut mensas poterunt numerari.*

(57) *Se esse quemdam Stantem.* Lib. ii, cap. 7, 11; lib. iii, cap. 47; *Clement.* hom. 2, cap. 22, 24; hom. 18, cap. 6, 7, 12, 14; *Epitom.*, num. 25. Intelligitur hinc quare Dositheus et Simon Stantis nomen sibi assumerent. De primo Origenes tom. xiv *in Joannem* pag. 119, 120 : Οὕτως ἀπὸ Σαμαρέων Δοσίθεός τις ἀναστὰς ἔφασκεν ἑαυτὸν εἶναι τὸν προεφητευμένον Χριστόν · ἐφ' οὗ δεῦρο μέχρι εἰσὶν οἱ Δοσιθειανοί, φέροντες καὶ βίβλους τοῦ Δοσιθέου, καὶ μύθους τινὰς περὶ αὐτοῦ διηγούμενοι, ὡς μὴ γευσαμένου θανάτου, ἀλλ' ἐν τῷ βίῳ που τυγχάνοντος. *Sic Dositheus quidam exstitit ex Samaritanis, qui se ipsum diceret Christum prophetatum : a quo usque nunc Dositheini sunt, libros Dosithei circumferentes, et fabulas quasdam enarrantes de eo, perinde quasi mortem non degustarit, sed alicubi in hac vita degat.* De altero Clemens Alexandrinus *Varii operis* lib. ii, p. 383 : Οἱ δὲ ἀμφὶ τὸν Σίμωνα, τῷ Ἑστῶτι, ὃν σέβουσιν, ἐξομοιοῦσθαι τρόπον βούλονται. *Simonis autem sectatores, Stanti quem colunt, volunt assimilari moribus.* Qui Stromatei locus difficultatem peperit

Digitized by Google

stum, et virtutem summam excelsi Dei (58), qui sit supra conditorem mundi, simulque mirabilia plurima ostendens alios dubitare, alios declinare fecerit ad se; cunctaque diligenter comperta ab his, qui prius vel socii ejus, vel discipuli fuerant, et post hoc ad Zacchæum conversi sunt, indicavit. Multi sunt ergo, inquit Jacobus, o Petre, quorum salutis causa proficisci te oportet, et arguere magum, ac sermonem veritatis docere; sed nihil moreris, neque te contristet quod solus proficisceris, sciens comitem tibi et adjutorem Deum per Jesum, et cito per ejus gratiam multos tibi socios et unanimes fore. Dato sane operam, ut per singulos annos præcipua quæque ex dictis gestisque tuis scripta mittas ad me, et maxime per septimanas annorum. Et his dictis dimissus ab eo, sex diebus perveni Cæsaream.

LXXIII. Ingredienti autem mihi occurrit Zacchæus dilectissimus frater noster, et inhærens amplexibus meis perduxit ad hoc in quo ipse commanebat hospitium, requirens a me de singulis quibusque fratribus, præcipue tamen de honorabili fratre nostro Jacobo. Cumque audisset a me, quod uno adhuc claudicaret pede, percontanti continuo causam, omnia hæc quæ nunc tibi exposuimus, ei enarravi; quomodo [13] evocati essemus a sacerdotibus et pontifice Caipha ad templum, et Jacobus archiepiscopus stans in summis gradibus, per septem continuos dies universo populo de Scripturis Dominicis assignaverit, quod Jesus esset Christus, quove modo omnibus jam acquiescentibus, ut ab eo baptizarentur in nomine Jesu, inimicus homo effecerit illa omnia, quæ supra diximus, ut ne eadem iterum dicamus.

LXXIV. Quibus cognitis Zacchæus rursus mihi quæ a Simone agerentur exponit; et inter hæc, nescio unde cognito adventu meo, ipse mandat ad me Simon: Audiente, inquit, populo die crastina disputemus. Cui ego: Fiat, inquam, ut libet. Et hæc pollicitatio mea universæ innotuit civitati, ita ut etiam tu qui ipsa die adveneras, disceres me die postera cum Simone habiturum esse certamen, et requisita mansione nostra secundum indicia quæ a Barnaba acceperas, venires ad nos. Ego vero ingressu tuo ita gratulatus sum, ut nescio unde motus, festinaverit animus meus exponere tibi cuncta velociter, præcipue tamen quod est in fide maximum de vero propheta, quod unum ac totius doctrinæ fundamentum sufficere posse non ambigo; tum etiam [14] scriptæ legis per singula quæque capitula quorum ratio poscebat, secretiorem tibi intelligentiam patefeci, non occultans a te nec traditionum bona. Quæ vero supersunt incipiens a die crastina, ex his quæ in quæstionibus cum Simone movebuntur, per dies singulos audies, usqueque Deo favente perveniatur ad ipsam quo iter nostrum dirigendum credimus urbem Romam. Cumque ad hæc ab eo dicta, omnem gratiam me ei debere profiterer, facturumque omnia me quæ præciperet promptissime pollicerer, cibo sumpto quiescere non jussit sibique ipse quietem dedit.

[13] *Quomodo—dicamus* desunt in utroque cod. Lips. [14] *Tum etiam—traditionum bona* pariter desunt in utroque cod. Lips.

COTELERII NOTÆ.

duobus Societatis Jesu insignibus theologis, Dionysio Petavio ad Epiphanium in hæresi Simonianorum, et Francisco Vigero in Euseb. *Præparat. evangel.* lib. II, cap. 18.

(58) *Virtutem summam excelsi Dei.* Miseris modis deformati sunt versus Auctoris ψευδωνύμου et ἀνωνύμου, post Tertulliani Opera, lib. I, *adversus Marcionem*:

*Infandos omni magicæ dementia plenos*
*Persuasit, sese virtutem dicere summam;*
*Fingere cum meretrice, nefas peragrare, volare.*

Sine dubio scribi debet:

*Infando Simoni magica dementia pleno*
*Persuasit, sese virtutem dicere summam:*
*Fingere, cum meretrice, nefas, peragrare, volare.*

# LIBER SECUNDUS.

I. Cum autem dies, quæ ad disceptandum cum Simone statuta fuerat, illucesceret, Petrus primis gallorum cantibus surgens excitavit etiam nos; eramus enim in eodem conclavi cubitantes simul omnes tredecim, in quibus primus post Petrum Zacchæus, deinde Sophonias, Josephus, et Michæas, Eliesdros et Phinees, Lazarus et Eliseus; post hos ego Clemens et Nicodemus, deinde Niceta et Aquila, qui fuerant prius discipuli Simonis, et docente Zacchæo conversi sunt ad fidem Christi. Mulierum sane nulla prorsus aderat. Cumque adhuc vespertinum lumen duraret (59), omnes resedimus, et

COTELERII NOTÆ.

(59) *Cumque adhuc vespertinum lumen duraret.* Ms. Candeler. *clareret.* Ut *Clementinorum* homil. III, n. 1: Εὕρομεν τὸν μὲν λύχνον ἔτι φαίνοντα. De more lucernam non exstinguendi, sed sinendi donec ultro consumeretur, videndus Plutarchus in *Quæstionibus Romanis* p. 281, F. Monachos etiam solitos ad lumen dormire, discimus ex eorum Regulis.

Digitized by Google

Petrus videns vigilare nos ac sibi intendere, salutatis nobis continuo dat sermonis exordium. Mirari me equidem fatcor, fratres, humanæ naturæ vim, quam ad omnia aptam habilemque esse video. Hoc autem dicere in memoriam venit ex his quæ rebus ipsis expertus sum. Ut enim transierit medium noctis, ego sponte jam suscitor et ultra somnus nequaquam venit ad me; quod mihi accidit ex eo, quia in consuetudine habui verba Domini mei, quæ ab ipso audieram, revocare ad memoriam, et pro ipsorum desiderio suscitari animis meis et cogitationibus imperavi, ut evigilans ad ea et singula quæque recolens ac retexens possim memoriter retinere. Ex hoc ergo, dum omni cum dulcedine sermones Domini versare in meo corde desidero, consuetudo obtinuit vigilandi, etiam si nihil sit quod cogitare velim. Ita ergo ineffabili quadam ratione, introducta alia consuetudine, vetus consuetudo mutatur, et id revera si non supra modum cogas, sed quantum recipit mensura naturæ. Neque enim penitus somno carere possibile est, alioqui nec facta nox fuisset ad quietem.

II. Et ego cum audissem: Optime, inquam, dixisti, Petre, quia consuetudo consuetudine commutatur. Nam et ego cum navigarem primo turbabar et intra me mihi omnia vertebantur, ita ut suggillari viderer nec ferre possem brumam (60) et molestiam maris, post paucos autem dies ubi consuetudo facta est, tolerabiliter ferre cœpi, ita ut mane statim una cum nautis cibum sumere delectarer, cum prius ante horam septimam capiendi cibi consuetudo non esset. Nunc ergo ex ista sola consuetudine, circa illud tempus quo comedere cum nautis solebam, esuries admonet me, quod tamen rursus depellendum spero, cum alia fuerit consuetudo suscepta. Credo ergo etiam tibi vigiliarum consuetudinem, ut perhibes, institutam; et opportune hoc exponere voluisti, ut et nos aliquantulum somni a nobis abjicere atque effugare non pigeat, ut possimus doctrinæ viventis instituta suscipere. Ubi enim decocti fuerint cibi et mens acceperit nocturna silentia, opportunissime quæ docentur insident.

III. Et Petrus libenter accipiens, quod intellexerim præfationis ejus causam ad utilitatem nostram prolatam, collaudans me adhortandi et incitandi sine dubio gratia, consequentem cœpit expedire sermonem: Opportunum mihi nunc et necessarium videtur, de his quæ imminent aliqua discutere, id est de Simone. Scire enim velim, quibus sit moribus et quibus actibus, quod mihi, si quis scit, indicare non cesset; refert enim ista prænoscere. Nam si in mandatis habemus, ut venientes ad civitatem discamus prius, quis in ea dignus sit ut apud eum cibum sumamus [15]; quanto magis convenit noscere, quis, qualisve sit is cui immortalitatis verba credenda sunt? Solliciti enim et valde solliciti esse debemus, ne margaritas nostras mittamus ante porcos [16].

IV. Sed et alias ob causas utile est, viri hujus habere me notitiam. Si enim sciam, quia in his, de quibus non potest dubitari quod bona sint, emendatus est et inculpabilis, hoc est, si sobrius, si misericors, si justus, si mitis et humanus est, quæ utique bona esse nullus ambigit, tunc consequens videbitur, ut ei qui obtinet bona virtutum, etiam quod deest fidei et scientiæ conferatur, et in quibus maculari videtur ejus vita, quæ est in reliquis probabilis, emendetur. Si vero in his quæ palam sunt, peccatis involutus permanet et inquinatus, non me oportet ei aliquid de secretioribus et remotis divinæ scientiæ proloqui, sed magis protestari et convenire eum, ut peccare desinat et actus suos a vitiis emendet. Quod si ingesserit se et provocaverit nos dicere, quæ eum minus recte agentem non oportet audire, prudenter eum debemus eludere; nam nihil omnino respondere auditorum causa utile non videtur, ne forte existiment nos responsionis penuria declinare certamen, et fides eorum lædatur, non intelligentium propositum nostrum.

V. Cumque hæc Petrus dixisset ad nos, Niceta rogat permitti sibi dicere aliquid, atque indulgente Petro cum venia inquit: Obsecro te, domine mi Petre, audias me valde sollicitum tui et verentem, ne forte in certamine quod tibi est cum Simone, superari videaris. Solet enim frequenter accidere, ut qui veritatem defendit, non semper obtineat, dum aut in aliquo præventi sunt auditores, aut non grandem curam melioris sententiæ gerunt. Super hæc autem omnia et ipse Simon vehementissimus est orator, in arte dialectica et syllogismorum tendiculis enutritus, quod autem est omnibus gravius, et in arte magica valde exercitatus; et ideo metuo, ne forte tam valide ex omni parte munitus, apud eos qui ignorant eum, falsa allegans putetur vera defendere. Neque enim vel nos ipsi eum potuissemus effugere et converti ad Dominum, nisi dum adjutores ejus et errorum socii fuimus, agnovissemus quod deceptor esset ac magus.

VI. Cum hæc Niceta dixisset, Aquila quoque rogans sibi dicendi facultatem dari, hoc modo etiam ipse prosecutus est: Suscipe, quæso, et mei erga te amoris curam, optime Petre; et ego enim valde sollicitus sum pro te. Nec reprehendas nos in hoc, quia curam gerere alicujus ex affectu venit, negligere autem non minus est quam odisse. Testem vero invoco Deum, quia non ut segniorem te in certamine sciens metuo pro te, quippe qui nec unquam

[15] Matth. x; Luc. x. [16] Matth. VII 6.

COTELERII NOTÆ.

(60) *Brumam.* Candel., et Carmel. quoque, *bromum*, quod est, βρόμον, *fremitum.*

Digitized by Google

tibi præsto fuerim disputanti, sed qui illius impietates bene noverim, existimationem tuam cogito simul et animos auditorum, et ipsius ante omnia veritatis statum. Vehemens etenim est hic magus ad omnia quæcunque voluerit et supra modum scelestus; in omnibus enim cum diligenter agnovimus, utpote qui a puero malorum ejus auditores fuerimus et ministri, et nisi nos Dei amor abrupisset ab eo, in eisdem cum ipso etiam nunc versaremur malis; sed ingenitus quidam nobis erga Deum affectus, scelera quidem ejus exosa, cultum vero Dei amabilem fecit. Unde et arbitror opus fuisse divinæ providentiæ, ut nos primo familiares ejus effecti notitiam caperemus quomodo, vel quali arte prodigia, quæ facere videtur efficiat. Quis enim est, qui non obstupescat super his, quæ facit, mirabilibus, ut putet eum de cœlis Deum ad salutem hominum descendisse? Ego de meipso fateor, nisi interius eum scissem, et interfuissem actibus ejus, subripi mihi facile potuisset; unde non fuit magnum nos ab ejus consortio separari, scientes eum magicis artibus et commentis scelerum niti. Quod si vis etiam ipse de eo cuncta cognoscere, quis ipse sit, qualisve, et unde, vel qualiter patrentur quæ gerit, ausculta.

VII. Simon hic, patre Antonio, matre Rachel natus est, gente Samaræus ex vico Gethonum, arte magus, Græcis tamen litteris liberalibus apprime eruditus, gloriæ ac jactantiæ supra omne genus hominum cupidus, ita ut excelsam virtutem quæ supra creatorem Deum sit, credi se velit, et Christum putari, atque Stantem nominari. Hac autem appellatione utitur quasi qui neget posse se aliquando dissolvi, asserens carnem suam ita divinitatis suæ virtute compactam, ut possit in æternum durare. Hinc ergo Stans appellatur, tanquam qui non possit ulla corruptione decidere.

VIII. Interfecto etenim, sicut scis et ipse, Baptista Joanne (61), cum Dositheus hæreseos suæ iniisset exordium, cum aliis triginta principalibus discipulis (62) et una muliere quæ Luna vocitata est (unde et illi triginta quasi secundum lunæ cursum A in numero dierum positi videbantur), Simon hic malæ, ut diximus, gloriæ cupidus accedit ad Dositheum et simulatis amicitiis exorat, ut si quando aliquis ex illis triginta obisset, in locum defuncti se continuo subrogaret; quia neque statutum numerum excedere apud eos fas erat, neque ignotum aliquem inserere aut nondum probatum; unde et cæteri studentes digni loco ac numero fieri, secundum sectæ suæ instituta placere per omnia gestiunt, quo possit unusquisque ex his qui illum numerum sequuntur, cum forte aliquis, ut diximus, decesserit, dignus videri, qui in locum defuncti substitui debeat. Igitur Dositheus plurimis ab hoc exoratus, ubi locus intra numerum factus est, introduxit Simonem.

IX. Sed hic non multo post incidit in amorem B mulieris illius quam Lunam vocant, nobisque utpote familiaribus suis omnia concredebat, quod magus esset, et quod amaret Lunam, quodque gloriæ cupidus nollet ea inglorius frui, sed exspectare patienter donec honeste ea uti liceret, si tamen etiam nos conspiraremus ei ad omnia quæ velit. Sed et mercedem ministerii hujus daturum se nobis pollicebatur, summis ut honoribus affici, et dii esse ab hominibus crederemur, tantum ut mihi, inquit, Simoni deferatis primatus, qui possum magica arte multa signa et prodigia ostendere, per quæ possit vel gloriæ vel sectæ nostræ ratio constare. Possum enim facere (63) ut volentibus me comprehendere non appaream, et rursus volens videri palam sim, si fugere velim montes perforem et saxa quasi lutum C pertranseam, si me de monte excelso præcipitem, tanquam subvectus ad terras illæsus deferar. Vinctus memetipsum solvam, eos vero qui vincula injecerint vinctos reddam, in carcere colligatus claustra sponte patefieri faciam, statuas animatas reddam, ita ut putentur ab his qui vident homines esse, novas arbores subito oriri faciam, et repentina virgulta producam, in ignem memetipsum injiciens non ardeam. Vultum meum commuto, ut non agnoscar, sed et duas facies habere me, possum hominibus ostendere. Ovis aut capra efficiar, pueris par-

## COTELERII NOTÆ.

(61) *Baptista Joanne.* In Clementinis homil. II, n. 23; et *Epitomes* cap. 26, Ἰωάννης Ἡμεροβαπτιστής. Quemadmodum Justino martyri Dialogi pag. 307, Βαπτισταὶ dicuntur, qui cæteris Ἡμεροβαπτισταί.

(62) *Cum aliis triginta principalibus discipulis.* Ad id forte respiciebat Origenes, cum tom. VI *in Celsum* p. 294, scriberet: Οἱ δὲ Δοσιθεηνοὶ οὐδὲ πρότερον ἦχμασαν. Νῦν δὲ παντελῶς ἐπιλελοίπασιν, ὥστε τὸν ὅλον αὐτῶν ἱστορεῖσθαι ἀριθμὸν οὐκ εἶναι ἐν τοῖς τριάκοντα. Hoc est, me περὶ πόδα interpretante: *Dositheeni vero nec superiori tempore floruerunt: nunc vero omnino defecerunt, adeo ut totus illorum numerus referatur non esse in triginta.* Et tom. I, p. 45: Νυνὶ δὲ τοὺς πάντας ἐν τῇ οἰκουμένῃ οὐκ ἔστι Σιμωνιανοὺς εὑρεῖν τὸν ἀριθμὸν οἶμαι τριάκοντα. *Nunc autem omnes Simonianos in orbe reperire non licet numero, opinor, triginta.*

(63) *Possum enim facere*, etc. Legendus quem Abdiam vocant; notandæque in illo variæ lectiones, corrigendæ falsæ. Notabilem quoque varietatem exhibet liber Carmel. *Aurum plumbum ostendam*, ubi cæteri *Aurum plurimum ostendam*, οὐκ ἀληθῆ θαύματα ποιοῦσιν οἱ ἀπὸ τῶν ψήφων τὰς ἐπωνυμίας ἔχοντες. Δεικνύουσι γὰρ χρυσὸν οὐκ ἀληθῶς ὄντα χρυσόν. Cum quibus Theodoriti ad II *Thessal.* II, 9, adjunge ista gemina apud Athanasium in *Quæstionibus ad Antiochum* respons. 124: Οἱ λεγόμενοι ψηφάδες, καὶ πάλιν αὐτὸς ὁ Ἀντίχριστος ἐρχόμενος, ἐν φάντασίᾳ πλανᾷ τοὺς ὀφθαλμοὺς τῶν ἀνθρώπων. χρυσίον αὐτοῖς πολλάκις ἢ ἄργυρον ὑποδεικνύς. In *Opere imperfecto in Matthæum* ad cap. 7, vers. 16, seu ut dividunt, homil. 19: *Volare per aerem, sicut et Dominum diabolus hortabatur; statuas facere ambulare; aut commisceri flammæ, et non comburi; et alia, qualia Simon fecit.*

Digitized by Google

vis barbam producam, in aerem volando invehar, aurum plurimum ostendam, reges faciam eosque dejiciam. Adorabor ut Deus, publice divinis donabor honoribus, ita ut simulacrum mihi statuentes (64) tanquam Deum colant et adorent. Et quid opus est multa dicere? quidquid voluero facere, potero. Multa etenim jam mihi experimenti causa consummata sunt. Denique aliquando, inquit, cum mater mea Rachel juberet me exire ad agrum, ut meterem, ego falcem videns positam præcepi ei ut iret et meteret, et messuit decuplo amplius cæteris. Multa jam nova virgulta produxi de terra et convalescere ea feci, sub momento temporis apparere feci et montem proximum, ego secundo perforavi.

X. Sed hæc cum diceret de virgultis productis et monte perforato, stupescebam pro eo, quod etiam nos circumvenire velit, quibus se commendare et concredere videbatur; sciebamus enim quod a proavis hæc fuissent, quæ a se nuper facta perhibebat. Hæc ergo nos ab eo flagitia audientes, et horum deteriora, sequebamur tamen et ipsi ejus scelera, et alios ab eo decipi patiebamur, multa etiam mentientes pro eo, et hoc priusquam aliquid faceret eorum quæ promiserat, ita ut nullis adhuc gestis, a nonnullis tamen putaretur Deus.

XI. Interim in initio cum adhuc inter triginta Dosithei discipulos haberetur, cœpit ipsi Dositheo derogare, tanquam qui non integre nec perfecte doceret, idque eum non invidia facere sed in scientia. Verum Dositheus ubi sibi derogari sensit a Simone, verens ne opinio sua obscuraretur apud homines, qui eum putabant ipsum esse Stantem, furore commotus, cum ad scholam solito convenissent, virga correpta verberare Simonem cœpit, et repente per corpus ejus quasi per fumum, visa est virga transire; super quo obstupefactus Dositheus, ait ad eum: Dic mihi, si tu es Stans, ut adorem te. Cumque Simon respondisset, ego sum, Dositheus videns se non esse Stantem, cecidit et adoravit eum, et Simoni quidem cedit principatum suum, ipsique obedire omnem triginta virorum ordinem jubet, semetipsum vero in locum Simonis statuit et non multo post defunctus est (65).

XII. Igitur post obitum Dosithei Simon accepit Lunam, cum qua usque ad præsens circuit, ut videtis decipiens turbas et asserens, semetipsum quidem virtutem esse quamdam, quæ sit supra conditorem Deum, Lunam vero quæ secum est, esse de superioribus cœlis deductam, eamdemque cunctorum genitricem asserit esse sapientiam, pro qua, inquit, Græci et barbari confligentes, imaginem quidem ejus (66) aliqua ex parte videre potuerunt, ipsam vero ut est, penitus ignorarunt, quippe quæ apud illum primum omnium et solum habitaret Deum. Et hæc atque alia his similia cum verborum pompa proferens, decepit multos. Sed et hoc indicare debeo, quod ipse ego vidisse me memini, cum esset aliquando Luna illa ejus in turri quadam, multitudo ingens ad eam convenerat pervidendam et undique circa turrim stabat; at illa per omnes fenestras turris illius omni populo procumbere ac prospicere videbatur. Et multa alia mirabilia fecit et facit, ita ut stupentes pro his homines putent eum ipsum esse summum Deum.

XIII. Nam mihi aliquando et Nicetæ rogantibus, ut exponeret quomodo hæc possint arte magica effici, et quæ esset hujus rei natura, Simon tanquam familiaribus suis explanare ita cœpit: Pueri, inquit, incorrupti et violenter necati, animam (67) adjuramentis ineffabilibus evocatam assistere mihi

## COTELERII NOTÆ.

(64) *Ita ut simulacrum mihi statuentes.* Recte a S. Irenæo lib. I. cap. 20, publica statua Simonis Magi Romæ posita, secernitur ab imagine privata Simonis specie Jovis, quam Simoniani cum imagine Selenes seu Helenæ facta ad figuram Minervæ adorabant. Id monui, quia B. Augustinus in libro *De hæresibus* videtur minus distincte loqui, dicens de Simone: *Jovem se credi volebat, Minervam vero meretricem quamdam Selenen; quam sibi sociam scelerum fecerat: imaginesque et suam et ejusdem meretricis discipulis suis præbebat adorandas, quas et Romæ tanquam deorum simulacra auctoritate publica constituerat.*

(65) *Et non multo post defunctus est.* Mortem Dosithei describit post Epiphanium hæresi 13, Nicetas Choniates lib. I *Thesauri*, c. 35. Paulo aliter in Notis Abrahami Ecchellensis Maronitæ ad Catalogum Hebedjesu, p. 164.

(66) *Imaginem quidem ejus*, etc. Haud dubium quin Simon commentum hoc de Luna seu Selene, dicta etiam Helena, hauserit ab ethnicis; cum Platonis insignia verba exstent, lib. IX *De republica*: Τὸ τῆς Ἑλένης εἴδωλον ὑπὸ τῶν ἐν Τροίᾳ Στησίχορός φησι γενέσθαι περιμάχητον, ἀγνοίᾳ τοῦ ἀληθοῦς. *De Helenæ imagine Stesichorus ait Trojanos veri ignoratione decertasse.* Item Sexti Empirici *adversus Mathematicos* lib. VII, p. 184, 185: Ἑλένης εἴδωλον, περὶ οὗ δεκαέτης συνέστη πόλεμος. *Helenæ simulacrum, pro quo conflatum fuit bellum decem annorum.* Cæterum quando Celsus apud Origenem Simonianis vult impositum fuisse nomen Helenianorum ab Helena, vel præceptore Heleno, in Heleno non jocatur, opinor, sed errat.

(67) *Pueri incorrupti et violenter necati animam.* Justinus martyr apologetico 2, p. 65: Αἱ ἀδιαφθόρων παίδων ἐποπτεύσεις. Παῖδας ἀφθόρους, in Socrate, lib. III, cap. 13. Horatius epod. v, *puer, impube corpus.* Apud Eusebium, *Hist.* lib. VII, cap. 10: σπλάγχνα νεογενῆ, lib. VIII, cap. 13, et *De vita Constantini* I, 36, νεογενῶν σπλάγχνα βρεφῶν. Chrysostomus, tom. V, concione 2 *De Lazaro*, νέων ἀπαλῶν σώματα κατασφάττειν, quem et vide homilia 28 *in Matthæum.* Augustinus lib. XVIII *De civitate Dei* cap. 53: *Puer anniculus occisus, et dilaniatus, et ritu nefario sepultus est.* Alii innumeri. Quis enim non memoravit quam vocant Psychagogiam, Psychomantiam, Necyomantiam, Necromantiam, seu juxta Barbarorum filios, Nigromantiam, peritiam ciendi animas ab inferis, Manes sepulcris eliciendi? Nec prætereri debet de Simonianis locus Tertulliani cap. penult. lib. *De anima*: *Ecce hodie ejusdem Simonis hæreticos tanta præsumptio artis extollit, ut etiam prophetarum animas ab inferis movere se spondeant. Et credo quia mendacio possunt.* Quod autem doctissimus Gronovius *Observator. in Scriptoribus ecclesiasticis* cap. 4 legit in Aldhelmi loco su-

Digitized by Google

feci, et per ipsam fit omne quod jubeo. Et ego : Estne, inquam, possibile animæ hæc facere? Ille respondit : Hoc vos scire volo, quia secundum locum post Deum obtinet anima hominis, cum exuta fuerit a corporis sui tenebris. Statim denique et præscientiam habet, propter quod evocatur ad necromantiam. Et ego respondi : Cur ergo interfectorum animæ non ulciscuntur interfectores suos (68)? At ille : Non meministi, inquit, quod dixi, quia cum exierit de corpore, etiam præscientiam habet? Memini inquam. Ob hoc ergo, inquit, cum excedit e corpore, statim prænoscit futurum esse judicium. et unumquemque pro his quæ hic egerit malis pœnas daturum, et ideo nolunt ulcisci interfectores suos, quia et ipsæ pro suis malis quæ hic commiserant, perferunt cruciatus, et illis sciunt in judicio graviora manere supplicia. Super hæc autem omnia nec permittitur eis exire, aut facere quidquam ab angelis qui eis præsunt. Et ego respondi : Si non permittitur eis ab angelis huc venire aut facere quod volunt, quomodo mago evocanti obtemperant animæ? Ipsis, inquit, animabus venire volentibus non indulgent, cum vero hi qui præsunt angeli adjurati fuerint per majorem suum, excusationem habent nostræ, qui eos adjuramus, violentiæ, ut permittant exire animas quas evocamus; non enim illi peccant qui vim patiuntur, sed nos qui inferimus necessitatem. Ad hæc Niceta, ultra non ferens præpropere respondit, quod et ego quidem facturus eram, sed prius eum expiscari de singulis cupiebam; sed, ut dixi, Nicета præveniens : Et tu, inquit, non times diem judicii, qui vim angelis facis, et animas evocas, et homines decipis, et honorem tibi divinum ab hominibus mercaris? et quomodo nobis persuades quod neque judicium erit, ut nonnulli Judæorum fatentur, neque animæ immortales sint, quod videtur pluribus, cum ipsis oculis tuis videas eas, et commotionem divini judicii capias ex ipsis?

XIV. His ab eo dictis impalluit Simon, et tamen post paululum recolligens se, ita respondit : Ne putetis, inquit, quod generis vestri homo sim; ego neque magus sum, neque amator Lunæ, neque Antonii filius. Ante enim quam mater mea Rachel conveniret cum eo (69), adhuc virgo concepit me, A cum esset in potestate mea, vel parvum esse, vel magnum, et hominem inter homines apparere. Tentandi ergo gratia vos primos assumpsi amicos, ut in cœlestibus et ineffabilibus locis meis primos vos collocem, cum probavero. Humana ergo de meipso mentitus sum, ut vos manifestius comprobarem, si integrum erga me servatis affectum. Ego vero hæc audiens, ipsum quidem miserum judicans, impudentiam tamen ejus admirans, et pro eo ipse erubescens, simul et veritus ne quid in nos moliretur mali, innuo Nicetæ, paulisper una mecum simulare, et aio ad eum : Non nobis indigneris hominibus corruptibilibus, incorruptibilis Deus; sed suscipe magis affectum nostrum, et animum volentem scire qui sit Deus; nondum enim sciebamus quis esses, et B nec advertebamus quia tu es quem quærebamus.

XV. Hæc et his similia vultu pro re aptato prosequentibus nobis, vanissimus credidit nos deceptos, et eo magis elatus addidit etiam hæc : Propitius vobis jam sum, pro affectu quem erga me Deum geritis, me enim diligentes nesciebatis, et me quærentes ignorabatis. Sed nolo dubitetis, quia hoc est vere Deum esse, cum potest quis parvus effici, vel magnus, si voluerit, nam quoquo modo apparere hominibus poteram. Nunc ergo incipiam vobis aperire quod verum est. Ego virtute mea quodam tempore aerem vertens in aquam (70), et aquam rursus in sanguinem, carnemque solidans, novum hominem puerum formavi, et opus conditore Deo multo nobilius protuli. Ille enim creavit hominem C e terra, ego autem, quod est difficilius, ex aere, quemque rursus resolvens aeri reddidi, speciem tamen ejus imaginemque depictam in interiore cubiculo collocavi, ut esset indicium ac memoria operis mei. Hæc autem intelligebamus eum dicere pro puero illo, cujus vi necati anima, ad ea quæ volebat ministeria, utebatur.

XVI. Petrus vero hæc audiens cum lacrymis ait : Miror admodum immensam Dei patientiam, et e contrario in nonnullis humanæ temeritatis audaciam. Quæ enim ratio inveniri ultra poterit, quæ Simoni suadeat, quod Deus judicet iniquos; cum ipse sibi persuadet, quod animarum obedientia ad scelerum suorum utatur ministerium? re autem vera a D dæmonibus illuditur; tamen [17] cum per hæc ipsa cer-

[17] *Tamen — substantiam* desunt in codd. Lipss.

## COTELERII NOTÆ.

pra relato cum testimoniis veterum : *Atque Simoniæ lethiferas necromantiæ labruscas radicitus extirpantem*, pro *lethiferas necnon Romaniæ labruscas*; vereor ut sit necessarium : cum Romania exponi possit Romana religio seu ethnica, quemadmodum Simonia hæresis Simonis

(68) *Cur ergo interfectorum animæ non ulciscuntur interfectores suos?* Idem argumentum urget Tatianus *Oratione contra Græcos*, p. 156.

(69) *Ante enim quam mater mea Rachel conveniret cum eo.* Abutitur impius Simon loco Scripturæ Matth. I, 18, quia se esse Christum credi voluit; quod et de se ipsis dixerunt quidam post illum hæresiarchæ. Pari modo apud Socratem lib. I, cap. 22, Terebinthus, seu Buddas natum se ex virgine affirmat : propter veterem, ni fallor, Buddam (Clementi Alexandrino Buttam, *Strom.* I, p. 305) de quo post alios Ratramnus libro *De nativitate Christi* cap. 3, *Spicilegii Acheriani* t. I. *An certe Brachmanorum sequemur opinionem, ut quemadmodum illi sectæ suæ auctorem Bubdam (l. Buddam) per virginis latus narrant exortum, ita nos Christum [suum] prædicemus?*

(70) *Aerem vertens in aquam. Clement.* homil. 2, c. 26. Hoc quoque e media philosophia Simon. Videsis Diogenem Laertium lib. VII *in Zenone*, Clem. Alex., Strom. V, p. 599, Theodoritum *Hæret. fabul.*, l. I, c. 1.

Digitized by Google

tus sit, quod immortales sunt animæ et judicantur pro his quæ gesserint, et qui se putet re ipsa videre ea quæ nos fide credimus, quamvis, ut dixi, illudatur a dæmonibus, tamen arbitratur se ipsam animæ videre substantiam. Quando hic, inquam, fatebitur vel male se agere in tanto malo positus, vel judicandum se pro his quæ egerit, qui sciens Dei judicium contemnit et inimicum se exhibet Deo, et audet tam nefanda committere? Unde certum est, fratres mei, nonnullos veritati ac religioni Dei non ideo adversari, quod eis fidei ratio nequaquam constare videatur, sed quia aut nimietate peccatorum involuti, aut malis suis præventi et tumore cordis elati sunt, ita ut nec ea quidem credant, quæ oculis suis se videre arbitrantur.

XVII. Verum quoniam ingenita erga Deum conditorem sufficere ad salutem videbatur affectio his, qui diligerent eum, studet inimicus hanc affectionem in hominibus pervertere, et inimicos eos efficere atque ingratos Conditori suo. Testor autem cœlum ac terram, quod si quantum cupit inimicus desævire, permitteretur etiam a Deo, olim omnes homines deperissent; sed misericordiæ causa non sinit Deus. Quod si[18] affectum suum homines converterent ad Deum, omnes sine dubio salvarentur, etiam si pro aliquibus delictis ob justitiam corripi viderentur. Sed nunc plurimi hominum inimici effecti sunt Dei, quorum malignus corda penetravit, et affectum quem eis conditor Deus inseruerat, ut erga se haberent, in semetipsum deflexit. Aliorum vero, qui aliquantulum vigilare videbantur, in phantasia gloriæ et splendoris apparens, et magna quædam atque ingentia repromittens, evagari nihilominus a Deo vero mentem atque animum fecit; quæ tamen perpetrare ei justa quadam permittitur ratione.

XVIII. Ad hæc Aquila respondit : Quid ergo delinquunt homines, si malignus transformans se in splendorem lucis[19] majora repromittit hominibus, quam ipse conditor Deus? Et Petrus : Puto, inquit, hoc injustius nihil esse, et quatenus injustum sit audi. Si filius tuus, qui a te omni diligentia eruditus est et nutritus, atque ad virilem perductus ætatem, ingratus tibi sit, et relinquens te ad alium, quem forte ditiorem viderit, eat, et honorem quem tibi debebat illi exhibeat, ac spe majoris lucri naturam neget et jura paterna defugiat, rectum tibi videtur, an impium? Et Aquila respondit : Omnibus palam est, quod impium sit. Et Petrus : Si ergo in hominibus hoc impium dicis, quanto magis in Deo, qui supra omnes homines honore ab hominibus dignus est? cujus non solum beneficiis fruimur, verum et ope ac virtute esse cœpimus cum non essemus, cuique si placeamus merebimur ab eo, ut etiam æterni in bonis simus. Ut ergo infideles a fidelibus et pii discernantur ab impiis, permissum est maligno uti his artibus, quibus singulorum erga verum parentem probentur affectus. Quod si[20] vere esset aliquis deus alienus, tamen ab eo, qui nos creaverat quique nobis pater et conditor fuerat, rectumne erat, relicto proprio transire ad alienum? Et Aquila : Absit! inquit. Tum Petrus : Quomodo ergo dicemus malignum esse causam peccati nostri, cum hoc permissu Dei fiat, ut per ipsum probentur et in die judicii arguantur hi qui majoribus pollicitationibus invitati, veri patris et conditoris sui reliquerint pietatem, hi vero qui fidem et charitatem proprii patris, etiam cum paupertate, si acciderit, et cum tribulatione servaverint, donis cœlestibus in regno ejus et immortalibus muneribus perfruantur? Sed hæc alias diligentius exponemus. Quid autem Simon egerit post hæc, scire cupio.

XIX. Et Niceta respondit : Ubi intellexisse eum sensimus, quod deprehensus esset a nobis, colloquti inter nos de sceleribus ejus reliquimus eum et ad Zacchæum venimus, hæc ipsa ei, quæ et tibi nunc protulimus, indicantes. At ille benignissime nos suscipiens, et de fide Domini nostri Jesu Christi edocens, fidelium numero sociavit. Cumque hæc Niceta dixisset, Zacchæus qui paulo ante egressus fuerat, ingrediebatur dicens : Tempus est, ut procedas ad disputandum, Petre; turba enim multa in atrio domus congregata te opperitur, quorum in medio multis fultus asseclis consistit Simon. Tum Petrus ut hæc audivit, orationis gratia secedere me jubens (nondum enim eram dilutus a peccatis, quæ in ignorantia commiseram), ait ad reliquos : Oremus fratres, ut Deus per Christum suum pro ineffabili misericordia sua adjuvet me exeuntem pro salute hominum, qui ab ipso creati sunt. Et hæc cum dixisset, oratione facta processit ad atrium domus, in quo erat multitudo populi plurima congregata; quos ubi omnes summo silentio ad se intentos vidit, et magum Simonem in medio eorum velut signiferum stantem, hoc modo cœpit :

XX. Pax vobis sit omnibus, qui parati estis dexteras dare veritati; quicunque enim obediunt ei, videntur quidem sibi aliquid gratiæ conferre Deo, porro autem ipsi ab eo donum summi muneris consequuntur justitiæ ejus semitis incedentes. Propter quod primum est omnium, justitiam Dei regnumque ejus inquirere[21]; justitiam quidem ut recte agere doceamur, regnum vero, ut quæ sit merces posita laboris et patientiæ noverimus, in quo est bonis quidem æternorum bonorum remuneratio, his autem, qui contra voluntatem Dei egerint, pro uniuscujusque gestis pœnarum digna restitutio. Hic ergo, hoc est in præsenti vita positos oportet vos agnoscere voluntatem Dei, ubi et agendi locus est.

[18] *Quo si — viderentur* et quæ sequuntur : *Aliorum vero — permittitur ratione* desiderantur in utroque codd. Lipss. [19] II Cor. XI, 14. [20] *Quod si—muneribus perfruantur* non leguntur in codd. Lipss. [21] Matth. VI, 33.



Digitized by Google

Nam si quis velit (71) antequam actus suos emendet, de his requirere quæ non potest invenire, stulta et inefficax erit hujuscemodi inquisitio. Tempus enim breve est, et judicium Dei gestorum causa agetur, non quæstionum. Ideoque ante omnia hoc quæramus, quid nos, aut qualiter agere oporteat, ut æternam vitam consequi mereamur.

XXI. Nam si exiguum hoc vitæ tempus per inanes occupemus et inutiles quæstiones, inanes sine dubio et vacui ab operibus bonis pergemus ad Deum, ubi judicium [22], ut dixi, operum nostrorum fiet. Unaquæque etenim res suum tempus habet et locum. Operum hic locus, hoc tempus est sæculum futurum. Ne ergo impediamur ordinem locorum ac temporum permutantes, primo quæ sit Dei justitia requiramus, ut tanquam iter acturi, abundanti viatico bonis operibus repleamur, quo possimus ad regnum Dei, tanquam ad urbem maximam pervenire. Deus enim his, qui recte sentiunt, per ipsa opera mundi, quæ fecit manifestus est, ipsius creaturæ suæ utens testimonio [23], et ideo cum de Deo dubitatio esse non debeat, de sola nunc ejus justitia requiramus et regno. Quod si aliquid nobis de secretis et reconditis inquirendum suggerit mens nostra, antequam de operibus justitiæ requiramus, rationem reddere nobismetipsis debemus; quia si bene agentes salutem consequi meruerimus, tanquam casti et mundi euntes ad Deum Spiritu sancto replebimur, et omnia quæ sunt secreta et occulta, sine ulla quæstionum cavillatione noscemus, quæ nunc, etiam si totum quis vitæ suæ tempus in inquirendo consumat, non solum non poterit invenire, sed et majoribus se erroribus inseret, quia non per viam prius justitiæ incedens, ad portum vitæ pervenire contendit.

XXII. Et propterea suadeo primo justitiam ejus requirendam, ut per hanc iter agentes, et in via positi veritatis, verum prophetam invenire possimus, non velocitate pedum, sed operum bonitate currentes; ut ipso duce usi, nullum viæ hujus patiamur errorem. Si enim ipsum sequentes ingredi meruerimus illam, quo pervenire cupimus, civitatem, omnia jam de quibus quæritur, oculis videbimus, tanquam hæredes omnium facti. Intelligite itaque viam esse hunc vitæ nostræ cursum, viatores eos, qui bona opera gerunt, portam verum prophetam, de quo dicimus, urbem regnum esse, in quo residet omnipotens pater, quem soli videre possunt hi qui mundo sunt corde [24]. Non ergo nobis difficilis videatur hujus itineris labor, quia in fine ejus requies erit [25]; nam et ipse verus propheta ab initio mundi per sæculum currens festinat ad requiem. Adest enim nobis omnibus diebus, et si quando necesse est apparet et corrigit nos, ut obtemperantes sibi ad vitam perducat æternam. Mea ergo ista sententia est, sicut et vero prophetæ visum est, ut primo de justitia requiratur, ab his maxime qui Deum se nosse profitentur. Si ergo habet aliquis quod esse rectius putet, dicat et cum dixerit audiat, sed cum patientia et quiete. Propter hoc enim ab initio, salutationis specie (72) pacem cunctis precatus sum.

XXIII. Ad hæc Simon respondit: Nos pace tua opus non habemus, si enim pax sit et concordia, ad inveniendam veritatem nihil proficere poterimus; habent enim inter se pacem et latrones, et scortatores, et omnis nequitia cum semetipsa concordat, et nos ergo si ob hoc convenimus, ut pacis causa omnibus quæ dicuntur præbeamus assensum, nihil auditoribus conferemus; sed e contrario illusis eis, nos amici discedemus. Propter quod noli invocare pacem, sed magis pugnam matrem ejus, et si potes expugna errores. Nec requiras amicitiam injustis assentationibus partam; hoc enim ante omnia scire

[22] *Ubi judicium—pervenire* non leguntur in utroque codd. Lipss. [23] Rom. I, 20. [24] Matth. V, 8. [25] *Requies erit.* Pergit uterque codd. Lipss. ita: *Mea ergo ista est sententia. Si ergo*, etc.

## COTELERII NOTÆ.

(71) *Nam si quis velit*, etc. Ex his observavi desumptam fuisse epistolam Nili *ad Asclepium grammaticum*, Possinianæ editionis 313, Allatianæ 24, lib. III: Ἐὰν πρὸ τῶν ἀγαθῶν πράξεων ζητῶμεν ζητήματά τινα ἀνωφελῆ καὶ ἀνεύρετα, ὡς ἐνδεεῖς φρενῶν πλανώμεθα καὶ ἐνεδρευόμεθα. Ὅ τε γὰρ ἑκάστου χρόνος βραχὺς, καὶ τὸ κρίνεσθαι ἡμῖν ἐστι περὶ ἔργων, οὐ περὶ γνώσεως ἀπορρήτων. Διὸ μὴ καταλείψωμεν ζητεῖν, τί χρὴ ποιήσαντας ζωῆς αἰωνίου τυχεῖν. Εἰ γὰρ ἀπασχοληθέντες τὸν βραχὺν χρόνον εἰς δυσεύρετα καὶ ἀνωφελῆ ζητήματα τὰς ἡμέρας τοῦ παρόντος βίου καταδαπανήσωμεν, ἐνεδρευθέντες ἀπεργόμεθα ἔνθεν κενοῖς χερσί. Et infra: Ἕκαστον γὰρ ἴδιον ἔχει καιρὸν, τὸ πράττειν τὰ δίκαια ἐνταῦθα, τὸ δὲ ἀπολαβεῖν τὴν μισθαποδοσίαν ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι. Ἵνα οὖν μὴ ἐνεδρευθῶμεν μᾶλλον τὴν δικαιοσύνην ἐχνεύσωμέν τε καὶ πράξωμεν, ὅπως καθάπερ τινὲς κάλλιστοι ὁδοιπόροι, καὶ ἐφόδια τῶν ἀγαθῶν βαστάσαντες πράξεων, ὥσπερ εἰς τινα πόλιν τὸ τοῦ Θεοῦ βασίλειον εἰσέλθωμεν. Ὁ γάρ τοι Θεὸς τοῖς εὐγνωμονοῦσι, διὰ τὸν ὑπ' αὐτοῦ γενόμενον κόσμον, πρόδηλός ἐστιν ὑπὸ πάσης κτίσεως αὐτοῦ μαρτυρούμενος. Pari modo epistolam *ad Xenonem* acceptam fuisse a Basilio edocti sumus per Emericum Bigotium eximiæ eruditionis hominem. Sed et (ut pauca de multis dicam) Nili epistola 32, lib. I, est sententia Gregorii Nazianzeni orat. 21, p. 382, A; at 234 epist. ejusdem libri expressa est ex Irenæo lib. I, cap. 1, p. 19, 21, apud Epiphanium hæres. 31, n. 16, 17. Epistolam vero 247, ad verbum leges in eodem Irenæi capite p. 337 B, Epiphan. n. 24. Jam libri III epistola 6, formata fuit ex Basilii loco quem in hisce notis protuli. Atque epistola *ad Chionium* verba habet Basilii ejusdem homilia 13 exhortatoria ad baptismum, in fine. Nili certe non paucæ epistolæ; forsan non sine fraude, aut saltem errore Græculorum. Conferas etiam velim illam 190 lib. II cum § ult. epistolæ 8 Dionysii pseudo-Areopagitæ, de Carpo.

(72) *Salutationis specie, pacem cunctis precatus sum.* Ad Matth. X, 12, Hieronymus: *Occulte salutationem Hebræi ac Syri sermonis expressit. Quod enim Græce dicitur* χαῖρε, *et Latine* Ave, *hoc Hebraico Syroque sermone appellatur* שלום צבך *Salom lach, sive* שלים לך, *id est*, pax tecum. Quo loci in codice Regio 230, litteris solummodo Latinis exaratum habetur, *chere et* appellant *Salomlack sive Salamalach.*

Digitized by Google

te volo, quia duobus inter se dimicantibus tunc erit pax, cum alter ceciderit superatus; et ideo pugna ut potes, nec requiras pacem sine bello, quod impossibile est, aut si potest fieri, ostende.

XXIV. Ad hæc Petrus : Attentius audite, o viri, quæ dicimus. Ponamus mundum hunc campum esse aliquem magnum, et ex duabus civitatibus, quarum reges sibi invicem sint contrarii, missos esse singulos ad dimicandum duces, et illum quidem boni regis ducem consilium dare, ut uterque exercitus absque sanguinis profusione, melioris in regis jura concedat, quo sine periculo omnes salvi fiant, illum vero contrarium dicere : Non, sed pugnetur, ut non qui dignus est, sed qui fortior ipse cum his qui evaserint regnet. Quæso vos, quid magis eligeretis? Non dubito quin, ut cum incolumitate omnium, regi meliori manus darentur. Et ego nunc non, ut Simon ait, pacis causa assensum volo commodari his quæ male dicuntur, sed ut cum quiete et ordine veritas requiratur.

XXV. Nonnulli enim in disputationum certamine ubi errorem suum senserint confutari, causa perfugii conturbare continuo incipiunt, et movere lites, ne palam fiat omnibus quod superantur; et propterea ego frequenter exoro, ut cum omni patientia et quiete indago disputationis habeatur, ut et si forte aliquid minus recte dictum videatur, repetere id et apertius liceat explanare. Solet enim interdum aliter dici quid et aliter audiri, dum aut minus lucide profertur, aut minus vigilanter advertitur, et ob hoc patienter cupio haberi sermonem, ut neque subripiat alter alteri, neque sermonem dicentis intempestivus sermo contradicentis interrumpat, neque reprehendendi studium geramus, sed liceat ut dixi, minus plane dicta repetere, ut examinatione justissima clarescat veritatis agnitio. Scire enim debemus, quia si quis a veritate vincatur, non ipse vincitur, sed ignorantia quæ in ipso est, quæ est dæmon pessimus, quam qui potuerit effugare, salutis accipit palmam. Propositum namque nobis est prodesse auditoribus, non ut male vincamus, sed ut pro agnitione veritatis bene vincamur. Si enim veritatis inquirendæ studio sermo moveatur, etiamsi quid minus plene pro humana fragilitate dicemus, Deus pro ineffabili sua bonitate, ea quæ desunt latenter auditorum sensibus adimplebit. Justus est enim, et secundum uniuscujusque propositum, aliis quidem in promptu facit esse quod quæritur, aliis vero obscurum reddit; etiam quod palam positum est. Quia ergo via Dei, via pacis est, cum pace quæ Dei sunt requiramus. Ad hæc si quis habet quod prosequatur, locus est; si vero nullus est qui respondere velit, ego dicere incipiam, et quæ mihi ab alio possunt objici, ipse in medium prolata dissolvam.

XXVI. Cum ergo Petrus cœpisset continuare sermonem, Simon interrupta oratione ejus : Cur, inquit, festinas ipse tibi dicere, quæ tibi videntur? Intelligo versutias tuas; vis enim tibi ea ipse proponere, quorum absolutio bene tibi meditata est, ut ignorantibus turbis videaris recte aliquid dicere; sed apud me non tibi erit horum locus. Nunc ergo, quoniam ut vir fortis polliceris, te omni volenti proponere responsurum, mihi interim primo respondeto. Et Petrus : Paratus, inquit, sum, tantum ut cum pace sit sermo. Tum Simon : Non vides, inquit, imperitissime, quod contraria agis magistro tuo, pacem deposcens, quod utique non convenit ei, qui expugnaturum se promittit ignorantiam? Aut si tu recte pacem ab auditoribus poscis, non recte magister tuus dixit : *Quia non veni pacem mittere in terram, sed gladium*[26]. Aut enim tu bene dicis, et ille non bene, aut si magister tuus bene, tu pessime, qui non intellexisti contraria te proferre ei, cujus te discipulum profiteris.

XXVII. Ad hæc Petrus : Neque qui misit me male fecit gladium mittere in terram, neque ego contraria ei ago, auditorum pacem requirens. Sed tu et imperite et temere reprehendis ea quæ non intelligis; etenim quia pacem non venit mittere in terram magister, audisti, quod autem dixerit : *Beati pacifici, quoniam ipsi filii Dei vocabuntur*[27], non audisti. Propter quod non ego magistro diversa sentio, pacem persuadens, quam ille servantibus beatitudinem posuit. Et Simon ait : Pro magistro respondere cupiens, o Petre, multo eum gravius accusasti, si cum ipse non venerit pacem facere, hanc aliis servare præceperit. Et quomodo alius ille ejus sermo constabit quem dixit? *Quia sufficit discipulo, ut sit sicut magister ejus*[28].

XXVIII. Petrus ad hæc : Magister, inquit, noster, qui erat verus propheta et sui in omnibus memor, neque sibi contraria locutus est, neque nobis ab his quæ ipse gerebat diversa mandavit. Quod enim ait : *Non veni pacem mittere in terram, sed gladium, et ex hoc videbitis separari patrem a filio, filium a patre, virum ab uxore, et uxorem a viro, et matrem a filia, filiam a matre, fratrem a fratre, socrum a nuru, amicum ab amico*[29], hæc omnia continent doctrinam pacis, et quomodo, audi. Initio prædicationis suæ, utpote qui velit omnes invitare et adducere ad salutem, ac patientiam laborum tentationumque habendam suaderet, pauperes beatificabat, eosque pro penuriæ tolerantia adepturos esse pollicebatur regna cœlorum, ut sub tanta spe æquanimiter paupertatis pondus, spreta cupiditate portarent. Est enim unum et maximum ex perniciosissimis peccatis, cupiditas. Sed et esurientes et sitientes æternis bonis justitiæ saturandos esse promisit, ut egestatem tolerabiliter ferentes, nihil pro hac injusti operis molirentur. Mundos quoque corde similiter beatos dicebat, et per hoc Deum visuros, ut unusquisque adipisci tantum cupiens bonum, semetipsum a pessimis et pollutis cogitationibus contineret.

XXIX. Sic ergo magister noster discipulos ad

[26] Matth. x, 34. [27] Matth. v, 9. [28] Matth. x, 25. [29] Ibid. 34, 35; Luc. xii, 53.

Digitized by Google

patientiam invitans, bonum pacis etiam cum labore patientiæ suadebat esse servandum. E contrario vero eos qui in divitiis ac luxuria versabantur, lugebat, qui nihil pauperibus largiebantur, arguens eos rationem reddituros, quia proximos suos quos diligere sicut seipsos debuerant, ne in egestate quidem positos miserati sunt. Hæc autem dicens alios quidem obedire fecit, alios vero reddidit inimicos. Credentibus ergo et obedientibus pacem habere inter se invicem jubet, et ipsis dicit : *Beati pacifici, quia ipsi filii Dei vocabuntur* [30]. His autem, qui non solum non credidere, verum et adversarii doctrinæ ejus facti sunt, bellum verbi et confutationis indicit et ait : *Quia ex hoc videbitis separari filium a patre, et virum ab uxore, et filiam a matre, et fratrem a fratre, et nurum a socru, et inimici hominis domestici ejus* [31]. In unaquaque enim domo, cum inter credentem et non credentem cœperit esse diversitas, necessario pugna fit, incredulis quidem contra fidem dimicantibus, fidelibus vero in illis errorem veterem, et peccatorum vitia confutantibus.

XXX. Similiter quoque etiam erga scribas, et Pharisæos ultimo doctrinæ suæ tempore bellum gerit, arguens eos super actibus non bonis et non recta doctrina, et quod clavem scientiæ quam a Moyse traditam susceperunt, occultarent, per quam possit janua regni cœlestis aperiri [32]. Sed et nos ad prædicandum mittens Dominus noster præcepit nobis, ut in quamcunque civitatem vel domum introierimus, dicamus : *Pax huic domui; et si quidem*, inquit, *fuerit ibi filius pacis, veniet super eum pax vestra; si vero non fuerit, pax vestra ad vos revertetur;* exeuntes autem de domo vel de civitate illa, ut etiam pulverem, qui adhæserit pedibus nostris, excutiamus super eos. *Tolerabilius autem erit terræ Sodomorum et Gomorrhæorum in die judicii, quam illi civitati vel domui* [33]. Quod utique ita demum præcepit fieri, si prius in civitate vel domo veritatis sermo prædicetur, ex quo vel recipientes veritatis fidem filii pacis et filii Dei fiant, vel non recipientes arguantur quasi inimici pacis et Dei.

XXXI. Ita ergo et nos magistri instituta servantes, pacem primo proponimus auditoribus, ut absque ulla perturbatione possit via salutis agnosci. Quod si quis pacis verba non suscipit neque acquiescit veritati, scimus adversum eum pugnam verbi movere, et arguere acrius confutando ignorantiam et redarguendo peccata. Necessario igitur pacem proponimus, ut si quis est filius pacis, pax nostra veniat super eum, ab eo autem qui se alienum pacis effecerit, regredietur ad nos pax nostra. Non ergo, ut ais, consensu malorum pacem proponimus; nam utique continuo tibi dexteram dedissemus, sed ut per quietem et patientiam disserentibus nobis, qui sit sermo verus, facilius ab auditoribus dignoscatur. Si autem dissideas et discordes a temetipso, quomodo stabis? Necesse est ut cadat, qui in semetipso dividitur. *Omne enim regnum in semetipsum divisum, non stabit* [34]. Ad hæc si quid videtur, dicito.

XXXII. Et Simon : Stultitiam tuam demiror. Sic nobis magistri tui verba proponis, quasi certum de eo habeatur quod propheta sit, quem ego perfacile demonstrare possum, multa sibi contraria locutum. Denique ex his, quæ ipse protulisti, arguam te. Ais enim dixisse eum, *omne regnum* vel omnis civitas divisa in semetipsa *non stabit*. Et alibi iterum ais eum dixisse, quia ipse miserit gladium, ut separaret eos qui in domo sunt, ita ut dividatur filius a patre, et filia a matre, et frater a fratre, ut si fuerint in una domo quinque, dividantur tres adversum duos, et duo adversum tres [35]. Si ergo omne quod dividitur, cadit, iste qui divisiones facit cadendi præstitit causas, et si talis est, utique malus est. Ad hæc responde si potes.

XXXIII. Et Petrus : Non temere deroges, o Simon, his quæ non intelligis. Primo ergo respondeam pro eo quod ais, me magistri mei verba proponere, atque ex ipsis ea, de quibus dubitatur, absolvere. Dominus noster mittens nos apostolos ad prædicandum, præcepit nobis, ut doceamus omnes gentes de his quæ mandata sunt nobis [36]. Neque ergo dicere ea, ut ab ipso dicta sunt, possumus. Non enim dicere, sed docere ea in mandatis habemus, et ex ipsis ostendere, quomodo unumquodque eorum veritate subnixum sit. Neque rursus proprium nobis aliquid dicere permissum est. Sumus enim missi, et necessario qui missus est, illud quod jussus est nuntiat, et voluntatem mittentis exponit. Nam si aliud dicam, quam præcepit mihi ille qui me misit, falsus ero apostolus, qui non illud dico quod jussus sum dicere, sed quod mihi videtur. Quod qui facit, utique se meliorem ostendere vult quam est ille a quo missus est, et est sine dubio prævaricator. Si vero ea quæ jussus est prosequatur, eorumque assertiones manifestissimas proferat, apostoli opus exsequi videbitur, quod ego nunc implere contendens non tibi placeo. Non ergo reprehendas, quod ejus qui me misit proferam verba; sed si est in illis aliquid, quod non sit integre dictum, inde me arguas licet; quod tamen nullo modo fieri potest. (Propheta enim est, et sibi esse contrarius non potest [37].) Aut si non putas eum prophetam esse, hoc primo requiratur.

XXXIV. Et Simon : Non opus habeo hoc dicere abs te, sed quomodo sibi ista conveniant. Si enim inconsonans ostendetur, simul etiam propheta non esse docebitur. Tum Petrus : Sed si prius, inquit, ostendero eum prophetam, hoc quod videtur esse inconsonans, non erit, neque enim ex consonantia quis propheta esse probatur, quia hoc multis possibile est facere; quod si consonantia prophetam

[30] Matth. v, 9. [31] Matth. x, 34, 35; Luc. xii, 53. [32] Matth. xxiii; Luc. xi. [33] Matth. x, 12-15; Luc. x, 5, 6. [34] Matth. xii, 25. [35] Luc. xii, 52. [36] Matth. xxviii, 19, 20. [37] Vocabula uncis inclusa in textum recepimus ex codd. Thuan., Sorb., Lipss. et all.

Digitized by Google

non facit, multo magis nec inconsonantia. Quia ergo multa sunt, quæ videntur quidem inconsona esse nonnullis, habent tamen profundiore ratione in semetipsis consonantiam, sicut et alia quæ videntur habere consonantiam, discussa diligentius inveniuntur inconsona, hac de causa aliam non puto rectiorem esse viam ad horum discrimen, nisi ut prius cognoscamus, si is qui locutus est ea quæ videntur inconsona, propheta sit. Si enim invenitur propheta esse, omnia illa quæ videntur sibi esse contraria, constat habere consonantiam, sed non intelligi. De his ergo probamenta rectius requirentur. Nos enim apostoli illius qui nos misit, verba exponere missi sumus et affirmare sententias, proprium vero dicere aliquid non habemus in mandatis, sed verborum illius, ut dixi, aperire veritatem.

XXXV. Et Simon ait : Doce ergo nos, quomodo conveniat, ut is qui divisiones facit, quæ divisiones cadere faciant eos qui dividuntur, vel bonus videatur, vel ad hominum salutem venisse. Et Petrus : Audi, quomodo magister noster omne regnum, et omnem domum divisam adversum semetipsam, dixit stare non posse. Hoc autem cum ipse fecit, vide quomodo ad salutem cedat. In errore positum mundi regnum, vel unamquamque in eo domum verbo veritatis dividit, procul dubio ut cadat error et veritas regnet. Quod si alicui accidat domui, ut error introductus per aliquem dividat veritatem, cum error obtinuerit, certum est veritatem stare non posse. Et Simon : Sed incertum est, utrum magister vester errorem dividat an veritatem. Et Petrus : Istud alterius quæstionis est. Sed si constat apud te, quia omne quod divisum fuerit cadit, superest ut ostendam, si tantum cum pace audire vis, quod Jesus noster errorem diviserit ac resolverit, docendo veritatem.

XXXVI. Tum Simon : Omitte, inquit, sermonem pacis frequenter iterare, quid vero sit quod sentis aut credis, breviter expone. Et Petrus ait : Quid times crebro audire de pace? aut ignoras quia perfectio legis pax est? ex peccatis enim bella nascuntur et certamina, ubi autem peccatum non fit, pax est animæ : ubi vero pax est, in disputationibus veritas, in operibus justitia invenitur. Et Simon : Videris mihi non posse profiteri quod sentis. Et Petrus : Dicam, ex arbitrio tamen, non tuis versutiis coactus. Cupio enim quod salutare et utile est omnibus adduci in notitiam, et ideo proferre quam brevissime non morabor. Unus est Deus, idemque conditor mundi, justus judex, et unicuique pro actibus suis quandoque restituens. Jam vero pro assertione horum, scio innumera posse verborum millia commoveri.

XXXVII. Et Simon ait : Miror quidem velocitatem ingenii tui, non tamen amplector errorem fidei tuæ; prudenter enim prævidisti, quod tibi contradici possit, et urbane id etiam ipse professus es quod pro assertione horum innumera verborum millia movebuntur; nulli enim concordat professio fidei tuæ. Denique quod unus sit Deus, cujus sit opus mundus, hoc primum quis recipiat? puto quia neque paganorum quisquam, quamvis ille sit idiota, philosophorum autem omnino nullus, sed nec Judæorum quidem imperitissimus quisquam et miserrimus, neque ego ipse qui eorum legem bene novi. Et Petrus : Omitte, inquit, opiniones absentium, tibi quid videtur, præsens præsenti dicito. Tum Simon : Possum, inquit, exponere quod vere sentio, sed pigriorem me facit illa consideratio, quia si dixero, quod neque tibi sit consonum neque vulgo huic imperito rectum videtur, tu quidem quasi obstupefactus, aures continuo obcludens velut ne blasphemia polluantur, verteris in fugam, quia quod respondeas non invenies, populus autem irrationabilis assentatus tibi, te quidem amplectetur, quasi ea docentem quæ in usu eis sunt, me vero exsecrabuntur, veluti nova quædam atque inaudita profitentem, meumque errorem alienis mentibus inferentem.

XXXVIII. Tum Petrus : Nunquid non tu, in quo nos accusabas, ipse ambagibus uteris, nihil habens quod afferas veritatis? aut si habes, incipe absque circuitionibus, si tantum confidis : et si quidem non placuerint alicui auditorum quæ dicis, abscedet, qui vero permanserint, cogentur assertionibus tuis probare quod verum est. Incipe igitur quod tibi rectum videtur, exponere. Et Simon ait : Ego dico multos esse deos, unum tamen esse incomprehensibilem atque omnibus incognitum, horumque omnium deorum Deum. Tum Petrus : Hunc, inquit, quem dicis esse incomprehensibilem et incognitum omnibus Deum, ex Scripturis Judæorum quæ in auctoritate habentur, probare potes, an ex aliis aliquibus, quas omnes ignoramus, an ex Græcis auctoribus, an ex tuis scripturis propriis? Certe ex quibuscunque vis, dicito, ita tamen ut ostendas eas prius esse propheticas; ita enim fiet, ut earum indubitata habeatur auctoritas.

XXXIX. Et Simon ait : Ex lege Judæorum sola assertiones adhibebo. Omnibus enim qui religionis curam gerunt, manifestum est totius esse auctoritatis hanc legem, unumquemque tamen secundum proprium sensum intelligentiam legis hujus accipere. Ita enim ab eo qui mundum condidit, scripta est, ut in ipsa rerum fides habeatur. Unde sive quis vera, sive etiam falsa proferre velit, absque hac lege nulla recipietur assertio. Quia igitur scientia mea plenissime cum lege concordat, recte multos esse pronuntiavi deos, quorum unus est eminentior et incomprehensibilis, ipse qui est Deus deorum. Quod autem multi sint dii, ipsa me edocuit lex. Primo quidem ubi ex persona serpentis dicitur ad Evam, primam mulierem : *Quacunque die manducaveritis de ligno sciendi bonum et malum eritis sicut dii* [38], hoc est, sicut hi qui hominem fe-

[38] Gen. III, 5.

Digitized by Google

cere. Postea enim quam gustavere de ligno, ipse Deus testatur dicens ad reliquos deos : *Ecce Adam factus est sicut unus ex nobis* [59]. Sic ergo constat multos esse deos qui hominem fecerint, quia et initio ita dicit Deus ad cæteros deos : *Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram* [60]. Sed et quod ait : *Ejiciamus eum* [61] (73). Et iterum : *Venite descendentes confundamus linguas eorum* [62]. Omnia hæc multos esse indicant deos. Sed et illud scriptum est : *Deos non maledices, et principem populi tui non maledices* [63]. Et rursum quod scriptum est : *Dominus solus ducebat eos, et non erat cum illis Deus alienus* [64], multos esse ostendit deos. Sunt et alia plurima quæ proferri possunt ex lege testimonia, non solum obscuriora, sed et manifesta, quibus multi esse doceantur dii. Ex quibus unus, ut Judæorum populo Deus esset, sorte electus est. Ego autem non hunc assero, sed illum qui etiam hujus Deus est, quem nec ipsi quidem Judæi norunt. Neque enim ipsorum est Deus, sed eorum qui agnoverint eum.

XL. His auditis Petrus : Nihil, inquit, verearis Simon; ecce enim neque aures clausimus; neque fugimus, sed ad ea quæ falso prosecutus es, veritatis sermonibus respondemus, illud primo asserentes, quia unus est Deus, hic ipse Judæorum, qui est solus Deus, cœli creator ac terræ, qui et omnium etiam quos dicis deorum Deus est. Si ergo ostendero nullum esse hoc superiorem, sed ipsum esse super omnia, fateberis errorem tuum esse super omnia. Et Simon : Quid enim, inquit, etiamsi ego nolim fateri, qui assistunt auditores, nonne arguent me nolentem quæ vera sunt profiteri?

XLI. Ausculta ergo, ait Petrus, ut scias primo, quod etiam si multi sunt dii, ut dicis, Judæorum Deo subditi sunt, cui neque æqualis quisquam, neque major esse potest; scriptum est enim, quod ita dicat ad Judæos Moyses propheta : *Dominus Deus vester hic est Deus deorum, et Dominus dominorum, Deus magnus* [65]. Ita etiamsi multi sunt qui dicuntur dii, unus est tamen omnium Judæorum Deus, qui et deorum Deus dictus est. Neque enim quicunque dictus fuerit Deus, continuo Deus est. Denique et Moyses deus dicitur Pharaonis [66], et certum est eum hominem fuisse. Et judices dii appellati sunt, et constat eos fuisse mortales. Simulacra quoque gentium dii appellantur, et omnes scimus, quia non sunt, sed impiis quasi pro pœna hoc datum est, ut quia verum Deum cognoscere noluerunt, quæcunque eis forma et imago occurrisset, haberetur ab eis Deus. Quoniam [67] unius, ut dixi, qui est omnium Deus, agnitionem suscipere recusarunt, ideo ergo conceditur eis illos habere deos, qui præstare supplicantibus nihil possunt. Quid enim aut exanima simulacra conferre hominibus queant aut animantia, cum potestas omnium apud unum sit?

XLII. Tribus igitur modis Deus quis dicitur, vel quia vere est, vel quia ei qui vere est, ministrat, et ob honorem mittentis, ut plena sit ejus auctoritas, hoc dicitur iste qui missus est, quod est ille qui misit, ut sæpe factum est de angelis, qui tamen cum apparuerint homini [68], si sit prudens et eruditus vir, interrogat ejus qui apparuit nomen, ut simul et honorem missi et auctoritatem mittentis agnoscat. Est enim uniuscujusque gentis angelus (74), cui credita est gentis ipsius dispensatio a Deo, qui tamen cum apparuerit, quamvis putetur

[59] Ibid. 22. [60] Gen. I, 26. [61] Gen. III, 22. [62] Gen. XI, 7. [63] Exod. XXII, 28. [64] Deut. XXXII, 12. [65] Deut. X, 17. [66] Exod. VII, 1. [67] *Quoniam — apud unum sit* desunt in utroque cod. Lips. [68] Codd. Lipss. : *qui tamen apparuere hominibus Sed et sancti*, etc. Reliqua desunt.

## COTELERII NOTÆ.

(73) *Ejiciamus eum. Clementin.* III, 39; *Epitom.* 37, Cedren. p. 171, l. 20. Facile mihi persuaserim, additum id fuisse loco Genes. III, 22, ob pendentem sententiam : *Nunc ergo ne forte mittat manum suam, et sumat etiam de ligno vitæ, et comedat, et vivat in æternum.* Simile quippe additamentum complectitur versio Arabica : *Oportet ut exeat ex horto.*

(74) *Est enim uniuscujusque gentis angelus.* Ad hæc et sequentia observare oportet non pauca. I. Quod angeli ἐθνάρχαι hic dicantur angeli boni, et lib. VIII, cap. 51, 56, angeli mali, id esse ex doctrina Origenis et Hieronymi, qui gentibus utrosque angelos præponunt. Certe textum LXX, Deuteron. XXXII, 8 : Ὅτε διεμέριζεν ὁ Ὕψιστος ἔθνη, ὡς διέσπειρεν υἱοὺς Ἀδάμ, ἔστησεν ὅρια ἐθνῶν κατὰ ἀριθμὸν ἀγγέλων Θεοῦ· *Quando dividebat Altissimus gentes, quando disseminavit filios Adæ; constituit terminos gentium secundum numerum angelorum Dei;* ad quem in hoc capite respicitur, Maximus enarrans cap. 9 *Cœlestis hierarchiæ*, cum aliis pluribus explicat de sanctis angelis; auctor vero *Operis imperfecti in Matthæum* ad cap. XXIV, vers. 9, seu homilia 48, *De malignis;* nec multum diverse Rufinus *Expositione in Symbolum apostolorum.* II. De LXX seu LXXII nationibus (de quibus Horus Apollo lib. I, cap. 14), totidemque angelis præfectis, et linguis, veteres Christianos et Judæos consentire : Paciamum tamen epistola 2 *adversus Novatianos*, ponere linguas CXX, nisi sit rescribendum parva mutatione, LXX. Euphoro autem, vel Ephoro aliisque multis historicis apud Clementem Alexandrinum *Strom.* I, pag. 358, gentes et linguas esse LXXV. III. Unum illum in archangelis maximum, cui data sit dispensatio populi Dei, videri esse Michaelem; ex Danielis X, 13, 21; XII, 1, ac ex Dionysio *De cœlesti hierarchia* cap. 9. Ὦ Μιχαὴλ πρωτάγγελε, inquit Michael Syncellus *Laudatione in cœlestes virtutes.* Et in Oratione Nicetæ *De laudibus Michaelis et Gabrielis*, vocantur illi, τῆς ἀρχαγγελικῆς τάξεως ταξιάρχαι, καὶ πάσης ἀγγέλων δημαγωγοὶ χοροστασίας. IV. Verba citata e Deuteronomio leviter depravata legi in Victorino ad Apocalypsim; Theodorito *Hæret. fabul.*, lib. V, cap. 7, et Maximo ubi supra. V. Denique observari meretur fragmentum Regii codicis 1648, *De linguis et gentibus* 72, et conferri cum Eusebio, Epiphanio, *Chronico Alexandrino*, Georgio Syncello, etc. Subjicio illud, levibus vitiis purgatum.

Κωνσταντῖνος ὁ χαρτοφύλαξ ἐν τῷ ἐγκωμίῳ τῶν ἁγίων πάντων τὰς οϐ' γλώσσας ὠνόμασεν οὕτω·

Ἕλληνες ἅμα καὶ βάρβαροι, Μακεδόνες καὶ Θετταλοὶ, Παίωνες καὶ Ἰλλυριοὶ, Ἀθηναῖοι καὶ Ἀργεῖοι καὶ Λάκωνες, καὶ οἱ τὸν Εὔξεινον πόντον περιοικοῦντες

et dicatur ab his quibus præest, deus, tamen interrogatus non sibi dabit ipse tale testimonium. Deus enim excelsus, qui solus potestatem omnium tenet, in septuaginta et duas partes divisit totius terræ nationes, eisque principes angelos statuit. Uni vero qui in archangelis erat maximus, sorte data est dispensatio eorum, qui præ cæteris omnibus excelsi Dei cultum atque scientiam receperunt. Sed et sancti homines, ut diximus, impiorum efficiuntur dii, tanquam qui potestatem acceperint in eos vitæ ac necis, ut de Moyse et judicibus supra memoravimus. Propter quod scriptum est de eis: *Deos non maledices, et principem populi tui non maledices* [59]. Principes ergo singularum gentium dii appellantur. Principum autem Deus Christus est, qui est omnium judex. Vere ergo neque angeli, neque homines, neque ulla creatura dii esse possunt, quippe qui sub potestate sunt positi, tanquam creati et mobiles [60]; angeli quidem, ut qui non fuere et sint, homines autem ut mortales, omnis vero creatura, ut quæ solvi possit, sed revera si solverit ille qui fecit. Et ideo ille solus verus est Deus qui non solum ipse vivit, sed et aliis vitam præstat, quam et auferre potest cum vult.

XLIII. Propterea ergo clamat Scriptura ex persona Dei Judæorum, et dicit: *Videte, videte, quoniam ego sum Deus, et non est alius præter me. Ego occidam, et vivere faciam; percutiam, et ego sanabo, et non est qui eripiat de manibus meis* [61]. Videas ergo quomodo ineffabili quadam virtute Scriptura occurrens futuris erroribus eorum qui alium Deum, præter eum qui est Judæorum, vel in cœlis esse, vel in terris affirmarent, pronuntiat dicens: *Dominus Deus tuus* (75) *Deus unus est, in cœlo sursum, et in terra deorsum, et præter ipsum alius non est* [62]. Quomodo ergo ausus es dicere alium esse Deum, præter eum qui Judæorum est Deus? [63] Et iterum dicit Scriptura: *Ecce Domini Dei tui cœlum, et cœlum cœli, terra et omnia quæ in eis sunt. Verumtamen patres tuos elegi, ut diligerem eos, et vos post ipsos* [64]. Ita ex omni parte ab Scriptura munitur ista sententia, quia ipse qui mundum creavit, verus et solus est Deus.

XLIV. Quod et si sint alii, ut diximus, qui dicuntur dii, sub potestate sunt Judæorum Dei, quia ita dixit Scriptura Judæis: *Dominus Deus noster, hic est Deus deorum, et Dominus dominorum* [65]. Hunc etiam solum colendum monet Scriptura, dicens: *Dominum Deum tuum adorabis, et illi soli servies* [66]. Et: *Audi Israel, Dominus Deus tuus Deus unus est* [67]. Denique et sancti Spiritu Dei repleti, et guttis misericordiæ ejus irrorati exclamabant, dicentes: *Qui similis tibi in diis, Domine, quis similis tibi* [68]? Et iterum: *Quis Deus præter Dominum, et quis Deus præter Dominum nostrum* [69]? Itaque Moyses ubi proficere populum vidit, paulatim eos ad intelligentiam monarchiæ, et fidem Dei unius initiavit, ut in consequentibus dicit: *Nomina deorum aliorum non commemorabis* [70], recordatus sine dubio, quali pœna damnatus sit serpens, qui primus nominaverant deos [71]. Terram denique comedere condemnatur, et tali cibo dignus judicatur ob id, quod primum omnium appellationum deorum introduxit in mundum. Quod si et tu multos deos vis introducere, vide ne exitum serpentis similem sortiaris.

XLV. Certus autem esto, quod nos hujus ausi socios non habebis, nec decipi nos patiemur abs te. Neque enim proderit nobis ad excusationem in judicio, si dicamus quod tu deceperis nos, quia nec primam mulierem excusare potuit male credidisse serpenti, sed morte quia male crediderit, condemnata est. Hac ergo de causa et Moyses unius Dei fidem populo commendans, ait: *Observa tibi ipsi* (76) *ne seducaris a Domino Deo tuo* [72]. Vide quia eodem verbo utitur, quo et prima mulier in excusatione utebatur, seductam se dicens, sed nihil profuit. Super omnia autem etiamsi verus aliquis surgeret propheta, qui signa et prodigia faceret, suadere autem velit, ut coleremus deos alios præter Judæorum Deum, nunquam ei credere possemus. Sic enim nos docuit lex divina, secretum sermonem purius ex traditione commendans. Ait ergo: *Si surrexerit in te propheta, aut somnians somnium, et dederit signa vel prodigia, et evenerint signa illa vel prodigia, et dixerit ad te, eamus et colamus deos*

[59] Exod. XXII, 28. [60] *Et nobiles—qui fecit* non leguntur in utroque codd. Lipss. [61] Deut. XXXII, 39. [62] Deut. IV, 39. [63] Quæ sequuntur usque ad illa cap., sequ., vocabula: *Denique et sancti*, etc., desiderantur in cod. Lips. [64] Deut. X, 14, 15. [65] Deut. X, 17. [66] Deut. VI, 13; X, 20. [67] Deut. VI, 4. [68] Psal. LXXXV, 8; LXX, 19. [69] Psal. XVII, 32. [70] Jos. XXIII, 7 *in LXX*. [71] Gen. III. [72] Deut. VIII, 11.

## COTELERII NOTÆ.

Θρᾷκές τε καὶ Βυζάντιοι, καὶ οἱ πρὸς τῷ Βοσπόρῳ Κιμμέριοι, Βιθυνοί τε καὶ Καππαδόκαι, Φρύγες καὶ Κᾶρες καὶ Λύκιοι, Γαλάται καὶ Ἴσαυροι, Λυδοὶ καὶ Πισίδαι καὶ Πάμφυλοι, Λυκάονές τε καὶ Κίλικες, Σκύθαι καὶ Πέρσαι καὶ Βάκτριοι, Κόλχοι καὶ Ἀσσύριοι, Πάρθοι καὶ Μῆδοι καὶ Ἐλαμῖται, Ὀσροηνοί τε καὶ Βλέμμυες, Ἰνδοὶ καὶ Αἰθίοπες, Ἰσμαηλῖται καὶ Αἰγύπτιοι, Σύροι καὶ Παλαιστινοί, Κύπριοι καὶ Κρῆτες καὶ Ῥόδιοι, Αἰολεῖς καὶ Ἴωνες, Γότθοι καὶ Ἄβασγοί τε καὶ Χάλυβες, Φοινικές τε καὶ Ἄραβες, Ῥωμαῖοι καὶ Ἰουδαῖοι, Κυρηναῖοί τε καὶ Αἴβυες, Δάκες καὶ Γέται καὶ Σαυρομάται, Κέλτοι τε καὶ Βάνδηλοι, Ἴβηρες, Κροάτοι καὶ Μωαβῖται καὶ Ἀμμωνῖται. Χαναναῖοι καὶ Χετταῖοι καὶ Ἀμορραῖοι καὶ Φερεζαῖοι, Εὐαῖοι καὶ Γεργεζαῖοι καὶ Ἰεβουσαῖοι, καὶ οἱ κατοικοῦντες νήσους Βρεττανικὰς καὶ τὰ Γάδειρα. Ὅσας Μωϋσῆς ἔξεισι (forte ἔξεισι). Leg. conc. VII Nicænum, II, act. 5, post med.

(75) *Dominus Deus tuus, Deus unus est.* Sic in Vulgata Marc. XII, 29, concordantibus Hieronymo, Augustino, etc. Aliter ab Irenæo; aliter ab aliis. Videatur Fronto Ducæus ad homiliam Chrysostomi *De Phoca martyre.*

(76) *Observa tibi ipsi, ne seducaris a Domino Deo tuo.* Lege Deut. VI, 12; VIII, 11; XI, 16 et XVIII, 5.

Digitized by Google

*alienos quos nescitis, non audietis verba prophetæ illius, neque somnium somniatoris illius, quia tentans tentavit vos, ut videat si diligitis Dominum Deum vestrum* [63].

XLVI. Propterea ergo et Dominus noster signa et prodigia faciens, Deum prædicabat Judæorum, et ideo recte prædicationi ejus creditur. Tu autem etiam si vere propheta esses, et signa faceres ac prodigia, sicut promittis, et alios annuntiares deos præter eum qui verus est, manifestum esset te ad tentationem populo Dei suscitatum, et ideo credi tibi omnino non potest. Unus est enim verus, qui est Judæorum Deus, et ob hoc Dominus noster Jesus Christus docebat quærendum esse non Deum quem bene noverant, sed regnum et justitiam ejus [64], quam Scribæ et Pharisæi, suscepta scientiæ clave, non concluserant, sed excluserant [65]. Nam si ignorassent verum Deum, nunquam utique hujus rei scientiam relinquens, quæ erat omnium caput, culparet eos de parvis et minimis, id est quod dilatarent fimbrias suas, et primos accubitus in conviviis vindicarent, et quod in quadriviis stantes orarent, et alia his similia, quæ utique ex comparatione magni hujus capitis, ignorantiæ Dei, exigua videntur et parva.

XLVII. Et Simon ad hæc ait : Ex verbis magistri tui convincam te, quia etiam ipse ignoratum quemdam omnibus introducit Deum. Cum enim et Adam creatorem suum scierit Deum, mundique conditorem, et Enoch, quippe qui ab eo translatus est, et Noe, utpote ab eo jussus arcam construere, cumque et Abraham, et Isaac, et Jacob, et Moyses, et omnes, omnisque populus atque omnes gentes noverint conditorem mundi, et fateantur Deum, Jesus vester, qui longe posterior Patribus apparuit, dicit : *Nemo novit Filium, nisi Pater, neque Patrem quis, nisi Filius, et cui voluerit Filius revelare* [66]. Ita ergo et Jesus vester alium esse Deum incomprehensibilem omnibus et incognitum fatetur.

XLVIII. Tum Petrus : Contraria, inquit, tibimet ipsi te proferre non sentis. Si enim et Jesus noster scit istum, quem dicis incognitum Deum, ergo jam non a te solo est cognitus. Imo si Jesus noster eum novit, Moyses quoque, qui et Jesum venturum esse prophetavit sine dubio nec ipse ignoravit eum ; propheta enim erat, et qui de Filio prophetavit, sine dubio cognoverat Patrem. Si enim in voluntate est Filii revelare Patrem cui voluerit, Filius, qui ab initio et semper cum Patre fuit per singulas quasque generationes, sicut revelavit Moysi Patrem, ita et aliis prophetis ; quod si est, nulli Patrem fuisse incognitum constat. Tibi vero qui Filium non credis, quomodo potuit revelari Pater, qui nulli notus est, nisi cui voluerit Filius revelare? Revelat autem Filius Patrem his qui ita honorificant Filium, sicut honorificant Patrem [67].

XLIX. Tum Simon : Memento, inquit, quia filium dixisti habere Deum, quod est injuriæ ; quomodo enim habere filium potest, nisi similia hominibus aut animalibus patiatur? Sed de his non est nunc tempus arguere profundam stultitiam tuam, festino enim de immensitate summæ lucis exponere, et jam nunc audi. Puto esse aliquam virtutem immensæ et ineffabilis lucis, cujus magnitudo incomprehensibilis habeatur, quam virtutem etiam mundi conditor ignoret, et legislator Moyses, et magister vester Jesus.

L. Tum Petrus : Non tibi videtur amentiæ res esse, asserere velle quempiam, quod sit alius Deus quam Deus omnium, et dicere, puto esse virtutem quamdam, et priusquam ipsi certum sit quod loquitur, hoc velle aliis confirmare? Estne aliquis ita præceps, qui verbis tuis credat, in quibus te ipsum videat dubitantem ; et admittat esse aliquam virtutem incognitam creatori Deo, et Moysi, et prophetis, et legi, et Jesu etiam magistro nostro, quæ virtus ita bona sit, ut nulli velit innotescere, nisi uni tantum, et hoc tibi tali? Tum deinde si nova est ista virtus, quomodo nobis non dat novum aliquem sensum præter hos quos gerimus quinque, ut ex ipso ab ea nobis largito novo sensu, ipsam quæ nova est capere et intelligere possimus? aut si non potest largiri, quomodo tibi largita est? aut si tibi revelavit, cur non et nobis? Si vero a temetipso intellexisti, quæ ne prophetæ quidem sentire aut intelligere potuerunt, dic age nobis nunc quid unusquisque nostrum cogitat : Si enim tantus est in te spiritus, ut ea quæ super cœlos sunt, incognita omnibus et omnibus incomprehensibilia cognoscas, multo facilius cogitationes humanas quæ in terris habentur agnoscis. Quod si cogitationes nostras qui hic stamus non potes scire, quomodo ea quæ nullis esse cognita affirmas, scire te dicis?

LI. Crede autem mihi, quia nunquam scires quid est lux, nisi ab ipsa luce accepisses et visum et intellectum videndi ; sic et in cæteris. Hinc accepta intelligentia, majus aliquid et sublimius somnii instar excogitas, occasione tamen ex istis quinque sensibus sumpta, quorum largitori ingratus es. Certus autem esto, quod donec non invenis novum aliquem sensum, qui extra hos quinque sit quibus omnes utimur, novum asserere non poteris Deum. Et Simon : Cum quinque sensibus constent omnia quæ sunt, nihil novum addere virtus illa cunctis eminentior potest. Et Petrus ait : Falsum est. Est enim et alius sextus sensus, id est prænoscendi ; isti enim quinque sensus scientiæ capaces sunt, sextus autem præscientiæ est, quem habuere prophetæ. Tu ergo quomodo potes Deum omnibus incognitum nosse, qui nec propheticum sensum, qui est præscientiæ, cognovisti? Tum Simon cœpit dicere : Hanc quam dico virtutem incomprehensibilem et eminentiorem cunctis, etiam ipso qui mundum condidit Deo, neque angelorum quisquam neque dæmonum novit neque Judæorum, neque ulla om-

[63] Deut. XIII, 1-3. [64] Matth. VI, 33. [65] Luc. XI, 52. [66] Matth. XI, 27. [67] Joan. V, 23.

Digitized by Google

nino quæ a conditore Deo substitit creatura. Quomodo enim poterat, quam Creator ipse non noverat, lex me ipsius Creatoris edocere, cum nec ipsa sciret quod doceret?

LII. Et Petrus : Miror, inquit, quomodo tu ex lege plus potueris discere, quam docere vel scire lex poterat? et quomodo horum quæ asserere vis probationes dicas te ex lege proferre, cum neque legem asseras nosse ea quæ dicis, neque eum qui legem dedit, id est mundi Creatorem? Sed et hoc miror, quomodo tu qui solus hæc nosti, hic modo cum omnibus stes brevis atrii hujus ambitu circumdatus. Et Simon videns cum omni populo ridentem Petrum : Rides, inquit, Petre, cum sermo de tantis rebus et tam eminentibus habeatur? Tum Petrus : Noli, inquit, indignari Simon, nihil enim præter promissionem nostram gerimus, neque aures nostras claudimus, ut dicebas, neque statim ut audivimus a te ineffabilia proferri in fugam versi sumus, sed ne loco quidem moti. Neque enim verisimilia saltem aliqua proferuntur abs te, quæ nos possint aliquatenus deterrere, aut certe aperi nobis intelligentiam dicti hujus, quomodo tu ex lege dideris Deum, quem lex ipsa nescit, et quem ipse qui legem posuit ignoret. Et Simon : Si, inquit, ridendo cessasti, evidentibus assertionibus comprobabo. Et Petrus ait : Quin desinam, ut possim discere a te, quomodo tu a lege dideris, quæ lex nescit et quæ ipse Deus legis ignoret.

LIII. Et Simon : Audi, inquit, manifestum est omnibus et ineffabili quadam ratione compertum, unum esse Deum, qui sit omnium melior, a quo omne quod est, sumpsit exordium, unde et necessario subjecta sunt ei omnia quæ post ipsum sunt, velut principi omnium et eminentiori. Ego ergo cum cognovissem Deum hunc qui creaverat mundum, secundum quod lex docet, in multis esse infirmum, longe autem abhorret infirmitas a perfecto Deo, et hunc viderem non esse perfectum, necessario alium esse intellexi qui esset perfectus. Hic enim, ut dixi, secundum quod Scriptura legis docet, in multis infirmus esse deprehenditur.[68] Primo quod homo quem plasmavit, non potuit permanere talis qualem ipse voluerat, et quia nec bonus est, qui primo homini posuit legem, ut ab omnibus quidem lignis paradisi ederet, de ligno autem scientiæ non contingeret, sed si gustasset moreretur. Cur enim vetaret eum vesci et scire quid esset bonum vel quid malum, ut sciens mala quidem vitaret, bona vero eligeret? Sed neque ipse hoc concessit, et quia ille præter mandatum gustavit et agnovit quid esset bonum, ac didicit honoris gratia verenda contegere (indecorum enim sensit revelatis pudendis stare ante Creatorem suum), ille eum qui honorem Deo deferre didicerat, morte condemnat et serpenti qui hæc ostenderat, maledicit. Sed utique si lædendus ex hoc erat homo, cur omnino lædendi causam in paradiso posuit? Si vero bonum erat quod in paradiso posuit, non est boni prohibere a bono.

LIV. Sic ergo cum is qui hominem fecit et mundum, secundum ea quæ lex refert imperfectus sit, alium sine dubio dat intelligi qui perfectus sit. Necesse est enim esse aliquem omnium præstantiorem, propter quem et omnis creatura ordinem suum servat. Unde et ego sciens, quia omnimodo necesse est esse aliquem benigniorem et potentiorem eo, qui legem dedit, imperfecto deo, ex comparatione imperfecti perfectum quid sit intelligens, ex ipsa Scriptura Deum illum de quo scriptum non erat, intellexi. Et hoc modo potui, o Petre, ex lege discere quod nesciebat lex. Quod et si lex non dedisset indicia, quibus colligeretur imperfectus esse Deus qui condidit mundum, mihi possibile erat, etiam ex his quæ in hoc mundo geruntur malis nec emendantur, colligere, vel quia impossibilis est creator ejus, qui male gesta non corrigit, si non potest, vel si non vult auferre mala, ipse malus sit, si vero neque potest neque vult, nec potens nec bonus sit. Et ex his necesse est colligi, quod alius sit Deus omnium præstantior et potentior. Ad hæc si quid habes dicere, non moreris.

LV. Petrus respondit : Solent ista, o Simon, absurda adversus Deum meditari hi qui legem non magistris tradentibus legunt, sed semetipsos doctores habent et putant se intelligere posse legem, quam sibi non exposuit ille qui a magistro didicerit. Verumtamen nunc, ut et nos secundum tuum sensum Scripturam legis sequi videamur, quia et impossibilem et non bonum dicis ostendi Conditorem mundi, quomodo non vidisti quod iisdem ipsis reprehensionibus succumbit et subjacet etiam ista virtus tua, quam dicis esse eminentiorem omnium? Eodem namque modo de ipsa dici potest, quia omnia quæ hic male geruntur, aut impossibilis est quæ non corrigit, aut si potest et non vult, mala est. Si vero neque potest neque vult, et impossibilis et imperfecta est. Unde non solum simili culpæ virtus ista tua nova, sed et deteriori invenitur obnoxia, si super hæc omnia etiam cum non sit, esse credatur. Nam is qui mundum creavit, hoc ipsum quod subsistit ex opere ejus quo mundum condidit, palam est, sicut etiam ipse confiteris. Ista vero virtus quam te solum scire dicis, nullum de se indicium præbet, per quod hoc ipsum saltem quod est et subsistit, possimus advertere.

LVI. Quale est ergo, ut derelinquamus Deum, in cujus mundo vivimus et omnibus ad vitam necessariis fruimur, et sequamur nescio quem, cujus non solum nihil consequimur boni, sed ne hoc ipsum quidem, quod sit, scire possumus, scilicet quia nec est; sive enim eum lucem appelles et luce ista quam cernimus clariorem, nomen ipsum a mundi Conditore mutuaris; sive substantiam dixe: is super

[68] Quæ sequuntur vocabula usque ad illa cap. seq. *ex comparatione*, etc., desunt in utroque cod. Lips.

Digitized by Google

omnia, intelligentiam hinc profers cum sermonis augmento; sive mentem, sive bonitatem, sive vitam, sive aliud quid memoraveris, hinc vocabula mutuaris. Cum ergo nihil novi de illa virtute quam dicis, non solum ad intelligendum, verum ne ad nominandum quidem habeas, quomodo introducis novum Deum, cujus nec appellationem quidem invenis novam? Virtus enim non solum Creator mundi dicitur, sed et ministri gloriæ ejus omnisque militia cœlestis. Non tibi ergo melius videtur esse, ut sequamur factorem nostrum Deum, tanquam patrem erudientem nos et imbuentem sicut ipse novit? Quod et si sit aliquis, ut tu dicis benignior omnium Deus, certum est quia non irascitur nobis, si vero irascitur malus est. Noster autem Deus si irascitur et vindicet, non est malus sed justus, proprios enim filios corripit et emendat. Ille vero qui nihil nobiscum habet negotii, si vindicare velit in nos, quomodo bonus erit? supplicia sumens de nobis, quod non derelicto patre nostro ipsum secuti sumus inanibus suspicionibus tracti, quomodo ergo iste talis bonus a te asseritur, qui nec justus intelligi potest.

LVII. Tum Simon : Tantumne erras, Petre, ut nescias, quia animæ nostræ a bono Deo sunt illo omnium præstantiore, sed captivæ deductæ sunt in hunc mundum? Et Petrus : Ergo non est omnibus incognitus, sicut paulo ante dicebas; et tamen quomodo indulsit bonus Deus captivitatem fieri animarum suarum, si erat super omnes potentior virtus? Et Simon : Ipse misit creatorem Deum, ut conderet mundum, sed ille, mundo condito, semetipsum pronuntiavit Deum. Et Petrus : Ergo non ignoratur ab eo qui condidit mundum, ut superius dixeras, sed neque animæ ignorant eum, siquidem ab ipso abductæ sunt. Cui ergo jam erit incognitus, si et mundi Creator novit eum, ut ab ipso missus, secundum ea quæ tu dicis, et omnes animæ tanquam ab ipso huc violenter abstractæ? Tum deinde dicas velim, qui mittebat conditorem mundi, non sciebat eum qui mittebatur, fidem non servaturum? si nesciebat præscius non erat, si vero præsciit et passus est, facti hujus ipse reus est, qui non vetuit; quod si non potuit, omnipotens non est. Si vero quasi bonum id sciens non prohibuit, invenitur ille esse melior qui præsumpsit facere id, quod ille qui mittebat ignoravit bonum.

LVIII. Et Simon : Volentes, inquit, ad se venire suscipit et ipsis benefacit. Et Petrus : Nec hoc novum est, hoc enim facit et hic quem mundi creatorem fateris. Et Simon : Sed bonus Deus tantum si agnoscatur salutem præstat (77), mundi autem conditor exigit etiam legem impleri. Et Petrus : Ergo et adulteros et homicidas salvat, si cognoverint eum, bonos autem et sobrios vel misericordes, si nullum de eo indicium capientes ignoraverint eum, non salvat. Magnum et bonum prædicas, qui non tam malos salvet, quam qui bonis nullam misericordiam præstet. Et Simon : Magnus sane labor est agnoscere eum homini in carne posito. Omnibus enim tenebris tetrius, et omni luto gravius est corpus hoc, quo circumdatur anima. Et Petrus : Ergo bonus iste Deus quæ difficilia sunt, quærit. Qui autem vere Deus est, faciliora expetit. Dimittat itaque nos quasi bonus apud Patrem et Creatorem nostrum, et quando discesserimus e corpore, et istas quas dicis tenebras reliquerimus, tunc eum facilius agnoscemus, et tunc magis anima conditorem suum esse intelliget Deum, et apud ipsum permanebit, nec ultra diversis cogitationibus fatigabitur, neque volet ad aliam confugere virtutem, quæ nulli cognita est nisi Simoni soli; quæ tantæ bonitatis est, ut nisi quis prius impius exstiterit in parentem suum, ad ipsam venire non possit. Nescio quomodo hæc virtus vel bona vel justa appellanda sit, cui placere non potest, nisi quis impie se gesserit in eum a quo factus est.

LIX. Et Simon : Non est impium, utilitatis gratia et lucri majoris confugere ad eum, qui opulentioris est gloriæ. Et Petrus : Si, ut tu ais, non est impium confugere ad alienum, multo magis pium est permanere apud proprium patrem, etiamsi pauper sit. Aut si [69] non putas esse impium, ut relicto patre nostro confugiamus ad alium quasi meliorem, neque indignari credis pro hoc creatorem nostrum, multo magis bonus Deus non indignabitur, quod cum essemus ab eo alieni, non confugimus ad eum, sed permansimus apud Creatorem nostrum; et puto quod ex hoc magis collaudabit nos, quia fidem servamus Creatori nostro Deo, considerans quia si sui ipsius fuissemus, nunquam relinquentes ipsum seduci illecebris potuissemus alienis. Nam si qua opulentioribus illectus pollicitationibus, relicto proprio parente confugiat ad alienum, potest fieri, ut iterum relicto eo, ad alium pergat qui majora promiserit, eo magis quod ipsius proprius non erat filius, quippe qui etiam eum, qui ei natura pater erat, relinquere potuit. Et Simon (78) : Quid si ab illo sunt animæ, et ignorant eum, et ille est vere pater ipsarum?

LX. Et Petrus : Satis, inquit, ostendis eum invalidum. Nam si potentior, ut ais, omnibus est, nunquam potentiori invalidior spolia [70] detraxisse credendus est [71], aut si potuit vi ab eo animas de-

[69] *Aut si—relinquere potuit* non leguntur in cod. Lips. [70] Luc. XI, 22. [71] *Detraxisset. Videris mihi*, etc. Reliqua desunt in cod. Lips.

## COTELERII NOTÆ.

(77) *Bonus Deus tantum si agnoscatur, salutem præstat.* Eadem docet Simon, apud Irenæum lib. I, cap. 20.

(78) *Et Simon* Additur in codice Carmelit. scholium : *Creator mundi corpora condidit, in quibus animas quæ sunt Dei magni violenter inclusit : et ideo animæ non ad alienum, sed ad patrem suum dum redierint, ad istum redire non possunt.*

Digitized by Google

ducere in hunc mundum creator Deus, quomodo eas corpore emissas et captivitatis vinculis resolutas, bonus Deus vocabit ad pœnam, quæ per ipsius vel desidiam vel infirmitatem, abstrahi ad hunc locum et involvi corpore quasi tenebris ignorantiæ potuerunt? Videris mihi ignorare quid sit Pater et Deus, verum et animæ unde sint vel quando et quomodo factæ, possem dicere, sed hæc nunc tibi aperire fas non est, in tanto errore posito de scientia Dei. Tum Simon: Erit, inquit, tempus quo pœnitebit te, quod dicentem me de ineffabili virtute non intellexeris. Et Petrus: Da ergo nobis, ut sæpe jam dixi, tanquam novus Deus aut qui ab illo descenderis sensum aliquem novum, per quem novum quem dicis Deum possimus agnoscere; isti enim quinque sensus, quos nobis dedit creator Deus, Creatori suo fidem servant, nec alium quemquam esse sentiunt Deum, hoc eis ipsa sui præstante natura.

LXI. Ad hæc Simon: Adhibe, inquit, animum ad ea quæ dicturus sum, et facito eum invisibilibus semitis incedentem, pervenire ad ea quæ tibi demonstravero. Ausculta ergo nunc: nunquamne in cogitatione positus extendisti mentem tuam in regiones vel insulas porro positas, et ita in eis fixus animo mansisti, ut ne præsentes quidem videre aut temetipsum scire ubi sederes, præ suavitate eorum quæ habebantur in oculis, posses? Et Petrus ait: Verum est, Simon, hoc mihi frequenter accidit. Et Simon: Ita et nunc sensum tuum extende in cœlum, et iterum super cœlum, et vide quia debet esse aliquis locus qui sit ultra mundum vel extra mundum, in quo neque cœlum sit, neque terra, neque umbra horum etiam ibi tenebras operetur, et ob hoc cum neque corpora aliqua in eo sint, neque ex corporibus tenebræ, necessario sit lumen immensum; et lumen considera cujusmodi esse possit, cui tenebræ nullæ succedunt. Nam si universum hunc mundum solis hujus replet lux, quantum æstimas esse illud incorporeum lumen et infinitum? tantum sine dubio, ut istud solis lumen ad illud tenebræ et non lux esse videatur.

LXII. Hæc cum diceret Simon, Petrus respondit: De utroque ergo patienter ausculta, id est et de exemplo extendendi sensus et de immensitate lucis. Scio meipsum, o Simon, aliquando in cogitatione positum extendisse sensum meum in regiones, ut ais, et insulas procul positas, easque mente non minus quam oculis perspexisse. Cum essem apud Capharnaum in captura piscium positus, et sederem supra saxum, hamum setæ innexum et decipiendis piscibus aptatum habens in manu, ita ut hærentem ei non senserim piscem, dum mens mea per desiderabilem mihi Jerusalem distenta percurreret, ad quam sane oblationum gratia et orationum vigilans frequenter ascenderam. Verum et Cæsaream hanc mirari ab aliis audiens, et desiderare solebam, et eam in qua nondum fueram, videre mihi videbar, et cogitabam de ea quæ conveniret de civitate magna cogitari, portas, muros, lavacra, plateas, angiportus, fora et horum consequentia, secundum ea scilicet quæ in aliis urbibus videram, et in tantum intentione hujuscemodi intuitus delectabar, ut vere, sicut ipse dixisti, nec præsentem atque astantem viderem, nec ipse ubi sederem, nossem. Et Simon: Modo, inquit, recte dicis.

LXIII. Et Petrus: Denique cum piscem maximum qui hamo inhæserat, mente occupatus habere minime sentirem, et id quidem cum hami lineam de manibus meis violenter arriperet, stupentem me videns frater meus Andreas qui mecum sedebat, ac pene casurum, latus fodiens cubito velut dormientem excitat dicens: Non vides, Petre, quam magnum piscem ceperis? nunquidnam mente excidisti, quod sic attonitus stupes? quid est quod pateris? dic mihi. At ego indignatus ei paululum, quod me a dulcedine eorum quæ intuebar abstraxerit, respondi nihil me mali pati, sed animo desiderabilem mihi intueri Jerusalem, simulque Cæsaream, et corpore quidem cum ipso esse, mente vero illuc penitus auferri. At ille nescio unde inspiratus, reconditum et secretum veritatis protulit verbum.

LXIV. Desine, inquit, Petre; quid est quod agis? hi enim qui dæmone incipiunt repleri vel moveri mente, hujuscemodi initia habent, per phantasias primo ad jucunda quæque et delectabilia transferuntur; deinde ad ea quæ non sunt, vanis et inanibus motibus effunduntur. Hoc autem accidit ex languore quodam animæ, quo ea quidem quæ sunt non vident, desiderant vero adducere ad conspectus suos ea quæ non sunt. Sed et illis ita accidit, qui phrenesin patiuntur et videntur sibi multas imagines videre, pro eo quod nimietate frigoris vel caloris anima ipsorum convulsa et emota locis suis, errorem patitur ministerii naturalis. Sed et hi qui laborant siti, eum in soporem venerint, flumina et fontes videre sibi videntur ac bibere; hoc autem patiuntur ariditate intemperati corporis laborantes. Propter quod certum est, hæc vitio quodam vel animæ vel corporis fieri.

LXV. Denique ut accipias rei fidem de Jerusalem quam sæpe videram, dicebam fratri meo, quæ loca quosve conventus visus mihi fuissem videre. Sed et de Cæsarea quam nunquam videram, nihilominus contendebam, quod esset talis, qualem mente et cogitatione conceperam. Cum autem venissem huc, nihil omnino simile respiciens eorum quæ per phantasias videram, reprehendi memetipsum et notavi valde, quia ex aliis quæ videram, portas ei et muros aliasque ædes, revera similitudinem ex aliis capiens dederam. Neque enim quis potest novum aliquid, et cujus forma nulla unquam exstiterit, cogitare. Nam et si velit aliquis tauros cum quinis capitibus ex sua cogitatione formare, ex istis quos vidit cum singulis capitibus, illos quinis capitibus fingit. Et tu ergo nunc, si vere aliquid tibi

Digitized by Google

videris tua cogitatione perspicere, et supra cœlos intueri, non dubium quin ex his ea consideres quæ in terris positus vides. Aut si putas facilem menti tuæ accessum esse super cœlos, et considerare te posse quæ illic sunt, atque immensæ illius lucis scientiam capere, puto ei qui illa potest comprehendere, facilius esse ut sensum suum qui illuc novit ascendere, in alicujus nostrum qui assistimus, cor et pectus injiciat et dicat, quas in eo cogitationes gerat. Si ergo potes alicujus nostrum, qui tamen non sit erga favorem tuum occupatus, enuntiare cogitationes cordis, poterimus tibi fortasse credere, quod et ea quæ super cœlos sunt, scire potueris, licet illa multo sint celsiora.

LXVI. Ad hæc Simon : Qui vero, inquit, multas nænias texuisti, audi jam nunc. Impossibile est omne quod ad cogitationem hominis venerit, non etiam re ipsa ac veritate subsistere; quæ enim non subsistunt, nec speciem habent, quæ autem speciem non habent, nec cogitationi possunt occurrere. Et Petrus : Si omne, inquit, quod ad cogitationem venire potest, subsistit, istum quem dicis extra mundum esse immensitatis locum, si eum quis in corde suo lumen esse cogitet, alius vero tenebras, quomodo poterit unus atque idem locus secundum eos, qui diversa de eo cogitarunt, et lumen esse et tenebræ? Et Simon : Omitte nunc ista quæ ego dixi, tu quid esse putes super cœlos dicito?

LXVII. Et Petrus : Si de vero, inquit, fonte luminis crederes, possem te docere, quid et quomodo esset quod immensum est, et non phantasiam vanam, sed consequentem et necessariam rationem redderem veritatis, nec assertionibus sophisticis, sed legis et naturæ testimoniis uterer, ut scires quia immensitatis fidem præcipue continet lex. Quod si immensitatis ratio non latet legem, nihil profecto aliud eam latere potest, et ideo falsum est, quod putasti esse aliquid quod ignoret lex. Multo autem amplius nihil latebit eum, qui legem dedit. Nec tamen possum tibi aliquid de immensitate et his quæ sine fine sunt loqui, nisi prius de his, qui certo fine terminantur cœlis, rationem vel receperis nostram, vel ipse protuleris tuam. Quod si de his quæ certis finibus concluduntur intelligere non potes, multo magis de his quæ sine fine sunt, neque scire aliquid poteris neque discere.

LXVIII. Ad hæc Simon : Melius, ait, mihi videtur simpliciter credere, quia Deus est, et quia solum istud quod videmus, sit cœlum in universo mundo. Et Petrus : Non ita, inquit, sed unum quidem confiteri convenit Deum qui vere est; cœlos autem esse (79) qui ab eo facti sunt, sicut et lex dicit, quorum unum cœlum sit superius, quo continetur etiam visibile firmamentum, illud esse perpetuum et æternum cum his qui habitant ibi; istud autem visibile in consummatione sæculi resolvendum esse et transire, ut illud cœlum quod est antiquius et excelsius post judicium sanctis et dignis appareat. Ad hæc Simon respondit : Hæc ita esse, ut tu dicis, credentibus possint videri, ei autem qui horum exspectat rationes, impossibile est ex lege proferri et præcipue de immensitate lucis.

LXIX. Et Petrus : Noli, inquit, putare nos quod hæc fide sola recipienda esse dicamus, sed et ratione asserenda. Neque enim tutum est nudæ hæc fidei absque ratione committere, cum utique veritas ratione non careat. Et ideo [72] qui hæc ratione munita susceperit, perdere ea nunquam potest, qui vero absque assertionibus ea suscipit simplicis sermonis assensu, neque servare ea tuto potest, neque si vera sint certus est, quia qui facile credit facile et recedit; qui autem rationem quæsivit eorum quæ credidit, et accepit, quasi vinculis quibusdam rationis ipsius colligatus, nunquam ab his quæ credidit, divelli aut separari potest. Et ideo quanto quis propensior fuerit in expetenda ratione, tanto erit firmior in conservanda fide.

LXX. Ad hæc Simon : Magnum est, inquit, quod repromittis ut immensæ lucis æternitas ex lege possit ostendi. Cumque Petrus dixisset : Quando volueris, Simon ait : Quoniam hora jam multa est, crastino astanti mihi et renitenti, si probare potueris factum esse hunc mundum et animas esse immortales, habebis me adjutorem prædicationis tuæ. Et cum hæc dixisset, egressus est, secuta autem est eum ex omni populo qui cum ipso venerat pars tertia, qui erant quasi mille viri; cæteri vero flexis genibus prostrabant se Petro, super quos ille invocato Dei nomine, alios dæmonia habentes curavit, alios etiam languentes sanavit, et ita lætantem populum dimisit, mandans eis, ut in crastinum diem maturius convenirent. Petrus vero cum recessissent turbæ, sterni jussit humi sub aere atrii nudo ubi fuerat disputatum, et recubuit una cum illis undecim, ego vero cum aliis quibusdam, qui et ipsi initia audiendi verbi Dei acceperant et erant charissimi, recumbens sumebam cibum.

LXXI. Sed benignissimus Petrus considerans, ne forte tristitiam mihi inferret ista sequestratio, ait ad me : Non pro superbia, o Clemens, convivium non ago cum his qui nondum purificati sunt, sed vereor ne forte mihi quidem noceam, ipsis autem

[72] *Et ideo — separari potest* desiderantur in utroque cod. Lips.

## COTELERII NOTÆ.

(79) *Cœlos autem esse.* De cœlo et cœlis multa sancti Patres, atque contraria : sed ea, ut et majorem *Recognitionum* partem, quod ad humanas disciplinas potius spectent, quam ad theologiam, notis illustratum non imus.

Digitized by Google

nihil prosim. Hoc enim pro certo scire te volo, quia omnis qui idola coluit aliquando, et eos quos pagani nominant deos, adoravit vel de immolatis eorum degustavit, spiritu immundo non caret; conviva enim factus est dæmonum, et participium sumpsit ejus dæmonis cujus in mente sua speciem, vel timore vel amore formavit [73]. Et per hæc mundus non est a spiritu immundo, et ideo purificatione indiget baptismi, ut exeat ab eo spiritus immundus, qui interiores animæ ipsius insedit affectus [74], et quod est deterius, nec quod intrinsecus lateat indicatur, uti ne publicatus fugetur.

LXXII. Amant enim isti spiritus immundi inhærere corporibus hominum, ut ipsorum ministerio cupiditates suas expleant, et ad ea quæ ipsi desiderant inclinantes animæ motus, suis eos parere libidinibus cogant, ut efficiantur ex integro vasa dæmonum. Ex quibus unus est Simon hic, qui tali quodam morbo comprehensus nec sanari jam potest, quia voluntate et proposito ægrotat. Nec contra voluntatem ejus habitat in eo dæmon, et ideo [75] si eum quis fugare velit et expellere ab eo, cum sit inseparabilis, et, ut ita dicam, anima jam ejus effectus, videbitur magis necare eum et homicidii crimen incurrere. Nemo ergo vestrum contristetur a convivio nostro separatus, tempore enim aliquo observare debet unusquisque sane quanto ipse voluerit. Parvo enim tempore sequestratur qui cito voluerit baptizari, multo autem qui tardius. Unusquisque ergo in sua habet potestate, breve aut longum pœnitentiæ suæ tempus exigere, et ideo in vobis est, quando velitis ad nostram convenire mensam, et non in nobis, quibus permissum non est sumere cum aliquo cibum, nisi fuerit baptizatus. Vos ergo magis nos prohibetis a vestro convivio, si ad purificandum moras habeatis et tardius baptizemini. His dictis cum benedixisset, cibum sumpsit. Et post hæc cum gratias egisset Deo, ingressus quievit, similiter autem et nos omnes, erat enim jam nox.

[73] I Cor. x, 20. [74] Quæ sequuntur vocabula usque ad finem hujus cap. desunt in codd. Lips. omnia. [75] *Et ideo—crimen incurrere* non inveniuntur in codd. Lips.

# LIBER TERTIUS.

I. Interea Petrus gallorum cantibus surgens et excitare nos volens invenit vigilantes, vespertino adhuc lumine perdurante, cumque ex more salutavisset et resedissemus omnes, ita exorsus est : Nihil est difficilius, fratres mei, quam de veritate apud permisti populi multitudinem disputare. Quod enim est, omnibus ut est dici non licet, propter eos qui maligne et insidiose audiunt; fallere vero non expedit propter eos qui sincere audire desiderant veritatem. Quid ergo faciet cui ad indiscretum populum sermo est; occultet quod verum est? Et quomodo instruet eos qui digni sunt? Sed si meram proferat veritatem his qui salutem consequi non desiderant, illi a quo missus est injuriam facit, a quo et mandatum accepit, ne mittat verborum ejus margaritas ante porcos et canes [76], qui adversum eas argumentis ac sophismatibus reluctantes, ipsas quidem cœno intelligentiæ carnalis involvant, latratibus autem suis et responsionibus sordidis rumpant et fatigent prædicatores verbi Dei. Propter quod et ego in plurimis circuitu quodam verbi utens tentare nitebar, ne principalem de summa Divinitate intelligentiam minus dignis auribus publicarem. Et post hæc incipiens (80) de Patre et Filio et Spiritu sancto, breviter nobis et evidenter exposuit, ut omnes audientes miraremur quomodo homines, derelicta veritate, conversi sunt ad vanitatem.

II. [Hæc Petro dicente [77] (81) Aquila ait : Recte dixisti, propterea nobis dicito quæ veritatis sunt propria. Et Petrus : De quibus vultis interrogate me. Et Aquila ait : De principio et principiis verbum disputa, et de eo quod reprehendit Simon quasi inconveniens, Filium Dei dici Christum, ne similia plantationibus et cæteris inanimatis pati videatur Deus. Petrus autem videns omnes hoc ipsum volentes audire, omnem rationem ita exposuit :

III. Principii nomen (82) in multis et diversis

[76] Matth. vii, 6. [77] Ista quæ sequuntur usque ad finem cap. 12, in cod. mss. plerisque iisdem optimæ notæ desunt, et tantum habent vel obscuritatis vel erroris ut spuria ea esse et ab hæretico quodam recentioris ætatis intrusa non dubitemus.

## COTELERII NOTÆ.

(80) *Et post hæc incipiens... ad vanitatem.* Hæc periodus exstat in libris editis et in ms. Reg.; at in Sorb. et Th. transfertur ad finem cap. 11, ubi eam vide.

(81) *Hæc Petro dicente.* Codex Candelerianus hoc caput et sequentia novem continet, quemadmodum Sorbonicus et Thuanus : Carmeliticus autem et ille Petri Petiti Regio similes sunt, librisque impressis. Nec dubium, quin ad illa pertineant quæ Rufinus abstulit, de ingenito Deo genitoque disserta, de Filio creato, de aliis nonnullis, periculosa, obscura, intrusa, Eunomiana; quæque veteres Ebionitica censuerunt, Ariana, et additicia. Nescio quis igitur quod a Rufino prætermissum fuerat, sibi sumpsit ut interpretaretur. Vide *Clementina*, hom. 16, cap 16. Ista vero usque ad cap. 12 desunt in impressis: desumpta autem sunt ex cod. Sorb. et Th.

(82) *Principii nomen*, etc. In marg. ms. Th. hæc leguntur : *Caute legi oportet hanc scripturam, quia nescientibus facile error subrepere potest. Usque ad simile signum legere noli.* Vid. infra notam ejusdem cod. ad cap. 12.

Digitized by Google

nuncupatur rebus, sensibilibus scilicet et intelligibilibus. Sed ne ante experimentum sensibilium ad intelligibilia declinare videamur, decet primo a visibilibus incipere, ut de proximo sumentes exemplum iterum ad intelligibilium veniamus comprehensionem. Quo modo sol verbi gratia in principium vel principatum diei constitutus est, luna vero e contrario noctis [78]; hæc autem ut principatum gerant constituta sunt, a quo etiam ut essent in principio acceperunt. Qui autem hæc composuit, cœlum et terram prius condidit, præter hæc autem terrestria et inaquosa et volatilia animalia composuit, arbores quoque et herbas et post hæc hominem, non ut essent hæc tantum principium sumens, sed etiam ut viverent secundum mandatum Dei. Ita ergo multa quidem possunt esse principia, ei autem qui est, principia non sunt. Unum est enim principium et unum sine principio principium, quæ autem post hæc sunt, abusive dicuntur (si quidem dicuntur) principia. Præveniens autem exposui causam hujus exempli, a sensibilibus scilicet ad intelligibilia, ut hac via usi firmam et certam de intelligibilium traditione possideamus tuitionem. Sine principio ergo dicimus Deum ineffabili providentia demonstrante, qui non a se ipso factus est nec a se ipso genitus; est enim sine principio et ingenitus. Ingeniti autem appellatio non quid sit, nobis intelligere dat, sed quod non est factus; αὐτοπάτορα vero et αὐτογένητον, hoc est ipsum sibi Patrem ipsumque sibi Filium qui vocaverunt illud quod ingenitum, contumeliam facere conati sunt dubiis deservientes rationibus. Indigere enim nativitate illud quod erat priusquam nasceretur, parvulorum more intelligentes putarunt, et illud quod fuerat, pro eo quod fuerit ponentes, quasi per se ipsum factum dicere insania insanierunt, et plantationibus comparare illud quod est ingenitum, ut dæmoniosi ausi sunt. Hæc autem omnia in impietate constituta consequentem habent ignorantiam. Non enim intellexerunt hoc ipsum dicentes et fuisse et non fuisse. Quatenus enim genuit, fuit, quatenus vero natum est, non fuit. Non fuisse ergo eum constat quatenus natum est, fuisse autem eum constat quatenus genuit. Hæc autem utraque dicere simul eumdem sustinuisse, non permittit pietatis professio.

IV. Deinde etiam communes cogitationes sollicite a se repellunt tantam blasphemiam, dignum honorem ingenito deferentes. Quidnam igitur quis interrogatus dicat eorum qui impie appellaverunt? nisi quia fuit priusquam esset, ipse sibi Pater, qui esse habuit antequam sibi ut esset præstitisset. Αὐτοπάτωρ et αὐτογενής, hoc est ipse sibi Pater et ipse sibi Filius, qua ratione dicatur, et cum quidem non fuisset quod esset, ante exstans intelligentiæ signum? Audes autem factum dicere a semetipso illud quod ineffectum est? Putaverunt autem hujusmodi cum disciplina se hoc dicere, sicut ebrii, qui umbras pro foveis existimant. Propter quod ante omnia oportet nos immortalium scrutationem facientes incipere a Dominicis traditionibus, ubi mortalium conditionem ab immortalibus separans, docuit nos pericula et tentationes usque ad ipsam mortem sustinere propter spem bonorum regni, dicens: *Nolite timere eos qui occidunt corpus, animas autem non possunt occidere, timete autem eum qui potest et corpus et animam perdere in gehennam* [79]. Et vere si non commoritur corpori anima, non utique dividitur nec aliud aliquid patitur de his quæ patitur corpus, verbi gratia influxionem vel defluxionem, tenuitatem aut crassitudinem, sanitatem vel infirmitatem, abscisionem aut conjunctionem. Sed et in ipsa hominum procreatione nihil committit anima secundum defluxionem, sed in omni quidem motu stat videlicet substantia immutabilis, diverso autem motu ad aliud et aliud corpus incitat pati. Fluit ergo et patitur substantialiter corpus, sicuti experimento cognoscitur, post illam natorum coagulationem exinanitione uteri facta, propter crementum infantis impellentis et impulsi velut in luctamine, verbo Conditoris: Quod enim coagulatum est festinat egredi; quod autem coagulavit cupit exponere. Causa vero hæc transfert ipsas passiones ad successionem ejusdem rei, facta autem passione commune periculum sæpius quam speciale contingit.

V. Sed et omne quod servit muliebribus desideriis, promovetur et præmeditatur naturaliter secundum uniuscujusque ætatem, verbi causa aliter puer, aliter vero adolescens, aliter autem vir. Nam infans quidem in virtute habet horum operationem, nondum autem in virtute habet etiam animæ motus; adolescens vero paratus quidem ad destinatum, nondum vero digestionis habet usum; vir autem conspirans possidet perfectionis propositum. Et non ex illis solis dicendum est, animam immortalem, corpus vero fluens, sed etiam ex his, quæ ad eam constant in communem personam mandatis, quæ ait Dominus: *Dictum est antiquis: Non mœchaberis; ego autem dico: Nec in aspectum desiderio servies* [80], nimis caute loquens. Si enim corpus naturaliter obligatum est femineis commistionibus, magis autem servire coactum his quæ accepit, ut esset et in schemate (83) haberet, quod et principale est carnalis procreationis, quo modo quis suspicetur corpori esse dictum: *Non mœchaberis, ego autem dico nec desiderio servies*, et non potius ei, quæ libera est substantia, talium passionum potestatem habens laxare vel refrenare secundum operationem corpus, hic melioris rei manda-

[78] Gen. I, 16. [79] Matth. x, 28. [80] Matth. v, 27.

COTELERII NOTÆ.

(83) *In schemate.* Id est in sexu. Vide Constit. VI, 14. Infra cap. 8.

Digitized by Google

tum insinuatur? Sic enim et futura sperantes non irascimur, et furorem cohibemus et mulieres despicimus spe futurorum sensum sublevantes, ut dixi, non omne quod sumus servile habentes femineis operationibus, sed aliud quidem serviens naturæ quod est corpus, sicut ostendimus, aliud vero liberum, mentem, quod est motus animæ immortalis.

VI. His igitur ita se habentibus, vestigium optimum ad intelligibilium comprehensionem invenimus cum Deo dicente. Incedamus ergo per eum sine periculo, utentes animæ immortali gubernaculo, ultra non sinentes irruere passionem carnalem illi immortali et intelligibili substantiæ, honorem tantum unicuique intelligibilium sequestrantes, quantum ei is quem esse vel præesse constat Deo permittit. Est enim primum, quod est ingenitum, cui et prophetæ testimonium perhibent : *Ego Deus primus, et ego post hæc, et præter me Deus non est*[81]; hoc vero subauditur esse sine initio et ingenitum.

VII. Clemens vero et cæteri interrogaverunt, quid est hoc Ingenitum, audire volentes. Et Petrus animadvertens ait : Non modicum periculum est de eo, quod sine principio est loqui vel audire, vos vero pro desiderio eorum quæ dicta sunt, immensitatem irruere periclitamini; et me hoc pati ut video captatis, qui putatis posse mihi de illo quod ineffabile est subripere. Moneo autem vos fratres et conservi, non quid sit quærere, sed quia est tantummodo audire desiderare. Et de hoc plus aliquid dicere non oportet. Est Ingenitum non sola appellatione honorandum, est enim et sine initio; hoc autem sine initio et Ingenitum est Deus, quod a sola opinione eorum quæ facta sunt annuntiatur, a se ipso autem comprehenditur. Non enim inveniet aliquid sui primo fuisse, et aliquid postea factum conspicere sui, eo quod sine principio eum esse constet; hæc autem eorum quæ facta sunt visitatio, propter quod illud quod est ineffabile, ad inquisitionem sui, quod fuerit ante prævidere quam fuerit, spatium non habet; non enim secundatur ab eo qui est ipsius essentiæ curiositas. Novit igitur se ipsum, qui non interrogat se de se ipso. Sed hæc quidem etiam plus quam oportet diximus, amat enim illud quod est Ingenitum, silentio honorari tantummodo. Sine principio ergo hanc substantiam, secundum quod sentire potuimus, absque periculo suscepistis..

VIII. Qui ergo esse non inchoavit prædictus Deus, genuit primogenitum omnis creaturæ, sicuti Deum decuit; non se immutans, non se convertens, non se dividens, non defluens, non extendens aliquid. Mementote enim quia hæc corporum sunt passiones, quas etiam animæ tribuere subterfugimus, timore ne forte immortalitas ei his attributis auferatur. Genuit ergo Deus, quod et facturam vocare didicimus (84), hoc ipsum ergo vocare et genituram et facturam et reliqua horum vocabulorum, illud quod sine schemate constat genitoris specimen, ponere permittit. Quibus enim est differentia schematum, in ipsis necesse est observanda genitura et factura. Manendo ergo genuit Deus, non passus divisionem aliquam. Non enim honorabilius est Deo et hoc Ingenito illud quod est, eo quod non est velut genitum. Volens enim non tardam habuit virtutem ad quod voluit, nec excessit virtus voluntatem; sed secundum mensuram, qualem voluit, talem et genuit. Si enim manendo, non patiendo, necessitati crassitudinis corpora servientia umbras exstare faciunt, quanto magis ingenitæ virtuti subsequentem demus Unigenitum voluntate procedentem. Sicuti autem rursus præintelliguntur umbris corpora, ita et plus præintelligitur et ingenita substantia genitæ, etiam si ex eo quod erat, ut esset accepit. Idcirco igitur vere et genitura et factura et creatura competenter appellatur, quia substantia non est Ingenitum. Memor sum sane Simonem accusasse nos blasphemiæ, eo quod diceremus Filium Dei Christum, tanquam hominibus et plantationibus Deum æquantes; vos vero ex desiderio discere festinate.

IX. Omnibus autem libenter annuentibus ait Petrus : Manifesta est hujus incredulitatis via, o Aquila et cæteri. Qui enim pro certo nescierit, opinionem autem usque ad auditum susceperit, credere timet, cum facile possit excusationem ipsius incredulitatis a se abjicere præ gaudio ejus quod promittitur, assumptus publicare illam quam habuit de eo quod quæritur incredulitatem, cupiditate discendi non dubitat. Sed in secundo de hac re sermo, ne quando abstrahens vos incerta fidei spes excipiatur pro fide in inquisitionem. Ubique autem præferatur nobis Deus et de ipso cogitatus. Ultro inviolabilis exstans Deus ingenitus, operationemque voluntate virginaliter custodivit. Quod autem non est Ingenitum, ultro virgo esse non potest. Factum est enim, tanquam sub tactum genitoris et factoris adductum. Intelligatur autem qualiter Deum decuit Unigenitum generare et primogenitum omnis creaturæ, sed non quasi ex aliquo; hæc enim animantium et inanimantium est servitus. Sed nec in operationem veniens ipse sui aliquid genuit; non enim maneret inviolabilis et impassibilis, operatus

[81] Isa. XLIV, 6.

## COTELERII NOTÆ.

(84) *Genuit ergo Deus, quod et facturam vocare didicimus*, etc. Sic Ariani γέννημα, ποίημα, κτίσμα confundebant, eaque nomina tribuebant Filio, quem et substantiam genitam solebant appellare. Atque observatum fuit a viris doctis, non abstinuisse ante Arium quosdam antiquos Patres tribus postremis locutionibus, et consimilibus aliis. De substantia genita diximus ad Ignatium.

Digitized by Google

in seipso; impietatis autem plena sunt hæc de ingenito suspicari, periclitantur enim filii impiorum pie se putantes intelligere, magnam blasphemiam Ingenito ingerendo, masculofeminam eum existimantes. Memor sum sane ejus qui commonuit nos, fratres.

X. Manendo ergo genuit Deus voluntate præcedente (85), sicut prædictum est. Propterea Unigenitus vere appellatur; ex ingenito enim habet quod est et Filius vere appellatur, ab innato enim natus est. Sed tamen voluntate controversiam noxiam mansuete paulatim relaxantes eorum, qui audent dicere infectum a facto appellatione sola distare, et illud quod genite distinctum est, adversus innatum esse substantiam ingenitum affirmare. Quod si ita dicitur, quod quidem dicitur non est, quod autem est non dicitur. Est enim infectum substantia, si autem dicitur factum, detestatur quod non est appellatum, maxime autem ultro rationabili exstante Deo et ultro sine principio, quod modo non sit impossibile; magis autem impium est, et id quod ultro est rationabile ultroque ingenitum, non sibi ipsi magis vellet esse conjunctum, quam dualitatis subire ordinem, honorabiliorem existimans nativitatem innatæ perseverantiæ. Unum enim non est, neque ipsum sibi præcipit dicens : *Sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum* [82]. Sed neque contendit adversus se ipsum, ut aliquid videlicet ejus permaneret ingenitum, aliquid vero nativitati subjiceretur : scire quoque atque præscire ingenite aliquid sui nasciturum, aliquid vero generaturum; omnino videlicet honorabiliorem se sibimetipsi non ignorans esse futurum, aliquid quidem præcipientem, aliquid vero præceptum accipientem, illud verbi gratia quod dictum est : *Sede a dextris meis*, vel etiam illud quod ad missionem pertinet aut quod ipse semetipsum præferens collaudaverit, dicens : *Et vidit Deus, quia bona* [83], postquam ab Unigenito sex diebus effecta sunt quæ facta esse constat, immutabilem videns suam voluntatem in consummationibus Unigeniti divinæ operationis.

XI. Si autem ingenitus non est factus Pater aut sui ipsius factor, sicut ostendimus; quomodo utique faceret aut generaret ex se ipso aliquid, quod nativitatem et facturam usque ad appellationem non recepit? Non enim quod est per hæc habet; ista autem de Deo dicere impium est. Manifesta enim est his qui vel modicum quidpiam videre possunt, illa ingeniti, impassibilis, innata substantia. Si vero et post nativitatem substantia nunquam ad dissensionem surrexit et hoc numero distans, nec enim est Autopator, hoc est sibi ipsi pater, quomodo non magis innascibili consensu permanere diligeret, quod ingenitum quidem erat substantia, genitura vero in dualitatem dinumerata. Hujus namque inconvenientiæ mater quidem est ignorantia de Deo, cooperatrix vero et soror negligentia de Spiritu sancto. Spiritus autem sanctus pignus ad conservationem eorum quæ a Domino data sunt nobis (quem non post multos dies assumptionis ejus accepimus), habet quod est ab Unigenito, plenissima declaratio virtutis ejus; sicut unigenitus et omnium primogenitus imago est immutabilis ingenitæ virtutis, imago scilicet unica, immaculata manens, visionem ingeniti cum sit visibilis, præstat intelligibilibus et sensibilibus; quo modo si quis solem verbi gratia ostendere volens aut aliud aliquid, his qui non possunt per se ipsos eum videre, sit autem illis necessitas videre solem, temperans obtutibus ipsam necessitatem, per speculum quidem solem ostendere festinat, et non solem afferens injicit speculo; ita et Unigenitus ipse quidem ingenitus non est, ingenitum vero totam in se demonstrat virtutem cum sit talis ac tantus deitate; ab his vero qui non diligenter inquisierunt ingenitus suspicabatur, apud quos vero præcedit ipsa inquisitio timorem Dei (86), non solum dicere aliquid tale recusant, sed etiam cogitare cavent. Cum ergo unus sit ingenitus et unus genitus, Spiritus sanctus Filius dici non potest, nec primogenitus; factus est enim per factum (87), subconnumeratur autem Patri et Filio, tanquam primum secundi per factum virtutis signaculum. Etenim ipse Patris ferens æquipondera voluntate, innatæ perseverantiæ in imagine operationem, post ingenitum consequenter bene connumeratus est. Multa autem et alia de Patre, et Filio, et Spiritu sancto breviter nobis et evidenter exposuit, ut omnes audientes mirarémur, quomodo homines derelicta veritate conversi sunt ad vanitatem.]

XII. Sed cum illuxisset dies (88), ingressus est quidam dicens : Multitudo plurima exspectat in atrio, in quorum medio stat Simon, persuasionibus pessimis prævenire aures populi cupiens. Et Petrus statim egressus stetit in loco quo pridie disputaverat, omnisque ad ipsum populus conversus cum gaudio intendebat in eum. Simon vero ubi sensit gavisum esse populum de conspectu Petri, et erga affectum ejus moveri, obstupefactus ait : Miror hominum stultitiam, qui me magum dicunt et Petrum

[82] Psal. cix, 1. [83] Gen. i, 31.

## COTELERII NOTÆ.

(85) *Genuit Deus voluntate præcedente.* Dicere debuit, voluntate comitante, aut concomitante, ut loquuntur theologi. Pari modo paulo post, recte scripsisset : *Unus enim non est, neque ipse sibi præcipit*, pro, *unum enim non est, neque ipsum sibi præcipit.*

(86) *Ipsa inquisitio.* Forte, *ipsam inquisitionem timor Dei.* Sic ms. Cand.

(87) *Factus est enim per factum.* Forsan Græce habebatur γέγονε γὰρ διὰ τοῦ γενητοῦ, quod melius verti potuisset : *Exstitit enim per eum qui ortus est.*

(88) *Sed cum*, etc. In marg. ms. Th. : *Ab isto loco secure legere potes.*

Digitized by Google

diligunt, cum utique olim habentes notitiam mei, me magis diligere deberent. Et ideo ex hoc indicio, qui habent sensum possunt intelligere, quia magis Petrus magus videri potest, cum mihi, cui ex consuetudine debitus propemodum est, non defertur affectus, illi autem, cui nullo usu debetur, abundanter expenditur.

XIII. Et cum multa hujuscemodi Simon diceret, Petrus salutato ex more populo ita respondit : Sufficit unicuique, o Simon, ad confutandum conscientia sua; quod si hoc miraris, quod noti non solum te non diligunt sed et oderunt tui, causam disce a me. Cum sis seductor, veritatem te prædicare profiteris, ob hoc plures desiderium gerentes discendæ veritatis amicos habuisti. Sed hi ubi contraria in te quam profitebaris viderunt, quia amatores erant, ut dixi, veritatis, non solum non diligere te, sed et odisse cœperunt. Non autem statim ab eis desertus es, quia vel pollicebaris adhuc te eis ostendere posse, quod verum est. Donec ergo nondum aderat qui posset ostendere, patiebantur te, ubi vero spes eis doctrinæ melioris arrisit, te contemnentes quod melius intelligunt nosse desiderant. Et tu quidem nefariis artibus agens, ab exordio latere te posse credidisti, sed non lates; urgeris enim et contra spem publicaris, quia non solum ignorasti veritatem, sed nec audire voluisti ab his qui eam sciebant. Si enim audire voluisses, innotuisset utique tibi ille sermo ejus qui ait, quia *nihil est occultum quod non agnoscetur, neque opertum quod non reveletur* [84].

XIV. Hæc et his similia dicente Petro, Simon respondit : Nolo me verbis occupes, Petre, repeto abs te quæ hesterno promiseras; dicebas enim ostendere te posse, quia lex docebat de immensitate lucis æternæ, et quod duo tantum sint cœli et ipsi creati, sed superius esse lucis illius sedem, in qua solus in æternum residet ineffabilis Pater; ad illius vero cœli similitudinem factum esse etiam istud visibile cœlum, quod et transiturum confirmabas. Unum ergo dixisti esse Patrem omnium, quia non possunt duo esse immensi, alioqui neuter eorum immensus erit, quia in eo quo alter subsistit, alteri finem subsistendi facit. Si ergo hæc non tantum polliceris, sed et ostendere potes ex lege, omittens plura loqui hinc incipe. Et Petrus : Si propter te, inquit, qui ad contradicendum tantummodo venis, rogarer de his dicere, nunquam a me unum saltem posses audire sermonem, sed quoniam necesse est agricolam, qui vult bonam terram seminare, nonnulla semina perdere aut in petrosis, aut in his quæ ab hominibus conculcanda sunt, vel in dumosis ac repletis sentibus locis, sicut et Magister noster exposuit diversitatem propositi uniuscujusque animæ per hæc indicans [85], non morabor.

XV. Tum Simon : Videris mihi, inquit, irasci; quod si est, non necesse est inire conflictum. Et Petrus : Video te sentire quod arguendus sis, et vis urbane subterfugere certamen; nam quid vidisti me iratum fecisse in te hominem tantum populum decipere cupientem, et cum nihil habeas quod dicas, modestiam simulantem? qui et auctoritate tua jubes, ut quomodo ipse vis et non quomodo ordo postulat, controversia moveatur. Et Simon : Imperabo mihi ipsi patientia uti ad imperitiam tuam, ut ostendam te quidem velle populum seducere, me autem docere quæ vera sunt. Sed nunc omitto de immensa luce discutere, quod interrogo te, hoc mihi responde : Cum Deus fecerit universa, ut tu dicis, unde est malum? Et Petrus : Hoc modo interrogare non est adversantis, sed discentis. Si ergo vis discere, confitere, et prius te doceam quomodo debeas discere, et cum didiceris audire, tunc jam te incipiam consequenter docere. Si vero non vis discere tanquam sciens omnia, ego prius expono fidem quam prædico, expone et tu quod tibi verum videtur, et cum manifesta fuerit utriusque professio, judicetur ab auditoribus cujus nostrum sermo sit veritate subnixus. Et Simon ad hæc respondit : Risus mihi est, ecce qui promittit quod me doceat. Verumtamen patiar te et imperitiam tuam atque arrogantiam feram. Confiteor, discere volo, videamus quomodo me poteris docere.

XVI. Et Petrus : Si, inquit, vere vis discere, disce hoc primum, quam imperite interrogaveris; ais enim, cum Deus universa creaverit, unde est malum? Ante enim quam hoc rogares, tres interrogandi species præcedebant. Primo, si est malum; secundo, quid sit malum; tertio, cui sit, et unde. Ad hæc Simon : O imperitissime, inquit, et ineruditissime, estne hominum quisquam qui non confiteatur, quia sit in hac vita malum? Unde et ego putans te vel communem omnium habere sensum, interrogavi unde sit malum, non ut discere volens, qui omnia sciam, abs te præcipue qui nihil noveris, sed ut te ostendam ignarum esse omnium. Et ne putes quia iratus sum quod ita tecum austerius loquor, miseratio me habet horum qui adsunt, quos tu decipere conaris. Et Petrus ait : Multum malus es, si tantas injurias non iratus facis; sed impossibile est fumum non consurgere, ubi ignis est. Verumtamen dicam, ne te verbis videar occupare, quominus ad ea quæ abs te inconvenienter sunt dicta, respondeam. Ais omnes fateri quia sit malum, quod utique falsum est; nam primo omnium quia subsistat malum, universa Hebræorum negat gens.

XVII. Et Simon, interrupto ejus sermone : Recte, inquit, faciunt qui dicunt non esse malum. Et Petrus : Non de hoc nunc proposuimus dicere, sed quia non omnes dicunt esse malum. Secundum autem erat interrogare te, quid est malum, substantia, an accidens, an actus? sed et alia multa hujusmodi. Et post hæc, erga quid vel quomodo

[84] Matth. x, 26. [85] Luc. viii, 5.



Digitized by Google

sit, aut cui sit malum, utrum Deo an angelis, an hominibus, piis an impiis, omnibus an aliquibus, an sibi ipsi, an nulli. Et tunc interrogares unde sit, utrumnam a Deo, an ex nihilo, semperne fuerit, an ex tempore cœperit, utile sit an inutile, et alia multa quæ hujuscemodi propositio exigit. Ad hæc Simon respondit: Ignosce mihi, erravi de prima interrogatione, sed puta me nunc primum interrogare, est malum an non?

XVIII. Et Petrus ait: Quomodo interrogas, quasi discere volens an docere, an quæstionis movendæ gratia? Si quidem quasi discere volens, habeo quod te prius doceam, ut per consequentiam et ordinem doctrinæ veniens, ex te ipso intelligas quid sit malum. Si vero ut docens proponis, non indigeo abs te doceri, habeo enim magistrum a quo omnia didici. Quod si quæstionis movendæ et disputandi gratia, uterque nostrum prius quod sibi videtur, exponat et ita certamen habeatur. Neque enim verum est (89) ut interroges quasi discere volens, et contradicas ut docens, ut post responsionem meam in tuo judicio sit dicere, si bene an male dixerim. Propter quod non potes in loco contradicentis stans judex esse eorum quæ dicimus; et ideo, ut dixi, si certamen habendum est, uterque nostrum quod sentit exponat, et nobis in conflictu positis religiosi auditores hi justi judices erunt.

XIX. Et Simon: Non tibi videtur absurdum ut imperitus populus de nostris dictis habeat judicium? Et Petrus: Non ita est, quod enim uni fortasse minus liquet, investigari a plurimis poterit, nam sæpe etiam fama vulgi prophetiæ speciem tenet. Super hæc autem omnia, præsens hic omnis populus amore Dei constrictus hic astat, verique cognoscendi gratia, et ideo omnes isti quasi unus habendus est, pro uno eodemque erga amorem veritatis affectu, sicut e contrario duo inter se si dissentiant, multi sunt et diversi. Si autem vis indicium capere, quomodo omnis hic populus qui astat quasi unus sit homo, ex silentio ejus ipso et quiete considera, quomodo cum omni patientia ut vides, etiam antequam discant, veritati Dei honorem deferunt. Nondum enim majorem cultum, quem ei deferre debeant, didicerunt. Propter quod spero de clementia Dei, quod religiosum propositum mentis eorum amplectetur erga se, et veritatem prædicanti victoriæ palmam dabit, ut manifestum eis faciat veritatis præconem.

XX. Tum Simon: De quo, inquit, vis haberi certamen? dic, ut et ego definiam quod mihi videtur, et ita quæstio incipiat. Et Petrus respondit: Si quidem ut mihi videtur facere vis, ego secundum magistri mei præceptum fieri volo, qui primo omnium Hebrææ genti, quam sciebat habere cognitionem Dei et quod ipse esset qui fecerit mundum, præcepit, non ut eum quæreret quem sciebat, sed voluntatem ejus justitiamque perquireret sciens[86], quia in hominum arbitrio positum est, ut hoc quærentes inveniant et faciant atque observent ea de quibus judicandi sunt. Et ideo jussit nos quærere, non unde sit malum, ut tu paulo ante requirebas, sed *justitiam* boni *Dei regnumque ejus, et omnia*, inquit, *hæc adjicientur vobis*[87]. Et Simon: Quoniam, inquit, Hebræis ista mandantur velut recte scientibus Deum et opinantibus, quod unusquisque in suo arbitrio habeat agere ea, de quibus judicandus est, mihi autem ab illis discrepat sententia, unde vis ut incipiam?

XXI. Tum Petrus: Ego, inquit, suadeo primo quærendum esse, si in potestate nostra est scire unde judicandi simus. Et Simon: Non ita, inquit, sed de Deo, unde et omnes qui præsto sunt audire cupiunt. Et Petrus: Constat ergo apud te, quia est aliquid in arbitrii potestate; fatere hoc tantum si est, et requiramus ut dicis, de Deo. Simon ad hæc respondit: Nequaquam. Et Petrus: Si ergo nihil est in nostra potestate, superfluum est nos quærere aliquid de Deo, cum in potestate non sit quærentibus invenire. Unde bene dixeram hoc primo quærendum esse, si est aliquid in arbitrii potestate. Tum Simon: Non possumus, inquit, ne hoc ipsum quidem intelligere quod dicis, si est aliquid in arbitrii potestate. At Petrus videns quod ad partem se contentiosiorem declinat, superari metuens, ut quasi incertum confundat omnia, respondit: Quomodo ergo scis, quia non est in hominis potestate scire aliquid, cum hoc ipsum scias?

XXII. Et Simon: Nescio, inquit, si vel hoc ipsum sciam; unusquisque enim sicut ei fato decernitur, vel agit aliquid vel intelligit vel patitur. Tum Petrus: Videte, inquit, fratres, in quæ absurda deciderit Simon, qui ante meum adventum docebat, quod homines in potestate haberent et sapere et facere quæ vellent, nunc in angustum redactus necessitate verborum, negat esse in hominis potestate aut sentiendi aliquid aut agendi, et tamen audet se doctorem profiteri. Sed dic, quomodo ergo Deus judicat secundum veritatem unumquemque pro actibus suis, si agere aliquid in potestate non habuit? Hoc si teneatur, convulsa sunt omnia, frustra erit studium sectandi meliora, sed et judices sæculi frustra legibus præsunt et puniunt eos qui male agunt; non enim in sua potestate

[86] Vocabula *sciens — judicandi sunt* et quæ paulo post sequuntur *et opinantibus — judicandus est* desunt in utroque cod. Lips. [87] Matth. VI, 33.

## COTELERII NOTÆ.

(89) *Neque enim verum est.* Ἀληθές ἐστι pro δίκαιόν ἐστι, oratio Attica. *Verum est* pro *justum est, æquum est*, oratio Romana. Docent, adductisque exemplis firmant grammatici, veteres ac recentiores. Horatius, *Epist.* I, VII, 98:

*Metiri se quemque suo modulo ac pede verum est.*

Digitized by Google

habuerunt, ut non peccarent. Vana erunt et jura populorum, quæ malis actibus pœnas statuunt; miseri erunt et hi qui servant cum labore justitiam, beati vero illi qui in deliciis positi, cum luxuria et scelere viventes tyrannidem tenent. Secundum hæc ergo nec justitia erit, nec bonitas, nec ulla virtus, et, ut vis, nec Deus. Sed hæc, o Simon, cur dixeris scio; volens profecto effugere quæstiones, ne possis manifestius confutari, et ideo ais non esse in potestate hominis sentire aliquid aut invenire. Si enim vere hoc ita sensisses, non utique etiam ante adventum meum apud populum te profitereris doctorem. Ego igitur dico sui esse arbitrii hominem. Et Simon : Quid est sui arbitrii? die nobis. Petrus ad hæc : Si nihil potest disci, cur et audire vis? Et Simon : Nihil habes ad hoc quod respondeas?

XXIII. Tum Petrus : Dicam, non a te compulsus, sed ab auditoribus rogatus. Arbitrii potestas est sensus animæ, habens virtutem, qua possit ad quos velit actus inclinari (90). Tum Simon collaudans Petrum super his quæ dixerat : Vere, inquit, magnifice et incomparabiliter exposuisti, bene enim dicenti tibi debeo testimonium dare : hoc tamen quod te interrogo nunc si exposueris mihi, in cæteris omnibus obtemperabo tibi; quod ergo volo discere hoc est : Si quod Deus vult esse, est; et si quod non vult esse, non est? de hoc responde mihi. Et Petrus : Si ignoras quod absurde et incompetenter interroges, ignoscens tibi ipse exponam; si autem scis quod inconsequenter interrogas, non recte facis. Tum Simon : Juro, inquit, ipsam quæcunque illa est summam Divinitatem, quæ habet judicium et vindictam in eos qui peccant, quia ignoro quid incompetenter dixerim et quid in verbis meis habeatur absurdum, in his duntaxat quæ proposui.

XXIV. Ad hæc Petrus : Quoniam, inquit, te ignorare confessus es, disce. Interrogatio tua duobus sibi invicem contrariis unam sententiam postulavit. Etenim omnis motus in duas partes dividitur, ut quædam necessitate, quædam voluntate moveantur, et ea quidem quæ necessitas movet semper in motu sunt, quæ vero voluntas non semper. Ut verbi gratia dicam, solis motus necessitate ducitur ut statutum compleat cursum, omnisque status cœli et ministeria necessariis motibus constant. Homo vero actuum suorum motus voluntarios gerit. Et ideo alia sunt, quæ ob hoc creata sunt, ut in ministeriis suis necessitate deserviant, nec facere aliud quidpiam possint nisi quod eis statutum est, cum autem [88] expleverint ministerium, Creator omnium qui ita constituit ea prout voluerit, conservat ea. Alia vero sunt, ubi potestas est voluntatis, et in quibus agendi quæ velint liberum habetur arbitrium. Hæc, ut dixi, non semper in eo ordine quo creata sunt permanent, sed prout voluntas duxerit et animi judicium declinaverit, sive bonis sive malis studebunt; et ideo bene agentibus munera posuit, male agentibus pœnas.

XXV. Ais ergo tu, si Deus vult aliquid esse et est, et si non vult non est; scilicet ut si responderem quia quod vult et est, quod autem non vult non est, diceres : Ergo ipse vult esse mala quæ in hoc mundo geruntur, quia omne quod vult hoc et est, quod autem non vult non est. Si vero respondissem non esse hoc, ut quod vult Deus sit, et quod non vult non sit, tum retorto sermone diceres : Ergo impossibilis est Deus, si quod vult non potest, et existeres petulantior, ut qui nihil rectum dixeris, vicisse te crederes. Et ideo ignoras, o Simon, et valde ignoras, quomodo in singulis quibusque voluntas sit Dei. Quædam [89] enim voluit, ut diximus, ita esse, ut aliud esse non possent quam id quod ab ipso instituta sunt, et his neque præmia neque supplicia statuit; ea vero quæ ita esse voluit, ut in sua potestate habeant agere quod velint, his pro actibus ac voluntatibus suis statuit, ut aut remunerationes mereantur aut pœnas. Cum ergo in duas ut edocui partes dividantur cuncta quæ moventur, secundum eam quam supra diximus distinctionem, omne quod vult Deus est, quod autem non vult non est.

XXVI. Et Simon ad hæc : Nonne poterat nos omnes facere tales ut essemus boni, et aliud esse non possemus? Petrus respondet : Et hoc absurde interrogas. Si enim nos inconvertibilis naturæ fecisset et immobiles a bono, non essemus vere boni, quia aliud esse non possemus; et non erat nostri propositi quod eramus boni, nec nostrum erat quod agebamus sed necessitatis naturæ. Quomodo ergo hoc bonum dicetur, quod ex proposito non agitur? Ob hoc autem (91) et prolixioribus indiguit

[88] Vocabula *Cum autem—conservat ea* et *hæc ut dixi—studebunt* non leguntur in codd. Lips. [89] *Quædam—aut pœnas* desunt in cod. Lips.

## COTELERII NOTÆ.

(90) *Arbitrii potestas est... inclinari.* Gregorius Nyssenus : Αὐτεξουσιότης ἐστὶ ψυχῆς λογικῆς θέλησις, ἑτοίμως κινουμένη εἰς ὅπερ ἂν θέλῃ; atque ex Græco Diadochus, *De perfectione spirituali.*

(91) *Ob hoc autem*, etc. Collectanea sacra S. Damasceni, quæ in multis diversa ab excusis, et auctiora servantur apud Patres Societatis Jesu, capite Περὶ ἀμοιβῆς καὶ ἀνταποδόσεως ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως, etc. : Τοῦ ἁγίου Κλήμεντος ἐπισκόπου Ῥώμης ἐκ τοῦ α' λόγου τῶν Περιόδων..... Διὰ τοῦτο μακροῦ ἐδέησε χρόνου ὁ κόσμος, μέχρις ἂν ὁ τῷ Θεῷ προορισθεὶς τῶν ἀγαθῶν ψυχῶν ἀριθμὸς ἀναπληρωσιν λάβῃ. Καὶ τότε αἱ τῶν ἀγαθῶν ψυχαὶ, ὡς φῶς τὰ σώματα ἀμφιέσονται· αἱ δὲ τῶν ἀσεβῶν, διὰ τῶν ἀκαθάρτων πράξεων πυρινῷ πνεύματι ἀνακεκραμέναι, εἰς τὸν βυθὸν τοῦ ἀσβέστου πυρὸς ἐνεχθεῖσαι, εἰς αἰῶνα κλυδωνισθήσονται. Vide superius lib. 1, cap. 24.

Digitized by Google

mundus iste temporibus, donec animarum quæ A prædestinatæ sunt, ad explctionem ejus numerus impleretur, et tunc istud quidem visibile cœlum revolveretur ut liber, illud vero quod est superius appareret, et animæ beatorum corporibus suis redditæ inducerentur in lucem, impiorum vero animæ pro immundis actibus suis spiritu flammeo circumdatæ, in profundum ignis inexstinguibilis mergerentur, per sæculum expensuræ supplicia. Hæc autem ita esse verus nobis propheta testatus est, de quo si vis agnoscere quia propheta sit, innumeris assertionibus edocebo. Ex his enim quæ ab eo dicta sunt, et nunc singula quæ dixit implentur; etiam ea quæ futura dixit, creduntur implenda, fides enim futuris ex his quæ jam gesta sunt datur.

XXVII. At Simon cui compertum erat, Petrum de B prophetiæ titulo dilucide assignare rationem, ex quo quæstio omnis absolvitur, sermonem de hoc fieri declinavit, et respondens ait: Ad ea quæ volo responde mihi et dic, si visibile istud, ut ais, cœlum resolvetur, cur ex initio factum est? Respondit Petrus: Propter hominum præsentem hanc factum est vitam, ut esset interjectio quædam et divisio, ne quis forte indignus habitationem cœlestium et Dei ipsius sedem videret, quæ his solis qui mundo corde sunt [90] videnda præparantur. Nunc autem, id est agonis tempore, invisibilia esse placuit ea, quæ vincentibus ad præmium destinata sunt. Et Simon ait: Si conditor bonus est et mundus bonus, quomodo bonus bona dissolvet aliquando? Si autem C dissolvet quod bonum est, quomodo ipse bonus videbitur? Si autem quasi malum resolvet et destruet, quomodo non videbitur malus qui malum fecit?

XXVIII. Petrus ad hæc: Quoniam, inquit, spopondimus tibi, ne blasphemantem te fugiamus, ipse enim reddes pro his quæ loqueris rationem, patienter ferimus. Audi ergo nunc: Cœlum istud quod visibile est et pertransit, si quidem propter semetipsum factum esset, haberet fortasse quod dicis aliquid rationis, quia resolvi minime deberet. Si vero propter aliud quid factum est et non propter se, necessario solvetur, ut illud pro quo factum videtur appareat. Sicut verbi gratia dixerim, testa ovorum quamvis pulchre facta et diligenter formata D videatur, necesse est tamen eam frangi et resolvi, ut inde pullus procedat et illud, pro quo totius ovi forma expressa videtur, appareat. Ita ergo et hujus mundi necesse est transire statum, ut status ille sublimior regni cœlestis effulgeat.

XXIX. Et Simon: Non mihi videtur quia resolvi possit cœlum, quod a Deo factum est. Ab æterno enim æterna fiunt, a corruptibili temporalia et caduca. Et Petrus: Non ita est, sed a mortalibus quidem omnimodis corruptibilia fiunt et temporalia; ab æterno vero non semper corruptibilia neque sem- per incorruptibilia, sed prout voluerit creator Deus, ita et erunt illa quæ creat. Neque enim sub lege est virtus Dei, sed lex creaturis suis voluntas ejus est. Respondit et Simon: Revoco te, inquit, ad primam quæstionem, dixisti Deum nunc quidem nulli esse visibilem, cum vero resolutum fuerit cœlum istud et supernus ille status regni cœlestis obfulserit, tunc eos qui mundi sunt corde [91], etiam Deum visuros; quæ sententia contraria est legi, ibi enim scriptum est Deum dixisse: *Nemo videbit faciem meam et vivet* [92].

XXX. Et Petrus respondit: His qui legem non ex traditione Moysi legunt, contrarius videtur sermo meus, sed audi quomodo non sit contrarius. Deus videtur mente non corpore, spiritu non carne. Unde et angeli qui sunt spiritus, vident Deum, et homines ergo donec homines sunt, Deum videre non possunt. Ex resurrectione autem mortuorum, cum facti fuerint sicut angeli, videre poterunt Deum [93]. Et hoc modo non est sermo meus legi contrarius, neque illud quod magister meus dixit: *Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt* [94]. Futurum enim tempus ostendit, in quo ex hominibus angeli fient, qui [95] in spiritu mentis Deum videbunt. Post hæc autem verba multaque alia his similia, cum juramentis pluribus affirmare Simon cœpit dicens: De hoc mihi solo rationem redde, si immortalis est anima, et obsequar in omnibus voluntati tuæ, sed crastino, inquit, nam hodie jam tardum est. Ubi ergo cœpit dicere Petrus, Simon egressus est et cum ipso perpauci ex sodalibus ejus, et hoc præ verecundia. Cæteri vero omnes ad Petrum conversi, genibus positis, prosternebant se ante eum, ex quibus aliquanti diversis languoribus astricti aut dæmonibus incursati, oratione Petri sanabantur et discedebant gaudentes, quasi veri Dei doctrinam, simul et misericordiam consecuti. Cum ergo abscessissent turbæ, et soli familiares ejus remansissemus cum eo, stratis humi redditis accubuimus solitum unusquisque recognoscens locum, sumptoque cibo cum gratias egissemus Deo, quievimus.

XXXI. Sequenti vero die Petrus ex more ante lucem surgens, jam nos invenit vigilantes et paratos ad audiendum, atque ita exorsus est: Deprecor vos, fratres et conservi mei, ut si quis forte vestrum non potest vigilare, non sibi extorqueat erubescens præsentiam meam, quia difficilis est subita permutatio, longo autem tempore si paulatim assuefiat, labor non erit quod ex usu venit. Non enim omnes ejusdem institutionis fuimus, licet processu temporis in unam temperari consuetudinem poterimus; aiunt enim, quod secundum naturæ locum obtineat consuetudo. Testem autem Deum invoco, quod non indignor, si quis forte non potest vigilare, sed hoc magis, si cum totam quis noctem dor-

[90] Matth. v, 8. [91] Ibid. [92] Exod. xxxiii, 20. [93] Matth. xxii, 30. [94] Matth. v, 8 [95] Vocabb. ex *hom. angeli fient qui* desunt in codd. Lips.

Digitized by Google

miat, per diem non replet id quod omisit in nocte. Necessarium namque est doctrinæ studiis intente et indesinenter operam dare, ut mens nostra Dei solius memoria repleatur, quia mentem quam repleverit memoria Dei, maligno in ea non dabitur locus.

XXXII. Cum hæc diceret ad nos Petrus, unusquisque nostrum sollicite satisfaciebat ei, quod olim brevi somno satiati vigilaremus, sed vereremur excitare eum, quia nec deceret discipulos magistro imperare; quod tamen pene, o Petre, ausi fueramus præsumere, dum cor nostrum nimio verborum tuorum desiderio tripudians, somnum penitus fugaret ab oculis. Sed iterum affectus erga te noster obstitit, et violenter te a nobis non tulit excitari. Tum Petrus : Quoniam igitur audiendi, inquit, desiderio libenter vos asseritis vigilare, volo vobis ea tantum quæ hesterno sparsim dicta sunt, repetere diligentius et cum suo ordine explicare. Quod et per singulas quasque disputationes diurnas facere dispono, ut per noctem ubi secretum loci et temporis datur, si quid forte utpote in certamine minus plene dictum est, id integro ordine et linea directa explanationis aperiam. Et post hæc cœpit nobis ostendere quomodo hesterno haberi debuerit disputatio, et propter contentionem vel imperitiam contradicentis haberi non potuerit, et ideo sola professione usus sit, atque ea quæ ab adversario dicebantur, tantum destruxerit, sua vero neque omnia neque manifeste exposuerit; et singula nobis repetens integro ordine et plena ratione disseruit.

XXXIII. Cum vero jam albesceret dies, egressus ad turbas post orationem solito ad disputandum constitit loco, et videns Simonem in mediis turbis stantem ex more prius salutato populo ait : Dolori mihi esse fateor de nonnullis hominibus, qui cum ita ad nos veniant ut discant aliquid, ubi eos docere cœperimus, ipsi rursus magistros se esse profitentur, et interrogant quidem ut ignorantes, contradicunt autem ut scientes. Sed fortasse dicat aliquis, quia qui interrogat, ob hoc quidem ut discat interrogat, ubi vero id quod audierit non ei recte dictum videtur, necesse est ut respondeat, et hæc videtur esse contradictio, quæ non est contradictio, sed reinterrogatio.

XXXIV. Audiat ergo hæc : Totius doctrinæ disciplina certum habet ordinem, et sunt quædam quæ prima tradenda sunt, alia vero quæ secundo in loco, et alia tertio, et sic singula quæque per ordinem, quæ utique si per consequentiam tradantur, manifesta fiunt; extra ordinem vero si proferantur, etiam contra rationem dicta videbuntur. Et ideo in primis ordo servandus est, si tamen hoc proposito quæramus, ut possimus quod quærimus invenire. Etenim qui rectum initium viæ acceperit, etiam secundum locum consequenter advertet, et ex secundo tertium facilius inveniet; et quanto ultra processerit, tanto magis ei via agnitionis apertior fiet, usquequo ad ipsam quo tendit et desiderat urbem perveniat veritatis. Qui vero imperitus est et quærendi viam nescit, sicut peregrinus viator, ignorans et errans, si cive et indigena nolit uti duce, sine dubio cum aberraverit a via veritatis, extra vitæ januas remanebit, et ita noctis atræ tenebris involutus per semitas perditionis incedet. Quia ergo si per ordinem quæ quærenda sunt inquirantur, inveniri facillime possunt, ordinem vero requirendi imperitus ignorat, rectum est ut scienti cedat ignarus et primo quærendi ordinem discat, ut ita demum interrogandi et respondendi inveniat disciplinam.

XXXV. Et Simon ad hæc : Non ergo omnium est veritas, sed eorum tantummodo qui artem noverint disputandi, quod utique absurdum est, cum æqualiter sit Deus omnium, non omnes æqualiter posse voluntatem ejus agnoscere. Et Petrus : Æquales, inquit, omnes ab eo facti sunt, et æqualiter cunctis dedit capaces esse veritatis. Verum quod nullus eorum qui nati sunt, eruditus natus sit, sed posterior sit nativitate eruditio, nulli dubium est. Cum igitur nativitas hominum in eo teneat æquitatem, ut omnes similiter percipiendæ disciplinæ capaces sint, non est in natura, sed in eruditione diversitas. Aut quis nescit, quod ea quæ unusquisque didicit, priusquam disceret, ignorabat? Et Simon : Vere, inquit, dicis. Tum Petrus : Si ergo in his artibus quas usus communis habet, primo discitur, deinde docetur, quanto magis oportet eos qui eruditores se profitentur animarum, primo discere, et ita docere, ne, cum sint ipsi imperiti, ridiculum videatur, si aliis se præstituros scientiam repromittant. Tum Simon : In artibus, inquit, his quæ usus communis habet, verum est, quod unusquisque nisi didicerit, nesciat, in verbo vero scientiæ statim ut audierit quis, didicit.

XXXVI. Et Petrus : Si quidem per ordinem et consequenter audiat, potest scire quod verum est, sed qui emendationis vitæ regulam conversationisque castioris suscipere recusat, quæ utique sequela est scientiæ veritatis, scire se quod scit, non vult fateri. Sicut etiam nonnullos videmus, qui artibus quas a puero didicerant derelictis, ad alios se actus conferunt, et ut excusatio sit eis desidiæ suæ, culpare incipiunt artem velut infructuosam. Et Simon : Deberent omnes audientes credere verum esse, quod audiunt? Tum Petrus : Qui audierint per ordinem sermonem veritatis, contradicere omnino non possunt, sed sciunt verum esse quod dicitur, si tamen libenter etiam vitæ instituta suscipiant. Hos vero quos audientes ad bona opera conferre se piget, male agendi libido acquiescere his quæ recta judicant, non sinit. Unde ostenditur positum esse in auditorum potestate, eligere utrum malint. Quod si omnes qui audiunt, obedirent, naturæ magis esset necessitas, quæ una omnes ageret via. Sicut enim suaderi quis non potest, ut fiat brevior aut longior, quia non sinit vis naturæ; ita et ad veritatem, si omnes verbo converterentur aut om-

Digitized by Google

fas non converterentur, naturæ esset vis, quæ cogebat verbo omnes converti aut nullum omnino converti.

XXXVII. Et Simon : Doce ergo nos, quid primo oportet discere eum qui veritatem scire desiderat? Et Petrus : Ante omnia, inquit, quæri oportet, quid sit homini quærenti invenire possibile. Necesse est enim judicium Dei in hoc stare, si potuit homo bonum facere, et non fecit; et ideo quærendum est hominibus, si habeant in potestate sua quærentes invenire quid est bonum, et cum invenerint facere; hoc enim est pro quo judicandi sunt. Amplius autem his solum scire fas est prophetam, et merito; quid enim opus est hominibus scire, quomodo factus sit mundus? Hæc enim discenda necessario viderentur, si simile ineundum nobis esset artificium. Nunc autem sufficit nobis ad cultum Dei ut sciamus, quia ipse fecit mundum; quomodo autem fecerit quærendum non est, quia, ut dixi, non nobis imminet, tanquam simile aliquid facturis, artis ipsius scientiam discere. Sed neque pro hoc judicandi sumus, cur non didicerimus quomodo factus sit mundus, sed pro eo tantum, si ignoremus Conditorem ejus. Sciemus autem conditorem mundi justum et bonum Deum, si eum semitis justitiæ requiramus. Nam si hoc tantum sciamus de eo quod bonus est, hujusmodi scientia non sufficit ad salutem. In præsenti enim tempore, bonitate ejus et beneficiis perfruuntur non solum digni, sed etiam indigni. Si vero non tantum bonum, sed etiam justum eum credamus, et secundum hoc quod de Deo credimus, in omni vita nostra justitiam teneamus, etiam bonitate ejus in æternum fruemur. Denique Hebræis qui de Deo ita opinabantur, quod solum bonus esset, dicebat Magister noster, ut et justitiam ejus quærerent [96], hoc est, ut scirent eum præsenti quidem tempore bonum esse, ut omnes in bonitate ejus vivant, justum vero eum futurum in die judicii, ut dignis præmia æterna restituat, a quibus excludet indignos.

XXXVIII. Et Simon : Quomodo potest unum atque idem, et bonum esse et justum? Petrus ait : Quia sine justitia, bonum injustum quodammodo videbitur; boni est enim, solem suum et pluviam ex æquo justis et injustis præbere [97], sed hoc videretur injustum, si bonos malosque æquali semper sorte censeret, et nisi frugum causa hoc faceret, quibus perfrui æqualiter omnes qui in hoc mundo nati sunt, conveniret. Sed sicut data a Deo pluvia ex æquo et fruges nutrit et lolium, messis autem tempore frumenta quidem congregantur in horreum, palea vero vel lolium igni consumuntur [98]: ita in die judicii cum justi introducentur in regnum Dei, injusti autem abjicientur foras, tunc etiam justitia Dei ostendetur. Nam si æqualis permaneret perpetuo malis et bonis, jam hoc non solum bonum non esset, sed et injustum atque iniquum videretur, ut justi et injusti uno apud eum haberentur ordine meritorum.

XXXIX. Et Simon : Unum est de quo mihi velim satisfieri, si immortalis est anima; non enim possum onus subire justitiæ, nisi prius de immortalitate animæ sciam, quæ utique si immortalis non est, nec prædicationis tuæ poterit stare professio. Tum Petrus : Quæramus, inquit, prius, si justus est Deus; quod si claruerit, integer profecto religionis ordo constabit. Et Simon : Videris mihi tu qui te jactas disputandi ordinem nosse, nunc contra ordinem respondisse; me enim rogante ut ostendas, si immortalis est anima, tu ais, primo nos quærere oportet si justus est Deus. Et Petrus ait : Valde consequenter et recte se habet. Simon : Velim discere.

XL. Petrus : Audi, inquit, nonnulli hominum blasphemantes Deum et omnem vitam suam in injustitia et voluptate ducentes, in lectulis suis defuncti sunt, consecuti finem vitæ inter suos et honorabilem sepulturam; alii vero Deum colentes et cum omni justitia et sobrietate vitam suam in parcimonia conservantes, pro justitiæ observantia in desertis interiere, ita ut ne sepultura quidem haberentur digni. Ubi est ergo justitia Dei, si anima immortalis non est, quæ vel si impie egerit pœnas in futuro, vel si pie et juste præmia consequatur? Et Simon ait : Hoc utique est quod nos incredulos facit, quia multi bene agentes male pereunt, et rursum multi impie agentes longi temporis vitam cum beatitudine finiunt.

XLI. Et Petrus : Hoc ipsum, inquit, quod te ad incredulitatem trahit, nobis certam fidem facit, quia judicium erit. Etenim cum certum sit Deum justum esse, necessarium et consequens est aliud esse sæculum, in quo unusquisque pro meritis recipiens justitiam Dei probet. Quod si nunc omnes homines pro meritis suis reciperent, vere nos fallere videbamur dicentes futurum esse judicium, et ideo hoc ipsum quod in præsenti vita non redditur unicuique pro actibus suis, fidem indubitabilem facit scientibus Deum esse justum, quia judicium erit. Et Simon : Cur ergo mihi non persuadetur? Petrus : Quia verum prophetam non audisti dicentem : *Quærite primo justitiam ejus, et hæc omnia apponentur vobis* [99]. Et Simon : Indulge, inquit, mihi nolenti primo justitiam quærere, antequam sciam si immortalis sit anima. Et Petrus : Et tu mihi hoc unum indulge, quia non possum facere aliter quam me prophetæ veritatis edocuit. Tum Simon : Certum est, inquit, non posse te asserere quod immortalis sit anima, et ob hoc cavillaris, sciens quia si mortalis probetur, radicitus convellatur religionis istius quam conaris asserere tota professio; et ideo laudo quidem prudentiam tuam, non tamen probo persuasionem; multis enim persuades suscipere religionem et libidinis

[96] Matth. vi, 33. [97] Matth. v, 45. [98] Matth. iii, 12. [99] Matth. vi, 33.

Digitized by Google

subire continentiam, sub spe futurorum bonorum, quibus evenit, ut neque præsentibus perfruantur et decipiantur futuris. Simul enim ut mortui fuerint, etiam anima pariter exstinguetur.

XLII. Petrus vero hæc audiens, dentibus frendens frontemque atterens manu, et profundo dolore suspirans ait : Astutia serpentis antiqui ad hominum decipiendas animas armatus assistis, et ideo ut serpens sapientior cæteris bestiis, ab initio doctorem te esse professus es. Et rursus, ut serpens multos introducere deos volebas, super quo confutatus nullum omnino nunc esse asseris Deum. Nam per occasionem nescio cujus ignoti Dei, conditorem mundi Deum negasti, sed eum vel malum esse, vel multos habere sibi æquales, vel omnino, ut diximus, non esse Deum confirmabas. Post hæc cum etiam in hoc superatus fuisses, animam nunc asseveras esse mortalem, uti ne futurorum spe recte justeque vivatur. Nam utique si desperantur futura, quidni si abscidatur misericordia, luxuriæ indulgeatur et voluptatibus, ex quibus omnem consurgere injustitiam constat? Et cum tantæ impietatis doctrinam miseræ huic introducas mortalium vitæ, te ipsum pium, me impium vocas, quasi qui homines non sinam sub spe futurorum bonorum arma corripere et impugnare se invicem, diripere ac subvertere universa et moliri omnia quæ libido dictaverit. Et quis erit istæ vitæ status, qui a te introducitur, ut pugnent homines et impugnentur, ut irascantur et perturbentur et semper in metu vivant? Necesse est enim eos qui aliis inferunt mala etiam ipsos sperare similia. Videsne te ducem perturbationis et non pacis, iniquitatis et non æquitatis existere? Verum ego, non quasi qui ostendere non possim immortalem esse animam, simulavi iracundiam, sed misereor animabus hominum, quas tu decipere conaris. Dicam ergo, sed non quasi te cogente; scio enim quomodo dicam, et solus eris qui de hoc non tam persuasione indigeas, quam commonitione; eos autem hoc qui vere ignorant, docebo ut convenit.

XLIII. Tum Simon : Si irasceris, inquit, non interrogabo nec audire volo. Et Petrus : Tu siquidem nunc occasionem quæris subterfugiendi; habes licentiam, et sine occasione cujusquam. Omnes enim audierunt te nihil recte dicentem, nec potuisse aliquid confirmare, sed ob hoc tantum interrogasse ut contradiceres, quod quivis facere potest. Quid enim difficile est post evidentes assertiones respondere, nihil dixisti. Ut autem scias quia possum tibi uno sermone ostendere, quod immortalis est anima, interrogabo te verbum quod omnes norunt, responde mihi, et uno sermone immortalem esse comprobabo. Tum Simon, qui jam occasionem sibi visus fuerat invenisse ex iracundia Petri ut discederet, restitit pro eo quod mirum ei aliquid promittebatur, et ait : Interroga me, ut tibi respondeam quod omnes norunt, et audiam uno ut pollicitus es sermone, quomodo anima immortalis sit?

XLIV. Et Petrus : Dicam ita ut præ cæteris omnibus tibi magis probetur. Responde ergo mihi, quid est quod incredulum magis suadere potest, visus an auditus? Et Simon : Visus. Tum Petrus. Quomodo ergo a me vis discere verbo, quod tibi re ipsa probatur et visu? Et Simon : Nescio, inquit, quomodo dicas. Et Petrus : Si nescis, perge nunc in domum tuam, et ingressus interius cubiculum videbis imaginem positam, continentem pueri violenter necati effigiem purpura coopertam, ipsum interroga, et docebit te vel responsione vel visu. Quid enim opus est audire ab eo si immortalis sit anima, cum astare eam videas præsentem? Si enim non esset, nec videri utique poterat. Quod si nescis quam dico imaginem, hinc e vestigio cum aliis decem viris, ex his qui præsentes sunt, eamus ad domum tuam.

XLV. At Simon hæc audiens et conscientia percussus, colore mutato exsanguis effectus est; extimuit enim ne forte si negaret perscrutaretur domus ejus, aut ne indignans Petrus manifestius eum proderet, et omnibus quis esset innotesceret, ita respondit : Obsecro te, Petre, per illum bonum Deum qui in te est, ut vincas malitiam quæ in me est, suscipe me ad pœnitentiam et habebis me adjutorem prædicationis tuæ. Nunc enim vere rebus ipsis didici, quia Dei veri propheta es, et ideo secreta hominum solus atque arcana cognoscis. Et Petrus ait : Videtis, fratres, Simonem pœnitentiam quærentem, paulo post videbitis eum rursus ad infidelitatem suam reverti. Putans enim me prophetam esse, pro eo quod publicavi mala ejus, quæ in secretis habebat et in occultis, pœnitentiam se acturum promisit; me autem mentiri fas non est, neque ut infidelis hic salvetur aut non salvetur, ego fallere debeo. Testor enim cœlum et terram, quia non prophetice dixi, quæ dixi vel quæ, quantum possibile erat, turbis audientibus indicavi, sed a quibusdam qui tunc ei socii fuerant in operibus suis, nunc autem conversi sunt ad fidem nostram, quid ei in secreto gestum sit, didici; cognita ergo non præcognita locutus sum.

XLVI. Simon vero ut hæc audivit maledictis his et conviciis aggreditur Petrum, dicens : O nefandissime omnium et dolosissime, cui victoriam fortuna, non veritas dedit. Verum ego non pro penuria scientiæ pœnitentiam petii, sed ut tu, putans me per pœnitentiam discipulum tuum fore, omnia secreta professionis tuæ concrederes mihi, ut ita demum te cunctis agnitis confutarem. Sed ut callidus intellexisti quam ob causam pœnitudinem simulassem, et acquievisti tanquam meum non intelligens dolum, ut prius me apud populum exponeres, quasi imperitum, tum deinde prævidens, quod ego ita populo expositus necesse habeo indignari et confiteri me non vere pœnitudinem gerere, prævenisti, ut diceres me ad infidelitatem meam post pœnitentiam regressurum, ut omni ex parte vicisse videreris, et si permanerem in pœnitentia quam

Digitized by Google

professus fueram, et si non permanerem, ut tu sapiens credereris, qui ista prævideris, ego autem deceptus viderer, quia tuum non prævidi dolum; tu vero meum prævidens, calliditate usus circumscripsisti me. Sed, ut dixi, fortunæ est, non veritatis ista victoria, scio tamen cur ego ista non præviderim, quia astans locutus sum tibi per bonitatem meam, et patienter egi tecum. Nunc autem tibi ostendam divinitatis meæ potentiam, ut repente procidas et adores me.

XLVII. Ego sum prima virtus, qui semper et sine initio sum. Ingressus autem uterum Rachel, natus sum ut homo ex ea, quo ab hominibus videri possem; ego per aerem volavi, igni commistus unum corpus effectus sum, statuas moveri feci, animavi exanima, lapides panes feci, de monte in montem volavi, transmeavi, manibus angelorum sustentatus ad terras descendi. Hæc non solum feci, sed et nunc facere possum, ut rebus ipsis probem omnibus, quia ego sum Filius Dei stans in æternum, et credentes mihi similiter stare in perpetuum faciam (92). Tua autem verba vana sunt omnia, nec ullum potes opus ostendere veritatis, sicut et ille qui misit te magus, qui nec se ipsum potuit liberare de crucis pœna.

XLVIII. His dictis a Simone, Petrus respondit: Ne agas aliena, tu enim quod sis magus ex ipsis quæ gessisti, confessus es et manifestatus, noster autem magister qui est Filius Dei et hominis, manifeste bonus est; quod autem vere sit Filius Dei, quibus oportuit, dictum est et dicetur. Tu autem si non vis confiteri quod magus es, cum omni hac turba pergamus ad domum tuam, et tunc apparebit quis sit magus. Hæc autem Petro dicente, Simon blasphemiis et maledictis agere cœpit, ut seditione facta, perturbatis omnibus argui non posset, et Petrus quasi blasphemiæ causa secedens, victus videretur. Sed perstitit et arguere eum vehementius cœpit.

XLIX. Tunc populus indignatus Simonem atrio ejectum extra januam domus pepulit, eumque depulsum unus secutus est solus. Facto autem silentio Petrus alloqui populum hoc modo cœpit: Patienter, fratres, malos ferre debetis, scientes quia Deus cum possit eos excidere, patitur tamen durare usque ad præstitutam diem, in qua de omnibus judicium fiet; quomodo ergo nos non patiemur, quos patitur Deus? Cur autem non forti animo illatas ab eis toleramus injurias, cum suas ille qui potest omnia non ulciscatur, ut et ipsius bonitas, et malorum noscatur impietas? Verum si non invenisset Simonem malignus ministrum sibi, invenisset alium sine dubio; necesse est enim sæculo huic venire scandala; *væ tamen illi per quem veniunt* [100]. Et ideo magis deflendus est Simon, quod vas electionis factus est maligno; quod utique non fuisset, nisi potestatem in eum pro peccatis prioribus accepisset. Nam inde quid dicam, quod et Jesu nostro crediderat [1], et quod immortales esse animas sibi ipse persuasit? Quamvis in eo ludatur a dæmonibus, tamen persuasit sibi, quod pueri violenter necati habeat animam ministrantem sibi ad quæcunque voluerit; in quo vere, ut dixi, a dæmonibus illuditur. Et ideo ego secundum ea quæ ipsi videbantur locutus sum ad eum; nam et a Judæis didicit, quia sit judicium et ultio proferenda adversum eos, qui contra veram fidem veniunt nec pœnitudinem gerunt; sed isti sunt quibus malignus tanquam perfectis in sceleribus apparet, ut decipiat eos, ne aliquando ad pœnitentiam convertantur.

L. Vos ergo qui ad Dominum convertimini per pœnitentiam, curvate ei genua. Hæc cum dixisset, omnis multitudo genua flexit Deo. Et Petrus respiciens ad cœlum, cum lacrymis orabat super eos, ut Deus pro sua bonitate susciperet eos dignaretur confugientes ad se. Et postquam oravit et præcepit ut postera die maturius convenirent, multitudinem missam fecit (93). Tum deinde secundum consuetudinem, cibo sumpto, quievimus.

LI. Igitur Petrus solita noctis hora consurgens, invenit nos vigilantes, et cum ex more salutans consedisset, primus Niceta [2] ait: Si permittis, mi domine Petre, habeo quod rogem. Et Petrus: Permitto, inquit, non solum tibi sed et omnibus, et non solum modo sed et semper, ut unusquisque quod eum movet, et partem quam dolet in animo fateatur, ut possit consequi medicinam. Quæ enim silentio conteguntur nec innotescunt nobis, velut multi temporis vitia difficile curantur, et ideo quoniam tacentibus non facile potest medela opportuni et necessarii sermonis adhiberi, proferre debet unusquisque in quo animus per ignorantiam languet; tacenti vero dare remedium solius est Dei; possumus autem et nos, sed circuitu multi temporis. Necesse est enim ut sermo doctrinæ ab initio per ordinem currens, et singulis quibusque quæstionibus obvians cuncta aperiat, et cuncta dissolvat et perveniat etiam ad hoc quod unusquisque in animo suo requirit; sed hoc, ut dixi, per multum tempus fieri potest. Nunc autem quod desideras roga.

LII. Et Niceta ait: Uberes tibi gratias ago, o clementissime Petre, verum hoc est quod discere cupio: Cur Simon qui adversatur Deo, facere tanta hæc et talia potuit? Non enim mentitus est aliquid ex his, quæ se fecisse professus est. Ad hæc bea-

[100] Matth. XVIII, 7. [1] Act. VIII, 13. [2] *Primus Niceta* et quæ sequuntur vocabula usque ad illa cap. 63 *exortus est et*, etc. in cod. Lips. desunt; nec male quidem, ut videtur.

## COTELERII NOTÆ.

(92) *Et credentes mihi, similiter stare in perpetuum faciam.* Hinc Menander Simonis discipulus, eos qui baptismum suum acceperant, dicebat immortales permansuros.

(93) *Multitudinem missam fecit.* Risum tenere non potui, cum pro his, in impostore pseudo-Abdia legi, *sacrificium fecit*, quasi scriptum esset duntaxat, *missam fecit*.

Digitized by Google

tus Petrus ita respondit: Deus qui unus et verus est, Primogenito suo amicos bonos et fideles instituit præparare; sciens autem quia boni esse non possunt, nisi habeant in potestate sensum quo fiant boni, ut ex suo proposito hoc sint quod volunt, alioqui non possunt esse vere boni, si non proposito sed necessitate tenerentur in bono, potestatem dedit unicuique arbitrii sui, ut hoc esse possit quod vult. Et rursum prævidens quia ista potestas arbitrii, alios quidem faceret eligere bona, alios vero mala, et per hoc in duos ordines necessario propagandum esset hominum genus, unicuique ordini concessit et locum et regem, quem vellet eligere; bonus enim rex bonis gaudet, et malignus malis. Et quamvis hæc tibi, o Clemens, in eo tractatu, quem de præfinitione et fine disseruerami, plenius exposuerim, tamen et nunc requirenti Nicetæ manifestare me convenit quæ sit ratio, quod Simon qui contra Deum sentit, tanta facere mirabilia potuit.

LIII. Igitur primo omnium, malus esse judicatur apud Deum is, qui requirere non vult, quod sibi expedit. Quomodo enim talis iste alium diliget, qui semetipsum non diligit? Aut cui non iste inimicus erit, qui sibi ipsi amicus esse non potuit? Ut ergo distinguerentur qui bona et qui eligunt mala, Deus quod utile est occultavit hominibus, id est, possessionem regni cœlorum, eamque velut thesaurum secretum reposuit et abscondit, ut ad eam non facile quis possit virtute et scientia pervenire propria, famam tamen ejus, diversis nominibus et opinionibus per generationes singulas ad omnium perduxit auditum, ut si qui forte essent amatores boni, audientes quod sibi esset utile et salutare requirerent et invenirent; requirerent autem non a semetipsis, sed ab eo qui occultavit, darique sibi accedendi aditum et viam scientiæ precarentur, quæ illis solis panditur qui eam super omnia mundi hujus diligerent bona, nec alio quis pacto vel intelligere eam possit etiamsi prudentissimus videretur; hi vero, qui neglexissent quod sibi utile et salutare esset inquirere, tanquam se ipsos odio habentes et semetipsis inimici fraudarentur ejus bonis, velut qui diligerent mala.

LIV. Oportet ergo bonos diligere eam super omnia, id est, super divitias, gloriam, requiem, parentes, propinquos, amicos et omne quod in hoc mundo est. Qui vero perfecte diligit possessionem hanc regni cœlorum, abjiciet sine dubio omnem malæ consuetudinis usum, negligentiam, desidiam, malitiam, iram, cunctaque his similia. Nam si quid horum prætuleris ei, tanquam qui plus dilexeris propriæ libidinis vitia quam Deum, ad possessionem regni cœlestis pervenire non poteris, quia et vere stultum est, aliquid plus amare quam Deum. Sive enim parentes sunt, moriuntur; sive propinqui, non permanent; sive amici, mutantur. Solus est autem Deus æternus, et immutabilis permanens. Qui ergo non vult inquirere quod sibi utile est, malus est, in tantum ut malitia sua ipsum impietatis principem superet. Ille enim bonitate Dei abutitur ad propositum malitiæ suæ, et sibi placet; hic autem salutis suæ bona negligit, ut perditione sui malo placeat.

LV. Propter hos ergo, qui salutis suæ neglectu placent malo, et eos qui studio utilitatis suæ placere cupiunt bono, paria quædam ad tentationem præsenti huic sæculo statuta sunt decem, secundum numerum decem plagarum quæ illatæ sunt Ægypto. Cum enim Moyses secundum præceptum Dei peteret a Pharaone, ut emitteret populum, et ad testimonium cœlestis imperii signa ostenderet, projecta in terram virga conversa est in serpentem [3]. Cumque ob hæc Pharao non vellet acquiescere, utpote habens arbitrii libertatem, rursum magi similia signa facere visi sunt, permittente Deo, ut propositum regis probaretur ex arbitrii libertate, si magis crederet signis Moysi qui a Deo missus est, quam his quæ magi videbantur potius facere, quam faciebant; quos ipsos utique nomine intelligere debuerat non esse operarios veritatis, quod non a Deo missi sed magi appellabantur, sicut et traditio indicat. Denique usque ad aliquem locum visi sunt habere certamen, et post hæc confessi de se cessere meliori [4]. Inducitur ergo plaga ultima [5], interitus primitivorum, et tunc Moyses jubetur populum conspersione sanguinis consecrare, atque ita magna cum prece oblatis etiam muneribus, cum populo rogatur abscedere.

LVI. Simili ergo modo etiam nunc per me video geri. Sicut enim tunc Moyse hortante regem ut crederet Deo, obsistebant magi quasi ostentatione similium signorum, et a salute incredulos prohibebant, ita et nunc cum ego exierim docere omnes gentes ut credant vero Deo, Simon Magus resistit, eadem agens adversum me, quæ et illi tunc egerunt adversum Moysen, ut si qui sunt ex gentibus, qui non recto judicio utuntur, appareant, salventur autem qui signorum rectum discrimen habuerint. Hæc dicente Petro, Niceta respondit: Obsecro te, ut si quid ad memoriam venit, permittas mihi proferre. Tum Petrus delectatus super studio discipulorum: Dic, inquit, quod vis.

LVII. Et Niceta ait: Quid peccavere Ægyptii, si non crediderunt Moysi, cum et magi similia signa fecerint, etiamsi viderentur potius fieri quam veritate fierent? Nam et si ego fuissem tunc, ex eo quod magi similia faciebant, nonne aut Moysen magum credidissem, aut magos quæ ostendebant, divinitus facere putassem? quia non mihi verisimile videretur, licet per phantasiam, eadem tamen effici a magis posse, quæ ille qui a Deo missus est, perpetrabat. Et nunc ergo quid peccant hi qui Simoni credunt, cum videant eum tanta facere mirabilia? Aut

[3] Exod. VII, VIII. [4] Exod. VIII, 19. [5] Exod. XII.

Digitized by Google

non est mirabile per aerem volare, igni admistum A unum corpus effici, facere statuas ingredi, canes æreos latrare, et alia his similia, quæ utique discretionem nescientibus satis mira sunt? Sed et de lapidibus visus est panes facere. Quod si peccat qui signa facientibus credit, quomodo non peccasse videbitur et is, qui Domino nostro pro signis et virtutibus credidit?

LVIII. Et Petrus ait: Libenter accipio quod de veritate ad amussim requiris, et impedimenta fidei in anima tua latere non pateris. Unde et medelam consequi facile potes. Meministi quod pejus omnium esse dixi, cum quis negligit quod sibi expedit discere? Et Niceta respondit: Memini. Petrus: Et rursum quod Deus occultavit veritatem suam, ut eam his qui se fideliter sectantur, aperiat? Et Niceta: Ne hoc quidem oblitus sum. Tum Petrus: Quid ergo putas, quia in terram defossam absconderit Deus veritatem et montes ei superposuerit, ut ab his qui in profundum fodere valent, tantummodo inveniri possit? Non ita est, sed sicut montes et terram cœli ambitu circumdedit, ita et veritatem charitatis suæ velamine contexit, ut ille ad eam solus pervenire possit, qui prius januam dilectionis divinæ pulsaverit.

LIX. Etenim quod prius dicere cœperam, paria quædam huic mundo destinasse Deum: ille qui primus ex paribus venit, a malo est, qui secundus, a bono. In quo unicuique hominum justi occasio judicii datur, sive simplex ille sit, sive prudens. C Nam si simplex est et crediderit illi qui primus venit, signis enim et prodigiis motus, necesse est eadem ratione, ut etiam illi qui secundo venerit, credat; signis enim et prodigiis suadebitur et nunc, sicut prius. Cum vero crediderit huic secundo, discet ab eo quod primo illi qui a malo venit, credere non debeat, et ita prioris error secundi emendatione corrigitur. Si vero quia primo credidit, secundum recipere noluerit, merito ut injustus condemnabitur; injustum enim est, ut cum primo propter signa crediderit, secundo eadem aut etiam potiora ferenti signa non credat. Si vero non credidit primo, consequens est, ut vel in secundo moveatur ad credendum. Neque enim in tantum animo stetit, ut ingeminatis mirabilibus non valeat suscitari. Si vero prudens est, discretionem potest capere signorum. Et si quidem primo credidit, augmentis virtutum movebitur ad secundum, et ex comparatione quæ sint potiora deprehendet, quamvis manifesta habeantur indicia apud eruditos quosque, sicut per ordinis consequentiam demonstravimus. Si vero tanquam sanus quis et qui medico non indigeat, non est commotus ad primum, rei ipsius perseverantia suscitabitur ad secundum, distinctionemque signorum et mirabilium faciet in hunc modum (94): Ille qui a malo est, signa quæ facit, nulli prosunt; illa vero quæ facit bonus, hominibus prosunt.

LX. Nam dic, quæso, quæ utilitas est ostendere statuas ambulantes, latrare æreos aut lapideos canes, salire montes, volare per aerem, et alia his similia, quæ dicitis fecisse Simonem? Quæ autem B a bono sunt, ad hominum salutem deferuntur, ut sunt illa quæ fecit Dominus noster, qui fecit cæcos videre, fecit surdos audire, debiles et claudos erexit, languores et dæmones effugavit, mortuos fecit resurgere, et alia his similia quæ etiam per me fieri videtis. Ista ergo signa quæ ad salutem hominum prosunt et aliquid boni hominibus conferunt, malignus facere non potest, nisi in fine mundi tantum (95). Tunc enim admiscere ei concederetur aliqua etiam de dextris signis, id est, ut vel dæmones fuget, vel ægritudines sanet, et propter hoc, tanquam qui excesserit terminos suos et in semetipsum divisus sit, ac semetipsum impugnaverit, destruetur. Et propterea Dominus prædixit, in novissimis temporibus tentationem futuram talem in qua decipiantur, si fieri potest, etiam electi; confusis scilicet indiciis signorum perturbari necesse est etiam eos, qui in discernendis spiritibus, ac distinguendis virtutibus videntur eruditi.

LXI. Decem ergo quæ diximus paria, huic mundo destinata sunt ab initio sæculi. Cain et Abel unum fuit par; secundum vero gigantum et Noe, tertium Pharaonis et Abraham; quartum Philistinorum et Isaac; quintum Esau et Jacob; sextum magorum et legislatoris Moysi; septimum tentatoris et Filii hominis; octavum Simonis et meum, Petri; nonum omnium gentium, et illius qui mittetur seminare verbum inter gentes; decimum Antichristi et Christi, de quibus paribus alias vobis per singula latius D exponemus. Et cum hæc diceret Petrus, Aquila ait: Vere assidua doctrina opus est, ut de singulis possit quis scire rationem.

## COTELERII NOTÆ.

(94) *Distinctionemque signorum, et mirabilium faciet, in hunc modum.* Quem modum hinc hausit auctor *Operis imperfecti in Matthæum*, ad VII, 16, et XXIV, 24, seu homil. 19 et 49. Idemque profertur ab Origene, II *in Celsum*, p. 94, et a Procopio Gazæo ad Num. XXIV, 8. Nec aliud sonant ista Theodori Studitæ, catechesi 119: Πολλοὶ προφῆται ἐξελήλυθασιν εἰς τὸν κόσμον· ἀλλὰ γὰρ καὶ πολλοὶ αἱρετικοί τε καὶ τὰς θείας ἐντολὰς διακρουόμενοι, πάλαι τε καὶ νῦν παρεχωρήθησαν, καθ' οὓς οἶδε τρόπους ἡ πρόνοια, σημεῖά τε καὶ τέρατα ἀπεργάζεσθαι· ὥστε οὐ δεῖ τούτοις συναρπάζεσθαι, ἐκ δὲ τοῦ παραδεδομένου ἡμῖν ὑπὸ τοῦ Κυρίου χαρακτῆρος δοκιμάζειν τοὺς γνησιεύοντας μαθητάς. Τίς δὲ ὁ χαρακτήρ; ἐν τούτῳ φησὶ γνώσονται πάντες ὅτι ἐμοὶ μαθηταί ἐστε, ἐὰν ἀγάπην ἔχητε ἐν ἀλλήλοις.

(95) *Nisi in fine mundi tantum.* Signa quæ ab Antichristo fient, verane an fallacia futura sint, dubitat Chrysostomus ad *II Thessal.* II, 9, et Augustinus, lib. XX *De civitate Dei*, cap. 19. Quidam vera putant: plures imaginaria. A nostro alia insistitur via: quam sequitur auctor *Operis imperfecti in Matthæum*, ad VII, 16; XXIV, 16, 24: homil. 19 et 49.

Digitized by Google

LXII. At Petrus: Quis est, qui assiduus sit erga doctrinam et studiose singula quæque perquirat, nisi qui animam suam diligit ad salutem et omnibus renuntiat hujus mundi negotiis, ut soli verbo Dei vacet, quem solum prudentem judicat verus propheta, vendentem omnia quæ sua sunt, et ementem unam veram margaritam [6], et intelligentem quæ sit differentia a temporalibus ad æterna, parvis ad magna, hominibus ad Deum? Intelligit enim quæ sit æterna spes apud verum et bonum Deum. Quis autem est qui diligit Deum, nisi qui sapientiam ejus cognovit? quomodo autem quis agnoscere poterit sapientiam Dei, nisi assiduus sit ad audiendum verbum ejus? ex quo accidit ut amorem ejus concipiat et digno eum honore veneretur, hymnis et orationibus ad eum fusis, et in his libentissime requiescens, summumque deputans detrimentum, si quando aliquid aliud vel ad momentum temporis loquatur aut agat, quia revera nec potest anima quæ Dei amore repleta est, aliud aliquid intueri nisi quod ad Deum pertinet, nec satiari potest præ amore ejus, ea quæ ipsi scit esse placita meditando. Hi vero qui affectum ejus minime concepere, nec illuminatam charitatem ejus gerunt mente, velut in tenebris positi lucem videre non possunt. Et ideo etiam priusquam incipiant acquirere de Deo, quasi labore oppressi statim deficiunt, ac tædio repleti continuo a propria consuetudine rapiuntur ad ea verba quibus delectantur. Nam de Deo audire aliquid talibus tædiosum est et molestum, pro eo ut divi, quia mens eorum nullam dulcedinem divinæ charitatis accepit.

LXIII. Hæc Petro dicente dies exortus est, et ecce veniens quidam ex discipulis Simonis clamabat dicens: Obsecro te, Petre, suscipe me miserum a Mago Simone deceptum, cui ego velut cœlesti Deo intendebam, pro his quæ ab eo fieri mirabilibus videbam. Auditis tamen sermonibus tuis cœpit jam mihi homo videri, et quidem malus. Verumtamen cum hinc exiret, ego eum subsecutus sum solus, nondum enim ad liquidum impietates ejus agnoveram. Cum autem vidisset me subsequentem, beatum me dicens perduxit ad domum suam, circa medium vero noctis ait ad me: Omnium te hominum faciam meliorem, si volueris usque ad finem perseverare mecum; cui cum promisissem, exegit a me juramentum perseverantiæ, eoque accepto imposuit super humeros meos polluta quædam et exsecrabilia secreta sua ut portarem, et sequi me jussit. Ubi vero ventum est ad mare, navigium quod forte aderat ingressus, id a cervicibus meis quod portare me jusserat, sumpsit. Et paulo post egressus nihil extulit, certum quod in mare id jecerat. Rogabat autem me, ut cum ipso proficiscerer, dicens se Romam petere, ibi enim in tantum placiturum, ut Deus putetur et divinis publice donetur honoribus. Tunc, inquit, te omnibus divitiis repletum, si huc redire placuerit, et pluribus fultum ministeriis mittam. Hæc ego audiens, et nihil in eo secundum hanc professionem videns, sed magum et deceptorem esse intelligens, respondi: Quæso te, ignosce mihi, quia pedes doleo, et propterea exire a Cæsarea non valeo; præterea est mihi uxor, sunt parvuli liberi, quos relinquere omnino non possum. At ille hæc audiens et ignaviæ me incusans, profectus est contra Doram dicens: Cum audieris quanta mihi gloria erit in urbe Roma, pœnitebit te. Et post hæc ipse quidem, ut aiebat, Romam petiit, ego autem confestim redii huc, orans ut me suscipias ad pœnitentiam, quia ab eo deceptus sum.

LXIV. Cum hæc dixisset is qui a Simone regressus est, jussit eum Petrus in atrio residere. Procedens autem ipse et turbas plurimas videns, multo plures quam superioribus diebus, stetit in loco solito et ostendens eum qui venerat, sermonem facere hoc modo cœpit: Iste, fratres, quem ostendo vobis, paulo ante venit ad me, de Simonis mihi malis artibus nuntians, quomodo ipsam sceleris sui officinam projecerit in profundum, non quasi pœnitentia ductus, sed metuens ne deprehensus publicis legibus subjaceret. Rogabat autem hunc, ut dicit, munera pollicens immensa, secum manere. Quem cum suadere minime potuisset, tanquam ignavum increpans dereliquit, ipse Romam petens. Cumque hæc Petrus [7] indicasset turbis, ipse qui regressus a Simone fuerat, publice stans singula quæque cœpit populo exponere de sceleribus Simonis. Et cum graviter ferrent de his, quæ audiebant per artes magicas gesta a Simone, ait Petrus:

LXV. Nolite, fratres, graviter ferre de his quæ transacta sunt, sed observate de futuris; quæ enim transierunt jam finita sunt, quæ vero imminent periculosa sunt his qui incurrerint; scandala enim nunquam deerunt huic mundo [8] donec permittitur inimico agere pro voluntate sua, ut prudentes quique et intelligentes astutias ejus suscitatos sibi ab eo superent agones, hi vero qui negligunt discere quæ ad salutem pertinent animæ suæ, justis ab eo deceptionibus capiantur. Quia ergo ut ipsi audistis, Simon egressus est aures gentilium qui ad salutem vocati sunt prævenire, necesse est et me vestigia ejus insequi, ut si quid forte ab illo disputatum fuerit, corrigatur a nobis. Sed quoniam justum est de vobis majorem sollicitudinem geri, qui jam intra muros vitæ continemini, quia quod acquisitum est si pereat, damnum infert, quod autem [9] nondum si quidem inveniri potuerit, lucrum est, si minus hoc solum damni est quod lucrum factum non est; ut ergo et vos magis ac magis in veritate firmemini, et gentes quæ ad salutem vocantur non usquequaque possint nequitia Simonis prævenire, cogitavi Zacchæum vobis ordinare pastorem, ego vero ips:

[6] Matth. XIII, 46. [7] *Cumque hæc Petrus*, et quæ sequuntur vocabula, usque ad illa cap. 65: *deceptionibus capiantur*, desunt in codd. Lipss. [8] Matth. XVIII, 7; Luc. XVII, 1. [9] *Quod autem — factum non est* non leguntur in codd. Lipss.

Digitized by Google

tres vobiscum permanere menses et ita proficisci ad gentes, ne amplius morantibus nobis et sceleribus Simonis usquequaque grassantibus, insanabiles fiant.

LXVI. Hæc illo dicente universus populus flevit, audiens quod profecturus esset. At Petrus compassus eis, etiam ipse lacrymas fudit, et in cœlum respiciens ait : Tibi, Deus, qui cœlum terramque fecisti et omnia quæ in eis sunt, precem supplicem fundimus, ut confugientes ad te in tribulatione sua soleris ; propter affectum enim quem habent erga te, diligunt me, qui veritatem tuam annuntiavi eis. Propter quod miserationis tuæ dextera custodi eos; non enim Zacchæus nec alius quisquam hominum custos esse eis idoneus potest. Hæc autem et his similia cum dixisset Petrus, manibus superpositis Zacchæo oravit, ut inculpabiliter episcopatus sui servaret officium. Post hæc duodecim presbyteros ordinavit et diacones quatuor, et ait : Zacchæum hunc vobis ordinavi episcopum, sciens eum timorem Dei habere et eruditum esse in Scripturis, quem quasi Christi locum servantem honorare debetis, obedientes ei ad salutem vestram, et scientes, quod sive honor sive injuria quæ ei defertur, ad Christum redundat et a Christo ad Deum. Audite ergo eum attentius et ab ipso suscipite doctrinam fidei, monita autem vitæ a presbyteris, a diaconibus vero ordinem disciplinæ. Viduarum religiosam curam gerite, pupillos enixius juvate, pauperibus misericordiam facite, juvenes pudicitiam docete, et ut breviter totum dicam, alterutrum vos in quibus res poposcerit sustentate. Deum colite qui creavit cœlum et terram, Christo credite, invicem diligite, misericordes estote ad omnes, non verbo solo sed et opere et rebus implete charitatem.

LXVII. Et cum hæc atque his similia præcepisset, pronuntiavit ad populum dicens : Quoniam tres menses statui facere vobiscum, si quis vestrum desiderat, baptizetur, ut exutus prioribus malis, de reliquo pro bonis actibus hæres bonorum cœlestium ex gestis propriis fiat. Accedat ergo qui vult ad Zacchæum, et ipsi det nomen suum (96), atque ab eo audiat mysteria regni cœlorum. Jejuniis frequentibus operam impendat ac semetipsum in omnibus probet, ut tribus his mensibus consummatis in die festo possit baptizari. Baptizabitur autem unusquisque vestrum in aquis perennibus nomine Trinæ Beatitudinis invocato super se, perunctus primo oleo per orationem sanctificato, ut ita demum per hæc consecratus possit percipere de sanctis (97).

LXVIII. — Et cum multa dixisset de ratione baptismi, dimissis turbis ad solitam se recepit mansionem, ibique astantibus sibi duodecim, id est, Zacchæo et Sophonia, Josepho et Michæa, Eleazaro et Phinees, Lazaro et Eliseo, me Clemente et Nicodemo, Niceta et Aquila, hoc modo prolocutus est : Consideremus fratres, quod justum est; debemus enim auxilium aliquod ferre gentibus, quæ ad salutem vocatæ sunt. Ipsi audistis quod Simon præcedere volens iter nostrum profectus est, quem oportuerat e vestigio insequi, ut sicubi aliquos subvertere tentaret continuo confutaretur a nobis. Sed quoniam injustum mihi videtur, ut derelictis his qui jam conversi sunt ad Deum, eorum qui adhuc longe sunt curam proferamus, rectum puto tribus mensibus permanere me cum bis qui in hac civitate conversi sunt ad fidem, et firmiores eos efficere, nec tamen illos qui adhuc longe sunt penitus negligere, ne forte, si diu venenis pessimæ doctrinæ inficiantur, difficilius revocentur. Et ideo volo, si tamen etiam vobis justum videtur, ut pro Zacchæo quem hic ordinavimus episcopum, subjiciatur in numero Benjamim filius Saba, et pro Clemente quem decrevi mecum semper esse, quia ex gentibus veniens audiendi verbi Dei grande desiderium gerit, Ananias filius Safra, pro Niceta vero et Aquila, qui nuper conversi sunt ad fidem Christi, Rubelus Zacchæi frater et Zacharias structor. Istis ergo quatuor pro his quatuor substitutis expleri volo duodecim numerum, ut me in ipsis semper secum esse sentiat Simon.

LXIX. Sequestratis igitur me Clemente et Niceta et Aquila, ad illos duodecim ait : Volo vos post diem crastinum proficisci ad gentes et vestigia Simonis insequi, ut omnia quæ agit manifesta mihi faciatis. Sed et propositum singulorum diligenter requirite et me adfuturum sine mora eis annuntiate, et ne multa vobis dicam, per omnia instruite gentiles exspectare adventum meum. Cumque hæc atque his similia dixisset : Etiam vos, inquit, fratres, si quid vobis ad hæc videtur, dicite, ne forte non sit rectum quod mihi soli placet. Tum omnes una voce collaudantes eum : Rogamus magis, aiebant, ut pro arbitrio tuo cuncta disponas et quod tibi ipsi videtur jubeas; hoc enim putamus esse opus integrum pietatis, si quæ tu jusseris impleamus.

## COTELERII NOTÆ.

(96) *Et ipsi det nomen suum.* Qui Christiani fieri volebant, dabant suum nomen ad baptismum, quod scriberetur a clero, posteaque ὀνοματογραφέντες et subscripti dicebantur. Celebrem ritum docent cum multis Siricius papa, epist. 1, cap. 2, et Cyrillus Hierosolymitanus, catechesi 3, atque in Προκατηχήσει. Ea Procatechesis, ut id obiter moneam, velut homilia S. Basilii *De baptismo*, Περὶ φωτίσματος, exstat, sed multa cum diversitate, in antiquis membranis Bibliothecæ Regiæ cod. 1260 et 2403, ad cujus posterioris codicis marginem sic notavit criticus Græcus : Σαφῶς ἡμῖν δείκνυσι ὁ χαρακτὴρ τοῦ προκειμένου λόγου, ὅτι οὐκ ἔστι τοῦ ἁγίου Βασιλείου. In concilio Constantinopolitano sub Mena : Στέφανος διάκονος, ὁ καὶ τὰς προσηγορίας τῶν εἰς τὸ θεῖον βάπτισμα προσιόντων ἐγγράφειν τεταγμένος.

(97) *Possit percipere de sanctis.* Hoc est, corpus et sanguinem Christi. Id vero magna ignorantia non intelligens consarcinator tertiæ Decretalis Clementis, sic Rufini verba interpolavit: *possit percipere locum cum sanctis.*

Digitized by Google

LXX. — Igitur statuto die cum stetissent ante Petrum, Ne arbitreris, aiunt, Petre, parvum nobis indici mœrorem, quod fraudamur non audientes te per menses tres; sed quoniam hoc expedit agere quod tu jubes, obediemus promptissime; semper ergo vultum tuum in nostro corde retinentes sicut jussisti alacres proficiscimur. At ille oratione pro eis ad Dominum fusa emisit eos. Et cum profecti fuissent illi duodecim qui præmissi sunt, Petrus ingressus ex more in loco disputationis stetit. Convenerat autem populi multitudo, copiosior numerus quam solebat, et omnes cum lacrymis intuebantur eum, pro eo quod pridie ab eo audissent, profecturum se Simonis gratia. Sed et ipse lacrymantes eos videns similia patiebatur, licet conaretur occultare et inhibere lacrymas; prodebatur tamen ex tremore vocis et interruptione sermonis, quod simili angeretur affectu.

LXXI. Verumtamen manu confricans frontem, Æquo animo, inquit, estote, fratres, et misericordes animas vestras consilii ratione solamini, referentes omnia ad Deum, cujus solius implenda et in omnibus præferenda voluntas est. Nam si verbi gratia ponamus, quod pro affectu quem erga vos gerimus, contra voluntatem ejus agentes resideamus vobiscum, nunquid non potest missa in me morte, profectionem mihi a vobis indicere longiorem? Et ideo melius est ut hanc breviorem cum voluntate ipsius impleamus, utpote quibus definitum est in omnibus obedire Deo; unde et vos debetis simili obedientia parere ei, quippe qui etiam me non alia ex causa, nisi pro ipsius amore diligatis. Ut ergo amici Dei, voluntati ejus obtemperate; sed et vos ipsi probate quod justum est. Nunquid non impium videbatur, si cum vos Simon deciperet, ego non venissem ad vos detentus a fratribus qui erant in Hierusalem, et quidem cum haberetis apud vos Zacchæum, virum bonum et in sermone expeditum? Ita ergo et nunc impium judicate, si cum exierit Simon ad gentes impugnandas, quibus nullus omnino defensor est, ego non subsequar detentus a vobis. Propter quod observemus, ne forte affectu injusto voluntatem maligni faciamus.

LXXII. Interim tribus, ut dixi, mensibus permanebo apud vos; estote assidui ad audiendum verbum, et consummatis his, si qui possunt et volunt sequi nos, permittitur eis salva pietate. Quod autem dico salva pietate, hoc est, ne quem discessu suo contristet qui contristari non debet, vel parentes relinquens quos non oportet, vel uxorem fidelem, vel si quæ [10] sunt hujusmodi personæ, quibus propter Deum deferri solatium convenit Interea per dies singulos disputans et docens, propositum tempus in doctrinæ labore complevit. Et cum advenisset dies festus, super decem millia baptizati sunt.

LXXIII. In illis autem diebus epistola mittitur a fratribus qui præcesserant, in qua Simonis scelera continebantur, quomodo per civitates deciperet turbas et Petrum per singula laceraret, ut cum forte advenisset, nullus ei accommodaret auditum. Asserebat enim eum magum esse et sine Deo, injuriosum, callidum, imperitum et impossibilia profitentem. Mortuos enim resurrecturos asserit, quod est, inquit, impossibile. Si qui vero eum confutare velit, occultis ab eo insidiis perimitur per satellites ejus; propter quod, inquit, et ego cum eum superassem et triumphassem, insidias ejus veritus fugi, ne forte maleficiis me perimeret aut mortem meam per insidias elocaret. Indicabant autem maxime eum apud Tripolim demorari.

LXXIV. Igitur Petrus epistolam recitari populo jubet, et post lectionem allocutus eos de omnibus plenissime instruxit, præcipue tamen ut obedirent Zacchæo, quem ordinavit eis episcopum. Sed et presbyteros et diaconos populo, et ipsis nihilominus populum commendavit. Simulque denuntians quod apud Tripolim hiematurus esset, Commendo vos, inquit, gratiæ Dei, crastino cum voluntate Domini profecturus. Per totos [11] autem tres menses quos apud Cæsaream doctrinæ causa exegimus, quæcunque apud populum disserebat per diem, hæc nobis secreto lucubrantibus secum plenius et perfectius explanabat, tanquam fidelioribus ac sibi liquido probatis. Simul et imperat mihi, quia intellexit me studiosius quæ audirem memoria commendare, libris singula quæque quæ memoratu digna videbantur comprehendere et mittere ad te, mi domine Jacobe, sicut et feci pareus ejus præceptis.

LXXV. Primus ergo liber ex his quos prius misi ad te (98) continet de vero propheta et de proprietate intelligentiæ legis, secundum id quod Moysi traditio docet. Secundus de principio continet, utrum unum sit principium, an multa, et quod non ignoret Hebræorum lex, quid sit immensitas. Tertius, de Deo et his quæ ab eo instituta sunt. Quartus, quod cum multi dicantur dii, unus sit verus Deus secundum testimonia Scripturarum. Quintus,

[10] *Vel si quæ—convenit* desunt in cod. utroque Lips. [11] *Per totos—esse non poterat* (cap. 75) non leguntur in codd. Lipss.

## COTELERII NOTÆ.

(98) *Primus ergo liber ex his quos prius misi ad te*, etc. Igitur decem illi libri antea ad Jacobum missi (si unquam in rerum natura exstitere) distingui debent ab istis decem *Recognitionum* libris, qui nunc ad eumdem Jacobum post eos scribuntur. Et tamen hoc loco in margine codicis RR. PP. Carmelitarum legitur : *Distinctiones librorum decem præsentis operis*. Eumdemque errorem secutus videtur tum scriptor ms. Sorbonici, toti namque Operi ea lemmata præponit; tum ms. Thuani exarator, qui similiter illa præfixit, ac præterea ex isto capite 75 libri tertii sustulit.

Digitized by Google

quod duo sint cœli, quorum unum sit istud visibile firmamentum quod et transibit, aliud vero æternum et invisibile. Sextus, de bono et malo et quod bono cuncta subjiciantur a Patre, malum autem quare et quomodo, et unde sit, et quod cooperetur quidem bono, sed non proposito bono; et quæ sint signa boni, quæ vero mali, et quæ sit differentia dualitatis et conjugationis. Septimus, quæ sint, quæ prosecuti sunt duodecim apostoli apud populum in templo. Octavus, de verbis Domini quæ sibi videntur esse contraria, sed non sunt, et quæ sit horum absolutio. Nonus, quia lex quæ a Deo A posita est, justa sit et perfecta, et quæ sola possit facere pacem. Decimus, de nativitate hominum carnali et de generatione quæ est per baptismum, et quæ sit in homine carnalis seminis successio, et quæ animæ ejus ratio, et quomodo in ipsa est libertas arbitrii; quæ quoniam non est ingenita sed facta est, immobilis a bono esse non poterat. De his ergo singulis quæ apud Cæsaream disserta sunt a Petro, jubente, ut dixi, ipso decem conscripta ad te transmisi volumina. Nos autem die postera, ut statutum fuerat, cum aliquantis qui Petrum sequi decreverant fidelibus viris, a Cæsarea proficiscimur.

# LIBER QUARTUS.

I. Profecti a Cæsarea ut Tripolim pergeremus, B apud Doram breve oppidum primam fecimus mansionem, quia nec longe aberat. Et omnes pene qui per sermonem Petri crediderant, divelli ab eo satis ægre habebant, sed pariter incedentes, dum iterum videre, iterum complecti juvat, iterum conferre sermonem, ad diversorium pervenimus. Sequenti vero die venimus Ptolomaidem, ubi decem dies demorati cum aliquanti verbum Dei recepissent, nonnullis eorum, qui attentiores videbantur et diutius detinere nos doctrinæ gratia cupiebant, Tripolim si hoc velint, ut sequerentur indicavimus. Similiter et apud Tyrum ac Sidonem et Berytum fecimus, et his qui plenius desiderabant audire sermonem, apud Tripolim nobis hiemandum denuntiavimus. Igitur cum ex singulis civitatibus studiosi quique C comitarentur Petrum, electorum multitudo plurima ingredimur Tripolim. Continuo autem ante portas civitatis fratres qui præmissi fuerant, occurrunt et suscipientes nos adducunt per hospitia, quæ præparaverant. Commotio autem et concursus plurimus fiebat in civitate, desiderantium videre Petrum.

II. Et cum venissemus ad domum Maronis, in qua Petro fuerat præparatum, conversus ad turbas, post diem crastinum sermonem se ad eos promisit facturum. Igitur qui præmissi fuerant fratres, omnibus qui nobiscum venerant hospitia dividunt. Petrus vero Maronis domum ingressus cum rogaretur cibum sumere, nequaquam se facturum respondit, D nisi prius scisset, si omnes qui eum fuerant comitati hospitiis requiescerent. Comperit autem a fratribus qui præmissi sunt, quia a civibus pro desiderio quod erga Petrum conceperant, non solum hospitiis sed et omni humanitate suscepti sint, in tantum ut et contristarentur aliquanti, quibus defuere quos susciperent; ita enim omnes paratos fuisse, ut si multo plures venissent, adhuc tamen suscipiendos magis quam suscipientes fuisse defuturos.

III. Super his Petrus valde delectatus, collaudavit et benedixit eos ac secum manere jussit. Ipse vero cum lavisset in mari (99), cibo sumpto quievit in vespera. Et ex more pullorum cantibus surgens, vespertino adhuc lumine perdurante, cunctos invenit vigilantes; eramus autem omnes cum eo sedecim, Petrus et ego Clemens, Niceta et Aquila, et illi qui præcesserant duodecim. Salutans itaque ut solebat Petrus ait: Hodie quia aliis occupati non sumus, nobis simus. Et ego quidem vobis, quæ apud Cæsaream post digressum vestrum gesta sunt, enarrabo; vos autem mihi quæ hic a Simone perpetrata sunt, indicate. Et cum de his ab alterutro sermo ederetur, illucescente die ingressi quidam de familiaribus nuntiant Petro, quod Simon ubi eum didicisset ingressum, per noctem profectus esset Syriam tendens. Turbæ autem diem hanc, inquiunt, quam interposuisti eis, desiderio tui longissimum sibi esse tempus opinantur, denique non ferentes stant ante januam, inter se invicem de his quæ audire cupiunt conferentes, et te ante præfinitum tempus omnimodis se visuros sperant, quantoque magis dies clarescit multitudines colliguntur, et audituros se sermonem tuum, nescio

## COTELERII NOTÆ.

(99) *Ipse vero cum lavisset in mari.* Vide omnino S. Epiphanium, hæresi 50, num. 2, 15, 21, et ab eo monitus, Ebionitica hæc et similia quæ non raro occurrunt in *Recognitionibus*, *Epitome* et *Clementinis*, caute legito. Alias lavare manus, faciem, os, pedes, totum corpus, certis diebus, aut singulis, aut sæpius in die, ac definitis horis, idque post somnum, post concubitum, ante et post cibum, ante preces, ante reconciliationem in pœnitentia, ante sumptionem Eucharistiæ: hæc, inquam, omnia, ad consuetudines ritusque gentium et Ecclesiarum pertinentia, quemadmodum notum est satis, pietatem non lædunt, imo adjuvare possunt, si ad bonum finem dirigantur, nec superstitiose ac veluti ad salutem necessaria usurpentur.

Digitized by Google

unde præsumentes certissime confidunt. Nunc ergo quod tibi videtur, jube ut dicamus eis; absurdum namque est tantam multitudinem convenisse et discedere cum mœstitia, quippe si responsa eis nulla reddantur. Non enim cogitabunt quod ipsi statutum non exspectaverint diem, sed quod a te magis videantur esse contempti.

IV. Tum Petrus admirans ait: Videtis, fratres, quomodo unusquisque sermo Domini prophetice dictus impletur. Memini enim dixisse eum: *Messis quidem multa, operarii autem pauci. Rogate ergo dominum messis, ut ejiciat operarios in messem suam* [12]. Ecce ergo nunc quæ in mysterio prædicta sunt, adimplentur. Sed et quod dixit: *Multi venient ab oriente et occidente, a septentrione et meridie, et recumbent in sinibus Abraham et Isaac et Jacob* [13]; etiam hoc pariter, ut videtis, expletur. Propter quod deprecor vos conservos et adjutores meos, ut discatis attentius prædicandi ordinem et absolutionum vias, ut possitis salvare animas hominum, quæ occulta Dei virtute quem debeant diligere, prius etiam quam doceantur agnoscunt. Videtis enim eos quasi bonos servos desiderare eum, quem sibi sperant adventum sui Domini nuntiare, ut possint voluntatem ejus cum didicerint implere. Desiderium ergo [14] audiendi verbi Dei et voluntatem ejus quærendi ex Deo habent, et hoc est initium doni Dei quod gentibus datur, ut possint per hoc doctrinam recipere veritatis.

V. Sic enim et Hebræorum populo ex initio datum est, ut diligerent Moysen et crederent verbo ejus. [Unde et scriptum est: *Credidit populus Deo et Moysi famulo ejus* [15].] Quod ergo fuit proprii muneris a Deo erga Hebræorum gentem, hoc nunc videmus dari etiam his qui ex gentibus convocantur ad fidem. Operum vero ratio potestati et arbitrio uniuscujusque permittitur, et hoc ipsorum est proprium, [desiderium vero habere erga doctorem veritatis,] hoc a Patre cœlesti donatum est. Sed salus in eo est ut voluntatem ejus, cujus amorem et desiderium Deo largiente conceperis, facias; ne dicatur ad te ille sermo ejus quem dixit: *Quid autem dicitis mihi: Domine, Domine, et non facitis quæ dico* [16] (100)? Est ergo proprii muneris a Deo concessi Hebræis, ut Moysi credant, gentibus autem, ut Jesum diligant. Hoc enim indicabat et Magister, ubi ait: *Confitebor tibi, Pater, Domine cœli et terræ* (1), *quia occultasti hæc a sapientibus et prudentibus, et revelasti ea parvulis* [17]. Per quod utique declaratur, quia Hebræorum populus qui ex lege eruditus est, ignoravit eum, populus autem gentium agnovit Jesum et veneratur, propter quod et salvabitur, non solum agnoscens eum, sed et voluntatem ejus faciens. Debet autem is qui ex gentibus est, et ex Deo habet, ut diligat Jesum, proprii habere propositi, ut credat et Moysi. Et rursus Hebræus qui ex Deo habet, ut credat Moysi, habere debet et ex proposito suo, ut credat in Jesum, ut unusquisque eorum habens in se aliud divini muneris, aliud propriæ industriæ, sit ex utroque perfectus. De tali enim dicebat Dominus noster viro divite: *Qui profert de thesauris suis nova et vetera* [18].

VI. Sed de his satis dictum; urget enim tempus et populi religiosa devotio invitat nos, ad ipsos facere sermonem. Et cum hæc dixisset, requirebat ubi opportunus esset locus ad disputandum. Et Maro ait: Est mihi ædes amplissima, quæ plus quam quingentos recipiat viros, est et hortus intra domum; aut si in publico aliquo placet loco, hoc magis omnes desiderant, nemo enim est, qui non cupiat vel faciem tuam videre tantum. Et Petrus: Ostende mihi, inquit, ædem vel hortum. Et cum vidisset ædem, ingrediebatur ut et hortum perspiceret, et subito omnis multitudo quasi ab aliquo evocata, cum festinatione ingressa est domum, atque inde ad hortum prorupit, ubi jam stabat Petrus, considerans quis esset aptus ad disputandum locus.

VII. Ut autem vidit turbas velut ingentis fluvii inundasse lenem meatum, ascendens supra basim quamdam, quæ forte juxta horti parietem stabat, primo religionis more populum salutavit. Quidam autem ex his qui aderant, et multo tempore a dæmonibus fuerant fatigati, in terra proruunt obsecrantibus spiritibus immundis, ut vel uno die indulgeretur eis in obsessis corporibus permanere; quos Petrus increpans jussit abscedere, et sine mora discesserunt. Post hos alii longis afflicti languoribus rogabant Petrum, ut reciperent sanitatem, pro quibus se supplicaturum Domino pollicetur, cum prius, sermo doctrinæ fuisset expletus. Sed statim ut promisit, languoribus resoluti sunt, et jussit eos seorsim residere cum his, qui a dæmonibus fuerant curati, quasi post laboris fatigationem. Interea dum hæc aguntur, plurima multitudo convenit, quos non solum desiderium Petri, sed et sanita-

[12] Matth. IX, 37, 38. [13] Luc. XIII, 29; Matth. VIII, 11. [14] *Desiderium ergo* et sqq. usque ad finem cap. 5 non leguntur in codd. Lipss. [15] Exod. XIV, 31. [16] Luc. VI, 46. [17] Matth. XI, 25. [18] Matth. XIII, 52.

## COTELERII NOTÆ.

(100) *Quid autem dicitis mihi, Domine*, etc. Lucæ VI, 46: Τί δέ με καλεῖτε, Κύριε, Κύριε, καὶ οὐ ποιεῖτε ἃ λέγω; *Quid autem vocatis me: Domine, Domine, et non facitis quæ dico?* seu ex alia versione apud Cæsarium Arelatensem, homil. 4, 9 et 12, earum quas curæ viri clarissimi Stephani Baluzii debemus: *Quid prodest quod dicitis mihi, Domine, Domine, et non facitis quæ* vel *ea quæ dico?* S. Augustinus, serm. 38, *De sanctis: Illud valde timendum est, quod iterum Dominus dicit: Quid prodest quod dicitis: Domine, Domine, et non facitis quæ dico vobis?*

(1) *Pater, Domine cœli et terræ.* Candeler. ms., *Domine Pater*, quo modo citatur ab Hilario, Hieronymo, aliis.

Digitized by Google

tum, quæ perpetratæ fuerant, fama pertraxerat. At Petrus manu quiescere populum docens, et turbas in tranquillitate componens [19], hoc modo fecit exordium:

VIII. Incipienti de vero Dei cultu facere sermonem necessarium mihi videtur, eos qui nondum de hoc aliquid scientiæ consecuti sunt, primo omnium docere, per omnia inculpabilem ponendam esse divinam Providentiam, per quam mundus regitur et gubernatur. Hunc autem nobis exordii titulum dedit præsentis operis ratio, et eorum quos Dei virtus sanavit occasio, ut ostendamus, quod recta ratione quamplurimi a diversis dæmonibus obtinentur, ut per hoc appareat justitia Dei. Invenietur enim omnium pene malorum mater esse ignorantia. Sed jam veniamus ad causam.

IX. Deus cum fecisset hominem ad imaginem et similitudinem suam, operi suo spiramen quoddam et odorem suæ divinitatis inseruit, ut per hoc participes facti mortales Unigeniti ejus, per ipsum etiam amici Dei et filii adoptionis existerent; unde et qua via id possint adipisci, ipse eos ut propheta verus edocuit, sciens quibus actibus hominum delectaretur Pater. Unus itaque apud homines tunc Dei cultus erat, mens pura et spiritus incorruptus. Et ob hoc omnis creatura humano generi fœdus inviolabile conservabat. Ob reverentiam namque Creatoris nulla ægritudo in eos, nullum vitium corporis, nulla ciborum dominata corruptio est, ex quo fiebat, ut mille annorum ætas in fragilitatem non incideret senectutis.

X. Sed ubi vita laboris expers bonorum perseverantiam non putavit divina largitione, sed rerum forte concessam, et sine ullo sudore divinæ amœnitatis deliciis perfrui, naturæ debitum et non Dei bonitatis munus accepit. In contrarias per hæc homines et impias cogitationes otio docente perveniunt, putantes deorum sibi vitam nullis laboribus nullisque meritis natam. Hinc proficiunt in deterius, ut neque providentia Dei mundum regi crederent; neque virtutibus esse aliquem locum, quandoquidem semetipsos scirent nullis prius bonis operibus assignatis otii ac deliciarum summam tenere, et amicos Dei absque ullis laboribus haberi.

XI. Justissimo itaque Dei judicio in hujusmodi cogitationum vanitate languentibus, labores et afflictiones pro remedio conferuntur. Ubi ergo adfuit labor ac tribulatio, deliciarum et amœnitatis exclusi sunt loco. Terra autem cœpit nihil eis sine labore producere; et tunc conversa in hominibus cogitatio, creatoris sui requirere commonetur auxilium, et orationibus ac votis præsidia invitare divina. Et ita factum est, ut cultum Dei quem pro bonis neglexerant, recuperarent pro malis, et cogitationes in Deum quas perverterat indulgentia, emendaret afflictio. Sic ergo divina Providentia hoc esse utilius hominibus videns, vias benignitatis et abundantiæ, tanquam quæ læderent, subtrahit ab hominibus, et vexationis iter ac tribulationis inducit.

XII. Sed ut ostenderet quia hæc pro ingratis agerentur, unum quemdam ex illis qui primitus cœperant esse mortales, quod eum gratiæ suæ non immemorem vidit, et quia speravit invocare nomen Domini (2), ad immortales transtulit, cæteris qui in tantum ingrati exstitere, ut nec laboribus et tribulationibus emendari et corrigi possint, gravissima morte damnatis. Invenit tamen et inter ipsos unum quemdam cum domo sua justum, quem reservaret, præcepto ei dato ut fabricaret arcam, et in ea, cum diluvio cuncta necarentur, ipse cum his quibus præceptum fuerat, posset evadere, quo impiis inundationem aquarum peremptis purificationem mundus acciperet, et is qui ad posteritatem generis fuerat reservatus, per aquam mundus effectus, mundum denuo repararet.

XIII. Sed his omnibus gestis rursus homines ad impietatem vertuntur, et propter hoc a Deo ponitur lex quæ vivendi modum doceret; sed processu temporis, Dei quidem cultus et justitia ab infidelibus et impiis corrumpitur, sicut paulo post apertius ostendemus. Perversæ autem et erraticæ religiones introducuntur, quibus se plurima pars hominum per occasionem feriarum et solemnitatum dederunt, potus instaurantes et convivia, tibiasque ac fistulas et citharas ac diversa genera musicorum sectantes, et semetipsos per omnia temulentiæ ac luxuriæ propinantes. Hinc omnis error accepit originem, hinc lucos et aras, hinc coronas et victimas reperere, et post ebrietatem quasi lymphaticis motibus agi; ex hoc jam potestas dæmoniis data ingrediendi hujuscemodi mentes, ut choros ducere insanos et Baccho furere viderentur; hinc fremere dentibus, et mugire de profundis visceribus inventum, hinc terribilis vultus et ferus in hominibus aspectus, ut is quem temulentia subverterat ac dæmon instigaverat, numine repletus a deceptis et errantibus crederentur.

XIV. Unde cum tam multæ in hunc mundum falsæ et erraticæ religiones essent introductæ, missi sumus nos deferentes vobis tanquam boni negotiatores, a patribus traditum et conservatum veri Dei cultum, cujus quasi semina quædam vobis hæc verba respergimus, et in vestro judicio poni-

[19] Quæ sequuntur vocabula usque ad finem cap. 36, desunt in codd. Lipss.; cohærent autem antecedentia cum iis, quæ cap. 37 leguntur, hoc modo: *componens, cum aliqua locutus esset, præcepit ut postea die*, etc.

## COTELERII NOTÆ.

(2) *Et quia speravit invocare nomen Domini.* Vel confundit Henochum cum Enoso; seu potius illi applicat quod de hoc dictum fuerat Genes. IV, 26, juxta LXX interpretes.

Digitized by Google

mus quod rectum videtur eligere. Si enim recipiatis quæ nostra sunt, non solum ipsi incursiones dæmonis effugere, sed et ex aliis eas effugare poteritis, simul et æternorum bonorum præmia consequemini. Qui autem contempserint recipere quæ dicuntur a nobis, in præsenti quidem vita diversis dæmonibus et ægritudinum vitiis subjacebunt, post excessum autem corporis etiam animæ eorum cruciabuntur in perpetuum. Deus enim non solum bonus, sed et justus est; nam si semper bonus sit et nunquam justus, ut reddat unicuique pro gestis suis, bonum invenietur injustum. Injustum namque est, si ita apud eum habeatur impius, sicut et pius.

XV. Igitur dæmones, sicut paulo ante diximus, cum occasionibus acceptis ingerere se potuerunt per malos et turpes actus corporibus hominum, si multo tempore permanent in eis per negligentiam ipsorum, quia animæ suæ quod est utile non requirunt, necessario cogunt eos habitantium in se dæmonum de reliquo facere voluntates. Quod autem est omnium deterius, in consummatione sæculi, cum dæmon ille igni tradetur æterno, necessario et anima quæ ei paruit, cum ipso æternis ignibus cruciabitur, una cum corpore suo quod pollnit.

XVI. Dæmones autem habere desiderium immergendi se corporibus hominum hæc causa est. Spiritus sunt habentes propositum conversum ad malitiam; per cibos ergo et potus immoderatos ac libidinem perurgent homines ad peccatum; eos tamen qui peccandi propositum gerunt, qui dum videntur necessaria naturæ velle complere, non tenentes modum per nimietatem, ingrediendi in semetipsos dæmonibus faciunt locum. Donec autem naturæ mensura servatur et modus legitimus custoditur, Dei clementia ingrediendi in homines non eis tribuit facultatem. Ubi vero aut mens ad impietatem declinaverit, aut corpus immoderatis cibis ac potibus adimplebitur, tanquam voluntate et proposito eorum qui se ita negligunt invitati, quasi adversum eos qui a Deo positam legem solverint, accipiunt facultatem.

XVII. Videtis ergo quantum valeat agnitio Dei et divinæ religionis observantia, quæ non solum defendit credentes ab incursionibus dæmonii, verum et imperare eos facit his qui cæteris dominantur. Et ideo necessarium vobis est, qui estis ex gentibus, confugere ad Deum et observare vos ab omni immunditia, ut expulsis dæmonibus Dei habitatio fiat in vobis. Simul et orationibus commendate vos Deo, et interpellate eum adversum impudentiam dæmonum; credentes enim quæcunque petieritis, accipietis [10]. Sed et ipsi dæmones quanto viderint fidem crescere in homine, tanto ab eo refugiunt in ea solum parte residentes, in qua adhuc aliquid infidelitatis resederit; ab his vero qui plena fide credunt, absque ulla remoratione discedunt. Anima enim cum venerit ad fidem Dei, cœlestis aquæ virtutem consequitur, per quam dæmonem tanquam scintillam ignis exstinguat.

XVIII. Est ergo fidei mensura, quæ si integra sit, ex integro de anima dæmonem fugat; si vero minus aliquid habeat, residet adhuc aliquid de portione dæmonis in portione infidelitatis, et est plurimus labor, ut intelligat anima quando aut qualiter, si plene aut minus plene ex se fugatus sit dæmon. Si enim in aliqua parte resederit, cum tempus inveniet, cogitationes subjicit cordibus hominum, et illi nescientes unde hæc veniant, suggestionibus dæmonum quasi animæ suæ sensibus credunt. Suggerunt ergo aliis occasione corporeæ necessitatis delicias sequi, aliorum iracundiam excusant per abundantiam fellis, aliorum insaniam nigri fellis vehementia colorant, sed et stultitiam quorumdam pro multitudine phlegmatis extenuant. Quod etsi ita esset, tamen hæc singula molesta corpori esse non possent, nisi ex ciborum potuumque nimietate, qui cum justo amplius sumuntur, abundantia eorum quam decoquere naturalis non sufficit calor, crudescit in venenum quoddam, idque visceribus venisque omnibus sentinæ in modum redundans, motus corporis insanos reddit et turpes. Propter quod in omnibus est obtinenda parcimonia, ut neque dæmonibus locus detur, neque anima ab eis obsessa una cum ipsis tradatur æternis ignibus crucianda.

XIX. Est et alius error dæmonum, quem subjiciunt sensibus hominum, ut putent se ab his qui dicuntur dii perpeti quæ patiuntur, quo per hæc, sacrificia offerentes et munera, quasi repropitiantes eos, cultum falsæ religionis affirment, nos vero refugiant qui pro salute eorum satagimus, ut ab errore liberentur; sed hoc, ut dixi, faciunt ignorantes quod dæmones ista sibi suggerant, ne salventur. Est ergo in potestate uniuscujusque, quia liberi arbitrii factus est homo, utrum nobis velit audire ad vitam, an dæmonibus ad interitum. Aliis etiam dæmones in visu per diversas imagines apparentes, interdum minas intendunt, interdum sanitates incommoditatibus pollicentur, ut his quos decipiunt deorum nihilominus de se inserant opinionem, et quod sint dæmones ignoretur. Sed nos non latent, scientes mysterium creaturæ, et quam ob causam dæmonibus hæc agere in præsenti sæculo permittatur, ut vel transformari eis liceat in quas volunt imagines, vel suggerere pravas cogitationes, vel inserere se per cibos et potum sibi consecratum mentibus vel corporibus eorum, qui ex eo sumpserint, vel ad idoli alicujus venerationem somnia vana confingere.

XX. Et tamen quis ita sine sensu invenitur, cui persuaderi debeat, ut idolum colat, sive illud ex auro sive ex quolibet metallo factum sit? Cui non

[10] Matth. xxi, 22.



Digitized by Google

palam est id esse illud metallum, quod artifex voluit? Quomodo ergo inesse ibi divinitas putanda est, quod si noluisset artifex, omnino non esset? aut quomodo inde futura sibi annúntiari sperent, ubi nec præsentium aliquis intellectus est? Quamvis etiamsi aliquid divinarent, non continuo dii haberi possent; quia aliud est divinatio, aliud divinitas. Nam et Pythones divinare videntur, et non continuo dii sunt, denique a Christianis hominibus effugantur (3); et quomodo Deus est, qui fugatur ab homine? Sed dicis fortasse: quid quod sanitates efficiunt, et quomodo quis curetur ostendunt? Hac ratione colendi sunt etiam medici ut dii, multos enim sanant, et quanto quis peritior fuerit, tanto plures sanabit.

XXI. Unde constat, istos cum sint dæmonici spiritus, et multo citius scire aliqua et multo perfectius; non enim ad discendum tarditate corporis degravantur. Et ideo quæ medici longo tempore et labore plurimo assequuntur, hæc illi tanquam spiritus, absque mora ulla et absque difficultate cognoscunt. Non ergo mirum est, si plus aliquid quam homines sciunt; sed hoc intuendum est, quod ea quæ sciunt, non ad salutem sed ad deceptionem proferunt animarum, ut per hæc eas cultum falsæ religionis edoceant. Sed Deus, ne tantæ deceptionis error lateret et errantibus ipse causa videretur existere, qui tantum eis licere permisit, ut per divinationes, per curationes et per somnia decipere homines possint, clementiæ suæ remedium providit hominibus, et distinctionem falsi verique scire cupientibus in propatulo posuit. Est ergo ista distinctio (4): Quod a vero Deo dicitur sive per prophetas, sive per visiones diversas, semper verum est: quod autem a dæmonibus prædicitur, non semper verum est. Est ergo evidentis indicii, non a vero Deo dici ea, in quibus aliquando mendacium est, in veritate enim nunquam mendacium est, in his autem qui mentiuntur, potest aliquando et veritatis aliquid admisceri, per quod mendacia condiantur.

XXII. Quod si dicat aliquis: Quid enim opus erat hoc ipsum, ut eis permitteretur vel aliquando verum dicere, et per hoc tantum errorem mortalibus introduci, audiat ad hæc: Si eis nunquam fuisset indultum veri aliquid dicere, omnino nec prædicerent aliquid; non prædicentes autem, nec quod essent dæmones cognoscerentur. Quod si ignorarentur esse dæmones in hoc mundo, agonis nostri et certaminis nos causa latuisset, et pateremur palam quæ geruntur in occulto: quippe si agendi tantum adversum nos, et nihil loquendi facultas eis concessa videretur. Nunc autem ubi aliquando vera, aliquando falsa dicuntur, debemus agnoscere, ut superius dixi, dæmonum et non Dei esse responsa, apud quem mendacium nunquam est.

XXIII. Quod si curiosius quis progrediens dicat: Quid enim opus erat hujusmodi mala a Deo fieri, quibus ad subvertendas mentes humanas tanta esset intentio? Hæc proponenti respondebimus: requirendum esse primo omnium, si est aliquid in substantia malum. Et quamvis sufficeret dicere ad eum, quia non est conveniens ut creatura judicet Creatorem, sed illius est judicare opus alienum qui aut similis artificii aut similis potentiæ est; tamen ne circuitionibus utamur, absolute dicimus in substantia nihil esse mali. Quod si ita est, substantiarum conditor frustra culpatur?

XXIV. Sed occurres mihi et dices: Etiamsi ex arbitrii libertate in hoc ventum est, nunquid ignorabat ille qui creabat eos, quod in malum declinaturi essent quos creabat? Oportuit ergo nec creari eos, quos deviaturos ab itinere justitiæ prævidebat. Audiant ad hæc qui ita proponunt, quod hujusmodi assertionibus illud voluit ostendere, cur non malitia eorum qui nondum erant, bonitatem vicerit Creatoris. Si enim volens implere numerum et mensuram creationis suæ, extimuisset eorum qui futuri erant malitiam, et quasi qui aliam nullam invenire viam remedii ac medicinæ potuisset, nisi hoc solum ut retraheret se a proposito creandi, ne sibi ascriberetur malitia eorum qui futuri erant; quid aliud per hæc doceretur, nisi indigna passio et indecora fragilitas Conditoris, qui ita pertimuerit eorum actus qui nondum erant, ut a proposita conditione cessaret?

XXV. Sed his procul amotis illud animo contemplemur, quia Deus universitatis conditor conditionis suæ futuras differentias prævidens, unicuique creaturæ secundum proprios motus, quos ex arbitrii libertate proferebat, prospexit et prævidit diversos ordines atque officia differentia, ut cum unius essent substantiæ omnes secundum creaturæ rationem, esset tamen diversitas in ordinibus et officiis secundum proprios animorum motus, ex arbitrii libertate proferendos. Prævidebat ergo futuras in creaturis culpas, et justitiæ ejus ratio poscebat, ut emendationis causa culpas pœna sequeretur. Oportuit ergo esse et pœnarum ministros, quos tamen libertas arbitrii in hunc ordinem traheret; præter hæc autem et debuerunt

## COTELERII NOTÆ.

(3) *A Christianis hominibus effugantur.* Lege Actorum XVI, 16 et seq., ibique interpretes.

(4) *Est ergo ista distinctio*, etc. Hinc auctor *Operis imperfecti in Matthæum*, alius a Joanne Chrysostomo, hom. 19, ad cap. VII, vers. 22: *Ergo prophetant in nomine Christi, in spiritu autem diaboli. Quales sunt divinatores. Sed sic discernuntur: quoniam diabolus interdum verum dicit, sanctus autem Spiritus nunquam interdum mentitur. Concessum est autem diabolo et interdum veritatem dicere, ut mendacium suum rara veritate commendet. Si autem nunquam diceret verum, nec ad tentationem poterat sufficere,* vel *proficere seductio ejus.* Vide *Hermæ* mandatum 10.

Digitized by Google

habere quos vincerent hi, qui agones susceperant cœlestium præmiorum. Sic ergo nec ea quæ putantur mala, vacant ab utilitate, dum victi his a quibus vincuntur, licet inviti præmia æterna conquirunt. Sed de his ista sufficiant, processu enim temporis etiam secretiora pandentur.

XXVI. Nunc ergo quoniam nondum intelligitis, quanta vos ignorantiæ caligo circumstet, interim vobis volo exponere, unde colendi idola exordium mundo huic datum sit. Idola autem dico exanima simulacra quæ colitis, sive lignea, sive fictilia, sive lapidea, vel ærea vel ex quibuscunque aliis sumpta sunt metallis; horum ergo initium tale est. Angeli quidam relicto proprii ordinis cursu, hominum favere vitiis cœpere et libidini eorum quodammodo indignum præbere ministerium, quo illorum opera suis magis voluptatibus morem gererent, quique ne sponte inclinati viderentur ad indigna ministeria, docuerunt homines (5), quod dæmones artibus quibusdam obedire mortalibus, id est, magicis invocationibus possent, ac velut ex fornace quadam et officina malitiæ totum mundum, subtracto pietatis lumine, impietatis fumo repleverunt.

XXVII. Pro his et aliis nonnullis causis diluvium mundo introductum est, sicut jam in aliis dictum est et dicemus; et omnes qui erant super terras, deleti sunt, excepta Noe familia, qui cum tribus filiis eorumque uxoribus superfuit. Ex quibus unus Cham nomine, cuidam ex filiis suis qui Mesraim appellabatur, a quo Ægyptiorum et Babyloniorum et Persarum ducitur genus (6), male compertam magicæ artis tradidit disciplinam; hunc gentes quæ tunc erant Zoroastrem (7) appellaverunt, admirantes primum magicæ artis auctorem, cujus nomine etiam libri super hoc plurimi habentur (8). Hic ergo astris multum ac fre-

## COTELERII NOTÆ.

(3) *Docuerunt homines*, etc. Ab angelis desertoribus inventam fuisse ante diluvium magiam, cum aliis pariter vetitis ac supervacaneis artibus, dixerunt Patres post librum Henochi; quemadmodum colligere est ex fragmento illius Operis, et ex hoc Clementis Alexandrini testimonio in *Hypotyposibus* p. 808 : Ἤδη δὲ καὶ Ενὼχ φησιν, τοὺς παραβάντας ἀγγέλους διδάξαι τοὺς ἀνθρώπους ἀστρονομίαν, καὶ μαντικὴν, καὶ τὰς ἄλλας τέχνας. Addiderunt nonnulli, quod Cham scelestas artes, ne diluvio perirent, laminis et lapidibus insculpserit. Videsis Cassianum, collat. 8, cap. 21, ibique notas. Intelligesque eam ob rem a Gilda in conciliis Anglicanis Chamum appellari *magicæ artis scribam*,

(6) *A quo Ægyptiorum et Babyloniorum et Persarum ducitur genus.* Οὗτος Μεσραεὶμ ὁ Αἰγύπτιος μετέπειτα ἐπὶ τὰ ἀνατολικὰ μέρη οἰκήσας, οἰκήτωρ γίνεται Βάκτρων, τὴν ἐσωτέραν Περσίδος λέγει Ἀσσύα τῶν μεγάλων Ἰνδῶν. In *Chronico Raderiano* seu *Alexandrino*, p. 62.

(7) *Zoroastrem.* Sic etiam Mesraimum et Zoroastrem pro eodem homine habet auctor *Chronici Alexandrini* appellati, citata mox pag. Ast ei qui composuit *Historiam scholasticam in Genes.* cap. 39, Zoroastres est Cham : Gregorio Turonensi, lib. I *Histor.*, cap. 5, est Chus : scriptori *Clementinorum*, IX, 4, Nemrod Ab aliis autem apud Epiphanium, initio *Panarii*, p. 7, indeque apud Procopium Gazæum ad Genes. XI, Zoroaster putatur esse Assur; ab aliis alius. Ὁ δὲ αὐτός, ait de Platone Clemens Alexandrinus, *Strom.* V, pag. 598. 599, ἐν τῷ δεκάτῳ τῆς *Πολιτείας*, Ἥρὸς τοῦ Ἀρμενίου, τὸ γένος Παμφύλου, μέμνηται, ὃς ἐστι Ζοροάστρης. Αὐτὸς γοῦν ὁ Ζοροάστρης γράφει· Τάδε συνέγραψε Ζοροάστρης ὁ Ἀρμενίου, τὸ γένος Πάμφυλος. Quem locum ideo protuli, ut ex eo ac ex consimili Plutarchi *Sympos.* X, 4, prout a viris doctis emendatus fuit, probabilior lectio reddatur, cum Origeni, lib. II *contra Celsum*, pag. 72, tum Æneæ Gazæo in Theophrasto ante finem, τὸν Ἀρμενίου, pro vulgata τὸν Ἀρμένιον. Nam quid cogit dicere Platonem ab iis non fuisse intellectum : sicut videtur Apuleius in *Apologia* male accepisse verba ejusdem philosophi Alcibiade I, μαγείαν τὴν Ζωροάστρου τοῦ Ὡρομάζου, hoc est, *magiam Zoroastris, filii Oromazis;* quia dicit, *a Zoroastre et Oromaze.* Cogitent quoque harum litterarum periti de verbis Arnobii lib. I : *Age nunc veniat, quæso, per igneam Zonam magus interiore ab orbe Zoroastres, Hermippo ut assentiamur auctori, Bactrianus : et ille conveniat, cujus Ctesias res gestas Historiarum exponit in primo, Armenius Zostriani* (male corrigunt, *Ostanis*, cum Zostriani mentionem faciat Porphyrius in *Vita Plotini*) *nepos, et familiaris Pamphylus Cyri*, num legi debeat : *Zostriani nepos et familiaris, Pamphylus Er.* Sed et constat multos vixisse Zoroastres, et confusam fuisse illorum historiam. Nec solum in homine mago magiæque inventore variatum, verum et in nomine illius. Dicitur quippe etiam Zoroastres, Oxyartes Diodori Siculi; Zaras vel Nazaratus Alexandri Polyhistoris apud Cyrillum Alexandrinum IV *contra Julianum*, pag. 133; Clementem Alex., Stromateo I, pag. 304 (cum cujus verbis operæ pretium fuerit conferre locum Gregorii Barhebræi de Zoroastre, citatum in notis Abrahami Ecchellensis ad catalogum Hebedjesu, pag. 267, 268); Zabratus Malchi sive Porphyrii in *Vita Pythagoræ*, p. 9; Zaratas Plutarchi Περὶ τῆς ἐν Τιμαίῳ ψυχογονίας statim ab initio, et auctoris Φιλοσοφουμένων quæ Origeni ascribuntur; Zares Suidæ in voce Πυθαγόρας Σάμιος. Et (ut omittam fictum ex istis a fictitio Abdia Zaroem magum) Zoroadus et Zarades memoratus in *Agathia*, lib. II *Hist.* et apud Theodoritum serm. 9 De legibus Zarades dictus, Zasrades vero forsan corrupte apud Photium cod. 81, ex Theodoro Mopsuesteno : Ἐκτίθεται τὸ μιαρὸν τῶν Περσῶν δόγμα, ὃ Ζασράδης εἰσηγήσατο, ἤτοι περὶ τοῦ Ζαρουὰμ ὃν ἀρχηγὸν πάντων εἰσάγει, etc. Unde suspicor debere corrigi finem epistolæ 325 S. Basilii, de Magusæis : Ζαρνούαν τινὰ ἑαυτοῖς ἀρχηγὸν τοῦ γένους ἐπιφημίζουσι, scribendumque, Ζαρουάμ, vel Ζαρούαν. Ad Zaradem redeo, qui fuit etiam per Manichæos celebratus, et appellatur a Victorino Afro adversus illos pugnante, Zoradis; a Petro Siculo *Historiæ* p. 30, Zaranes, Ζαράντης, sed lege Ζαράδης, ut habetur in *Euchologio Goariano*, p. 885, et in *Anathematismis*, quos scriptos Manichæi quando resiliebant ab hæresi, offerre Ecclesiæ tenebantur. Illos anathematismos ut ad cognitionem totius Manichaicæ historiæ admodum utiles, tecum e Regia librorum supellectile, ms. 1818, communico. — Habes infra hoc monumentum in Appendice his *Recognitionum* libris subjecta, num. 5.

(8) *Cujus nomine etiam libri super hoc plurimi habentur.* Verum pseudepigraphi, ut et omnes alii qui Zoroastri tributi reperiuntur tum in antiquorum scriptis, tum in mss. codicibus. Confer locum Clementis Alex., lib. I *Strom.*, pag. 304 de Apocryphis Zoroastris magi circumlatis, in *Gnostica hæresi*;

Digitized by Google

quenter intentus (9), et volens apud homines videri Deus, velut scintillas quasdam ex stellis producere et hominibus ostentare cœpit, quo rudes atque ignari in stuporem miraculi traherentur, cupiensque augere de se hujusmodi opinionem, sæpius ista moliebatur usquequo ab ipso dæmone, quem importunius frequentabat, igni succensus concremaretur.

XXVIII. Sed stulti homines qui tunc erant, cum debuissent utique opinionem, quam de eo conceperant abjicere, quippe quam pœnali morte ejus viderant confutatam, in majus eum extollunt. Exstructo enim sepulcro ad honorem ejus, tanquam amicum Dei ac fulminis ad cœlum vehiculo sublevatum, adorare ausi sunt et quasi vivens astrum colere. Hinc enim et nomen post mortem ejus Zoroaster, hoc est vivum sidus (10), appellatum est ab his, qui post unam generationem Græcæ linguæ loquela fuerant repleti. Hoc denique exemplo etiam nunc multi eos qui fulmine obierint, sepulcris honoratos tanquam amicos Dei colunt (11). Hic ergo cum quartadecima generatione cœpisset, quintadecima defunctus est, in qua turris ædificata est, et linguæ hominum multipliciter divisæ sunt.

XXIX. Inter quos primus magica nihilominus arte quasi corusco ad eum delata, rex appellatur quidam Nemrod, quem et ipsum Græci Ninum vocaverunt, ex cujus nomine Ninive civitas vocabulum sumpsit (12). Sic ergo diversæ et erraticæ superstitiones ab arte magica initium sumpsere. Etenim quoniam difficile erat humanum genus ab amore Dei abstrahi, et ad surda atque exanima simulacra deduci, idcirco excelsioribus usi sunt magi molitionibus, ut astrorum signis ac motibus tanquam cœlitus et voluntate Dei delatis, ad suadendos cultus erraticos verterentur. Et ejus quem supra diximus indignatione dæmonis, cui nimis molestus fuerat conflagrasse, busti cineres (13), tanquam fulminei ignis reliquias colligentes hi, qui erant primitus decepti, deferunt ad Persas, ut ab eis tanquam divinus e cœlo lapsus ignis, perpetuis conservaretur excubiis, atque ut cœlestis Deus coleretur.

XXX. Simili exemplo (14) etiam per cætera loca reliqui homines his, quos vel in artibus aliquibus vel in virtute fuerant admirati, vel certe in amore plurimo habuerant, templa construere, imagines collocare, mysteria et cæremonias ac sacrificia instituere (15), et per omnia deorum de his famam posteris tradere gestierunt, eo præcipue quod ut supra diximus, phantasiis aliquibus magicæ artis fulti videbantur, ut invocatione dæmonum agi ab his aliquid ad deceptionem hominum moverique videretur. His adjiciunt et solemnitates quasdam ac temulenta convivia, quibus et homines libentius indulgerent, et dæmones crapulis tanquam vehiculis illati, ipsis eorum visceribus miscerentur, in quibus collocati ad omnem voluntatem suam actus hominum cogitationesque deflecterent. Hujusmodi igitur ex initio erroribus introductis, cisque libidine et temulentia, qua carnales homines maxime dele-

## COTELERII NOTÆ

Prodici, cum loco Porphyrii in *Vita Plotini* de libro adulterino Zoroastris nomine inscripto apud Gnosticos. Addo ex recenti lectione, in *Dictionario Latino-Persico*, p. 6, mentionem fieri Exegeseos libri Zind dicti, quo religionis magicæ seu colendi ignis præcepta tradidit Zoroastres.

(9) *Hic ergo astris multum ac frequenter intentus*, etc. De Zoroastreo igne varii varia. Dio Chrysostomus, orat. 36; Nicolaus Damascenus in *Collectaneis* Constantini Porphyrogenetæ; Ammianus Marcellinus lib. XXIII; auctor *Clementinorum*, hom. 9, cap. 3, seq.; Arnobius lib. I; qui Chronicum a Radero editum composuit p. 88; Gregorius Turonensis *Historiarum* lib. I, cap. 5; Suidas in *Zoroastre;* Cedrenus, p. 13, et Glycas, p. 129.

(10) *Zoroaster, hoc est vivum sidus.* Gregorius Turonensis pari modo interpretatur, *viventem stellam.* Apud Laertium autem in Procœmio, Dinon *Historiarum* lib. V : Ἀστροθύτην, *astrorum sacrificulum.* In *Clementinis*, IX, 5 : Ζωροάστρης, διὰ τὴν τοῦ ἀστέρος κατ' αὐτοῦ ζῶσαν ἐνεχθῆναι ῥοήν. Mitto recentiores, qui more majorum in hujusmodi nominum explicationibus, re omnino incerta, mirum quantum sibi indulgeant. Consulere potes Scaligerum ad Eusebii Chronologica, ubi de Zoroastre; Croium in quædam loca Origenis, Irenæi, Tertulliani et Epiphanii, p. 31, illiusque antagonistam Petavium *Appendicis ad Synesianas notas* cap. 4; Salmasium *De lingua Hellenistica* p. 368; et Bochartum, *Geographiæ sacræ* parte I, lib. IV, cap. 1. Vid. et Thomam Hyde in *Hist. vet. Persar.* CLER.

(11) *Tanquam amicos Dei colunt.* In *Clementinis*, ὡς θεοφιλεῖς. Artemidorus lib. II, cap. 8, *De fulminatis :* Λαμπρὰ δὲ ἱμάτια αὐτοῖς περιτίθεται, ὡς ὑπὸ Διὸς τετιμημένοις. *Splendida autem vestimenta eis circumdantur, velut honore a Jove affectis;* et multis interpositis : Οὐδεὶς κεραυνωθεὶς ἄτιμός ἐστιν· ὅθεν γε καὶ ὡς θεὸς τιμᾶται. *Nullus fulmine ictus infamis et ignominiosus exsistit : unde etiam velut deus colitur.* Festus : *Pullus Jovis dicebatur Q. Fabius, cui Eburno cognomen erat propter candorem, quod ejus natis fulmine icta erat. Antiqui autem puerum, quem quis amabat, pullum ejus dicebant.*

(12) *Græci Ninum vocaverunt*, etc. Si jungatur iste locus cum illo *Clementinorum* in *Chronici Alexandrini* p. 64, dicetur, Assyrios, ac postea Græcos, Nemrodum nomine Nini appellasse; ex eo autem nomine dictam fuisse urbem Niniven, quam Assur condidit.

(13) *Busti cineres, tanquam fulminei ignis reliquias*, etc. De superstitione Persarum erga Zoroastris reliquias et iguem e cœlo lapsum, præter *Recognitiones* et *Clementina*, *Chronicum Alexandr.*, p. 88, 94; Suidas in *Zoroastre;* Cedrenus, p. 13, 18; Glycas, p. 129, 140; Tzetzes, *Histor. Chil.* III, cap. 66; et Ammianus Marcellinus, *Rerum gestarum* lib. XXIII, edit. Vales., p. 253.

(14) *Simili exemplo*, etc. Victorinus Massiliensis, lib. III *Commentariorum in Genesim*, a Nemrodo filium unicum amissum, statua, aris et divinis honoribus donatum fuisse canit.

(15) *Sacrificia instituere.* Ridicule in Cedreno, ubi de Cecrope, ediderunt, οὗτος πρῶτος βοῦν ἐθαύμασε, pro ἐθυσίασε, vel quemadmodum apud Eusebium, ἔθυσε.

Digitized by Google

ciantur, adjutis, religio Dei quæ per continentiam sobrietatemque constabat, rarescere inter homines atque aboleri propemodum cœpit.

XXXI. Nam cum ex initio homines, utpote justum et omnia contuentem Deum colentes, neque peccare auderent neque injuriam facere proximis suis, certi quod uniuscujusque actus et motus aspiceret Deus : ubi religionis cultus ad simulacra exanima conversus est, tanquam de quibus certi essent, quod neque viderent neque audirent neque moverentur in aliquo, licenter peccare et in omne facinus progredi cœpere, quippe qui nihil pati verentur ab his quos colebant ut deos. Hinc bellorum rabies exarsit, hinc prædæ, rapinæ, captivitates, et libertas in servitutem redacta, prout quisque potuit libidini et cupiditati suæ satisfecit, quamvis satisfacere cupiditati nulla vis possit. Sicut enim ignis quanto magis ligna acceperit, tanto amplius accenditur et invalescit, ita et cupiditatis rabies, per ea quæ adipiscitur, auctior et vehementior efficitur.

XXXII. Propter quod incipite jam meliore intellectu vobismetipsis resistere in his quæ non recte cupitis, si quo forte modo reparare in vobis ac restituere possitis illam, quæ ex initio mortalibus a Deo tradita est, religionis puritatem et inocentiam vitæ, ut per eam vobis etiam spes bonorum immortalium reparetur ; et agatis gratias largitori omnium patri, per eum quem posuit regem pacis et thesaurum ineffabilium bonorum, ut in præsenti quidem tempore diluantur peccata vestra per aquam fontis, aut fluminis, aut etiam maris, invocato super vos trino beatitudinis nomine, ut per hoc non solum fugentur, si intra vos habitant spiritus maligni, verum etiam cum destiteritis a peccatis, et tota fide totaque mentis puritate Deo credideritis, etiam ex aliis vos malignos spiritus et dæmones effugetis, atque a passionibus et languoribus alios liberare possitis. Ipsi enim dæmones sciunt et agnoscunt eos qui se tradiderint Deo, et interdum sola eorum præsentia propelluntur, sicut paulo ante vidistis, quomodo cum vocem tantum salutationis fecissemus ad vos, continuo dæmones propter honorem religionis nostræ exclamare cœperunt, et ne parum quidem temporis potuerunt ferre præsentiam nostram.

XXXIII. Nunquid nos alterius sumus naturæ superioris alicujus, et propterea nos dæmones timent ? Unius ejusdem vobiscum naturæ sumus, sed religione differimus. Quod et si vos esse vultis, non invidemus, quin potius et hortamur certosque esse vos volumus, quod cum fuerit in vobis eadem quæ in nobis est fides et religio ac vitæ innocentia, remunerante Deo fidem vestram, erit par vobis atque eadem etiam contra dæmones potestas et virtus. Sicut enim is qui acceperit sub se milites, etiamsi ipse inferior, et illi superiores sint viribus, tamen dicit *huic vade, et vadit, et alii veni, et venit, et alii fac hoc, et facit*[21], hoc autem potest non propria virtute, sed Cæsaris metu : ita fidelis quisque dæmonibus imperat, etiamsi videantur illi multo esse hominibus fortiores, non propter suam virtutem, sed propter Dei qui eos subjecit potestatem. Nam et quod diximus, ut Cæsar apud omnes milites et in omnibus castris atque in omni regno timeatur, cum sit unus et fortassis exiguus viribus, nonnisi potestate Dei agitur, qui timorem dat omnibus ut uni obtemperent.

XXXIV. Hoc sane scire vos volumus quod dæmon, nisi quis voluntatibus ejus se sponte subdiderit, potestatem adversum hominem non habet. Unde et ipse qui est princeps malitiæ, ad hunc quem diximus a Deo destinatum regem pacis accessit tentans, et polliceri ei cœpit omnem gloriam mundi, quod cum aliis obtulisset decipiendi causa, adoratum se noverat. Impius et immemor sui, quod est proprium et speciale malitiæ, adorandum se ab eo præsumebat, a quo se noverat destruendum. Dominus ergo noster unius Dei cultum confirmans, respondit ei : *Scriptum est : Dominum Deum tuum adorabis et illi soli servies*[22] ; qua responsione deterritus, et metuens ne unius et veri Dei repararetur vera religio, festinat continuo emittere in hunc mundum pseudoprophetas et pseudoapostolos falsosque doctores, qui sub nomine quidem Christi loquerentur, dæmonis autem facerent voluntatem.

XXXV. Propter quod observate cautius, ut nulli doctorum credatis, nisi qui Jacobi fratris Domini ex Hierusalem detulerit testimonium, vel ejus quicunque post ipsum fuerit. Nisi enim quis illuc ascenderit, et ibi fuerit probatus quod sit doctor idoneus et fidelis ad prædicandum Christi verbum ; nisi, inquam, inde detulerit testimonium, recipiendus omnino non est ; sed neque propheta, neque apostolus in hoc tempore speretur a vobis aliquis alius præter nos. Unus enim est verus propheta, cujus nos duodecim apostoli verba prædicamus. Ipse enim est annus Dei acceptus, nos apostolos habens duodecim menses[23]. Qua autem causa vel mundus ipse factus sit, vel diversitates quæ sunt in eo acciderint, et cur ad reparationem ejus veniens Dominus noster, elegerit nos duodecim apostolos et miserit, alias latius explanabitur. Interim nos jussit exire ad prædicandum et invitare vos ad cœnam Regis cœlestis, quam præparavit Pater in nuptiis Filii sui, et ut demus vobis indumenta nuptialia[24], quod est gratia baptismi, quam qui fuerit consecutus, tanquam vestimentum mundum, cum quo ei ingrediendum est ad cœnam regis, observare debet, ne peccato aliqua ex parte maculetur, et ob hoc tanquam indignus et reprobus abjiciatur.

XXXVI. Causæ autem quibus maculetur istud

[21] Matth. VIII, 9. [22] Matth. IV, 10. [23] Luc. IV, 19. [24] Matth. XXII, 2-14.

Digitized by Google

indumentum hæ sunt : si quis recedat a patre et conditore omnium Deo, alium recipiens doctorem præter Christum, qui est solus fidelis ac verus propheta, quique nos duodecim apostolos misit ad prædicandum verbum ; et si quis de substantia divinitatis quæ cuncta præcellit, aliter quam dignum est sentiat, hæc sunt quæ usque ad mortem baptismi polluunt indumentum. Quæ vero in actibus polluunt, ista sunt : homicidia, adulteria, odia, avaritia, cupiditas mala. Quæ autem animam simul et corpus polluunt, ista sunt : participare dæmonum mensæ, hoc est, immolata degustare, vel sanguinem, vel morticinium quod est suffocatum, et si quid aliud est quod dæmonibus oblatum est. Hic ergo vobis sit primus gradus ex tribus, qui gradus triginta ex se gignit mandata [25], secundus vero qui sexaginta, tertius qui centum, sicut alias vobis de his plenius exponemus. A

XXXVII. Et hæc cum dixisset, ac præcepisset ut die postera ad eumdem locum maturius convenirent, turbas dimisit ; quibus recedere nolentibus, ait Petrus : Donate mihi hanc gratiam propter hesterni itineris labores ; et nunc discedentes die crastina maturius convenite ; et ita cum lætitia discessere. At Petrus paululum me secedere præcipiens orationis causa, jubet post hæc in loco horti quem umbra contegebat, accubitum sterni, et unusquisque ex more recognoscens proprii ordinis locum, cibum sumpsimus. Tum deinde quia supererat adhuc aliquantulum diei, de mirabilibus Domini collocutus nobiscum, vespere facto ingressus cubiculum quievit.

[25] Matth. xiii, 23.

# LIBER QUINTUS.

I. Sequenti autem die, paulo citius quam solebat consurgens Petrus, invenit nos dormientes ; quod ubi sensit, quasi ipse adhuc dormire volens, silentium sibi fieri jussit, ut nobis quiescendi facultatem daret. Ubi autem refecti somno exsurreximus, invenimus eum oratione facta intra cubiculum opperientem nos. Et cum jam esset crepusculum, salutans ex more breviter allocutus est, et continuo ad consuetum locum docendi gratia procedit, ubi eum vidisset ad audiendum plurimos convenisse, primo religionis ritu pace eis invocata, dicere hoc modo cœpit : C

II. [26] Deus creator omnium ex initio ad imaginem suam hominem fecit, eique dominationem terræ marisque et aeris ipsius dedit, sicut et verus nobis propheta narravit, et ipsa rerum ratio docet ; solus enim est rationabilis, et consequens est ut ratio irrationabilibus dominetur. Hic ergo ab initio cum adhuc justus esset, cunctis vitiis et omni fragilitate superior erat ; ubi autem peccavit, sicut hesterno die docuimus, et factus est servus peccati, simul et fragilitati efficitur obnoxius. Quod idcirco D scriptum est, ut sciant homines quia sicut ex impietate passibiles facti sunt, ita per pietatem possunt esse impassibiles (16), et non solum impassibiles, verum et parva in Deum fide aliorum passiones curantes. Ita enim verus propheta nobis promisit dicens : *Amen dico vobis, quia si habueritis fidem sicut granum sinapis, dicetis monti huic, Transi hinc, et transibit* [27]. Hujus vocis etiam vos ipsi documenta accepistis ; hesterno enim die vidistis quomodo astantibus nobis, dæmones cum passionibus quas hominibus invexerant, transierunt et fugati sunt.

III. Quia ergo alii quidem homines patiuntur, alii patientes sanant, causa sine dubio vel patiendi vel curandi noscenda est, quæ non alia esse, quam patientibus quidem infidelitatis, curantibus vero fidei demonstratur. Infidelitas enim dum non credit futurum judicium Dei, peccandi licentiam præbet, peccatum vero hominem passionibus obnoxium facit. Fides autem futurum esse Dei judicium credens continet homines a peccato ; non peccantes vero non solum liberi sunt a dæmonibus et passionibus, verum et aliorum dæmones et passiones fugare possunt.

[26] Cap. 2 - 33 desunt in codd. Lipss. Cohærent autem ea quæ sequuntur cum superioribus hoc modo : *pace eis invocata, aliqua illis de hominis creatione et lapsu exposuit. Et post hæc jussit sibi eos*, etc. [27] Matth. xvii, 19.

## COTELERII NOTÆ.

(16) *Impassibiles.* Ἀπάθεια et ἀναμαρτησία, si stricte sumantur, sunt *imperturbabilitas* et *impeccabilitas*, *imperturbatio* et *impeccantia*. Verum laxius interdum usurpantur a sanctis Patribus, pro eo statu in quo positus vir sanctus, per gratiam Dei minus crebris minoribusque tentationibus obnoxius est, nec gravioribus peccatis succumbit : Ἀπάθεια, inquit Maximus, *De charitate*, centuria 1, cap. 36, ἐστὶν εἰρηνικὴ κατάστασις ψυχῆς, καθ' ἣν δυσκίνητος γίνεται ψυχὴ πρὸς κακίαν. *Est* ἀπάθεια, *pacatus animæ status, secundum quem difficulter movetur anima erga malitiam*, δυσκίνητος, non ἀκίνητος. Reddi autem debet vox ἀπαθεῖς Clementi Alexandrino *Strom.* vii, p. 750, ubi ἀπειθεῖς ediderunt, εὐπειθεῖς correxerunt ac verterunt. Καὶ εἶναι μὲν τῶν προτέρων τοὺς δευτέρους ἀμείνους, οὐδέπω δὲ ἀπαθεῖς, ἢν μὴ ἀμνησίκακοι τέλεον γενόμενοι, κατὰ τὴν τοῦ Κυρίου διδασκαλίαν προσεύξωνται καὶ ὑπὲρ τῶν ἐχθρῶν. Porro auctor *Recognitionum impassibiles* eos appellat, qui propter innocentiam vitæ nec incursantur a dæmonibus, nec morbis affliguntur.

Digitized by Google

IV. Ex his ergo omnibus colligitur, quod origo totius mali ab ignorantia descendat, et ipsa sit malorum omnium mater, quæ incuria quidem et ignavia gignitur, negligentia vero alitur et augetur atque in sensibus hominum radicatur, quam si quis forte doceat effugandam, velut antiquis et hæreditariis sedibus moleste et indignanter avellitur. Et ideo paulum laborandum nobis est, ut indagantes ignorantiæ præsumptiones scientiæ ratione resecemus, in his præcipue qui in aliquibus minus rectis opinionibus præventi sunt, per quas quasi sub specie alicujus scientiæ, ignorantia in eis vehementius radicata est; nihil enim gravius quam si id quod ignorat quis, scire se credat, et defendat verum esse quod falsum est, quod tale est, quale si quis ebrius sobrium se putet et agat quidem cuncta ut ebrius, sobrium se tamen et ipse putet et dici a cæteris velit. Ita sunt ergo et hi qui ignorantes quod verum est, speciem tamen alicujus scientiæ tenent, et mala quasi bona gerunt, atque ad perniciem quasi ad salutem festinant.

V. Propter quod ante omnia properandum est ad agnitionem veritatis, ut possimus quasi lumine nobis inde succenso, errorum tenebras depellere; grande enim malum est, ut diximus, ignorantia; sed quia substantiam non habet, facile ab his qui studiosi sunt, effugatur. Non enim aliud est quidem ignorantia, nisi non agnovisse quod expedit; ubi autem agnoveris, perit ignorantia. Quæri ergo magnopere debet veritatis agnitio, quam nemo alius potest assignare, nisi verus propheta. Hæc enim porta est vitæ volentibus ingredi, et iter operum bonorum pergentibus ad civitatem salutis.

VI. Si quis sane audiens sermonem veri prophetæ, velit recipere aut nolit, et amplecti onus ejus, id est mandata vitæ, habet in sua potestate; liberi enim sumus arbitrii. Nam si hoc esset, ut audientes eum jam non haberent in potestate aliud facere quam audierant, vis erat quædam naturæ, per quam liberum non esset ad aliam migrare sententiam. Aut si rursus ex audientibus nullus omnino reciperet, et hoc naturæ vis erat, quæ unum aliquid fieri cogeret, et alteri parti non daret locum. Nunc autem quia liberum est animo, in quam velit partem declinare judicium suum, et quam probaverit eligere viam, constat evidenter inesse hominibus arbitrii libertatem.

VII. Igitur priusquam audiat quis quod ei expedit, certum est quia ignorat, et ignorans vult et desiderat quod non expedit agere, propter quod pro hoc non judicatur. Cum vero audierit causas erroris sui, et rationem veritatis acceperit, tunc si permanserit in his erroribus quibus dudum fuerat præventus, recte jam vocabitur ad judicium pœnas daturus, cur vitæ ejus spatium quod ad bene vivendum accepit, in ludibriis consumpsit errorum. Qui vero audiens hæc libenter accipit, et gratulatur bonorum sibi doctrinam fuisse delatam, requirit intentius et discere non desinit, usquequo cognoscat, si est vere aliud sæculum, in quo bonis præmia præparata sunt; et cum certus de hoc fuerit, gratias agens Deo, quod sibi veritatis lumen ostenderit, de cætero dirigit actus suos in omnibus operibus bonis, quorum sibi in futuro mercedem certus est præparatam, per omnia demirans et stupens cæterorum hominum errores, et quod ante oculos positam veritatem nemo videat. Ipse tamen gaudens super divitiis sapientiæ quas invenit, insatiabiliter eis perfrui cupit et exercitio bonorum operum delectatur, festinans ad sæculum futurum mundo corde et pura conscientia pervenire, ubi etiam videre Deum regem omnium possit.

VIII. His autem omnibus carere nos et fraudari, sola facit ignorantia. Dum enim ignorant homines quantum boni habeat scientia, ignorantiæ malum de se non patiuntur excludi; nesciunt enim quanta sit in horum permutatione diversitas. Propter quod consilium do unicuique discentium, libenter præbere aurem verbo Dei, et cum amore veritatis audire quæ dicimus, ut mens optimo semine suscepto, per bonos actus lætos afferat fructus. Nam si me docente ea quæ ad salutem pertinent, recipere quis abnuit, et animo pravis opinionibus occupato obsistere nititur, non ex nobis, sed ex semetipso habebit pereundi causam. Debet enim justo judicio examinare quæ dicimus, et intelligere quia verba loquimur veritatis, ut cognitis his quæ sunt ut sunt, et in bonis actibus dirigens vitam suam, regni cœlorum possit particeps inveniri, subjiciens sibi carnis desideria, et dominus eorum factus, ut ita demum etiam ipse fiat dominatoris omnium jucunda possessio.

IX. Nam qui permanet in malo et servus est mali, non potest effici portio boni, donec permanet in malo, quia ab initio, ut ante diximus, duo regna statuit Deus, et potestatem dedit unicuique hominum, ut illius regni fiat portio, cui se ad obediendum ipse subjecerit. Et quia definitum est apud Deum, non posse unum hominem utriusque regni esse servum, omni studio date operam, in boni regis fœdus ac jura concurrere. Propter hoc denique verus propheta cum esset præsens nobiscum, et quosdam ex divitibus negligentes erga Dei cultum videret, hujus rei ita aperuit veritatem: *Nemo potest*, inquit, *duobus dominis servire, non potestis Deo servire et mammonæ* [16]; mammona patria eorum voce divitias vocans.

X. Hic ergo est verus propheta, qui in Judæa nobis apparuit ut audistis; qui stans publice sola jussione faciebat cæcos videre, surdos audire, fugabat dæmones, ægris sanitatem reddebat et mortuis vitam. Cumque nihil ei esset impossibile, etiam cogitationes hominum pervidebat, quod nulli est possibile nisi soli Deo. Hic annuntiavit regnum

[16] Matth. vi, 24.

Digitized by Google

Dei, cui nos de omnibus quæ dicebat, tanquam vero propheta credimus, firmitatem fidei nostræ non solum ex verbis ejus, sed et ex operibus assumentes, quia et dicta legis, quæ ante multas generationes de præsentia ejus exposuerant, in ipso consignabantur, et imagines gestorum Moysi et ante ipsum patriarchæ Jacob, ipsius per omnia typum ferebant. Tempus quoque adventus ejus, hoc est, ipsum in quo veneraret, prædictum ab eis constat, et super omnia quod esset a gentibus exspectandus, sacris litteris comprehensum est, quæ in eo pariter universa completa sunt.

XI. Quod autem Judæorum propheta prædixit eum a gentibus exspectandum [29], supra modum in eo fidem veri confirmat. Si enim dixisset a Judæis exspectandum, non aliquid eximium prophetasse videretur, quod a contribuli populo et a propria gente sperareturis, cujus adventus ad salutem mundi fuerat repromissus; videretur enim magis consequentiæ ratio esse, ut hoc fieret, quam magnificentia prophetalis. Nunc autem cum prophetæ dicunt, omnem illam spem quæ de salute mundi repromittitur, et novitatem regni quæ instituenda per Christum est, atque omnia quæ de eo indicantur, ad gentes esse transferenda, jam non secundum consequentiam rerum, sed incredibili quodam vaticinationis eventu magnificentia prophetica confirmatur. Judæi namque ex initio adfore aliquando hunc virum per quem cuncta repararentur, verissima traditione susceperant, et quotidie meditantes ac prospicientes, quando ejus fieret adventus, ubi adesse eum viderunt et signa ac prodigia, sicut de eo scriptum fuerat, adimplentem, invidia excæcati agnoscere nequiverunt præsentem, in cujus spe lætabantur absentis; intelleximus tamen pauci nos qui ab eo electi sumus.

XII. Hoc autem providentia Dei factum est, ut agnitio boni hujus etiam gentibus traderetur, et hi qui nunquam de eo audierant nec a prophetis didicerant, agnoscerent eum, illi vero qui quotidianis meditationibus agnoverant, ignorarent. Ecce enim per vos nunc qui præsentes estis, et desideratis audire doctrinam fidei ejus et agnoscere quis, et quo modo, et qualis sit ejus adventus, prophetica veritas adimpletur. Hoc est enim quod prædixerunt prophetæ, quia a vobis quærendus esset, qui de eo nunquam audistis [30]. Et ideo videntes in vobis ipsis prophetica dicta compleri, huic uni recte creditis, hunc recte exspectatis, de hoc recte inquiritis, ut non solum exspectetis eum, sed et hæreditatem regni ejus credentes consequamini, secundum quod ipse dixit, quia unusquisque illius fit servus cui se ipse subjecerit [31].

XIII. Propterea ergo evigilate, et Dominum Deumque nostrum vobis ascribite, Dominum qui et cœli ac terræ Dominus est, et ad ipsius vos imaginem ac similitudinem reformate, sicut ipse verus propheta docet, dicens: *Estote misericordes sicut et Pater vester cœlestis misericors est, qui oriri facit solem suum super bonos et malos, et pluit super justos et injustos* [32]. Hunc ergo imitamini et hunc timete, sicut mandatum datur hominibus: *Dominum Deum tuum adorabis, et ipsi soli servies* [33]. Expedit enim vobis huic uni Domino servire, ut per ipsum cognoscentes unum Deum, a multis quos inutiliter timebatis, liberemini. Qui enim creatorem omnium non timet Deum, sed eos timet quos ipse manibus suis fecit, quid nisi vano et inutili semetipsum obnoxium facit timori? vilioremque se et abjectiorem reddit quam sunt illa ipsa, quorum timorem mente concepit. Quin potius per bonitatem ejus qui vos invitat, redite ad priorem nobilitatem vestram, et ex bonis actibus, quod ipsius creatoris vestri imaginem portetis, ostendite, ut ex contemplatione similitudinis ipsius etiam filii ejus esse credamini.

XIV. Incipite ergo a sensibus vestris abjicere vanas idolorum species atque inutiles et inanes timores, ut simul etiam conditionem possitis iniquæ servitutis effugere. Domini etenim vestri effecti sunt illi, qui ne servi quidem utiles vobis esse potuissent. Quomodo enim simulacra exanima vel ad servitutem vobis viderentur idonea, cum neque audiant, neque videant, neque aliquid sentiant? nisi quod ipsa saltem materia ex qua facta sunt, sive auri, sive argenti, vel etiam æris aut ligni, cum possit vobis ad usus necessarios prodesse, vos ex ea formando deos, otiosam per omnia eam atque inutilem reddidistis. Nos ergo annuntiamus vobis verum Dei cultum, simulque monemus et hortamur cultores, ut per bonos actus imitentur eum quem colunt, et ad imaginem ac similitudinem ejus, ut superius diximus, redire festinent.

XV. Velim autem dicerent mihi hi qui idola colunt, si optant similes fieri his quos colunt. Vultne aliquis vestrum sic videre quomodo illi vident? et sic audire quomodo illi audiunt? sic habere sensum quomodo illi habent? Absit hoc ab unoquoque audientium; hoc enim maledictum potius et convicium credendum est (17) homini, qui imaginem Dei in se gerit, etiamsi similitudinem perdidit. Quales ergo dii habendi sunt isti, quos imitari exsecrabile sit

[29] Gen. XLIX, 10. [30] Isa. LXV, 1. [31] Joan. VIII, 34. [32] Luc. VI, 36; Matth. V, 45. [33] Deut. VI, 13; Matth. IV, 10.

## COTELERII NOTÆ.

(17) *Hoc enim maledictum potius et convicium credendum est.* Qui solet appellari Eusebius Emisenus, homilia quod idola coli non debeant: *Dic mihi, cum lignum veneraris ac lapidem, si tibi diceretur: Talis sis qualis deus tuus; nunquid non convicium crederes? nunquid non injurias computares? Et illum te non pudet venerari, cujus te nolles similitudinem dici, cui te erubesceres comparari? Et illi tribuis Dei cultum, cui te assimilari gravissimum putares esse maledictum?*

Digitized by Google

cultoribus suis, quorum similitudinem habere contumelia est? Quid ergo? Solvite simulacra inutilia, et facite vasa utilia (18); solvite otiosam pigramque materiam, et facite humano usui apta ministeria. Sed non sinunt, inquit, leges humanæ. Bene, quia humanæ leges, et non ipsorum virtus. Quomodo ergo dii sunt qui humanis legibus et non suis viribus defenduntur? sicque et a furibus canum vigiliis et claustrorum munitionibus conservantur, et hoc si fuerint argentea vel aurea vel etiam ærea; nam lapidea et fictilia ipsa sui vilitate muniuntur, nemo enim lapideum aut fictilem deum furatur. Unde miserabiliores videntur hi, quibus pretiosius metallum pericula viciniora conquirit. Qui ergo furari possunt, qui ab hominibus custodiri, qui conflari et appendi et malleis cædi, isti hominibus sensum habentibus dii debent videri?

XVI. O in quantam miseriam mortalium decidit intelligentia! Nam si mortuos timere summæ stultitiæ ducitur, quid judicemus de his qui deterius aliquid, quam sunt mortui, timent? ista enim simulacra nec in mortuorum numero habenda sunt, quia nunquam vixerunt. Præferenda sunt eis etiam sepulcra mortuorum, quoniam, licet nunc mortui sunt, habuerunt tamen aliquando vitam; isti autem quos colitis, nec eam quidem quæ est in omnibus teterrima, ranarum ac bubonum vitam aliquando gesserunt. Sed quid opus est de his plura memorare, cum sufficiat dicere ei qui adorat ea: Non vides quia quem adoras, non videt? audi quia quem adoras, non audit, et intellige quia non intelligit; opus enim mortalis manus est, et necessario sensu caret. Tu ergo adoras insensibilem, cum unusquisque habens sensum, nec ea quidem credat adoranda, quæ a Deo facta sunt et habent sensum (19), id est solem et lunam, vel stellas, omniaque quæ in cœlo sunt et super terram. Justum enim putant, non ea quæ pro mundi ministerio facta sunt, sed ipsorum et mundi totius Creatorem debere venerari; gaudent enim etiam hæc, cum ille adoratur et colitur, nec libenter accipiunt, ut honor Creatoris creaturæ deferatur. Exceptus enim est Dei solius cultus, qui solus increatus est, omnia autem cætera factura ejus sunt. Sicut ergo proprium est ejus qui solus non est factus, Deum esse, ita omne quod factum est, Deus vere non est.

XVII. Ante omnia ergo intelligere debetis deceptionem serpentis antiqui et callidas ejus suggestiones, qui quasi per prudentiam decipit vos, et velut ratione quadam serpit per sensus vestros, atque ab ipso vertice incipiens per interiores dilabitur medullas, lucrum magnum computans deceptionem vestram. Interserit ergo sensibus vestris opiniones quorumcunque deorum, tantum ut vos ab unius Dei revocet fide, sciens peccatum vestrum suum esse solatium. Ille enim pro nequitia sua ab initio terram edere condemnatus est, propter eum quem de terra assumptum, iterum resolvi fecit in terram, usque ad tempus quo animæ vestræ per ignem traductæ reparentur, sicut alias de hoc plenius edocebimus. Ex ipso ergo sunt omnes errores et ambiguitates, quibus ab unius Dei fide et credulitate conturbamini.

XVIII. Et primo omnium subjicit cogitationibus hominum, ut ne audiant verba veritatis, per quæ malorum ignorantiam fugent. Et hoc facit quasi occasione alterius scientiæ, asseverans eis illam opinionem qua utuntur plurimi, ut putent se reos futuros non esse si in ignorantia fuerint, nec reddituros esse rationem pro his quæ non audierint, et ideo a verbo declinare eos suadet auditum. Sed accipite contra hæc: ipsa per semetipsam ignorantia validissimum venenum est, quod sufficiat animam, nulla extrinsecus quæsita adjectione, perimere. Et ideo nemo est qui ignorans, per hoc quod ignorat, evadat, sed certum est quod intereat. Naturaliter enim peccatorum vis interimit peccatorem. Sed quoniam judicium rationabile erit, tam ignorantiæ, quam uniuscujusque peccati causa et origo requiretur. Is ergo qui scire noluit quomodo possit venire ad vitam, sed maluit ignorare ne per hoc reus fieri videretur, ex hoc ipso jam, quasi qui scierit et habuerit scientiam, judicatur. Agnovit enim quid esset quod nolebat audire, et nihil ei conferet ad excusationem serpentis artificis quæsita calliditas; cum eo enim erit ei ratio quem non latet cor. Ut autem scias quia ignorantia per semetipsam generat interitum, anima cum discesserit a corpore, si talis exeat quæ ignoret eum a quo creata est, a quo in hoc mundo omnia quæ usibus suis erant necessaria consecuta est, tanquam ingrata et infidelis a regni ejus luce projicitur.

XIX. Subjicit iterum nequissimus serpens aliam hominibus opinionem, quam plures vestrum proferre solent: Unum esse et nos dicimus Deum, qui est omnium Dominus; sed et isti, inquiunt, dii

## COTELERII NOTÆ.

(18) *Solvite simulacra inutilia, et facite vasa utilia.* Huic germanus est locus Commodiani, instructione 20:

*Et deos audetis æramine dicere fusos.*
*Solveritis eos magis in vascula vobis.*

(19) *Et habent sensum.* Astra animata esse pauci Patrum existimaverunt, secuti philosophos. Item plerique Hebræorum. Contra, *Constitutionum* scriptor, lib. VIII, cap. 46, et reliqui. Junge cum hoc loco loca *Clementinorum*, X, 9; III, 35. Ac relege mecum insignia hæc *Spicilegii* II, pag. 371: *Habemus sane libellos sex sancti Hilarii episcopi Pictaviensis, quos de Græco Origenis in Latinum vertit; sed non omnia secundum ordinem libri sancti Job exposuit. Et satis miror hominem doctissimum et sanctum, ut de stellis nænias Origenis transferret. Mihi, sanctissime Pater, nullo pacto suaderi potest, ut credam astra cœli spiritus rationales, quæ neque cum angelis, neque cum hominibus facta esse Scriptura sancta declarat.* Sunt verba Liciniani episcopi, ad Gregorium papam.

Digitized by Google

sunt. Sicut enim unus est Cæsar, et habet sub se multos judices, verbi gratia præfectos, consules, tribunos et cæteras potestates, simili arbitramur modo, cum unus sit major omnium Deus, etiam istos ad similitudinem earum quas diximus, potestatum ordinatos esse in hoc mundo deos, illi quidem majori subjectos, nos tamen et quæ in hoc mundo sunt dispensantes. Audite ergo ad hæc, quomodo in his ipsis quæ ad deceptionem proponitis, veritatis rationibus confutemini. Dicitis quia locum Cæsaris teneat Deus, judicum vero ejus et potestatum speciem servent hi qui dicuntur dii; servate ergo, ut proposuistis, exemplum Cæsaris, et scitote quia sicut nulli ex judicibus vel administratoribus Cæsaris, id est præfectis, vel proconsulibus, vel ducibus, vel tribunis, fas est Cæsaris nomen imponi; alioquin et ille qui susceperit et illi qui detulerint, pariter interibunt: ita et de hoc debetis advertere, quod si quis nomen Dei alicui quam præter ipsum imposuerit, et ille receperit, unum eumdemque sortientur interitum, multo deteriore sorte quam ministri Cæsaris. Hic enim qui deliquit in Cæsarem, interitum suscipiet temporalem; qui vero in unum qui solus et verus est Deus delinquit, in sæculum luet pœnas, et merito, ut qui nomen quod est unicum injuriosa conditione violaverit.

XX. Quamvis hoc ipsum, Deus, non nomen sit Dei (20), sed hominibus interim vocabulum istud quasi pro nomine ejus concessum est; quod tamen, ut dixi, cum contumeliose tractatur, ad veri ejus nominis refertur injuriam. Denique veteres Ægyptiorum (21), qui de cœlesti cursu et astrorum natura rationem sibi visi sunt reperisse, obsidente sensus eorum dæmone, omnibus nihilominus contumeliis nomen incommunicabile subjecerunt. Nam alii eorum bovem, qui Apis dicitur, colendum tradidere, alii hircum, alii cattas (22), nonnulli ibim, quidam serpentem, piscem quoque, et cæpas, et cloacas, crepitus ventris (23), pro numinibus habendos esse docuerunt, et alia innumerabilia quæ pudet etiam nominare.

XXI. Hæc dicente Petro, riserunt omnes qui audiebamus. Et Petrus: Ridetis, inquit, vos aliorum dedecora, quia longa consuetudine propria non videtis. Nam Ægyptiorum quidem stultitiam merito ridetis, qui muta animalia, ipsi cum sint rationabiles, colunt. Audite tamen quomodo et illi vos irrideant, aiunt enim: Nos viventia colimus animalia, licet moritura, vos vero quæ nunquam omnino vixere, hæc colitis et adoratis. Addunt præterea etiam illud, figuras esse et allegorias virtutum quarumdam, quibus adjutricibus regatur hominum genus; sed pudoris perfugio hæc et nonnulla his similia connectentes, errorem suum velare nituntur. Sed non est nunc tempus Ægyptiis respondere, et derelicta cura præsentium, absentium medicari languores. Certum namque indicium est vos ab hujusmodi ægritudine haberi alienos, qui eam non doluistis ut propriam, sed risistis ut alienam.

XXII. Sed redeamus ad vos, quibus placet haberi Deum ut Cæsarem, deos autem ut ministros et procuratores Cæsaris; sequimini me attentius, et modo vobis ostendam latebras serpentis, in argumenti hujus curvis anfractibus collocatas. Certum apud omnes esse debet, et indubitatum, Deo, quia a nullo factus est sed ipse fecit universa, nihil ex facturis suis posse coæquari; neque enim ita quis irrationalis inveniri potest, qui putet quod conferri possit factura factori. Si ergo humana mens non solum ratione sed et naturali quodam motu, recte hanc opinionem tenet, illud dici Deum, cui conferri aut exæquari nihil potest, sed quod cunctis emineat et cuncta præcellat: quomodo nomen illud quod super omnia esse creditur, recte his creditur dari, quos ad ministerium et procurationem humanæ vitæ putatis esse dispositos? Sed et illud addemus: mundus hic sine dubio factus est et est corruptibilis, sicut etiam postmodum latius ostendemus; interim et factum eum et corruptibilem constat. Si ergo mundus Deus dici non potest, et recte non potest quia corruptibilis est, quomodo partes mundi Dei nomen accipient? quod enim totus non potest esse mundus, multo magis non erit pars ejus. Igitur si redeamus ad exemplum Cæsaris, videte quam

## COTELERII NOTÆ.

(20) *Quamvis hoc ipsum, Deus, non nomen sit Dei.* Deum Deique naturam nomine carere doctrina est Patrum, et opinio philosophorum. Testimonia omittimus, ubique obvia.

(21) *Veteres Ægyptiorum*, etc. Sideralis scientiæ inventionem Ægyptiis multi, alii aliis assignant: uti fere variatur in rerum repertoribus: quorum enumerationes exhibent codices Regii 919, 1769, 2216 duas. — Eas habes in *Append. Monum.*, n. 4, infra.

(22) *Alii cattas.* Fuit cultus felis, generalis Ægyptiorum omnium religio, teste Strabone lib. XVII. Fuit et peculiaris quorumdam: ut Bubastitarum. Βούβαστος enim ex Stephano, vox Ægyptiaca αἴλουρον significat: et in urbe Bubasto sive Bubasti, sepeliebantur feles, inquit Herodotus in *Euterpe*: nec non erat Dianæ templum, quæ et Bubastis nomen accepit, estque luna. Fabulantur autem Dianam in *Gigantomachia* se in cattum transformasse, discere est ab Hygino. Leges etiam apud Plutarchum, libro *De Iside et Osiride*, convenientias physicas felem inter et lunam.

(23) *Cæpas et cloacas, crepitus ventris.* De cæpe, superstitio est longe notissima: quæ (ut discimus ex Hieronymo, II *adversus Jovinianum*, 6, et ad Isaiæ caput XLVI; Luciano in *Jove tragœdo*, ac Sexto Empirico *Pyrrhonianarum Hypotyposeon* lib. III, c. 24) proprie ad Pelusiotas pertinebat. De cloacis vero (ὀχετούς appellat scriptor *Clementinorum*) nihil nunc succurrit, quod ad Ægyptios spectet. Nam Cloacina dea, et Deus Sterculus, aut Sterculus, Stercutius, Sterculius, sive Sterces, Romanorum sunt numina. Denique circa ultimum notarunt critici loca Festi in *Prohibere comitia*; Theophili Antiocheni lib. I *ad Autolycum*; Minucii Felicis in *Octavio*; Origenis tom. V *contra Celsum*; Lactantii, V, 20; Hieronymi ad Isaiæ cap. XLVI; et Cæsarii dialogo I, respons. ad interrog. 19. Quibus addentur nunc *Clementina*, lib. X, cap. 16.

Digitized by Google

longe erretis. Cæsari, ejusdem licet naturæ hominem cujus ipse est, conferri tamen neminem licet; Deo, qui hoc ipso quod a nullo factus, sed ipse fecit omnia, cuncta supereminet, conferri debere aliquem creditis? Sed Cæsaris quidem nomen nulli alii audetis imponere, quia reum suum statim punit; Dei vero audetis, quia reum suum punire propter pœnitentiam differt?

XXIII. Per alios item serpens ille proferre verba hujuscemodi solet : Nos ad honorem invisibilis Dei imagines visibiles adoramus; quod certissime falsum est. Si enim vere velitis Dei imaginem colere, homini benefacientes veram in eo Dei imaginem coleretis. In omni enim homine est imago Dei, non in omnibus vero similitudo, sed ubi benigna anima est et mens pura (24). Si ergo vere vultis honorare imaginem Dei, nos vobis quod verum est aperimus, ut homini qui ad imaginem Dei factus est benefaciatis, honorem et reverentiam deferatis, esurienti cibum, sitienti poculum, nudo indumentum, ægro ministerium, peregrino hospitium, et in carcere posito necessaria ministretis, et hoc est quod vere Deo delatum reputabitur. Hæc autem in tantum ad honorem Dei imaginis cedunt, ut qui ista non fecerit, contumeliam imagini divinæ intulisse credatur. Quis ergo iste honor Dei est, per lapideas et ligneas formas discurrere, et inanes atque exanimes figuras tanquam numina venerari, et hominem in quo vere imago Dei est spernere? imo potius certi estote, quod qui homicidium facit aut adulterium, et quidquid in hominum pœnam vel injuriam geritur, in his omnibus Dei imago violatur. Magna enim impietas in Deum est, lædere hominem : omne ergo quod ipse pati non vis, cum facis alii, imaginem Dei iniquis mœroribus fœdas. Intelligite ergo, quia latentis intrinsecus serpentis est ista suggestio, quæ persuadet pios vos videri posse, cum insensibilia colitis, et non videri impios, cum sensibiles et rationabiles læditis.

XXIV. Sed ad hæc alio nobis serpens ore respondet et dicit : Si nolebat hæc esse Deus, utique non erant. Nondum vobis dico, quomodo ad uniuscujusque mentis probationem in hoc mundo permittuntur esse multa contraria; sed illud est quod nunc interim convenit dici, si secundum vos omne quod adorandum erat esse non debuit, nihil pene futurum erat in hoc mundo. Quid enim est quod reliquistis, quod non adorastis? solem, lunam, stellas, aquam, terram, montes, arbores, lapides, homines, nihil horum est quod non adorastis. Oportuit ergo juxta vocem vestram nihil horum fieri a Deo, ne haberetis quod possetis adorare; sed ne homines quidem ipsos esse oportuit, qui adorarent. Vere hoc est quod desiderat ille qui intra vos latet serpens, nulli vestrum parcit, nullum vult effugere de interitu; sed non ita erit. Audite enim, quia non delinquit illud quod adoratur, sed ille qui adorat. Justum namque est apud Deum judicium, et aliter injuriam patientem judicat, aliter inferentem.

XXV. Sed dicis : Oportebat ergo eos qui adorant quod non licet adorari, statim perimi a Deo, ne et alius hoc faceret. Sed nonne es tu prudentior Deo, ut ei consilia suggeras [25]? scit ille quid faciat. Omnibus etenim in ignorantia positis patientiam præstat, quia misericors et pius est, et prævidet, quia ex impiis multi efficiuntur pii, et ex ipsis qui impura figmenta et pollutas imagines venerantur, nonnulli conversi ad Deum, et revocantes se a peccatis et agentes bona opera, perveniunt ad salutem. Sed debuimus, inquit, omnino nec ad cogitationem istam venire, ut hæc faceremus. Ignoratis quid est libertas arbitrii, et latet vos quia ille vere bonus est, qui suo proposito bonus est; qui autem necessitate retinetur in bono, bonus non potest dici, quia non est suum quod est. Quia ergo in unoquoque libertas est in electione bonorum vel malorum, ipse sibi vel præmia vel interitum quærit. Imo, inquit, quidquid cogitamus, Deus nobis adducit ad mentem. Quid agitis, o homines? blasphematis; si enim omne quod cogitamus, ipse nobis adducit ad mentem, ipse ergo nobis cogitationes adulterii suggerit, et avaritiæ, et blasphemiæ, omnisque luxuriæ? Desinite, quæso, ab hujusmodi blasphemiis, et qui sit Deo dignus honor intelligite. Nec dicatis, ut solent quidam vestrum, quia Deus mortalium honore non indiget. Ille quidem vere nullius indiget, sed vos debetis agnoscere, quia vobis prodest honor quem Deo defertis. Quid enim tam exsecrabile, quam si gratiam referre nesciat homo proprio conditori?

XXVI. Sed melius, inquit, facimus nos, qui et ipsi et omnibus cum ipso gratias agimus. In hoc subversionem salutis vestræ non intelligitis. Tale est

[25] Rom. xi, 34.

## COTELERII NOTÆ.

(24) *In omni enim homine.... et mens pura. Clementin.* x, 7. Juxta sententiam B. Maximi centuria 3, *De charitate*, n. 25 : Κατ' εἰκόνα μὲν, πᾶσα φύσις λογικὴ ἐστι τοῦ Θεοῦ. Καθ' ὁμοίωσιν δὲ, μόνοι ἀγαθοὶ καὶ σοφοί. A non paucis tamen imago et similitudo Dei in homine, idem esse putantur. Emenda obiter Isidorum Hispalensem, libro *De ordine creaturarum*, cap. ult., tom. I *Spicilegii Acheriani* p. 306 : *Si enim de semetipso eam* (animam) *Deus fecisset, nequaquam passibilis et mutabilis et miscra esset. Item si ex creaturis corporalibus illam creasset, et corporale aliquid in sua natura haberet; aut, inanam* (male *nunquam*), *calorem de ignea, aut flatum ex aerea, aut humorem ex aquatica, aut crassitudinem et soliditatem ex terrena materia haberet; sed quia his omnibus caret, incorpoream illam esse conditam convenit; et per ipsam incorporalitatem, et æternitatem, et mutabilitatem, et liberi arbitrii potestatem, eamdem cum angelis habere substantiam creandique ordinem dignoscitur. Hæc autem, Dei imago non* [leg. *imaginem*] *in æternitate, similitudinem in arbitrio libero* (sic restituo) *possidet : de qua imaginis Dei similitudine impressa propheta commemorat, dicens : « Signatum super nos lumen vultus tui. »*

Digitized by Google

enim hoc, quale si quis æger ad medelam sui medicum pariter et venenarios invitet, cum illi nocere quidem possint, curare non possint, verus autem medicus venenis illorum recuset sua medicamenta miscere, ne aut pernicies bono aut sanitas nocentibus ascribatur. Dicis : Ergo indignatur aut invidet Deus, si cum ipse benefaciat, aliis gratiæ referantur? Etiamsi non indignetur, non vult tamen erroris auctor existere, ut sui operis beneficio inani idolo fides detur. Quid certe tam impium, tam ingratum, quam a Deo beneficium consequi, et reddere lignis ac lapidibus gratiam? Propter quod expergiscimini et intelligite salutem vestram; Deus enim nullius indiget, neque aliquid requirit, neque in aliquo læditur, sed nos sumus qui aut juvamur aut lædimur in eo quod grati aut ingrati sumus. Nam Deo quid confertur ex laudibus nostris? aut quid aufertur ex blasphemiis? nisi quod Deus animam sibi gratias agentem, proximam sibi et familiarem facit, ingratam vero malus possidet dæmon.

XXVII. Sed et illud scire vos volo, quod adversum hujusmodi animas non ipse Deus per se ultionem profert, sed universa creatura ejus insurgit et pœnas de impiis sumit; et quamvis in præsenti sæculo Dei bonitas æqualiter piis et impiis mundi lucem ac terræ ministeria largiatur, tamen non absque dolore sui lucem sol impiis præbet, cæteraque elementa exhibent servitutem. Denique interdum etiam contra bonitatem Conditoris, fatigata sceleribus impiorum vincuntur elementa, et inde est quod aut terræ fructus corrumpitur, aut aeris temperies temeratur, aut supra modum ardor solis incenditur, vel imbrium ac frigorum vis immensa diffunditur. Inde lues, et fames, et mortis facies diversa percurrit, festinat enim creatura in impios movere vindictam. Dei tamen bonitas reprimit eam, et ab indignatione impiorum refrenat, ac suæ misericordiæ obedire cogit, magis quam peccatis hominum et sceleribus inflammari; exspectat enim patientia Dei, dum in hoc corpore sunt, hominum conversionem.

XXVIII. Quod si qui ad exitum vitæ in impietate perstiterint, tum jam discedens anima quæ immortalis est, pro impietatis suæ perseverantia luet pœnas. Immortales namque sunt etiam impiorum animæ, quas ipsi fortasse velint pariter cum corporibus suis finiri (25); sed non ita est, perferunt enim ignis æterni sine fine supplicia, et ad perniciem sui naturam non habent moriendi. Sed fortasse dicetis mihi : Terres nos, Petre. Et quomodo vobis dicemus quæ in re sunt? nunquid tacentes annuntiare possumus veritatem? Quæ sunt, aliter quam sunt, proferre nescimus. Quod si taceamus, causam vobis perniciosæ ignorantiæ nos dabimus, et satisfaciemus latenti intra vos et obsidenti sensus vestros serpenti, qui hæc vobis callide suggerit, ut semper vos inimicos faciat Deo. Sed nos ad hoc missi sumus, ut prodamus vobis latebras ejus, et absolventes inimicitias reconciliemus vos Deo, ut ad ipsum convertamini et placeatis ei in operibus bonis. Inimicitiæ namque sunt homini ad Deum, irrationabilis et impius sensus pravumque propositum, maxime cum videtur sibi scire aliquid et est in ignorantia. Ubi autem abjectis his eadem vobis placere cœperint quæ Deo placent, et eadem displicere vobis, atque ea cœperitis velle quæ vult Deus, tunc vere amici ejus dicemini.

XXIX. Sed fortassis aliqui ex vobis dicent : Nihil curæ est Deo de rebus humanis, et cujus ne ad notitiam quidem possumus pervenire, quomodo ad amicitias perveniemus? Quod Deus curam gerat humanarum rerum, ipsius mundi gubernatio testis est, cui sol quotidie deservit, cui imbres ministrant, cui fontes, flumina, ventique et omnia famulantur elementa, quæ quanto notiora hominibus videntur, tanto curam Dei esse erga homines indicant. Nisi enim potestate Excelsi, nunquam potiora inferioribus ministrarent; et per hoc non solum curam Deus erga homines, sed grandem quemdam habere docetur affectum, quorum ministerio tam præclara mancipavit elementa. Quod autem etiam ad amicitias Dei perveniant homines, exemplo nobis sunt hi quorum precibus tantum indulsit [26], ut clauderet imbribus cœlum cum vellent, et rursum cum peterent relaxaret; et multa alia voluntatem suam facientibus præstitit, quæ non nisi amicissimis præstarentur. Sed dices : Quid enim læditur Deus, si et ista colantur a nobis? Si quis vestrum honorem patri debitum, a quo plurima beneficia consecutus est, alii deferat, et alienum atque extraneum quasi patrem colat, non tibi videtur impius existere in patrem, et exhæredatione dignissimus?

XXX. Alii dicunt : Impium est (26), si non colamus ea quæ nobis tradita sunt a patribus nostris, et religionem prævaricamur a majoribus datam. Hac ratione, si cujus pater latro fuit, aut si cujus leno, a patribus sibi traditam consuetudinem mutare non debet, nec ad meliorem viam a paternis erroribus revocari, et impium ducitur, si quis non cum parentibus peccet, aut non cum ipsis impius

[26] III Reg. XVII, XVIII; Jac. V, 17, 18.

## COTELERII NOTÆ.

(25) *Quas ipsi fortasse velint pariter cum corporibus suis finiri.* Eleganter, ut solet, Minucius Felix : *Nec ignoro plerosque conscientia meritorum, nihil se esse post mortem magis optare quam credere. Malunt enim exstingui penitus, quam ad supplicia reparari.* Ad quem locum doctus interpres apponit consimilem Hieroclis in *Carmina Pythagorica.*

(26) *Alii dicunt : Impium est,* etc. *Clementin.* XI, 13. Videnda omnino *Epistola S. Nili* 32, lib. II.

Digitized by Google

perseveret. Alii dicunt : Non debemus molesti esse Deo, et ipsum semper aut miseriarum querelis, aut petitionum nostrarum necessitatibus onerare. Quam stulta et absque omni sale responsio! Molestum Deo putas, si ei pro beneficiis suis gratias agas, cui molestum non putas, si pro ipsius muneribus, lignis et lapidibus gratias referas? Et quomodo, cum forte imber longa serenitate suspenditur, omnes ad cœlum oculos tendimus, et ab omnipotente Deo pluviarum munera flagitamus, omnesque cum parvulis, ad Deum fusis precibus, miserationes ipsius exoramus? Sed revera ingratæ animæ cum impetraverint, cito obliviscuntur; collectis enim messibus aut vindemiis, continuo ad surda et muta simulacra primitias frugum deferunt, et pro his quæ Deus concessit, in templis aut lucis vota persolvunt, et ibi sacrificia dæmoniis offerunt, atque accepta gratia permutant gratiæ largitorem.

XXXI. Sed quidam dicunt : Hæc lætitiæ gratia et ad relevandos animos instituta, et ad hoc inventa, ut humana mens aliquantulum curis et mœroribus relaxetur. Videte quomodo ipsi accusatores estis eorum quæ geritis. Si hæc levandi mœroris et lætitiæ capiendæ causa reperta sunt, quomodo in lucis et silvis invocationes dæmonum fiunt? quomodo insani rotatus hominum, sectionesque membrorum, et abscisiones verendorum? quomodo in his furor rabidus concipitur? quomodo invitatur insania? quomodo mulieres sparsis crinibus furibundæ jactantur? unde stridor et fremitus dentium? unde mugitus cordis et viscerum, et omnia illa quæ vel simulata, vel etiam ministerio dæmonum compaginata, ad terrorem stultorum et ignorantium hominum proferuntur? hæc levandi animi gratia fiunt, an potius opprimendi? Nondum sentitis neque intelligitis latentis intra vos serpentis hæc esse consilia? qui vos per irrationabiles errorum suggestiones a ratione veritatis abducit, ut vos libidinis et concupiscentiæ ac totius dedecoris servos teneat ac ministros.

XXXII. Sed ego clara vos omnes prædicationis voce contestor, quod e contrario religio Dei ad sobrietatem vos revocat et pudicitiam, a luxuria ac furore jubet esse continentes, et per patientiam ac mansuetudinem resecare lapsus iracundiæ, propriis esse contentos, et virtute parcimoniæ, ne egestate quidem compulsos aliena diripere, sed in omnibus servare justitiam, ab idolorum vos immolatione penitus removere; per hæc enim invitatis dæmones ad vosmetipsos, et introeundi eis aditum sponte præbetis, et ex hoc jam vel furoris causas vel illiciti amoris accipitis.

XXXIII. Hinc omnis impietatis origo descendit, hinc homicidia, adulteria, furta, et seminarium malorum omnium flagitiorumque concipitur, dum profanis libaminibus et odoribus indulgetis, ac locum dominandi in vos et jus quodammodo obtinendi malignis spiritibus datis. Ingressi enim sensus vestros, quid nisi quæ libidinis, quæ injustitiæ, quæ crudelitatis sunt operentur, et ad omnia vos quibus ipsi delectantur, subigant obedire? permittente revera hoc Deo pati vos ab eis justo quodam judicio, ut ex ipso dedecore actuum sensuumque vestrorum intelligatis, quam indignum sit dæmonibus et non Deo esse subjectos. Hinc et ad indecoros et fœdos actus per amicitias dæmonum pervenitur; hinc usque ad ipsius vitæ perniciem vel per flammam libidinis acceditur, vel per iracundiæ rabiem aut nimietatem tristitiæ pervenitur, ut sæpe notum est, etiam manus sibi intulisse nonnullos; quod, ut diximus, justa quadam Dei sententia fieri ab his non prohibetur, ut et quibus se subdiderint, intelligant, et quem deseruerint recognoscant.

XXXIV. Sed dicet aliquis: Passiones istæ interdum accidunt etiam his qui Deum colunt. Non est verum; etenim nos illum Dei dicimus esse cultorem, qui voluntatem Dei facit et legis præcepta custodit. Apud Deum enim non ille qui apud homines Judæus dicitur, Judæus est, neque qui gentilis vocatur, ille gentilis est [36], sed qui Deo credens legem impleverit ac voluntatem ejus fecerit, etiamsi non sit circumcisus. Verus Dei cultor est is, qui non solum ipse a passionibus liber est, verum et alios ab eis liberos reddit, etiamsi sint ita graves ut montibus coæquentur; per fidem qua credit Deo, transfert eas, sed et montes vere cum arboribus suis, si necesse sit, per fidem transfert [37]. Qui autem videtur quidem colere Deum, sed neque fide plena neque operibus mandatorum munitur, sed est peccator, pro peccatis locum dedit in semetipso passionibus, quæ ad pœnam peccantium constitutæ sunt a Deo, ut ab eis per illata supplicia exigant debita peccatorum, et purgatiores eos ad judicium illud omnium generale perducant, si tamen castigationem eorum non deserat fides. Nam infidelium castigatio in præsenti vita judicium est, quo alieni existere incipiunt a futuris bonis; Deum vero colentium castigatio cum pro peccatis quæ acciderint eis infertur, commissi ab eis exigit debitum, ut prævenientes judicium in præsenti sæculo peccati debitum solvant, et liberentur vel ex parte media ab æternis, quæ illic præparatæ sunt, pœnis.

XXXV. Sed hæc ita esse non recipit, qui non credit futurum esse judicium Dei, et ob hoc præsentis sæculi voluptatibus obligatus, ab æternis excluditur bonis. Et ideo nos non negligimus prædicare vobis, quæ saluti vestræ scimus esse necessaria, et qui sit verus Dei cultus ostendere, ut credentes Deo per opera bona possitis una nobiscum futuri sæculi hæredes existere. Quod si nondum apud vos certum est, vera esse quæ dicimus, interim pro hoc primo non debetis ægre accipere et infesti esse, quia quæ putamus bona, hæc vobis annuntiamus, et quod nobis salutare esse credimus, hoc etiam vobis conferre non invidemus, omni, ut dixi, studio laborantes, quo

[36] Rom. II, 28; Apoc. II, 9. [37] Matth. XVII, 19; Luc. XVII, 6.

Digitized by Google

cohæredes vos bonorum, quæ ipsi nobis eventura credimus, habeamus. Utrum autem pro certo vera sint quæ annuntiamus vobis, non aliter scire poteritis, nisi ut obedientes his quæ mandantur, ipso rerum exitu et beatitudinis certissimo fine doceamini.

XXXVI. Et ideo etiamsi latens intrinsecus serpens sensus vestros mille depravandi artibus occupet, et impedimenta mille subjiciat, quibus a salutari doctrina vestrum declinet auditum, eo magis obsistere ei debetis, et spretis ejus suggestionibus ad audiendum a nobis verbum suscipiendamque doctrinam frequentius convenire, quia nemo potest discere aliquid qui non docetur. Cumque hæc dixisset, jussit sibi eos qui languoribus vel dæmonibus urgebantur offerri, et imposuit eis manus cum oratione, atque ita turbas dimisit, admonens ut ad audiendum verbum diebus quibus inibi demoraturus esset, frequentarent. Igitur ubi turbæ abscessere, Petrus aquis quæ in horto fluebant corpus diluens una cum cæteris volentibus, humi sterni jussit sub arbore quadam cujus umbra erat plurima, et recumbere nos secundum ordinem apud Cæsaream statutum præcepit. Atque ita cibo sumpto, Hebræorum ritu gratias agens Deo, quia adhuc aliquantulum diei supererat, jubet nos de quibus velimus percontari. Cumque essemus omnes cum eo vigiti, unicuique de quo quærere voluit explanavit, quorum singula quæque libellis comprehensa tibi ante jam misi. Vespere autem jam facto ingressi hospitium cum ipso, suis quique locis requievimus.

# LIBER SEXTUS.

I. Ubi vero rarescentibus tenebris primum dies cœpit proferre crepusculum, Petrus orationis gratia hortum ingressus, et inde egrediens atque ingrediens velut excusare nobis videbatur, quod tardius solito evigilans venisset ad nos. Aiebat ergo : Ubi veris tempus longiorem fecerit diem, necesse est ut nox brevior fiat ; si quis ergo studiorum causa noctis aliquid occupare desiderat, non in omni tempore easdem horas observare debet ad vigilandum, sed eadem temporis spatia, sive brevior sive longior sit nox, dormiendo consumere, et curare magnopere, ne præsumens ex his spatiis quæ habere ad studendum solet, addat somno et vigilandi tempus imminuat. Observandum namque et illud est, ne forte si nondum decoctis cibis interrumpatur somnus, indigestum corpus aggravet mentem, et crudos adhuc exhalans spiritus interiorem sensum confusum reddat ac turbidum. Rectum ergo est ut competenti etiam pars ista quiete foveatur, quo possit sufficienter his quæ sibi debentur corpus expletis, justum in reliquis menti exhibere ministerium.

II. Et cum hæc dixisset, plurimis jam consueto in horti loco ad audiendum congregatis, processit Petrus, et salutatis ex more turbis dicere hoc modo cœpit : Quoniam quidem, sicut terra a cultore neglecta spinas et tribulos necessario producit, ita sensus vester longi temporis incuria, multas et noxias opiniones rerum et intelligentias falsæ scientiæ germinavit ; opus est nunc multa diligentia ad excolendum rus mentis vestræ, ut id sermo veritatis, qui est verus et diligens cordis colonus, assiduis excolat disciplinis. Vestrum ergo est præbere ei obedientiam, et occupationes ac sollicitudines superfluas amputare, ne bonum verbi semen enecet noxium germen. Potest enim fieri, ut multi temporis negligentiam brevis et assidua reparet diligentia ; incertum namque est uniuscujusque vitæ tempus, et ideo festinandum est ad salutem, ne forte cunctantem mors repentina præveniat.

III. Et ob hoc acrius intendendum est, ut dum est temporis spatium, collecta malæ consuetudinis vitia resecentur. Quod non aliter facere poteritis, nisi ut irascamini quodammodo adversum vosmetipsos pro his quæ inutiliter gessistis ac turpiter. Hæc enim est justa et necessaria iracundia, qua unusquisque in his quibus erravit et perperam gessit, indignatur et semetipsum incusat, ex qua indignatione accenditur in nobis ignis quidam, qui velut agro sterili immissus, consumptis et excoctis radicibus pessimæ voluptatis, bono semini verbi Dei fecundiorem cordis præparat glebam. Puto autem quod satis dignas habeatis causas iracundiæ, ex quibus justissimus ignis iste coalescat, si consideretis in quantos vos errores deduxit ignorantiæ malum, quantosque lapsus et quanta præcipitia ad peccandum dedit, a quantis vos bonis abstraxit et in quæ præcipitavit mala, et quod est super omnia gravius, quod vos in futuro sæculo æternis pœnis obnoxios fecit. Nonne pro his omnibus, ubi vobis veritatis lumen obfulsit, ignis justissimæ indignationis accenditur, et iracundiæ Deo placitæ intra vos consurgit incendium, quo consumatur et radicitus intereat omne germen, si quod forte intra vos malæ concupiscentiæ pullulavit ?

IV. [38] Unde et ipse qui misit nos, cum venisset et omnem mundum vidisset ad malitiam declinasse, non continuo pacem ei in erroribus posito dedit, ne eum confirmaret in malis, sed ignorantiæ ejus ruinis scientiam veritatis opposuit, ut, si forte resipiscerent et lumen veritatis aspicerent, deceptos se et in præcipitia erroris abstractos merito dolerent, et iracundiæ salutaris ignem adversum deceptricem sui conciperent ignorantiam. Ob hoc itaque dicebat : *Ignem veni mittere in terram, et quam volo ut accen-*

[38] Quæ cap. 4-14 in edd. leguntur, desunt in codd. mss. Lipss.

Digitized by Google

*datur* [39] (27). Est ergo pugna quædam, quæ gerenda nobis est in hac vita; sermo enim veritatis et scientiæ necessario separat homines ab errore et ignorantia, sicut sæpe vidimus putrefactas et emortuas corporis carnes, a connexione viventium membrorum ferro secante separari. Tale ergo aliquid est quod agit veritatis agnitio; necesse est enim ut salutis causa filius, verbi gratia, qui sermonem receperit veritatis, a parentibus separetur incredulis, aut rursum pater separetur a filio, aut filia a matre. Et hoc modo inter propinquos et consanguineos credentes atque incredulos, scientiæ et ignorantiæ veritatisque et erroris pugna consurgit. Et ob hoc iterum dicebat qui nos misit : *Non veni pacem mittere in terram, sed gladium* [40].

V. Quod si dicit aliquis, et quo modo justum videtur separari a parentibus? audi quo modo. quia, si cum ipsis in errore permaneant, neque illis proderunt, et ipsi cum illis pariter interibunt. Justum igitur et valde justum est. separari eum qui salvari vult, ab eo qui non vult (28). Sed et illud adverte, quia non ex illis qui rectius intelligunt, venit ista separatio; illi enim volunt esse pariter et prodesse eis et docere meliora, sed est istud proprium ignorantiæ vitium, ut confutantem se veritatis lucem non ferat habere de proximo, et ideo ex illis ista nascitur separatio. Nam qui scientiam veritatis accipiunt, quia bonitatis plena est, tanquam a bono Deo datam cupiunt eam, si fieri potest, cum omnibus habere communem, etiam cum his qui oderunt eos et persequuntur; sciunt enim quia peccati ipsorum A causa ignorantia est. Propterea denique ipse Magister, cum ab his qui ignorabant eum duceretur ad crucem, orabat Patrem pro interfectoribus suis et dicebat : *Pater, remitte eis peccatum, nesciunt enim quid faciunt* [41]. Imitantes quoque discipuli magistrum, etiam ipsi cum paterentur, similiter pro interfectoribus suis orabant [42]. Quod si disciplina nobis est, orare etiam pro interfectoribus et persecutoribus nostris, quomodo non etiam parentum et propinquorum persecutiones ferre, et pro conversione eorum orare debemus?

VI. Tum deinde etiam illud diligentius consideremus, quæ sit nobis causa parentes diligendi. Pro eo, inquit, quod vitæ nostræ videntur auctores. Auctores quidem vitæ nostræ parentes non sunt, sed B ministri; non enim vitam præbent, sed ingrediendi nobis ad hanc vitam exhibent ministerium, auctor autem vitæ unus et solus est Deus. Si ergo auctorem vitæ diligere voluerimus, illum nobis sciamus esse diligendum. Sed illum, inquit, cognoscere non potuimus, istos autem et novimus et in affectu habemus. Esto, non potueris cognoscere quid sit Deus, quid tamen non sit Deus perfacile scire potuisti (29). Nam quomodo latere potuit hominem quod lignum, aut lapis, aut æs, vel alia hujusmodi materia Deus non sit? Quod si in his quæ facile deprehendere potuistis, animum ad discutiendum noluistis intendere, certum est quia in agnitione Dei impediti estis non impossibilitatis sed ignaviæ vitio, nam si voluissetis, ex his ipsis inutilibus simulacris profecto C accepissetis intelligentiæ viam.

[39] Luc. XII, 49. [40] Matth. X, 34. [41] Luc. XXIII, 34. [42] Act. VII, 59.

## COTELERII NOTÆ.

(27) *Et quam volo ut accendatur.* Hanc quippe lectionem Carmelitici codicis, vel istam Candelerianı, *et quid volo, ut accendatur*, prætulerim, ut cum Græco magis congruentes. Luc. XII, 49. Philastrius, hæresi ult. : *Ignem veni mittere in mundum, quam volo ut accendatur ocius.* In Hilario *ad psalmum* CXIX, et Paulino, epistola 31 : *Ignem veni mittere in terram, et quid volo si jam accensus est?* Ex Hieronymo sæpe : *Ignem veni mittere super terram, et quam volo ut ardeat*, vel *et quem volo ut ardeat*, vel *et quem volo semper ut ardeat*, Vulgata : *Ignem veni mittere in terram; et quid volo nisi ut accendatur?* Nec minor diversitas apud Græcos, citantibus Methodio in *Convivio Virginum*, orat. 6, D et Basilio ad Isaiæ IX, 19 : Καὶ τί ἤθελον ; Marco Eremita, *De baptismate*, καὶ ἤθελον, sicut in loco Methodii apud Photium cod. 257; Macario, homilia 25 : Καὶ τί θέλω ἢ ἤδη ἀνῆφθη · Origene, in *Philocaliæ* capite 26 : Καὶ εἴθε δὲ ἐκάη : et ut videtur posuisse homil. 4, *in Isaiam*, et homil. 5, *in Ezechielem*, καὶ εἴθε ἤδη ἐκάη, versum enim pridem utrobique, *et utinam jam ardeat* : Basilio denique ubi supra, εἰ ἤδη ἐκάη. Reliqua ex Interpretibus. Huc autem pertinet magna sacrorum testimoniorum confusio, facta tum per Marcionem apud Epiphanium in hæresi illius sect. 3, sic : Φησὶ· Βαπτισθεὶς ὁ Κύριος ὑπὸ τοῦ Ἰωάννου, ἔλεγε τοῖς μαθηταῖς· βάπτισμα ἔχω βαπτισθῆναι, καὶ τί θέλω ἢ ἤδη τετέλεκα αὐτό; καὶ πάλιν· Ποτήριον ἔχω πιεῖν, καὶ τί θέλω εἰ ἤδη πληρώσω αὐτό; tum per ipsum Epiphanium, hæres. 69, sect. 58, hoc modo : Λέγει, ἔτι ποτήριον ἔχω πιεῖν, καὶ τί σπεύδω ἕως οὗ πίω αὐτό; καὶ βάπτισμα ἔχω βαπτισθῆναι, καὶ τί θέλω εἰ ἤδη ἐβαπτίσθην. Quibus in locis duobus cernuntur vestigia textuum permistorum, Lucæ XII, 49, 50, Matthæi XX, 22, Marci X, 38 : sed et nonnihil turbant Origenes, Ambrosius, Philastrius : dum a primo profertur homil. 7 *in Judices* : *Dicente Domino ad discipulos : Baptismum habeo baptizare* [l. *baptizari*] *quod vos nescitis. Et quomodo urgeor, ut perficiatur?* a secundo ad psal. CXVIII, 17 : *Dicit Dominus Jesus : Baptismo habeo baptizari, quod vos nescitis;* a tertio in hæresi Novatianorum : *Audiant Salvatorem dicentem: Baptisma habeo baptizari, et quam festino si sciretis.* Scilicet ex Luc. XII, 50 : *Baptisma autem habeo baptizari, et quomodo coarctor usque dum perficiatur?* βάπτισμα δὲ ἔχω βαπτισθῆναι, καὶ πῶς συνέχομαι ἕως οὗ τελεσθῇ; apud Irenæum lib. I, cap. 18 : *Aliud baptisma habeo baptizari, et valde propero ad illud*, καὶ ἄλλο βάπτισμα ἔχω βαπτισθῆναι, καὶ πάνυ ἐπείγομαι εἰς αὐτό· ac ex Joan. IV, 32 : *Ego cibum habeo manducare, quem vos nescitis.* Consultationum Zacchæi Christiani et Apollonii philosophi lib. II, cap. 18, Spicilegio 10 Acheriano : *Domino ad apostolos sic loquente* : Adhuc, *inquit*, habeo baptizari baptismate quod vos nescitis.

(28) *Justum igitur... qui non vult.* Non sine felicitate nuper inveni sic scriptum in Grimlaici *Regula Solitariorum*, cap. 26 : *Unde et Petrus apostolus ait : Justum et valde justum est, separari eum qui salvari vult, ab eo qui non vult.*

(29) *Esto..... potuisti.* Eleganter ad rem magnus Athanasius, ferme principio epistolæ *ad Solitarios* :

Digitized by Google

VII. Certum est enim quia per ferrum facta sunt simulacra, ferrum vero per ignem confectum est, qui ignis aqua exstinguitur, aqua autem per spiritum movetur, spiritus autem a Deo initium habet. Sic enim dicit Moyses propheta : *In principio fecit Deus cœlum et terram, terra autem erat invisibilis et incomposita, et tenebræ erant super abyssum, et Spiritus Dei erat super aquas* [43]. Qui spiritus jussu Dei, quasi ipsa Conditoris manus lucem separavit a tenebris (30), et post illud invisibile cœlum istud visibile produxit, ut superiora quidem habitaculum faceret angelis, inferiora vero hominibus. Propter te ergo Dei jussu, aqua quæ erat super faciem terræ secessit, ut terra tibi produceret fructus, cui etiam humorum venas latenter inseruit, ut tibi ex ea profluerent fontes et flumina. Propter te producere jussa est animantia, et omnia quæ tuo usui voluntatique servirent. Aut non propter te venti spirant, ut ex ipsis concipiens fructus tibi terra parturiat? Non propter te imbres profluunt et tempora vicissitudines mutant? Non propter te sol oritur et occidit et mutationes luna perpetitur? Propter te mare exhibet famulatum suum, ut tibi ingrato cuncta subjaceant. Nonne pro his omnibus justa erit ultionis pœna, quia horum omnium largitorem, quem ante omnia et agnoscere et venerari debuistis, solum præ cæteris ignorastis?

VIII. Sed et nunc eisdem vos ad intelligentiam viis duco; videtis etenim quod omnia gignuntur ex aquis, aqua vero per Unigenitum ex initio facta est, Unigeniti vero omnipotens Deus caput est (31), per quem tali ordine, quo supra diximus, pervenitur ad Patrem; cum autem perveneris ad Patrem, agnosces hanc esse voluntatem ejus, ut per aquas quæ primæ creatæ sunt (32), denuo renascaris. Qui enim regeneratus fuerit per aquam, bonis operibus adimpletis hæres efficitur ejus a quo in incorruptione regeneratus est. Propter quod paratis animis accedite quasi filii ad patrem, ut peccata vestra diluantur et causa eorum sola ignorantia fuisse probetur apud Deum. Nam si post agnitionem horum permanetis in incredulitate, vobis jam penditionis vestræ causa et non ignorantiæ reputabitur. Nec pu es quod etiamsi omnem pietatem colas omnemque justitiam, baptismum vero non accipias, spem possis habere apud Deum; imo potius majore pœna dignus erit qui bona opera non bene operatur, confertur enim meritum homini ex bonis gestis, sed si ita gerantur sicut Deus jubet. Deus autem jussit omnem colentem se baptismo consignari, quod si tu reniteris et tuæ voluntati magis quam Dei obtemperas, contrarius sine dubio et inimicus es voluntati ejus.

IX. Sed dices fortasse : Quid confert aquæ baptismus ad Dei cultum? Primo quidem, quia quod Deo placuit impletur; secundo, quia regenerato ex aquis et Deo renato, fragilitas prioris nativitatis, quæ tibi per hominem facta est, amputatur, et ita demum pervenire poteris ad salutem, aliter vero impossibile est. Sic enim nobis cum sacramento verus Propheta testatus est, dicens : *Amen dico vobis, nisi quis denuo renatus fuerit ex aqua, non introibit in regna cœlorum* [44]. Et ideo accelerate, est enim in aquis istis misericordiæ vis quædam, quæ ex initio ferebatur super eas, et agnoscit eos qui baptizantur sub appellatione triplicis sacramenti, et excipit eos de suppliciis futuris, quasi donum quoddam offerens Deo animas per baptismum consecratas. Confugite ergo ad aquas istas, solæ sunt enim quæ possint vim futuri ignis exstinguere; ad quas qui moratur accedere, constat in eo infidelitatis adhuc idolum permanere, et ab ipso prohiberi ad aquas quæ salutem conferunt, properare. Sive enim justus

[43] Gen. I, 1, 2. [44] Joan. III, 5.

## COTELERII NOTÆ.

Τοῖς πιστοῖς, ἡ τῆς ἀσεβείας κατάγνωσις, αὐτάρκης πρὸς εὐσέβειάν ἐστι γνῶσις. Καὶ γὰρ εἰ μὴ δυνατὸν καταλαβέσθαι τί ἐστι Θεὸς, ἀλλὰ δυνατὸν εἰπεῖν, τί οὐκ ἔστιν.

(30) *Qui spiritus jussu Dei, quasi ipsa Conditoris manus* (ita recte etiam libri scripti *Clementinorum* XI, 22, χείρ) *lucem separavit a tenebris.* Mitius in *Clementinis*, καὶ λέγοντος τοῦ Θεοῦ, sed forte Rufinus legebat κελεύοντος τοῦ Θεοῦ. Apud Irenæum lib. III, *adversus hæreses*, cap. 8 : *Quoniam ipse præcepit, et creata sunt : ipse dixit, et facta sunt. Cui ergo præcepit? Verbo, scilicet : per quod, inquit, cœli firmati sunt, et Spiritu oris ejus omnis virtus eorum.* (*Psal.* XXXII, 9, 6.) Idem legendus lib. IV, cap. 75. Libro autem V, cap. 6, dicit : *Per manus enim Patris, id est, per Filium et Spiritum, fit homo secundum similitudinem Dei.* Sed memoriæ mandanda est Chrysostomi aurea observatio de Spiritu sancto, ad I Cor. XII, 11 : Καθὼς βούλεται, οὐ καθὼς κελεύεται et ἐπιτάττεται, *Prout vult non prout jubetur* ac *præcipitur.* Vide supra.

(31) *Unigeniti vero omnipotens Deus caput est.* En verba Rufini, *Expositione in Symbolum apostolorum : Unicus ergo Filius est : et cum sit gloria, sempiternitate, virtute, regno, potestate, hoc quod Pater est; omnia tamen hæc non sine auctore, sicut Pater, sed ex Patre tanquam Filius sine initio et æqualis habet; et cum ipse sit omnium caput, ipsius tamen caput est Pater. Sic enim scriptum est* (I Cor. XI, 3), *Quia caput Christi Deus.* Prudenter tamen monemur a S. Ambrosio, lib. IV *De fide*, cap. 2, non dixisse Apostolum, *caput Christi, Pater*; sed, *caput Christi, Deus.* Consulantur interpretes ad locum Apostoli, itemque S. Basilius in psalm. XXVIII, 6.

(32) *Per aquas quæ primæ creatæ sunt.* Et paulo ante, *Omnia gignuntur ex aquis. Clement.* XI, 24 : Τὰ πάντα τὸ ὕδωρ ποιεῖ· et πρωτογόνῳ ὕδατι. Equidem Ebionitæ *Recognitionum* corruptores, ab Epiphanio, p. 53, aquam pro Deo coluisse dicuntur. De Sampsæis vero seu Elcesæis, quæ eadem hæresis est, idem Pater scribit, p. 461 : Τετίμηται δὲ καὶ τὸ ὕδωρ· καὶ τοῦτο ὡς Θεὸν ἡγοῦνται, σχεδὸν φάσκοντες εἶναι τὴν ζωὴν ἐκ τούτου. Hinc Hydrotheitæ, aquam minime factam putantes : quam creavit Deus in principio una cum cœlo et terra, et, ut loquuntur Opitus lib. VI, atque Ambrosius in Lucæ caput XXII, ante mundi natalem, hoc est, ante mundum ordine dispositum : phrasi Tertullianea, ante mundi suggestum. Cyrillus Hierosolymitanus, catechesi 3 : Ἐξ ὑδάτων οὐρανοὶ· ἐξ ὑδάτων ἡ γῆ. Καὶ πρὸ πάσης τῶν γενητῶν τῆς ἑξαημέρου κατασκευῆς, πνεῦμα τοῦ Θεοῦ ἐπεφέρετο ἐπάνω τοῦ ὕδατος. Ἀρχὴ τοῦ κόσμου τὸ ὕδωρ. Lege Augustinum, lib. I *De Genesi ad litteram*, cap. 15.

Digitized by Google

sis sive injustus, baptismus tibi per omnia necessarius est. Justo quidem, ut adimpleatur in eo perfectio et regeneretur Deo; injusto vero, ut peccatorum quæ gessit in ignorantia remissio concedatur. Omnibus ergo festinandum est sine mora renasci Deo, quia incertus est uniuscujusque exitus vitæ.

X. Cum autem regeneratus fueris per aquam, ex operibus bonis ostende in te similitudinem ejus, qui te genuit Patris. Agnovisti enim Deum, honora patrem; honor autem ejus est, ut ita vivas sicut ipse vult. Vult autem te ita vivere, ut homicidium, adulterium nescias, odium, avaritiam fugias, iram, superbiam, jactantiam respuas, et exsecreris invidiam, cæteraque his similia penitus a te ducas aliena. Est sane propria quædam nostræ religionis observantia, quæ non tam imponitur hominibus, quam proprie ab unoquoque Deum colente causa puritatis expetitur. Castimoniæ dico causa, cujus species multæ sunt; sed primo ut observet unusquisque, ne menstruatæ mulieri misceatur, hoc enim exsecrabile duxit lex Dei. Quod etsi lex de his non admonuisset, nos ut canthari libenter volveremur in stercore? Debemus amplius aliquid habere animalibus, utpote rationabiles homines et cœlestium sensuum capaces, quibus summi studii esse debet, ab omni inquinamento cordis conscientiam custodire.

XI. Bonum est autem et puritati convenions, etiam corpus aqua diluere. Bonum vero dico, non quasi principale illud in quo mens purificatur, sed quod sequela sit illius boni hoc in quo caro diluitur. Sic enim et Magister noster quosdam Pharisæorum et Scribarum, qui videbantur esse cæteris meliores et a vulgo separati, increpabat, dicens eos hypocritas, quia ea solum quæ hominibus videbantur, purificabant, corda vero quæ solus Deus aspicit, inquinata relinquebant et sordida. Ad quosdam ergo ex ipsis, non ad omnes dicebat: *Væ vobis, Scribæ et Pharisæi hypocritæ, quia mundatis calicis et paropsidis quod deforis est, intus autem plena sunt sordibus. Pharisæe cæce, emunda prius quod intus est, et quod deforis est erit mundum*[45]. Vere enim si mens mundetur luce scientiæ, cum ipsa fuerit munda ac splendida, tunc etiam ejus qui deforis est hominis ipsa necessario curam gerit, id est carnis suæ, ut et ipsa purificetur. Ubi autem ista quæ deforis est purificatio carnis negligitur, certum est ibi neque de puritate mentis, ac munditia cordis curam geri. Ita ergo fit, ut is quidem qui intrinsecus mundus est, mundetur sine dubio et extrinsecus, non semper autem is qui mundatur extrinsecus, etiam intrinsecus mundus est, videlicet cum agit hæc ut omnibus placeat.

XII. Sed et illa species castimoniæ observanda est, ut ne passim et libidinis solius causa feminis coeatur, sed posteritatis reparandæ gratia. Quæ observantia cum in nonnullis etiam pecudibus inveniatur, pudoris est si non ab hominibus rationabilibus et Deum colentibus observetur. In tantum autem castimonia verum Dei cultum tenentibus, per has quas supra diximus aliasque horum similes species conservanda est, ut etiam apud eos qui a diabolo adhuc in erroribus detinentur, attentius observetur; est enim apud illos nonnulla observantia castimoniæ. Quid ergo, quod errantes custodiebatis, hoc non observabitis emendati?

XIII. Sed fortasse dicet aliquis vestrum: Oportet ergo nos omnia quæ fecimus dum coleremus idola, custodire? Non omnia; sed quæcunque bene fiebant, hæc etiam nunc convenit observare, quia si quid recte fit ab his qui in errore sunt, certum est id a veritate sumptum. Quia et si quid in vera religione non recte fit, non est dubium quin ab errore mutuatum sit; bonum namque etiamsi ab errantibus gestum fuerit, bonum est, et malum etiamsi ab his qui veritatem sequuntur gestum fuerit, malum est. Aut nunquid ita desipiemus, ut si videamus eum qui idola colit esse sobrium, nos qui Deum colimus, sobrii esse recusemus, ne eadem facere, quæ ille qui colit idola, videamur? Non ita est, sed sit nobis studium, ut si illi qui errant, homicidium non faciunt, nos ne irascamur quidem; et si illi adulterium non admittunt, nos ne concupiscamus quidem alienam mulierem; si illi amant proximos suos, nos diligamus etiam inimicos nostros; [46]; si illi mutuo dant his qui habent unde reddant, nos etiam his demus a quibus recipere non speramus. Et per omnia nos qui æterni sæculi hæreditatem speramus, debemus præcellere eos qui præsens tantum sæculum norunt, scientes quia, si opera illorum nostris operibus collata, in die judicii similia inveniantur ac paria, confusio nobis erit, quod æquales invenimur in operibus his qui propter ignorantiam condemnantur, et nullam spem futuri sæculi habuerunt.

XIV. Et vere digna confusio est, ubi nihil amplius gessimus ab his quibus amplius intelleximus. Quod si confusio nobis erit æquales eis inveniri in operibus bonis, quid erit nobis, si inferiores nos ac deteriores examinatio futura reperiat? Audite ergo quomodo de his nos ipse verus Propheta docuerit; ad eos enim qui negligunt audire verba sapientiæ, ita ait: *Regina austri surget in judicio cum generatione hac et condemnabit eam, quia venit a finibus terræ audire sapientiam Salomonis, et ecce plus quam Salomon hic, et non audiunt*[47]. Ad eos vero qui de malis actibus gerere pœnitentiam detrectabant, ita ait: *Viri Ninivitæ surgent in judicio cum generatione hac et condemnabunt eam, quia pœnitentiam egerunt in prædicatione Jonæ, et ecce plus quam Jonas hic* [48-49]. Vides ergo quomodo eos qui erudiebantur ex lege, adductis ad exemplum illis qui ex gentili ignorantia veniebant, et ostendens eos nec illis æquales esse qui in errore positi videbantur, ex ipsa tantum comparatione condemnat. Ex quibus omnibus sermo quem proposuimus approbatur, ut casti-

[45] Matth. xxiii, 25, 26. [46] Matth. v, 21, 22, 28; Luc. vi, 27. [47] Matth. xii, 42; Luc. xi, 31. [48-49] Luc. xi, 32; Matth. xii, 41.



Digitized by Google

monia, quæ aliquatenus etiam ab his qui in errore A sunt positi custoditur, multo purius et attentius per singulas quasque, sicut supra ostendimus, species a nobis qui veritatem sequimur teneatur, eo magis quo apud nos observantiæ ejus præmia æterna posita sunt.

XV. Hæc et his similia cum dixisset, turbas dimisit, et ex more cum familiaribus suis cibo sumpto quievit. Hoc autem modo per tres continuos menses cum verbum Dei doceret et plurimos converteret ad fidem, ad ultimum jejunare me jussit, et post jejunium in fontibus qui contigui habentur mari, perennis aquæ mihi baptismum dedit. Cumque pro regenerationis gratia divinitus mihi collata, feriati cum fratribus læti egissemus, Petrus eos qui ad præcedendum fuerant ordinati, proficisci Antiochiam jubet atque ibi tres alios exspectare menses. Quibus profectis, ipse eos qui fidem Domini plene receperant, deducens ad fontes quos mari contiguos supra diximus baptizavit, et eucharistiam frangens cum eis, Maronem qui eum hospitio receperat perfectum jam in omnibus, constituit eis episcopum, et duodecim cum eo presbyteros, simulque diaconos ordinat. Instituit etiam ordinem viduarum atque omnia Ecclesiæ ministeria disponit, universosque admonet Maroni episcopo in omnibus quæ præciperet obedire. Et ita cunctis competenter dispositis, cum trium mensium tempus fuisset expletum, valedicentes his qui erant apud Tripolim, Antiochiam proficiscimur.

# LIBER SEPTIMUS.

I. Egressi tandem etiam Tripolim Phœnicis urbem, primam in Ortosiade haud procul a Tripoli fecimus mansionem, ubi sequenti quoque die remorati, quia omnes pene qui Domino crediderant, dum divelli a Petro nequeunt, illo usque secuti sunt; inde Antharadum venimus. Sed quod multi nos comitarentur, ait Petrus ad Nicetam simul atque Aquilam : Quoniam quidem plurimæ fratrum turbæ nobiscum sunt, et ingredientes singulas quasque urbes non parum invidiæ contrahimus, videtur mihi providendum, ut neque ipsis ingratum sit si prohibeantur sequi, neque nobis pompæ alicujus excitet malignus invidiam. Censeo itaque te Nicetam atque Aquilam præcedere nos cum ipsis, ita ut etiam vos in duas partes divisam multitudinem ducatis, ut sparsim magis quam sub una congregatione iter agentes, singulas quasque introeamus gentium civitates.

II. Scio autem quia triste vobis videtur, quod videmini a me duorum saltem dierum spatio separari; credite mihi, quia qua mensura diligitis me, decuplo amplior mihi quoque erga vos affectus est, sed si pro affectu, quem adinvicem gerimus, non faciamus quæ convenientia et honesta sunt, irrationabilis hujusmodi amor videbitur. Et ideo nequaquam titulo charitatis imminuto, quæ utilia videntur ac necessaria procuremus, maxime cum nullus dies possit intercedere, quo non disputationibus meis interesse possitis. Per singulas enim quasque nobiliores provinciarum civitates proposui, D sicut etiam vos scitis, ternis docendi gratia residere mensibus. Nunc ergo Laodiciam, quæ est urbs proxima, præcedite me, et ego post biduum aut B triduum quantum ad propositum meum spectat, insequar vos. Opperiemini autem me ad proximum portæ civitatis stabulum, et inde iterum similiter, cum dies ibi aliquot transegerimus, præcedetis me ad ulteriores civitates; et hoc vos facere per singulas cupio, declinandæ quantum in nobis est invidiæ gratia, et ut fratres qui nobiscum sunt, vestri providentia per singulas civitates parata invenientes hospitia, minus vagari videantur.

III. Hæc dicente Petro, necessario acquiescunt, dicentes : Non valde nos contristat hoc agere quia a te jubemur, qui omnia et bene agere et bene consulere per Christi providentiam electus es, sed et una die aut si multum biduo, quamvis grande sit, in hoc omni spatio non videre dominum nostrum C Petrum, tamen tolerabile est. Consideramus enim quid patiantur illi duodecim fratres nostri, qui præcedunt nos, et mensem pene integrum ex tribus mensibus, quibus per unamquamque urbem resides, tanto bono auditus tui visionisque fraudantur. Ut ergo jubes, quia recte omnia jubes, agere non morabimur. Et his dictis præcessere, acceptis mandatis, ut extra urbem alloquerentur fratres qui secum iter agebant, ne constipati et quasi cum tumultu, sed sparsim et in binos divisi ingrediantur civitates.

IV. Verum (33) ubi illi profecti sunt, ego Clemens valde gavisus sum quod me secum esse fecit, et aio ad eum : Deo gratias ago, quod me non præmisisti cum aliis; nam tristitia interissem. Tum Petrus : Et quid fiet, inquit, si necessitas exegerit mitti te aliquo doctrinæ gratia? separatus a me pro utilitate morieris? nec tibimetipsi imperabis ferre patienter

## COTELERII NOTÆ.

(33) *Verum*, etc. Præponuntur in codice PP. Carmelitarum hæc intrusa: *In oct.* [pro *sept.*] *sancti Clementis. Ego Clemens dum essem cum beatissimo Petro apostolo, quodam die dixi ad eum : Gratias ago Deo, quod me non permittas separari a te; nam tristitia interissem.*

Digitized by Google

quæ necessitas imposuerit? aut ignoras, quia amici semper simul sunt, et licet corporibus separentur, memoria tamen junguntur? sicut econtrario nonnulli corporibus una positi, animis dividuntur.

V. Et ego respondi: Non putes, mi domine, hæc me irrationabiliter pati, sed certa et causa et ratio est hujus erga te affectus mei. Te enim solum pro omnibus meis affectibus habeo, pro patre, pro matre, pro fratribus; super hæc autem omnia est, quod mihi salutis causa et agnoscendæ veritatis tu solus existis. Sed et illud non mihi in postremo habetur loco, quod juvenilis ætas quæ in me est, concupiscentiarum insidiis subjacet, et vereor esse sine te, cujus sola præsentia omnis luxuria quamvis ratione careat, erubescit; licet confidam de misericordia Dei, quod etiam sensus meus ex his quæ per doctrinam tuam concepit, aliud jam aliquid ad cogitationem recipere non possit. Præterea memini te apud Cæsaream dixisse, ut si quis vult me salva pietate comitari, comitetur. Salva autem pietate dicebas, ut neminem contristaret cui secundum Deum deberet adhærere, verbi gratia, ne uxorem fidelem relinqueret vel parentes vel alias hujuscemodi personas, a quibus ego valde liber sum et ideo aptus ad sequendum te; atque utinam mihi concedas ut tibi etiam servi ministerium exhibeam.

VI. Tum Petrus ad hæc ridens ait: Et quid putas, Clemens, quod non te ipsa necessitas mihi faciat servum? Nam quis mihi poterit alius sternere sindones et stragula pulchra componere? Quis servare annulos et indumenta quæ assidue mutare debeam (34), præparabit? Quis etiam cocis imperabit et diversa atque electa pulmenta providebit, quæ arte scitissima et varia præparentur, et omnia illa quæ hominibus molliter institutis, imo potius cupiditati eorum velut immanissimæ cuidam bestiæ injustis quæsita sumptibus convectantur? Sed fortasse quamvis mecum positus videaris, non agnoveris vitam meam; panis mihi solus cum olivis et raro etiam cum oleribus in usu est (35), indumentum autem hoc est mihi quod vides, tunica cum pallio, et hæc habens, aliud nihil requiro. Hoc mihi sufficit, quia mens mea non ad hæc præsentia, sed ad illa quæ æterna sunt aspicit, et ideo nihil me rerum præsentium visibiliumque delectat. Unde tuum quidem erga me bonum animum amplector et miror, ac te magis laudo, quomodo cum sis vir ex consuetudine multæ abundantiæ veniens, tam cito transferre et aptare te potueris ad hanc vitam nostram, quæ solis necessariis utitur. Nos enim a puero, id est, ego et frater germanus meus Andreas, non solum orphani, sed et valde pauperes crevimus et necessitate operarii esse consuevimus, unde et nunc facile vexationes itinerum ferimus. Sed potius si mihi acquiesceres et permitteres, ego magis homo operarius, facilius tibi possem servi implere ministerium.

VII. At ego hæc audiens contremui, et lacrymæ mihi continuo proruperunt, quod talem mihi sermonem dixerit vir tantus, quo omnis mundus habetur inferior. Tum ille lacrymantem me videns, causam percontatur. Cui ego respondi: Quid tantum in te peccavi ut me tali sermone onerares? et Petrus: Si malum est, inquit, quod dixi ut serviam tibi, tu prior peccasti hoc mihi dicendo. Et ego: Non est, inquam, simile; me enim decet hoc tibi facere, tu autem qui Dei summi præco ad salvandas animas hominum missus es, grave est ut hoc mihi dicas. Et Petrus: Acquiescerem tibi, inquit, nisi Dominus noster qui ad salutem totius mundi venit, et qui erat omni creatura nobilior, servire passus esset, ut nos suaderet non erubescere fratribus nostris servorum exhibere ministerium. Tum ego: Si puto quod possim te vincere, valde stultus sum; verumtamen ago gratias providentiæ Dei, quod parentum loco habere te merui.

VIII. Tum Petrus: Nemo enim, inquit, vere ex genere tibi superest? Respondi: Sunt quidem multi potentes viri ex Cæsaris prosapia (36) venientes;

## COTELERII NOTÆ.

(34) *Indumenta, quæ assidue mutare debeam.* Ὑποδύματα forte aut ἐνδύματα, non ὑποδήματα, ὑποδήσεις. *Clementin.* XII, 6, epist. 74.

(35) *Panis mihi solus cum olivis*, etc. Ob consimilem pariterque apocryphum locum nescio quem, Petro victus e lupinis tribuitur per Gregorium Nazianzenum, carmine 18: Τὸν ἐκ θέρμων μόνων τρυφῶντα Πέτρον, et oratione 16: Πέτρος ἀσσαρίου θέρμοις τρεφόμενος. Ubi cur Nicetas ἀσσάριον, nummulum, emendis lupinis vilis pretii mercimonio idoneum, nictiatur decem numinis, quot ἀργυρίῳ leguntur assignata νομίσματα, id vero clam me est. Πέτρος, inquit, ὁ ἐκ θέρμων μόνων τρυφῶν ἀσσαρίου ἐωνημένων [al. ἑνὸς ὠνουμένων], ἤγουν δεκανούμου [vel δεκανούμμου]. Τοῦτο δὲ ἐκ τινος τῶν μὴ ἐκκλησιαζομένων βίβλων ἀνείληπται. Habet tamen forsan astipulatores nonnullos, in *Catena*, Matth. X, 29, dum ἀσσάριον Decalogum allegorice interpretantur. A Gregorio dissentire videtur Epiphanius, hæresi 30, c. 15, ac existimare abstinentiam Petri ab animatis et carne, figmentum esse Ebionitarum, qui *Periodis Petri* depravarint. Atque hanc sententiam aliquantum fortassis adjuvant quæ hic habentur lib. VIII, c. 48; lib. IX, c. 6 et 20. Potuit nihilominus apostolorum princeps carnibus animantium non vesci, instar Matthæi in Clemente Alexandrino *Pædag.* II c. 1, et instar Jacobi Justi apud Eusebium, *Histor.* II, 23; Epiphanium, hæres. 78, num. 13; Hieronymum in *Catalogo*, ex Hegesippo. Est quippe præter Ebioniticam aliorumque hæreticorum, necnon Pythagoræ abstinentiam, superbam, superstitiosam, Deo quasi malorum auctori injuriosam, animæ ut in bestiarum corpora devolubili contumeliosam; alia abstinentia, pia, Christiana, humilis, non Deo, aut creaturis, sed concupiscentiæ inimica.

(36) *Ex Cæsaris prosapia*, etc. Tiberii, *Clementin.* IV, 7; epist. cap. 46 et 143. Hinc, hoc est ex apocryphis et incertis, Clemens Eucherio ad Valerianum scribenti dicitur, *vetusta prosapia senatorum, atque etiam ex stirpe Cæsarum.* Consensit anonymus qui de certaminibus, peregrinationibus, vita et morte Petri et Pauli scripsit, citatus a Patricio Junio, in Clementinam *Epistolam ad Corinthios*, nec non Nicephorus, lib. II, cap. 33, et lib. III, cap. 18. Sed fabulam produnt nomina Matthidiæ, Fausti, Faustini, Faustiniani, quæ otiosi nugatoris som-

Digitized by Google

nam patri utpote propinquo suo et una educato, nobilis adæque familiæ Cæsar ipse junxit uxorem, ex qua duos geminos ante me filios suscepit, non valde, ut aiebat pater, sibi invicem similes (37), ego enim eos non adeo sciebam. Sed ne matris quidem valde memor sum, sed quasi per somnium ita tenuiter vultus ejus speciem recolo. Mater ergo mea Matthidia, pater Faustinianus vocitatus est, fratrum autem meorum alter Faustinus, alter Faustus dicebatur (38). Interea cum ego quinque vixdum essem annorum, mater, sicut a patre didici, somnium vidit, quo moneretur, nisi cum duobus filiis suis geminis confestim Urbem fuisset egressa et abfuisset annis decem, ipsam pariter cum liberis interitu exitiabili perituram.

IX. Tum pater, qui tenere diligeret filios, adjunctis servis et ancillis ac sumptibus sufficienter præbitis, navi impositos cum matre filios Athenas mittit erudiendos, me sibi solum filium ad solatium retinens et in hoc quidem gratias agens (39), quia non etiam me imperavit somnium pariter cum matre discedere. Anno autem completo pater misit ad eos Athenas homines et sumptus, scire simul cupiens quid agant, nec tamen redeunt qui missi sunt. Tertio rursus anno mœstissimus pater mittit alios cum pecuniis, qui quarto anno regressi nuntiant neque matrem se neque fratres vidisse, sed neque Athenas eos omnino pervenisse, neque usquam alicujus saltem qui cum ipsis fuerant vestigium repertum.

X. Pater hæc audiens et multa tristitia obstupefactus, nesciens quo tenderet aut ubi quæreret, una mecum descendit ad portum, et requirere a nautis cœpit, sicubi aliquis eorum vidisset aut audisset aliquando ante quatuor annos corpus mulieris cum duobus parvulis ejectum. Cum multi multa dicerent, nec aliquid nobis rati elucesceret tam immensum pelagus perscrutantibus, pro multo tamen affectu pater quem erga suos gerebat, pascebatur vanis spebus, donec visum est ei, ut me sub procuratoribus ordinatum Romæ relinqueret, annorum cum essem duodecim, et ipse pergeret ad requirendum. Flens itaque descendit ad portum, et navem conscendens profectus est. Ex eo usque in hodiernum neque litteras ejus accepi, neque si vivat aut defunctus sit novi. Sed magis suspicor, quia et ipse obierit aut tristitia victus aut naufragio; anni etenim viginti elapsi sunt quibus hæc geruntur, et ne nuntius quidem de eo ad me aliquis venit.

XI. Petrus hæc audiens ex affectu lacrymas fudit, et ad eos qui aderant familiares ait: Hæc si quis in Dei cultu positus pertulisset quæ hujus pertulit pater, statim homines religioni ascriberent ærumnarum causam; quæ cum accidunt miseris gentilibus, malorum causam fato ascribunt. Miseros autem dico eos, quia et hic vexantur erroribus et ab spe futura fraudantur; Dei cultores cum hæc patiuntur, ad purgationem peccatorum cedit eis, quod perferunt patienter.

XII. Post hæc dicta unus ex astantibus Petrum rogare cœpit, ut die crastina maturius ad insulam proximam quæ sex non amplius stadiis aberat, Aradum nomine (40), pergeremus, videndi in ea gratia mirum aliquod opus, columnas viteas magnitudinis immensæ (41). Cui Petrus, ut erat clemen-

## COTELERII NOTÆ.

nium magis resipiunt, quam Cæsaream Romanamque nobilitatem, nisi ego fallor. Fundus fabulæ, Flavius Clemens consul patruelis Domitiani, nemini non notus. Cui si Clemens noster genere fuit conjunctus, cognatus erat Domitiani, non Tiberii. In Bernardo *Serm. de Clemente: Acceperat B. Clemens nobile genus, amplas possessiones*, etc.

(37) *Non valde sibi invicem similes.* Nulla varietas in codicibus manu exaratis, quod mirum est, cum Græca *Clementinorum* ac *Epitomes* contrarium plane habeant; et quidem eo probabilius, quo res est memoratu dignior, magna similitudo gemellorum, quam paulula.

(38) *Pater Faustinianus vocitatus est: fratrum autem meorum*, etc. Ex similitudine nominum originem sumpsit dissimilitudo scripturarum. Siquidem Græce, ut et apud Nicephorum, Φαῦστος, Φαυστῖνος et Φαυστινιανὸς sunt pater cum duobus liberis Niceta et Aquila. Tantum *Clementinorum* XIII, 11, Faustini nomen Aquilæ datur; itemque in pseudo-Abdia. At Rufinus interpres fictitiam gradationem invertit, ab incremento nempe ad decrementum, faciendo Faustinianum, Faustinum, et Faustum ex Fausto, Faustino et Faustiniano. Denique pater Cedreno, atque monacho Altissiodorensi scriptori Chronologiæ est Faustus, auctori *Libri pontificalis* et falso Abdiæ Faustinus; Nicetam vero idem impostor Faustum appellat.

(39) *Gratias agens.* Legebat, εὐχαριστῶν, pro εὐχαριστῶ.

(40) *Insulam proximam. . . . Aradum nomine.* In *Clementinis* ac *Epitome* abesse dicitur stadiis triginta non totis: quod propius accedit ad distantiam a Strabone notatam, viginti stadiorum. Quid si Rufinus loci ambitum, qui juxta illum geographum et Plinium septem est stadiorum, pro distantia acceperit? Jam Aradi et Antaradi voces librariorum vitio confusas habes non solum in his Operibus Clementi suppositis, sed et alibi, ut apud Plinium lib. v, cap. 20; et in concilio Chalcedonensi, ubi reperies Paulum modo Aradi, modo Antaradi episcopum; cum ibidem Alexander Antaradi antistes memoretur. Tolle vero, suasore me, duo menda: alterum ex Anselmo monacho in *Descriptione terræ sanctæ*, tom. VI *Antiquæ lectionis* Henrici Canisii: *De Arathas* (imo *Marathos*, Geographias vide), *usque in Antheradum* (in marg. *Anteradum sive Anteradum*) *sunt octo leucæ, ubi B. Petrus prædicavit, dum iret Antiochiam*; aliud ex Athanasio Epistola ad solitariam vitam agentes, p. 812. Κυμάτιος ὁ ἐν Ταράδῳ, ubi corrigi malo, ἐν Ἀράδῳ, quam ἐν Ἀναράδῳ, quia in Apologia de fuga sua, non multo post initium sanctus doctor Antaradi episcopum facit Carterium.

(41) *Columnas viteas magnitudinis immensæ.* Sic legendum etiam in Abdia, ex Græcis et ex Nicephoro lib. II, cap. 35: *Vites jure apud priscos magnitudine quoque inter arbores numerabantur. Jovis simulacrum in urbe Populonia ex una conspicimus, tot ævis incorruptum; item Massiliæ pateram. Metaponti templum Junonis vitigineis columnis stetit. Etiam nunc scalis tectum Ephesiæ Dianæ scanditur vite una Cypria, ut ferunt, quoniam ibi ad præcipuam amplitudinem exeunt.* Verba Plinii lib. XIV, c. 1, qui et legatur lib. XVI, cap. 40. Vide mox infra cap. 36 sub fin.

Digitized by Google

tissimus, acquiescit, sed monuit nos, cum navem descendissemus, non una omnes concurrere ad videndum; nolo enim, inquit, notari vos a turba. Cum ergo die postera navi sub momento horæ venissemus ad insulam, continuo ad locum in quo erant columnæ mirabiles, properamus. Erant autem in æde quadam positæ, in qua Phidiæ opera permagnifica habebantur, quibus intento unusquisque nostrum detinebatur aspectu.

XIII. Petrus vero ubi solas columnas miratus est viteas, nequaquam raptus picturæ gratia, egressus vidit pro foribus mulierculam quamdam stipem ab introeuntibus deposcentem; quam attentius considerans ait: Dic, mulier, quod tibi membrum corporis deest, quod huic te injuriæ subjecisti ut stipem petas, et non potius manibus tuis quas a Deo accepisti operans cibum quæras? At illa suspirans ait: Utinam mihi quidem essent manus quæ moveri possent, nunc autem species tantum servata est manuum, nam ipsæ sunt emortuæ, et meis morsibus debiles et sine sensu redditæ. Et Petrus: Quæ, inquit, fuit causa, ut hoc tibi tantum mali ipsa conferres? Ignavia, inquit, nec aliud quidquam; si enim fuisset in me aliquid virtutis, potui vel præcipitio uti vel profundo maris injicere memetipsam, et finem dare doloribus meis.

XIV. Tum Petrus: Ecquid putas, ait, mulier, quod qui semetipsos perimunt, a suppliciis liberantur? nisi quia majoribus subjacent pœnis animæ eorum qui sibi ipsis intulerint manus. At illa: Utinam, inquit, istud mihi certum fieret, quia vivunt animæ in inferno, libenter amplecterer etiam pœnas ferre mortis illatæ, tantum ut dulces mihi natos horam saltem unam viderem. Et Petrus: Quid tantum istud est, quod te tam gravi afficit tristitia, scire velim. Si enim doceres me causam, possem tibi et ego evidenter ostendere, o mulier, quod in inferno vivant animæ, et pro præcipitio vel profundo possem tibi dare medicamentum aliquod, ut sine cruciatu valeas vitam finire.

XV. Tunc mulier promissione hac gratanter accepta cœpit dicere: Genus quidem mihi et patria quæ sit, nec credi facile, nec dici necessarium puto, sed causam tantum sufficit doloris exponere, cur morsibus meis meas ipsa debiles reddiderim manus. Ego generosis orta parentibus et potentis adæque viri sortita matrimonium, duos suscepi geminos liberos et post hos unum alium. Sed frater viri mei illicito in me amore vehementer exarsit, mihi autem cum super omnia cura esset pudicitiæ, et neque tanto sceleri acquiescere neque viro vellem flagitium fratris aperire, cogitavi quatenus et ego impolluta evaderem, et fratrem inimicum et hostem non facerem fratri, ne genus omne quod erat nobilis familiæ in opprobrium darem. Patria ergo et urbe cum duobus meis geminis discedere statui, donec incestus amor conquiesceret, quem forte præsentiæ meæ palparet et inflammaret aspectus; alius sane filius quatenus patri maneret ad solatium, cogitavi.

XVI. Sed ut hæc ita fieri possent, somnium finxi, quasi assistente mihi per visum quodam numine et dicente, ut confestim cum geminis meis Urbe discederem et tandiu abessem, donec redire me ipse præciperet; quod si non facerem, cum liberis omnibus me pariter perituram. Et ita factum est. Statim enim ut somnium viro enarravi, extimuit, et sociatis mihi duobus filiis, servis quoque et ancillis, pecunia etiam abundanti data, navigare Athenas jubet ubi simul et erudire liberos possem, mansura, inquit, ibi usquequo visum fuerit ei qui præcepit exire, ut redeas ad nos. Interea navigans una cum meis natis ventorum violentia ad hos infelix nocturno naufragio depulsa sum locos, et cum omnes interissent, arreptam me crudelem supra saxum quoddam vehementior fluctus ejecit, ubi cum sederem ea sola spe qua meos possem forte natos invenire, in profundum me non præcipitavi, tunc cum adhuc perturbata anima et doloribus ebria facere hoc et audebat et poterat.

XVII. Verum ubi dies exortus est, et ego cum clamore et ululatu infelicium natorum circumspicerem sicubi vel ejecta possim videre cadavera, miseratione commoti quidam ex his qui me viderant, primo per pelagus, tum etiam circa littora requirunt, si quem forte de meis infantibus invenirent. Sed ubi nusquam ullus inventus est, miserantes me mulieres loci consolari cœperunt, enarrantes singulæ suas quæque miserias, ut ex similitudine calamitatum solatium caperem; quod me magis contristabat, non enim tale mihi erat ingenium, ut aliorum mala mea esse solatia ducerem. Et cum me multæ hospitio cuperent recipere, una quædam paupercula hic habitans extorsit mihi tugurio ejus succedere, dicens fuisse sibi virum nautam eumque in mari adolescentem defunctum, sibique ex eo die cum multi eam accipere in conjugium cuperent, amore viri viduitatem fuisse chariorem. Erunt ergo, inquit, nobis communia, quæcunque manibus nostris operantes quærere poterimus.

XVIII. Et ne longa ac minus utili narratione utar, libenter habitavi cum ea propter affectum fidei quam servaverat viro. Sed non multo post mihi infelici, laceratæ dudum morsibus, resolutæ sunt manus, et illa quæ me susceperat, incurrit paralysin et domi in lecto jacet. Illarum autem mulierum quæ prius miserabantur, refrixit affectus; nos ambæ debiles, ego ut vides sedeo stipem petens, et si quid forte quæsiero fit unus duarum infelicium cibus. Ecce jam quæ mea sunt sufficienter audisti, tu nunc quid moraris implere quod promiseras, et dare medicamentum quo possit absque cruciatu, ut ais, utraque nostrum miserabilis vitæ sortem finire?

XIX. Hæc dicente muliere, multa Petrus cogita-

Digitized by Google

tione distractus velut attonitus stabat, et ego Clemens superveniens, Dudum, inquam, per omnia discurrens quærebam te, et nunc quid facimus? At ille præcepit mihi ut ad naviculam præcederem, ibi me, inquit, opperire, et quia contradici ei non poterat, quod jussit implevi. Ipse vero, ut mihi cuncta posterius enarravit, suspicione quadam pulsatus requirebat a muliere genus et patriam simul et nomina filiorum, quæ si mihi, inquit, dixeris, dabo continuo medicamentum. At illa quasi vim sustinens, quia neque fateri hæc volebat et medicamenti cupida erat, finxit alia ex aliis, et ait se quidem esse Ephesiam, virum autem Siculum, sed et filiorum nomina similiter immutavit. Tum Petrus putans eam verum respondisse ait : Heu ! mulier, putabam, inquit, grande aliquod gaudium hodierna nobis die oriturum, suspicabar enim te esse quamdam mulierem, de qua similia quædam nuper ad fidem didici. At illa adjurabat eum dicens : Rogo te ut indices mihi quæ ista sit, ut sciam, si est ulla inter mulieres me infelicior.

XX. Tum Petrus fallere nesciens et miseratione commotus cœpit dicere : Est quidam adolescens inter eos qui me sequuntur religionis et sectæ gratia, Romanus civis, qui mihi enarravit quod patrem habuerit et duos geminos fratres, ex quibus nullus ei superest. Mater, inquit, mea sicut a patre didici, somnium vidit, ut Romana urbe ad tempus excederet cum duobus geminis natis, ne forte exitiali interitu deperirent ; quæ cum discessisset nusquam terrarum ultra comparuit. Pater vero suus post hæc ad inquisitionem uxoris ac filiorum profectus nec ipse invenitur.

XXI. Hæc cum dixisset Petrus, mulier stupore percussa corruit. Tum Petrus continere eam et consolari cœpit, ac requirere quid esset causæ aut quid pateretur. At illa vix aliquando spiritum revocans, ac semetipsam ad gaudii quod sperabat magnitudinem reparans simulque affricans vultum, Hic, inquit, est quem dicis adolescens? At Petrus ubi rem intellexit, Dic, inquit, mihi tu prior, nam videre eum non poteris. Tum illa : Ego, inquit, sum adolescentis mater. Et Petrus : Quod ei nomen est? At illa : Clemens, ait. Petrus : Ipse est, et ipse erat, qui paulo ante mecum loquebatur et quem jussi ad navem præcedere. Tum illa procidens ad pedes Petri rogare cœpit, ut festinaret ad navem. Et Petrus : Si mihi, inquit, servas fidem ut facias quod dico. At illa : Omnia, inquit, facio; tantum mihi ostende unicum meum natum, puto enim me per ipsum et geminos meos videre. Et Petrus : Cum videris, inquit, eum, modo interim dissimula paululum, usquequo egrediamur ab insula. Ita, inquit, faciam.

XXII. Et tenens manum ejus Petrus adducebat eam ad navem. Quem ego videns manum dantem mulieri ridere cœpi, accedens tamen honoris ejus gratia, pro ipso cœpi velle subjicere manum meam et sustentare mulierem; simul autem ut manum ejus contigi, ululatu ingenti reddito in amplexus meos irruit, et maternis me consectari osculis cœpit. At ego ignorans omne negotium quasi insanientem mulierem repellebam, simul et, cum verecundia licet, indignabar tamen quodammodo adversum Petrum.

XXIII. At ille : Desine, inquit, quid agis, o fili Clemens? noli repellere tuam matrem. Ego vero ubi hæc audivi, continuo lacrymis suffusus concidi supra jacentem matrem et osculari eam cœpi. Simul enim ut audivi, paulatim vultum ejus revocabam ad memoriam et notior mihi intuenti tanto magis fiebat. Multitudo interim conveniebat plurima, audiens quod mulier quæ ad stipem petendam sedebat, recognita esset a filio suo viro quodam bono. Et cum velimus confestim enavigare ex insula, mater ait ad me : Fili dulcissime, rectum est ut valedicam mulierculæ quæ me suscepit, est enim egens et paralytica, jacens in lectulo. Quibus auditis Petrus et omnes qui aderant, admirati sunt bonitatem ac prudentiam feminæ, et continuo jussit Petrus abire quosdam et deferre mulierem in lectulo ubi jacebat. Cumque fuisset allata et in medio turbæ astantis posita, in conspectu omnium Petrus ait : Si veritatis ego sum præco, ad confirmandam fidem horum omnium qui assistunt, ut sciant et credant quia unus est Deus qui cœlum fecit ac terram, in nomine Jesu Christi Filii ejus, surgat hæc mulier. Et statim ut hæc dixisset, surrexit sana et procidit ad pedes Petri, atque amicam suam ac familiarem osculis petens, percontabatur ab ea quid istud esset negotii. At illa breviter omnem ei ordinem agnitionis exposuit, ita ut etiam turbæ astantes mirarentur.

XXIV. Tum Petrus (42) de fide Dei ac religionis institutis, quod ad se pertinebat, in quantum tempus patiebatur locutus ad turbas, addit etiam hoc, ut si quis vellet de his diligentius noscere, Antiochiam veniret, ubi tribus, inquit, mensibus statuimus residere et quæ ad salutem pertinent edocere. Si enim, inquit, negotiandi causa aut militandi patriam relinquunt homines ac parentes, et longas peregrinationes subire non metuunt, pro vita æterna tribus saltem mensibus peregrinari, cur onerosum videatur ac difficile? Cumque hæc et alia his similia dixisset, ego mulieri quæ susceperat matrem et sanitatem receperat per Petrum, mille drachmas donavi, et præsentibus cunctis commendavi eam cuidam viro bono, primario illius oppidi, qui et li-

COTELERII NOTÆ.

(42) *Tum Petrus.* Ante hæc miraculum sanatæ Matthidiæ videtur excidisse e codicibus : quod habes *Clementin.* XII, 23, *Epit.* 91, quodque lectum forsitan fuit a pseudo-Abdia. Ait enim lib. I : *Tum apprehensis Petrus manibus ejus sanavit eas.*

Digitized by Google

benter se facturum quod imperabamus spopondit. Sed et aliis quibusdam aliquantulum pecuniæ distribui, et illis mulieribus quæ aliquando solatæ dicebantur in miseriis matrem meam, quibus et gratias retuli. Et post hæc una cum matre enavigavimus Antaradum.

XXV. Cumque venissemus ad hospitium, mater requirere cœpit a me, quonam devenisset pater. Cui ego : Ad te, inquam, requirendam profectus ultra non rediit. At illa audiens suspiravit tantum, grande enim pro me gaudium habens reliquos solabatur mœrores. Die autem postera sedens una cum uxore Petri (43) iter agebat nobiscum, et venimus Balaneas (44), ubi triduo remorati, inde accessimus Patho (45) et post hoc Gabala (46), et sic Laodiciam pervenimus, ubi ante portas occurrunt nobis Niceta et Aquila et osculantes nos abducunt in hospitium. Petrus autem videns amplam civitatem et splendidam, Dignum est, inquit, remorari nos in hac diebus decem aut etiam amplius. Tum Niceta cum Aquila requirebant a me, quæ esset mulier hæc ignota. Et ego respondi : Mater mea est quam mihi redonavit Deus per dominum meum Petrum.

XXVI. Hæc cum ego dixissem, cuncta eis Petrus per ordinem cœpit exponere et ait : Cum venissemus Aradum et ego vos præcedere jussissem, profectis vobis, eadem die Clemens cum incidisset sermonis occasio, genus suum mihi exposuit ac familiam, et quod parentibus esset orbatus duosque habuisset priores se geminos fratres; et sicut mihi, inquit, pater enarravit, somnium vidit aliquando mater, quo jussa est cum geminis suis ex urbe Roma proficisci, ne subito et pariter interirent. Cumque somnium patri indicasset, ille qui tenero filios diligeret affectu, ne quid forte mali paterentur, uxorem pariter ac filios navi cum omnibus necessariis impositos, emittit Athenas erudiendos. Post hæc misit semel et iterum qui requirerent, et nusquam illius ne vestigium quidem reperit. Ipse ad ultimum pater ad inquirendum proficiscitur, et usque ad præsens nec ipse quidem usquam est. Hæc cum mihi Clemens enarrasset, accessit ad nos quidam rogans, ut ad insulam Aradum quæ vicina erat accederemus, videndi gratia columnas viteas miræ magnitudinis; acquievi, ventum est ad locum, cæteri omnes interiora ædis ingressi, mihi animus nescio ob quam causam ingrediendi ultra non fuit.

XXVII. Sed dum illos foris opperior, mulierem hanc considerare cœpi qua parte membrorum esset debilis, ut non labore manuum victum quæreret, sed mendicitatis pudorem subiret; requiro ergo ab ea causas. Illa nobili se ortam genere, et nobili nihilominus viro in matrimonio fuisse junctam fatetur, cujus frater, inquit, in me illicito amore inflammatus fraternum torum polluere cupiebat. Quod ego abhorrens, et rursum de tanto scelere viro indicare non audens, ne bellum fratribus et opprobrium generi indicerem, magis ex patria discedere judicavi cum duobus geminis filiis meis, juniore puero ad solatium patri relicto. Et ut hæc, inquit, honesta specie fierent, cogitavi somnium fingere et dicere viro, astitisse mihi numen quoddam per visum et dixisse, ut cum duobus geminis meis confestim ex Urbe proficiscerer, usquequo ab ipso audirem, quando redire deberem. Quibus auditis, credidisse aiebat virum, et Athenas se geminis cum liberis emisisse inibi erudiendis, sed tempestate gravi ad hanc insulam fuisse depulsos, ubi, confracta navi, se fluctu excussam supra saxum quoddam, ob hoc solum mortem distulisse, donec, inquit, infelicium natorum meorum saltem emortua membra complecterer, ac sepulturæ mandarem. Sed cum dies fuisset exortus et turbæ convenissent, miseratione moti projecerunt mihi indumentum. At ego infelix fletibus multis rogabam ut requirerent, sicubi infelicium natorum possint invenire corpuscula. Ego autem omne corpus meum dentibus lanians, planctibus et ululatibus nihil aliud clamabam nisi, Ubi mihi infelici Faustus est, ubi Faustinus?

XXVIII. Et cum hæc diceret Petrus, Niceta et Aquila subito assurgunt et stupefacti perturbari cœperunt dicentes : Dominator Domine et Deus omnium, verane hæc sunt, an somnium est quod agitur? Tum Petrus : Nisi, inquit, nos insani sumus, hæc vera sunt. At illi paululum remorati et confricantes faciem, aiunt : Nos sumus Faustinus

## COTELERII NOTÆ.

(43) *Cum uxore Petri.* Testatur Hieronymus contra Jovinianum scribens, legi in *Periodis* et uxorem Petri et filiam. Ea igitur *Circuituum* pars, in qua de Petri filia (Petronillam vocant) sermo erat, nunc desideratur. Uxorem autem memorant præterea Clemens Alexandrinus, *Strom.* VII, pag. 736, ubi martyrium illius refert verbis quæ citantur ab Eusebio, *Histor.* III, 30; Origenes, ad Matth. XIX, 27; Epiphanius, hæresi 30, num. 22; Hieronymus, epist. 34, atque Hincmarus, *Epistola ad Rodulfum et Frotarium*, sect. 8. Appellatur in Martyrologiis Perpetua in Chronico Simeonis Metaphrastæ, loco ad *Constitut.* III, 6, allato, Joanna; quod etiam nomen matri Petri tribuit Indiculus positus ad *Constit.* II, 63.

(44) *Venimus Balaneas.* Balaneæ aut Balanæa, notissimum oppidum est : cujus episcopus Euphration laudatur a S. Athanasio, *Apologia de fuga sua*, paulo post initium, et *Epistola ad Solitarios*, p. 812, quanquam postremo in loco perperam ediderunt, ὁ ἐν Καλαναῖς. Lege ὁ ἐν Βαλανέαις.

(45) *Inde accessimus Patho* [*Palton* Cot.]. Palti quoque episcopum celebrat magnus Ecclesiæ Magister locis citatis, necnon *Epistola ad Antiochenses*. Sed apud Theodoritum, *Histor.* lib. II, cap. 12, in verbis Athanasii, et episcopus et civitas non suo nomine appellantur.

(46) *Gabala.* Hinc, et per superiora, nullo negotio corrigetur Sophonius de Petro et Paulo, tom. VII *Bibliothecæ Patrum* Parisiensis, et apud Surium ad 29 Junii, num. 5.

Digitized by Google

et Faustus. Sed et ab initio cum narrare cœpisti, statim in suspicionem incidimus, ne forte ad nos pertinerent quæ dicebantur; rursus tamen considerantes multa similia accidere in vita hominum, reticuimus, licet cor nostrum spe aliqua pulsaretur. Aspiciebamus ergo ad finem sermonis, ut, si ad integrum de nobis esse constaret, tum fateremur. Et cum hæc dixissent, lacrymantes ingrediebantur ad matrem. Quam cum reperissent quiescentem et complecti vellent, prohibuit Petrus dicens : Sinite me prius præparare animos matris et ita vos offerre ei, ne forte multo et subito gaudio mente excidat et sensus ejus turbetur, maxime quia nunc etiam somno occupata stupet.

XXIX. Igitur ubi mater exsurrexit e somno, alloqui eam Petrus cœpit dicens : Scire te volo, mulier, religionis nostræ observantiam. Nos unum colimus Deum qui fecit mundum, hujus et legem servamus, qua mandat in primis ipsum colendum et nomen ejus venerandum, parentes honorandos, pudicitiam justitiamque servandam. Sed et illud observamus, mensam cum gentilibus non habere communem, nisi cum crediderint et recepta veritate baptizati fuerint, ac trina quadam beati nominis invocatione consecrati, et tunc cum eis cibum sumimus. Alioquin etiam si pater aut mater sint, aut uxor aut filii aut fratres, non possumus cum eis mensam habere communem. Quia ergo religionis causa præcipua hoc facimus, non tibi injuriosum videatur, quod non potest filius tuus una tecum sumere cibum, usquequo eadem tibi sit quæ illi sententia fidei.

XXX. Quibus illa auditis, Et quid, inquit, vetat hodie me baptizari? quæ etiam priusquam te viderem, illos quos dicunt deos penitus aversata sum, quod mihi frequenter et pene quotidie sacrificanti sibi præstare potuerunt nihil. Nam de pudicitia quid dicam? cum me neque tunc deliciæ deceperint, neque nunc egestas peccare compulerit. Satis autem puto innotuisse tibi, quantus mihi exinde fuerit amor pudicitiæ, quæ ut evaderem illiciti amoris insidias somnium finxi, ut cum duobus meis geminis peregrinarer, et hunc solum filium meum Clementem ad solatium patri reliqui. Si enim mihi duo vix sufficiebant, quanto magis contristasset patrem, si nullum penitus habuisset? Erat enim miser grandi affectu erga filios, ita ut vix ei somnii auctoritas extorqueret, Faustinum et Faustum Clementis hujus fratres mihi concedere, et ipse solo contentus esset Clemente.

XXXI. Hæc illa cum diceret, ultra non ferentes fratres mei irruunt in complexus matris cum multis lacrymis, et osculantur eam. At illa : Quid vult, inquit, hoc esse? Tum Petrus : Noli turberis, mulier, constans esto; isti sunt Faustinus et Faustus filii tui quos in profundo perisse dicebas; quomodo autem vivant et quomodo in illa horribili nocte de profundo evaserint, et quemadmodum alius ipsorum Niceta et alius Aquila dicatur, ipsi tibi exponere poterunt et una tecum etiam nos audiemus. Ubi hæc Petrus dixit, mater nimio gaudio intercepta corruit, et tandem aliquando reparata atque in semetipsam regressa, ait : Obsecro vos, dulcissimi filii, dicite mihi, quæ acciderint vobis post illam feralem et crudelissimam noctem.

XXXII. Tum Niceta cœpit dicere : In illa nocte, o mater, cum navis fuisset resoluta et nos inaniter fragmento cuidam tabularum per pelagus jactaremur, viri quidam quibus per profundum latrocinari artificium est, repertos imposuerunt nos naviculæ suæ, et remis undarum vortices superantes, diversis itineribus Cæsaream Stratonis perduxerunt, ibique affligentes nos fame, verberibus, metu, uti ne quod esset in vero proderemus, immutatis etiam nominibus nostris vendiderunt nos cuidam viduæ, honestæ admodum feminæ, Justæ nomine; quæ cum emisset, habuit loco filiorum, ita ut etiam Græcis nos litteris et liberalibus attentissime erudiret. Ubi vero adolevimus, etiam philosophorum studiis operam dedimus, quo possemus religionis divinæ dogmata philosophicis disputationibus asserentes confutare gentiles.

XXXIII. Simoni autem cuidam mago qui nobiscum una educatus est, pro amicitiis et puerili consuetudine adhæsimus, ita ut pene ab eo decipi possemus. Fertur enim in religione nostra sermo de propheta quodam, cujus ab omnibus qui religioni huic deserviunt speraretur adventus, per quem immortalis et beata vita credentibus danda promittitur. Hunc ergo nos putabamus esse Simonem. Sed hæc tibi, mater, opportunius exponentur. Nos interim cum pene jam deciperemur a Simone, quidam collega domini mei Petri, Zacchæus nomine, monuit ne falleremur a mago, sed obtulit nos advenienti Petro ut ab ipso quæ erant sana et perfecta doceremur; quod et tibi optamus evenire, sicut et nobis concessit Deus, ut possimus etiam cibum et mensam habere communem. Hinc ergo fuit, mater, quod nos a piratis raptos, tu in mari defunctos esse credidisti.

XXXIV. Cum hæc dixisset Niceta, mater nostra procidit ad pedes Petri, rogans et obsecrans, ut et seipsam et hospitam suam evocaret sine mora ac baptizaret, uti ne una, inquit, die damnum patiar consortii et societatis natorum meorum. Similiter autem et nos filii ejus rogabamus Petrum. At ille : Quid putatis, inquit, quia ego immisericors sum solus, et nolo vos matris convivio sociari? Sed necesse est eam vel una die jejunare prius et ita baptizari, et hoc quia sermonem ab ea quemdam audivi, per quem mihi fides ejus claruit et qui indicium dedit credulitatis ejus, alioqui multis eam diebus oportebat ante instrui et doceri.

XXXV. Et ego : Quæso te, inquam, domine mi Petre, dic quis est iste sermo quem dicis dedisse tibi indicium fidei ejus? Et Petrus : Ille sermo est quo rogavit, ut et hospita sua cujus beneficiis vicem reddere desiderat, simul baptizetur cum ipsa.

Digitized by Google

Non autem rogaret, ut illi quam diligit præstaretur hæc gratia, nisi credidisset quod magnum aliquod in baptismate munus esset. Unde et ego [80] reprehendo plurimos qui cum ipsi baptizentur et credant, nihil tamen dignum fide agunt cum his quos diligunt, id est uxoribus vel filiis vel amicis, quos non ad hoc hortantur quod ipsi assecuti sunt, si quidem vere crediderint quod æterna vita per hoc donatur. Denique si eos ægrotare videant aut periculo alicui carnaliter subjacere, dolent et lugent, quia in hoc certi sunt eis imminere perniciem. Ita ergo, si et de hoc certi essent quod qui Deum non colunt, manet eos pœna ignis æterni, quando cessarent monentes et cohortantes? Aut si obsisterent, quomodo non lugerent eos et plangerent, certi æterna eis imminere supplicia? Nunc ergo illam quidem mulierem evocabimus postmodum, et videbimus si amat fidem religionis nostræ, et pront consequens fuerit agemus. Hæc autem quoniam fideliter sensit de baptismo, jejunet vel una die ante baptismum.

XXXVI. At illa cum juramento satisfaciebat præsente uxore domini mei Petri, quia ex quo recognoverit filium, præ multo gaudio cibum capere omnino nequiverit, nisi hesterna die calicem aquæ solum biberit. Testabatur autem et uxor Petri, dicens ita esse. Et Aquila ait : Quid ergo obstat cur non baptizetur? Tum Petrus subridens : Sed non est, inquit, hoc jejunium baptismi, quod non propter baptismum jejunatum est. Et Niceta : Sed forte, inquit, volens Deus matrem nostram nec una die agnitis nobis separari a consortio mensæ nostræ, præordinavit hoc ut ante jejunaret. Sicut enim pudicitiam servavit in ignorantia, ut proficeret ei ad baptismi gratiam, ita jejunavit antequam sciret jejunii rationem, ut proficeret ei ad baptismum, et statim ab initio agnitionis nostræ nobiscum pariter mensæ consortio frueretur.

XXXVII. Tum Petrus : Non nos, inquit, vincat malignus occasione accepta per affectum matris, sed magis vos et ego vobiscum hodie jejunemus cum ipsa, et crastino baptizabitur (47); neque enim justum est ad gratiam personæ alicujus et amicitiæ, resolvi et extenuari præcepta veritatis. Non ergo pigeat nos magis laborare cum illa, quia omne mandatum præterire peccatum est. Doceamus autem sensus nostros corporales qui extrinsecus sunt, servire interioribus sensibus, et non interiores sensus, qui quæ Dei sunt sapiunt, cogamus sequi exteriores, qui quæ carnis sunt sapiunt. Propter hoc [81] enim et Dominus mandatum dedit, dicens : *Quicunque viderit mulierem ad concupiscendam eam, jam mœchatus est eam in corde suo.* Et his addidit : *Si oculus tuus dexter scandalizat te, erue eum et abjice abs te; expedit enim tibi ut unum membrorum tuorum pereat, quam totum corpus tuum mittatur in gehennam ignis* [82]. Non dixit : scandalizavit te, ut posteaquam peccaveris tunc abjicias causam peccati, sed : *si scandalizat te*, hoc est, ut antequam pecces, causam peccati provocantis te et irritantis abscidas. Nequis autem vestrum putet, fratres, quod membrorum amputationem mandaverit Dominus : propositum in hoc vult resecari, non membra et causas quæ ad peccandum illiciunt, quo cogitatio nostra aspectus vehiculo subvecta, ad amorem Dei sensibus corporeis invisa contendat, nec carnalibus oculis, velut lascivientibus equis et extra mandatorum viam currum declinare cupientibus, relaxet frena et habenas indulgeat; sed revocet aspectum corporis ad arbitrium mentis, et oculos nostros quos Deus operis sui inspectores esse voluit et testes, non patiatur fieri lenones mali desiderii. Et ideo cedant legi Dei tam corporei sensus quam interna cogitatio, et illius voluntati ministrent cujus se opera esse intelligunt.

XXXVIII. Igitur ut ordo mysterii poscebat et ratio, die postera baptizatur in mari, et regressa ad hospitium omnibus consequenter mysteriis religionis imbuitur. Aderamus autem et nos filii sui, Niceta et Aquila et ego Clemens. Et post hæc simul cum ea prandimus, et simul glorificavimus Deum, referentes gratias studiis et doctrinæ Petri, qui nobis ostendit per occasionem matris, quomodo pudicitiæ bonum non pereat apud Deum, sicut e contrario impudicitia, inquit, etiamsi non statim, tamen licet tarde non effugit pœnam. In tantum autem pudicitia, inquit, Deo placita est, ut etiam his qui in errore sunt positi, nonnihil gratiæ in præsenti conferat vita. Nam futura beatitudo illis solum reposita est, qui per gratiam baptismi pudicitiam justitiamque servaverint. Denique exemplo est huic rei etiam hoc, quod erga matrem vestram gestum est, cui salus hæc omnis pro mercede pudicitiæ reparata est, ad quam custodiendam et conservandam non sufficit sola continentia, sed ubi senserit quis insidias et deceptionem parari, continuo sicut ab ignis impetu aut incursu canis rabidi refugiat, nec confidat quod hujusmodi insidias possit facile aliquis philosophando aut palpando cohibere; sed, ut divi, effugiendum est et longe abscedendum, sicut fecit et vestra mater vere et integre bonum diligens pudicitiæ. Propter quod et conservata vobis est ac vos illi, insuper autem et æternæ vitæ agnitione donata. Cum hæc et multa alia his similia dixisset, vespere facto requievimus.

[80] *Unde et ego—imminere supplicia* non leguntur in codd. Lipss. [81] *Propter hoc—lenones mali desiderii* desunt in codd. Lipss. [82] Matth. v, 28, 29.

## COTELERII NOTÆ.

(47) *Vos et ego vobiscum hodie jejunemus cum ipsa*, etc. Sic lib. x, cap. ult. Petrus patrem Clementis baptizaturus, indicit jejunium omni plebi, quo de ritu in *Apologia* 2 Justini Martyris, p. 93.

Digitized by Google

# LIBER OCTAVUS.

I. Postera autem die Petrus mane assumptis fratribus meis et me, descendit ad portum, ut in mari lavaremus, et post hoc ad locum quemdam secretiorem secessimus orationis gratia. Senex autem quidam pauper, et ut apparebat ex habitu operarius, curiose ex occulto observare nos cœpit, ut videret quid ageremus in secreto positi. Cumque nos orantes vidisset, exspectavit donec exiremus, et salutans nos ait : Si non ægre accipitis, et quasi curiosum me aut importunum notatis, velim vobiscum conferre sermonem, quia habens miserationem vestri, sub specie veritatis errare vos nollem et habere metum de his quæ non sunt; aut si putatis esse aliquid veri, tradite etiam mihi. Si ergo patienter accipitis, possum vos paucis edocere quæ recta sunt; si vero molestum, pergam et meos actus agam. Cui Petrus respondit : Dic age quod tibi videtur bonum, et libenter accipimus sive id verum sive etiam falsum sit; amplectendus enim es, quia quod tibi bonum videtur, tanquam pater pro filiis sollicitus commonere voluisti.

II. Tum senior cœpit dicere : In mari vos lavisse vidi, et post hoc ad secretum secessisse locum; observans ergo de occulto quid in secreto ageretis, orantes inspexi; miseratus igitur errorem vestrum, opperiri cœpi, usquequo egressos alloquerer et docerem, ne erretis in hujusmodi observantia, quia neque Deus est neque cultus hic aliquis est, neque providentia in mundo, sed fortuitus casus et genesis agunt omnia, sicut ego ex meipso manifestissime comperi in disciplina matheseos præ cæteris eruditus. Nolite ergo errare; sive enim oretis, sive non oretis, quod genesis vestra continet, hoc erit vobis. Et ego Clemens nescio quid corde pulsabar, multa quasi nota mihi recolens in eo; bene enim ait quidam, quia quod ex aliquo natum est, etiamsi multo tempore abfuerit, nunquam tamen scintilla propinquitatis exstinguitur. Cœpi ergo interrogare ab eo, quis et unde esset, vel quomodo ortus. At ille ad hæc respondere nolens : Quid, ait, hoc pertinet ad ea quæ dixi vobis? Sed primo, si videtur, sermo de his quæ proposuimus habeatur, et post hæc si ita res poposcerit, nomen et genus ac patriam et cætera quæ hæc sequuntur, invicem nobis ut amici amicis poterimus aperire. Mirabamur tamen omnes eloquentiam viri, et gravitatem morum tranquillitatemque sermonis.

III. Petrus autem sensim sermocinando incedens, opportunum ad colloquendum prospicit locum. Et cum pervidisset juxta portum recessum quemdam secretum, residere nos fecit, et ita primus ipse incipit, nec contemptum senis habuit, neque despexit quod vilis ei amictus esset et sordidus. Ait ergo : Quoniam quidem videris mihi vir eruditus esse et misericors ex eo quod adisti nos, et quod tibi bonum videbatur celatum nobis esse noluisti, volumus et nos tibi quæ nobis bona et recta creduntur exponere, quæ si tibi minus vera videbuntur, etiam tu nostrum erga te bonum propositum libenter suscipe, sicut et nos tuum. Et cum hæc diceret Petrus, plurima multitudo convenit. Tum senex : Fortassis, inquit, contristat vos præsentia multitudinis. Et Petrus : Nequaquam, inquit, nisi hoc solum vereor, ne forte disputantibus nobis cum palam facta fuerit veritas tu verecundiam patiaris pro præsentia multitudinis cedere et acquiescere his quæ vera dici intellexeris. Ad hæc senex ait : Ego non ita stultus consenui, ut intelligens quod verum est, abnuam id ad vulgi gratiam.

IV. Cœpit ergo Petrus dicere : Videntur mihi hi, qui loquuntur verbum veritatis et qui illuminant animas hominum, similes esse radiis solis, qui ut processerint et apparuerint mundo, celari *ultra* aut occultari nullatenus possunt, dum non tam videntur ab hominibus, quam videre omnibus præstant. Unde et bene a quodam dictum est ad veritatis præcones : *Vos estis lux mundi, et non potest civitas abscondi supra montem posita, neque accendunt lucernam et ponunt eam sub modio, sed super candelabrum ut omnibus luceat qui in domo sunt*[61]. Et senex : Bene valde dixit, quisquis ille est. Sed exponat aliquis vestrum, quod sibi sequendum videtur, ut ad certum prospectum emittamus sermones nostros. Non enim sufficit ad inveniendam veritatem destruere ea, quæ e diverso dicuntur, sed et ipsum proferre in medium, quod possit qui e diverso est impugnare. Ut ergo partium sit æqua congressio, rectum mihi videtur ut prius, quid uterque nostrum defendat, enuntiet; et si placet, ipse primus incipiam. Ego dico, non secundum Dei providentiam gubernari mundum, quia multa in eo injuste et inordinate geri videmus, sed genesim dico esse, quæ omnia agit et continet.

V. Ad hæc cum Petrus respondere vellet, Niceta præveniens ait : Indulgeat mihi dominus meus Petrus ad hæc respondere, et non videatur protervum quod juvenis cum sene conflictum habeam, sed ut filius cum patre colloquar. Et senex : Non solum tu, inquit, fili, quod tibi videtur ut prosequaris volo, sed et si qui ex sodalibus tuis, si qui etiam de astantibus videtur scire aliquid, incunctanter proferat, libenter accipimus; collatio enim pluri-

[61] Matth. v, 14, 15.

Digitized by Google

morum facilius ea quæ ignorantur inveniet [54]. Tum ergo Niceta respondit : Non me æstimes, Pater, temere fecisse, quod inserui me sermonibus domini mei Petri, sed magis pro honore ejus hoc mihi facere visus sum. Homo enim Dei est, plenus totius scientiæ, quem ne Græca quidem latet eruditio, quia Spiritu Dei repletus est quem nihil latet. Sed quia ipsi de cœlestibus loqui convenit, ego de his quæ ad Græcorum loquacitatem pertinent, respondebo. Postea vero quam a nobis Græcorum more fuerit disputatum, atque ad id ventum, ubi exitus nullus appareat, tunc ipse quasi scientia Dei repletus, aperte et dilucide rerum nobis omnium patefaciet veritatem, ut non solum nos, sed et omnes qui præsto sunt auditores, viam veritatis agnoscant. Et ideo nunc ipse quasi arbiter sedeat, ut cum unus aliquis ex nobis cesserit, tunc ipse suscipiens indubitatam sententiam ferat.

VI. Hæc cum dixisset Niceta, hi qui convenerant inter semetipsos colloquebantur : Hicne est ille quem audiebamus Petrus, illius qui in Judæa apparuit et signa ac virtutes plurimas fecit, discipulus probatissimus? Et intendentes in eum, cum timore ac veneratione ingenti stabant, tanquam boni servi honorem domino deferentes. Quod ubi Petrus sensit, ait ad eos : Attentius audiamus, rectum tenentes judicium de his quæ dicentur ab utroque, et post ipsorum conflictum, quod necessarium visum fuerit, addemus et nos. Et cum hæc dixisset Petrus, gavisæ sunt turbæ. Niceta vero dicere hoc modo aggressus est : Definisti, Pater, quod non per Dei providentiam mundus regatur, sed omnia genesi subjaceant, vel quæ ad mores uniuscujusque vel quæ ad gesta pertinent. Ad quæ statim quidem potui respondere, sed quia justum est servare ordinem, definimus et nos quid teneamus, sicut ipse fieri rogasti. Ego dico providentia Dei gubernari mundum, in his duntaxat quæ gubernatione ejus indigent. Unus est enim omnia tenens qui et mundum fecit, justus Deus, unicuique secundum gesta sua quandoque redditurus. Ecce habes et nostram definitionem; nunc quod vis prosequere, vel mea destruens, vel tua asserens, ut ego his quæ a te prosequentur, occurram. Aut si me vis priorem dicere, non morabor.

VII. Et senex respondit : Sive tibi placet, fili, prius dicere, sive hoc magis placet ut ego dicam, nihil interest, apud eos præcipue, qui bona venia disputant. Dic tamen tu prior, libenter accipio, atque utinam possis etiam quæ a me dicenda sunt prosequi, atque his quæ contraria sunt objicere, et ex utrorumque collatione ostendere veritatem. Niceta respondit : Si vis, inquit, possum etiam tuas partes dicere, et ad hæc respondere. Et senex : Ostende mihi prius, quomodo potes scire ea quæ nondum locutus sum, et ita tibi credam, quod partes meas prosequi possis. Et Niceta : Secta, inquit, tua et sententia quam definisti, manifesta est his qui eruditi sunt in hujusmodi disciplinis, certaque est ejus consequentia. Et quia ego non sum ignarus quæ sint definitiones philosophorum, ex his quæ proposuisti, quid consequatur agnosco, maxime quia præ cæteris philosophis Epicuri scholas frequentavi. Frater autem meus Aquila, magis Pyrrhonios secutus est, alius autem frater noster Platonicos et Aristotelicos (48); itaque cum eruditis tibi auditoribus sermo est. Tum senex : Bene, inquit, et consequenter docuisti, quomodo ex his quæ propositæ sunt definitionibus, etiam ea quæ consequuntur adverteres. Sed ego amplius aliquid professus sum, quam sentit Epicurus, quia introduxi genesim, eamque causam omnium gestorum hominibus posui.

VIII. Cumque hæc senex dixisset, ego Clemens aio ad eum : Audi, Pater, si a te frater meus Niceta obtinuerit, quia non sine Dei providentia mundus agitur, in ista parte quæ superest de genesi, ego tibi potero respondere; est enim mihi notitia hujus scientiæ. Et cum hæc dixissem, frater meus Aquila : Quid necesse est, inquit, ut eum patrem vocemus, cum in mandatis habeamus neminem super terram patrem vocare? Et post hæc respiciens ad senem : Non injuriose, inquit, accipias, Pater, quod fratrem meum culpavi, quia te patrem vocaret; habemus enim tale mandatum, ne aliquem nomine isto vocitemus [55]. Cumque hæc dixisset Aquila, risit omnium astantium cœtus una cum sene et Petro. Aquila autem requirente causam, cur omnes riserint, aio ad eum : Quod tu in quo alios culpas, id ipse facis, qui senem appellaveris patrem. At ille negabat, dicens : Vere nescio si eum patrem vocavi. Interea Petrus movebatur suspicionibus quibusdam, sicut ipse nobis enarravit postmodum, et respi-

[54] Quæ sequuntur usque ad finem hujus libri, breviter tantummodo et in compendium redacta in codd. mss. Lipss. continentur. Vid. præfat. [55] Matth. XXIII, 9.

## COTELERII NOTÆ.

(48) *Alius autem frater noster, Platonicos et Aristotelicos.* Elogia Clementis in litteris humanis hæc sunt : *Clemens ex philosopho magnæ doctrinæ vir;* Commentario *Epist. ad Philippenses*, in c. IV, t. VIII Hieronymi : *Clemens omni scientia refertus, omniumque liberalium artium peritissimus;* Eucherius, Parænesi *De contemptu mundi : Acceperat B. Clemens scientiam quamplurimam, ita ut optimus quidem illius temporis philosophus haberetur*, apud Bernardum *Sermone de S. Clemente :* Κλήμης ὁ πολὺς ἐν σοφίᾳ καὶ γνώσει. Anastasius, *Hodegi* cap. 1. Et Clementem philosophum Dionysio laudtaum *De divinis nominibus*, cap. 5; Maximus et Pachymeres hunc Romanum interpretantur. Verba S. Nili sunt, lib. II, epist. 49, p. 140 : Οὐχ Ἀπολλὼς ὁ Ἀλεξανδρεὺς λόγιος ὁ ποτιστὴς τῶν Χριστοῦ μαθητῶν, οὐ Κλήμης ὁ Ῥωμαίων φιλόσοφος, quæ sic verto : *Non Apollo Alexandrinus* vir *eloquens, rigator discipulorum Christi; non Clemens, Romanus philosophus.*

Digitized by Google

ciens ad Nicetam : Expedi, inquit, quod proposuisti.

IX. Tum Niceta hoc modo exorsus est : Omne quod est, aut simplex est aut compositum. Quod simplex est (49), caret numero, divisione, colore, differentia, asperitate, lenitate, pondere, levitate, qualitate, quantitate, et ob hoc etiam fine. Quod vero compositum est, aut ex duobus aut ex tribus aut etiam ex quatuor compositum est, aut certe ex pluribus, et quæ composita sunt, necessario etiam dividi possunt. Et senex audiens hæc : Optime, inquit, et doctissime dicis, fili. Et Niceta : Igitur illud quod simplex est et his omnibus caret, quibus solvi quod subsistit, potest, sine dubio incomprehensibile et immensum est, neque initium ullum neque finem sciens, et ideo unum et solum est, et sine auctore subsistens. Quod autem compositum est, et numero ac diversitati divisionique subjacet, necessario auctore aliquo compositum est, atque in unam speciem diversitas congregata. Quod ergo immensum est, bonitate pater est, virtute conditor. Neque ergo condendi virtus in immenso cessare potuit, neque bonitas otiari, sed ad substituenda ea quæ sunt, bonitate, ad componenda et firmanda, virtute provocatur. Substituuntur ergo et componuntur quædam, ut diximus, ex duobus vel ex tribus, quædam vero ex quatuor, alia ex pluribus. Sed quoniam nunc nobis de mundi ratione quæritur et de substantia ejus, quam ex quatuor elementis esse compositam constat, cui omnes illæ decem differentiæ quas supra comprehendimus accidunt, ab his inferioribus incipientes gradibus, ad superiora veniemus. Via enim nobis ad intellectualia et invisibilia ab his quæ videmus et contrectamus datur, sicut continetur in arithmeticis disciplinis, ubi cum de divinis quæritur, ab inferioribus ad superiores numeros ascenditur, cum vero de præsentibus et visibilibus ratio exponitur, de superioribus ad inferiores numeros ordo dirigitur. Aut non ita est?

X. Et senex ait : Valde bene prosequeris. Et Niceta : De mundi nunc ergo ratione prosequendum est, cujus prima quæstio in duas partes dividitur. Quæritur enim utrum factus sit, an non ; et si quidem non est factus, ipse erit illud ingenitum, ex quo omnia. Si vero factus est, de hoc rursus quæstio in duas partes scinditur, utrumnam ex se ipso factus est, an ab alio. Et si quidem a semetipso est, excluditur sine dubio Providentia. Si Providentia non recipitur, frustra animus ad virtutem provocatur, frustra justitia custoditur, quippe si non est qui justo pro meritis aliquando restituat. Sed ne anima quidem ipsa immortalis videbitur, si eam post absolutionem corporis nullius providentiæ excipiat dispensatio.

XI. Jam si doceatur esse Providentia, et per ipsam factus esse mundus, alia rursus quæ discutiantur occurrunt ; requiretur enim quo modo sit Providentia, utrum generaliter erga omnia, an specialiter erga partes, an et generaliter erga partes, an et generaliter erga omnia et specialiter erga partes. Generalis autem intelligitur hoc modo, quasi ab initio Deus faciens mundum ordinem dederit rebus et cursum statuerit, et ultra eorum curam quæ geruntur, habere cessaverit. Specialis vero erga partes hoc modo est, ut quorumdam quidem vel hominum vel locorum providentiam gerat, quorumdam vero non gerat. Generalis autem omnium et specialis partium simul hoc modo est, quasi et ab initio omnia fecerit Deus, et usque ad finem per singulos quosque providentiam gerat, et unicuique reddat pro actibus suis.

XII. Prima ergo illa propositio, quæ dicit, quia ab initio Deus fecerit omnia, et cursu atque ordine rebus imposito de reliquo nihil ad se revocet, secundum genesim geri cuncta confirmat. Ad hoc ergo primo respondebimus, et his præcipue qui deos colunt et genesim defendunt, qui utique cum immolant diis et exorant eos, sine dubio contra genesim se impetraturos aliquid sperant, et per hoc genesim solvunt. Cum vero rident qui ad virtutem provocant et ad continentiam cohortantur, et dicunt, quia nemo potest facere aliquid aut pati, nisi quod ei fato decretum est, omnes profecto cultum Divinitatis abscindunt. Quid enim colas eos, a quibus promereri nihil possis, quod non patiatur ratio decreti? Hæc interim adversus illos dicta sunt. Ego vero mundum dico (50) a Deo factum, et ab ipso quandoque esse solvendum, ut ille appareat qui æternus est et ad hoc factus, ut semper sit et dignos se recipiat judicio Dei. Quod autem sit alius invisibilis mundus, qui hunc visibilem intra semetipsum contineat, posteaquam de visibili mundo discusserimus, tunc et ad illum veniemus.

XIII. Nunc interim, quia factus sit mundus iste visibilis, testantur etiam philosophorum plurimi sapientes viri. Sed ne videamur quasi egentes assertionibus uti voluisse testibus, de principiis ejus, si videtur, quæramus. Corporeum esse mundum

## COTELERII NOTÆ.

(49) *Quod simplex est*, etc. Ad hæc et sequentia forte respiciens auctor *Disputationis contra Arium*, tom. I Operum S. Athanasii, p. 135, scribit : Σὺ δὲ τί φής με [ f. μοι ] ἄϊδιον συντίθεσθαι τὸ θεῖον; οὐκ ἐπηκροάσω ποτὲ Κλήμεντος τοῦ παρακολουθήσαντος Πέτρῳ τῷ ἀποστόλῳ, ὃς καθαιρεῖ τὴν τοιαύτην δόξαν; *Tu vero quid ais mihi, æternum illum Deum ex partibus constitui? Annon audivisti Clementem Petri apostoli sectatorem, qui hujusmodi opinionem subruit?* Lege *Constit. apostol.*, VI, 11, ac *Epitom.* 17.

(50) *Ego vero mundum*, etc. De duplici mundo remitto te ad Platonicos et Philonem : ex nostris vero ad Clementem Alexandr. *Strom.* V, pag. 593, 599; Origenem, homil. 3 *in Canticum canticorum*, et tom. XIX *in Joannem* ; Eusebium. *Præparat. evangel.* lib. XI, cap. 23, 24 ; Augustinum, I *Retractationum*, 5, et falsum Ambrosium *in I Corinth.* VI, 2.

Digitized by Google

hunc visibilem, eo ipso quod est visibilis, satis constat. Omne autem corpus duas recipit differentias; aut enim connexum est et solidum, aut divisum et separatum. Et si quidem connexum fuit et solidum corpus ex quo mundus factus est, et per diversas species partesque secundum differentias sui corpus illud partitum est et divisum, necesse est intelligi fuisse aliquem qui corpus quod erat connexum et solidum dirimeret, atque in partes multas duceret formasque diversas. Aut si ex diversis dispersisque corporum partibus omnis mundi hæc moles composita est et compaginata, necesse est nihilominus intelligi fuisse aliquem qui in unum dispersas colligeret et diversas rebus species indueret.

XIV. Et quidem plures philosophorum hoc magis sensisse scio, quod ex uno corpore, quam illi materiam vocant, divisiones ac discretiones conditor fecerit Deus; quod tamen ex quatuor simplicibus, et in unum temperamento quodam divinæ Providentiæ admistis constaret elementis. Nam illud superfluo a quibusdam dictum puto (51), quod simplex corpus, id est absque ulla conjunctione sit mundi, cum constet nec corpus posse esse quod simplex est, neque misceri posse aut propagari vel solvi; quæ omnia utique mundi corporibus videmus accidere. Quo modo enim solveretur, si esset simplex nec haberet intra se aliud a quo resolvi ac dividi posset? Quod si ex duobus aut tribus, vel etiam ex quatuor constare corpora videntur, cui non etiam exiguum habenti sensum manifestum sit, quod fuerit aliquis qui in unum plura collegerit, et temperamenti moderatione servata, ex diversis partibus solidum corpus effecerit? Hunc igitur nos conditorem mundi dicimus Deum, hunc agnoscimus universitatis auctorem.

XV. Nam Græcorum philosophi de principiis mundi quærentes, alius alia incessit via. Denique Pythagoras elementa principiorum numeros esse dicit, Callistratus qualitates (52), Alcmæon contrarietates (53), Anaximandrus immensitatem, Anaxagoras æqualitates partium (54), Epicurus atomos, Diodorus amere (55), hoc est ex his in quibus partes non sunt, Asclepias ὄγκους (56), quod nos tumores vel elationes possumus dicere, Geometræ fines (57), Democritus ideas (58), Thales aquam, Heraclitus ignem, Diogenes aerem (59), Parmenides terram (60), Zenon, Empedocles, Plato ignem, aquam, aerem, terram; Aristoteles etiam quintum introducit elementum, quod ἀκατονόμαστον, id est incompellabile nominavit (61), sine dubio illum indicans, qui in unum quatuor elementa conjungens mundum fecerit. Sive igitur duo sive tria sive quatuor aut

## COTELERII NOTÆ.

(51) *Nam illud superfluo a quibusdam dictum puto.* A Xenophane, Parmenide ac Melisso.

(52) *Callistratus qualitates.* In Sexti Empirici *Pyrrhoniis Hypotyposibus*, lib. III, cap. 4, id Stratoni physico tribuitur.

(53) *Alcmæon contrarietates.* Ἀλκμαίων vulgo; qui Theodorito Ἀλκμάν, eodem vel simillimo nomine. Philosophi hujus ἐναντιότητας explicatas habes apud Aristotelem, lib. I *Metaphysicorum*, cap. 5.

(54) *Anaxagoras æqualitates partium.* Ὁμοιομέρειαν, vel ὁμοιομερείας.

(55) *Diodorus* AMERE. Forte scripserat Rufinus Græce : ἀμερῆ. In *Eclogis physicis* Stobæi, cap. 13 : Διόδωρος ἐπίκλην Κρόνος, τὰ ἀμερῆ σώματα, ἄπειρα, τὰ δὲ αὐτὰ λεγόμενα καὶ ἐλάχιστα, ἄπειρα μὲν κατ' ἀριθμὸν, ὡρισμένα δὲ κατὰ τὸ μέγεθος. Dionysius Alexandrinus episcopus, in opere *De natura*, apud Eusebium *Præparat. Evangel.*, lib. XIV, c. 23 : Καὶ τούτων φασὶ τῶν ἀμερῶν ὀνοματοποιὸν Διόδωρον γεγονέναι. Lege Sextum Empiricum *Pyrrhoniarum Hypotyposeon* lib. III, c. 4; in *Mathematicos* lib. VIII, p. 367; et Chalcidium in *Timæum* Platonis.

(56) *Asclepiades* ὄγκους. Pergit Dionysius Alexandrinus, post citata verba, sic : ὄνομα δὲ, φασὶν, αὐτοῖς ἄλλο Ἡρακλείδης θέμενος, ἐκάλεσεν ὄγκους, παρ' οὗ καὶ Ἀσκληπιάδης ὁ ἰατρὸς ἐκληρονόμησε τὸ ὄνομα. Hoc est : *Nomine autem, aiunt, alio illis impositio, Heraclides vocavit* ὄγκους, *hoc est moles seu massas; a quo et Asclepiades medicus nomen velut hæreditate accepit.* Cætera apud Sextum Empiricum.

(57) *Geometræ fines.* Οἱ μαθηματικοὶ τὰ πέρατα τῶν σωμάτων. Sextus.

(58) *Democritus ideas.* Primus enim Democritus, teste S. Irenæo lib. II, cap. 19, dixit, *multas et varias ab universitate figuras expressas descendisse in hunc mundum.* Ὁ δὲ Μιλήσιος Λεύκιππος, καὶ ὁ Χῖος Μητρόδωρος, διττὰς, ὡς ἔοικεν, καὶ αὐτοὶ ἀρχὰς ἀπεδείκνυσαν, τὸ πλῆρες καὶ τὸ κενόν. Προσέθηκε δὲ τούτοις τοῖν δυοῖν τὰ εἴδωλα ὁ Ἀβδηρίτης Δημόκριτος. Clemens Alexandrinus *Protreptici* p. 43. Id est, opinor : *Leucippus autem Milesius, et Chius Metrodorus, duplicia, ut videtur, ipsi quoque reliquere principia, plenum et inane. Adjecit autem, mutuatus, duobus illis imagines Democritus Abderita.* Mitto Ciceronem, et Minutium Felicem, cum aliis.

(59) *Heraclitus ignem, Diogenes aerem.* Ita sex codices mss. quibus usi sumus. Intellige vero Diogenem Apolloniatem.

(60) *Parmenides terram.* Cum igne : ut materiam cum opifice. Diogenes Laertius, Clemens Alexandrinus, Theodoritus, Cicero.

(61) *Aristoteles etiam quintum introducit elementum, quod acatonomaston* (ἀκατονόμαστον), *id est incompellabile nominavit*, etc. Cicero *Tusculan. quæst.* lib. I : *Aristoteles quintum genus adhibet, vacans nomine.* Apud Laertium et Illustrium, in Aristotele : Εἶναι δὲ παρὰ τὰ τέσσαρα στοιχεῖα καὶ ἄλλο πέμπτον, ἐξ οὗ τὰ αἰθέρια συνεστάναι. Quibus similia in Theoditi sermone *De materia et mundo*, in Justino Martyri attributis pag. 143 et 197; ex Philosopho lib. I *De cælo*, cap. 2, 3, in Stobæi *Eclogis physicis*, c. 13; in Attici Platonici opere *adversus Aristotelem* apud Eusebium *Præp. evang.* XV, 7, 8; in Sexti *Hypotyposibus* ubi supra, et opere in *Mathematicos* p. 433, necnon in Plutarcho lib. I *De placitis philosophorum*, cap. 3. Atque hæc posui, cum ut illustrarem locum præsentem, ac exponerem sententiam Aristotelis alio per nostrum traductam, tum ut ab accusatione docti animadversoris Desiderii Heraldi defenderem verba Arnobii lib. II : *Qui quintum elementum principalibus applicat causis, non Aristoteli peripateticorum patri credit.* Lege Philostratum, in *De vita Apollonii* 11, Strabonem lib. XV, paulo post medium, *De Brachmanibus*, et Julianum imperat., orat. 5, pag. 303; item clarissimum Huetium in *notis ad Origenem* pag. 111. Rufinus contra Hieronymum : *Nesciebam te* ἀκατονόμαστον *dici et incompellabilem nominari.*

Digitized by Google

etiam plura sint, vel innumera ex quibus mundus constat, omni ex parte, qui plura in unum collegerit et rursus collecta in diversas species duxerit, ostenditur Deus, et probatur per hæc non potuisse machinam mundi sine opifice et provisore constare.

XVI. Sed et hoc ipso quod in conjunctione elementorum, deficiente altero aut abundante, cætera resolvuntur et concidunt, ostenditur ex nihilo ea accepisse principium. Nam verbi gratia si deficiat in aliquo humor, nec aridum stabit; humore enim pascitur aridum sicut et frigus calido, in quibus, ut diximus, si alterum deficiat, penitus cuncta solvuntur, et in hoc originis suæ qua ex nihilo facta sunt, produntur indicia. Quod si materia ipsa probatur esse facta, quomodo partes ejus et species ex quibus mundus constat, videbuntur infectæ? Sed de materia et qualitatibus non est nunc dicendi locus; hoc solum docuisse sufficiat, Deum esse omnium conditorem, quia neque si solidum et connexum fuit corpus ex quo mundus constat, dirimi et discerni sine conditore, neque si ex diversis et discretis partibus in unum collectum est, congregari et misceri sine artifice potuit. Igitur si mundi conditor Deus esse tam evidenter ostenditur, qui erit Epicuro locus introducendi atomos, et asserendi quod ex corpusculis insensibilibus non solum sensibilia corpora, sed et mentes intellectuales ac rationales fiant?

XVII. Sed dices, ut Epicuro visum est: Continuationes atomorum indesinenti cursu venientium, per immensa et sine fine tempora miscentium se atque in unum conglobantium, corpora solida efficiuntur. Non venio ad hæc, ut rem fabulosam et inepte compositam dicam; videamus magis si qualecunque istud est, potest stare quod dicitur. Aiunt enim corpuscula ipsa quæ atomos appellant (62), diversis esse qualitatibus, et alia quidem humida et ob hoc gravia ac deorsum tendentia, alia vero arida et terrena atque ob hoc nihilominus gravia, alia autem ignea et ob hoc sursum semper nitentia, alia vero frigida et ob hoc pigra et semper media. Quomodo ergo cum alia semper sursum tendant utpote ignea, et alia semper deorsum utpote humida et arida, alia vero media et non æquali cursu incedant, coire simul potuerunt et unum corpus efficere? Si quis enim de superioribus, verbi gratia minutissimas paleas, et ad eamdem magnitudinem minutissimi plumbi particulas deorsum jaciat, nunquid poterunt quamvis æquales sint magnitudine, leves paleæ partes plumbi particulas consequi? longe enim velocius ad imum graviora perveniunt. Ita ergo et atomi, etiamsi magnitudine æquales sint, pondere tamen inæquales, nunquam poterunt quæ leves sunt consequi graviores; quod si consequi non possunt, sine dubio nec misceri nec corpus efficere.

XVIII. Tum deinde si indesinenter feruntur et semper veniunt, et rebus quarum jam mensura integra constat, adduntur, quomodo stare universitas potest, cum tam immensis ponderibus nova semper pondera cumulentur? Sed et illud requiro, si paulatim coeuntibus corpusculis exstruebatur hic quem videmus ambitus cœli, quomodo non in eo illico cum consurgeret corruit? si quidem hians machinæ ipsius summitas, nullis suffulta repagulis stringeretur. Sicut enim qui ædificiorum tholos in circulum instruunt, nisi conclusionem medii verticis strinxerint, universum pariter solvitur; ita et mundi circulus, quem tam decora specie collectum videmus, si non subito et sub uno divinæ virtutis rotatu potentia conditoris effectus est, sed paulatim concurrentibus atomis et instruentibus, non ut ratio petebat, sed ut fortuitus incidisset eventus, quomodo non prius quam colligi posset et concludi, dilapsus est et dissolutus? Ad hæc etiam illud requiro, quod sit munimen, super quod tam immensæ molis jacta sint fundamenta? Et rursus illud ipsum quod dixeris munimen, super quid jaceat? Et item illud aliud, super quid? et eousque interrogando progrediar, donec responsio ad nihil et inane perveniat.

XIX. Quod si dicat aliquis, quia atomi igneæ qualitatis conjunctæ sibi corpus unum fecerunt, et quia ignis qualitas non deorsum sed sursum tendit, impositam mundi molem ad superiora semper nitens ignis natura subvectat; ad hæc respondebimus: Quomodo potuerunt atomi igneæ qualitatis, quæ semper ad superiora contendunt, in inferiora descendere, et in profundo ac sub omnia demerso inveniri loco? Cum utique graviores quæque, id est terrenæ vel humidæ qualitates præveniant, ut diximus, leviores, unde et cœlum velut superiorum fabricam igneis atomis, quæ et leviores sunt et sursum semper fugiunt, asserunt structam. Neque ergo fundamenta ignis aut alia ulla habere mundus potest, neque atomis gravioribus cum levioribus, id est his quæ deorsum semper præcipitantur et his quæ semper sursum fugiunt, societas aut compaginatio ulla conveniat. Igitur quod impossibile sit ex atomorum conjunctione corpora mundi solidari, sufficienter dictum, et quod non potuerint insensibilia corpora, etiamsi ulla ratione coire et connecti potuissent, formas dare corporibus, et mensuras, membra fingere, vel qualitates efficere, vel exprimere quantitates; quæ utique omnia modulatione sui, manum testantur artificis et opus rationis ostendunt, quam rationem ego Verbum et Deum appello.

XX. Sed dicet aliquis hæc a natura fieri. Jam in hoc de nomine controversia est. Cum enim constet mentis esse et rationis opus, hoc quod tu naturam vocas, ego Deum conditorem voco; constat nec potuisse nec posse vel corporum species tam necessariis distinctionibus institutas, vel animorum sen-

## COTELERII NOTÆ.

(62) *Aiunt enim corpuscula ipsa quæ atomos appellant*, etc. Non hoc dicebat Epicurus; imo atomis tribuebat solummodo figuram, magnitudinem et pondus.

Digitized by Google

sus, irrationabili opere et quod sensu careat effici. Quod si idonei tibi testes videntur philosophi, Plato de his testatur in *Timæo* (63), ubi de mundi factura discutiens requirit, utrumnam semper fuerit, an initium sumpserit, et pronuntiat quia factus sit : Visibilis enim, inquit, est et palpabilis atque corporeus, omnia autem quæ hujusmodi sunt, facta esse constat ; quod autem factum est, aliquem habet sine dubio auctorem, a quo factum est. Hunc ergo, inquit, factorem parentemque omnium, et invenire difficile est et inventum vulgo enarrare impossibile. Hæc quidem Plato dicit ; sed et si ipse aliique Græcorum philosophi de factura mundi silere voluissent, nonne omnibus intellectum habentibus palam esset? Quis enim est exigui saltem sensus homo, qui cum cernat domum omnia quæ ad usus necessaria sunt habentem, cujus cameram in sphæræ gyrum videat collectam, eamque vario splendore et diversis imaginibus depictam, luminaribus præcipuis et maximis adornatam ; quis, inquam, est, qui hujusmodi fabricam videns, non statim pronuntiet a sapientissimo et potentissimo artifice constructam? Et ita quis invenietur insipiens, ut cum cœli opus inspiciat, splendorem solis cernat ac lunæ, astrorum cursus et species et vias certis rationibus et temporibus videat definitas, non tam a sapiente hæc artifice et rationabili, quam ab ipsa sapientia et ratione clamet effecta?

XXI. Quod et si secundum alios Græcorum philosophos audire vis, et mechanicis imbutus es disciplinis, de excelsis quæ traduntur, non te sine dubio latent. Ponunt enim sphæram æqualiter ex omni parte collectam, et ad omnia similiter respicientem, atque a centro terræ æquis spatiis distinctam, ipsaque sui æqualitate ita stabilem, ut eam in nullam partem declinare undique æqualitas collecta permittat ; et ita a nullo fulcimento subvecta sustentatur sphæra. Quod si vere hanc habeat similitudinem mundi machina, evidens est opus in ea divinum Si vero, ut aliis visum est, super aquas posita sphæra (64) vel super ipsas fertur, vel in ipsis volvitur, etiam sic magni in ea artificis opus declaratur.

XXII. Sed ne de his quæ non omnibus palam sunt, incerta videatur assertio, ad ea veniamus quæ neminem latent. Quis astrorum cursus tanta ratione disposuit, ortusque eorum et occasus instituit, certisque et demensis temporibus unicuique tenere cœli ambitum dedit? Quis ad occasum aliis semper tendere, aliis etiam redire in ortum permisit? Quis imposuit modum cursibus solis, ut horas et dies et menses et temporum vicissitudines diversis motibus signet, et nunc hiemem, inde ver, æstatem, post et autumnum certa cursus sui dimensione discernat, et semper eisdem vicibus anni orbem inconfusa varietate constringat? Quis, inquam, tanti ordinis moderatricem, non ipsam Dei pronuntiet sapientiam? Et hæc quidem secundum illa nobis dicta sint, quæ de excelsorum disciplinis traduntur a Græcis.

XXIII. Quid autem et de his, quæ vel in terris vel in mari videmus? nonne evidenter edocemur, Dei in his non solum opus esse, sed et providentiam? Nam quod in terra montes excelsi (65) certis quibusque habentur in locis, ut ex his velut compressus et coangustatus aer ordinatione Dei cogatur et exprimatur in ventos, ex quibus et fructus germen concipiant, et æstivus ardor temperiem sumat, cum Pleiades (66) ignitæ solis ardoribus incanduerint. Sed dices : Cur et ardor solis, ut temperies requiratur? Et quomodo fruges humanis usibus necessariæ maturescerent? Sed et illud adverte, quod ad axem meridianum, ubi plus est caloris, non multa datur nubium constipatio, nec abundans copia imbrium funditur, ne morbus habitantibus generetur ; humidæ enim nubes, si calore rapido coquantur, aerem corruptum et pestiferum reddunt. Sed et terra calidum imbrem suscipiens, non nutrimenta segetibus, sed perniciem præbet ; in quo quis dubitat opus esse divinæ Providentiæ? Denique Ægyptus, quia Æthiopicis e vicino flagrat ardoribus, ne insanabiles corruptelas aeris imbrium necessitate susciperet, campi ejus non pluviam nubibus ministratam, sed terrenum quodammodo imbrem Nilo inundante suscipiunt (67).

## COTELERII NOTÆ.

(63) *In Timæo.* Accipe integrum Platonis locum, non quidem ut citatur ab Eusebio, Theodorito, aliisque, sed quo modo legitur apud ipsum Platonem : Σκεπτέον οὖν δὴ περὶ αὐτοῦ (κόσμου) πρῶτον, ὅπερ ὑπόκειται περὶ παντὸς ἐν ἀρχῇ δεῖν σκοπεῖν, πότερον ἦν ἀεὶ, γενέσεως ἀρχὴν ἔχων οὐδεμίαν, ἢ γέγονεν, ἀπ' ἀρχῆς τινος ἀρξάμενος. Γέγονεν· Ὁρατὸς γὰρ, ἁπτός τέ ἐστι καὶ σῶμα ἔχων· πάντα δὲ τὰ τοιαῦτα, αἰσθητά· τὰ δὲ αἰσθητὰ, δόξῃ περιληπτὰ μετ' αἰσθήσεως, γιγνόμενα καὶ γενητὰ ἐφάνη. Τῷ δ' αὖ γενομένῳ φαμὲν, ὑπ' αἰτίου τινὸς ἀνάγκην εἶναι γενέσθαι. Τὸν μὲν οὖν ποιητὴν καὶ πατέρα τοῦδε τοῦ παντὸς, εὑρεῖν τε ἔργον, καὶ εὑρόντα, εἰς πάντας ἀδύνατον λέγειν.

(64) *Si vero, ut aliis visum est, super aquas posita sphæra,* etc. Aquas intellige inter firmamentum et cœlum empyræum.

(65) *Nam quod in terra montes excelsi,* etc. Citatur a Beda, libro *De natura rerum*, cap. 26, ubi videndæ Glossæ incerti auctoris.

(66) *Pleiades.* Editio Basileensis, et libri R. et P. *Pliades.* Qua de lectione in *Etymologico* suo doctissimus Vossius, voce *Virgiliæ*.

(67) *Terrenum quodammodo imbrem Nilo inundante suscipiunt.*

. . . . . *Cœloque vacante*
*Terrestrem pluviam diffusus porrigit amnis,*

de Nilo Alcimus Avitus *Poematum* lib. 1 ; apud Græcos vero Philo Judæus 1 *De vita Mosis*, p. 634 : Ἐπεὶ καὶ γῆ πολλάκις ὑετὸν ἤνεγκεν. Ὁ γὰρ ἐν Αἰγύπτῳ ποταμὸς καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν ταῖς ἐπιβάσεσι πλημμυρῶν, ὅταν ἀρδεύῃ τὰς ἀρούρας, τί ἕτερον ἢ ὑετός

XXIV. Quid de fontibus dicemus et fluviis, qui perennis in mare fluunt meatu? Et per divinam Providentiam nec illis abundans aedicit cursus, nec mare tantas aquarum recipiens copias ullum sentit augmentum, sed in eadem mensura et ea quæ conferunt, et ea quæ ibi conferuntur elementa perdurant. Sed dicis mihi : Salsa aqua naturaliter consumit fluentum dulce, quod ei fuerit infusum. Et in hoc ergo manifestum est Providentiæ opus, ut salsum faceret illud elementum, in quod cursus omnium aquarum, quas ad usum hominibus præstiterat, declinavit; uti ne per tanta sæculi spatia, repletus maris alveus inundationem perniciosam terris et hominibus redderet. Nec ita quisquam insipiens erit, ut hanc tantam rationem tantamque providentiam ab irrationabili natura arbitretur esse dispositam.

XXV. Quid autem de virgultis, quid de animalibus dicam? Nonne per providentiam factum est, ut cum senecta temporis resolverentur, virgulta quidem vel plantis vel seminibus quæ ipsa dederint, animalia vero per progeniem reparentur? Et mira quadam dispensatione Providentiæ nascituro pecori lac præparatur in uberibus, ac statim ut natum fuerit, nullo docente scit ubi alimoniæ suæ horrea requirat. Gignuntur autem non solum mares, sed et feminæ, ut ex utroque possit rursus constare posteritas. Sed ne ut putant homines, viderentur hæc naturæ quodam ordine et non dispensatione fieri Conditoris, pauca quædam ad indicium et documentum providentiæ suæ, mutato ordine genus servare jussit in terris, verbi gratia ut per os conciperet corvus, et per aurem mustela generaret (68), ut aves nonnullæ sicut gallinæ, interdum ova vel vento vel pulvere concepta (69) parerent, alia quædam animalia marem vicibus alternis in feminam verterent et sexum per annos singulos commutarent, ut lepores et hyænæ, quas belluas (70) vocant, alia etiam ex terra orirentur atque inde sumerent carnem, ut talpæ, alia ex cinere, ut viperæ, alia ex putrefactis carnibus, ut vespæ quidem equinis (71), apes autem bubulis, alia ex fimo boum (72), ut scarabæi, alia ex herbis, ut de ocimo scorpius (73), et rursus herbæ ex animalibus, ut ex cornu cervi vel capræ apii et asparagi.

XXVI. Et quid opus est plura enumerare, in quibus divina Providentia mutato ordine eo qui a natura datus putatur, multimodis differentiis nativitatem animalium constare voluit, ex quibus non irrationabilis rerum cursus, sed ipsius dispensatus ratione doceretur? Aut non et in hoc plenissimum demonstratur opus divinæ Providentiæ, ubi ex terra et aqua ad vitam hominum semina jacta reparantur? quæ cum terræ fuerint mandata, voluntate Dei humorem quem susceperit gleba, velut uberibus suis seminibus immulget. Aquis enim inest quædam vis spiritus a Deo dati ex initio, cujus opere habitus futuri corporis, in ipso statim semine formari incipit et per culmum spicamque restitui; turgefacto etenim ex humore seminum grano, per angustos quosdam venarum meatus

## COTELERII NOTÆ.

ἐστι κάτωθεν ἐπινίφων; libro *De profugis*, p. 476 : Νεῖλος μονονοὺχ ἀντίμιμον οὐρανοῦ δύναμιν ἐπιδείκνυσθαι δοκῶν, κάτωθεν ἄνω ὕων. Et lib. III *De vita Mosis*, p. 682 : Θεοπλαστοῦσι τῷ λόγῳ τὸν Νεῖλον Αἰγύπτιοι, ὡς ἀντίμιμον οὐρανοῦ γεγονότα, καὶ περ. τῆς χώρας σεμνηγοροῦσιν. Ad quæ respectum dubio procul ab Heliodoro in lib. IX quando scribit, Θεοπλαστοῦσι τὸν Νεῖλον Αἰγύπτιοι, καὶ κρειττόνων τὸν μέγιστον ἄγουσιν, ἀντίμιμον οὐρανοῦ τὸν ποταμὸν σεμνηγοροῦντες, οἷα δὴ δίχα νεφώσεων καὶ ὑετῶν ἀερίων τὴν ἀρουμένην αὐτοῖς ἄρδοντος [al. ἄρδοντα], καὶ εἰς ἔτος ἀεὶ τεταγμένως [al. τεταγμένον] ἐπομβρίζοντος [al. ἐπομβρίζοντα]. Insignis quoque est locus Gregorii Nazianzeni orat. 24, in ipso statim exordio : Ποταμὸς ἐκ γῆς ὢν καὶ πελαγίζων ὄρια, ita antiquissimus codex Regius 155, cum alii sex ejusdem Bibliothecæ habeant ὦρια. Adi Theodoritum quæst. 19 in Exodum.

(68) *Ut per os conciperet corvus, et per aurem mustela generaret.* Licet ista lectio confirmari possit per ea quæ in Aristotele III *De generatione animalium*, 6, Plinio, lib. X, cap. 12; et Martiali *Epigrammatum* XIV, 74, de corvo leguntur : quia tamen vox *corvus* abest a sex libris mss. quos cum editis contuli, videtur scripsisse Rufinus : *Ut per os conciperet, et per aurem mustela generaret*; qua de fabula dixi ad Barnabam. Sed nihil affirmo.

(69) *Ova vel vento vel pulvere concepta.* Ἀνεμιαῖα, ἀνεμίδια, ὑπηνέμια, ζεφύρια, οὔρια et οὔρινα, *ventosa*, *subventanea*, *urina* et *inania*. Ut intelligunt *parvum ovum* in his S. Irenæi verbis lib. III, c. 15 : *Si autem aliquis quasi parvum ovum deditum semet ipsum ipsis præbeat imitationi illorum, et redemptionem illorum consecutus est.* Quem ego locum aliter soleo legere, ad hunc modum : *Si autem aliquis quasi pravum ovum editum, semetipsum ipsis præbeat, initiatori illorum :* κακὸν ὠὸν, juxta adagium κακοῦ κόρακος κακὸν ὠόν. *Mali corvi malum ovum.* Epiphanius hæresi 26, num. 1 *De iisdem hæreticis* de quibus Irenæus, ἀπὸ Νικολάου ὡς ἀπὸ οὐρίου ὠοῦ ὄφεως σκορπίοι ἢ ἐξ ἀσπίδων γεγεννημένοι. *A Nicolao velut subventaneo serpentis ovo scorpii, sive aspidibus prognati.*

(70) *Belluas.* Vide not. ad S. Barnabæ epistolam, c. 10, *Patr. Gr.* t. II. EDIT.

(71) *Vespæ quidem equinis.* Sic vulgo. Sed turbant Servius ad *Georgicon* IV, et I *Æneidos*, atque Isidorus *Originum* lib. XI et XII, cap. ult.

(72) *Ex fimo boum.* Eadem est sententia Hori Apollinis lib. I *Hieroglyph.*, cap. 10, atque Eustathii in *Hexaemeron*, p. 44. Alii scarabæorum seu cantharorum ortum ad asini stercus et cadaver referunt; unde et κάνθαρον ἀπὸ τοῦ κάνθωνος dictum volunt. Conciliari tamen in fimo possunt, ex Aristotele lib. V *De historia animalium*, cap. 19, ubi de μηλολόνθαις et καινθάροις. Omitto Hispalensem Isidorum, qui crabrones cum scarabæis videtur confudisse. Apud S. Augustinum cap. 7 libri primi *Retractationum*, a multis stercorea hæc origo vocatur in dubium, a multis ignoratur.

(73) *De ocimo scorpius.* Traditur quoque apud Plinium *Naturalis historiæ* lib. XX, cap. 12. Mox de asparagis (codex Regius *asfaragi* ἀσφάραγοι) lege idem magnum opus lib. XIX, cap. 8.

Digitized by Google

vis illa spiritus, quæ inesse aquis data est, utpote incorporea transcurrens, ad incrementum semina suscitat et crescentium species format. Ministerio igitur humidi elementi, cui vitalis ille spiritus insitus semper et ingenitus est, efficitur ut non solum reparetur, sed ut per omnia similis speciesetforma his quæ jacta fuerint seminibus redeat. Quæ ratio cui vel brevem sensum habenti, per irrationabilem naturam, et non per divinam sapientiam constare videbitur? Denique etiam hæc ad similitudinem humanæ nativitatis formata sunt; videtur enim terra vulvæ locum tenere, cui semen injectum per aquæ et spiritus vim, sicut supra diximus, et formatur et alitur.

XXVII. Sed et in hoc admiranda est divina Providentia, quod videre nos quidem et agnoscere facit quæ fiunt, quo modo autem et qualiter fiant, in secreto posuit et occulto, ut non indignis ad agnitionem subjaceant, sed dignis et fidelibus cum meruerint, patefiant. Ut autem rebus ipsis et exemplis probemus, nihil omnino ex terrena substantia seminibus dari, sed totum ex elemento aquæ et spiritus qui inest ei virtute constare, pone mihi verbi gratia in cratere aliquo amplissimæ magnitudinis injici terræ talenta centum, et seminentur in eo diversæ species seminum vel olerum vel etiam virgultorum, his præbeatur ad rigandum aqua sufficiens, et per annos plures habeatur ista diligentia, congregentur autem semina quæ collecta fuerint, verbi gratia frumenti vel hordei aliarumque specierum per singulos annos seorsim, donec uniuscujusque seminis acervus ad centum talentorum pondus ascendat, tum etiam arbores avulsæ radicitus appendantur, et his omnibus ex cratere sumptis appendatur terra, centum sua nihilominus talenta salva restituet. Unde ergo dicemus omne illud pondus, omnemque quantitatem seminum diversorum atque arborum surrexisse? nonne evidenter apparet, quia ex aquis? Terra enim quod suum est, integrum tenet, aqua vero quæ per singula injecta est, nusquam prorsus est, ob potentem divinæ conditionis virtutem, quæ per unam aquæ speciem tantorum seminum virgultorumque et substantias reparat, et species format, et genus fenore multiplicato custodit.

XXVIII. Ex quibus omnibus satis abundeque patere puto, artifici sensu et non irrationabili naturæ opere cuncta effici et universa constare. Sed veniamus adhuc, si videtur, etiam ad nostram, id est ad hominis substantiam, qui est parvus in alio mundus (74), et consideremus quanta sit ratione compositus; et ex hoc præcipue sapientiam Conditoris intelliges, qui cum ex diversis substantiis constet, id est mortali et immortali, per artificem providentiam Conditoris societatem diversitas non refugit, et quidem longe a se substantiis [56-57] [alienis et diversis]. Alia namque de terra assumitur et a Conditore formatur, alia vero ex immortalibus substantiis datur, nec tamen ei per hujuscemodi conjunctionem honor immortalitatis infringitur, nec ut quibusdam videtur [ex rationabili et concupiscibili et irascibili subsistit, sed magis inesse ei tales quidam videntur] affectus, quibus ad hæc singula moveri possit. Nam corpus quod ex ossibus et carnibus constat, initium sumit ex semine viri, quod e medullis calor eliciens vulvæ quasi terræ consignat, cui inhærens ex fonte sanguinis paulatim rigatum, in carnem et ossa producitur, atque in speciem auctoris jacti seminis reformatur.

XXIX. Et vide in hoc Artificis opus (75), quomodo ossa velut columnas quasdam, quibus caro sustentetur ac portetur, inseruit. Tum deinde æqualis ex utraque parte, id est dextera et læva, mensura servetur, ut congruat pes pedi, et manus manui, digiti quoque digitis, ut singuli ad singulos tota æqualitate concordent; sed et oculus oculo, et auris auri, quæ non solum consona sibi et concordantia, sed et usibus necessariis apta formantur. Manus quidem ut operi commodæ sint, pedes ut gressibus, oculi ut visibus serviant superciliorum excubiis custoditi, aures ad audiendum ita formatæ ut cymbalo similes suscepti verbi repercussum sonitum altius reddant, et usque ad sensum cordis emittant, lingua autem ad loquendum illisa dentibus plectri reddat officium, ipsi vero dentes alii ut incidant et dividant cibos et interioribus tradant, interiores vero ut in modum molæ conficiant et comminuant, quo opportunius stomacho traditi coquantur, unde et molares appellati sunt.

XXX. Sed et nares, commeandi flatus et reddendi ac recipiendi gratia factæ sunt, ut innovatione spiritus calor naturalis qui in corde est, vel accendi vel refrigerari, cum res poposcerit, queat pulmonis officio, qui pectori inhærere datus est

[56-57] Quæ auctoritate cod. Parisinorum vetustissimorum in textum recepimus, in uncis ea includenda curavimus.

## COTELERII NOTÆ.

(74) *Parvus in alio mundus.* Codex Candelerianus, *alius parvus mundus*. Carmelitieus, *alius in parvo mundus*. Eodem sensu : *Physici*, inquit Macrobius lib. II in *Somnium Scipionis* cap. 12 : *Mundum, magnum hominem, et hominem, brevem mundum esse dixerunt*. Quod sic expressum est a Philone Judæo libro *Quis rerum divinarum hæres*, p. 502 : Ἐναλλάττοντες, βραχὺν μὲν κόσμον τὸν ἄνθρωπον, μέγαν δὲ ἄνθρωπον ἔφασαν τὸν κόσμον εἶναι. De nomine *microcosmo*, minori mundo, κόσμῳ συντόμῳ ubique leges.

(75) *Et vide in hoc artificis opus*, etc. Totum locum confer cum Responsione ad interrogationem 140, in Cæsarii Dialogis : nec dubitabis asserere a Cæsario illo suppilatas fuisse *Recognitiones*. Minus commode Arnobius lib. III : *Nam quid in homine pulchrum est, quid, quæso, admirabile, vel decorum, nisi quod et veterino* (legunt *clurino* e mss. Regio, cum etiam scribi potuisset *verrino*) *cum pecore nescio quis auctor voluit esse commune?*



Digitized by Google

ut mollitie sui palpet et foveat cordis vigorem, in quo videtur vita consistere, vita dico, non anima. Nam quid dicam de substantia sanguinis, qui velut fluvius ex fonte procedens, et uno prius alveo invectus tum deinde per innumeras venas, quasi per areas derivatus, totam humani corporis terram vitalibus rigat fluentis, jecoris opere ministratus, quod ad efficaciam digestionis ciborum, atque in sanguinem mutandorum in dextro latere jacet. In sinistro vero splenis est locus, qui trahere ad se et purgare quodammodo sordes sanguinis possit.

XXXI. Intestinorum quoque ratio quanta est! quæ idcirco longis nexibus in circulorum ordinata sunt modum, ut susceptas digestiones ciborum paulatim egerant, quo neque ad subitum inanes efficiant locos, et his qui superadditi fuerint non impediantur cibis. Membranæ autem in modum idcirco facta sunt, ut ex ipsis ea quæ extrinsecus sunt, humorem sensim suscipiant, qui neque subito effusus exinaniret interna, neque densiore cute prohibitus, arida quæ extrinsecus habentur efficeret, et totam hominis fabricam sitis necessitate turbaret.

XXXII. Porro vero feminea positio, et vulvæ sinus ad recipiendum germen et confovendum vivificandumque commodissimus, quem non ratione et prudentia effecta esse quæ facta sunt, suadeat, quod in ea solum parte membrorum a virili specie femina discrepat, qua posteritas sata suscipitur et fovetur, et rursus virilis habitus ea tantummodo membrorum parte immutatur, qua ei vis serendi et generandi hominis inest? Et in hoc magnum quidem testimonium Providentiæ datur, ex necessaria diversitate membrorum, sed ibi majus, ubi in habitus similitudine, usus diversitas et officii varietas invenitur. Nam mamillæ viris æque sunt ac feminis, sed feminarum solæ sunt quæ lactis munere replentur, ut statim ubi genuerint, apta sibi parvulus inveniat nutrimenta. Quod si tanta ratione videmus in homine membra disposita, ut in cæteris omnibus similis habitus videatur, in his tantummodo discrepent, in quibus usus diversitatem requirit, et neque in viro aliquid superfluum aut egens, neque in femina quod desit videamus vel quod abundet, quis ex his omnibus non evidenter agnoscat rationis opus et sapientiam Conditoris?

XXXIII. His astipulatur etiam cæterorum animalium rationabilis diversitas, et suo quodque usui ministerioque conveniens. Hæc testatur et arborum varietas herbarumque diversitas, tam specie variata quam succis. Hæc asserit et permutatio temporum in quatuor distincta vicissitudines, et certis horis, diebus, mensibus, annum circulus claudens, et ne unam quidem horam statutæ rationis excedens; hinc denique etiam mundi ipsius ætas, certa et stabili ratione, concepto annorum numero censetur.

XXXIV. Sed dices, Quando mundus factus est, et quare tam tarde? Hoc possis obtendere etiamsi ante factus fuisset; diceres enim, Cur non et ante hoc? et ita immensa sæcula transcendens semper possis requirere, cur non et ante hoc? Sed nobis nunc sermo non de eo est [cur non sit ante factus quam factus est], sed si omnino factus est. Si enim factum constat, necessario potentis et summi artificis opus est; quod si constat, quando eum facere voluerit, sapientis artificis arbitrio judicioque relinquendum est. Nisi videatur tibi omnis hæc sapientia, quæ tam immanem mundi machinam struxit, et singulis quibusque rebus formas et species dedit, quarum habitum non decori solum convenientem, sed et futuris usibus aptissimum et necessarium poneret, hoc eam solum fugerit, quo tam magnificæ conditionis opportunum tempus assumeret. Est apud illum profecto certa ratio, sunt evidentes causæ, cur et quando et qualiter fecerit mundum, quas hominibus, quibus hæc quæ ante oculos posita sunt et de ejus providentia contestantur, inquirere et intelligere pigrum fuit, aperiri utique non oportuit; quæ enim in occulto habentur et intra sapientiæ sensus, velut intra regios thesauros recondita sunt, nemini patent, nisi his qui ab illo didicerint, apud quem signata sunt hæc et reposita. Deus ergo est qui fecit omnia, et ipse a nemine factus est. Qui autem naturam pro Deo nominant, et per naturam facta esse cuncta testantur, latet eos appellationis suæ error. Si enim naturam irrationabilem putant, stultissimum est rationabilem facturam ab irrationabili factore progredi. Si vero ratio est, id est logos, per quam facta constat universa, superfluo nomen immutant, ubi de Conditoris ratione profitentur. Ad hæc si quid habes, Pater, prosequere.

XXXV. Hæc cum Niceta dixisset, senex ita respondit: Tu quidem, fili, prudenter et fortiter prosecutus es, in tantum ut melius dici posse de Providentia non putem. Sed quoniam hora jam multa est, crastino ad hæc quæ prosecutus es, respondere aliqua volo, de quibus si mihi satisfeceris gratiæ me fateor debitorem. Et his a sene dictis, surrexit Petrus. Quidam vero ex astantibus Laodicensium primus rogabat Petrum et nos, ut senis indumenta quæ habebat sordida et scissa mutaret; quem Petrus et nos amplexi, et collaudantes pro honesta et optima voluntate sua, dicebamus: Quia nec nos ita insipientes sumus et impii, ut cui tam pretiosa verba concredimus, non multo magis etiam hæc quæ ad usus corporeos sunt necessaria præbeamus, quæ eum et libenter suscepturum credimus, tanquam a filiis patrem, sed et tectum nobis et vitam communem fore credimus. Hæc cum nos diceremus, et ille primarius civitatis summa vi et blandimentis plurimis avellere a nobis cuperet senem, nos vero eo vehementius retineremus, omnis populus acclamavit ut illud magis fiat, quod ipsi placet seni; et cum silentium factum fuisset, senex juramento prævenit, dicens: Hodie apud nullum

Digitized by Google

manebo neque ab aliquo quidquam suscipiam, uti ne alterius dilectio alterius tristitia fiat; hæc enim postmodum si visum fuerit, fieri possunt.

XXXVI. Et cum hæc dixisset senex, Petrus ait ad primarium civitatis : Quoniam nostri præsentia bonam voluntatem tuam ostendisti, tristem te non oportet abscedere, sed accipiemus abs te gratiam pro gratia, domum tuam nobis ostende, et præpara eam ut crastino disputatio quæ futura est ibi habeatur, et si qui volunt adesse ad audiendum permittantur. Quæ cum audisset primus civitatis valde gavisus est, sed et omnis populus libenter audivit. Cumque discessissent turbæ, domum suam ostendit; discedere autem ei senex cœpit. Ego tamen uni ex pedissequis meis imperavi clam subsequi vestigium senis, et discere ubi maneret. Nos autem cum redissemus ad hospitium, enarravimus omnia fratribus quæ nobis cum sene habita sunt, et ita ex more cibo sumpto requievimus.

XXXVII. Die autem postera Petrus mature surgens suscitavit nos, et perreximus pariter ad locum secretum, in quo et pridie orationis causa fueramus; atque inde post orationem dum veniremus ad constitutam domum, in itinere monebat nos, dicens: Audite me, conservi dilectissimi, bonum est ut unusquisque vestrum secundum quod potest, prosit accedentibus ad fidem religionis nostræ, et ideo non vos pigeat secundum sapientiam, quæ vobis per Dei providentiam collata est disserentes, instruere ignaros et docere, ita tamen ut his quæ a me audistis et tradita sunt vobis, vestri tantum sermonis eloquentiam societis. Nec aliquid proprium et quod vobis non est traditum proloquamini, etiamsi vobis verisimile videatur, sed ea, ut dixi, quæ ipse a vero propheta suscepta vobis tradidi, prosequamini, etiamsi minus plenæ assertionis esse videbuntur. Hinc enim sæpe contingit declinare quosdam a veritate, dum speciem sibi verioris et validioris veritatis, propriis cogitationibus reperisse se credunt.

XXXVIII. His a Petro dictis libenter annuimus, dicentes ei, nihil nos acturos, nisi quod ipsi videretur. Tum ille : Ut ergo, inquit, sine periculo exerceamini, me coram disputate singuli, ita ut unus alii succedat ac suas unusquisque explicet quæstiones. Nunc ergo quoniam hesterno die Niceta sufficienter disseruit, hodie sermonem faciat Aquila, et post Aquilam Clemens, inde ego, si tamen etiam me res poposcerit aliquid addere. Interea dum hujuscemodi sermones cædimus, ad domum ventum est in qua suscipiens nos paterfamilias, introducit ad locum quemdam in similitudinem theatri collectum et pulchre exædificatum, in quo turbas plurimas ex tempore noctis opperientes nos reperimus, inter quos et senex qui pridie nobiscum disputaverat. Itaque medium habentes Petrum ingredimur etiam nos, circumspicientes sicubi cerneremus senem; quem prior Petrus videns in medio turbæ latitantem evocavit ad se, dicens : Clariorem multis animam possidens, cur in occulto lates et verecundia contegeris? accede huc magis, et quæ tibi videntur exsequere.

XXXIX. Ubi hæc dixit Petrus, statim turbæ locum dare cœperunt seni. Cumque accessisset, ita cœpit : Eorum quæ die hesterno prosecutus est juvenis, etiamsi verba non memini, sensum tamen et ordinem teneo, et ideo necessarium puto propter eos qui hesterno non adfuerunt, anacephalæosin facere eorum quæ dicta sunt, et breviter cuncta repetere, ut etiamsi me aliquid effugerit, ab eo qui prosecutus est præsente commonear. Hic ergo fuit hesternæ disputationis sensus, quod omnia quæ videntur, quoniam certa mensura et arte formaque ac specie constant, sine dubio a sapiente virtute facta esse [credenda sunt; quod si mens et ratio est quæ hæc condidit, consequens esse] ut rationis ipsius providentia mundus regatur, etiamsi nobis ea quæ geruntur in mundo, minus recte geri videantur. Consequitur autem, ut si creator omnium Deus est ac mens, sit etiam justus; quod si justus est, necessario judicat; si judicat, necesse est ut homines de suis actibus judicentur; et si de actibus suis unusquisque judicatur, erit ergo inter justos et peccatores justum quandoque discrimen. Hæc fuit, ut opinor, totius verbi continentia.

XL. Si ergo ostendi potest quod mens ac ratio cuncta condiderit, consequens est et ea quæ sequuntur ratione et providentia geri. Si vero natura imprudens et cæca gignit universa, perimitur sine dubio judicii ratio, nec discussio peccatorum ac benefactorum remuneratio sperabitur, ubi judex non est. Quia ergo omnia in hoc pendent et huic capiti adhærent, non indignemini, si forte paulo latius discuti hæc et pertractari voluero. In hoc enim mihi ad omnia quæ proponuntur, velut prima janua clauditur, et ideo hanc mihi ante omnia aperiri volo. Nunc ergo audite quæ doceo, et respondeat mihi si quis vestrum volet; non enim erubescam discere, si audiero quod verum est, et recte dicenti acquiescere. Igitur hesterno a te habitus sermo, qui asserebat quod arte et mensura et ratione cuncta constarent, non valde me suadet, mentem rationemque esse quæ fecerit mundum; multa enim habeo, quæ ostendam competenti mensura ac forma et specie constare, nec tamen per mentem condita ac rationem. Tum præterea video multa incondite, inconsequenter, injuste geri in mundo, et sine genesis cursu nihil fieri posse; quod post omnia etiam ex me ipso manifestissime approbabo.

XLI. Hæc cum senex diceret, Aquila respondit : Quoniam ipse proposuisti, ut ad ea quæ diceres haberet copiam respondendi qui velit, concedit mihi frater meus Niceta hodie facere sermonem. Et senex : Prosequere, ait, fili, ut vis. Et Aquila respondit : Promisisti quod ostenderes multa esse in mundo, quæ formam ac speciem æquali ratione collectam gerant, quæ tamen constet non effici per conditorem Deum. Nunc ergo quod promisisti,

Digitized by Google

ostende. Et senex: Ecce arcum videmus in cœlo circulum tenere omni mensura collectum (76), et habere speciem veri, quam fortassis nec mens condere nec describere ratio potuisset, nec tamen hic ab aliqua mente fit. Ecce in brevi totum proposui, responde ad hæc.

XLII. Tum Aquila: Non continuo, inquit, si quid ex typo et forma exprimitur, id intelligitur a ratione esse ac sine mente non fieri posse, quoniam typus ipse qui exprimit figuras ac formas, non sine mente factus est. Verbi causa, cera si affigatur sculpto annulo, imaginem quidem et figuram sumit ex annulo, qui sine dubio sensu caret, sed annulus qui exprimit effigiem, manu artificis sculptus est, et mens fuit ac ratio, quæ typum annulo dedit. Ita ergo et arcus exprimitur in aere; sol enim nubibus rarescentibus radios suos imprimens, et humori nubilo velut ceræ molli affigens orbis sui typum, arcus speciem reddit, et efficit hoc ipsa, ut dixi, repercussio splendoris solis in nubibus, atque ex illis fulgorem circuli ejus reddens. Fit autem hoc non semper, sed cum opportunitatem sui humectæ nubes rarescendo præstiterint. Unde et rursus cum densantur nubes et coeunt, arcus forma resolvitur et exolescit, denique nunquam sine sole et nubibus arcus apparet, sicut nec sine typo et cera vel alia hujusmodi materia exprimitur imago. Non ergo mirum est, si conditor Deus ex initio fecit typos, ex quibus nunc formæ exprimantur ac species. Simile autem hoc et illi, quod ab initio Deus elementa insensibilia creavit, quibus ad reliqua omnia formanda et explicanda uteretur. Sed et qui statuas formant, typum prius luti vel ceræ fingunt, et ex ipso redditur statuæ effigies; tum deinde et umbra redditur ex statua, quæ umbra per omnia formam ac similitudinem statuæ gerit. Quid ergo dicemus insensibilem statuam formare umbram, tam diligenti quam ipsa statua est ratione collectam? an illi sine dubio ascribetur umbræ collectio, qui et statuam finxit?

XLIII. Si ergo tibi videtur hoc ita se habere et sufficit quod de hoc dictum est, ad alia inquirenda veniamus; aut si aliquid adhuc deesse putas, repetamus. Et senex ait: Volo ut repetas de hoc, sunt enim et alia multa quæ similiter fieri video; nam et fructus arborum simili modo pulchre formati et in rotundum mire collecti nascuntur, et foliorum species ingenti decore formatur, atque exquisita arte viridis membrana contexitur; tum præterea pulices, mures, lacertas et his similia, nunquid et hæc dicemus a Deo fieri? Unde ex his vilioribus conjectura capitur meliorum, quod nequaquam mentis arte formentur. Bene, inquit Aquila, de foliorum textura et de parvis animalibus colligis, quod ex his fides etiam melioribus deroganda sit; sed non te ista decipiant, ut putes quasi duabus solis manibus operantem Deum non posse universa complere quæ fiunt, sed memento quomodo hesterno tibi frater meus Niceta respondit, et mysterium ante tempus aperuit vere quasi cum patre loquens, et cur et quomodo fiant hæc quæ inutilia videntur, exposuit.

XLIV. Et senex: Cur ista inutilia voluntate illius summæ mentis fiant, velim a te audire. Si, inquit, liquido apud te constat, quod mentis et rationis opus in ipsis est, tum demum tibi etiam cur facta sunt, dicere non pigebit et quod juste facta sint edocere. Ad hæc senex respondit: Non possum, fili, ea quæ videntur ex arte formata, dicere per mentem fieri, propter cætera quæ injuste et inordinate fieri videmus in mundo. Si te, inquit Aquila, ea quæ inordinate fiunt, dicere quod per Providentiam Dei facta sint non sinunt, cur non ea quæ ordinate fiunt, dicere te quod a Deo facta sint cogunt, et quia irrationabilis natura opus rationabile proferre non possit? Certum est enim, nec omnino negamus, quia in hoc mundo quædam ordinate, quædam inordinate fiant; ea ergo quæ rationabiliter fiunt, crede quod per Providentiam fiant, quæ vero irrationabiliter et inordinate, quia naturaliter eveniant et fortuito accidant. Miror autem non advertere homines, quia ubi sensus est, possunt res ordinate fieri et inordinate, ubi autem nullus est sensus, neutrum omnino effici; nam ratio ordinem facit, ordinis autem cursus, si contrarium quid acciderit quod ordinem turbet, necessario inordinatum aliquid profert. Et senex: Hoc ipsum mihi a te ostendi volo.

XLV. Non, inquit, morabor Aquila. Duo visibilia signa monstrantur in cœlo, unum solis, aliud lunæ; hæc sequuntur et aliæ quinque stellæ, diversos et proprios singulæ explicantes cursus. Hæc ergo Deus posuit in cœlo, quibus aeris temperies pro ratione temporum dispensetur, et ordo vicissitudinum permutationumque servetur. Horum autem ipsorum ministerio, et si quando pro peccatis hominum plaga et corruptio terris injicitur, perturbatur aer, lues animantibus, corruptio frugibus, pestilens per omnia mortalibus annus inducitur, et ita fit, ut uno eodemque ministerio et servetur ordo et corrumpatur. Etenim palam est incredulis et imperitis, quod cursus solis utilis et necessarius mundo, per Providentiam datus, semper ordinatus habeatur; lunæ vero ad comparationem cursus solis, in augmentis et detrimentis suis apud imperitos inordinati cursus videntur et incompositi. Nam sol

## COTELERII NOTÆ.

(76) *Ecce arcum videmus in cœlo*, etc. Græca si mavis, et cur non mavelis? dabit idem Cæsarius interrogatione 113: Ἰδοὺ τῆς Ἶριδος ὁρωμένης ἀκριβῆ περιφέρειαν ἐχούσης, καὶ πάντοθεν ἴσην, οἵαν ἀληθῶς οὐδὲ νοῦς περιγράψαι δύναται· καὶ ὅμως ὁρώμεν ὑπ' οὐδενὸς αὐτὴν γινομένην, ἀλλ' αὐτομάτως συνισταμένην. Ad caput autem sequens legito responsionem ejusdem quæstionis, et sequentem quæstionem 114.

Digitized by Google

certis distinctionibus et ordinatis movetur; ex ipso enim sunt horæ, ex ipso dies cum ascenderit, ex ipso etiam nox cum occiderit, ex ipso menses et anni numerantur, ex ipso vicissitudines temporum fiunt, dum ad superiora conscendens ver temperat, ubi autem ad summum cœli venerit, æstivos accendit calores; decidens rursus autumni temperiem reddit, ubi vero ad inferiorem redierit circulum, ex glaciali compage cœli rigorem nobis hiberni frigoris derelinquit.

XLVI. Sed de his alias latius disseremus. Nunc interim, cum sit iste minister bonus, ad vicissitudines temporum moderandas, tamen ubi secundum voluntatem Dei correptio mortalibus datur, incandescit acrius et urit mundum vehementioribus flammis. Similiter et lunæ cursus, atque hæc quæ imperitis videtur inordinata permutatio, incrementis frugum et pecudum omniumque animantium commoda est; augmentis enim ejus detrimentisque mira quadam Providentiæ arte omne quod gignitur, alitur et crescit, de quibus latius prosequi possemus et aperire de singulis rationem, nisi nos propositæ quæstionis ordo revocaret. His tamen ipsis eisdemque ministeriis quibus gignuntur, aluntur, augentur universa; cum fuerit justa aliqua ex causa ordinis instituti mutata temperies, corruptio oritur et intemperantia, ut in homines, sicut supra diximus, castigatio Dei voluntate procedat.

XLVII. Sed fortasse dices: Quid, quod in ista communi castigatione similia impii patiuntur et pii? Verum est, etiam nos fatemur; sed piis castigatio ad profectum cedit, ut in præsenti vita afflicti purgatiores veniant ad futuram, in qua perpetua eis requies præparata est, simul autem ut et impii aliquantulum ex ipsorum castigatione proficiant, aut justa in eos feratur judicii futuri sententia, cum in eisdem castigationibus justi quidem gratias egerint Deo, injusti autem blasphemaverint. Igitur cum in duas partes rerum dividatur opinio, quod alia per ordinem, alia contra ordinem fiant: ex his quidem quæ secundum ordinem sunt, oportuit credi esse Providentiam; de his vero quæ contra ordinem geruntur, causas requirere ab his, qui eas per doctrinam propheticam didicere; quibus enim innotescere potuit sermo propheticus, sciunt quando et ob quam causam ærugo, grando, pestilentia, et horum similia per singulas quasque generationes exorta sint, et ex quibus peccatis hæc ad vindictam data sint, unde humano generi causa tristitiæ, unde gemitus ac dolores acciderint, unde etiam tremoris languor advenerit, et quod hæc ab initio fuerit vindicta parricidii [88].

XLVIII. Nam ab origine mundi nihil horum fuit, sed ex impietate hominum initium mala ista sumpsere, et inde semper crescentibus iniquitatibus et malorum numerus crevit. Sed idcirco divina Providentia judicium erga omnes statuit, quia præsens sæculum non erat tale, in quo unusquisque possit pro meritis dispensari. Non ergo ex his, quæ pro peccatis hominum mundo acciderunt malis, illa contemplanda sunt, quæ ab initio cum nullæ mali causæ existerent, bene et ordinate instituta sunt. Denique ad indicium eorum quæ ab initio fuere, inveniuntur nonnullæ gentes alienæ ab hujusmodi malis. Nam Seres (77) quia caste vivunt, expertes habentur horum omnium, quia neque post conceptum adiri ultra apud eos feminam fas est, neque cum purgatur; carnibus ibi immundis nemo vescitur, sacrificia nemo novit, secundum justitiam omnes sibi ipsis judices fiunt. Idcirco igitur neque castigantur istis plagis quas supra diximus, et plurimum temporis in vita durantes, absque ægritudine finiunt vitam. Nos autem miseri, velut cum serpentibus pessimis habitantes [89], cum hominibus dico iniquis, perferimus necessario cum ipsis afflictionum plagas in hoc mundo, sed spem gerimus ex consolatione futurorum bonorum.

XLIX. Si propter iniquitates, inquit senex, aliorum cruciantur etiam justi, oportuit Deum tanquam provisorem jubere hominibus, ut non facerent ea, ex quibus necesse esset cum injustis affligi etiam justos, aut si facerent emendationem aliquam, aut purificationem mundo adhiberent. Jussit, inquit Aquila, Deus hæc et dedit præcepta per prophetas, quomodo homines vivere deberent; sed et hæc contempserunt, imo vero et eos si qui forte observare cupiebant, diversis injuriis afflixerunt, donec etiam ipsos a proposita observatione dejicerent, et ad incredulitatis nihilominus verterent turbam sibique similes efficerent.

L. Propterea denique ab initio cum fuisset omnis terra maculata peccatis, Deus diluvium mundo induxit, quod vos sub Deucalione factum dicitis, et tunc unum quemdam justum cum filiis suis in arca reservavit, et cum eo omnium seminum omniumque animantium genus. Et tamen etiam qui ex ipsis nati sunt, tempore intercedente, rursus similia prioribus agunt; oblivioni enim quæ acciderant data sunt, ita ut posteri ne hoc ipsum quidem crederent, quod diluvium factum est. Unde et statuit Deus in præsenti sæculo ultra non fieri diluvium, alioqui

[88] Gen. IV, 12 *in LXX.* [89] Ezech. II, 6.

## COTELERII NOTÆ.

(77) *Seres.* Quos ex lectione Strabonis, Plinii, Melæ, Solini, Luciani, Ammiani Marcellini, Origenis, Eusebii, Cæsarii, Cedreni, Eustathii, etc., discimus celebres exstitisse tum salubritate et vitæ diuturnitate ad trecentos annos productæ, tum laudibus lenitatis, quietis, frugalitatis, castimoniæ, justitiæ ac pietatis. Quo magis mirandum scribi a S. Epiphanio in *Expositione fidei*, n. 10, apud Seras, virorum consuetudinem fuisse muliebriter vivere, feminarum vero viriliter. Scilicet attribuit Epiphanius Seribus quod ad Gelos pertinet; de quibus infra lib. IX, cap. 22.

Digitized by Google

secundum rationem peccatorum necesse erat etiam per singulas generationes hoc fieri infidelitatis gratia; sed magis indulsit per singulas gentes angelos quosdam agere principatum qui malis gaudent, quibus tamen ea conditione potestas adversum unumquemque mortalium data est, si prius se ipse quis peccando eis fecisset obnoxium, donec adveniret ille qui bonis gaudet, et compleretur per ipsum numerus justorum, et per omnem mundum crescente multitudine piorum, aliqua ex parte reprimeretur impietas et innotesceret omnibus, quia omne quod bonum est a Deo fit.

LI. Ex arbitrii autem libertate unusquisque hominum dum incredulus est de futuris, per malos actus incurrit in mala. Et hæc sunt quæ videntur in mundo contra ordinem geri, quibus causas, ut essent, infidelitas dedit. Miranda igitur per omnia est divinæ Providentiæ dispensatio, quæ bis qui initio fuerint, bonam quidem viam vitæ incedentibus, bonis incorruptibilibus dedit perfrui; ubi vero peccaverunt [ mali originem peccato pariente sumpserunt ], et unicuique bono quasi quodam conjugii fœdere ex parte peccati sociatum est malum, quoniam quidem humano sanguine terra polluta est, et aræ dæmonibus succensæ, aerem quoque ipsum incesto sacrificiorum fumo temerarunt, et ita demum corrupta prius elementa hominibus corruptelæ vitium, velut radices ramis ac fructibus tradiderunt.

LII. Vide ergo in hoc, ut dixi, quam juste vitiatis rebus Providentia divina succurrit, ut quoniam bonis Dei, mala quæ ex peccato originem sumpserant sociata sunt, duabus his partibus duos principes poneret, et ei qui bonis gaudet bonorum ordinem, qui ad fidem providentiæ suæ credentes adduceret, statuit, ei vero qui malis gaudet, ea quæ contra ordinem et inutiliter geruntur, ex quibus sine dubio etiam providentiæ fides in dubium veniat; et habita est per hoc a justo Deo justa divisio. Hinc ergo est, quod cum ordinatus astrorum cursus fidem faciat manu artificis conditum mundum, rursum conturbatio aeris, aura pestilens, fulminum vagi ignes, Providentiæ opus refellant. Habent enim, ut diximus, singula quæque bona, contraria et conjuncta sibi mala, ut fecundis imbribus grando inimica est, ut rori placido rubiginis est sociata corruptio, ut ventis lenibus procellarum turbines juncti sunt, fructuosis arboribus infructuosæ, herbis utilibus noxiæ, animalibus mitibus fera et perniciosa connexa sunt. Hæc autem omnia posita sunt a Deo, pro eo quod hominibus voluntas arbitrii a bonorum proposito discessit et declinavit ad mala.

LIII. Igitur in omnibus mundi rebus habetur ista divisio, et sicut sunt pii, ita et impii, ut sunt prophetæ, ita et falsi prophetæ; sed et apud gentiles sunt philosophi, sunt et falsi philosophi; Judæorum quoque circumcisionem Arabicæ gentes aliæque plurimæ ad ministerium suæ impietatis imitati sunt. Sic et divino cultui est contrarius dæmonum cultus, et baptismo baptismus, et legi leges, et apostolis pseudoapostoli, et doctoribus falsi doctores. Et inde est unde apud philosophos alii asserunt providentiam, alii negant, alii unum Deum, alii Plures defendunt. Usque ad hoc res denique accessit, ut cum verbo Dei fugentur dæmones, per quod esse Providentia declaratur, invenerit ars magica ad infidelitatem confirmandam, quomodo etiam hoc ex contrariis imitetur. Sic serpentum venena mitigare carminibus inventum, et verbo ac potestati Dei contrarias inducere sanitates. Angelis quoque Dei contraria reperit ars magica ministeria, animarum suscitationes contra hæc et figmenta dæmonum ponens. Et ne multa enumerando sermonem longius traham, nihil omnino est quod fidem Providentiæ faciat, et non habeat econtrario aliud ad infidelitatem paratum; et ideo qui ignorant istam divisionem rerum, pro his quæ a semetipsis discordant in mundo, non putant esse Providentiam. Sed tu, Pater, quasi vir sapiens ex ista divisione elige partem, quæ ordinem servat et fidem providentiæ facit, et non solum sequaris illam partem, quæ contra ordinem currit et Providentiæ derogat fidem

LIV. Ad hæc senex respondit : Da mihi viam, fili, qua possim ex duobus istis ordinibus, quorum alter asserit, alter refutat Providentiam, unum aliquem in meis sensibus confirmare. Rectum, inquit Aquila, habenti judicium facile discrimen est: nam et hoc ipsum quod ais, ordo et inordinatio, ab artifice fieri potest, a natura vero insensibili non potest; nam verbi gratia ponamus de excelsa rupe abruptum saxum in præceps ferri, idque illisum solo in multa fragmenta comminui, nunquid evenire ullo modo potest, ut in illa multitudine fragmentorum inveniatur unum saltem fragmentum, in quo perfecta aliqua species per omnia habeatur ac forma? Et senex respondit : Non potest. Quod si adsit, inquit Aquila, signorum artifex, excisum de monte saxum manu artifici et sensu rationabili formare in quam velit speciem potest. Et senex : Verum, inquit, istud est. Ergo, ait Aquila, ubi sensus non est rationabilis, nulla species ex integro formari potest, ubi autem sensus est artifex, ibi et forma et informitas esse potest : verbi gratia, si excidat e monte saxum artifex cui formam velit imponere, necesse est ut id primo informe cædat et barbarum, tum deinde paulatim excudens et ad libram suæ artis exsculpens, exprimat formam quam mente conceperit. Ita ergo ex informitate vel deformitate, artificis manu pervenitur ad formam, et utrumque ab artifice procedit; simili igitur modo et ea quæ in mundo geruntur, per artificis providentiam fiunt, etiamsi minus ordinata videantur. Et ideo quia tibi duæ istæ innotuerunt viæ, earumque accepisti divisiones, fuge infidelitatis viam, ne forte perducat te ad illum principem qui malis gaudet, sequere fidei viam, ut pervenire possis ad regem illum qui bonis hominibus gaudet.

LV. Ad hæc senex respondit : Cur autem et princeps ille qui malis gaudet factus est, et unde

Digitized by Google

factus est aut non est factus? Aquila ait : Alterius temporis est iste tractatus; verum ne expers abeas etiam hujus responsionis, pauca tibi de hoc quoque insinualo. Præscius omnium Deus ante constitutionem mundi, sciens quia futuri homines, alii quidem ad bona, alii vero ad contraria declinabunt, eos qui bona elegerint, suo principatui et suæ curæ sociavit atque hæreditatem sibi eos propriam nominavit [60]; eos vero qui ad mala declinarint, angelis regendos permisit his qui non per substantiam, sed per oppositum cum Deo permanere noluerunt invidiæ et superbiæ vitio corrupti; dignos ergo dignorum principes fecit. Ita tamen eos tradidit, ut non habeant potestatem in eos faciendi quod volunt, nisi statutum sibi ab initio terminum transeant. Hic est autem statutus terminus, ut nisi quis prius fecerit dæmonum voluntatem, dæmones in eo non habeant potestatem.

LVI. Et senex ait : Magnifice prosecutus es, fili; superest nunc ut dicas unde est substantia mali; si enim a Deo facta est, fructus malus radicem culpabilem docet, videtur enim et ipsa malæ naturæ : si vero coæterna fuit hæc substantia Deo, quomodo potest quod æqualiter ingenitum et coæternum est, alteri esse subjectum? Non semper fuit, inquit Aquila; sed neque si ex Deo facta est, continuo necesse est etiam conditorem ejus talem videri, quale est illud quod ab eo factum est. Nam substantias quidem Deus fecit omnium, sed si rationabilis mens quæ a Deo facta est, nequaquam conditoris sui legibus acquiescit, et modum statutæ sibi temperantiæ excedit, quid hoc ad conditorem spectat? Vel si aliqua est ratio hæc superior (78), ignoramus; neque enim de singulis ad perfectum scire possumus, et de his præcipue pro quibus non sumus judicandi, cur ignoremus. Ea vero pro quibus judicandi sumus, facillima sunt ad intelligendum, et pene uno sermone absolvuntur. Omnis enim propemodum actuum nostrorum in eo colligitur observantia, ut quod ipsi pati nolumus, ne hoc aliis inferamus; sicut enim ipse occidi non vis, caveas oportet ne alium occidas; et sicut tuum non vis violari matrimonium, nec tu alterius maculetorum; furtum pati non vis, nec ipse facias; et intra hanc regulam numanorum gestorum singula quæque concurrunt.

LVII. Tum senex : Ne ægre, inquit, accipias, fili, quod dicturus sum; sermones tui quamvis validi sint, non possunt tamen flectere me ut credam fieri aliquid posse extra genesim. Scio enim omnia mihi necessitate genesis accidisse, et ideo suaderi mihi non potest, quia vel bene vel male agere in nostra potestate sit; et si actus nostros in potestate non habemus, non potest credi futurum esse judicium, per quod vel malis pœnæ vel bonis præmia tribuantur. Denique quoniam te imbutum video in hujuscemodi disciplinis, pauca tibi ex ipsa arte proferam. Si, inquit Aquila, ex ipsa disciplina astruere aliquid cupis, frater meus Clemens tibi diligentius respondebit, qui plenius scientiam mathesis attigit; ego enim aliis viis asserere possum, quod actus nostri in nostra sint positi potestate, ista autem quæ non didici, præsumere non debeo.

LVIII. Cum hæc Aquila dixisset, ego Clemens : Crastino, inquam, dices, Pater, ut voles, et audiemus libenter, nam et te puto grate habiturum, quod cum his tibi erit sermo, qui expertes non sunt ejus quam protuleris disciplinæ. Cum ergo placuisset inter me et senem, ut sequenti die disputatio nobis de ratione genesis haberetur, utrum omnia ex ea fierent, an esset aliquid in nobis, quod non genesis sed animi judicium gereret, Petrus surrexit et sermonem facere hoc modo cœpit : Mirum mihi admodum est, quod res quæ facile inveniri possunt, homines exquisitis cogitationibus ac verbis difficiles faciunt, et hi maxime qui videntur sibi sapientes, quique volentes Dei voluntatem comprehendere, quasi homine utuntur Deo, imo et si quid minus; nam hominis consilium vel sensum scire nemo potest, nisi ipse prodat qui cogitaverit, sed neque artem quis discere potest, nisi multo tempore a magistro fuerit imbutus; quanto magis invisibilis et incomprehensibilis Dei neque sensum neque opus scire quis potest, nisi ipse mittat prophetam, qui enarret consilium suum et viam conditionis exponat, in quantum discere hominibus fas est. Unde ridiculum puto, cum naturalibus viis de virtute Dei homines judicant, et putant hoc quidem ei esse possibile, illud vero impossibile, aut hoc majus, illud minus, ignari omnium, qui cum sint homines injusti, judicant Deum justum, artificem imperiti (79), incorruptibilem corrupti, factura factorem.

LIX. Et nolo putetis, quia hæc dicens judicandi de rebus perimo facultatem, sed consilium do ne per devia quis incedens, sine fine incurrat errores. Et ideo non solum sapientibus, sed et omnibus ho-

[60] Deut. XXXII, 8 *in LXX.*

## COTELERII NOTÆ.

(78) *Vel si aliqua est ratio hac superior.* Vide Coteler. notas ad *Clementinorum* hom. XIX, num. 12, *Patr. Gr.* t. II. EDIT.

(79) *Qui cum sint homines injusti*, etc. Huc pertinet illud Tertullianeum : *Quanto magis hos Anacharsis denotasset, imprudentes de prudentibus judicantes, quam immusicos de musicis.* Apologetici c. 1, ex dicto ejus Scythæ apud Laertium : θαυμάζειν δὲ ἔφη πῶς παρὰ τοῖς Ἕλλησιν ἀγωνίζονται μὲν οἱ τεχνῖται, κρίνουσι δὲ οἱ μὴ τεχνῖται. Et apud Plutarchum in Solone : Ἔφη κἀκεῖνο θαυμάζειν ὁ Ἀνάχαρσις, ἐκκλησίᾳ παραγενόμενος, ὅτι λέγουσι μὲν οἱ σοφοὶ παρ' Ἕλλησι, κρίνουσι δὲ οἱ ἀμαθεῖς. Recte Julius Firmicus lib. I, c. 2 : *Injusti sunt enim semper (sicut novimus) judices, qui de incognitis sibi pronuntiant rebus. Non habent etiam judicandi auctoritatem, qui ad statuendum aliquid imperita licentia temeritatis adducuntur.*

Digitized by Google

minibus qui desiderium gerunt agnoscendi quod sibi expedit, suadeo ut requirant verum Prophetam, quia ipse solus est, qui novit omnia, et scit quid et quomodo unusquisque quærat.' Inest enim intra uniuscujusque nostrum mentem, sed in illis quidem, qui desiderium Dei agnitionis et justitiæ ejus nullum gerunt, otiatur, in his vero qui quod animæ suæ expedit quærunt, operatur et scientiæ lumen accendit. Propter quod primo omnium hunc requirite, quem si non inveneritis, ab alio vos agnituros aliquid non speretis. Invenitur autem cito ab his qui veritatis amore perquirunt, et quorum anima præoccupata non tenetur in malitia. Adest enim his qui eum in innocentia spiritus sui desiderant, qui per patientiam sustinent, et suspiria de profundo cordis veritatis amore producunt; fugit autem malevolas mentes [61], quia ut propheta cognoscit cogitationes uniuscujusque. Et ideo nemo putet eum per prudentiam suam invenire posse, nisi, ut supra diximus, mentem suam omni nequitia vacuam effecerit, atque agnitionis ejus desiderium purum et fidele conceperit. Ubi enim talem se quis præparaverit, ipse ut propheta, videns præparatam mentem sponte se adhibet ad agnoscendum.

LX. Si quis igitur vult omnia discere, non per singula discutiens; neque enim poterit, cum sit mortalis, Dei investigare consilium et ipsam immensitatem perscrutari: sed si discere, ut diximus, omnia desiderat, verum prophetam requirat. Quem cum invenerit, non quæstionibus et disputationibus neque argumentis cum eo agat, sed si quid responderit, si quid pronuntiaverit, hoc certum esse non potest dubitari. Et ideo quæratur verus propheta ante omnia, et ejus verba teneantur; in quibus illud tantummodo discutiendum unicuique est, ut satisfaciat sibi si vere prophetica ejus verba sunt, id est, si indubitatam fidem continent futurorum, si tempora definita consignant, si rerum ordinem servant, si non quæ prima sunt, novissima, et quæ in novissimis gesta sunt, prima narrarunt, si nihil versutum, nihil magica arte ad decipiendum compositum continent, aut si non quæ aliis revelata sunt, ad se transtulerit admistis mendaciis. Et cum his omnibus recto judicio discussis, verba constiterit esse prophetica, ita demum credi eis de omnibus quibus dixerint et responderint, debet.

LXI. Etenim consideremus diligentius opus divinæ Providentiæ. Nam quod philosophi introduxerunt verba subtilia quædam et difficilia, ita ut ne ipsa quidem vocabula sermonum nota esse omnibus possent et intelligibilia, Deus eos qui sibi artifices verborum videbantur, per omnia imperitos erga agnitionem veritatis ostendit. Simplex enim est et manifesta ac brevis rerum scientia, quæ per verum prophetam traditur, quam isti per devia incedentes et scrupeas verborum difficultates, tota ignoraverunt via. Igitur verecundis et simplicibus mentibus, cum viderint fieri quæ prædicta sunt, satis abunde que sufficit, ut de certissima præscientia certissimam scientiam capiant, et de cætero requiescant evidenti agnitione veritatis assumpta; cætera omnia æstimatione tractantur, in quibus firmum nihil esse potest. Quis enim sermo est, qui non recipiat contradictionem? et quæ argumentatio est, quæ non possit alia argumentatione subverti? Et inde est quod ad nullum finem scientiæ et agnitionis per hujusmodi disputationem pervenire homines possunt, priusque finem vitæ inveniunt quam quæstionum.

LXII. Et ideo cum in his omnia habeantur incerta, ad verum prophetam veniendum est, quem Deus Pater volens ab omnibus diligi, hæc quæ homines induxerunt, in quibus nihil potest apprehendi, voluit penitus exstinguere, ut eo magis iste quæreretur, et quem illi obcluserant, hic hominibus viam veritatis aperiret. Propter hunc enim Deus etiam mundum fecit et ab ipso mundus replebatur, unde et quærentibus se adest ubique, etiamsi in ultimis terræ finibus quæratur. Si vero non pure eum quis nec sancte neque fideliter quærat, intra ipsum quidem est, quia ubique est et intra sensus omnium invenitur; sed, ut supra diximus, infidelibus dormit et absens habetur his, a quibus esse non creditur. Cumque hæc et alia hujusmodi Petrus de vero propheta prosecutus esset, turbas dimisit, senem vero cum rogasset plurimum permanere nobiscum, obtinere non potuit, sed et ipse discessit, alia die sicut placuerat rediturus. Et post hæc nos una cum Petro ingressi hospitium, cibo et quieti solito utimur.

# LIBER NONUS.

I. Sequenti die Petrus una nobiscum mature ad locum, in quo pridie habita fuerat disputatio, properavit, atque ibi cum plurimas jam ad audiendum convenisse turbas et senem cum eis videret, ait ad eum: Hesterna die, o senex, cum Clemente placuerat ut hodie sermo fieret, et aut tu ostenderes nihil extra genesim fieri, aut Clemens doceret genesim non esse [sed in nobis et in nostra potestate haberi quæ gerimus]. Ad hæc senex respondit: Et quid placuerit memini, et tua verba teneo quæ post pactiones locutus es [62], quibus docuisti impossibile esse homini scire aliquid, nisi a vero Pro-

[61] Sap. 1, 4. [62] In codd. Lipss. omissis iis, quæ usque ad cap. 16 med. sequuntur, sic legitur: *Locutus es. Deinde prosecutus senex adjecit: Certum est mihi et bene novi quia compaginationes*, etc.

Digitized by Google

poeta didicerit. Et Petrus : Nescis, inquit, quomodo dixerim, sed nunc te ego commonebo, de voluntate dixi et consilio Dei, quam habuit priusquam mundus esset, et quo consilio fecerit mundum, tempora statuerit, legem dederit, justis ad bonorum remunerationem futurum sæculum promiserit, injustis pœnas ex judicii sententia statuerit; hoc ego dixi consilium, et hanc voluntatem Dei ab hominibus inveniri non posse, quia nemo hominum potest sensum Dei conjecturis et æstimatione colligere, nisi propheta ab eo missus enuntiet. Non ergo de quibuscunque disciplinis aut studiis dixi, quia inveniri sine propheta aut sciri non possint; quippe qui sciam et artificia et disciplinas sciri et exerceri ab hominibus, quas non a vero propheta, sed a magistris hominibus didicerint.

II. Quoniam ergo te professus es gnarum esse positionis siderum et stellarum cursus, ex quibus convinceres Clementem quod genesi omnia subjaceant, aut ab ipso disceres quod per Providentiam reguntur universa, et est etiam aliquid in nobis, hoc expedire vos convenit. Ad hæc senex respondit : Jam quidem necessarium non erat hujusmodi movere quæstiones, si possibile esset nobis a vero propheta discere et audire definita sententia, quia sit aliquid in nobis et in arbitrii positum libertate; valde enim me sermo tuus movit hesternus, in quo de virtute prophetica disputasti. Unde et ego assentio et confirmo sententiam tuam, quia nihil potest ab homine certum indubitatumque cognosci, cui et exiguum vitæ tempus est et breve ac tenue spiramen, quo retineri videtur in vita. Verumtamen quoniam priusquam de prophetica virtute aliquid audirem, pollicitus videor Clementi, ut ostenderem, quia omnia subjecta sunt genesi, aut ab ipso discerem, quia est aliquid et in nobis, præstet mihi ipse in hoc gratiam ut primus incipiat et quæ objici possunt, proponat et absolvat; ego enim, ex quo pauca a te audivi de virtute prophetiæ, magnitudinem præscientiæ considerans obstupui, fateor, nec omnino recipiendum quidquam censeo, quod conjecturis et æstimatione colligitur.

III. Et cum hæc senex dixisset, ego Clemens dicere ita cœpi : Deus per Filium suum creavit mundum tanquam duplicem domum, interjectu firmamenti hujus quod cœlum appellatur distinctam, et in superiori quidem angelicas habitare virtutes, in isto autem visibili mundo nasci hominum multitudinem dedit, ex quibus eligeret amicos Filio suo, cum quibus lætaretur, et qui ei tanquam sponso ut dilecta sponsa pararentur. Verum usque ad nuptiarum tempus, quod est præsentia sæculi venturi, statuit virtutem quamdam, quæ ex his quæ in hoc mundo nascuntur, eligat et custodiat meliores, ac servet Filio suo sequestratos in loco quodam mundi qui extra peccatum est, in quo jam sunt aliquanti, qui ibi velut sponsa, ut dixi, decora ad sponsi præsentiam præparantur. Nam mundi hujus et præsentis temporis princeps adultero similis est, qui mentes hominum corrumpit ac violat, et a desiderio veri Sponsi seducens, illicit ad aliena desideria.

IV. Sed dicet aliquis : Quid ergo necesse erat istum principem fieri, qui a vero principe mentes hominum declinaret? Quoniam Deus qui, ut dixi, Filio suo amicos voluit præparare, non eos tales esse voluit, qui necessitate naturæ aliud quid esse non possent, sed qui arbitrio suo et voluntate boni esse desiderarent; quia nec laudabile est, quod non est desiderabile, nec bonum judicatur, quod non proposito expetitur : nihil enim laudis est id esse, a quo te mutari naturæ necessitas non sinat. Providentia ergo Dei hominum multitudinem nasci in hoc mundo voluit, ut ex pluribus eligerentur qui justam diligerent vitam. Et quia præsentem mundum prævidit non aliter posse nisi diversitate et inæqualitate constare, secundum præsentium rerum diversitates unicuique menti libertatem motuum dedit, et hunc principem posuit, quo ea quæ contraria videntur agitante, electio meliorum virtutis opere constaret.

V. Sed ut planius fiat quod dicimus, per singula exponemus. Nunquid omnes, verbi gratia, oportebat esse in hoc mundo reges, aut principes, aut dominos, aut pædagogos, aut legisperitos, aut geometras, aut aurifices, aut pistores, aut fabros, aut grammaticos, aut divites, aut agricolas, aut oliitores, aut piscatores aut pauperes? hæc certum est quia omnes esse non poterant. Omnia tamen hæc officia et multo plura præsens vita hominum requirit, et sine his transigi non potest; est ergo necessaria in hoc mundo inæqualitas. Non enim potest esse rex, nisi habeat quos regat et quibus imperet, neque potest esse dominus, nisi habeat cui dominetur, et cætera similiter.

VI. Sciens ergo Conditor a nullo sponte veniri ad agonem, dum refugitur labor, hoc est ad exercendas artes istas quas supra diximus, per quas vel justitia uniuscujusque vel misericordia manifestari potest, corpus homini fecit, quod famem et sitim et frigus reciperet, ut reficiendi corporis causa compulsi homines, ad omnes quas supra exposuimus artes victus necessitate descenderent. Cibi enim et potus atque indumenti gratia, singulas quasque artes expetere edocemur. Et hic jam uniuscujusque mentis propositum declaratur, utrum necessitatem famis et frigoris per furta et homicidia ac perjuria sarciat, perque alia hujusmodi scelera, an justitiam, misericordiam, continentiamque custodiens, artis studio et manuum labore imminentis necessitatis expleat ministerium. Si enim cum justitia et pietate ac misericordia necessitatem corporis transigat, velut propositi agonis victor, amicus Filii Dei et electus abscedit; si vero per fraudes, per iniquitates et scelera concupiscentiis deservit corporalibus, principis hujus mundi atque omnium dæmonum amicus efficitur, a quibus etiam hoc edocetur, ut stellarum cursibus malorum suorum ascribat errores, quos nonnisi proposito ac voluntate delegit. Etenim artes, cogente, ut diximus, cibi ac potus

Digitized by Google

voluptate, discuntur et exercentur; quæ voluptas, cum accesserit unicuique veritatis agnitio, infirmior efficitur succedente parcimonia. Quantus enim sumptus est, aqua et pane utentibus et hunc a Deo sperantibus?

VII. Est ergo, ut diximus, necessaria quædam in dispensatione mundi inæqualitas, dum omnes quidem homines non omnia possunt scire vel implere artificia, usu tamen et ministerio omnium pene omnes indigent, et ob hoc necesse est alium operari, alium operanti præbere mercedem, alium servire, alium dominari, alium regi, alium regere. Sed hanc inæqualitatem quæ mortalium vitam necessario subsecuta est, divina Providentia in occasionem justitiæ, misericordiæ humanitatisque convertit, ut dum hæc inter homines aguntur, sit unicuique causa juste agendi cum eo, cui merces operis exsolvenda est, et faciendi misericordiam cum eo, qui, debilitate fortassis aut penuria intercedente, debitum solvere non potest, sed et humane agendi cum his qui conditione videntur obnoxii, mansuetudinem quoque conservandi erga subjectos, et omnia prorsus gerendi secundum legem Dei. Dedit enim legem, juvans per hoc humanas mentes, ut facilius erga unumquodque qualiter agi deberet, adverterent, qua via effugerent malum et qua ad futura tenderent bona, et ut in aqua regenerati per opera bona, ignem vetustæ nativitatis exstinguerent. Prima enim nostra nativitas per ignem concupiscentiæ descendit, et ideo dispensatione divina secunda hæc per aquam introducitur, quæ restinguat ignis naturam, et cœlesti spiritu anima illuminata (80), metum primæ nativitatis abjiciat, si tamen ita de reliquo vivat, ut nullas omnino mundi hujus voluptates requirat, sed sit tanquam peregrinus et advena [61], atque alterius civitatis civis.

VIII. Sed fortasse dicas, quia in his quidem, in quibus naturalis necessitas exigit artium operumque ministerium, potest unusquisque habere in potestate, servare justitiam et modum vel desideriis vel actibus quem velit imponere; quid de ægritudinibus dicemus et infirmitatibus, quæ accidunt hominibus, et quod dæmonibus nonnulli urgentur et febribus et frigoribus, nonnulli etiam furore aguntur et mente excidunt; et omnia illa, quæ innumeris casibus premunt mortalium genus? Ad hæc dicemus, si consideret quis totius mysterii rationem, hæc illis quæ supra exposuimus, justiora esse pronuntiabit. Deus enim hominibus naturam dedit, per quam et doceri possint de bono et obsistere malo, id est, ut et artes possint discere et obsistere voluptatibus, ac præferre in omnibus legem Dei, et ob hoc virtutes quasdam contrarias oberrare mundum hunc et obluctari nobiscum permisit, propter causas quæ jam superius dictæ sunt; ut ex earum certamine oriatur justis palma victoriæ et meritum præmiorum.

IX. Ex istis ergo accidit interdum, ut si qui incontinenter egerint, et non tantum obsistere quam cedere atque in semetipsis dare eis voluerint locum, noxia earum aspiratione generetur intemperata et vitiosa progenies. Dum enim totum libidini indulgetur et observatio nulla coeundi est, illorum sine dubio dæmonum, quibus hæc perurgentibus fiunt, vitia et fragilitates suscipit importuna generatio. Et ideo pro hujusmodi vitiis natorum obnoxii erunt parentes, qui legem servare concubitus noluerunt, licet sint et aliæ causæ secretiores, quibus his malis obnoxiæ efficiuntur animæ, quas nunc proferre temporis non est. Tamen oportet unumquemque agnoscere legem Dei, ut ex ea generandi observantiam sumat et immunditiæ causas declinet, ut possit mundum esse quod gignitur. Neque enim fas est, ut in plantandis quidem virgultis vel in seminandis frugibus opportunum tempus quæratur, terra purgetur atque omnia quæ convenit præparentur, ne forte semen jactum lædatur et pereat, et in solo homine, qui est super hæc omnia, serendi observatio nulla habeatur, nulla cautela.

X. Sed quid, quod nonnulli, inquit, cum in prima ætate absque vitio fuerint corporali, processu temporis incurrunt hæc mala, ita ut aliquanti etiam violenter præcipitentur in mortem? Etiam de his vicina et pene eadem ratio est; illæ enim, quas diximus contrarias humano generi potestates, ad uniuscujusque cor per multas et diversas concupiscentias invitantur quodammodo et ingrediendi accipiunt locum, estque hæc in illis vis et potestas, quæ hortetur et incitet tantum, non quæ cogat et perficiat. Si ergo quis acquiescat eis, ut etiam agat ea quæ male desiderat, consensus sui et actus mercedem perditionis et pessimæ mortis inveniet. Si vero futurum judicium cogitans, metu ipso fuerit repressus et revocaverit se, ne actu impleat quod mala cogitatione concepit, effugiet non solum perniciem præsentem, sed et futura supplicia. Omnis enim causa peccati similis videtur esse stuppæ pice oblitæ, quæ ubi calorem ignis acceperit statim inflammatur: hujus vero ignis incendium opera esse dæmonum intelliguntur. Si ergo inveniatur quis peccatis et concupiscentiis tanquam pice oblitus, ignis ei facillime dominatur. Si vero non peccati pice, sed aqua purificationis et regenerationis infusa sit stuppa, ignis in ea dæmonum non valebit accendi.

XI. Sed dicet aliquis: Et quid faciemus jam nos quos contigit peccatis sicut pice oblitos? Respondebo: Nihil aliud nisi ut festinetis ablui, quo expurgetur a vobis ignis materia per invocationem

[61] Psal. xxxviii, 13.

## COTELERII NOTÆ.

(80) *Et cœlesti spiritu anima illuminata.* Forte *ut*, quemadmodum correctum cernitur in ms. Regis atque habet editio Coloniensis.

Digitized by Google

sancti nominis, et de reliquo futuri judicii metu concupiscentias refrenetis, atque adversarias potestates, cum forte ad sensus vestros accesserint, tota obstinatione pellatis. Sed dicis : Si in amorem quis inciderit, quomodo se poterit continere, etiamsi ante oculos suos ipsum ignis fluvium quem Pyriphlegethonta nominant, videat? Hæc excusatio est eorum qui converti ad pœnitentiam nolunt. Denique nunc nolo Pyriphlegethonta adducas in medium ; hominum tibi propone pœnas, et vide quantum valeat metus ; potestne quisquam, cum pro amoris crimine ad supplicium ducitur et ad stipitem colligatur urendus (81), in illo tempore ejus quam amavit vel desiderium capere vel speciem ante oculos proponere? Nequaquam, inquies. Vides ergo, quia præsens metus resecat iniqua desideria. Quod si credentes Deo, et futurum judicium pœnamque ignis æterni confitentes non se continent a peccato, certum est quod non plena fide credunt : si enim certa sit fides, certus fit et timor ; si vero minus aliquid est in fide, relaxatur et metus, et tunc locum inveniunt introeundi contrariæ potestates, quarum persuasionibus cum acquieverint, necesse est ut et potestati earum obnoxii fiant et ipsis persuadentibus agantur ad præcipitia peccati.

XII. Igitur astrologi, ignorantes hujusmodi mysteria, putant stellarum cursibus ista contingere, unde et his qui accedunt ad eos, ut de futuris aliquid consulant, respondentes falluntur in plurimis ; nec mirum, non enim sunt prophetæ, sed usu multi temporis, auctores errorum perfugium quoddam in his quibus decipiebantur inveniunt, et climacteras quosdam introducunt, ut de rebus incertis scientiam fingant. Climacteras enim dicunt quasi periculi tempus (82), in quo interdum perimatur quis, interdum non perimatur ; ignorantes quod non stellarum cursus hæc, sed dæmonum gerit operatio, qui ad astrologiæ errorem confirmandum deservientes, calculis mathesis decipiunt homines ad peccandum, ut cum, vel Deo permittente vel legibus exigentibus, peccati dederint pœnas, verum dixisse videatur astrologus. Et tamen falluntur etiam in hoc ; si enim cito conversi fuerint ad pœnitentiam, et futuræ pœnæ recordationem conceperint ac metum, conversis ad Deum per gratiam baptismi resolvitur pœna mortis.

XIII. Sed dicet quis : Multi et homicidium et adulterium et alia scelera commiserunt, et nihil mali passi sunt. Hoc quidem raro accidit hominibus, tamen nescientibus consilium Dei frequenter videtur accidere ; Deus autem qui novit universa, scit quomodo et quare peccet qui peccat, et quæ unumquemque causa ducat ad peccatum. Hoc tamen generaliter agnoscendum est ; quod si qui non ita mente, ut actibus mali sunt, nec proposito incitati ad peccandum devolvuntur, his velocior et magis in præsenti vita redditur pœna ; ubique enim et semper Deus prout competere judicat, unicuique pro actibus suis reddit. Eorum vero qui proposito exercent malitiam, ita ut interdum etiam in eos sæviant, a quibus bona consecuti sunt, et nullam recordationem capiunt ad pœnitentiam, differt pœnas in futurum ; non enim merentur isti, sicut illi de quibus supra diximus, in præsenti vita scelerum suorum finire vindictam, sed permittitur eis præsens tempus implere ut volunt, quia emendatio eorum non est jam talis, quæ temporalibus indigeat castigationibus, sed quæ æterni ignis in inferno exigat pœnas, quorum animæ ibi pœnitentiam quærent, ubi invenire non poterunt.

XIV. Quod si in hac vita positi illas quas ibi patientur pœnas, ante oculos posuissent, refrenassent utique desideria et nullo pacto decidissent in peccatum. Multum enim potest sensus in anima ad resecandas omnes ejus cupiditates, maxime cum cœlestium scientiam ceperit, per quam lumine veritatis accepto, ab omni obscuritate malorum actuum declinabit. Sicut enim sol omnes stellas splendore sui fulgoris obtundit et contegit, ita et mens per scientiæ lucem omnes concupiscentias animæ inefficaces reddit et otiosas, futuri judicii memoriam super eas tanquam radios suos emittens, ita ut ne apparere quidem ultra in anima queant.

XV. Quod autem timor Dei multum valeat ad reprimendas concupiscentias, cape humani timoris exemplum. Quotusquisque est, qui non inter homines concupiscat aliena? et tamen metu pœnæ quæ legibus statuta est, refrenatur et continentius agit. Regi propter metum gentes subjacent et armatus paret exercitus. Servi cum sint validiores dominis suis, propter metum tamen imperia perferunt dominorum. Bestiæ ipsæ feræ metu mitescunt : tauri validissimi jugo colla submittunt, et immanes elephanti magistris obtemperant per timorem. Sed cur humanis utamur exemplis, cum etiam divina non desint? Nonne terra ipsa sub præcepti metu permanet, quod etiam motu sui et tremore testatur? Mare statutum terminum servat, angeli pacem custodiunt, stellæ ordinem tenent et fluvii meatus, dæmones quoque certum est timore in fugam verti. Et ne per

## COTELERII NOTÆ.

(81) *Cum pro amoris crimine ad supplicium ducitur, et ad stipitem colligatur urendus.* Julius Capitolinus de Macrino : *Adulterii reos semper vivos simul incendit, junctis corporibus.* Nota postea variam lectionem etiam codicis Regii, *quem*, ad puerorum stuprum spectantem, de quo flammis vindicibus expiando Valentiniani lex exstat in codice Theodosiano.

(82) *Climacteras enim dicunt, quasi periculi tempus.* Vide quos hac in re citat doctissimus Savaro ad Sidonii epist. 11, lib. VIII, nec non Nili abbatis epistolam 258, lib. II.

Digitized by Google

singula sermonem longius producamus, intuere quomodo unumquodque timor Dei continens, cuncta in harmonia propria et ordinis sui compage custodiat. Quanto magis ergo certi esse debetis, quia et dæmonum concupiscentiæ quæ in cordibus vestris oriuntur, admonitione timoris Dei exstingui possunt et penitus aboleri, cum etiam ipsi incentores concupiscentiæ metu sibi dominante diffugiant? Hæc ita se habere sciens, si quid tibi respondendum videtur, incipe.

XVI. Tum senex : Sapienter, inquit, filius meus Clemens aptavit prosecutionem suam, ita ut nihil nobis ad hæc dicendum reliquerit ; verum omnis ejus sermo, quem de natura hominis disseruit, hanc habet continentiam, quia cum eo quod inest libertas arbitrii, est extrinsecus et aliqua causa mali, ex qua per diversas concupiscentias incitantur quidem homines, non tamen coguntur ad peccatum ; pro eo, inquit, quod multo his validior est timor, qui obsistat et impetus desideriorum refrenet, ut cum naturales motus acciderint, effugatis his qui eos incitant et inflammant dæmonibus, peccatum non possit admitti. Sed me hæc non adducunt ad fidem ; conscius enim mihi sum quorumdam, ex quibus bene novi, quia compaginatione stellarum homines aut homicidæ aut adulteri fiunt, cæteraque perpetrant mala. Similiter autem et honestæ ac pudicæ feminæ, ut bene agant inde coguntur.

XVII. « Denique cum Mars centrum tenens (83), in domo sua ex tetragono respexerit Saturnum cum Mercurio ad centrum, Luna veniente super eum plena, in genesi diurna, efficit homicidas et gladio casuros (84), sanguinarios, ebriosos, libidinosos, dæmoniosos (85), secretorum perscrutatores, maleficos, sacrilegos, et si qua sunt his similia, præcipue cum bonarum stellarum nulla respexerit. Sed et ipse (86) rursus Mars ad Venerem schema tetragonum habens, ex parte ad centrum, non respiciente aliquo bonorum, adulteros efficit et sorores et filias et matres in conjugium adducit. Venus cum Luna in finibus et domibus Saturni, cum Saturno si fuerit, attestante Marte (87-88), efficit mulieres quidem viragines, ad agriculturam, ad structuram, et ad omne opus virile promptas, misceri quibuscunque voluerint et non argui a viris pro adulterio, nulla uti mollitie, non unguentis, non vestibus, non calceamentis muliebribus, sed virorum sorte agentes ; viros autem esse ut feminas nec quidquam virile gerere, cacodæmon Venus omnium virilium operum peritas, atque misceri ac dormire cum quibus voluerint, et a viris suis non prohiberi. Viragines itaque efficit feminas, in Capricorno, in Aquario Cacodæmon Venus : in viris autem e contrario, si cum Marte sit in Ariete. Unde impossibile est, timore, aut cujusquam minis, aut arte refrenare concupiscentias, propter astrorum fatalem sortem. »

« *Denique... aut Aquario* desunt in codd. Lipss. Græca ex Bardesanis libro de fato excerpta leguntur apud Euseb. *Præp. evang* VI, 10 : et ap. Cæsar. dial. 2, interrog. 109. Cf. Galiandii *Bibl. Patr.* VI, *p.* 60 sqq.

## COTELERII NOTÆ.

(83 *Denique cum Mars centrum tenens.* Cæsarius, *Dialogo* 2, interrogatione 109 : Αὐτίκα γοῦν Ἄρης κέντρον λαβών, οἰκείῳ οἴκῳ ἐκ τετραγώνου ἐπιθεωρῶν Κρόνον, σὺν Ἑρμῇ ἐπὶ κέντρον, Σελήνης ἐπ' αὐτὸν πλήρους ἀρχομένης (leg. ἐρχομένης), ἐπὶ ἡμερινῆς γεννήσεως, ἐκτελεῖ ἀνδροφόνους καὶ αἱμοπότας, μεθύσους, λάγνους, δαιμονοῦντας, μυστηρίων ἀποκρύφων ἴστορας, μάγους, θύτας, καὶ τὰ τούτοις ἀκόλουθα, ἐξαιρέτως μηδενὸς τῶν ἀγαθοποιῶν ἀστέρων ἐπιθεωροῦντος. Αὐτὸς δὲ πάλιν Ἄρης πρὸς Ἀφροδίτην σχῆμα τετράγωνον ἔχων, μοιρικῶς ἐπὶ κέντρον μὴ ἐπιθεωροῦντος τινὸς ἀγαθοποιοῦ, μοιχοὺς ἀποτελεῖ, ἀδελφαῖς καὶ μητράσι μιγνυμένους. Κύπρις σὺν Μήνῃ ἐν ὁρίοις καὶ οἴκοις Κρόνου, σὺν Κρόνῳ, ἐπιμαρτυροῦντος τοῦ Ἄρεος, ἀποτελεῖ γυναῖκας γεωργούς, οἰκοδόμους, καὶ πάντων ἀνδρείων ἔργων ἐπιστήμονας, καὶ κοινοῦσθαι καὶ συγκαθεύδειν οἷς δ' ἂν βούλοιντο, καὶ μὴ κωλύεσθαι ὑπὸ τῶν οἰκείων ἀνδρῶν. Ἀνδρείους οὖν ἀποτελεῖ γυναῖκας ἐν Αἰγοκέρῳ, Ὑδροχόῳ, κακοδαίμονας ἐν Ἀφροδίτῃ (l. κακοδαιμονοῦσα Ἀφροδίτη). Ἐπ' ἀνδρῶν δὲ τοὐναντίον σὺν Ἄρει οὖσα, ἐν Κριῷ. Ὅθεν οὐχ οἵονται (l. οἷόν τε) φόβῳ ἢ τινος ἀπειλῇ ἢ μηχανῇ ἐπισχεῖν τὰς ἐπιθυμίας, διὰ τὴν τῶν ἄστρων ἀποκλήρωσιν. « Cum igitur Mars centrum tenens, in domo sua ex tetragono respexerit Saturnum, cum Mercurio ad centrum, Luna veniente super eum plena, in genesi diurna, efficit homicidas et interfectores, crudeles ac sanguinis avidos, ebriosos, libidinosos, dæmoniosos, absconditorum mysteriorum gnaros, magos, sacrificos, et quæ sunt his similia ; præcipue cum beneficarum stellarum nulla respexerit. Sed et ipse rursus Mars ad Venerem schema tetragonum habens, ex parte ad centrum non respiciente aliqua benefica, adulteros efficit, cum sororibus ac matribus coeuntes. Venus cum Luna in finibus et domibus Saturni, cum Saturno, attestante Marte, efficit mulieres agricolas, et structrices, et

(84) *Gladio casuros.* Male videtur Rufinus accepisse vocem κτεινομένους in sensu passivo. Quid si *gladio cæsuros?* Quod additur in Cæsario ἐπωμότας vel ἐπωμότας verti etiam posset *perjuros.*

(85) *Dæmoniosos.* Δαιμονοῦντας, qui Proclo δαιμονιόπληκτοι. Firmico, *laborantes dæmonum incursione homines.*

(86) *Sed et ipse,* etc. Sic interpungo : *aliquo bonorum, adulteros efficit. Et sorores. . . adducit Venus. . . Marte. Efficit.* Similiter in Græco Cæsarii : ἀποτελεῖ. Ἀδελφαῖς καὶ μητράσι μιγνυμένους. Κύπρις. . . . Ἄρεος. Ἀποτελεῖ. . . . . ἀνδρῶν · ἀνδρείους, etc.

(87-88) *Attestante Marte.* Ἐπιμαρτυροῦντος τοῦ Ἄρεος apud Cæsarium. Codex Candelerianus *astante,* quod eodem recidit. Infra cap. 21, *attestante Marte,* ubi Bardesanes citatus in *Præpar. Evang.* Eusebii lib. VI, cap. 10 : Ἐφομαρτοῦντος τοῦ Ἄρεος, vel ut duo codices Regii ἐπομαρτοῦντος, vel ut tertius pariter Regius ἐπιμαρτυροῦντος. Hujus *Recognitionum* operis lib. ult. cap. 9 : *Si adfuerit Mars.* Nimirum, ab astrologis in simili sensu usurpantur verba, μαρτυρεῖν, ἐπιμαρτυρεῖν, συμμαρτυρεῖν, συνεπιμαρτυρεῖν, προσμαρτυρεῖν, ἕπεσθαι, ἑφομαρτεῖν, συμπαρεῖναι. Consule Ptolemæum et Proclum, quæque Vettii Valentis proferuntur a Seldeno, in *Syntagmate primo de diis Syris,* cap. 1, et ad Marmora Arundelliana.

Digitized by Google

cum Marte si sit in Ariete; efficit e contrario mulieres, si sit in Capræcornu aut Aquario.

XVIII. Cumque multa de his senex prosecutus esset, et unumquodque schema mathesis, stellarum quoque positiones enumerasset, volens per hæc ostendere, quia timor non sufficiat refrenare concupiscentias, ego rursus respondi : Vere, Pater, doctissime et eruditissime prosecutus es, et ipsa me ratio invitat aliquid ad ea quæ a te disserta sunt respondere, quoniam quidem scientia mihi mathesis nota est, et libenter cum erudito viro habeo sermonem. Accipe ergo ad ea quæ dixisti, ut evidenter agnoscas genesim ex stellis omnino non esse, et quia possibile sit obsisti adversum impugnationem dæmonum ab his qui confugiunt ad Deum, ac, sicut prædixi, non solum per timorem Dei naturales cohiberi concupiscentias posse, sed et per timorem hominum, sicut jam nunc edocebimus.

XIX. Leges sunt (89) in unaquaque regione vel regno ab hominibus positæ, sive scriptura sive etiam usu durantes, quas nemo facile transgreditur. Denique primi Seres, qui initio orbis terræ habitant, legem habent neque homicidium (90) neque adulterium neque scortum nosse, neque furtum committere, neque idola venerari ; et in illa omni regione, quæ est maxima, neque templum invenitur, neque simulacrum, neque meretrix, neque adultera, neque fur ad judicium deducitur, sed neque occisus ibi homo fertur aliquando, et tamen nullius libertas arbitrii compulsa est secundum vos a stella Martis ignita, ut ferro uteretur ad hominis necem, nec Venus cum Marte posita alienum matrimonium compulit vitiari, cum utique apud eos per singulos dies Mars medium cœli circulum teneat. Sed est apud Seres legum metus vehementior quam genesis constellatio.

XX. Sunt similiter et apud Bactros in regionibus Indorum immensæ multitudines Bragmanorum, qui et ipsi ex traditione majorum, moribus legibusque concordibus, neque homicidium neque adulterium committunt, neque simulacra colunt neque animantia edere in usu habent, nunquam inebriantur, nunquam malitiose aliquid gerunt, sed Deum semper timent; et quidem hæc illi, cum cæteri Indorum et homicidia et adulteria committant, et simulacra colant, et inebrientur, atque alia hujusmodi flagitia exerceant. Sed et in ipsius Indiæ nihilominus occiduis partibus regio quædam est (91), ubi hospites cum inciderint, capti immolantur et comeduntur, et neque bonæ stellæ vetuerunt eos ab hujusmodi flagitiis et ab exsecrandis cibis, neque malignæ stellæ compulerunt Bragmanas, ut aliquid agerent mali. Est rursus mos apud Persas, matres accipere in conjugium et sorores et filias, et sub illo omni axe incesta Persæ ineunt matrimonia.

XXI. Ac ne forte liceat his qui mathesim sequuntur uti illo perfugio quo dicunt, certas quasdam esse plagas cœli, quibus propria quædam habere conceditur, ex ipsa Persarum gente aliquanti ad peregrina profecti sunt, qui Magusæi (92) appellantur, ex quibus usque in hodiernum sunt alii in Media, alii in Parthia, sed et in Ægypto nonnulli, plures autem in Galatia et Phrygia, qui omnes incestæ hujus traditionis formam indeclinabilem servant, ac posteris custodiendam transmittunt etiam cum plagam cœli mutaverint, [a] nec tamen eos Venus cum Luna in finibus et domibus Saturni, cum Saturno attestante etiam Marte, compulit habere inter cæteros genesim (93).

XXII. Apud Gelos (94) quoque mos est, ut mulie-

[a] *Nec tamen... genesim* non leguntur in codd. Lipss.

## COTELERII NOTÆ.

(89) *Leges sunt*, etc. Hoc caput, et sequentia decem accepit auctor vel interpolator *Recognitionum* ex Bardesanis *Dialogis*, loco qui legitur apud Eusebium *Præpar. evang.* lib. VI, c. 10 editionis Græco-Latinæ a p. 274, D, ad p. 280, A. Ex utroque autem opere sua collegit Cæsarius quæstione 109 et 110, citatus etiam a Cedreno pag. 126, 127, edit. Basil. Quæ omnia inter se conferre operæ pretium fuerit. Nos pauca subnotabimus, quia doctus Eusebii interpres Cæsarianas lectiones ad Eusebianas apposuit. — Confer, si libet, tom. I nostræ *Biblioth.*, pag. 682-688, et *Prolegom.* cap. 26, § 3, pag. CXXIII seq.

(90) *Primi Seres, qui initio orbis terræ habitant, legem habent, neque homicidium*, etc. In Cæsario, οἱ τὸ ἄκρον τῆς χέρσου οἰκοῦντες. Itaque sic intelligi debet illud Bardesanis, ἐκ τῆς τοῦ κόσμου ἀρχῆς, hoc est, *a principio orbis*, non autem *ab orbis conditu*. Patet etiam ex Plinio et Mela.

(91) *Regio quædam est.* Ξενοδόρων Cæsario : Νεκροφάγων Epiphanio *Exposit. fid.*, num. 10, Cedrenus: Ἐν δὲ τοῖς ἐνδοτέροις μέρεσι τούτων, ἀνθρωποδοροῦντες καὶ τοὺς ἐπιξενωμένους ἀναιροῦντες κατεσθίουσιν, ὡς Κάβες. Quo loco una cum Xylandro ignoro quinam sint Cabes. Sed ex Georgio Hamartolo inedito chronographo, qui manuscriptus exstat in duobus codicibus Regiæ bibliothecæ, didici corrigendum esse, ὡς κύνες. Alias conjicerem Herodoti Callatias vel Padæos. Vide Glycam parte II, p. 143.

(92) *Magusæi.* Nomen æquivocum. Significat incestam hanc Bardesanis gentem : cujus mentionem quoque facit S. Basilius epistola 325. Significat omnes Persas, apud Suidam in vocibus γοητεία, Πέρσαι et Μαγών ; quo ultimo loco uno ductu legendum : Μαγὼγ, ὁ Πέρσης, μαγεία καὶ ἀστρολογία, ἀπὸ Μαγουσαίων ἤρξατο. Οἱ γάρ τοι Πέρσαι Μαγὼγ ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων ὀνομάζονται · καὶ Μαγουσαῖοι, οἱ αὐτοί. Atque ita cod. Reg. 2080, ubi alter 131, Μαγών. Ὁ Πέρσης. Ὅτι μαγεία, etc. Sed et Magusæus sive Maguseus de Mago dicitur, in *Vita S. Epiphanii* cap. 16, et a Basilio Seleuciensi orat. 38, pag. 202, ubi frustra corrigere tentat doctus interpres.

(93) *Compulit habere inter cæteros genesim.* Minus commode Græca convertit Rufinus, ἐν ταῖς τῶν πάντων γενέσεσιν εὑρίσκετο. Hoc est, *in omnium Magusæorum genituris reperta est.* Apud Cæsarium, ἐν ταῖς πάντων αὐτῶν γενέσεσιν εὑρίσκεσθαι οἷα τε.

(94) *Apud Gelos.* Corrupte in Glyca, *Annalium* parte II, p. 143, παρ' Ἀγιλαίοις. Scribi debet παρὰ Γήλοις, uti habetur in Bardesane apud Eusebium *P. E.*, p. 275, D; quo ex loco, et ex duobus codici-

Digitized by Google

res agricolentur, ædificent et omne opus virile perficiant, sed et misceri quibus volunt licet, nec incusantur a viris aut adulteræ appellantur, passim enim concubitus miscent et præcipue cum hospitibus, unguenta nesciunt, non induuntur veste fucata, non calceis; econtra viri Gelonum ornantur, pectuntur, indumentis mollibus et variis induuntur, auro compositi unguentisque delibuti, et hæc non pro dissolutione virium, sunt enim bellicosissimi et venatores acerrimi; [66] nec tamen universæ Gelonum mulieres, in Caprærcornu aut Aquario cacodæmonem Venerem nascentes habuere, neque viri eorum in Ariete cum Marte Venerem positam, per quod schema effeminatos et dissolutos nasci asserit viros Chaldaica disciplina.

XXIII. Porro vero in Susis mulieres unguentis et quidem optimis utuntur, ornamentis comptæ ex lapidibus pretiosis, ministeriis quoque ancillarum fultæ procedunt multo majore ambitione quam viri, nec tamen pudicitiam colunt, sed indifferens eis cum quibuscunque voluerint usus est et servis et hospitibus, tali licentia a viris permissa; et non solum non culpantur pro hoc, sed et dominantur in viros. [67] Nec tamen omnium genesis mulierum Susidarum in medietate cœli, cum Jove et Marte Venerem in Jovis domibus habent. In ulterioribus Orientis partibus, si puer muliebri se substernat injuriæ, cum agnitum fuerit, a fratribus aut parentibus vel quibuslibet proximis interficitur, nec sepultura donatur. Et rursus apud Gallos (95) lex prisca constituit nuptum tradi publice pueros, nec opprobrium ex hoc aliquod duci; et nunquid possibile est, ut omnes qui tam turpiter succumbunt apud Gallos, Luciferum cum Mercurio in domibus Saturni et finibus Martis habuerint?

XXIV. In Britanniæ partibus (96) plures viri unam habent uxorem, in Parthia multæ mulieres unum habent virum, et utraque orbis pars moribus suis atque institutis obsequitur. Amazones omnes non habent viros, sed sicut animalia semel in anno circa vernale æquinoctium proprios egressæ terminos, finitimæ gentis viris miscentur, solemnitatem quamdam per hoc observantes, ex quibus cum conceperint redeunt, et si marem pepererint abjiciunt, feminas nutriunt. [68] Cumque unius temporis sit omnium partus, absurdum est, ut in maribus quidem putetur Mars cum Saturno in tempore æquis esse portionibus, in feminarum vero genesi nunquam. Sed neque Mercurium (97) cum Venere habuisse in domibus propriis positum, ut vel pictores ibi vel sculptores vel trapezitas efficiat, aut in domibus Veneris, ut unguentarios vel vocales vel poetas producat. Apud Saracenos et superiores Libes et Mauros et circa ora maris Occani habitantes, sed et in extremis Germaniæ partibus et apud Sarmatas et Scythas atque omnes quæ sub axe septentrionis jacent Pontici littoris gentes, et in Chrysea (98) insula, nunquam invenitur trapezita nec sculptor, aut pictor, aut architectus, aut geometres, aut tragœdus, aut poeta; ergo deficit apud eos Mercurii Venerisque constellatio.

XXV. Ex omni orbe terrarum Medi (99) tantum-

[66] *Nec tamen... disciplina* desunt in codd. Lipss. *habuerint* pariter desunt in utroque codd. Lipss. *constellatio* desiderantur in codd. Lips.

[67] *Nec tamen... habent*, et paulo infra: *et nunquid... Cumque... poetas producat* et in fine hujus cap. *ergo...*

## COTELERII NOTÆ.

bus Regiis emendandus venit Bardesanes, ibidem, p. 280, A, παρὰ Βάκτροις καὶ Γήλοις, non Γάλλοις. Indiligenter autem Bardesanem ac *Recognitiones* hic legit Cæsarius. Rufinus vero habebat in codice suo ἀνανδρείους, non ἀνδρείους. Corrige obiter Scylacis Periplum capite de Liburnis: Οὗτοι γυναικοκρατοῦνται· καὶ εἰσὶν αἱ γυναῖκες ἀνδρῶν ἐλευθέρων· μίσγονται δὲ τοῖς ἑαυτῶν δούλοις, καὶ τοῖς πλησιοχώροις ἀνδράσι. Legendum, ἐλεύθεραι. *Hi muliebri imperio subjecti sunt: et mulieres a viris sunt liberæ; miscentur autem cum suis servis, vicinarumque regionum viris.*

(95) *Apud Gallos.* Id etiam testantur Diodorus Siculus, lib. v, et Athenæus, lib. XIII.

(96) *In Britanniæ partibus*, etc. De antiquis Britannis verba sunt Cæsaris lib. v *De bello Gallico* cap. 5: *Uxores habent deni duodenique inter se communes, et maxime fratres cum fratribus, et parentes cum liberis.* De multo recentioribus autem sui temporis ait Gildas, in *Epistola de excidio Britanniæ: Reges habet Britannia, sed tyrannos; judices habet, sed impios, sæpe prædantes, et concutientes innocentes; vindicantes, et protegentes, sed reos et latrones; quamplurimas conjuges habentes, sed scortantes.* Apud Scotos vero gentem Britannicam, communes exstitisse uxores discimus a Hieronymo lib. II *adversus Jovinianum* c. 6. Nec dissimiliter Hiberni in Strabone lib. IV. Quod spectat ad Parthos, uxores dulcedine variæ libidinis singuli plures habebant; ut verbis Justini Historici lib. XLI, utar. Hoc porro in ioco, et Noster paululum deflexit a Bardesane, et diligentia defuit Cæsario.

(97) *Sed neque Mercurium*, etc. Hæc carent sensu, nec possunt construi. Equidem re attente considerata, comparatisque inter se tribus auctoribus, Bardesane, pseudo-Clemente et Cæsario, arbitror in Græco hic scriptum fuisse ἀλλὰ μήν, Rufinum vero transtulisse *sed et*, aut si transtulerit *sed neque*, perperam legisse ἀλλὰ μή. Dein *ut* particulam esse concedentis existimo.

(98) *Chrysea.* De Chryse consule geographos, necnon Salmasii Exercitationes Plinianas.

(99) *Medi.* Narrat hoc de Bactrianis Onesicritus apud Strabonem lib. XI. De iisdem Bactriis seu Bactris, et de Hyrcanis Porphyrius, IV Περὶ ἀποχῆς ἐμψύχων num. 21 ac post eum Eusebius *Præpar. evang.* lib. I, cap. 14, et Hieronymus II *in Jovinianum*, 6. Qui postremus, ut id obiter moneam, minus commode Porphyrii καταχρημνίζουσιν convertit *suspendunt in patibulis*, uti etiam patet ex Theodoriti sermone *De legibus*, p. 615. Ab aliis autem refertur usitatum fuisse apud Bactrianos, Hyrcanos, Persas, Assyrios, Caspios, Indorum aliquos, Parthos aliosque, mortuorum cadavera canibus, bestiis, vulturibus, volucribus devoranda projicere. Unde dictum Diogenis in Stobæi sermone 122. Ὅτι ἂν μὲν κύνες αὐτὸν σπαράξωσιν, Ὑρκανία ἔστα. ἢ τάφῃ· ἂν δὲ γῦπες, Βάκτρων. Ita enim emendo in voce nihili ἀπτέον, adductus auctoritate Plutarchi, qui in libello *An vitiositas ad infelicitatem sufficiat*, hæc habet: Ὑρκάνων δὲ κύνες, Βακτριανῶν δὲ ὄρνιθες νεκροὺς ἐσθίουσιν κατὰ νόμους, ὅταν μακαρίου τέλους τυγχάνωσιν.

Digitized by Google

modo summa observantia adhuc spirantes homines canibus devorandos abjiciunt, [69] et non ob hoc Martem cum Luna per diurnam genesim in Cancro positos habent. Indi mortuos suos incendunt, cum quibus et uxores defunctorum sponte se offerentes exuruntur. Sed non ideo omnes quæ vivæ incenduntur Indorum mulieres, in nocturna genesi sub terra habent Solem cum Marte in partibus Martis. Germanorum plurimi laqueo vitam finiunt, nec idcirco omnes Lunam cum hora, Saturno et Marte circumcinctas habent. Sed non in omni gente, et in omni die per omnem diversitatem genesis nascuntur homines? Ex quibus omnibus apparet, quia metus legum in unaquaque regione dominatur, et arbitrii libertas quæ est hominibus insita per spiritum, obtemperat legibus, nec cogere potest genesis aut Seres homicidium committere, aut Bragmanos carnibus vesci, aut Persas incesta vitare, vel Indos non exuri, aut Medos non a canibus devorari, Parthos non habere plures uxores, aut mulieres Mesopotamiæ non servare pudicitiam, Græcos non exerceri palæstris, Gallorum pueros non pati muliebria, vel gentes barbaras Græcorum studiis institui, sed, ut diximus, unaquæque gens suis legibus utitur pro libertatis arbitrio, et decreta genesis legum severitate depellit.

XXVI. [70] Sed dicet aliquis eorum qui in disciplina mathesis eruditi sunt, genesim in septem partes dirimi, quæ illi climata appellant (100), dominari vero unicuique climati unam ex septem stellis, et istas quas exposuimus diversas leges non ab hominibus positas, sed ab istis principibus secundum uniuscujusque voluntatem; et hoc quod stellæ visum est, legem ab hominibus observatam. Ad hæc ergo respondebimus, quod primo quidem non est in septem partes orbis terræ divisus, tum deinde et si ita esset, in una parte et in una regione invenimus multas differentias legum, et ideo neque septem sunt secundum numerum stellarum, neque duodecim secundum numerum signorum, neque triginta et sex secundum numerum decanorum, sed sunt innumeræ.

XXVII. Meminisse autem debemus eorum quæ supra enumerata sunt, quod in una Indiæ regione sunt et qui hominum carnibus vescantur, et sunt qui etiam a pecudibus vel avibus omnibusque animantibus abstineant, et quia Magusæi non solum in Perside matres ac filias accipiunt in matrimonium, sed et in omni gente ubicunque habitaverint, malorum suorum incesta instituta custodiunt. Tum præterea et innumeras gentes memoravimus, quæ penitus studia nesciunt litterarum. Sed et aliquanti sapientes viri ipsas leges in nonnullis commutaverunt locis, aliæ vero etiam sponte pro sui vel impossibilitate vel inhonestate derelictæ sunt. Certe, quod in promptu est noscere, quanti imperatores gentium quas vicerant leges et instituta mutarunt, et suis eas legibus subjecerunt! Quod evidenter a Romanis factum docetur, qui omnem pene orbem omnesque nationes propriis primo et variis legibus institutisque viventes, in Romanorum jus et civilia scita verterunt. [71] Superest ergo ut et stellæ gentium, quæ a Romanis victæ sunt, climata sua partesque perdiderint.

XXVIII. Addam adhuc rem, quæ possit etiam valde incredulis satisfacere. Judæi omnes (1) qui sub lege Moysi vivunt, filios suos octava die absque ulla dilatione circumcidunt, et infantis teneri sanguinem fundunt; a sæculo autem nullus ex gentibus hoc die octava perpessus est, et econtra Judæorum nullus omisit. Quomodo ergo in hoc ratio genesis stabit? cum per cunctas orbis terræ partes omnes Judæi admisti gentibus vivant, et octava ferrum perferant die unius in membri loco, et nemo gentilium, sed ipsi soli, ut dixi, hoc faciunt, [72] non stella cogente nec perfusione sanguinis perurgente, sed lege religionis adducti, et in quocunque orbis loco fuerint hoc est eis insigne vernaculum. Sed et quod unum nomen omnibus inest ubicunque fuerint, nunquid et hoc per genesim venit? et quod

[69] *Et non.. habent* atque illa quæ in sequentibus ad astrologiam spectant omnia *sed non... Martis et nec idcirco... Martis* non leguntur in codd. Lipss. [70] *Sed dicet .. instituta custodiunt* (cap. 27) desunt in codd. Lipss. [71] *Superest... perdiderint* desunt in codd. Lipss. [72] *Non stella... aut emere* non leguntur in codd. Lipss.

## COTELERII NOTÆ.

(100) *Genesim in septem partes dirimi, quæ illi climata appellant.* Difficile est de hoc loco statuere. Nam si exigatur ad Cæsarium, mutilus apparebit; si vero ad Bardesanem, videbitur Rufinus legisse γενέσιν pro γῆν. Verba prioris sunt: Ἀλλ' ἑπτὰ ὄντων τῇ γενέσει ἡμῶν ἀνακειμένων ἀστέρων, εἰς ἑπτὰ λέγομεν κλίματα τὴν γῆν διαιρεῖσθαι. Posterioris autem: Οἱ δὲ ἀστρονόμοι φασὶ τὴν γῆν ταύτην μεμερίσθαι εἰς ἑπτὰ κλίματα. Cæterum septem quoque climata ponit Servius ad I *Georgicon*, enumeratque Isidorus *Originum* lib. III, cap. 41: quæ tamen octo leges apud Martianum Capellam lib. VIII, p. 296.

(1) *Judæi omnes.* Idem argumentum vulgo urgent sancti Patres. Quod autem hic dicitur nullum gentilium unquam circumcisionem octavo die passum fuisse, confutari posse videtur per narrationem Philostorgii de Homeritis ea die circumcidi solitis, lib. III, c. 4. Verum forsan Homeritæ post tempora nostri Auctoris ritum suum mutavere, edocti a Judæis inquilinis. Etenim Arabes erant: circumcidebantur porro Arabes anno 13, teste Origene apud Eusebium *Pr. evang.* lib. VI, cap. 11, p. 293, et in *Philocaliæ* cap. 22, pag. 363, necnon Eustathio in *Hexaemeron* ubi de Abrahamo. Μετὰ ἔτος τρισκαιδέκατον, *post decimum tertium annum*, inquit Josephus *Antiquitatum* lib. I, cap. 13, quod eodem recidit, ut constat ex ejusdem libri cap. 11, hoc est, anno 13 completo. Certe Ambrosius, lib. II *De Abrahamo*, c. 11, refert ab Ægyptiis circumcisos fuisse pueros annum agentes quartumdecimum. Atque ex his suspectum habeo locum Procopii Gazæi ad Gen. I, 14: *Quare apud Ismaelitas sacerdotes ubi natt fuerint annos decem, circumcisione signantur?* ne τγ, detrito, γ, transierit in ι.

Digitized by Google

nunquam apud eos infans natus exponitur, et quod septimo quoque die omnes ubicunque fuerint, otium gerunt nec iter incedunt nec igni utuntur (2)? Quid est ergo, quod nullum Judæorum in illa die cogit genesis aut iter agere (3), aut ædificare, aut vendere aliquid, aut emere?

XXIX. Quinimo et majorem fidem rerum præsentium dabo. Ecce enim ex adventu justi et veri Prophetæ vixdum septem anni sunt, in quibus ex omnibus gentibus convenientes homines ad Judæam, et signis ac virtutibus quæ viderant, sed et doctrinæ majestate permoti, ubi receperunt fidem ejus, abeuntes ad regiones suas illicitos quosque gentilium ritus et incesta sprevere conjugia. Denique apud Parthos, sicut nobis Thomas, qui apud illos Evangelium prædicat, scripsit (4), non multi jam erga plurima matrimonia diffunduntur, nec multi apud Medos canibus objiciunt mortuos suos, neque Persæ matrum conjugiis aut filiarum incestis matrimoniis delectantur, nec mulieres Susides licita ducunt adulteria; nec potuit ad crimina genesis compellere, quos religionis doctrina prohibebat.

XXX. [73] Ecce ex hoc ipso conjice, et de his in quibus sumus locis, conjecturam cape, quomodo fama tantum perferente ad aures hominum, quod Propheta in Judæa apparuit, qui signis et virtutibus doceret homines unum colere Deum, omnes paratis intentisque animis exspectabant, etiam ante adventum domini mei Petri, ut sibi aliquis quæ docuisset ille qui apparuit, nuntiaret. Sed ne multa enumerare videamur, dicam quo debeant cuncta concludi: Cum Deus justus sit et ipse fecerit hominum naturam, quomodo poterat fieri, ut ipse poneret genesim contrariam nobis, quæ nos cogeret ad peccatum et rursus ulcisceretur ipse peccantes? Unde certum est, quod non aliam ob causam Deus sive in præsenti sive in futuro sæculo peccatorem punit, nisi quia scit eum potuisse vincere, sed neglexisse victoriam; infert enim et in præsenti sæculo vindictam in homines, sicut in eos fecit qui diluvio perierunt, qui utique omnes una die, imo una hora exstincti sunt, cum certum sit non eos esse secundum genesis ordinem una hora natos. Absurdissimum est autem dicere, quia ex natura nobis accidat pati mala, si non prius peccata præcesserint.

XXXI. Et ideo si salutis curam gerimus, ante omnia scientiæ debemus operam dare, certi quod si mens nostra in ignorantia perseveret, non solum genesis mala, sed et alia extrinsecus quæcunque dæmonibus visa fuerint perferemus, nisi metus legum et futuri judicii obsistat omnibus desideriis, et impetum peccandi refrenet. Nam et humanus timor multa bona, multa etiam mala agit, quæ genesis nescit, sicut supra ostendimus. Triplici igitur modo mens nostra erroribus subjacet: ex his quæ per malam consuetudinem veniunt, vel ex his quæ corpus naturaliter suggerit desideriis, vel ex his quæ contrariæ potestates perurgent; sed his

[73] *Ecce... enumerare videamur* desunt in utroque codd. Lipss.

## COTELERII NOTÆ.

(2) *Nec igni utuntur.* Propter legem Dei Ex. xxxv, 3: *Non succendetis ignem in omnibus habitaculis vestris per diem Sabbati.* Quo factum suspicari quis possit, ut Rutilius *Itinerarii* lib. i, v. 389, Sabbata Judæorum *frigida* appellaverit:

*Cui Sabbata frigida cordi.*

Atque hinc etiam forte originem sumpsit celebris paganorum opinio de Sabbatico jejunio Judæorum. Facile enim sibi persuadebant eos jejunare, apud quos focum igne lucentem cernere non erat.

(3) *Iter agere.* Arbitror scriptum fuisse in Græco ex Bardesane καταλῦσαι, quod perperam apud Eusebium per verbum *demoliri* interpretantur. Rem verbo significatam illustrarunt multi, præsertimque sacræ Scripturæ interpretes ad Act. i, 12. Sed nescio an a quoquam expensa fuerint ista Suidæ: Σαββάτου ἔχων ὁδόν· Δισχιλίων πήχεων ἦν. Τοσοῦτον γὰρ ἡ κιβωτὸς διάστημα προελάμβανε τὴν παρεμβολήν. Καὶ ἀπὸ τοσούτου διαστήματος ἐκείνουν οἷς ἐξῆν προσχυνεῖν τὴν σκηνὴν ἐν Σαββάτῳ βαδίζειν. Quæ videntur ex Theophylacto et Œcumenio hoc pacto concinnanda: Σαββάτου ἔχων (sic ms. Reg. 130) ὁδόν· δισχιλίων πήχεων ἦν. Τοσοῦτον γὰρ ἡ κιβωτὸς προελάμβανε τὴν παρεμβολὴν καὶ ἀπὸ τοσούτου διαστήματος ἐσκήνουν· ὃ ἐξῆν. προσκυνεῖν τὴν σκηνὴν, ἐν Σαββάτῳ βαδίζειν. Hoc est: *Sabbati viam habens. via erat bis mille cubitorum. Tanto enim intervallo arca castra præcedebat; et a tanto spatio tentoria figebant: quod licebat, ad adorandum tabernaculum, in Sabbato obire.* Consuetudines autem huic et superiori consimiles irrepsisse aliquando inter Christianos, discimus ex canone 28 concilii Aurelianensis III et Vernensi XIV.

(4) *Denique apud Parthos; sicut nobis Thomas qui apud illos Evangelium prædicat, scripsit.* Antiqua traditio est apud Eusebium *Hist. eccl.* lib. III, cap. 1, et opinio communis, Thomæ Parthiam, in qua Christi fidem annuntiaret, sortito obtigisse. Addunt alii ab eodem apostolo Evangelium prædicatum etiam Indis, Medis, Persis, Hyrcanis, Bactris, Magis, Germanis seu potius Carmanis et Æthiopibus, necnon incolis extremæ Orientis oræ ac ultimi Oceani insulæque Taprobanes. Sed notari præcipue debet versus S. Paulini, Natali XI:

*Parthia Matthæum complectitur, India Thomam,*

quia Thomæ Indiam peculiariter assignant quoque Gregorius Nazianzenus oratione 25, Hieronymus epistola 148, Metaphrastes et Abdias; Matthæum vero Parthos etiam prædicatione sua illustrasse memoriæ traditum est. Observatu quoque dignus est locus Hippolyti, libello *De duodecim apostolis*, prout jacet in ms. Regio 1789 · Θωμᾶς δὲ Πάρθοις, Μήδοις, Πέρσαις, Ὑρκανοῖς, Βάκτροις, Μάργοις (l. Μάγοις etiam ex cod. Reg. 1026) κηρύξας, ἐλαχιδάσθη (in marg. eadem manu ἐλογχιάσθη) τοῖς τέτρασι (pro τέτταρσι) μέρεσιν αὐτοῦ, ἐν πόλει Καλαμήνῃ τῆς Ἰνδικῆς, καὶ θάπτεται ἐκεῖ. Inde enim apparet cur in alio codice et in editione Combefisiana exhibeatur, ἐλαχήδη ἐλογχιάσθη. Scilicet, ἐλαχήδη corruptum ex ἐλαχίδι in textum irrepsit, quod ad marginem designabat variam lectionem ἐλαχιδιάσθη. Significat autem ἐλαχιδιάσθη, *laceratus est.*

Digitized by Google

singulis obsistere et repugnare habet in natura sua mens, cum ei obfulserit veritatis agnitio, per quam scientiam timor futuri judicii datur, qui sit idoneus animæ gubernator et qui eam possit a concupiscentiarum præcipitiis revocare. Quia ergo sint hæc in nostra potestate, sufficienter dictum est.

XXXII. Nunc et tu senex, si quid habes quod ad hæc respondeas, incipe. Senex ad hæc : Plenissime, ait, ostendisti, fili ; sed ego, sicut dixi ex initio, omni huic incomparabili assertioni tuæ, a propria conscientia prohibeor accommodare consensum. Novi enim et meam genesim et conjugis meæ, et scio ea quæ unicuique nostrum dictabat genesis accidisse, et ab his quæ rebus et operibus comperta sunt mihi, nunc verbis transferri non possum. Denique quoniam te apprime imbutum video in hujuscemodi disciplinis, audi conjugis meæ thema, et invenies schema cujus exitus accidit. Habuit enim Martem cum Venere super centrum, Lunam vero in occasu in domibus Martis et finibus Saturni, quod schema adulteras facit et servos proprios amare, in peregrinatione et in aquis defungi, quod et ita factum est ; incidit namque in amorem servi, et periculum simul atque opprobrium metuens fugit cum ipso, et peregre profecta ubi amori suo satisfecit, periit in mari.

XXXIII. Et ego respondi : Unde scis quia peregre servo suo sociata est et in ejus consortio posita defungitur ? Et senex : Certissime, inquit, scio, revera non quia nupserit servo, quippe qui neque hoc quidem quod eum amaret agnoveram, sed postquam profecta est, frater meus mihi enarravit, dicens, quod primo quidem ipsum adamasset ; sed ille quia erat honestus, utpote frater, noluit torum fratris incesti macula polluere. Sed illa et me verens, et opprobrium non ferens infelix (neque enim imputandum ei est, quod eam genesis facere compulit), finxit somnium et ait ad me : Astitit mihi quidam per visum, qui jussit me cum duobus geminis meis sine mora ex Urbe proficisci. Hæc ergo cum audissem, pro salute ejus filiorumque sollicitus, confestim ipsam et liberos exire feci ; unum qui erat junior, mihi retinui ; hoc enim eum qui responsa in somnis dederat, permisisse dicebat.

XXXIV. Tum ego Clemens, intelligens quod ipse fortassis esset pater meus, lacrymis oppletus sum ; fratres quoque meos volentes prosilire et aperire rem, prohibuit Petrus dicens : Quiescite quoadusque mihi placuerit. Respondens ergo Petrus ait ad senem : Quod nomen erat juniori filio tuo ? At ille ait : Clemens. Et Petrus : Si tibi, inquit, hodie conjugem tuam castissimam consignavero cum tribus filiis tuis, credis quia potest pudica mens motus irrationabiles superare, et quod omnia quæ a nobis dicta sunt, vera sint et genesis nihil sit ? Et senex : Sicut impossibile est, inquit, te exhibere quod promisisti, ita impossibile est extra genesim fieri aliquid. Tum Petrus : Testes, inquit, habere volo omnes hos qui præsentes sunt, me tibi hodie conjugem tuam cum tribus vestris liberis viventem pudicissime traditurum ; et jam nunc accipe fidem rerum ex eo, quod omnem causam multo diligentius scio quam tu, cunctaque tibi per ordinem quæ gesta sunt enarrabo, ut et tu cognoscas et qui præsentes sunt discant.

XXXV. Et cum hæc dixisset, conversus ad turbas ita cœpit : Hic quem videtis, o viri, in hac veste pauperrima, Romanæ urbis est civis, ex genere ipsius Cæsaris descendens ; nomen ei Faustinianus, uxorem quoque nobilissimam Matthidiam nomine sortitus est, ex qua tres filios suscepit, quorum duo gemini, unus autem qui erat junior, cui nomen Clemens, hic est. Et cum hoc dixisset, digito me ostendit. Gemini autem filii ejus sunt isti, Niceta et Aquila, quorum alius Faustinus vocabatur prius, et alius Faustus. Simul autem ut nomina nostra enuntiavit Petrus, senex resolutis membris omnibus, quasi interceptus concidit. Nos autem filii irruentes super eum, complectebamur et osculabamur, verentes simul ne spiritum revocare non posset. Et cum hæc fierent, populus quidem admiratione ipsa obstupefactus est.

XXXVI. Petrus autem surgere nos a complexibus patris, ne eum necaremus jubet, et ipse apprehensa manu ejus, quasi de somno quodam profundo elevans eum et paululum recreans, omnia quæ gesta fuerant secundum veritatem cœpit exponere : quomodo frater ejus in amorem inciderit Matthidiæ, et illa cum esset pudicissima, illicitum fratris amorem viro indicare noluerit, ne vel bellum fratribus vel opprobrium generi indiceret, sed sapienter somnium finxerit, quo ex Urbe juberetur excedere cum geminis filiis, juniore apud patrem relicto ; utque navigantes naufragium vi tempestatis incurrerint, et ad insulam Antaradum nomine expulsi, Matthidia quidem supra saxum quoddam fluctu jactante projecta sit, gemini vero liberi rapti a piratis et Cæsaream perducti, religiosæ cuidam feminæ venundati sint, quæ eos in filiorum loco habens liberaliter educaverit et erudiri fecerit, eorumque nomina piratæ immutaverint et Nicetam alium, alium Aquilam vocitaverint ; utque post hæc studiorum et consuetudinis causa Simoni adhæserint, atque ab eo, ubi magum et deceptorem viderunt, aversi accesserint ad Zacchæum, et ut post hæc sociati sunt sibi ; sed et Clemens quomodo ex Urbe agnoscendæ veritatis causa profectus, per Barnabæ notitiam Cæsaream venerit sibique innotuerit et adhæserit, utque ab eo sit de fide religionis edoctus ; sed et qualiter apud Antaradum mendicantem repererit et recognoverit matrem, utque omnis insula in ejus recognitione gavisa sit, et de pudicissimæ hospitæ contubernio atque ejus per semetipsum collata sanitate, et de liberalitate Clementis in eos qui erga matrem benefici exstiterant ; utque post hæc Niceta et Aquila requirentes quænam esset peregrina mulier, cum audissent a Clemente omne negotium, se esse geminos ejus filios Faustinum



Digitized by Google

exclamaverunt et Faustum, omnemque historiam quæ eos egerit patefecerint; utque post hæc matri cautius, ne subito gaudio interciperetur, ipso insinuante, oblati sint, Petro.

XXXVII. Sed cum hæc in auditu senis narratione gratissima turbis exponeret Petrus, ita ut audientes gestorum miraculis et humanitatis miseratione lacrymarent, nescio unde audiens mater de recognitione patris, cursu concito irruit in medium nostri, cum clamore dicens: Ubi est meus vir, meus dominus Faustinianus, qui tam multis temporibus affligitur, ambulans per urbes singulas et me quærens? Hæc cum illa quasi amens clamaret et circumspiceret, senex accurrens cum multis lacrymis amplecti et constringere eam cœpit. Et cum hæc gererentur, Petrus rogavit turbas ut discederent, dicens inverecundum esse ultra persistere, sed dandum eis locum familiarius invicem se videndi; crastino autem hic, inquit, si qui vestrum volunt, conveniant ad audiendum verbum.

XXXVIII. His a Petro dictis secesserunt turbæ, et cum vellemus nos quoque ire ad hospitium, dominus domus ait ad nos: Turpe est et impium tales ac tantos viros manere in stabulo, cum ego omnem pene domum vacantem habeam, lectosque stratos quamplurimos et quæ necessaria sunt parata. Sed Petro contradicente, uxor patrisfamilias una cum liberis suis prostrabat se ante eum et exorabat dicens: Obsecro te, mane apud nos. Sed ne sic quidem acquiescebat Petrus, donec filia eorum qui rogabant, ab immundo spiritu temporibus multis vexata et catenis vincta, quæ fuerat intra conclave clausa, effugato a se dæmone et ostiis patefactis cum catenis suis veniens procidit ad pedes Petri, dicens: Rectum est, mi domine, ut agas hodie hic salutaria mea (5), et non contristes neque me neque parentes meos. Petro autem requirente catenarum sermonumque ejus causam, parentes præter spem læti effecti de filiæ sanitate, velut stupore quodam attoniti ipsi quidem dicere nequeunt, astantes autem famuli aiunt: Hæc a septimo ætatis anno a dæmone occupata, omnes qui accedere tentassent ad eam, scindere, dilaniare morsibus, etiam disrumpere, et hoc per viginti annos usque ad præsens facere nunquam destitit, nec ab aliquo potuit curari, sed ne accedere ad eam quisquam valebat; multos enim inutiles reddidit, alios et peremit, omnibus enim viris validior erat, sine dubio viribus dæmonis nisa. Nunc autem, ut vides, ex præsentia tua dæmon quidem fugit, ostia vero quæ summo cum munimento clausa fuerant, aperta sunt, et ipsa sana stat ante te rogans, ut diem salutarium suorum lætum et ipsi et parentibus facias, et maneat apud eos. Hæc cum ita unus ex famulis enarrasset, et ipsæ catenæ de manibus ejus ac pedibus fuissent sponte resolutæ, Petrus certus quod per ipsum sanitas hæc reddita sit puellæ, acquievit manere apud eos. Sed et illos qui remanserant in hospitio una cum uxore sua transire jussit, et unusquisque acceptis seorsum cubiculis mansimus, atque ex more cibo sumpto redditisque laudibus Deo, suis singuli requievimus locis.

# LIBER DECIMUS.

I. Mane autem, exorto sole, ego Clemens et Niceta atque Aquila una cum Petro venimus ad locum in quo pater simul cum matre requiescebat; et cum adhuc eos dormientes reperissemus, pro foribus consedimus, ubi Petrus talibus apud nos sermonibus utitur: Audite me, dilectissimi conservi, scio quia grandem habetis affectum erga patrem vestrum, vereor ergo ne ante tempus eum perurgeatis jugum religionis suscipere, nondum ad id paratum, ad quod forte pro vestri gratia videatur acquiescere. Sed hoc non est firmum; quod enim propter homines fit, probabile non est et cito dilabitur. Ideoque videtur mihi, ut concedatis ei anno uno vivere pro arbitrio, in quo potest iter agens nobiscum, dum nos alios docemus, etiam ipse simpliciter audire; et audiens, siquidem agnoscendæ veritatis rectum propositum gerit, ipse rogabit ut suscipiat religionis jugum, aut si non placet ei recipere, permaneat amicus. Hi enim qui non id ex corde suscipiunt, cum cœperint ferre non posse, non solum abjiciunt quod susceperant, sed quasi pro excusatione infirmitatis suæ, incipiunt viam religionis blasphemare, et male loqui de his quos nequaquam sequi aut imitari potuerunt.

II. Ad hæc Niceta respondit: Non contradico, domine mi Petre, rectis et bonis consiliis tuis, sed dicere aliquid volo, ut per hoc discam quod nescio. Quid si intra annum hunc, quo differri eum jubes, moriatur pater noster? descendet in infernum vacuus et cruciandus in æternum. Tum Petrus: Amplector, inquit, benignum erga patrem propositum tuum, et ignosco tibi de his quæ ignoras. Quid enim censes, quia si quis putatur juste vixisse, iste continuo salvabitur? Non putas eum discutiendum ab eo qui occulta hominum novit, quomodo juste vixerit, ne forte ritu gentilium (6), institutis eorum

## COTELERII NOTÆ.

(5) *Salutaria mea.* Τὰ σωτήρια. Res satis nota vel mediocriter eruditis.
(6) *Gentilium*, hoc est ὁμοεθνῶν, non Ἑλλήνων.

Digitized by Google

et legibus parens, vel pro amicitiis hominum, aut pro sola consuetudine aut qualibet alia ex causa vel necessitate, et non propter ipsam justitiam neque propter Deum? Qui enim propter solum Deum et justitiam ejus juste vixerint, ipsi ad æternam requiem venient et perpetuitatem regni cœlestis accipient. Salus enim non vi acquiritur, sed libertate, nec per hominum gratiam, sed per Dei fidem. Tum præterea cogitare debes, quia Deus præscius est et novit si hic suus est; quod si novit eum non esse, quid faciemus ad ea quæ ex initio statuta sunt ab eo? In quo autem possum, consilium do; cum evigilaverit et sederimus, vos quasi aliquid discere volentes, proponite ex his duntaxat quæ illi expedit discere, et dum nos loquimur inter nos, ille instruetur. Sed tamen primo quiescite, ut si forte ipse videatur aliquid interrogare; quod si fecerit, aptior erit sermonis occasio; si vero ipse nihil quærit, nos ab alterutro, sicut dixi, discere aliquid volentes rogemus vicissim. Mihi ita videtur, etiam vobis quid placeat dicite.

III. Cumque collaudassemus ejus rectum consilium, ego Clemens aio: In omnibus rebus plurima ex parte ad initium respicit finis, similisque principiis rerum exitus datur; spero ergo etiam circa patrem nostrum, quoniam per te Deus bona initia dedit, his congruum seque dignum largietur et finem. Verumtamen etiam illud suggero, si, ut dixisti, cœperimus, præsente patre, quasi inter nos aliquid tractandi vel discendi gratia loqui, tu mi domine Petre, non debes eum locum agere, quasi qui discere aliquid debeas; hoc enim si videat, fortasse magis offendetur, certus est enim te omnia scire diligenter, sicut et vere est. Quale ergo erit, si te videat ignorantiam simulantem? Hoc eum, ut dixi, magis lædere poterit, nescientem consilium tuum. Sed nos quidem fratres inter nos sermonem habentes, si in aliquo dubitemus, a te quæstioni nostræ finis congruus detur; nam et si te cunctantem videat aut dubitantem, tunc vere putabit, quod apud nullum erit scientia veritatis.

IV. Et Petrus ad hæc respondit: Omittamus hæc, et si quidem dignum est ut ingrediatur januam vitæ, Deus occasionem competentem dabit, eritque initium ex Deo et non ex homine. Et ideo, sicut prius dixi, permittite eum iter agentem nobiscum audire nos aliquid disputantes; sed quoniam festinantes vos vidi, idcirco dixi opportunitatem quærendam; quam cum dederit Deus, vos quoque ad ea quæ dixero obtemperate mihi. Hæc nobis sermocinantibus, venit puer dicens vigilare jam patrem; et cum vellemus ingredi ad eum, ipse venit ad nos, et osculo nos salutans, cum resedissemus, ait: Licetne percunctari, si quid volet quis, an secundum Pythagoricos tacendum semper est? Et Petrus: Nos nec silere semper, neque percunctari cogimus accedentes ad nos, sed relinquimus ipsorum libertati facere ut volunt, scientes quod qui curam gerit salutis suæ, si in parte aliqua sentit animæ suæ dolorem, tacere non patitur. Qui vero negligit salutem suam, si interrogare cogatur, nihil ex hoc utilitati ejus confertur, nisi hoc solum, ut studiosus esse videatur et diligens. Quamobrem tu si quid discere vis, require.

V. Et senex ait: Est quidam sermo apud Græcorum philosophos (7) vehemens valde, qui dicit, in vita hominum re ipsa neque bonum esse aliquid, neque malum; sed quæ videntur hominibus usu et consuetudine præventis vitæ, hæc aut mala dicunt aut bona. Nam neque homicidium revera malum est, quia animam vinculis carnis absolvit; denique, aiunt, et justi quique judices peccantes perimunt. Quod si homicidium scirent malum esse, non utique id justi homines facerent. Neque adulterium malum esse dicunt: si enim ignoret vir aut non curet, nihil, aiunt, mali est. Sed neque furtum malum esse: quod enim deest alicui, aufert ab alio qui habet, quod quidem oportebat libere sumi et publice; sed quia occulte fit, in hoc magis illius a quo clam aufertur inhumanitas redarguitur. Communis enim usus omnium quæ sunt in hoc mundo, omnibus esse hominibus debuit; sed per iniquitatem alius hoc suum dicit esse, et alius illud, et sic inter mortales divisio facta est. Denique Græcorum quidam sapientissimus (8) hæc ita sciens esse, ait, communia debere esse amicorum omnia; in omnibus autem sunt sine dubio et conjuges. Et sicut non potest, inquit, dividi aer neque splendor solis, ita nec reliqua quæ communiter in hoc mundo data sunt omnibus ad habendum, dividi debere, sed habenda esse communia. Hæc autem dicere volui,

## COTELERII NOTÆ.

(7) *Est quidam sermo apud Græcorum philosophos.* Archelaum, Cyrenaicos, Theodorum ἄθεον, et Pyrrhonios: quorum insaniam secuti sunt postea Gnostici. Atque huc pertinebit elegans Apophthegma Hieroclis relatum in Agellii *Noctibus* lib. IX, c. 5, his verbis: *Taurus autem noster, quoties facta mentio Epicuri esset, in ore atque in lingua habebat verba hæc Hieroclis Stoici, viri sancti et gravis:* Ἡδονῆς τέλος πόρνης δόγμα. Οὐκ ἔστι πορνεία οὐδὲν πόρνης δόγμα. Dummodo ex mea opinione ita legatur: Ἡδονὴ τέλος· πόρνης δόγμα. Οὐκ ἔστι πορνεία οὐδὲν· πόρνης δόγμα. *Voluptas finis: meretricis dogma. Stuprum nihil est: meretricis dogma.* At viro magni ingenii magnæque doctrinæ Joanni Pearsono in Prolegomenis ad Hieroclem videtur corrigi debere: Ἡδονὴ τέλος· πόρνης δόγμα. Οὐκ ἔστι πρόνοια οὐδέν· πόρνης δόγμα. Ejusque lectionem firmat codex Tornæsianus.

(8) *Græcorum quidam sapientissimus.* Socrates apud Platonem in opere *De republica.* Quos ideo arguunt plurimi: defendere vero conantur alii; ut discere est ex lectione Clementis Alexandrini *Strom.* III, pag. 430, 431; Arriani in *Epicteto* lib. II, c. 4; Luciani in *Fugitivis;* Eusebii *Præp. evang.* lib. XIII, c. 19; Theodoriti Sermone *De legibus,* ac Nicetæ Choniatæ lib. IV *Thesauri,* c. 10.

Digitized by Google

quoniam quidem cupio me inclinare ad bene agendum, et non possum bene agere, nisi prius didicero quid sit bonum; quod si intelligere potuero, ex ipso etiam quid sit malum, hoc est huic contrarium, advertam.

VI. Verum ad hæc quæ dixi, unum e vobis respondere volo, non Petrum; non enim dignum est, ab illo verba et doctrinam cum quæstionibus capere, sed ille si quid pronuntiaverit, hoc absque aliqua retractatione teneatur. Et ideo ipse nobis servetur quasi arbiter, ut sicubi disputatio nostra exitum non invenerit, ipse quod sibi visum fuerit pronuntians, indubitatum finem rebus dubiis imponat. Et nunc ergo possem sola ejus sententia contentus credere, si quid ei videretur, quod et ad ultimum faciam; volo tamen prius videre, si est possibile disputando invenire quod quæritur. Placet ergo ut Clemens primus incipiat, et ostendat, si est aliquid in substantia et actibus bonum vel malum.

VII. Ad hæc ego respondi : Quoniam quidem a me vis discere, si est aliquid natura aut actu bonum vel malum, an potius usu præventis hominibus bona quædam et alia videntur mala, pro eo quod divisionem inter se rerum fecere communium, quæ deberent, ut ais, ita esse communia, ut aer et splendor solis; puto quod non debeam tibi aliunde assertiones adhibere, nisi ex his disciplinis quibus ipse uteris et quas ipse confirmas, et indubitata tibi sint quæ dicuntur. Omnium elementorum et stellarum certos ponitis fines, quasque stellas dicitis in quibusdam absque noxa coire sicut in conjugiis, in aliis vero noxie misceri sicut in adulteriis. Et dicitis quædam generalia esse omnium, quædam vero non omnium neque generalia. Sed ne prolixa disputatio fiat, breviter et de re dicam. Terra quæ arida est, conjugio et admistione indiget aquæ, ut possit generare fructus, sine quibus vita hominibus non est; est ergo hæc legitima conjunctio. Econtra si aut pruinæ frigus terræ misceatur aut calor aquis, hujusmodi conjunctio corruptelam facit; et hoc in talibus adulterium est.

VIII. Et pater respondit : Sed sicut elementorum vel stellarum inconsonæ conjunctionis statim proditur noxa, ita deberet et adulterium statim ostendi quam malum est. Et ego aio : Hoc mihi primo confirma, si, ut etiam ipse confessus es, ex incongrua et inconsona admistione efficiuntur mala, et istud in consequentibus requiretur. Et pater ait : Ut se habet rei natura, ita ais, fili. Tum ego respondi : Quia ergo discere cupis de his, vide quanta sint quæ mala esse apud neminem dubitantur. Non tibi videtur malum esse febris, incendium, seditio, ruina, cædes, vincula, supplicia, dolores, luctus, et his similia? Et pater : Verum est, inquit, fili, hæc mala esse et valde mala; aut certe qui negat hæc esse mala, patiatur ea.

IX. Et ego respondi : Quia ergo cum eo mihi sermo est, qui in astrologica disciplina eruditus est, secundum ipsam tecum agam, ut de his quæ tibi in usu sunt accipiens rationem, citius acquiescas. Audi nunc ergo. Confessus es mala esse ea quæ supra diximus, id est febres, incendia, et his similia; hæc secundum vos a malitiosis stellis fieri dicuntur, id est ab humido Saturno (9) et calido Marte; horum vero contraria a benignis fieri stellis, id est a temperato Jove et humida Venere; aut non ita est? Et pater respondit : Ita est, fili, nec aliter fieri potest. Tum ego : Quia ergo a bonis stellis, Jove dico et Venere, bona fieri dicitis, videamus unaquæque malarum stellarum cum admista fuerit bonis, quid est quod efficit; et illud esse intelligimus malum. Etenim nuptias facere Venerem ponitis; quæ si Jovem habeat in schemate suo, pudicas efficiat, Jove autem non respiciente, si adfuerit Mars, corrumpi nuptias per adulterium pronuntiatis. Et pater : Ita se, inquit, habet. Ego respondi : Ergo malum est adulterium, quandoquidem ex malarum stellarum admistione committitur; et ut compendiosius explicemus, omnia quæ dicitis ex malarum admistione stellarum bonas perpeti stellas, mala esse sine dubio pronuntianda sunt. Istæ ergo stellæ quarum admistione diximus febres, incendia, et cætera his similia effici mala, ipsæ secundum vos etiam homicidia, adulteria, furta operantur, protervos etiam et stolidos ipsæ efficiunt.

X. Et pater : Vere, inquit, breviter et incomparabiliter ostendisti, quia sint mala in actibus, sed hoc adhuc velim discere, quomodo juste judicet Deus eos qui peccant, sicut vos dicitis, si peccare eos genesis cogit? Tum ego respondi : Vereor dicere tibi aliquid, pater, quia in omni te honore haberi a me decet, alioquin erat quod possim dicere si deceret. Et pater ait : Dic quod tibi occurrit, fili, etiamsi injuriosum videtur; non enim tu, sed quæstionis ratio injuriam facit, sicut pudica mulier intemperanti viro, si pro salute indignetur et honestate. Et ego respondi : Si prima quæque inter nos confirmata et confessa non bene retinemus, sed semper quæ definita sunt resolvantur per oblivionem, videbimur telam texere Penelopes, ea quæ texuimus resolventes; et ideo debemus aut non

## COTELERII NOTÆ.

(9) *Humido Saturno.* Idem de Saturno, humidam stellam esse, sentiunt Clemens Alexandrinus *Strom.* v, p. 564; Nonnus Διονυσιακῶν lib. XVIII, p. 500; Servius ad *Georgic.* I, 12, 13, et Platonici quidam apud Macrobium lib. I in *Somnium Scipionis* c. 11. Verum Julio Firmico lib. II, c. 10, est : *Saturnus natura quidem frigidus et siccus, ex accidenti vero quandoque humidus.* Eidemque Κρόνῳ tribuit ξηρὸν μετριώτερον Proclus lib. I in *Tetrabiblum* Ptolemæi c. 4.

Digitized by Google

facile acquiescere, priusquam diligenter examinetur sermo propositus, aut si jam acquievimus et confirmata sententia est, servare semper quod semel definitum est, ut possimus et de aliis quærere. Et pater (10) ait : Bene dicis, fili, et scio quam ob causam dicis, quia hesterno die de naturalibus disputans causis, ostendisti quia virtus quædam maligna transformans se in ordinem stellarum humanas concupiscentias exagitat, diversis modis provocans ad peccatum, non tamen cogens aut efficiens peccatum. Cui ego respondi : Bene, quia et meministi et cum memineris errasti. Et pater : Ignosce, inquit, fili : nondum enim usum multum in his habeo ; nam et hesterni sermones tui veritate ipsa concluserunt me ut tibi acquiescerem, in conscientia tamen mea sunt quasi quædam reliquiæ febrium, quæ paululum me a fide quasi a sanitate retrahunt. Discrucior enim, quia scio multa mihi, imo pene omnia accidisse secundum genesim.

XI. Et ego respondi : Audi ergo, pater, quæ sit mathesis natura, et facito secundum ea quæ dico tibi. Vide mathematicum (11) et dic ei primo, quia talia quædam mihi acciderunt mala in illo tempore ; unde ergo aut quo modo aut per quas mihi acciderint stellas, discere volo. Respondebit tibi sine dubio, quia tempora tua malitiosus suscepit Mars aut Saturnus, aut aliquis eorum apocatastaticus fuit (12), aut aliquis annum tuum aspexit (13) ex diametro aut conjunctus aut in centro, vel alia his similia respondebit, addens, quia in his omnibus aliquis aut asyndetus fuit cum malo (14), aut invisibilis, aut in schemate, aut extra hæresim, aut deficiens (15), aut non contingens, aut in obscuris stellis, et multa alia his similia secundum rationes proprias respondebit et de singulis assignabit. Post hunc alium adito mathematicum et dicito contraria, quia illud mihi boni contigit in illo tempore ; tempus autem hoc idem dicito, et require ex quibus partibus genesis hoc tibi evenerit boni, et tempora ut dixi, eadem quæ de malis interrogaveras, custodito. Cumque tu fefelleris de temporibus, vide quanta tibi inveniet schemata, per quæ ostendat quod tibi in illis ipsis temporibus evenire debuerint bona. Impossibile enim est hominum genesim tractantibus, non in omni quam dicunt regione stellarum (16) semper invenire quasdam bene positas stellas, et quasdam male ; circulus enim est æqualiter ex omni parte collectus secundum mathesim, diversas et varias accipiens causas, ex quibus occasionem capiant dicendi quod volunt.

## COTELERII NOTÆ.

(10) *Et pater.* Tota περιοχή, ex lib. XIV *Periodorum* laudata ab Origene tom. III *Explanationum in Genesim*, ac *Geneseos* I, 14, exstat *Philocaliæ* c. 22. Et quidem citantis verba protuli in Testimoniis Veterum : ubi recte legebam, ἐκδεδηκέναι, quod reperi postea in duobus Regiis codicibus. Nunc vero ut intelligatur facilius quid hoc loco non usquequaque Græco respondeat, utque notis sequentibus veluti fax præferatur, placet citata ab Origene et Rufinianam versionem nostram sub unum conspectum dare. — Quæ hic exhibet Cotelerius, habes infra in Appendice *Recognitionibus* subjecta, num. 5.

(11) *Vide mathematicum*, etc. Expressit ista scriptor *Actorum S. Sebastiani*, mea quidem sententia alius a S. Ambrosio. *Præcipe hodie*, inquit, *ad te Mathesis venire doctorem ; cui dicas, illo tempore te asperis casibus laborasse ; et inquire per quas stellas hoc tibi evenerit mali. Responsa ejus erunt procul dubio talia ; quod tempus tuum a malitioso Marte susceptum est, aut Saturnus apocatastaticus fuit, aut annus tuus ex diametro susceptus est, aut climaterica tibi in centro sunt nata, aut syndetus fuit cum malo, aut invisibilis, aut in schemate, aut immobilis circa te exstitit cursus in stellis. Hæc et his similia cum dixerit, rationis tibi verisimile assignare nititur aliquid et probare. Age nunc, interroga alterum mathematicum ; cui ipsas horas, ipsumque tempus in bonis tibi exuberasse casibus dicas : illico videbis eum tibi rationabilia schemata infinita afferre, quibus approbet, quia in ipsis tibi temporibus evenire debuerint bona. Circulum etenim tenet ex omni parte collectum, in quo diversas et varias causas accipit, ex quibus occasionem capiat dicendi quod voluerit. Nam futura penitus prævidere non possunt, climactericas dicunt, id est naturæ rei incerta profugia.* Lege si lubet notas sequentes.

(12) *Aut aliquis eorum apocatastaticus fuit.* Non mirandum si ignotam vocem in *apostaticus* mutarint librarii, tum hic, tum in *Gestis S. Sebastiani*, tum apud Sidonium lib. VIII, epist. 11, tum denique loco *Philocaliæ* superius allato ; in quo e Regiis mss. restitui ἀποκαταστατικός pro ἀποκαστατικός vulgato. Sed Sidonii verba non debeo prætexere. *Illud sane non solum culpabile in viro fuit, sed peremptorium ; quod mathematicos quondam de vitæ suæ fine consuluit, urbium cives Africanarum ; quibus ut est regio, sic animus ardentior : qui constellatione percunctantis inspecta, pariter annum, mensem, diemque dixerunt, quos (ut verbo Matheseos utar) climactericos esset habiturus : utpote quibus themate oblato, quasi sanguinariæ genituræ schema patuisset ; quia videlicet amici nascentis anno, quemcunque clementem planeticorum siderum globum in diastemate Zodiaco prosper ortus erexerat, hunc in occasu cruentis ignibus inrubescentes, seu super diametro Mercurius asyndetus, seu super tetragono Saturnus retrogradus, seu super centro Mars apocatasticus exacerbassent.* De ἀποκαταστάσει, hoc est reditu planetæ ad idem signum cœleste, agunt Maximus in c. 8 libri *De divinis nominibus*, Columella lib. III, c. 6, et alii.

(13) *Aspexit.* Græce ἐπεθεώρησεν. Igitur in Actis Sebastiani, *susceptus* corruptum est ex *suspectus*.

(14) *In his omnibus aliquis aut asyndetus fuit cum malo.* Legebat, ἀσύνδετος, quod sensu idem est ac ἀσύνθετος. Qui autem hic et in Gestis Sebastiani *syndetus* scripserunt, dum corrigere conantur, ob imperitiam lapsi sunt. Neque vero omitti debuit a Rufino vox ἀγαθοποιός.

(15) *Aut deficiens.* Ἢ ἐν ἐκλείψει. Manilius lib. IV *Astronomicôn* :

*Percipe nunc etiam, quæ sint Ecliptica Graio*
*Nomine, quæ certos quasi delassata per annos*
*Nonnunquam cessant sterili torpentia motu.*

Atque hinc patet cur in *Actis Sebastiani* habeatur : *Aut immobilis circa te exstitit cursus in stellis.*

(16) *In omni quam dicunt regione stellarum.* Χώρᾳ, non ὥρᾳ.

Digitized by Google

XII. Sicut enim fieri solet ubi somnia obliqua viderint homines, et nihil certi intelligunt, cum aliquis occurrerit exitus rerum, tunc ad ea quæ acciderint aptant etiam somnii visum, ita est et mathesis; antequam aliquid fiat, certi nihil pronuntiatur, postea vero quam aliquid acciderit, rei jam gestæ colligunt causas. Denique frequenter cum erraverint et aliter res acciderit, semetipsos increpant dicentes quia illa fuit stella quæ impedivit, quæ occurrit, et non vidimus, ignorantes quia error eorum non ex artis imprudentia, sed ex totius causæ inconvenientia descendit: ignorant enim quæ sint, quæ facere quidem concupiscamus, non tamen indulgeamus concupiscentiis. Nos autem qui mysterii hujus didicimus rationem, scimus et causam, quia libertatem habentes arbitrii interdum concupiscentiis obsistimus, interdum cedimus: et ideo humanorum gestorum (17) incertus est exitus, quia in libertate pendet arbitrii. Nam concupiscentiam quidem, quam operatur maligna virtus, potest indicare mathematicus; sed si concupiscentiæ hujus actus vel exitus impleri possit necne, quia in arbitrii libertate est, sciri ante effectum rei a nullo potest. Et hoc est quod ignorantes astrologi invenerunt sibi ut climacteras dicerent, rei scilicet incertæ perfugia (18), sicut hesterno plenissime ostendimus.

XIII. Ad hæc si quid tibi dicendum videtur, dicito. Et pater: Nihil verius, inquit, fili, his quæ prosecutus es (19). Cumque hæc loqueremur, inter nos, nuntiavit quidam plurimum stare populum foris qui audiendi gratia convenerint, et Petrus jussit his ingrediendi copiam dari; erat enim locus opportunus et amplus. Cumque ingressi fuissent, ait ad nos Petrus: Si quis vult vestrum, faciat ad populum sermonem et de idololatria disserat. Cui ego Clemens respondi: Multa benignitas tua et erga omnes lenitas ac patientia indulget nobis, ut audeamus loqui coram te et rogare quæ volumus; et ideo, ut dixi, morum tuorum mansuetudo invitat omnes et adhortatur salutaris doctrinæ præcepta suscipere. Hoc ego usque ad præsens apud nullum alium vidi, nisi apud te solum, apud quem invidia nulla est neque indignatio; aut quid tibi videtur?

XIV. Et Petrus: Non solum hæc ex invidia aut indignatione veniunt, sed interdum inest aliquibus verecundia, ne forte de his quæ proponuntur, plene respondere non possint, et fugiunt imperitiæ notam. Sed non debet pro hoc quis verecundiam pati, quia nec est aliquis hominum qui profiteri debeat omnia se scire; unus enim est qui scit omnia, ipse qui et fecit omnia. Si enim Magister noster diem et horam, cujus etiam signa prædixit, nescire se professus est, ut totum revocaret ad Patrem, quomodo nos turpe ducemus, si aliqua nos ignorare fateamur, cum Magistri in hoc habeamus exemplum? Hoc tamen unum profitemur ea nos scire, quæ a vero propheta didicimus; ea autem a vero propheta nobis esse tradita, quæ sufficere humanæ scientiæ judicavit.

XV. Tum ego Clemens dicere ita cœpi: Apud Tripolim cum contra gentiles disputares, domine mi Petre, valde miratus sum te, qui a patribus Hebræo ritu et observantiis propriæ legis imbutus, Græcæ eruditionis studiis in nullo inquinatus es, quomodo tam magnifice et tam incomparabiliter prosecutus sis, ita ut etiam quædam de historiis deorum quæ in theatris decantari solent, contiugeres. Verum quoniam sensi tibi ipsas fabulas et blasphemias eorum minus esse notas, de his, si placet, aliqua in auditu tuo repetens ab ipsa origine disseram. Et Petrus: Dic, inquit, bene facis juvare prædicationem nostram. Tum ego: Dicam igitur quia jubes, non ut docens, sed quam stultas de diis suis opiniones habeant gentiles, in medium proferens.

XVI. Cumque vellem dicere, Niceta labrum mordicus stringens, innuebat mihi, ut tacerem; quem cum vidisset Petrus, ait: Cur ingenium liberale et generosam lædere vis naturam, ut in honorem mei, qui nullus est, tacere eum velis? Aut nescis, quia si omnes gentes, postquam audierint a me prædicationem veritatis et crediderint, velint se ad docendum conferre, mihi majorem pariunt gloriam, siquidem gloriæ me cupidum putas? Quid enim tam gloriosum quam Christo discipulos præparasse, non qui taceant et soli salvi fiant, sed qui loquantur quæ didicerunt, et multis prosint? Utinam quidem et tu, Niceta, sed et tu, dulcissime Aquila, juvaretis me ad prædicandum verbum Dei, eo magis quo ea in quibus errant gentiles, bene vobis comperta sunt: et non solum vos, sed et omnes qui audiunt me, opto, ut dixi, ita audire et discere, ut et docere possint; multis namque adjutoribus indiget mundus, quibus homines ab errore revocentur. Cumque hæc dixisset, ait ad me: Tu ergo, Clemens, exsequere quæ cœpisti.

XVII. Et ego continuo subjunxi: Quoniam, ut dixi, apud Tripolim disputans, multa de diis gentium utiliter et necessario disseruisti, cupio de origine eorum ridicula te coram exponere, ut neque te lateat vanæ hujus superstitionis commentum, et au-

## COTELERII NOTÆ.

(17) *Et ideo humanorum gestorum*, etc. Hic Rufinus Rufinum agit, hoc est, laxum malumque præsertim in obscurioribus interpretem.

(18) *Ut climacteras dicerent, rei scilicet incertæ perfugia.* Hinc scribi forte debeat in S. Sebastiani Actis: *Climacteras dicunt, id est natura rei incertæ perfugia.* Aliud sonant Græca: Τοὺς κλιμακτῆρας ἐπενόησαν, εἰς ἀδηλότητα ποιούμενοι vel μεταποιούμενοι τὴν προαίρεσιν. Nempe: *Climacteras commenti sunt, liberam hominis voluntatem in incerto ponentes,* aut *in rem incertam commutantes.*

(19) *Nihil verius, inquit, fili, his quæ prosecutus es.* Alicujus momenti est lectio Græca duorum Regiorum codicum, ἀπεκρίνατο, μηδὲν τούτων ἀληθέστερον εἶναι ὧν εἶπεν.

Digitized by Google

ditores qui assistunt erroris sui probra cognoscant. Aiunt ergo qui sapientiores sunt inter gentiles, primo omnium chaos fuisse: hoc per multum tempus exteriores sui solidans partes, fines sibi et fundum quemdam fecisse tanquam in ovi immanis modum formamque collectum, intra quod multo nihilominus tempore, quasi intra ovi testam, fotum vivificatumque esse animal quoddam; disruptoque post hæc immani illo globo processisse speciem quamdam hominis duplicis formæ, quam illi masculo-feminam vocant; hunc etiam Phanetam (20) nominarunt, ab apparendo, quia cum apparuisset, inquiunt, tunc etiam lux effulsit. Et ex hoc dicunt progenitam esse substantiam, prudentiam, motum, coitum: ex his factum cœlum et terram. Ex cœlo sex progenitos mares, quos et Titanas (21) appellant; similiter et de terra sex feminas, quas Titanidas vocitarunt, et sunt nomina eorum quidem qui ex cœlo orti sunt hæc: Oceanus, Cœus, Crios, Hyperion, Iapetos, Cronos, qui apud nos Saturnus nominatur. Similiter et earum quæ e terra ortæ sunt nomina sunt hæc: Theia, Rhea, Themis, Mnemosyne, Tethys (22), Hebe (23).

XVIII. Ex his omnibus qui primus fuerat e cœlo natus, primam terræ filiam accepit uxorem, secundus secundam et cæteri similiter per ordinem. Primus ergo qui primam duxerat, propter eam deductus est deorsum; secunda vero propter eum cui nupserat, ascendit sursum; et ita singuli per ordinem facientes, manserunt in his qui eis nuptiali sorte obvenerant locis. Ex istorum conjunctionibus alios quoque innumeros asserunt progenitos. Sed de illis sex maribus unus, qui dicitur Saturnus, in conjugium accepit Rheam, et cum responso quodam commonitus esset, quod qui ex ea nasceretur fortior ipso futurus esset regnoque eum depelleret, omnes qui ei nascerentur filios devorare instituit. Huic ergo primus nascitur filius, quem Aiden appellarunt, qui apud nos Orcus nominatur, quem pro causis quibus supra diximus, assumptum devorat pater. Post hunc secundum genuit, quem Neptunum dicunt, quemque simili modo devoravit. Noviissimum genuit eum, quem Jovem appellant, sed hunc mater miserans Rhea, per artem devoraturo subtrahit patri, et primo quidem ne vagitus pueri innotesceret, Corybantas quosdam cymbala fecit ac tympana percutere, ut obstrepente sonitu vagitus non audiretur infantis.

XIX. Sed cum ex uteri imminutione intellexisset pater editum partum, expetebat ad devorandum; tunc Rhea lapidem ei offerens magnum, Hunc genui, inquit. At ille accipiens absorbuit, et lapis devoratus eos quos primo absorbuerat filios, trusit et coegit exire. Primus ergo procedens descendit Orcus, et inferiora, hoc est inferna occupat loca. Secundus utpote illo superior super aquas detruditur, is quem Neptunum vocant. Tertius qui arte matris Rheæ superfuit, ab ipsa capræ superpositus in cœlum emissus est.

XX. Hactenus anilis gentilium fabula et genealogia processerit; sine fine enim est, si velim omnes generationes eorum quos deos appellant, et impia gesta proferre. Sed exempli gratia, omissis cæteris, unius quem maximum et præcipuum habent, quemque Jovem nominant, flagitiosa gesta replicabo. Hunc enim cœlum dicunt tenere tanquam cæteris meliorem, qui statim ut adolevit, sororem propriam, quam Junonem dicunt, duxit uxorem, in quo utique statim fit similis pecudi. Juno Vulcanum parit, sed, ut tradunt, non ex Jove

## COTELERII NOTÆ.

(20) *Phanetam.* Phanes ὠογενής Orpheo in *Hymnis*, ἐκ τοῦ ὠοῦ προχυθείς Apud Athenagoram *Legatione pro Christianis;* quia masculofemina, ideo (opinor) in Orphicis carminibus inducebatur habens αἰδοῖον ὀπίσω περὶ τὴν πυγήν, teste Elia Cretensi ad Gregorii Nazianzeni orat. 3 (ubi male legunt ac interpretantur πηγήν) et 37; Nonno ad eamdem orationem 3, et Suida in *Lexico.* Cum autem nomen Φάνης deducatur a verbo φαίνειν, diversa a diversis etymologiæ ratio affertur. Orpheus initio *Argonauticorum:* πρῶτος γὰρ ἐφάνθη. Hymno Πρωτογόνου:

Λαμπρὸν ἄγων φάος ἀγνὸν, ἀφ' οὗ σε Φάνητα κικλήσκω.

In *Clementinis:* Ὅτι αὐτοῦ φανέντος, τὸ πᾶν ἐξ αὐτοῦ ἔλαμψεν. Lactantius lib. I, c. 5: *Quod, eum adhuc nihil esset, primus ex infinito apparuerit et exstiterit;* Proclus in *Timæum:* Ὡς ἐκφαίνοντα τὰς νοητὰς ἑνάδας. Macrobius denique lib I *Saturnal.*, c. 17: *Phaneta appellunt* ἀπὸ τοῦ φαίνειν, *et* Φαναῖον, ἐπειδὴ φαίνεται νέος, et c. 18: *Phaneta* ἀπὸ τοῦ φωτὸς καὶ φανεροῦ. Hæc ad istius loci illustrationem.

(21) *Titanas. Titanidas.* Animadversione dignus est locus Tertulliani lib. II *ad Nationes*, cap. 2: *Æque Actesilaus trinam formam divinitatis ducit, Olympios, Astra, Titaneos, de Cœlo et Terra: ex his, Saturno et Ope, Neptunum, Jovem, et Orcum, et cæteram successionem. Xenocrates Academicus bifariam facit, Olympios et Titanios, qui de Cœlo et Terra.* Etenim Gothofredus edidit, *Actesilaus*, correxit autem in notis, *Arcesilaus:* adeoque emendatio placuit Rigaltio, ut eam in textum insereret: pravo sane exemplo: cum longe verisimilior lectio sit, *Acusilaus.* Colligo id ex *Etymologici magni* verbis: Κοῖος ὁ πατὴρ Λητοῦς παρὰ τὸ κοεῖν, ὅ ἐστι νοεῖν καὶ συνιέναι· ὁ ἐστι συνετός. Κοῖόν τε Κρεῖόν θ' Ὑπερίονά τ' Ἰαπετόν τε. Οἱ Αἰολεῖς τῷ κ ἀντὶ τοῦ π κέχρηνται. Οὗτοι δὲ Τιτᾶνες καὶ Τιτανίδες καλοῦνται, ὡς Ἀκουσίλαος. Ἀλληγορία δὲ, Κοῖον τὴν ποιότητα, Κρεῖον δὲ τὴν κρίσιν, Ὑπερίονα κουφότητα, τὸν δὲ Ἰαπετὸν βαρύτητα. Ἡσίοδος ἐν *Θεογονίᾳ.* Tradita hæc ab Acusilao in celebri opere Περὶ γενεαλογιῶν. Vide, si lubet, diligentissimum Vossium *De historicis Græcis.*

(22) *Tethys.* Ita scribendum. Græce Τηθύς. Sed frequenter in hoc nomine labuntur operæ. Sic in Theophilo Antiocheno lib. II, ediderunt Τηθήν, Θηθύν, *Thetym.* Tietzes extrema Chiliade, 6:

Ὧν Ἀχιλεὺς τῆς Θέτιδος καὶ τοῦ Πηλέως γόνος,
Οὐ τῆς θαλάττης Θέτιδος, ἀλλά τινος γυναίου.

Mare non est Thetis, sed Tethys. Scripsit ergo, aut scribere debuit, θαλάττης Τηθύος.

(23) *Hebe.* Legendum videretur mihi, *Phœbe*, ex Orpheo, Hesiodo, Diodoro Siculo et Apollodoro; nisi scirem deorum in genealogiis nihil esse fixum ac stabile. Quocirca in Clementinis locum hujus feminæ occupat Ceres.

Digitized by Google

conceptum. Ex ipso autem Jove Medeam genuit, quam responso accepto, quod qui ex ea nasceretur fortior ipso esset et regno eum depelleret, assumens etiam ipse devorat; et rursum genuit de cerebro quidem Minervam, de femore vero Liberum. Post hæc Thetidem cum adamasset, aiunt Prometheum pronuntiasse ei, quod si concubuisset cum ea, qui ex ea nasceretur fortior esset patre, et ob hoc veritus Peleo cuidam dat eam in matrimonium; dehinc Persephonæ, quæ ei ex Cerere fuerat suscepta, miscetur, ex qua Dionysium genuit qui a Titanis discerptus est. Sed recordatus, inquit, ne forte pater suus Saturnus alium filium generaret, qui etiam se fortior nasceretur regnoque depelleret, oppugnare aggreditur patrem una cum fratribus ejus Titanis; quibus oppressis, ad ultimum etiam patrem in vincula conjecit, desectaque ejus genitalia in mare projecit. Sed cruor qui defluxit ex vulnere, susceptus fluctibus et frequenti collisione in spumam versus, procreavit eam quam dicunt Aphroditen, quamque apud nos Venerem appellant. Ex hujus concubitu quæ erat utique soror, hunc ipsum Jovem ferunt genuisse Cyprin, ex qua aiunt et Cupidinem natum.

XXI. Hæc quidem de incestis ejus; audi nunc et de adulteriis (24). Europam Oceani conjugem vitiat, ex qua nascitur Dodonæus (25); Helenam Pandionis, ex qua nascitur Musæus; Eurynomen Asopi, ex qua nascitur Ogygias; Hermionen Oceani, ex qua nascuntur Charites, Thalia, Euphrosyne, Aglaia; Themin sororem suam, ex qua nascuntur Horæ, Eurynomia (26), Dice, Irene; Themisto (27) Inachi, ex qua nascitur Arcas; Ideam Minois, ex qua nascitur Asterion; Phœnissam Alphionis, ex qua nascitur Endymion; Io Inachi, ex qua nascitur Epaphus; Hippodamiam et Isionen Danaï filias, quarum unam Hippodamiam Olenus, Isionen vero Orchomenus sive Chryses habuit; Carmen Phœnicis, ex qua nascitur Britomartis (28), quæ fuit sodalis Dianæ; Callisto Lycaonis, ex qua nascitur Orcas; Lybeen (29) Mu- A nanti, ex qua nascitur Belus; Latonam, ex qua nascitur Apollo et Diana; Leanidam Eurymedontis, ex qua nascitur Coron; Lysitheam Eveni, ex qua nascitur Helenus; Hippodamiam (30) Bellerophontis, ex qua nascitur Sarpedon; Megacliten Macarei, ex qua nascitur Thebe et Locrus; Nioben Phoronei, ex qua nascitur Argus et Pelasgus; Olympiadam (31) Neoptolemi, ex qua nascitur Alexander; Pyrrham Promethei (32), ex qua nascitur Helmetheus (33); Protogeniam et Pandoram Deucalionis filias, ex quibus genuit Æthelium (34) et Dorum et Meleram et Pandorum; Thaicruciam Protei, ex qua nascitur Nympheus; Salaminam Asopi (35), ex qua nascitur Saracon: Taygeten, Electram, Maiam, Plutiden (36), Atlantis filias, ex quibus genuit ex B Taygete quidem Lacedæmonem, ex Electra Dardanum, ex Maia Mercurium, ex Plutide Tantalum; Phthiam Phoronei, ex qua genuit Achæum; [Choniam Aramni, ex qua genuit Laconem;] Chalceam nympham, ex qua nascitur Olympus; Charidiam nympham ex qua nascitur Alchanus; Clorida, quæ fuit Ampyci, ex qua nascitur Mopsus; Cotoniam Lesbi, ex qua nascitur Polymedes; Hippodamiam Aniceti; Chrysogeniam Penei, ex qua nascitur Thissæus.

XXII. Sed et alia sunt plurima ejus adulteria, ex quibus nec progeniem suscepit, quæ enumerare satis longum est. Verum ex his omnibus quas enumeravimus, nonnullas transformatus, utpote magus, vitiavit. Denique Antiopen Nyctei versus in satyrum corrupit, ex qua nascuntur Amphion et Zethus; C Alcmenam mutatus in virum ejus Amphitryonem, ex qua nascitur Hercules; Æginam Asopi mutatus in aquilam, ex qua nascitur Æacus. Sed et Ganymedem Dardani, mutatus nihilominus in aquilam stuprat; Mantheam Phoci mutatus in ursum, ex qua nascitur Arctos; Danaen Acrisii mutatus in aurum, ex qua nascitur Perseus; Europen Phœnicis mutatus in taurum, ex qua nascitur Minos et Rhadamantus, Sarpedonque; Eurymedusam Achelai (37)

## COTELERII NOTÆ.

(24) *Audi nunc et de adulteriis.* In Catalogo sequenti præter vulgaria, multa sunt nomina ignotiora · non pauca (quod etiam lectionum varietas indicat) depravata : quædam forsan quæ non exstant alibi. Ego vero difficiliorum nonnullis illustratis et correctis, cætera doctioribus et minus occupatis hominibus reliqui expendenda quærendaque.

(25) *Dodonæus.* Ἀπὸ Δωδώνου τοῦ Διὸς καὶ Εὐρώπης. Stephanus *De urbibus*, in Δωδώνη.

(26) *Eurynomia.* Codex Regius et Petiti Liber *Euromia*; ex quo facio *Eunomia*.

(27) *Themisto.* Stephanus in Ἀρκάδι· Ἴστρος δέ, φησὶν, Θεμιστοῦς καὶ Διὸς ὁ Ἀρκὰς ἐγένετο.

(28) *Carmen... Britomartis.* Diodorus Siculus et Pausanias Britomartin Dianæ sociam, filiam faciunt Jovis e Carme Eubuli filia; Virgilii vero in *Ciri* versus est :

*Quam simul Ogygii Phœnicis filia Carme.*

Sane in Supplemento *Thesauri critici* scriptum invenio a Jacobo Nicolao Loensi lib. VIII, c. 26 : *Clemens Romanus Britomartin Charmes et Jovis filiam fuisse dicit.* Et *Critomartis* pro *Britomartis* errorem esse librariorum idem auctor observat : pejusque apud Cœlium Rhodiginum lib. XVIII, c. 26 : *Cretomartin*, Κρητόμαρτιν legere est.

(29) *Lybeen.* Malim, *Libyen.*

(30) *Hippodamiam.* Alii Laodamiam. Diodorus Siculus Δηϊδάμειαν.

(31) *Olympiadam.* Pro *Olympiadem.* Ὀλυμπιάδα.

(32) *Pyrrham Promethei.* Al. *Erimethei* pro *Epimethei.* Apollodorus lib. I, Πύρραν τὴν Ἐπιμηθέως καὶ Πανδώρας.

(33) *Helmethius.* Videtur iste esse Hellen, a quo Ἕλληνες dicti.

(34) *Æthelium.* Optima scriptura, *Æthlium*, Ἀέθλιον.

(35) *Salaminam Asopi.* Σαλαμῖνα. Pausanias in *Atticis.*

(36) *Plutiden. Plutide.* Infra c. 23, *Plutem.* Τάνταλος Διός τε καὶ Πλουτοῦς, Pausanias in *Corinthiacis.*

(37) *Eurymedusam Achelai.* Ex Clementinis, *Acheloi.* At Clementi Alexandrino, Κλήτορος : indeque Arnobio, *Clitoris.*

Digitized by Google

mutatus in formicam, ex qua nascitur Myrmidon ; Thaliam (Ætnam) (38) nympham mutatus in vulturem, ex qua nascuntur apud Siciliam Palisci; Imandram Geneani (39) apud Rhodum, mutatus in imbrem ; Cassiopeiam (40) mutatus in virum ejus Phœnicem, ex qua nascitur Anchinos ; Ledam Thestii mutatus in cycnum, ex qua nascitur Helena ; et iterum eamdem mutatus in stellam, ex qua nascuntur Castor et Pollux ; Lamiam mutatus in upupam ; Mnemosynen mutatus in pastorem, ex qua nascuntur Musæ novem ; Nemesin mutatus in anserem ; Semelen Cadmiam mutatus in ignem, ex qua nascitur Dionysius. Ex filia autem sua Cerere genuit Persephonen, quam et ipsam corrupit mutatus in draconem.

XXIII. Sed et Europam patrui sui Oceani uxorem et sororem ejus Eurynomen adulterat, et patrem punit, et Pluten Atlantis filii sui adulterat filiam, ex qua natum sibi filium Tantalum damnat. Ex Larisse (41) etiam Orchomeni genuit Tityonem, quem et ipsum suppliciis tradidit. Diam Ixionis filii sui diripiens uxorem, ipsum perennibus subjicit pœnis, et pene omnes quos ex adulteriis genuit filios, violentæ mortis conditione damnavit, quorum et sepulcra pene omnium manifesta sunt. Ipsius denique parricidæ (42), qui et patruos peremit et uxores eorum vitiavit, sororibus stuprum intulit, multiformis magi sepulcrum evidens est apud Cretenses, qui tamen scientes et confitentes infanda ejus atque incesta opera, et omnibus enarrantes ipsi eum confiteri deum non erubescunt ; unde mirum mihi et valde mirum videtur, quomodo is qui super omnes mortales scelere et flagitiis eminet, sanctum et quod est super omne bonum nomen acceperit, ut pater deorum atque hominum vocaretur ; nisi forte ille qui malis hominum gaudet, eum quem sceleribus eminere supra cæteros vidit, supra cæteros ei honorem conferre infelices animas suasit, ut ad imitationem malorum invitaret universos.

XXIV. Sed et filiorum ejus, qui apud eos dii putantur, sepulcra singulis quibusque in locis manifestissime demonstrantur : Mercurii apud Hermopolim (43), Cypriæ Veneris apud Cyprum (44), Martis in Thracia (45), Liberi apud Thebas (46), ubi discerptus traditur, Herculis apud Tyrum, ubi igni crematus est (47), in Epidauro Æsculapii (48) ; quique omnes non solum ut homines defuncti, sed ut nequam homines puniti pro sceleribus docentur, et tamen ab stultis hominibus ut dii adorantur.

XXV. Quod si argumentari volunt, et magis hæc loca ortus eorum quam sepulturæ vel mortis affirmant, ex vicinis et adhuc recentibus gestis priora et vetera convincentur, cum docuerimus adorari ab eis eos, quos etiam homines ipsi et defunctos vel potius punitos esse profitentur, verbi gratia ut Syri Adonem, Ægyptii Osirin (49), Ilienses Hectorem (50), apud Leuconessum Achillem (51), apud Pontum Patroclum (52), apud Rhodum Alexandrum Macedo-

## COTELERII NOTÆ.

(38) *Thaliam Ætnam.* Palicorum, non Paliscorum, matrem dictam fuisse ab aliis Thaliam, ab aliis Ætnam discimus ex Stephano in Παλική, et Servio ad *Æneid.* IX. Quare videtur hoc loco alterutrum solummodo nomen ad textum pertinere, aliud vero esse glossema marginale. Certe Gallica interpretatio solius Thaliæ mentionem facit.

(39) *Imandram Geneani.* Codd. Sorb. et Th., *Mandam Gegeneam.* Reg. et Pet., *Imandam Geneam.* Caridel. *Immandam Gegeneam. Clementinorum* v, 13, Εἶμα τῇ γηγενεῖ. Ex quibus suspicor Rufinum audientem a lectore suo Εἶμαν τὴν γηγενέα, vertisse *Imandam Gegeneam*, cum debuisset, *Imam terrigenam.*

(40) *Cassiopeiam.* Addunt codd. nostri sex : *mutatus in virum ejus Phœnicem ;* recte, ut patet ex *Clementinis*, ac ex Scholiaste Apollonii ad *Argonaut.* lib. II, 178.

(41) *Ex Larisse.* Tityonis, seu potius Tityi matrem alii Elaram vocant.

(42) *Ipsius denique parricidæ*, etc. Cæsarii locus Dialogo 2, Respons. ad Interrogat. 112, qui ex hoc formatus videtur, pessime acceptus fuit a librariis: Οὐ Θεῷ, ἀλλὰ σποδῷ προσκυνοῦσι, διὰ τοῦ πατραλοίου, καὶ τῶν οἰκείων τέκνων τοὺς γάμους φθείραντος, καὶ ἐν τάφῳ παρὰ κρίσει φθαρέντος, ὅπερ οὐκ ἔστι Θεοῦ. Adeone difficile erat videre, παρὰ Κρησί? *Non Deum, sed cinerem adorant, in parricida, eo qui liberorum suorum matrimonia corrupit, atque in sepulcro apud Cretenses computruit ; id quod non est Dei.* Sed et forsan legendum Διὸς pro διά.

(43) *Mercurii, apud Hermopolim.* Hinc Cæsarius loco citato : Ἐν μὲν τῇ Ἑρμουπόλει τὸν ἐπὶ τὸ χεῖρον ἀνερμήνευτον Ἑρμῆν εἰς κόνιν διαλυθέντα. *Hermopoli quidem Mercurium cujus exponi oratione flagitia nequeunt, redactum in pulverem.*

(44) *Cypriæ Veneris apud Cyprum.* Cæsarius ibidem : Ἐν δὲ Κύπρῳ τὴν Κύπριν, Κύπρῳ ἐν τάφῳ κειμένην. Martyrium S. Ignatii : Ἀφροδίτης ὁ τάφος ἐν Πάφῳ δείκνυται.

(45) *Martis in Thracia.* Pergit Cæsarius : Ἐν δὲ Θράκῃ Ἄρην, τὸν τῆς ἀρᾶς ἐπώνυμον. In *Chronico Alexandrino*, pag. 88 : Καὶ ἐλθὼν ἐν τῇ Θράκῃ ἐκεῖ τελευτήσας κεῖται.

(46) *Liberi apud Thebas.* Cæsarius : Ἐν Θήβαις Διόνυσος. Vide *Clementina*, hom. 5, c. 23.

(47) *Herculis, apud Tyrum ubi igni crematus est.* In *Vita S. Ignatii* apud Bollandum : *Hercules igne consumptus est in Tyro.* Arnobius lib. I : *Thebanus aut Tyrius Hercules ; hic in finibus sepultus Hispaniæ, flammis alter concrematus Œteis.* Apud Cæsarium : Ἐν Τύρῳ Ἡρακλῆς, μᾶλλον δὲ Ἡράκλης πυριάλωτος γενόμενος διὰ κακίαν, ὑπὸ τῶν ἀθέων ἐκθειάζεται· qui locus, modo sanus sit, ita ex *Etymologico magno* intelligendus videtur, quod Ἡρακλῆς potius sit ἐν ἥρᾳ seu ἔρᾳ ἀκλεής, *in terra inglorius*, quam ἥρας seu ἔρας κλέος, *terræ gloria.*

(48) *In Epidauro. Æsculapii.* Ἐν Ἐπιδαύρῳ Ἀσκληπιός. Cæsarius. Lege Pausaniæ *Corinthiaca.*

(49) *Syri Adonem. Ægyptii Osirin.* Cæsario : Καὶ Σύροι μὲν οἱ φερώνυμοι συρφετοὶ, τὸν τοῦ ᾅδου ἐπώνυμον Ἄδωνιν ἐξεθείασαν κακῶς. Αἰγύπτιοι δὲ τὸν συρόμενον καὶ γεωπετῆ Ὄσιριν.

(50) *Ilienses Hectorem.* Id quoque traditur ab Athenagora in *Legatione pro Christianis* ; et a Cæsario. Sed apud hunc τὸν Νέκτορα pro τὸν Ἕκτορα perperam ediderunt.

(51) *Apud Leuconessum Achillem.* In *Clementinis.* Ἀχιλλέα ἐν Λεύκῃ τῇ νήσῳ. Notissima est hæc Achillis insula Leuce, seu Achillea, et Macaron, Μακάρων. Non intelligo autem quid sit Ἰχαχὸν in his Cæsarii, οἱ ἐν Λεύκῃ τῇ νήσῳ τὸν Ἰχαχὸν Ἀχιλλέα. Substitui posset, ἀείκακον.

(52) *Apud Pontum Patroclum.* Simili modo legebat Cæsarius. Πόντιοι, inquit, τὸν πατραλοίαν Πά-

Digitized by Google

nem (53), multosque alios per diversa loca singuli ut deos colunt et adorant, quos homines mortuos fuisse non dubitant. Unde consequens est etiam priores simili errore prolapsos, mortuis hominibus, qui forte potentiæ aliquid vel artis habuerant, maximeque si phantasiis magicis in stuporem stolidos homines adduxerant, honorem contulisse divinum.

XXVI. Jam hinc additum est, ut et poetæ elegantia verborum commenta erroris ornarent, et suavitate dicendi immortales effectos esse ex mortalibus persuaderent; imo et amplius aliquid, ex hominibus aiunt stellas fieri, et arbores, et animalia, et flores, et aves fontesque ac fluvios, et ni verbositas videretur, omnes pene stellas, quas ex hominibus effectas asserunt enumerare vel arbores vel fontes ac fluvios possem; exempli tamen causa singula saltem ex singulis memorabo. Andromedam Cephei in stellam dicunt esse conversam, Daphnen Ladonis fluvii filiam in arborem commutatam, Hyacinthum Apollinis dilectum in florem, Callisto in sidus quod Arcton vocant, Prognen et Philomelam cum Tereo (54) in aves, Thysben apud Ciliciam in fontem, et Pyramum inibi in fluvium resolutos, omnesque pene, ut dixi, vel stellas, vel arbores, fontesque ac fluvios, floresque et animalia, vel aves, aliquando homines fuisse confirmant.

XXVII. At Petrus hæc audiens ait: Ergo secundum ipsos, antequam homines mutarentur in stellas, vel cætera quæ enumeras, et cœlum sine stellis erat et terra sine arboribus et animalibus, nec fontes, nec flumina, nec aves erant; et quomodo ipsi homines vixerunt sine his, qui in hæc postmodum mutati sunt, cum constet nec potuisse prorsus sine his vitam ducere homines in terris? Et ego respondi: Sed ne ipsum quidem cultum deorum suorum observare consequenter norunt; uuusquisque enim eorum quos colunt, habet aliquid sibi dicatum, a quo debent se continere cultores, utpote Minervæ olivam, Jovi capram ferunt dicatam, Cereri semina, Libero vinum, Osiri aquam (55), Hammoni arietem, Dianæ cervum, Syrorum dæmoni piscem et columbam, Vulcano ignem; et unicuique, ut dixi, est aliquid proprie dicatum, a quo oportebat abstinere se cultores ad honorem eorum quibus dicata sunt. Nunc autem singuli ab uno aliquo se observantes, pro unius honore cæteros omnes iratos habent; quos utique si placare velint, pro honore omnium abstinere se ab omnibus oportebat, ut ante diem judicii justa a semetipsis sententia condemnati, morte miserrima per inediam deperirent.

XXVIII. Verum ad propositum revertamur. Quæ, malum! ratio est, imo quæ amentia mortalium possidet mentes, ut hominem quem impium, scelestum, profanum, Jovem dico, incestum, parricidam, adulterum non solum sciunt esse, sed et publice in theatris cantant, hunc ut deum colant et adorent? Aut si pro his gestis deus esse meruit, ergo et si quos audiunt homicidas, adulteros, parricidas, incestos etiam nunc debent ut deos adorare. Sed quod in aliis exsecrantur, scire omnino non possum cur in illo venerentur. Et Petrus respondit: Quoniam te nescire dicis, disce a me cur in illo facinorosa gesta venerentur; primo quidem, ut cum ipsi similia egerint, acceptos se ei futuros sciant, utpote quem imitantur in flagitiis; secundo, quod hæc litteris scite recondita et versibus eleganter inserta veteres reliquerunt. Et nunc puerilis eruditionis obtentu, cum eorum notitia teneris et simplicibus adhæserit mentibus, revelli ex eis atque abjici difficulter potest.

XXIX. Hæc cum dixisset Petrus, Niceta respondit: Non putes, domine mi Petre, non habere eruditos quosque gentilium verisimilitudines quasdam, quibus astruant hæc quæ culpabilia videntur et probrosa: quæ quidem ego non ut confirmans errores eorum dico (absit enim a me, ut hoc vel ad cogitationem meam veniat), sed tamen scio esse apud prudentiores ipsorum defensiones quasdam, quibus astruere et colorare solent hæc quæ videntur absurda. Et si tibi placet, ut aliqua ex his proferam, quæ ex parte aliqua retineo, ut jubes faciam. Cumque Petrus permisisset, Niceta hoc modo cœpit:

XXX. Omnis sermo apud Græcos, qui de antiquitatis origine conscribitur, cum alios multos, tum duos præcipuos auctores habet, Orpheum et Hesiodum. Horum ergo scripta in duas partes intelligentiæ dividuntur, id est, secundum litteram et secundum allegoriam; et ad ea quidem quæ secundum litteram sunt, ignobilis vulgi turba confluxit, ea vero quæ secundum allegoriam constant, omnis philosophorum et eruditorum loquacitas admirata est. Orpheus igitur (56) est, qui dicit primo fuisse chaos sempiternum, immensum, ingenitum, ex

## COTELERII NOTÆ.

τροχλον ἀπεθέωσαν. Sed malim, *Opuntum* aut *Opuntem*, ex *Clementinis*, Πάτροκλον Ὀπούντιοι. Opuntius enim erat Patroclus.

(53) *Apud Rhodum Alexandrum Macedonem.* Joculariter apud Cæsarium, Ῥόδιοι τὸν εἰκήμαχον Μακέδονα, verterunt, *Rhodii Icemachum Macedonem.* Tu serio, *temerarium pugnatorem* intellige.

(54) *Prognem et Philomelam cum Tereo.* Legatur velim elegans Epistola Gregorii Nazianzeni, prima numero, noteturque eam epistolam in codice Vindobonensi, Lambeciano 75, *Theologicorum Græcorum*, tribui Basilio, perperam: ms. autem Regio 1474 titulum habere: Πρὸς Κελεύστιον ἄρχοντα, ἡνίκα ἐν Γλαμίδι (f. τῇ Δαμίδι ex epist. 99) ἡσύχασεν.

(55) *Osiri aquam.* Quia per Osiridem aquam intelligebant: μεταλαμβάνουσι, τὸν μὲν Ὄσιριν εἰς ὕδωρ, τὴν δὲ Ἶστιν εἰς γῆν. Origenes, v *in Celsum*, p. 65; seu τὸ ὑγρον, in Sallustio philosopho *De diis et mundo* c. 4; seu Nilum, teste Heliodoro lib. IX, post Ælianum lib. X, *De natura animalium*, c. 46, Plutarchum *De Iside ac Osiride*, atque Eusebium *Præparat. evang.* lib. III, c. 11. Videantur *Clementina* hom. VI, n. 9.

(56) *Orpheus igitur.* De Orphei doctrina inter alia lege Græcum fragmentum Timothei Chronographi in Eusebii *Chronicis* paulo post initium, atque ex eo corrige Cedrenum pag. 46, ubi pudendo scripturæ errato Orpheus dicitur ὁ Βρωμιος, qui Ὀβρύσιος erat.

Digitized by Google

quo omnia facta sunt; hoc sane ipsum chaos non tenebras dixit esse, non lucem, non humidum, non aridum, non calidum, non frigidum, sed omnia simul mista, et semper unum fuisse informe; aliquando tamen quasi ad ovi immanis modum, per immensa tempora effectam peperisse ac protulisse ex se duplicem quamdam speciem, quam illi masculofeminam vocant, ex contraria admistione hujusmodi diversitatis speciem concretam; et hoc esse principium omnium, quod primum ex materia puriore processerit, quodque procedens discretionem quatuor elementorum dederit, et ex duobus quæ prima sunt elementis fecerit cœlum, ex aliis autem terram, ex quibus jam omnia participatione sui invicem nasci dicit et gigni. Hæc quidem Orpheus.

XXXI. Subjungit autem his et Hesiodus, post chaos statim cœlum dicens factum esse et terram, ex quibus ait progenitos illos undecim, quos interdum et duodecim dicit (57), ex quibus sex mares, quinque feminas ponit; nomina autem dat maribus : Oceanus, Cœus, Crius, Hyperion, Iapetus, Cronus, qui et Saturnus ; item feminis : Thia, Rhea, Themis, Mnemosyne, Thetys, quæ nomina per allegoriam hoc modo interpretantur : numerum quidem undecim vel duodecim, ipsam dicunt primam naturam, quam et Rheam a fluendo dictam volunt; reliquos autem decem accidentia ejus dicunt quas et qualitates appellant; duodecimum tamen addunt et Cronum quem apud nos Saturnum dicunt; hunc pro tempore accipiunt. Saturnum ergo et Rheam tempus ponunt et materiam, quæ ubi cum humido et arido et calido et frigido tempore fuerint admista, omnia generant.

XXXII. Hæc ergo, inquit, primo omnium tempore multo concretam genuit quamdam quasi bullam, quæ ex spiritu qui in aquis erat, paulatim collecta intumuit, et aliquanto tempore circumacta per superficiem materiæ, ex qua quasi ex vulva processerat, rigore frigoris obdurata et glacialibus augmentis semper increscens, abrupta tandem demergitur in profundum, ac pondere ipso pertracta in infernum descendit, et quia invisibilis facta est, Aides appellata est, qui et Orcus vel Pluto nominatur. Cumque de superioribus mergeretur in inferna, locum confluendi humido præbuit elemento, et pars crassior, quæ est terra, aquis cedentibus patefacta est. Hanc ergo aquarum libertatem, quæ prius bulla obtegente premebatur, postquam illa inferni sortita est locum, Neptunum esse appellatam. Post hoc cum elementum frigidum per concretionem glacialis bullæ ad inferiora fuisset absorptum, et aridum fuisset humidumque discretum, nullo jam impediente, elementum calidum ignis utpote vigore et levitate ad superiora convolavit aeris, spiritu et procella subvectum. Hanc ergo procellam, quæ καταιγίς Græce appellatur, ægem, id est capram dixerunt, et ignem qui ad superna conscendit, Jovem; et ideo eum capra subvectum conscendisse Olympum dicunt.

XXXIII. Ipsum vero Jovem Græci quidem a vivendo vel vitam dando, nostri a juvando nominatum volunt. Hanc ergo esse viventem substantiam ferunt, quæ in superioribus posita, vi caloris velut cerebri ambitu ad se trahens cuncta. et cujusdam temperamenti moderatione componens, de capite dicitur genuisse sapientiam, quam Minervam vocant, quæ a Græcis Ἀθήνη propter immortalitatem (58) nominata est; quæ quia pater omnium per sapientiam suam cuncta condidit, et ex ipso capite ejus et principali omnium genita dicitur loco, et temperata admistione elementorum universum formasse mundum et adornasse perhibetur. Igitur species quæ materiæ inditæ sunt, ut fieret mundus, quia vi caloris constringuntur, Jovis viribus contineri dicuntur. Quæ quoniam sufficienter se habent, nec ultra addi sibi indigent aliquid novi, sed unumquodque seminis sui posteritate reparatur, vinctæ esse a Jove Saturni manus dicuntur : quia nihil novi jam, ut dixi, ex materia tempus producit, sed calor seminum secundum sui speciem cuncta restituit, nec ultra Rheæ partus, hoc est propago materiæ fluentis, ascendit, et ideo ipsam primam elementorum divisionem abscisionem Saturni nominant, quasi qui ultra mundum generare non possit.

XXXIV. Nam de Venere hoc modo allegoriam tradunt : Ubi, aiunt, ætheri subjectum est pelagus, cum repercussus aquis splendor cœli gratior refulsisset, venustas rerum quæ ex aquis pulchrior apparuerat, Venus nominata est (59), quæ ætheri tanquam fratri suo sociata, quod concupiscibile decus effecerit, Cupidinem genuisse memorata est. Hoc

## COTELERII NOTÆ.

(57) *Illos undecim, quos interdum et duodecim dicit.* Theogoniæ vers. 133, etc. Ὠκεανὸν, Κοῖον, Κρεῖον, Ὑπερίονα, Ἰαπετὸν, Θείαν, Ῥείαν, Θέμιν, Μνημοσύνην, Φοίβην, Τηθὺν, Κρόνον. Supra c. 17 et *Clementinorum* homil. VI, n. 2, duodecim ponuntur. Diodorus Siculus lib. V enumerat undecim, Κρόνον, Ὑπερίονα, Κοῖον, Ἰαπετὸν, Κριὸν, Ὠκεανὸν, Ῥέαν, Θέμιν, Μνημοσύνην, Φοίβην, Τηθύν. Apollodorus lib. I, tredecim, Ὠκεανὸν, Κοῖον, Ὑπερίονα, Κρῖον, Ἰαπετὸν, Κρόνον, Τηθὺν, Ῥέαν, Θέμιν, Μνημοσύνην, Φοίβην, Διώνην, Θείαν. Orpheus denique quatuordecim, Θέμιν, Τηθὺν, Μνημοσύνην, Θείαν, Διώνην, Φοίβην, Ῥείην, Κοῖον, Κριὸν, Φόρκυν, Κρόνον, Ὠκεανὸν, Ὑπερίονα, Ἰαπετόν.

(58) Ἀθήνη, *propter immortalitatem.* Fulgentius : *Minerva denique et* Ἀθήνη *Græce dicitur, quasi* ἀθάνατος παρθένος, *id est immortalis virgo.*

(59) *Venustas rerum, quæ ex aquis pulchrior apparuerat, Venus nominata est.* Habes hic quoque Rufiniana *Clementinis*, Græca Latinis non inscite, audaci licet in interpretatione facinore, permista. Ut enim *Venus* a venustate dicatur, quod etiam tradit Firmicus, refellit vero Cicero; Ἀφροδίτη alterius originis est, ab ἀφρῷ *spuma*, ut vulgo sentiunt, utque colligitur ex cap. 20 hujus libri. Macrobius I *Saturnal.* 8 : *Venerem, quæ a spuma undæ coaluit,* Aphrodite *nomen accepit.* Vide *Clementina*, hom. 6, c. 13.

Digitized by Google

ergo modo per allegoriam Cronum quidem, qui est Saturnus, tempus esse, ut diximus, tradunt, Rheam materiam, Aiden, id est Orcum, inferni profundum, Neptunum aquam, Jovem ætherem, id est caloris elementum, Venerem venustatem rerum, Cupidinem concupiscentiam, quæ inest rebus omnibus, per quam posteritas reparatur, vel etiam rerum ratio quæ sapienter inspecta delectat. Hera, id est Juno, aer iste medius, qui de cœlo usque ad terram descendit, ponitur. Dianæ, quam ipsam Proserpinam dicunt, aerem inferne tradunt. Apollinem ipsum etiam solem dicunt, circumeuntem polum; Mercurium verbum, quo ratio de singulis quibusque reddatur; Martem intemperatum ignem, qui cuncta consumat. Sed ne singula enumerando immoremur, ad hanc allegoriæ speciem de unoquoque eorum quos colunt, hi quibus secretior de talibus inest peritia, honestas sibi videntur et justas reddere rationes.

XXXV. Hæc cum Niceta dixisset, Aquila respondit: Valde mihi videtur, quisquis ille est auctor et inventor horum, impius exstitisse, si hæc quæ grata et honesta videntur abscondit, et superstitionis suæ ritum in dedecorosis et turpibus observantiis collocavit, cum ea quæ secundum litteram scripta sunt, manifeste inhonesta sint et turpia, et tota religionis eorum observantia in ipsis constet, ut per hujusmodi scelera et impietates deos suos quos colunt, doceant imitari. Nam in istis allegoriis quæ eis utilitas erit? quæ quamvis honestæ finguntur, nullus tamen ex eis aut usus ad cultum pervenit aut ad mores emendatio

XXXVI. Unde magis constat, quod prudentes viri cum viderent communem superstitionem tam probrosam esse, tam turpem, nec tamen corrigendi modum aliquem vel scientiam didicissent, quibus potuerunt argumentis et interpretationibus conati sunt res inhonestas honesto sermone velare, et non, ut dicunt, honestas rationes inhonestis fabulis occultare; quod si esset, nunquam utique ipsa eorum simulacra atque ipsæ de eis picturæ cum suis vitiis et criminibus formarentur. Non cycnus adulter Ledæ, nec taurus formaretur Europæ, et in mille monstra eum, quem putant meliorem omnibus, verterent. Quod utique si magni et sapientes qui sunt apud eos viri, fictum scirent esse, non verum, nonne impietatis arguerent et sacrilegii eos, qui ad injuriam deorum hujusmodi aut picturam ponerent aut sculperent simulacra? Denique regem temporis sui depingant in bovis forma, vel anseris, vel formicæ, vel vulturis, et scribant super regis sui nomen, atque hujusmodi vel statuam vel imaginem collocent; et injuriam facti sentient et vindictæ magnitudinem.

XXXVII. Sed quoniam vera hæc magis sunt, quæ publica turpitudo testatur, et ad excusationem a viris prudentibus sermonibus honestis quæsita sunt et concinnata velamina, idcirco non solum non prohibentur, sed et ipsis mysteriis Saturni filios devorantis, et occultati pueri per Corybantum et cymbala et tympanorum sonitus, exprimuntur imagines. De abscisione vero Saturni, quæ major erit probatio veritatis, quam ut in honorem dei sui, simili infelicitatis sorte abscindantur etiam cultores? Cum ergo hæc manifeste cernantur, quis tam exigui sensus, imo tam stolidi invenietur, cui non palam sit, hæc magis vera esse de infelicibus diis, quæ infeliciores cultores etiam corporum suorum vulneribus et abscisione testantur?

XXXVIII. Quod si, ut dicunt, hæc ita honeste et pie gesta tam inhonesto ritu ministrantur et impio, sacrilegus profecto est, quisquis ille vel ex initio hæc tradidit, vel nunc male tradita persistit implere. Quid autem et de libris dicimus poetarum? Nonne oportuerat eos, si honesta et pia deorum gesta turpibus fabulis infamarunt, abjici protinus atque in ignem dari, ne persuaderent teneræ adhuc ætati puerorum, Jovem ipsum deorum principem, parricidam erga parentes, incestum erga sorores et filias, impurum etiam in pueros exstitisse, Venerem cum Marte adulteros, et omnia illa quæ jam superius dicta sunt? Aut quid tibi videtur, domine mi Petre?

XXXIX. Tunc ille respondit: Certus esto, dulcissime Aquila, quia omnia per bonam Dei providentiam gesta sunt, ut non solum infirma et fragilia, verum et turpis esset causa quæ futura erat contraria veritati. Si enim validior et verisimilior fuisset erroris assertio, haud facile quisquam qui in eo deceptus esset, ad iter veritatis rediret. Si enim nunc, cum tam multa probra et dedecora de diis gentium proferuntur, vix aliquis turpem derelinquit errorem, quanto magis si esset ibi aliquid honestum et verisimile? Difficulter namque transfertur animus ab his, in quibus a prima ætate præventus est; et ob hoc, ut dixi, divina Providentia factum est ut erroris substantia et infirma esset et turpis. Sed et cætera omnia simili modo competenter et commode dispensat divina Providentia, licet nobis ignorantibus rerum causas bonæ et optimæ dispensationis divinæ non liqueat ratio.

XL. Cum hæc Petrus dixisset, ego Clemens Nicetam rogabam, ut aliqua de allegoriis gentilium quas diligenter attigerat, agnoscendi gratia exponeret; utile enim est, ut quando cum gentilibus disputamus, etiam ista nos minime lateant. Et Niceta: Si, inquit, permittit dominus meus Petrus, possum dicere. Tum Petrus: Hodie, inquit, permisi vobis dicere adversum gentiles, ut nostis. Et Niceta ait: Dic ergo, Clemens, de quibus audire velis. Cui ego aio: Quomodo tradunt de deorum cœna gentiles, quam in Pelei nuptiis habuerunt et Thetidis, quem dicunt esse Paridem pastorem, et quas ponunt Junonem, Minervam et Venerem, quæ apud eum judicantur, quemve Mercurium, vel quod malum, et cætera quæ per ordinem consequuntur, enarra nobis.

XLI. Tum Niceta: Cœnæ deorum causa hoc

Digitized by Google

modo se habet. Convivium mundum tradunt, discumbendi ordinem deorum stellarum positionem; quos Hesiodus cœli et terræ primos filios nominat, in quibus sex mares et sex feminas ad duodecim signorum numerum referunt, quæ universum circumeunt mundum. Dapes autem convivii rationes esse et causas rerum tradunt dulces et concupiscibiles, quæ qualiter regatur et gubernetur hic mundus, ex signorum positione et astrorum cursibus colliguntur. Ad libertatis tamen convivii modum dicunt ista constare, pro eo quod potestatem habeat uniuscujusque sensus, si velit degustare aliquid ex hujusmodi scientia aut si nolit; et sicut in convivio nemo cogitur, sed vescendi libertas penes unumquemque est, ita et philosophandi ratio pendet in voluntatis arbitrio. Discordiam concupiscentiam carnis dicunt, quæ insurgit adversum propositum mentis et philosophandi impedit studium; ideo denique et tempus illud esse aiunt, in quo de nuptiis agitur. Peleum vero et Thetidem nympham, aridum et humidum ponunt elementum, ex quorum admistione substantia corporum constat. Mercurium verbum esse tradunt, per quod sensui doctrina confertur, Junonem pudicitiam, Minervam fortitudinem, Venerem libidinem dicunt, Paridem sensum. Si ergo, aiunt, accidat in homine barbarum esse et imperitum sensum, et rectum judicium nescientem, spreta pudicitia et virtute, libidini palmam, quod est malum, dabit, per quod non solum sibi, sed et civibus et universæ genti subversio et pernicies aderit. Hæc ergo licet illis componere ex qualibet materia visum sit, tamen aptari ad omnem hominem possunt, quia si quis pastoralem et rusticum atque imperitum habeat sensum nec velit erudiri, ubi corporis calor de libidinis suavitate suggesserit, continuo, spretis studiorum virtutibus et scientiæ bonis, ad voluptates corporis animum confert. Et hinc est unde impacata bella consurgunt, urbes ruunt, patriæ concidunt, sicut et Paris, rapta Helena, ad mutuum Græcos et barbaros armavit exitium.

XLII. Et Petrus, collaudans prosecutionem ejus, ait: Multas, ut video, ingeniosi homines ex his quæ legunt verisimilitudines capiunt, et ideo diligenter observandum est, ut lex Dei cum legitur, non secundum proprii ingenii intelligentiam legatur. Sunt enim multa verba in Scripturis divinis, quæ possunt trahi ad eum sensum, quem sibi unusquisque sponte præsumpsit; quod fieri non oportet. Non enim sensum quem extrinsecus attuleris alienum et extraneum debes quærere, quem ex Scripturarum auctoritate confirmes, sed ex ipsis Scripturis sensum capere veritatis; et ideo oportet ab eo intelligentiam discere Scripturarum, qui eam a majoribus secundum veritatem sibi traditam servat, ut et ipse possit ea quæ recte suscepit, competenter asserere. Cum enim ex divinis Scripturis integram quis susceperit et firmam regulam veritatis, absurdum non erit, si aliquid etiam ex eruditione communi ac de liberalibus studiis, quæ forte in pueritia attigit, ad assertionem veri dogmatis conferat, ita tamen ut ubi vera didicit, falsa et simulata declinet.

XLIII. Et cum hæc dixisset, ad patrem nostrum respiciens, ait: Tu ergo, senex, si quidem saluti animæ tuæ consulis, ut cum corpore fuerit resoluta, pro brevi hac conversione requiem inveniat sempiternam, require de quibusvis et consule, ut possis si quid in te est dubitationis abjicere. Incertum enim est etiam juvenibus vitæ tempus, senibus autem jam nec incertum est; non enim dubitatur, quin quantumcunque est quod putatur superesse, breve sit. Et ideo tam juvenes quam senes oportet de conversione et pœnitentia valde esse sollicitos, et satagere ut de reliquo ornent animam suam ornamentis dignissimis, id est dogmatibus veritatis, decore pudicitiæ, splendore justitiæ, candore pietatis, aliisque omnibus quibus comptam decet esse rationabilem mentem; tum præterea declinare a consortiis inhonestis et infidelibus, et societates habere fidelium atque illos frequentare conventus, in quibus de pudicitia, de justitia, de pietate tractatur; orare semper Deum ex corde et ab ipso petere quæ decet a Deo posci; ipsi gratias agere, veram pœnitudinem gerere præteritorum gestorum; aliquantulum etiam, si possibile est, per misericordias pauperum juvare pœnitentiam; per hæc enim facilior venia dabitur et indulgenti citius indulgebitur.

XLIV. Quod si provectioris ætatis sit is qui ad pœnitentiam venit, eo magis gratias agere debet Deo, quod postquam fractus est omnis impetus concupiscentiæ carnalis, scientia veritatis accepta, nulla ei imminet pugna certaminis, per quam insurgentes adversus animum reprimat corporis voluptates. Superest ergo in agnitione veritatis et misericordiæ operibus exerceri, ut afferat fructus dignos pœnitentiæ, nec putet quia in temporis longitudine documentum conversionis ostenditur, et non in devotionis ac propositi firmitate. Deo enim manifestæ sunt mentes, qui non temporum rationem colligit, sed animorum: ipse enim probat, si quis agnita veritatis prædicatione non distulit neque tempus negligendo consumpsit, sed statim et si dici potest eodem momento, præterita perhorrescens, futurorum desiderium cœpit et in amorem regni cœlestis exarsit.

XLV. Propter quod nemo vestrum ultra dissimulet nec retro respiciat, sed ad Evangelium regni Dei libenter accedat. Non dicat pauper, quia cum dives factus fuero, tunc convertar; non requirit a te Deus pecuniam, sed animum misericordem et piam mentem. Neque dives conversionem suam differat pro sollicitudine sæculari, dum cogitat quomodo dispenset abundantiam frugum; neque dicat intra semetipsum, *Quid faciam, ubi recondam fructus meos?* Neque dicat animæ suæ, *Habes multa bona reposita in annos multos, epulare, lætare;* nam dicetur ei: *Stulte, hac nocte auferetur abs te*

Digitized by Google

*anima tua, et quæ præparasti cujus erunt* [75]? Itaque festinet ad pœnitentiam omnis ætas, omnis sexus, omnisque conditio, ut vitam consequatur æternam. Juvenes quidem in eo grati sint, quod in ipso impetu desideriorum cervices suas jugo subjiciunt disciplinæ. Senes et ipsi laudabiles, quia multi temporis consuetudinem, in qua male præventi sunt, pro Dei timore commutant.

XLVI. Nemo ergo differat, nemo cunctetur; quæ enim causa cunctandi est ad bene agendum? aut times, ne cum bene feceris, ibi remunerationem non invenias ut putasti? Et quid senties detrimenti si bene feceris gratis, nonne etiam sola in his sufficeret conscientia? Quod si inveneris ut præsumis, nonne pro parvis magna, et pro temporalibus æterna recipies? verum ego hæc propter incredulos dixi. Nos autem quæ prædicamus, ita se habent, quia nec aliter esse possunt, quæ prophetica voce promissa sunt.

XLVII. Si quis vero cupit examussim veritatem nostræ prædicationis agnoscere, conveniat ad audiendum, et quid sit verus propheta cognoscat, et tunc demum omnis in eo cessabit ambiguitas; si tamen non obstinatis animis resistat his, quæ vera esse compererit. Sunt enim quidam qui quolibet modo ad hoc tantum respiciunt ut vincant, et laudem pro hoc magis quam salutem quærant, quibus non eveniat vel dici aliquid, ne et sermo nobilis patiatur injuriam, et injuriæ suæ reum æterna morte condemnet. Quid enim est in quo adversari prædicationi nostræ quis debeat? aut in quo contra veri honestique fidem sermo prædicationis nostræ deprehenditur? qui dicit honorandum esse Deum et Patrem omnium conditorem, ejusque Filium, qui solus eum et voluntatem ejus novit, cuique soli de omnibus credendum est quæ præcepit; solus enim est lex et legislator et judex justus, cujus lex decernit honorandum esse Deum Dominum omnium per vitam sobriam, castam, justam, misericordem, et in ipso solo omnem collocandam spem.

XLVIII. Sed dicet aliquis, etiam a philosophis hujusmodi præcepta dari. Nihil est simile; nam de iustitia quidem ab eis et sobrietate mandatur, sed remuneratorem Deum gestorum bonorum malorumque non norunt, et ideo leges et præcepta eorum accusatorem tantummodo publicum vitant, conscientiam vero purificare non possunt. Quid enim timeat in occulto peccare, qui occultorum esse arbitrum et judicem nescit? Addunt præterea philosophi in præceptis suis, etiam deos qui sunt dæmones honorandos, quod solum, etiamsi in aliis probabiles viderentur, gravissimæ eos potest impietatis arguere et propriis condemnare sententiis, qui unum quidem esse pronuntiant Deum, pro assentatione tamen erroris humani plures mandent colendos. Aiunt autem et illud philosophi, Deum non irasci, nescientes quid dicant. Ira enim mala est, ubi mentem turbat, ut rectum consilium perdat; illa vero quæ malos punit, perturbationem menti non infert, sed unus, ut ita dixerim, idemque affectus est, qui et bonis præmia et malis retribuit pœnam; nam si bonis et malis bona restituat, et simili remuneratione erga pios utatur et impios, injustus potius quam bonus videbitur.

XLIX. Sed ais: nec Deus debuit facere malum. Verum dicis; neque fecit. Sed qui ab eo creati sunt, dum judicandos se esse non credunt, indulgentes voluptatibus suis, a pietate et justitia deroluti sunt. Sed dices: Si justum est punire malos, statim ut male agunt puniri debent. Tu quidem bene festinas; sed ille qui æternus est et quem nihil latet, quanto nullus ei finis, tanto et prolixa patientia est, et non ad velocitatem vindictæ, sed ad salutis respicit causas; delectatur enim non tam morte, quam conversione peccantis [76]. Ideo denique et sanctum baptisma largitus est hominibus, ad quod si quis venire festinet, et de reliquo maneat emendatus, delentur ex eo omnia peccata, quæ per ignorantiam commissa sunt.

L. Nam philosophi quid contulerunt vitæ mortalium, dicendo hominibus non irasci Deum? nempe ut docerent eos nullum habere vindictæ alicujus vel judicii metum, et per hoc tota peccantibus frena laxarent. Aut quid illi humanum genus juvarunt, qui dixerunt non esse Deum, sed casu omnia et fortuito agi? nonne ut hæc audientes homines et arbitrantes nullum esse judicem, nullum provisorem rerum, ad omne facinus, quod vel furor vel avaritia vel libido dictasset, neminem verendo præcipites agerentur? Nam illi multum revera juverunt mortalium vitam, qui dixerunt nihil posse sine genesi fieri, scilicet ut unusquisque peccati sui causam genesi ascribens, semetipsum in sceleribus suis pronuntiaret innoxium, dum crimen suum non pœnitendo diluit, sed fatum culpando congeminat. Nam de illis quid dicam philosophis, qui deos colendos esse introduxerunt, et tales deos, quales paulo ante audistis? Quid fuit aliud decernere, nisi ut vitia, nisi ut crimina, nisi ut flagitia colerentur? Pudet miseretque me vestri, si creditis quod indigna hæc essent et impia atque exsecrabilia, aut non deprehendistis hactenus, aut deprehensa et intellecta mala pro bonis et optimis coluistis.

LI. Tum præterea et illud quale est, quod præsumpserunt nonnulli philosophorum vel de Deo loqui, cum sint mortales, et opinione sola de invisibilibus dicere vel de mundi origine, ubi non aderant cum fieret, vel de fine ejus vel de animarum in infernis dispensatione et judicio, nescientes quia præsentia quidem et visibilia nosse hominis est rationabilis, præterita vero et futura et invisibilia scire, solius propheticæ præscientiæ est. Non ergo hæc conjecturis et opinionibus colligenda sunt, in quibus valde falluntur homines, sed fide propheticæ

[75] Luc. XII, 17, 19, 20. [76] Ezech. XVIII, 33

Digitized by Google

veritatis, sicut se habet hæc nostra doctrina. Nos enim nihil ex nobis loquimur, nec humana æstimatione collecta annuntiamus, hoc enim decipere est auditores; sed veri prophetæ auctoritate nobis tradita et manifestata prædicamus. De cujus præscientia et virtute prophetica, si quis, ut dixi, ad liquidum vult documenta suscipere, sollicitus conveniat, et impiger sit ad audiendum, et evidentes dabimus probationes, quibus vim propheticæ præscientiæ non solum auribus audire, sed et oculis etiam videre ac manu contrectare se credat. De quo cum certam fidem conceperit, jugum justitiæ et pietatis absque ullo labore suscipiet [77], tantamque in eo sentiet suavitatem, ut non solum nihil ei laboris inesse causetur, verum et amplius aliquid addi sibi desideret et imponi.

LII. Cumque hæc et alia his similia dixisset, et nonnullos ex his qui aderant infirmos et dæmonibus obsessos curasset, gratulantes et Deum collaudantes turbas dimisit, præcipiens eis ut ad eumdem locum etiam consequentibus diebus audiendi gratia convenirent. Cumque domi jam inter nos essemus ac præpararemus ad edendum, ingressus quidam nuntiat Appionem Plistonicensem (60) cum Anubione nuper venisse ab Antiochia, et hospitari cum Simone. Tum pater audiens gavisus est, et ait Petro: Si permittis, volo ire et salutare Appionem et Anubionem, quia valde amici mihi sunt; fortassis autem Anubionem etiam suadere potero disputare cum Clemente de genesi. Et Petrus: Permitto, inquit, et laudo quod amicos colis; verumtamen considera, quomodo per providentiam Dei omnia tibi ex sententia concurrant; ecce enim non solum affectio tibi propria, Deo præstante, reparata est, sed et amicorum præsentia procuratur. Et pater: Vere, inquit, adverto ita esse, ut dicis. Et cum hæc dixisset, abiit ad Anubionem.

LIII. Nos autem cum Petro positi per totam noctem interrogando de diversis et discendo ab eo, delectatione ipsa doctrinæ et suavitate verborum pervigiles mansimus. Et cum jam auroresceret, Petrus intuens me ac fratres meos, ait: Miror quid visum sit patri vestro. Cumque hæc diceret, supervenit pater et invenit Petrum nobis de se loquentem. Cumque salutasset, satisfacere cœpit et causam exponere, ob quam foris mansisset. Nos autem respicientes ad eum expavimus, vultum in eo Simonis videntes (61), vocem tamen patris nostri audiebamus. Cumque refugeremus eum et exsecraremur, stupebat pater quod tam austere cum eo ageremus et barbare. Solus tamen Petrus erat, qui vultum ejus naturalem videbat: qui et ait ad nos: Cur exsecramini patrem vestrum? Cui nos una cum matre respondimus: Hic nobis Simon videtur, vocem habens patris nostri. Et Petrus: Vobis quidem vox ejus quæ maleficiis mutata non est, sola nota est; mihi autem etiam vultus ejus, qui aliis arte Simonis mutatus apparet, Faustiniani patris vestri notus est. Et intuens patrem ait: Causa quæ conjugem tuam conturbat ac filios, hæc est, species vultus in te non videtur illa quæ fuit, sed facies exsecrandi Simonis in te apparet.

LIV. Et cum hæc diceret, regressus quidam ex his qui Antiochiam præcesserunt, dicebat ad Petrum: Scire te volo, domine mi Petre, quia Simon apud Antiochiam publice multa faciens signa et prodigia, nihil aliud populo persuasit nisi quæ ad tui odium pertinent, magum te nominans, maleficum, homicidam, et in tantum eos adversum te odium concitavit, ut magnopere desiderent, si te usquam invenire queant, etiam carnes tuas devorare; et ob hoc nos qui præmissi sumus, videntes valde commotam contra te civitatem, occulte in unum convenientes considerabamus quid fieri oporteret.

LV. Cumque nullum videremus exitum rei, supervenit Cornelius centurio, missus a Cæsare ad præsidem Cæsareæ publici negotii gratia; hunc accersimus ad nos solum, causamque ei qua mœsti

[77] Matth. xi, 30.

## COTELERII NOTÆ.

(60) *Appionem Plistonicensem.* Epitomes c. 133: Ἀππίων ὁ Πλειστονίκης; *Clementinorum* iv, 6: Ἀππίωνα τὸν Πλειστονίκην. Insigni tamen isti grammatico, qui a Tiberio cymbalum mundi dicebatur, procul dubio nomen fuit Ἀπίων, Apion, ut interdum exhibent codices mss. quibus usi sumus, utque fere semper in Græcis libris scriptum invenies. Sed errarunt aliquando Græci etiam antiquarii. Unde in Tatiano recte quidem p. 164 legitur Ἀπίωνος, at perperam p. 172 excusum est Ἀππίων, cum apud Eusebium *Præpar. evang.*, lib. x, c. 11, in eodem Tatiani loco Ἀπίων cernatur. Quod ad Latinos spectat, *Appion* potest esse auctorum error, potest esse librariorum. Certe in Plinio *Apion* scribitur. Item in Adonis *Chronico*, in Honorii Augustodunensis *Catalogo*, et in quibusdam mss. ac editionibus *Historiæ* Eusebianæ a Rufino translatæ, lib. iii, c. 38. Apud Senecam vero, Agellium, Tertullianum, Hieronymum, Josephum Rufini, Haymonem aliosque, cum duplici *p* ediderunt. Hactenus de nomine. Nunc de cognomento. Πλειστονίκην non verterim *Plistonicensem*, quasi ex patria; sed *Plistonicem*, secutus Plinium et Agellium. Sic autem Apionem cognominarunt quod in certamine litterario sæpe victor exstitisset; quæ est multorum sententia: vel a patre Plistonice; juxta doctissimum Salmasium ad *Inscriptionem Reginæ*, p. 90 et præfatione in librum *De homonymis Hyles Iatricæ*, p. 40 ex his, opinor, Suidæ, Ἀπίων, ὁ Πλειστονίκου. Verum cum Suida Salmasium refellunt Justinus Martyr *Cohortatione ad Græcos*, p. 9, et Africanus apud Eusebium cum lib. x *Præparat. evang.*, c. 10, tum Χρονικῶν λόγῳ πρώτῳ, pag. 26, dum Apioni patrem dant Posidonium.

(61) *Vultum in eo Simonis videntes*, etc. Indiligens est in hujus loci et fabellæ commemoratione Hincmarus, relatus in Testimoniis Veterum. Lege etiam Cedrenum p. 173, et Anastasium, quæst. 20, p. 242.

Digitized by Google

essemus exponimus, ac si quid posset, ut juvaret hortamur. Tum ille promptissime repromittit se eum protinus fugaturum, si tamen consilio ejus etiam nos adniteremur. Cumque nos polliceremur impigre cuncta gesturos, ait : Cæsar in urbe Roma et per provincias maleficos inquiri jussit ac perimi, ex quibus plurimi jam perempti sunt. Ego igitur divulgabo per amicos, me ut istum magum caperem venisse, et ob hoc missum a Cæsare, quo etiam hic cum cæteris suis sociis puniatur. Vestri ergo qui cum ipso sunt occulte quasi undecunque audierint, indicent ei quod ego ad ipsum capiendum missus sim, et certum est, quod cum audierit, fugiat : aut si vos aliquid melius videtis, dicite. Quid plura? ita factum est a nostris qui cum ipso erant, explorandi gratia simulati. Ubi didicit Simon ventum esse ad se, tanquam ingens sibi beneficium collatum ab eis accipiens, in fugam versus est. Discedens igitur ex Antiochia, cum Athenodoro huc venit sicut audivimus.

LVI. Hoc ergo visum est nobis omnibus qui præcessimus, ut interim nunc non ascendas Antiochiam, usquequo videamus si illo discedente odium quod de te populo seminavit, aliqua ex parte vacuetur. Cum hæc insinuasset is qui de Antiochia venerat, Petrus respiciens ad patrem nostrum ait : Faustiniane, a Simone Mago transformatus est vultus tuus, sicut apparet; putans enim quod a Cæsare quæreretur ad pœnam, territus fugit et suum vultum tibi imposuit, si forte tu pro ipso capereris et ad mortem duci posses, ut filiis tuis tristitiam moveret. Pater vero ubi hæc audivit, cum lacrymis exclamans : Recte, inquit, æstimasti, Petre, nam et Anubion quia mihi valde amicus erat, sub mysterio quodam mihi indicare cœperat de insidiis ejus, sed infelix non credebam, quia nihil in eum commiseram mali.

LVII. Cumque omnes una cum patre tristitia et lacrymis ageremur, interea et Anubion venit ad nos, indicans nobis Simonem fugisse per noctem, Judæam petentem. Videns autem patrem nostrum plangentem et lamentantem se ac dicentem : Infelicem me, qui eum magum audiens non credebam; quid mihi misero accidit, ut una die recognitus ab uxore et filiis, lætari non potuerim cum eis, sed ad priores miserias quas in errore pertuli, revolutus sim? Mater autem multo gravius sparsis et laceratis crinibus plangebat; nos quoque in permutatione vultus patris stupentes quasi attoniti eramus et amentes, nec quid rei esset intelligere poteramus. Sed et Anubion omnes nos ita videns affligi, velut mutus stabat. Tunc Petrus nos intuens filios ejus ait : Mihi credite, quod hic ipse est pater vester; propter quod et moneo vos, ut quasi patrem servetis eum. Dabit enim Deus occasionem aliquam, qua deposito Simonis vultu evidentem patris vestri, id est suam, recuperare possit effigiem.

LVIII. Et ad patrem conversus ait : Ego tibi permiseram salutare Appionem et Anubionem, quos tibi amicos a puero fuisse dixeras, non tamen ut cum Simone loquereris. Et pater : Peccavi, inquit, fateor. Tum Anubion : Et ego, inquit, cum ipso rogo et deprecor te, ut ignoscas seni, viro bono et generoso; seductus est infelix et ludibrio factus a nominato mago; dicam enim quomodo res gesta est: Ubi venit ad salutandos nos, contigit ut in ipsa hora circumstaremus Simonem, audientes eum dicentem quod fugere velit in ipsa nocte; audisse enim se, quod venerint quidam etiam ad hanc Laodiciæ civitatem, qui eum ex præcepto imperatoris comprehenderent; velle autem se in hunc qui nuper ingressus est Faustinianum omnem convertere furorem. Et ait ad nos : Tantum, inquit, vos facile eum cœnare nobiscum, et ego unguentum quoddam componam, quo cœnatus perungat faciem suam, ut ex eo meum vultum omnibus habere videatur; vos autem herbæ cujusdam succo facies perungemini prius, ut non fallamini de immutatione vultus ejus, ita ut, exceptis vobis, aliis omnibus Simon esse videatur.

LIX. Et cum ille hæc diceret aio ad eum : Et quid tibi ex hoc facto confertur lucri? Tum Simon : Primo, inquit, ut ipsum comprehendant qui me quærunt, et me desinant quærere. Si vero punitus fuerit a Cæsare, ut luctum maximum habeant filii sui, qui, me derelicto, confugerunt ad Petrum et sunt modo adjutores ipsius. Ego autem confiteor tibi, Petre, quod verum est; timui tunc Faustiniano indicare hæc, sed neque spatium nobis ipse Simon dedit, ut possemus secretius loqui et plenius ei consilium Simonis aperire. Interea circa mediam noctem, Simon Judæam petens aufugit. Deduxit autem eum Athenodorus et Appion, ego autem simulavi inæqualitatem corporis, ut domi remanens facerem hunc velocius ad vos redire, si forte possit aliquo modo occultari apud vos, ne ab his qui Simonem quærunt comprehensus, ad Cæsarem perducatur et pereat gratis, et nunc sollicitus pro ipso veni videre eum et redire antequam superveniant illi, qui deduxerunt Simonem. Et conversus ad nos Anubion ait: Ego Anubion patris vestri verum vultum video revera, quia perunctus sum prius ab ipso Simone sicut narravi vobis, ut oculis meis vera Faustiniani facies appareret, unde satis stupeo et admiror artem Simonis Magi, quod vos stantes modo non agnoscitis patrem vestrum. Flentibus autem patre et matre ac nobis omnibus pro his quæ acciderant, motus miseratione etiam Anubion flebat.

LX. Tum Petrus, misericordia permotus, restituturum se promittit faciem patris nostri, dicens ad eum : Audi, Faustiniane, cum nobis prius utilitatis aliquid contulerit error iste transformati vultus tui et ministraverit ad ea quæ volumus, tunc ego veram tibi vultus tui imaginem reddam, si tamen prius quæ a me tibi fuerint imperata, profligaveris. Cumque pater meus impleturum se cuncta quæ juberet omni promitteret nisu, tantum ut propriam recuperaret effigiem, Petrus ita cœpit : Ipse auribus tuis

Digitized by Google

audisti quod unus ex his qui præmissi fuerant, regressus ex Antiochia, nuntiaverit, quomodo Simon ibi positus, turbas adversum me concitaverit, atque in odium mei totam inflammaverit civitatem; magum me et homicidam ac deceptorem confirmans, in tantum ut desiderent, si me videant, etiam carnes meas devorare. Fac ergo quod dico tibi: relinquens apud me Clementem, præcede nos Antiochiam cum conjuge tua et Fausto ac Faustino filiis tuis. Sed et alios mittam tecum, quos mihi videbitur, qui obtemperent his quæ præcepero.

LXI. Cum ergo una cum ipsis Antiochiam veneris, quandoquidem Simon videris, publice stans prædica pœnitentiam tuam et dic: Ego Simon denuntio vobis et confiteor me omnia fefellisse de Petro; ille enim neque seductor est, neque magus, neque homicida, neque horum aliquid quæcunque contra eum locutus sum, sed dixi illa omnia furore commotus. Obsecro ergo vos ipse ego, qui dudum causas odii vobis contra eum dederam, ut nihil tale de eo sentiatis; sed deponite odium, cessate ab indignatione, quia vere a Deo ad salutem mundi missus est discipulus veri Prophetæ et apostolus. Propter quod suadeo, hortor et moneo ut ipsum audiatis, ipsi credatis prædicanti vobis veritatem, ne forte si spreveritis eum, ipsa etiam subito civitas vestra pereat. Quam vero ob causam hæc nunc vobis confitear, indicabo. Hac nocte angelus Dei corripuit me impium, et cur inimicus essem veritatis præconi, vehementissime flagellavit (62). Deprecor ergo vos, ut etiamsi ego ipse post hæc veniens ad vos aliquid tentavero adversum Petrum dicere, ne suscipiatis, nec credatis. Confiteor enim vobis, ego magus, ego seductor, ego deceptor fui, sed pœnitentiam ago; licet enim per pœnitentiam priora male gesta delere.

LXII. Cum hæc Petrus intimaret patri, ille respondit: Scio quid velis, ne labores ultra; intellexi enim et novi, quid oporteat cum ad locum venero, prosequi. Et Petrus iterum suggerebat ei, dicens: Cum ergo veneris ad locum et videris populum ex sermone tuo converti, et depositis odiis recipere desiderium nostri, mitte et manda mihi, et statim veniam. Cum autem venero, sine mora alienum hunc a te vultum effugabo, et tuum proprium qui tuis omnibus notus est reddam. Et his dictis fratres meos proficisci cum ipso jubet, ac Matthidiam matrem nostram et quosdam ex familiaribus simul. Sed mater recusabat proficisci simul et aiebat: Quasi adultera mihi futura videor, si vultui Simonis conjuncta sim; quod etsi cogar simul ire, impossibile tamen est ut in eodem lectulo cum ipso jaceam, sed nescio si vel proficisci simul acquiescam. Et cum valde renueret, Anubion hortari eam cœpit, dicens: Crede mihi et Petro, sed et ipsa vox non tibi Faustinianum esse persuadet conjugem tuum? quem vere non minus ego diligo quam tu. Denique etiam ego ipse vobiscum veniam. Et cum hæc dixisset Anubion, promisit mater simul se profecturam.

LXIII. Tum ego, Competenter, aio, Deus negotia nostra componit; habemus enim nobiscum et Anubionem astrologum, cum quo si Antiochiam venerimus, de genesi attentius disputabimus. Cumque post medium noctis pater noster cum his quos jusserat Petrus, et Anubione profectus esset; mane priusquam procederet ad disputandum Petrus, regressi sunt illi qui deduxerunt Simonem, id est Appion et Athenodorus, et venerunt ad nos requirentes patrem meum. Petrus vero ubi cognovit, jussit eos introire. Et cum consedissent, Ubi est, aiunt, Faustinianus? Petrus respondit: Nescimus: vespere enim postquam ad vos venit, ultra nulli suorum visus est; hesterno tamen die mane Simon venit quærens eum, et quia nihil illi respondimus, nescio quid ei visum sit, Faustinianum se esse dicebat. Quod cum ei nemo crederet, flens et dolens comminabatur perempturum semetipsum, et post hæc abiit ad mare versus.

LXIV. Hæc cum audisset Appion et qui cum ipso erant, ululatum dederunt grandem, dicentes: Quid hoc fecistis, cur non recepistis eum? Et cum vellet Athenodorus dicere mihi quia ipse erat Faustinianus pater tuus, Appion præveniens eum: Comperimus, inquit, a quodam qui cum Simone profectus est, ipso Faustiniano deprecante eum, pro eo quod nollet filios suos videre, quia Judæi erant (63-64). Nos ergo cum audissemus hæc, venimus eum hic requirere, sed quia hic non est, apparet quia vere dixit qui nuntiavit cum Simone profectum; hoc ergo nuntiamus vobis. Ego autem Clemens ubi intellexi consilium Petri, quia voluerit

## COTELERII NOTÆ.

(62) *Vehementissime flagellavit.* Conferri potest hæc flagellatio cum illa famosa Hieronymi.

(63-64) *Quia Judæi erant.* Ut benigne exponi potest per satis cognitum errorem, quo ethnici primis temporibus in nomine Judæorum Christianos quoque comprehendebant: ita et suspectum esse queat Ebioniticæ labis apocryphis Clementinis inspersæ. Confundebant enim Ebionæi Christianismum cum Judaismo. Quocirca prudenter factum a Simeone Metaphraste in Vita Clementis Romani, seu Clementina *Epitome*, cum quatuor loca homiliæ quartæ *Clementinorum* mutavit et correxit. Primus locus exstat c. 7. Ibi de Clemente dicitur: Ὑπὸ βαρβάρου τινὸς, τὴν προσηγορίαν Πέτρου, τὰ Ἰουδαίων ποιεῖν καὶ λέγειν ἠπάτηται. Metaphrastes vero posuit *Epitomes* c. 46, τὰ Χριστιανῶν. Secundum locum habes c. 13, ὁ δὲ τῶν, ὡς ὑμεῖς φατε, βαρβάρων Ἰουδαίων λόγος, e quo vocem Ἰουδαίων Simeon abstulit, c. 50. Tertium c. 13, quem simili modo circumcidit, c. 51. In quarto denique loco c. 24, Apion notat Clementem προσομιλοῦντα Ἰουδαίοις· at ex emendatione breviantis c. 53, Χριστιανοῖς. Lege homil. XI, c. 16, et alibi.



Digitized by Google

eis suspicionem dare, quod ab ipsis quærendus esset senex, ut timerent et fugerent, cœpi juvare consilium ejus et aio ad Appionem : Audi, charissime Appion, nos quod bonum credimus, etiam patri tradere volumus; quod si noluerit recipere, sed magis, ut dicis, exhorrescens nos fugit, asperum sit fortasse quod dico, nec nos de eo curamus. Et cum hæc dixissem, quasi exsecrantes crudelitatem meam discedunt, vestigia Simonis, ut sequenti die comperimus, insequentes.

LXV. Interea cum Petrus ex more quotidie populum doceret et virtutes multas ac sanitates efficeret, post dies decem venit quidam nostrorum ab Antiochia missus a patre, annuntians nobis quomodo publice staret pater, Simonem quidem qui in vultu videbatur, accusans, Petrum vero immensis laudibus præferens et omni populo commendans ac desiderabilem faciens, ita ut omnes ex ejus sermone mutati desiderarent eum videre; multos autem tantum in Petri amorem venisse, ut sævirent in patrem quasi in Simonem, et manus ei vellent injicere, velut qui tantum mali commisisset in Petrum; propter quod, aiebat, appropera, ne forte perimatur; in timore enim magno positus velociter misit me, ut sine mora venias, quo viventem eum occupes, simul et crescenti erga tui desiderium civitati opportunus appareas. Aiebat etiam quomodo mox ut urbem Antiochiam pater ingressus esset, quasi ad Simonem omnis populus ad eum collectus est, et cœpit omnibus confiteri publice secundum ea quæ populi restauratio flagitabat; nam quicunque omnes simul nobiles et diversi simul divites ac pauperes convenissent, sperantes aliqua ab eo more solito prodigia posse fieri, omnes hac voce alloquitur :

LXVI. Diu est quod me Simonem infelicissimum hominum patientia divina sustinet; nam quidquid in me mirati estis, non veritatis ministerio, sed dæmonum mendaciis et artibus gestum est, ut vestram fidem everterem et meam animam condemnarem. Confiteor me omnia de Petro fuisse mentitum; ille enim neque magus neque homicida unquam fuit, sed a Deo ad salutem vestrum omnium missus est, quem si ex hac hora contemnendum putaveritis, certum sit apud vos quod possit ipsa civitas vestra repente deperire. Quæ autem causa sit, ut hæc vobis ultro confitear : ab angelo Dei hac nocte vehementer correptus sum, et cur ei inimicus exstiterim, vehementissime flagellatus. Deprecor ergo vos, ut si ego ipse ex hac hora aperuero os meum contra eum, projiciatis me ab aspectu vestro; ille enim immundus dæmon saluti hominum inimicus per os meum contra ipsum loquitur, ne per eum vos pertingatis ad vitam. Quid enim ars magica per me vobis potuit virtutis ostendere? Canes feci æreos latrare et statuas moveri, figuras mutari hominum et subito ab aspectibus hominum absentari; et per hæc debuistis artem magicam exsecrari, quæ ut vobis miraculum inane prætenderem, animas vestras diabolicis laqueis innodabat, ne crederetis Petro, qui et languentes in nomine ejus a quo missus est curat, et dæmonas fugat, ac cæcos illuminat, et paralyticis salutem reddit, et mortuos suscitat.

LXVII. Hæc et his similia multa eo prosequente, exsecrari cum cœpit populus, et dabant fletum et gemitum, quia peccassent in Petrum credentes eum esse magum et impium. Eodem vero die ad vesperam restituta est in Faustiniano facies propria, et abscessit ab eo aspectus Simonis Magi. Audiens autem Simon vultum suum in eo ad Petri gloriam profecisse, festinus prævenit Petrum et agere cupiens arte sua, ut a Faustiniano ejus similitudo recederet, cum jam hoc juxta verbum apostoli sui Christus implesset. Videntes autem Nicetas et Aquila post prædicationem necessariam paternam faciem restitutam, gratias agentes Deo, non eum permiserunt ulterius alloqui populum.

LXVIII. Simon autem cœpit licet occulte per amicos suos et familiares ambulare, et amplius Petro derogare quam antea. Tunc omnes exspuentes in faciem ejus, expulerunt eum de civitate, dicentes : Tu eris reus mortis tuæ, si ulterius locutus contra Petrum huc tibi credideris esse veniendum. Quibus cognitis, Petrus postera die convenire populos jubet, et uno ex his qui sequebantur eum ordinato eis episcopo, aliis etiam presbyteris, baptizatis quoque plurimis, et omnibus qui erant vexati languoribus vel dæmonibus, sanitati redditis, demoratus ibi aliud triduum, cunctis rite compositis, valedicens eis, proficiscitur a Laodicia multum desiderabilis Antiochensium plebi; et cœpit per Nicetam et Aquilam tota civitas audire, quia Petrus adventaret. Omnis autem populus Antiochiæ civitatis audiens Petrum venire, occurrerunt ei, et pene omnes majores natu et nobiles, cinere aspersi in capite, pœnitentiam agentes, qui contra prædicationem ejus magum Simonem suscepissent.

LXIX. Hæc et his similia prosequentes, offerunt ei vexatos languoribus et dæmoniis fatigatos, paralyticos quoque et diversa pericula patientes; et erat infinita multitudo simul languentium. Quos videns Petrus non solum pœnitudinem agere, quod de eo male sensissent per Simonem, verum et tam integram fidem exhibere Deo, ut etiam omnes diversas ægritudines patientes crederent per eum posse salvari, expandit ad cœlum manus suas, et cum lacrymis orationem effundens, gratias referens Deo dicebat : Benedico te, Pater prædicande, qui omne verbum et promissum Filii tui adimplere dignaris, ut cognoscat omnis creatura, quia tu solus Deus in cœlo et in terra.

LXX. Hæc et his similia dicens, ascendit in eminentiori loco et jussit ante se poni omnem multitudinem ægrotantium, quos omnes hac voce allocutus est : Similem vobis hominem me esse videntes, nolite putare quod a me possitis recuperare salutem vestram, sed per eum qui de cœlo descendens, ostendit credentibus sibi integram animæ et corporis

Digitized by Google

medicinam; unde vox vestra testem habeat hunc omnem populum, quia ex toto corde creditis in Domino Jesu Christo, ut sciant etiam se ipsos ab ipso posse salvari. Cumque omnis multitudo infirmantium una voce clamaret, hunc esse verum Deum quem Petrus annuntiat, subito immensum lumen gratiæ Dei in medio plebis apparuit, et cœperunt paralytici currere ad pedes Petri sani, cæci recuperato visu clamare, claudi restaurato gressu gratias agere, languentes recepta sanitate gaudere, nonnulli etiam solo flatu viventes jam sine sensu et sine voce recuperati sunt, omnes quoque lunatici et pleni dæmoniis liberati sunt.

LXXI. Tantam itaque Spiritus sanctus in illa die gratiam suæ virtutis ostendit, ut omnes a minimo usque ad maximum una voce confiterentur Dominum; et ne multis immorer, intra septem dies plus quam decem millia hominum credentes Deo baptizati sunt et sanctificatione consecrati, ita ut omni aviditatis desiderio Theophilus (65), qui erat cunctis potentibus in civitate sublimior, domus suæ ingentem basilicam ecclesiæ nomine consecraret, in qua Petro apostolo constituta est ab omni populo cathedra (66), et omnis multitudo quotidie ad audiendum verbum conveniens, credebat sanæ doctrinæ quam sanitatum efficacitas affirmabat.

LXXII. Tum ego Clemens cum fratribus meis et matre patrem alloquimur, utrum aliquæ infidelitatis in eo reliquiæ remansissent. At ille : Venite, ait, et videbitis coram Petro, quantum in me fidei creverit incrementum. Tunc accedens Faustinianus, procidit ad pedes Petri dicens : Semina verbi tui quæ ager meæ mentis accepit, jam nata sunt, atque ita ad fecundam maturitatem provecta sunt, ut nihil desit, nisi ut a paleis me spiritali illa tua deseces falce et reponas me in horreo Dominico, faciens me mensæ divinæ participem. Tum Petrus cum omni alacritate apprehendens manum ejus, tradidit eum mihi Clementi et fratribus meis, dicens : Sicut tibi patri filios restituit Deus, ita et patrem filii restituunt Deo. Indixit autem jejunium omni plebi, et veniente die Dominica baptizavit eum, atque in medio populo ex conversione ejus materiam sumens, omnes casus ejus exposuit, ita ut omnis civitas quasi angelum eum susciperet, et non minorem ei gratiam quam apostolo exhiberet.[78] Quibus cognitis, Petrus postera die convenire populos jubet, et uno ex his qui sequebantur eum, ordinato episcopo, et aliis presbyteris, plurimum quoque populum baptizavit, omnesque qui erant vexati languoribus sanitati restituit.]

[78] Addita legitur hæc periodus in cod. antiquissimo Bodlej. num. 105, ap. Grabium in *Spicileg. SS. Patr.*, t. I, p. 299.

## COTELERII NOTÆ.

(65) *Theophilus.* Qui magna temporum confusione septimus Antiochiæ episcopus esse putatur a Guillelmo Tyrio lib. IV *Historiæ belli sacri* cap. 9, et a Jac. de Vitriaco cap. 32 *Historiæ Hierosolymitanæ.*

(66) *Petro Apostolo constituta est ab omni populo cathedra.* De hac Antiochena Petri cathedra, ejusque festo agunt Martyrologia ad 22 Februarii, *Legenda Sanctorum* cap. 44; *Gemma animæ* lib. III, cap. 26; Ivo Carnotensis, aliique. In Itinerario Willebrandi ab Oldenborg; *In hac Ecclesia* Antiochiæ *monstratur cathedra B. Petri.* Inveni quoque hunc titulum in catalogo mss. ecclesiæ S. Petri Bellovacensis : *Sermo S. Clementis papæ in Petri apostolorum principis sessione, qua cathedram instauravit Antiochiæ.* Eum autem catalogum debeo viro natalibus ac virtutibus illustri Antonio Vioni Herovallio, cujus indefessum pro re litteraria promovenda et pro demerendis litteratis studium omnes hodie prædicant, omnes mirantur, nulla ætas non celebrabit atque demirabitur.

Digitized by Google

# APPENDIX MONUMENTORUM

AD

# RECOGNITIONES CLEMENTINAS

(GALLAND, *Vet. Patr.*, II, 522.)

## I. *Ad lib.* I, *cap.* 24.

*S. Clementis episcopi Romæ, qui post apostolum Petrum sedi apostolicæ præfuit, de Spiritu sancto.*

Τοῦ ἁγίου Κλήμεντος ἐπισκόπου Ῥώμης, μετὰ τὸν ἀπόστολον Πέτρον τοῦ ἀποστολικοῦ θρόνου ἡγησαμένου, εἰς τὸ ἅγιον Πνεῦμα.

Beatus qui oculos clausos aperuit, etc. (67).

Μακάριος ὁ κεκλεισμένους ὀφθαλμοὺς ἀνοίξας, κ.τ.λ.

## II. *Ad lib.* I, *cap.* 54 (*ex codice Regio* 1818).

*Expositio accuratissima, quo modo oporteat eum recipere, qui ex Hebræis ad Christianorum fidem accedit.*

I. Oportet ut primo publicet ac proscribat quodcunque Hebræis pro legitimo, pro consuetudine et instituto est : deinde ostendat velle se ex toto corde, ac sincera fide Christianismum amplecti : et quidem palam in Ecclesia renuntiet omni cultui Judaico, et cunctis legalibus : anathematizet vero postea quæ excogitata fuerunt contra voluntatem Dei instituta atque mores : sicque aggreget se Christo, et fidei juxta illum : scilicet, sacerdote prius verba faciente; ipso autem per versuum ordinem respondente, aut ipsius, si sit parvulus, susceptore.

*Hæc porro ita habent :*

Ego ille, qui hodie ex Hebræis accedo ad fidem Christianorum; non per vim aliquam, vel necessitatem, timorem, vexationem aut paupertatem, nec ob debitum vel crimen mihi intentatum, neque propter mundanum honorem, beneficia quædam, pecunias aut res mihi a quoquam promissas, non omnino cujuscunque utilitatis causa humanive patrocinii, vel ob rixam et contentionem cum quopiam ex hominibus ejusdem mecum fidei susceptam, sive quasi inde volens sumere ultionem de Christianis, tanquam nimirum legis æmulator, vel et ab ipsis injuria affectus; sed ut ex toto animo et corde Christum ipsiusque fidem diligens; renuntio universo Hebraico cultui, et circumcisioni, omnibusque legalibus, necnon Azymis, Paschæ, sacrificio Agni, festo Hebdomadarum, Jubilæo, Tubis, Propitiationi, Scenopegiis ac reliquis omnibus Hebræorum festivitatibus; item sacrificiis, precibus, aspersionibus, purificationibus, expiationibus, jejuniis, Sabbatis Neomeniisque, et cibis ac potibus

Ἔκθεσις ἀκριβεστάτη περὶ τοῦ πῶς δεῖ δέχεσθαι τὸν ἐξ Ἑβραίων τῇ τῶν Χριστιανῶν πίστει προσερχόμενον.

Ἐξαγορεύειν αὐτὸν χρὴ πρότερον καὶ θριαμβεύειν πᾶν νόμιμον Ἑβραϊκὸν, καὶ ἔθος, καὶ ἐπιτήδευμα· κἀντεῦθεν δεικνύειν, ὡς ἐξ ὅλης καρδίας καὶ πίστεως εἰλικρινοῦς, Χριστιανίσαι ἠθέλησε· καὶ ἀποτάσσεσθαι μὲν φανερῶς ἐπ' ἐκκλησίας πάσῃ τῇ Ἰουδαϊκῇ θρησκείᾳ, καὶ τοῖς νομίμοις πᾶσιν· ἀναθεματίζειν δὲ ὕστερον τὰ ἐπινενοημένα παρὰ γνώμην Θεοῦ ἐπιτηδεύματα, καὶ ἔθη· καὶ οὕτως συντάσσεσθαι τῷ Χριστῷ, καὶ τῇ πίστει τῇ κατ' αὐτόν· τοῦ ἱερέως δηλαδὴ προτέρου λέγοντος, καὶ αὐτοῦ ἀποκρινομένου κατὰ στίχον, ἢ τοῦ ἀναδόχου αὐτοῦ, εἴπερ ὑπάρχει παιδίον.

*Ἔχει δὲ ταῦτα οὕτως.*

Ὁ δεῖνα ὁ ἐξ Ἑβραίων σήμερον προσιὼν τῇ πίστει τῶν Χριστιανῶν, οὐ διά τινα βίαν, ἢ ἀνάγκην, ἢ φόβον, ἢ ἐπήρειαν, ἢ πενίαν, ἢ διὰ χρέος, ἢ ἔγκλημα κατ' ἐμοῦ κινούμενον, ἢ διὰ τιμὴν κοσμικὴν, ἢ εὐεργεσίας τινὰς, ἢ χρήματα, ἢ πράγματα παρά τινος ὑπισχνούμενα, ἢ ὅλως διὰ οἱανδήποτε ὠφέλειαν, ἢ προστασίαν ἀνθρωπίνην, ἢ δι' ἔριν ἢ φιλονεικίαν πρός τινα γενομένην τῶν ὁμοπίστων μου, ἢ ὡς βουλόμενος ἐντεῦθεν ἀμύνασθαι Χριστιανοὺς, ὡς ζηλωτὴς δῆθεν τοῦ νόμου, ἢ καὶ παρ' αὐτῶν ἀδικηθείς· ἀλλ' ὡς ἐξ ὅλης ψυχῆς καὶ καρδίας τὸν Χριστὸν ἀγαπήσας καὶ τὴν αὐτοῦ πίστιν· ἀποτάσσομαι πάσῃ τῇ Ἑβραϊκῇ θρησκείᾳ, καὶ τῇ περιτομῇ, καὶ τοῖς νομίμοις πᾶσι, καὶ τοῖς Ἀζύμοις, καὶ τῷ Πάσχα, καὶ τῇ Θυσίᾳ τοῦ ἀμνοῦ, καὶ τῇ τῶν Ἑβδομάδων ἑορτῇ, καὶ τῷ Ἰωβηλαίῳ, καὶ ταῖς Σάλπιγξι, καὶ τῷ Ἱλασμῷ, καὶ ταῖς Σκηνοπηγίαις, καὶ ταῖς λοιπαῖς ἁπάσαις ἑορταῖς τῶν Ἑβραίων, καὶ ταῖς θυσίαις, καὶ ταῖς προσευχαῖς, καὶ τοῖς ῥαντισμοῖς, καὶ τοῖς καθαρισμοῖς, καὶ τοῖς ἁγνισμοῖς, καὶ ταῖς

(67) Fragmentum istud post Coutantium subjecimus Clementis Epistolis ad Corinthios, supra. EDIT. PATR.

Digitized by Google

νηστείαις, καὶ τοῖς Σαββάτοις, καὶ ταῖς Νεομηνίαις, καὶ τοῖς βρώμασι, καὶ τοῖς πόμασιν αὐτῶν· καὶ ἁπλῶς ἀποτάσσομαι παντὶ Ἰουδαϊκῶν νομίμων καὶ ἔθει, καὶ ἐπιτηδεύματι· καὶ ἐπὶ τούτοις ἀναθεματίζω τὰς παρὰ Ἰουδαίοις αἱρέσεις καὶ τοὺς αἱρετικούς· Σαδδουκαίους, τοὺς λεγομένους δικαίους, οἵτινες τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον βλασφημοῦσι, καὶ τὴν τῶν νεκρῶν ἀνάστασιν ἀθετοῦσι, καὶ τοὺς ἀγγέλους ἀποβάλλονται· Φαρισαίους, τοὺς ἀφωρισμένους, οἳ κατὰ δευτέραν καὶ πέμπτῃ νηστεύοντες, καὶ παρθενίαν ἐπὶ καιροὺς ὡρισμένους ὑποκρινόμενοι, μετέπειτα λύουσι πᾶσαν ἐγκράτειαν, δοξάζουσι δὲ εἱμαρμένην, καὶ τῇ ἀστρολογίᾳ σχολάζουσι· Νασαραίους, τοὺς ἀφηνιαστάς, οἳ τὸν περὶ θυσιῶν οὐ παραδέχονται τοῦ Μωσέως νόμον, καὶ διὰ τοῦτο ἐμψύχων ἀπέχονται, καὶ ὅλως οὐ θύουσι· Ὑσσαίους, τοὺς ἰταμωτάτους, οἳ γραφαῖς ἑτέραις παρὰ τὸν νόμον χρώμενοι, καὶ τοὺς πλείους τῶν προφητῶν ἀποβαλλόμενοι, διδάσκαλον αὐχοῦσιν ἄνθρωπον, Ἠλξαῖ καλούμενον, εἶτ' οὖν *δύναμιν κεκαλυμμένην*, καὶ Μαρθὼ, καὶ Μαρθάνην τὰς ἀπὸ τοῦ γένους αὐτοῦ καταγομένας, ὡς θεὰς τιμῶσιν· Ἡρωδιανοὺς, οἵ τινες τὸν ἀλλόφυλον βασιλέα τῶν Ἰουδαίων, Ἡρώδην τὸν σκωληκόβρωτον, ὡς Χριστὸν δοξάζουσιν· Ἡμεροβαπτιστὰς, οἳ τὰ αὐτὰ φρονοῦντες τοῖς Φαρισαίοις, δογματίζουσι κατὰ προσθήκην τὸ μὴ δύνασθαι ἄνθρωπον σωθῆναι, ἐὰν μὴ καθ' ἑκάστην ἡμέραν βαπτίζεται· Γραμματεῖς ἤτοι νομοδιδασκάλους, οἳ μὴ θέλοντες κατὰ τὸν νόμον ζῆν, ἀλλὰ περισσεύειν αὐτοῦ, ξεστῶν καὶ ποτηρίων, καὶ πινάκων, καὶ τῶν ἄλλων σκευῶν βαπτισμοὺς, καὶ πυγμῇ· τὰς χεῖρας νίπτειν καὶ τὰ σκεύη πλύνειν ἐπινοοῦσι, καὶ ἁπλῶς πολλὰς παραδόσεις ἰδίας τῷ νόμῳ προστιθέντες, Δευτερώσεις ταύτας καλοῦσιν, οἷον δευτέρας Θεοῦ νομοθεσίας, καὶ τὴν μὲν πρώτην ψευδῶς ἀναφέρουσιν εἰς τὸν Μωσέα, τὴν δὲ δευτέραν εἰς τὸν Ῥαββὶ Ἀκιβᾶν, τὴν δὲ τρίτην εἰς Ἀννᾶν τὸν καὶ Ἰούδαν, τὴν δὲ τετάρτην εἰς τοὺς Νασαμωναίου (68) υἱοὺς, οἵ τινες καὶ τὸ Σάββατον ἐν τοῖς πολέμοις ἠθέτησαν. Ταύτας οὖν ἀναθεματίζων τὰς Ἰουδαϊκὰς πάσας αἱρέσεις, καὶ τοὺς αἱρεσιάρχας, καὶ τὰς Δευτερώσεις, καὶ τοὺς Δευτερωτὰς, ἀναθεματίζω μετὰ τούτων καὶ τοὺς τὴν ἑορτὴν τελοῦντας τοῦ λεγομένου Μαρδοχαίου κατὰ τὸ πρῶτον Σάββατον τῶν Χριστιανικῶν νηστειῶν, καὶ ξύλῳ δῆθεν τὸν Ἀμᾶν πρόσηλοῦντας, εἶτα μιγνύντας αὐτῷ τὸ σταυροῦ σημεῖον, καὶ συγκατακαίοντας, ἀραῖς τε παντοίαις καὶ ἀναθέματι τοὺς Χριστιανοὺς ὑποβάλλοντας.

A eorum; et absolute renuntio omni Judaicorum legitimorum tum mori, tum instituto. Ad hæc anathemate ferio et hæreses quæ apud Judæos inveniuntur, et ipsos hæreticos; Sadducæos, qui justi vocantur, quique Spiritum sanctum blasphemant, mortuorum resurrectionem inficiantur, atque angelos rejiciunt; Pharisæos, segregatos qui secunda et quinta feria jejunant, virginitatem per definita tempora simulant, posteaque omnem solvunt continentiam, fatum autem prædicant, et vacant astrologiæ; Nazaræos, refractarios, qui legem a Moyse de sacrificiis latam non admittunt, ideoque animatis abstinent, nec ullatenus sacrificant; Ossæos, procacissimos, qui aliis a Lege Scripturis usi, et plerosque prophetarum rejicientes, magistro gloriantur homine, cui nomen Elxai, hoc est, *virtus abscondita*, atque ex genere ipsius ortas mulieres, Marthonem et Marthanam veluti deas colunt; Herodianos, qui alienigenam regem Judæorum Herodem, a vermibus exesum, tanquam Christum celebrant; Hemerobaptistas, qui eadem sentientes cum Pharisæis, præterea docent, neminem salvum fieri posse, nisi quotidie lavet: Scribas seu legis doctores, qui non contenti juxta legem vivere, sed volentes plura facere quam illa præscribat, intinctiones urceorum, calicum, discorum ac reliquæ supellectilis excogitant, simulque manus frequenter lavare, et vasa abluere, atque omnino multis traditionibus suis ad legem additis, eas appellant Deuteroses, quasi secundas Dei legislationes; et primam quidem falso referunt ad Moysem, secundam vero ad Rabbi Akibam, tertiam ad Annam qui et Judas dicitur, quartam autem ad Asamonæi filios, qui etiam Sabbatum in prœliis violarunt. Has ergo anathematizans Judaicas omnes hæreses et hæresiarchas, itemque Deuteroses cum Deuterotis, anathematizo cum illis etiam eos qui festum vocati Mardochæi celebrant ad primum Sabbatum Christiani jejunii; et utique ligno Amanem clavis affigunt, deinde ei miscent crucis signum, unaque comburunt, ac omnis generis imprecationibus et anathemati Christianos subjiciunt.

Ἀναθεματίζω πρὸς τοῖς παλαιοῖς, Ἀρχιραββίτας καὶ τοὺς νέους τῶν Ἰουδαίων κακοδιδασκάλους, Λάζαρόν φημι, τὸν τὴν ἄθεσμον ἑορτὴν ἐξευρόντα τῆς λεγομένης παρ' αὐτοῖς Μονοποδαρίας (69), καὶ Ἠλίαν τὸν ἐκείνου κατὰ τὴν δυσσέβειαν οὐκ ἐλάττονα, Βενιαμίν τε καὶ Ζεβεδαῖον, καὶ Ἀβράμιον, καὶ Συμβάτιον, καὶ τοὺς λοιπούς. Καὶ ἐπὶ πᾶσι τούτοις ἀναθεματίζω, καὶ καταναθεματίζω τὸν παρὰ τῶν Ἰουδαίων προσδοκώμενον ὡς Χριστὸν ἐλεύσεσθαι Μεσίαν, εἴτ' οὖν εἰλημμένον (70), μᾶλλον δὲ Ἀντίχριστον· καὶ ἀποτασσόμενος αὐτῷ συντάσσομαι τῷ ἀληθινῷ

D II. Anathematizo præter veteres, Archirabbitas quoque et novos Judæorum malos doctores; Lazarum, inquam, inventorem nefarii festi quod apud illos appellatur Monopodaria; item Eliam illi in impietate nullatenus cedentem; Benjaminum pariter ac Zebedæum, Abramium, Symbatium, reliquosque. Ad hæc omnia anathema et catanathema pronuntio in eum qui a Judæis venturus, ut Christus exspectatur, Messiam seu unctum, magis vero Anti-Christum: et renuntians ei, me confero ad verum solumque Christum ac Deum. Credo in Pa-

(68) *Νασαμ.* Leg. Ἀσαμ. Cotel.

(69) *Μονοποδ.* Forte quod super uno pede saltarent. Vel a mensis monopodiis. Id.

(70) *Εἰλημμένον.* Leg. ἠλειμμένον. Id.

Digitized by Google

trem, Filium et Spiritum sanctum, sanctam, consubstantialem et individuam Trinitatem. Confiteor Incarnationem et ad homines adventum unius e sancta Trinitate, scilicet Filii unigeniti ac Verbi Dei, a Patre ante omnia sæcula geniti, per quem omnia facta sunt : eum credo esse Messiam qui a Lege et prophetis prædictus fuit; certumque habeo quod jam in terram venerit propter humani generis salutem; quod vere factus sit homo, nec tamen a propria divinitate excesserit; quod idem vere Deus sit, ac vere homo, absque confusione, mutatione et alteratione, in una persona et duabus naturis; quodque sponte cuncta passus fuerit, et carne crucifixus, divinitate impassibili permanente, sepultus fuerit, ac tertia die resurrexerit, postea in cœlum ascenderit, venturusque sit in gloria, ut judicet vivos et mortuos. Credo ac profiteor, sanctam virginem Mariam, quæ secundum carnem illum peperit, et post partum virgo permansit, vere ac proprie esse Dei genitricem, eamque veneror et honoro tanquam vere matrem Dei incarnati, ideoque dominam et heram in gratia factam universæ creaturæ. Adhuc panem et vinum, quæ apud Christianos mystice consecrantur, quemadmodum in divinis sacris sumunt, certus sum, confiteor, credo esse revera corpus et sanguinem Domini Jesu Christi, transmutata per divinam illius potentiam intellectualiter et invisibiliter super omnem naturalem cogitationem, quemadmodum solus ipse novit; sicque ego horum participem me fore assentior, ut vere ac reapse carnis et sanguinis illius, et in sanctitatem animæ et corporis, vitamque æternam, ac regnum cœlorum atque hæreditatem eorum qui sumunt, si in fide perfecta communicent. Sanctum præterea Christi baptisma, ex puro candidoque animo et corde, fideque sincera accipere flagito, plene persuasus illud vere esse lustrationem quæ mente percipitur, et regenerationem animæ et corporis.

III. Et vero cultu dignam crucem ejusdem veri Christi Deique nostri, velut non amplius interitus ac maledicti instrumentum, sed libertatis vitæque perpetuæ, signumque victoriæ adversus mortem et diabolum partæ; atque adhuc venerandas imagines tum præsentiæ Dei Verbi secundum carnem inter homines, tum purissimæ virginis Dei Matris quæ ineffabiliter eum genuit, tum divinorum angelorum, tum denique sanctorum omnium, recipio, honoro, amplector velut symbola et indicia prototyporum seu exemplarium : ipsos autem sacros angelos, omnesque sanctos, non solum antiquos patres cum prophetis, sed et apostolos, martyres, confessores, doctores, sanctos, item omnes omnino qui jam orto Christo placuerunt, tanquam illius servos ac fideles famulos honoro, veneror, propter honorem illi debitum. Et ita ex toto animo et corde, veroque proposito venio ad fidem Christianorum. Quod

A καὶ μόνῳ Χριστῷ καὶ Θεῷ. Καὶ πιστεύω εἰς Πατέρα καὶ Υἱὸν καὶ ἅγιον Πνεῦμα, τὴν ἁγίαν καὶ ὁμοούσιον καὶ ἀχώριστον Τριάδα. Καὶ τὴν Ἔνσαρκον οἰκονομίαν, καὶ πρὸς ἀνθρώπους ἐπιδημίαν ὁμολογῶν τοῦ τῆς ἁγίας Τριάδος ἑνὸς, τοῦ μονογενοῦς Υἱοῦ καὶ Λόγου τοῦ Θεοῦ, τοῦ ἐκ Πατρὸς πρὸ πάντων τῶν αἰώνων γεννηθέντος, δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο, αὐτὸν ὑπάρχειν πιστεύω τὸν παρὰ τοῦ νόμου καὶ τῶν προφητῶν προκηρυχθέντα Μεσίαν· ὃν καὶ ἤδη ἐλθεῖν ἐπὶ γῆς πληροφοροῦμαι, διὰ τὴν σωτηρίαν τοῦ ἀνθρωπίνου γένους, καὶ γενέσθαι κατὰ ἀλήθειαν ἄνθρωπον, μὴ ἐκστάντα τῆς οἰκείας θεότητος, καὶ εἶναι τὸν αὐτὸν Θεὸν ἀληθῶς, καὶ ἄνθρωπον ἀληθῶς, ἀσυγχύτως, ἀτρέπτως καὶ ἀναλλοιώτως, ἐν ὑποστάσει μιᾷ καὶ δυσὶ φύσεσιν, ἑκουσίως τε πάντα παθεῖν, καὶ B σταυρωθῆναι σαρκὶ, τῆς θεότητος ἀπαθοῦς μεινάσης, καὶ ταφῆναι, καὶ τριήμερον ἀναστῆναι, καὶ εἰς οὐρανοὺς ἀναληφθῆναι, καὶ ἥξειν ἐν δόξῃ μέλλοντα κρίνειν ζῶντας καὶ νεκρούς· καὶ τὴν κατὰ σάρκα τοῦτον τεκοῦσαν ἁγίαν παρθένον Μαρίαν, καὶ μείνασαν μετὰ τόκον παρθένον, κυρίως καὶ ἀληθῶς Θεοτόκον καὶ πιστεύω καὶ λέγω, καὶ ὡς κατὰ ἀλήθειαν μητέρα Θεοῦ ἐνανθρωπήσαντος καὶ διὰ τοῦτο κυρίαν καὶ δέσποιναν ἐν χάριτι γεγενημένην πάσης τῆς κτίσεως προσκυνῶ καὶ τιμῶ. Καὶ τὸν παρὰ Χριστιανοῖς μυστικῶς ἱερουργούμενον ἄρτον καὶ τὸν οἶνον, ὡς ἐν ταῖς θείαις τελεταῖς μεταλαμβάνουσι, πείθομαι, καὶ ὁμολογῶ, καὶ πιστεύω, σῶμα καὶ αἷμα κατὰ ἀλήθειαν εἶναι τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεταβαλλόμενα τῇ ἐκείνου θείᾳ δυνάμει νοερῶς τε καὶ ἀοράτως ὑπὲρ C πᾶσαν φυσικὴν ἔννοιαν, ὡς οἶδε μόνος αὐτός· καὶ οὕτω κἀγὼ μεταλήψεσθαι τούτων συντίθεμαι, ὡς κατὰ ἀλήθειαν ὄντως σαρκός τε καὶ αἵματος αὐτοῦ, καὶ εἰς ἁγιασμὸν ψυχῆς τε καὶ σώματος, καὶ ζωὴν αἰώνιον, καὶ βασιλείαν οὐρανῶν κληρονομίαν μεταλαμβανομένων, τοῖς αὐτῶν ἐν πίστει τελείᾳ μετέχουσι. Καὶ τὸ ἅγιον τοῦ Χριστοῦ βάπτισμα, μετὰ καθαρᾶς καὶ ἀδόλου ψυχῆς καὶ καρδίας, πίστεως εἰλικρινοῦς ἐπιζητῶ δέξασθαι, πληροφορούμενος ἀληθῶς κάθαρσιν αὐτὸ νοητὴν εἶναι, καὶ ἀναγέννησιν ψυχῆς τε καὶ σώματος.

Καὶ τὸν σεβάσμιον δὲ σταυρὸν τοῦ αὐτοῦ ἀληθινοῦ Χριστοῦ καὶ Θεοῦ ἡμῶν ὡς οὐκ ἔτι φθορᾶς καὶ ἀρᾶς ὄργανον, ἀλλ' ἐλευθερίας καὶ ζωῆς αἰωνίου, καὶ σημεῖον τῆς κατὰ τοῦ θανάτου καὶ τοῦ διαβόλου νίκης· D ἔτι δὲ καὶ τὰς σεβασμίους εἰκόνας τῆς τε κατὰ σάρκα πρὸς ἀνθρώπους ἐπιφανείας τοῦ Θεοῦ Λόγου, καὶ τῆς ἀφράστως αὐτὸν τεκούσης ἁγνῆς παρθένου καὶ Θεομήτορος, καὶ τῶν θεοειδῶν ἀγγέλων, καὶ τῶν ἁγίων ἁπάντων, ὡς σύμβολα τῶν πρωτοτύπων καὶ δέχομαι καὶ τιμῶ καὶ ἀσπάζομαι· καὶ αὐτοὺς δὲ τοὺς ἱεροὺς ἀγγέλους καὶ τοὺς ἁγίους ἅπαντας, οὐ μόνον προπάτορας καὶ προφήτας, ἀλλὰ καὶ ἀποστόλους καὶ μάρτυρας καὶ ὁμολογητὰς καὶ διδασκάλους καὶ ὁσίους καὶ πάντας ἁπλῶς τοὺς τῷ ἤδη ἐλθόντι Χριστῷ εὐαρεστήσαντας, ὡς δούλους ἐκείνου καὶ πιστοὺς θεράποντας τιμῶ καὶ σέβομαι, διὰ τὴν πρὸς ἐκεῖνον τιμήν. Καὶ οὕτως ἐξ ὅλης ψυχῆς καὶ καρδίας καὶ προαιρέσεως ἀληθοῦς, προσέρχομαι τῇ πίστει τῶν

Digitized by Google

Χριστιανῶν. Εἰ δὲ μεθ' ὑποκρίσεως καὶ δόλου ταῦτά φημι, καὶ οὐκ ἐκ πίστεως ὁλοψύχου καὶ καρδίας τὸν ἤδη ἐλθόντα Χριστὸν ἀγαπώσης, ἀλλὰ διά τινα βίαν, ἢ ἀνάγκην, ἢ φόβον, ἢ ἐπήρειαν, ἢ πενίαν, ἢ χρέος, ἢ ἔγκλημα κατ' ἐμοῦ κινούμενον, ἢ διὰ τιμὴν κοσμικὴν, ἢ εὐεργεσίας τινὰς, ἢ χρήματα, ἢ πράγματα παρά τινος ὑπισχνούμενα, ἢ ὅλως διά οἱανδήποτε ὠφέλειαν, ἢ προστασίαν ἀνθρωπίνην, ἢ δι' ἔριν ἢ φιλονεικίαν πρός τινας γενομένην τῶν ὁμοπίστων ἐμοῦ, ἢ ὡς βουλόμενος ἐντεῦθεν ἀμύνασθαι Χριστιανοὺς ὡς ζηλωτὴς δῆθεν τοῦ νόμου, ἢ καὶ παρ' αὐτῶν ἀδικηθεὶς, ἄρτι μὲν σχηματίζομαι γίνεσθαι Χριστιανὸς, ὕστερον δὲ θελήσω ἀρνήσασθαι, καὶ πρὸς τὴν Ἰουδαϊκὴν ὑποστρέψαι πάλιν θρησκείαν, ἢ εὑρεθῶ συνεσθίων τοῖς Ἰουδαίοις, ἢ συνεορτάζων, ἢ συννηστεύων, ἢ συνομιλῶν αὐτοῖς λάθρα, καὶ τὸν Χριστιανισμὸν διαβάλλων, ἢ πρὸς τὰς συναγωγὰς καὶ τὰς προσευχὰς αὐτῶν ἀπιὼν, καὶ ἀνανεῶν, ἢ περιποιούμενος ταύτας, καὶ οὐχὶ μᾶλλον φανερῶς ἐλέγχω τούτους, τὰς τούτων πράξεις, καὶ ἀθετῶ τὴν ματαίαν πίστιν αὐτῶν· νῦν μὲν ἔλθοιεν ἐπ' ἐμὲ πᾶσαι αἱ κατάραι ἃς ἐν τῷ Δευτερονομίῳ Μωσῆς ἔγραψε, καὶ ὁ τρόμος τοῦ Κάϊν, καὶ ἡ λέπρα τοῦ Γιεζῆ, πρὸς τῷ καὶ ταῖς ποιναῖς τῶν πολιτικῶν νόμων εἶναί με ὑπεύθυνον ἀπαραιτήτως, κατὰ δὲ τὸν μέλλοντα αἰῶνα εἴη μοι ἀνάθεμα καὶ κατάθεμα, καὶ ἡ ψυχή μου ταχθείη μετὰ τοῦ Σατανᾶ καὶ τῶν δαιμόνων.

A si per simulationem et dolum ista dico, non autem ex fide totius animi teste, et corde Christum qui jam advenit diligente; verum propter quamdam vim, necessitatem, metum, damnum, paupertatem, debitum, accusationem adversus me motam, sæcularem dignitatem, beneficia quædam, pecunias, res a quoquam promissas; aut plane cujuslibet utilitatis ergo, vel humani præsidii, vel dissidii causa, vel contentionis cum nonnullis fidei meæ hominibus, aut quasi volens hinc ultionem capere de Christianis, tanquam videlicet legis æmulator, sive et ab ipsis injuriam passus, nunc quidem fingo Christianus fieri, posthac autem negare voluero, iterumque ad Judaicam religionem reverti, vel inventus fuero una cum Judæis manducare, festa B peragere, jejunare, clam cum illis colloqui, Christianamque fidem infamare, aut ad eorum synagogas et proseuchas proficisci, easve instaurare seu tutari: et non potius prædictos Judæos eorumque actus palam reprehendo, vanamque illorum fidem improbo: nunc quidem veniant super me omnes diræ quas in Deuteronomio Moses scripsit, item tremor Caini, et lepra Giezis, insuperque pœnis quas leges civiles decernunt, sim absque ulla spe veniæ obnoxius; in futuro autem sæculo sit mihi anathema et catathema, animaque mea collocetur cum Satana et dæmonibus.

### III. *Ad lib.* IV, *cap.* 27 (*ex eodem codice*).

*Ὅπως χρὴ ἀναθεματίζειν ἐγγράφως τὴν αἵρεσιν αὐτῶν, τοὺς ἀπὸ Μανιχαίων προσιόντας τῇ ἁγίᾳ τοῦ Θεοῦ καθολικῇ καὶ ἀποστολικῇ Ἐκκλησίᾳ.*

*Quo modo hæresim suam scriptis oporteat anathematizare eos qui e Manichæis accedunt ad sanctam Dei catholicam et apostolicam Ecclesiam.*

Ἀναθεματίζω Μάνεντα τὸν καὶ Μανιχαῖον καὶ Κούβρικον, ὃς ἐτόλμησεν ἑαυτὸν Παράκλητον ὀνομάζειν, καὶ Ἀπόστολον Ἰησοῦ Χριστοῦ. Ἀναθεματίζω Σκυθιανὸν, καὶ Τερέβινθον τὸν καὶ Κουδᾶν (71), τοὺς Μάνεντος διδασκάλους. Ἀναθεματίζω Ζαράδην, ὃν ὁ Μάνης θεὸν ἔλεγε πρὸ αὐτοῦ φανέντα παρ' Ἰνδοῖς καὶ Πέρσαις, καὶ Ἥλιον ἀπεκάλει· σὺν αὐτῷ δὲ καὶ τὰς Ζαραδείους ὀνομαζομένας εὐχάς. Ἀναθεματίζω πάντας οὓς ὁ Μάνης ἀνέπλασε θεούς· ἤτοι τὸν τετραπρόσωπον πατέρα τοῦ μεγέθους, καὶ τὸν λεγόμενον πρῶτον ἄνθρωπον, καὶ τὸν Στεφανηφόρον, καὶ τὸν ὀνομαζόμενον Παρθένον τοῦ φωτὸς, καὶ τὸν φεγγοχάστοχον (72), καὶ πέντε νοερὰ φέγγη, καὶ τὸν καλούμενον Δημιουργὸν, καὶ τὸν ὑπ' αὐτοῦ προβληθέντα δίκαιον κριτὴν, καὶ τὸν ὠμοφάρον τὸν βαστάζοντα τὴν γῆν, καὶ τὸν Πρεσβύτην, καὶ πάντας ἁπλῶς οὓς ὁ Μάνης πλάττει θεοὺς καὶ Αἰῶνας καὶ τῶν Αἰώνων Αἰῶνας, καὶ ὅσα αὐτῷ ἐπραγματεύθη περὶ γιγάντων καὶ ἐκτρωμάτων. Ἀναθεματίζω πάντας τοὺς εἰπόντας ἢ λέγοντας ἢ λέξοντας δύο ἀρχὰς ἀγεννήτους ἀντικαθεστώσας ἀλλήλαις, τὴν μὲν ἀγαθὴν, τὴν δὲ πονηράν. Ἀναθεματίζω Μαρκίωνα, καὶ Οὐαλεντῖνον, καὶ Βασιλείδην, καὶ πάντα ἄνθρωπον τὸν τολ-

I. Anathemate ferio Manetem, seu Manichæum et Cubricum, qui se ausus est Paracletum et Apostolum Jesu Christi appellare. Anathematizo Scythianum ac Terebinthum qui et Budas, Manetis præceptores. Anathematizo Zaradem, quem Manes deum dixit ante se apparuisse apud Indos et Persas, quemque Solem vocavit: cum illo autem etiam anathematizo preces Zaradeas dictas. Anathematizo cunctos a Mane fabricatos deos: videlicet quadriformem patrem magnitudinis, et eum qui primus homo dicitur, et Coronigerum, ac eum qui nominatur Virgo lucis, tum lumine afflatum, et D quinque intelligentiis præditos splendores, vocatumque Opificem, et ab hoc prolatum justum judicem, necnon bajulum qui portat terram, item Senem, cunctosque prorsus quos Manes configit deos, Æones, ac Æonum Æones, quæcunque demum ab eo elaborata sunt de gigantibus et abortivis. Anathematizo omnes qui dixerunt aut dicunt aut dicturi sunt duo principia ingenita, sibi invicem opposita: alterum bonum, alterum malum. Anathematizo Marcionem cum Valentino et Basilide, omnemque hominem qui ausus fuit, audet vel ausurus

(71) *Κουδᾶν*. Leg. Βουδᾶν. Cotel.

(72) *Φεγγοχάστοχον*. Leg. φεγγοχάτοχον. Id.

Digitized by Google

est blasphemare adversus Vetus aut Novum Testamentum, et aspernari ac contumelia afficere Abrahamum, Isaacum, Jacobum, Jesum filium Nave, Samuelem, Davidem, Eliam, cæterosque omnes prophetas eorumque scripta. Ad summam, anathematizo eos qui obtrectant vero universi Conditori, neque confitentur unum eumdemque esse veteris ac novi Testamenti Deum, nec sanctos Deique amicos esse credunt eos qui in utroque Testamento effulserunt. Anathematizo omnem eum, qui non confitetur unum solum esse verum Deum, bonum et mundi opificem, atque omnipotentem, Domini nostri Jesu Christi Patrem; qui cum illo et cum Spiritu sancto ex non exstantibus, et nullo prorsus modo exsistentibus, nutu voluntatis produxit cœlum, terram, mare, cunctaque iis contenta; quique materia, quæ nempe nondum erat, non indiguit, nec pellibus, nervis, corporibus, sudoribusque malorum principum, quos Manes commentus est. Anathematizo dicentes corpus a malo principio editum fuisse, et mala natura esse. Anathematizo deliram Manetis fabulam, in qua dicit nequaquam similem nobis a Deo formatum esse primum hominem; hoc est, Adamum, sed a Sacla stupri principe et Nebroda, quam ait esse materiam, factos fuisse Adamum et Evam; ac illum quidem creatum esse ferina forma, hanc vero inanimam; atque Evam quidem a mascula vocata virgine vitam accepisse, Adamum autem per Evam feritate liberatum. Anathematizo eos qui asserunt Dominum nostrum Jesum Christum opinione manifestatum fuisse mundo, nec profitentur ipsum vere carnem assumpsisse ex sancta virgine Maria a Davide orta, carnem humanam nobisque consubstantialem, atque perfecte hominem factum esse; ab eaque Virgine genitum fuisse post tempus novem mensium, item ad trigesimum annum cum hominibus versatum fuisse, dein baptizatum in Jordane a sanctissimo præcursore et Baptista Joanne, ac testimonium retulisse a cœlesti, vero bonoque Patre, quod ipse ejus esset Filius, verus Deus atque ei consubstantialis, per incarnationem ex Virgine factus homo, remanens tamen Deus.

II. Anathematizo igitur, ut dictum est, eos qui contra hæc sentiunt, et alium quidem volunt esse eum qui natus sit ex Maria, quique baptizatus seu intinctus sit, imo, ut ipsi delirant, demersus; alium vero eum qui ex aqua ascenderit, testimoniumque acceperit, quem et ingenitum Jesum ac Lumen nuncupant, qui in figura hominis apparuerit; atque illum quidem fabulantur esse a malo principio, hunc autem a bono. Anathematizo eos qui aiunt Dominum nostrum Jesum Christum existimatione sola passum esse, et alium quidem esse eum qui in cruce, alium vero qui procul ab ea stabat, ridebatque tanquam alio pro se perpetiente. Anathematizo itaque illos, qui non confitentur ipsum esse Verbum Deum e sancta Deipara semperque virgine Maria

A μήσαντα ἢ τολμῶντα ἢ τολμήσοντα βλασφημεῖν κατὰ τῆς Παλαιᾶς Διαθήκης, ἢ τῆς Καινῆς, καὶ ἀθετεῖν καὶ ὑβρίζειν Ἀβραάμ, καὶ Ἰσαάκ, καὶ Ἰακώβ, καὶ Ἰησοῦν τὸν τοῦ Ναυῆ, καὶ Σαμουὴλ, καὶ Δαβίδ, καὶ Ἠλίαν, καὶ τοὺς λοιποὺς πάντας προφήτας, καὶ τὰ παρ' αὐτῶν συγγραφέντα. Καὶ ἁπλῶς, ἀναθεματίζω τοὺς βλασφημοῦντας τὸν ἀληθινὸν τοῦ παντὸς ποιητὴν, καὶ μὴ ὁμολογοῦντας ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν εἶναι παλαιᾶς καὶ καινῆς Διαθήκης Θεὸν, καὶ τοὺς ἐν ἑκατέρᾳ διαλάμψαντας, ἁγίους εἶναι πιστεύοντας καὶ φίλους Θεοῦ. Ἀναθεματίζω πάντα ἄνθρωπον τὸν μὴ ὁμολογοῦντα ἕνα μόνον εἶναι Θεὸν ἀληθινὸν, ἀγαθόν τε καὶ δημιουργὸν καὶ παντοκράτορα, τὸν Πατέρα τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, τὸν σὺν αὐτῷ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι ἐκ μὴ ὄντων καὶ μηδαμῇ μηδαμῶς ὄντων, τῇ

B ῥοπῇ τοῦ θελήματος προαγαγόντα τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν καὶ τὴν θάλασσαν καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς, καὶ μὴ δεηθέντα ὕλης τῆς μηδέπω οὔσης, μήτε βυρσῶν καὶ νεύρων καὶ σωμάτων καὶ ἱδρώτων τῶν πονηρῶν ἀρχόντων, ὡς ὁ Μάνης ἀνέπλασεν. Ἀναθεματίζω τοὺς λέγοντας ὅτι τὸ σῶμα ἐκ τῆς πονηρᾶς ἀρχῆς ὑπέστη, καὶ ὅτι φύσει ἔστι τὰ κακά. Ἀναθεματίζω τὸν ληρώδη Μάνεντος μῦθον, ἐν ᾧ φησι μὴ ὅμοιον ἡμῖν διαπεπλάσθαι ὑπὸ τοῦ Θεοῦ τὸν πρῶτον ἄνθρωπον, τουτέστι τὸν Ἀδάμ, ἀλλὰ ὑπὸ τοῦ Σακλᾶ τοῦ τῆς πορνείας ἄρχοντος, καὶ τῆς Νεβρώδ, ἣν εἶναι τὴν ὕλην φησὶ, γενέσθαι τὸν Ἀδὰμ καὶ τὴν Εὔαν· καὶ τὸν μὲν θηριόμορφον κτισθῆναι, τὴν δὲ ἄψυχον· καὶ τὴν μὲν Εὔαν ὑπὸ τῆς ἀρρενικῆς λεγομένης παρ-

C θένου μεταλαβεῖν ζωῆς, τὸν Ἀδὰμ δὲ ὑπὸ τῆς Εὔας ἀπαλλαγῆναι τῆς θηριωδίας. Ἀναθεματίζω τοὺς λέγοντας τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν δοκήσει πεφανερῶσθαι τῷ κόσμῳ, καὶ μὴ ὁμολογοῦντας αὐτὸν σεσαρκῶσθαι ἀληθῶς ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου Μαρίας τῆς ἐκ Δαβὶδ καταγομένης, σάρκα τὴν ἀνθρωπίνην καὶ ἡμῖν ὁμοούσιον, καὶ τελείως ἐνανθρωπῆσαι, καὶ τεχθῆναι ἐξ αὐτῆς δι' ἐννεαμηνιαίου χρόνου, καὶ ἐπὶ τριακοστὸν ἔτος ἀνθρώποις συναναστραφῆναι, καὶ βαπτισθῆναι ὑπὸ Ἰωάννου τοῦ ἁγιωτάτου προδρόμου καὶ Βαπτιστοῦ ἐν τῷ Ἰορδάνῃ, καὶ ὑπὸ τοῦ οὐρανίου καὶ ἀληθινοῦ καὶ ἀγαθοῦ μαρτυρηθῆναι Πατρὸς, ὡς αὐτὸς εἴη ὁ Υἱὸς αὐτοῦ ὁ ἀληθινὸς Θεὸς καὶ ὁμοούσιος αὐτῷ, σαρκώσει τῇ ἐκ Παρθένου γενόμενος ἄνθρωπος μετὰ τοῦ μεῖναι Θεός.

D Ἀναθεματίζω οὖν, ὡς εἴρηται, τοὺς παρὰ ταῦτα φρονοῦντας, καὶ ἄλλον μὲν λέγοντας εἶναι τὸν γεννηθέντα ἐκ Μαρίας, καὶ βαπτισθέντα, μᾶλλον δὲ ὡς αὐτοὶ ληροῦσι βυθισθέντα, ἄλλον δὲ τὸν ἐκ τοῦ ὕδατος ἀνελθόντα καὶ μαρτυρηθέντα, ὃν καὶ ἀγέννητον Ἰησοῦν καὶ Φέγγος ὀνομάζουσιν, ἐν σχήματι ἀνθρώπου φανέντα, καὶ τὸν μὲν εἶναι τῆς κακῆς ἀρχῆς, τὸν δὲ τῆς ἀγαθῆς μυθολογοῦσιν. Ἀναθεματίζω τοὺς λέγοντας δοκήσει παθεῖν τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, καὶ ἄλλον μὲν εἶναι τὸν ἐν σταυρῷ, ἕτερον δὲ τὸν πόρρωθεν ἑστῶτα καὶ γελῶντα, ὡς ἄλλου ἀντ' αὐτοῦ παθόντος. Ἀναθεματίζω τοίνυν τοὺς μὴ ὁμολογοῦντας αὐτὸν εἶναι τὸν ἐκ τῆς ἁγίας Θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας σαρκωθέντα Θεὸν Λόγον, καὶ γεννηθέντα, καὶ κατ' ἀλήθειαν σταυρωθέντα σαρκὶ, καὶ ἀποθανόντα

Digitized by Google

ἀληθῶς σαρκὶ, καὶ τριήμερον ἀναστάντα ὡς Θεόν. Ἀναθεματίζω τοὺς τὸν Χριστὸν λέγοντας εἶναι τὸν ἥλιον, καὶ εὐχομένους τῷ ἡλίῳ, ἢ τῇ σελήνῃ, ἢ τοῖς ἄστροις, καὶ ὅλως αὐτοῖς ὡς θεοῖς προσέχοντας, καὶ φανοτάτους θεοὺς ἀποκαλοῦντας· καὶ τοὺς μὴ πρὸς ἀνατολὰς μόνον τῷ ἀληθεῖ Θεῷ εὐχομένους, ἀλλὰ τῇ τοῦ ἡλίου κινήσει συμπεριφερομένους ἐν ταῖς μυρίαις αὐτῶν προσευχαῖς. Ἀναθεματίζω τοὺς τὸν Ζαράδην, καὶ τὸν Βουδᾶν, καὶ τὸν Χριστὸν, καὶ τὸν Μανιχαῖον, καὶ τὸν ἥλιον, ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν εἶναι λέγοντας. Ἀναθεματίζω τοὺς τὸν Παράκλητον, ὃν ἐπηγγείλατο πέμπειν ὁ Κύριος, τολμῶντας λέγειν τὸν δεῖλαιον Μάνεντα, καὶ μὴ ὁμολογοῦντας τὸν ἀληθινὸν Παράκλητον τὸ Πνεῦμα τῆς ἀληθείας, ὃ τοῖς ἁγίοις Χριστοῦ μαθηταῖς καὶ ἀποστόλοις ἐπεφοίτησεν ἐν τῇ τῆς Πεντηκοστῆς ἡμέρᾳ, δι' οὗ καὶ τὰς ὑπὸ τὸν οὐρανὸν διαλέκτους ἔγνωσαν, καὶ νεκροὺς ἤγειραν, καὶ τὰ ἄλλα παράδοξα εἰργάσαντο. Ἀναθεματίζω τοὺς τὰς ἀνθρωπίνας ψυχὰς λέγοντας ὁμοουσίους εἶναι τῷ Θεῷ, καὶ ὑπὸ τῆς ὕλης καταποθῆναι, καὶ καθέζεσθαι νῦν τὸν Θεὸν, καὶ ταύτας ἐξαντλεῖν κάτωθεν διὰ τοῦ ἡλίου καὶ τῆς σελήνης, ἃ καὶ πλοῖα καλοῦσιν. Ἀναθεματίζω τοὺς τὴν μετεμψύχωσιν δοξάζοντας ἣν αὐτοὶ καλοῦσιν μεταγγισμὸν ψυχῶν, καὶ τοὺς τὰς βοτάνας καὶ τὰ φυτὰ καὶ τὸ ὕδωρ καὶ τὰ ἄλλα πάντα, ἔμψυχα εἶναι ὑπολαμβάνοντας, καὶ τοὺς ταῦτα κόπτοντας, ἤτοι λέγοντας, εἰς ἐκεῖνα μεταβληθήσεσθαι φάσκοντας, καὶ ἡμᾶς τοὺς Χριστιανοὺς τοὺς μὴ παραδεχομένους τὰς τοιαύτας μυθολογίας καλοῦντας Ἁπλαρίους. Ἀναθεματίζω τοὺς ἀρνουμένους τὴν τῶν σαρκῶν ἀνάστασιν, καὶ τοὺς ἀπανθρωπίαν διδάσκοντας, καὶ μὴ συγχωροῦντας δίδασθαι πένησι, καὶ τοὺς τὸ αὐτεξούσιον ἀναιροῦντας, καὶ μὴ ἐφ' ἡμῖν εἶναι λέγοντας τὸ εἶναι καλοῖς ἢ κακοῖς, καὶ τοὺς βρωμάτων ἀπέχεσθαι προστάττοντας, ἃ ὁ Θεὸς ἔκτισεν εἰς μετάληψιν. Ἀναθεματίζω τοὺς τοῖς οἰκείοις οὔροις ἑαυτοὺς μιαίνοντας, καὶ μὴ ἀνεχομένους τὰς ῥυπαρίας αὐτῶν ὕδατι ἀποπλύνειν, ἵνα μὴ μολυνθῇ, φασὶ, τὸ ὕδωρ. Ἀναθεματίζω τοὺς τὴν παρὰ φύσιν ἀσχημοσύνην κατεργαζομένους, οὐ μόνον ἄνδρας, ἀλλὰ καὶ γυναῖκας, τὸν δὲ γάμον ἀποβαλλομένους, καὶ τῆς νενομισμένης πρὸς τὰς γυναῖκας συνουσίας ἀπεχομένους, ἵνα μὴ παιδοποιήσωσι, φασὶ, καὶ ψυχὰς εἰς τὸν βόρβορον τῶν ἀνθρωπίνων ψυχῶν καταγάγωσιν.

Ἀναθεματίζω καὶ καταθεματίζω πάντας τοὺς Μανιχαίους, καὶ τὰ τούτων φρονήματα καὶ δόγματα, σὺν αὐταῖς ψυχαῖς τε καὶ σώμασι, καὶ τὰ μυσαρὰ, καὶ ἀκάθαρτα, καὶ γοητείας πλήρη μυστήρια, καὶ τὸ καλούμενον αὐτῶν Βῆμα, καὶ πάντα ὅσα τελοῦσιν ἀθέως, ἃ ταῖς Μανιχαϊκαῖς, μᾶλλον δὲ γοητευτικαῖς αὐτῶν περιέχεται βιβλίοις. Ἀναθεματίζω πάντα τὰ δόγματα καὶ συγγράμματα τοῦ Μάνεντος, καὶ τὸ τῶν *Ἐπιστολῶν* αὐτοῦ βιβλίον, καὶ πάσας τὰς Μανιχαϊκὰς βίβλους· οἷον τὸ νεκροποιὸν αὐτῷ (73) *Εὐαγγέλιον*, ὅπερ *ζῶν* καλοῦσι· καὶ τὸν θησαυρὸν τοῦ θανάτου, ὃν λέγουσι *Θησαυρὸν ζωῆς*· καὶ τὴν καλουμένην *Μυστηρίων* βίβλον, ἐν ᾗ ἀνατρέπειν πειρῶν-

incarnatum, et genitum, necnon revera carne crucifixum, vere carne mortuum, tertioque die suscitatum, utpote Deum. Anathematizo eos qui affirmant Christum esse solem, et ad solem, vel lunam, vel astra preces deferunt, omninoque illis ut diis attendunt, vocantque deos lucidissimos : item eos qui non modo ad Orientem vero Deo supplicant, sed juxta motum solis circumferunt se in suis innumeris orationibus. Anathematizo illos qui Zaradem et Budam et Christum et Manichæum et solem, unum eumdemque esse dicunt. Anathematizo eos qui Paracletum quem Dominus missurum se promisit, audent dicere miserum Manetem, neque confitentur verum Paracletum Spiritum veritatis, qui in sanctos Christi discipulos ac apostolos descendit die Pentecostes, per quem et totius orbis linguas notas habuerunt, ac mortuos suscitarunt, aliaque miracula operati sunt. Anathematizo eos qui humanas animas Deo consubstantiales dicunt, et a materia absorberi, nuncque sedere Deum ac eas haurire ab imo per solem et lunam, quæ etiam navigia vocant. Anathematizo eos qui metempsychosim admittunt, quam ipsi nominant animarum de vase in vas migrationem : præterea eos qui herbas, plantas, aquam, cæteraque omnia putant esse animata, aiuntque eorum sectores aut collectores in illa transmutandos; nos autem Christianos, qui hujusmodi fabulosos sermones minime recipimus, appellant Simplices. Anathematizo eos tum qui inficiantur carnis resurrectionem; tum qui inhumanitatem docent, nec concedunt quidquam dari pauperibus; tum qui tollunt liberum arbitrium, pronuntiantque non esse in nostra potestate ut boni aut mali simus, tum qui præcipiunt abstinere cibis, quos Deus ut sumantur creavit. Anathematizo eos qui se sua urina sordidant, nec sustinent aqua suas sordes abluere, ne, inquiunt, aqua polluatur. Anathematizo eos qui naturæ contrariam turpitudinem perpetrant, non solum viros, sed et feminas; nuptias vero rejiciunt, et legitima cum mulieribus consuetudine abstinent, ne liberos suscipiant, inquiunt, animasque ad cœnum humanarum animarum deducant.

III. Anathemate et catathemate percutio omnes Manichæos, eorumque sententias et dogmata, cum ipsis animabus et corporibus, et abominanda, impura præstigiarumque plena mysteria, et vocatum illorum Bema; omniaque quæ impie peragunt, quæ in Manichaicis, magis autem præstigiatoriis eorum libris continentur. Anathematizo omnes opiniones ac libros Manetis, atque *Epistolarum* illius volumen, cunctaque scripta Manichaica : veluti mortiferum eorum *Evangelium*, quod *vivum* appellant; ac Thesaurum mortis, quem dicunt *Thesaurum vitæ*; et librum titulo *Mysteriorum*, in quo legem ac prophetas evertere nituntur; et librum *Apocrypho-*

(73) Αὐτῷ. Leg. αὐτῶν. Cotel.

Digitized by Google

runt, et alium *Commentariorum;* item ab Ada et Adimanto conscriptum adversus Moysem prophetasque alios; nec non librum Agapii *Heptalogum* nomine, Aristocritique Opus quod *Theosophiam*, id est, Dei sapientiam inscripsit; in quo ostendere conatur Judaismum, paganismum, Christianismum et Manichaismum unum esse idemque dogma; utque probabilia videatur dicere, Manetem quoque arguit tanquam malum. Anathema et catathema profero adversus omnes Manichæos, omnes eorum libros, omnes preces, imo præstigias, omnes eorum duces, magistros, episcopos, presbyteros, electos, electas, auditores, discipulos, cum animabus et corporibus, impiaque traditione. Anathematizo patrem Manetis Patecium, ut mendacem et mendacii patrem; itidem ipsius matrem Carossam, et Hieracem, Heraclidem, Aphthonium, qui commentarios ac expositiones in illius libros conscripserunt; et reliquos ejus discipulos omnes, Sisinnium Manetis insaniæ successorem, Thomam qui Thomæ dictum Evangelium composuit, Budam, Herman, Adam, Adimantum, Zaruam, Gabriabium, Agapium, Hilarium, Olympium, Aristocritum, Salmæum, Innæum, Paapim, Baræam; præterea eos qui ultimis demum temporibus hæresi præfuerunt, Paulum Joannemque Callinicæ filios, Constantinum qui et Silvanus, Simeonem qui et Titus, Genesium qui et Timotheus, Zachariam, mercenarium, Josephum qui et Epaphroditus, Baannem spurcum, Sergium qui et Tychicus; ejusque discipulos pariter et comites vocitatos, Michaelem, Canacarium, Joannem, Theodotum, Basilium et Zosimum; quorum, scilicet, superiores gradu, Notarii nuncupati, abominabilium orgiorum sive sacrorum curam susceperant. Præter hos autem anathematizo sceleratissimum Carbeam, et genere quidem ipsi affinem, in filia vero generum Chrysocherem.

A ται νόμον καὶ προφήτας· καὶ τὴν τῶν Ἀποκρύφων· καὶ τὴν τῶν Ἀπομνημονευμάτων· καὶ τὴν γεγραμμένην Ἄδᾳ καὶ Ἀδειμάντῳ, κατὰ Μωϋσέως καὶ τῶν ἄλλων προφητῶν· καὶ τὴν λεγομένην Ἑπτάλογον Ἀγαπίου· καὶ τὴν Ἀριστοκρίτου βίβλον, ἣν ἐνέγραψε Θεοσοφίαν, ἐν ᾗ πειρᾶται δεικνύναι τὸν Ἰουδαϊσμὸν καὶ τὸν Ἑλληνισμὸν καὶ τὸν Χριστιανισμὸν καὶ τὸν Μανιχαϊσμὸν ἓν εἶναι καὶ τὸ αὐτὸ δόγμα, καὶ ἵνα πιθανὰ δόξῃ λέγειν, καθάπτεται καὶ τοῦ Μάνεντος ὡς πονηροῦ. Ἀναθεματίζω καὶ καταθεματίζω πάντας τοὺς Μανιχαίους, καὶ πᾶσαν αὐτῶν βίβλον, καὶ πᾶσαν εὐχὴν, μᾶλλον δὲ γοητείαν, καὶ πάντας τοὺς ἀρχηγοὺς αὐτῶν, καὶ διδασκάλους, καὶ ἐπισκόπους, καὶ πρεσβυτέρους, καὶ ἐκλεκτοὺς, καὶ ἐκλεκτὰς, καὶ ἀκροατὰς, καὶ μαθητὰς, μετὰ τῶν ψυχῶν αὐτῶν καὶ σωμάτων, καὶ τῆς ἀθέου παραδόσεως. Ἀναθεματίζω τὸν πατέρα Μάνεντος, Πατέκιον, οἷα ψευστὴν καὶ τοῦ ψευδοῦς πατέρα, καὶ τὴν αὐτοῦ μητέρα Κάροσσαν, καὶ Ἱέρακα, καὶ Ἡρακλείδην, καὶ Ἀφθόνιον, τοὺς ὑπομνηματιστὰς καὶ ἐξηγητὰς τῶν τούτου συγγραμμάτων, καὶ τοὺς λοιποὺς αὐτοῦ μαθητὰς ἅπαντας, Σισίννιον τὸν διάδοχον τῆς τούτου μανίας, Θωμᾶν τὸν συνταξάμενον τὸ κατ' αὐτὸν λεγόμενον Εὐαγγέλιον, Βουδᾶν, Ἑρμᾶν, Ἀδὰμ, Ἀδείμαντον, Ζαρούαν, Γαβριάβιον, Ἀγάπιον, Ἱλάριον, Ὀλύμπιον, Ἀριστόκριτον, Σαλμαῖον, Ἰνναῖον, Πάαπιν, Βαραίαν, καὶ προσέτι τοὺς ἐσχάτοις ὕστερον χρόνοις προστατήσαντας τῆς αἱρέσεως Παῦλον καὶ Ἰωάννην τοὺς Καλλινίκης παῖδας, Κωνσταντῖνον τὸν καὶ Σιλουανὸν, Συμεῶνα τὸν καὶ Τῖτον, Γενέσιον τὸν καὶ Τιμόθεον, Ζαχαρίαν, τὸν μισθωτὸν, Ἰωσὴφ τὸν καὶ Ἐπαφρόδιτον, Βαάννην τὸν ῥυπαρὸν, Σέργιον τὸν καὶ Τυχικὸν, καὶ τοὺς τούτου μαθητὰς τοὺς καὶ συνεκδήμους αὐτοῦ καλουμένους Μιχαὴλ, Κανακάριον, Ἰωάννην, Θεόδοτον, Βασίλειον καὶ Ζώσιμον, ὧν οἱ δῆθεν προβαθμιώτεροι, νοτάριοι (74) κατονομαζόμενοι, τὴν

B

C

τῶν βδελυκτῶν ὀργίων ἐνεχειρίζοντο ἐπιμέλειαν. Πρὸς δὲ τούτοις ἀναθεματίζω τὸν τρισαλιτήριον Καρβέαν, καὶ τὸν ἐκ γένους μὲν αὐτῷ ἀνεψιὸν, ἐπὶ παιδὶ δὲ γαμβρὸν Χρυσόχειρα.

IV. Anathema Manichæorum quæ dicuntur Ecclesiis; sunt autem hæ: Macedonia, sive Cibossa in Colonia; Achaia (seu Mananalis, Laodicea), sive Argais quæ in Lycia; Colossensium, seu Cynochoritarum; Ephesiorum, sive quæ Mopsuestiæ est; et Ecclesia Philippensium. Anathema negantibus Patrem omnipotentem factorem cœli et terræ, cunctorumque in illis visibilium ac invisibilium, dicentibus vero solum Patrem cœlestem, qui habeat solam futuri sæculi potestatem, tanquam præsens sæculum atque universus orbis ab eo non sint, sed ab ei contrario malo mundi principe. Anathema iis qui contumelia quidem afficiunt sanctam Deiparam Mariam, simulant autem eam honorare, proque ea intelligunt supernam Hierusalem, in quam, inquiunt, intravit ac e qua egressus est Dominus; iis etiam qui venerandam crucem infamant, fingunt vero illam colere, at pro ea intelligunt Christum, qui, inquiunt, manus extendens, crucis figuram de-

Ἀνάθεμα ταῖς λεγομέναις τῶν Μανιχαίων Ἐκκλησίαις. Αἵ τινές εἰσιν αὗται· Ἡ Μακεδονία, ἤτοι ἡ ἐν Κολωνείᾳ Κίβοσσα· ἡ Ἀχαΐα (75), ἤτοι ἡ κατὰ Λυκίαν Ἀργαῖς· ἡ Κολοσσαέων, ἤτοι ἡ Κυνοχωρητῶν· ἡ Ἐφεσίων, ἤτοι ἡ ἐν Μοψουηστίᾳ, καὶ ἡ Φιλιππησίων. Ἀνάθεμα τοῖς μὴ λέγουσι Πατέρα παντοκράτορα ποιητὴν οὐρανοῦ καὶ γῆς καὶ τῶν ἐν αὐτοῖς ὁρατῶν τε πάντων καὶ ἀοράτων, ἀλλὰ μόνον Πατέρα ἐπουράνιον, ἔχοντα μόνην τὴν τοῦ μέλλοντος ἐξουσίαν, ὡς τοῦ παρόντος αἰῶνος καὶ τοῦ κόσμου παντὸς οὐκ ὑπ' αὐτοῦ γενομένων, ἀλλὰ ὑπὸ τοῦ ἐναντίου αὐτῷ τοῦ πονηροῦ κοσμοκράτορος. Ἀνάθεμα τοῖς ὑβρίζουσι μὲν τὴν ἁγίαν Θεοτόκον Μαρίαν, προσποιουμένοις δὲ τιμᾷν αὐτὴν, καὶ νοοῦσιν ἀντὶ ταύτης τὴν ἄνω Ἱερουσαλὴμ, εἰς ἣν, φασὶ, εἰσῆλθε καὶ ἐξῆλθεν ὁ Κύριος· καὶ τοῖς δυσφημοῦσι μὲν τὸν σεβάσμιον σταυρὸν, ὑποκρινομένοις δὲ σέβεσθαι τοῦτον, καὶ νοοῦσιν ἀντ' αὐτοῦ τὸν Χριστὸν, ὃς ἐκτείνας, φασὶ, τὰς χεῖρας τὸν σταυρικὸν τύπον διέγραψε· καὶ τοῖς

D

